pronius ſciuiſſet huiuſmodi inſinuationẽ, quamuis fue
rit ſupra contrariũ concluſum, nihil tamen minus di-
cendũ erit eum probabiliter donãti ſoluiſſe, & libera-
tum eſſe ex quo non interuenit aliquod ex tribus, de
quibus ĩ d. l. 3. C. de noua. hæc enim eſt cõior ſentẽtia,
ꝙ ſola ſcia non ſufficiat ad impediendã ſolutionẽ ſine
denuntiatione. quam glo. uoluit. C. quæ res pigno. ob.
pol. l. nomen. & ff. de pac. l. ſi cum emptore. licèt quidã
dam arguant illam gl. de contrarietate, & male. ut ibi
per Bar. nec gl. in l. fi. C. de tranſact. loquitur in ſolutio-
ne, ſed in tranſactione. qui caſus eſt diuerſus ut infra di
cam. In hoc etiam concordant communiter Docto.
5 Quòd in † illa l. 3. C. de noua. nõ ſufficiat ſcientia ſine
denunciatione, quia denunciatio non fit ſolum ut de-
bitor ſciat ceſſionem, ſed ut non ſoluat, & ideo illa de-
nunciatio non debet ſolum eſſe notificatiua ceſſionis
ſed prohibitiua ſolutionis. iuxta ea quæ habentur per
Bar. ff. de adul. l. denunciaſſe. & no. in Spe. de procur. §.
fin. uer. in ſumma. cũ ſequentibus. hanc ſententiã ſequi
tur Dy. in regula cum qui. & l. denuntiaſſe. Rofre. in ti.
de act. uel ſtip. quæ cõpetit pro morbo uel uitio. Spe. in
ti. de procu. §. fi. uerſ. pe. & ibi per Io. And. Iac. de Bel. &
Alber. in d. l. 3. dicens ſæpe obtinuiſſe ſcientiã non ſuf-
ficere, quia ſi ſufficeret ſola ſciẽtia nunquã exigeretur
litis cõteſtatio, qđ exigit illa l. 3. quia per libelli oblatio-
nem efficeretur debitor certus. C. de eden. l. edita. & ff.
eo l. j. in prin. hanc etiam ſententiam ſequitur Iaco. de
Are. & Bar. in terminis illius l. 3. de noua. non obſtat, ꝙ
ſecundũ eoſdem Iac. de Are. & Bar. quãdo ceſſio fit ad
utilitatem & periculũ ceſſionarij, tunc ſola ſciẽtia ſuffi
cit, nec eo caſu loquitur l. 3. de nouati. ſed hoc caſu loq
tur l. fi. de tranſac. quia opinio eorũ exorbitans à ſentẽ
tia gl. & communi non eſt uera, & eã reprehendit Bal.
C. de act. & obli. l. j. uer. 5. quæritur an poſt ceſſionẽ, &
in uer. modo reſtat quærere an ſoluens. ubi uidetur uel
le ſolã ſcientiam non ſufficere ubi per ceſſionem non
efficitur inutilis. hanc etiam opin. Bar. reprehendit An
ge. in d. l. facta. §. ſi hæres. dicens ꝙ ſecundum opin. Ia.
de Are. & Bar. ſi fieret ceſſio ex cauſa donationis, ſola
ſcientia ſufficeret, quod non putat, per generalitatem
ſæpedictæ l. 3. de nouati. quæ ſecundum eum loquitur
indiſtinctæ, ſiue fiat ex cauſa onerosa ſiue lucratiua uò
de ipſe intelligit Iac. de Are. ubi ceſſio fit ex neceſſita-
te quæ oritur in ortu directarum actionum, ut tũc ſuf-
ficiat ſcia, qa directa efficiť inanis, ubi uero ceſſio fit ex
uoluntate, quia tunc directa remanet ualida, exigiť al-
terũ ex trib⁹. nec ſufficit ſola ſcia. & hæc ſnia tñ uerior.
Nã cũ per ceſſionẽ non efficiať directa, remanet inuti-
les actiones cões intercedẽtẽ & ceſſionariũ, & ſunt qđ
dãmodo tanq̃ duo rei, quorũ uterq; habeat actionẽ in-
ſolidũ, vnus directã, alter vtilẽ, & iõ põt ſolui cedẽti, &
põt agere, quia ñ voluit in ceſſionariũ transferre, plus
iuris hẽt ceſſionarius vt poſſit ꝓhibere, ſm forma di-

ctæ l.3.de nouati.propter hoc poſſet dici aliquid in trāſactione & in pacto vbi ſufficeret ſola ſcientia vt cedēs non poſſit præiudicare ceſſionario transigendo ſed ſolutionem recipiendo vel agēdo, ſicut nec vnus ex reis credendi præiudicat alteri paciſcendo vel tranſigēdo ſed agendo vel recipiendo. vt ff.de pac.l.ſi vnus.in prin. & hoc etiā tangit Bal.in d.l.j.C.de act.& obl.l.3 Ang. in d.§.ſi hæres.reſpōdeat aliter ad dictam.l.fi.de tranſact. nec videtur poſſe defendi quod in l.3. C.đ noua.ceſſio fieret ad commodum & periculum cedentis non ceſſionarij. nam cum ibi debitor creditori ceſſit nomen debitoris ſui cū inſolutionis periculum actionis ceſſit, & ſi fortè debitor contra quem ceſſio facta eſt efficeretur non ſoluēdo,ſpectat ad ceſſionarium qui videtur emiſſe ſiue inſolutum accepiſſe nomē debitoris.vt ff.de hære.vel act.ven.l.ſi nomen,facit C.de ac.& obl.l.ſi inſolutū. & apparet & ꝙ illa l.1.cū dicit ſolutionis cauſa mandaueras,& ſic mandauit vt haberet in ſolutum,quæ in ſolutum datio habet vim venditionis & permutationis vt C. de ſen.l.libera.ff.de ſolu.l.ſi quis aliam,cū ſi.& ſic illa l.3.confundit ſententiam Iac.de Are.& Bart.qa ibi ceſſio eſſet periculo ceſſionarij non cedētis. Reſtat ergo concludendum Semproniū debitorem à donatario & ceſſionario ꝯueniri nō poſſe. ſiue qa ignorauit ceſſionē,ſiue & qa ſi ſciuiſſet ſola ſciētia nō ſufficiebat ſine altero ex tribus de qbus in ſæpe dicta l.3.C.đ noua.

¶Et ita dico & conſulo Ego Rapha. de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶Nauta conſignando res publicanis & non concordando cum eis dicentibus eſſe maioris ponderis, deinde recedēdo non ſoluta gabella,an res cadant in commiſſum,& an nauta nō ſoluens gabellam præiudicet dominis rerum vt cadant in commiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Mercantia,de quibus gabella vel pedagum ſolui debet,quando, & qua ratione cadere dicantur in commiſſum.*

2 *Oblatio verbalis quando ſufficiat abſque reali ſolutione.*

3 *Nauta an pedagium ſoluat pro mercantia quam defert non æſtimata & cuius ſit eam æſtimare.*

5 *Purgatio an in pœna legali procedat.*

5 *Nauta delictum vel contumacia in ſolutionibus gabellarum an domino mercantiarum,quas defert,nocere debeat.*

FACTI SPECIES.

NAuta Quidam à Titio emente nomine Sey, itē à Sempronio emptore ſuo nomine certas mercātias vehendas per aquam accepit.hic nauta in loco ubi de facto datium exigitur datiarium vocari fecit. ipſe datiarius in nauem intrauit & vidit mercantias ipſas, de quarum pondere non fuerunt concordes, quia datiarius ipſe ęſtimabat maioris ponderis quàm in ciuitatibus & alijs locis fuiſſent æſtimatæ,ipſe datiarius receſſit,& dictus nauta à loco datij ſè mouit & nauigare incepit verſus locum quo ire volebat, & non multum longe à loco datij erat, & vocatus per dictum datiarium ſeu aliū prope ripam venit ac dimiſſa naui ibi receſſit,datiarius dicit & res & mercātias fore perditas & in commiſſum cecidiſſe.nauta & mercatores,quorū nullus in naui erat neque fuerant, dicūt,quòd nō ſunt perditæ.Quæritur an ceciderint in commiſſum.

CONSILIVM V.

In nomine Domini amen.

NOn reuocando in dubiū ius exigentis vectigal in loco de quo agitur, quamuis in facto videatur proponi ꝙ de facto & nō de iure exigatur,quo præſuppoſito nō eſſe dubium,Sed poſito ſine præiudicio veri. quòd de iure tale vectigal exigatur,dicendum videtur res & merces in commiſſum nō veniſſe, illa primū ratione quia non ratione omiſſæ ſolutionis,quæ omiſſio hic accidit,cadunt res in commiſſum,niſi forſam ꝑ illa parte quæ nomine vectigalis ſoluenda erat,quæ de iure cōi erat attica,ꝙ hodie non ſeruatur,ſed pecunia pro rebus ſoluitur,quamobrem omiſſio partis quæ ſoluenda foret,cum nulla hodie ſit ,inanis reperiretur.de hære.inſti.l.itemque Sabinus. ſed ratione omiſſæ profeſſionis.quæ profeſſio hic interuenit.de publ.l.fin.§.ſi quis profeſſus ceſſat.& no.eo.ti.l.cum profeſſione recitantur commiſſum ceſſat.& no.eo.tit.l.commiſſa.per
1 gl.& Doc.& non eſt in promptu. Quia † pœna huiuſmodi ratione fraudati vectigalis imponitur.e.ti.l.fraudati.quæ quidem fraus ceſſat,cum quis profitetur non fugiendo nec taliter reſiſtendo quod ab eo exigi nō poſſit,facta namque profeſſione aut negligentia vel indulgentia publicanorum ſiue datiariorum , aut alia eorū temeritate,& nomina extorſione, quę & iure & continua experientia vt notoria habetur.vt ff.de publi.l.cotem.præſumitur omiſſa ſolutio.quo fit,aut non ſit delictum,aut quaſi leuius pœnam commiſſi non mereatur.nec eſt dicendum non uideri profeſſum qui uerū pondus non profitetur,ar.gl.in l.fi.§.quotiens. de publ. quia nō puto hoc exigi cum poſtea cognoſcatur ,nec hic apparet contrarium,licèt publicanus aſſereret , Secundo , quia & ſi dicamus etiam ratione omiſſæ & recuſatæ ſolutionis res in cōmiſſum cadere , exigitur tū dolus & animus decipiendi,ignorantia uero,ſi probabilis ſit excuſat , Sin autem minus probabilis ,non punitur ut res in commiſſum cadat,ſed ut vectigal duplicetur.de pub.l.fi.§.diui quoque & §.licèt.& ibi no.In ꝓpoſito autem dolus huic nautæ obijci non poteſt , qui vltro datiarium uocari fecit,quiſque ſecundùm pōdus alibi æſtimatum ſolutionem obtulit,ſed potius ipſi datiario contra quem manifeſta eſt iuris præſumptio. vt d.l.cōtem.patet per locum a cōmuniter accidentibus, communiter enim vltra debitum extorquent.arg. ne quid in lo.pub.l.2.§.merito.ff.ſi cer.pe.l.certi cōdictio, § ſi nummos.præſumitur ergo ſolutio omiſſa propter iniuſtitiam publicano, quamuis nō aliter probaretur , quòd in alijs locis leuius fuiſſet pōdus ęſtimatum. Nec dici poteſt quod ſaltem debuerit nauta ſoluere,ſecundum profeſſionem ſuam,quoniam ille datiarius nauē
2 non per hoc liberaſſet.vnde † nō debuit ſoluere, cum enim id propter quod ſoluebat non conſequeretur.ſuffi cit uerbalis oblatio ubi ab aduerſario aliquid eſt implēdum.ut ff.de reſcin.uē.l pe.& per Ang.de no.ope.nun. l.prætor §.ſi quis paratus.facit de ſolut.l.ſi ſoluturus.& no.ff de act.empt.l.Iulianus.§.offerri.nec eſt uerisimile datiarium recepturum partem eius quod petebat , unde nauta in totum excuſatur a mora.ut ff.de uſur. l. fideicom.in princi.de lega.2.l.qui ſolidum.in princ.&
3 ibi Bar.Quin etiam † in re dubia,licèt non magis ꝑ nauta quàm pro publicano præſumeretur de pondere, excuſatur tamen ſi non ſoluit,quia nondum fuerat quantitas declarata.vt.C.de diſtrac.pig.l.reſiduū.ff. de ſtatulib.l. ſtatuliber.rationē ēt no. Ange.in d.§.ſi quis paratus.facit qđ no.Bar.de dā.inſec. l.ſi finita.§. item uideamus.debuerat ergo datiarius tanquam creditor uel facere ponderar,uel arbitrum petere qui ęſtimaret.ar.d. l.ſi reſiduum.& ſi id in facto appareret , ꝙ in alijs locis minor fuiſſet æſtimatio, clarior adhuc eſſet præſumptio contra pubicanum,cum nec ſoleant alij,pręcipuè eius conditionis homines, minus debito æſtimare , & ſatis communis ſtilus eſt quòd æſtimatio facta in vno loco ēt in alijs ſeruetur.Nec quem moueat quòd nauta nauem ſoluerit à loco illo , cœperitque nauigare , cum hoc probabiliter fecerit propter exceſſum & rapacitatem publicani , præcipuè ſi ut uerbo dicebatur, conditio temporis cum urgebat nauigare, nec ex hoc videtur detractaſſe ſolutionem . tamen quia creditori recedenti & recuſanti nō debuit ipſe occurrere. & cōtra naturā lepus canē inſequitur.& ad hoc facit qđ no. Bar.de uer.ob.l.q Romæ.§.Seva.& l.qui ſeruū.§.nūc videamus.tū qa nō poterat facile trāſire territoriū eius,q

datium

datium taſt. ult. vnde non eſt veriſimile eum fugere q ſcit ſe non poſſe. præcipuè cum contra curſum fluminis nauigaret. neque enim præſumitur quis ita ſupinus r vt idicniei q ſciat irritum eſſe & ſibi maxime damnoſum ar. ff. de proba l. cum de indebito. Tum etiam quia vt proponitur parum proceſſerat à loco datij & vocatus prope ripam uenit. ex hoc enim actu declaratur animus in eius cepta nauigatione. ad Mace. l. ſi Iulianus. §. proinde. uer. idem ait. de reb. du l. quædam. præſumitur ergo vt plerunque fit. nauigaſſe vt datiarius mollior & æquior fiat, nam etiam in ambiguis ſumenda eſt pieĉtura potius licitè quam illicite n it ar. ff. pro ſocio l. merito. & vt pœna euitetur. vt ff. de pœnis. l. interpretatiõe. & C. eo. l. ſi præſes. & in eo q palam fit. non præſumitur fraus. de ritu nup. l. fin. de admi. tu l non exiſtimo. cum ſi. imo & ſi habuiſſet animum non ſoluendi, tamen q a. cũ eſſet vocatus celeriter rediit, deberet excuſari. argu. extra de locato. c. fin ibi. niſi celeri ſatisfactione & c. in quo † tñ an in pœna legali admittatur purgatio. & dicẽdum eſt vt in c. cupientes. & c. licet canon. de elec. lib. 6. & per Bal. de vſuris. l. accepiam. Nec quem moueat q a a nauta naue dimiſſa receſſit. hoc enim potuit eſſe, vel quia uidebat uim ſibi parari, vel vt dominis renunciaret. ar. ff. loca. l. item quæritur. §. exercitu. ¶ Tertio. q a & ſi nauta tale quid commiſiſſet propter quod res in in commiſſum cadere debuiſſet. intelligendum eẽt de rebus ſuis. non autem propter delictum nautæ mercatores & domini abſentes, & conſequenter iuris pſumptione ignorantes dominio rerum ſuarum priuari intelligũtur. de publi. l. cotem. §. dominus. & ibi no. facit l. fi. §. ſerui. & § ſed & Marcus. eo. ti. & merito, nec eñ nautæ uidetur eẽ commiſſum vt fraudem committat, vel quid illicitum, vt ff. de his quæ in frau cre l. ſi pater. de condi. inde. l. ſi procurator. præcipuè, ſi vt plerũque fit, nauta maiorem mercedem accipit vt ſũs ſumptib' vectigalium & ſimilium merces vehat, & ad hæc facit

5 ¶ Quod † contumacia & delictum pcuratoris nõ nocet in extraiudicialibus. vt ff quod quiſque iur. l. 3 § ſi procurator. de ui & vi ar. l. 1. §. quotiens. 2 § deiecisſe. & in iudicialibus. vt plene tangitur per Bart. ff. ſi quis iudi. non obtem. l. vna. §. ſi procurator. Et dato q ſtatuto illius ciuitatis caueretur vel conſuetudine, q cuiuſcunq; res ſint in commiſſum cadant, tamen nõ valeret ſi nõ de iure exigebatur, vt primo dictum eſt, vel ſi de iure, non præiudicaret forenſibus. & ignorantibus niſi illud ſtatutũ vel conſuetudo ita eſſent, vel communiter in alijs locis uigerent. q non poſſet prætendi ignorantia. iuxta ea quæ habentur de decre. ab or ſa. l. fi. & extra de conſtit. c. ut animarum. lib 6. & per Bar de publi. l. fi. § licet, cum tamen nauta ſoluendo non eẽt, ut ſatis uidetur euidens, reſtituendi eſſent domini mercium ad ipſas merces ſoluto vectigali. ut ff de eo per quem fac. erit. l. fi. in prin. & ibi no probatur etiam optime quãdo appelland. tit. l. 1. in fi. & ibi per glo & Bart. facit etiam quod no ff ſol. mat. l. 2 §. quod ſi in primis. in glo ſuper verbo ſui iuris & de leg j. l. plaue lo 2. §. j. cum ſimi. multis. Ex his itaque omnibus patet indubitata concluſio, quod res de quibus in præſentiarum agitur, non ceciderunt in commiſſum.

¶ Erita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus.

ARGVMENTVM.

¶ Libris camplorum an credatur, & an uerba enunciatiua inſtrumenti probent. & alia citatio partis non requiritur ſi iudex ſit interlocutus teſtes abſentes eſſe recipiendos intra certum tempus.

SVMMARIVM.

1 Libri campſorum publicorum an & quam faciant probationem.

2 Citatio partis ad videndum recipi teſtes non eſt neceſſaria quãdo iudex vtraque parte præſenta interloquutus eſt teſtes abſentes intra certum tempus eſſe recipiendos.

CONSILIVM VI.

CREDITVR Libris campſorum † publicorũ ad ſemiplenam probationẽ. de edẽ. l. argentarius in fi. & l. quædam §. nummularios. & ibi no. & hæc eſt cõſuetudo quæ facit fidem dari ſcripturæ, vt extra de fide inſt. c. cum dilectus. §. 1. Item ſi in inſtrumẽto ſolutionis factæ alicui tãquam procuratori creditoris dicatur recipientem procuratorem, creditoris per inſtrumentum talis notarij, an ſufficiat fideiuſſori vel alteri ſoluẽti ad recipiendum à reo? communiter tenetur q non p auth. ſi quis i aliquo. C. de edeu. tit magna præſumptio eſt quod ſoluens non iactauerit ſuum. vt l cum de in debito. de proba. & pro notario aſſerente illum procuratorem. præſumitur. ut no. ff. de fide inſtru. l. quicunque. C. eo ti. l. ſicut. & Bar. in l. admonendi. de iureiuran. ut de cum incidenter, non principaliter de hoc dubitetẽ, actori iuranti illum procuratorem reus eſt cõdemnãdus, nec fit graue pιudiciũ ſi velit cauere reo de defenſione. Itẽ † ſi iudex parte præſente & non contradicente interloquutus ſit, teſtes in alia ciuitate recipiẽdos intra certum tempus literis miſſis ut ſolet, non exigitur alia citatio partis, quaſi videatur ex hoc admonita. vt C. de fid. inſtr. l. iudices cum auth ibi poſita, & in corpore unde ſumitur. vbi non fit mentio admonitionis. facit. C. de reb. cre. l. generaliter. §. his de præſentibus. C. de iur. cal. Auth. principales. extra de teſti. c. præſentiũ. lib 6. in quibus nihil de admonitione dicitur. facit, quia videtur omnia voluiſſe & iuſſiſſe. vt ff. de iuriſdic. omn. iud l. a. de proc l ad rẽ. & l. ad legatũ, & quia certus, &c. de act. emp. l. j. cũ & tẽpus ſolũ neceſſariũ fuerit ſtatutũ. ¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus.

ARGVMENTVM.

¶ Citatio an ſit de ſubſtantia in laudo ferendo, & quid ſi eſt appoſita clauſula, quòd poſſit procedi parte præſente & abſente.

SVMMARIVM.

1 Citatio an ad valorem ſententiæ ſemper ſit neceſſaria, etiam dato quòd in negotij diſcuſſione partes fuerunt præſentes.

2 Arbiter vel arbitrator an debeant in ſuis expeditionibus ordinem iudiciarium obſeruare, vt ſi poſſunt partibus abſentibus, ita citatis procedere.

3 Verba iſta, quod arbiter poſſit laudum ferre tam præſente, quã abſente parte, quid operentur, & an illis non obſtantibus requiratur citatio.

4 Arbiter vel arbitrator quomodo cognoſcantur quam viam elegerint, an arbitratorum.

5 Præſentia partis an in conditionis implemento requiratur.

6 Arbitrator vt bonus vir eligitur quo ad modũ cognoſcẽdi & procedẽdi, vt ſeruet æquũ & iuſtũ, nõ quo ad qualitatẽ et ſolẽnitatẽ.

igura iudicij non ſeruata neceſſario non eſt ſequenda ſententia,

7 F& per conſequens prætermittenda non eſt citatio.

rbitratoris diſpoſitio in pro ſui a vel condẽnatione ſit habenda.

8 Aurale quandoque pro ſingulari ponitur.

9 Iudex nec arbiter poſſunt vtraque parte abſente proferre ſenten

10 Iniam etiam citatione promiſſa.

11 tricia iuris ratio & verborum propria ſignificatio relinquitur, Stut intermittitur, ne id quod actum eſt pereat.

ariſdictio nil aliud eſt quàm poteſtas iudicandi.

12 Iurbitratoris laudum habens executionem paratam ex forma

13 Aſtatuti ad inſtar ſententiæ an in omnibus vim ſentẽtiæ obtineat.

14 Arbitrorum ſententia partibus abſentibus lata an ſit valida.

15 Arbitramentum quare tranſactionis vim habere dicatur.

16 Arbiter & arbitrator electi vt debeant arbitrari de iure & per viam arbitri, tunc partes ſunt ad audiendum arbitrium citandæ, ſecus ſi eligant arbitrari de facto per viam arbitratoris.

17 Exceptio verificationem exigens contra inſtrumentum vel ſententiam in vltima hora probatoria opponi poteſt etiam poſt ſẽtentiam probatoriam.

18 Laudum illud dicitur validum, vbi examinatio & diſcuſſio de iuribus partium præceſſit licèt etiam partes pſentes nõ fuerunt.

FACTI SPECIES.

VIſis Cõpromiſſio Ioannis & fratris ex vna parte, & Symonis ex altera in Meum & Gerardũ, & ſententia ſiue laudo arbitratorũ, de quibus conſtat per inſtrumenta ſer. Antonij quondã morouelli. Mccccxiiij. 12. Februarij & 9 Iunij. necnon petitione executionis eiuſdem laudi cum productione certorum inſtrumentorum & iurium, cõtra quam executionem vt dicitur oppoſita eſt exceptio nullitatis. in dubium vertitur, valeat vel non id laudum. in quo dubio excellentiſſimi Doctores conſulendo in varias ſe ſententias diuiſere. dominus. ſ. Florianus & Ioannes de Imo. ex vna parte. Pau. de Caſt. & Alexander ex aduerſa, ego autem quãuis inter tantos non ſufficiam iudicare, id tamen quod ſentiam ſubijciam, ea quæ; ſubtiliter & copioſè contra laudum allegata ſunt ſummatim repetendo.

CONSILIVM VII.

In nomine Domini amen.

PRIMVM videndum eſt an ratione omiſſæ citatiõis nullum ſit. deinde an ex ipſius tenore reddatur inutile ¶ Quo ad primũ
1 videtur dicẽdum ꝙ ſic. Nã† citatio neceſſaria eſt ad valorem ſententiæ. C. quomodo & quando iu. l. ea q̃ ff. de re iu. l. de vnoquoque. nec ſufficit partes in diſcuſſione negotij fuiſſe præſentes, niſi & ſpecialiter ad ſententiam diffinitiuam citatę ſunt, etiam ĩ cauſis in quibus proceditur ſine figura iudicij. extra de ver. ſign. in cle. ſæpe. per Bar. in extrauag. ad repri. ſuper verbo ſummarie. & per gl. C. d̃ iud. auth. iubemus, & quod legitur & no. ff. de re iud. l. quæſitũ. & l ſi furioſo. multoq; minus arbiter parte abſente etiã citata poteſt pronunciare, nec coram eo cõtrahitur hemodiciũ. ff. de arbi. l diem proferre. §. ſi quis litigatorũ. & l. litigatorij, præcipue cum, vt apparet ex ipſo laudo, vtraque pars abſens erat, quo caſu nec cõtrahitur hermodicium, nec poteſt ferri ſententia. C. de iud. l propera n. & ff. eo. l. & poſt edictum. Nec adiuuant laudum illa verba compromiſſi, vtraque parte abſente, vel præſente. nam dicunt intelligi, citata tñ, vt firmat Spec. in ti de ar §. excipitur uer. pe. debet enim intelligi, vt quãtominus poteſt iuri cõmuni derogetur. ar. extra de cõſue. c. cũ dilectus. ſatis enim operãtur uerba illa, vt poſſint arbitrari partibus abſentibus etiam citatis, ꝙ alias non eſſet, vnde cum tollant impedimentum abſentiæ non debent extendi ad aliud impedimentum citatiõis omiſſæ. ar. de ſerui vr. præ l. ſi domus de hære. inſti l. ſi non lex. cum ſi. ar. etiam. ff de his quæ in teſt. dele. l. proxime. verſi. quid ergo pro hoc etiam videtur text. cum gl. in d. §. ſi quis litigatorum. Et ſi quis dixerit prædicta iura in arbitro locum habere, vbi compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur. de ar. l. j. d iudi l. rẽ nõ nouam. non in arbitratore quales hic fuerunt, Qui
2 gdem † nõ tenentur ordinem iudiciorum obſeruare. reſpondetur ꝙ ex forma laudi apparet hos potius viã arbitrorum quam arbitratorum ſecutos, cum id quod erat de iure pronũciauerint, vt apparet ex ratione ſua, arbitrator enim potius per modum tranſactionis procedit. vt no. in Auth. vi diſſe. iudi. & in l. ſed ſi in ſeruũ. §. ſi qs iudex, ff. de ar. vnde eius æquitas uel iniquitas deregitur ex mera iuſtitia ſententiæ ¡Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. ff pro ſoc amplius ſi dicamus eos functos potius officio arbitratoris quam arbitri, nihilominus pars citanda fuit. per l. ſi quis arbitratu de ver. obl. patet quia ſæpius tales arbitratores à iure videntur eligi propter peritiam artis & facti, & tamen debent partes eſſe præſentes vel citatæ. C. ſi. regun. l 3. in ſi. ff. ſi cui plus. §. j per l. fal. l. j. §. cum dicitur. facit C. de re. cre. l. generaliter. §. his de præſentibus. de ſecun. nup. l. hac edictali. §. ſęp enim multa iudicis arbitrio & diſcuſſioni tanquam bono viro committuntur, & tamen requiritur partiũ præſentia uel citatio. de uſufruct. le. l. legatum, ubi pup educ. deb. l. j. & cũ talis arbitrator dicatur vir bonus & electus ut bonus uir. unde laudum reducitur ad arbitrium boni uiri. vt in dict. §. arbitrorum, cum multis ſi. quaſi uideantur conuerti arbitrator & iudex. de verb. obliga. l. cõtinuus. §. cum ita. iud. ſol. l. vir bonus. nec dici poteſt quod in actibus iudicialibus loquãtur iura prædicta, cum & idem in extraiudicialibus, in quibus alicui datur arbitrium, ut partis exigatur citatio vel præſentia. de condi. & demonſt. l. mulia. ibi, uel ubi eſſe non poſſit, ubi uidetur caſus quod arbitrator debeat in præſentia pretium arbitrari. C. de diſ. pig. l. creditor hypothecas, de ędil. edic. l. quod ſi nolit. §. pe. de aqua plu. arc. l. ĩ diem. nam inter arbitros & arbitratores notãtur differentiæ per Inn. & alios in c. quintaualis. de iureiur. in Spe. de ar. §. 1. inter quas non reperitur hæc differentia. unde uidetur firmari regula, quod in reliquis ſint ſimilis naturæ & obſeruantiæ, ut no. de reg. iur. l. j. & ad hoc facit gl. de uer. ſign. l. alla una. Ad hoc facit euidens ratio, quia præſentia ſiue citatio de iure naturali eſt, & tẽdit ad defenſionem partis. unde; propter; nullum arbitrium debẽt tolli. de ſen. & re iud. cle. paſtoralis. & in d. cle. ſæpe. de uerb. ſignif. & per Bar. in extrauag. ad repr. ſuper uerbo figura. ff. de teſt. mili. l. j de douar. l filiusfa. unde & in notorijs exigiĩ citatio. d coha cle c. tua nos. de iureiur. ad e. noſtram. lo 2. ſecundũm Innoc. & Io. An. Accedat ꝙ ab huiuſmodi arbitramento & tranſactione poteſt appellari. de appel. l. a ſententia. in princi. ſecundum intellectum Barto. & per eum de appel. recipien. l. final. quod ubi iudex fungitur ſolummodo officio declarationis in quo non exigitur ſolemnitas, nihilominus exigitur præſentia partis uel citatio ſecũdũm Bartol. de appella. l. ab executore, & hanc ſententiam per iura prædicta, quod laudum arbitratoris ferri debeat præſentibus partibus aut ſaltem citatis, firmant ultramon. C. de contrahen. emp. l. final. & Bartol in dict. l. ſi quis arbitratu. & in ſimili. de dam. infec l. qui bona fide. §. final. & idem dixit in executionibus ultimarum uoluntatum. de leg. 2. l. j ad finem de ali. le. l. alio. uerſi. quæro an hæres, per iura & ratiões ſuperius allegatas.
3 quod in propoſito eo uidetur certius, quia in compromiſſo appoſita fuere illa uerba. † quod arbitri haberet poteſtatem examinandi, cognoſcendi, & ad audiendum ſententiam & alias, partes citandi, & diem ad pronunciandum ſtatuendi, & parti citatę non comparenti mulctam indicendi. uidentur ergo partes cogitaſſe de citatione. ar. de leg. j l. qui filiabus. in princ. & uoluiſſe citationem de qua mentionem fecerunt, obſeruari. ar. de ma teſt l. ſi quis locuples. in fine. & patet ar. ſumpto à contrario ſenſu. unde generalis poteſtas quæ poſtea ſequitur; non debet ad cauſas maiores expreſſis referri. arg. de procuratore. ut in clement. de reſcrip. ſedes. & legitur & no. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, quamobrem ſi illa uerba. parte præſente & abſente, intelligerentur ſine citatione, aut contradictio aut correctio incontinenti ſequeretur, quod minime dicendum eſt. Accedat & illud, quod forma huius compromiſſi uidetur ea quam tradit Specul. in dicto §. j. qui tñ ut iam dictum eſt, intellexit partẽ eſſe citatam.

¶ Pro parte uero aduerſa, ꝙ huiuſmodi citatio nõ exigatur licèt primo poſſet adduci ſæpe dictus §. ſi quis litigatorum, ſecundum intellectum gloſſ. nam ſi intelligatur parte abſente & citata, cum pœna committeretur propter contumaciam, illa poteſtas nihil uideretur operari. tamen hoc præcipuum uidetur eſſe fundamentum quòd huiuſmodi arbitri, cum in procedendo iudiciarium ordinem non obſeruauerint, uidentur elegiſſe uiam arbitratorum, & amicabilium
4 compoſitorum. hæc. n eſt omniũ theorica † ut ex modo procedendi cognoſcatĩ arbitri uel arbitratoris partes aſſumpſerint. ut no. in d. cap. quintaualis. & ex differentijs Spe. in ti. de arbi §. j per Guil. C. de epiſc. audit. l. epiſcopale. Barto. in d. §. arbitrorum. & Bal. in l j. in fin. C. de arbi. nõ autem ex eo quod in totum, & ſic de iure

re videantur cōdemnaſſe vel abſoluiſſe. licèt enim di-
catur compoſitor & tranſlactor large, non tamen pro
hibetur in totum abſoluere vel condemnare. vt not.
Bal. in d. §. arbitrorū. in verſi. Nunc veniamus. & ſic eſt
tranſactio in genere. i. litis deciſio. de iureiu. l. 2. de ver.
ob. l. qui Romæ. §. fi. eſſet enim abſurdum arbitratorē
cōtra ius debere laudare. quinimo ſm Bal. C. de reſcin.
ven. l. 2. æquitas & iniquitas laudi ex eo quod iuris eſt,
detegitur, quamuis in hoc Bar. contra. hæc igitur vide
tur intentio compromittentiū vt veritatem & æquita
tem ſequat̃, non iuris apices & iudiciales ſolennitates.
vnde ex ipſa ſentētia, cuius tenor tam arbitratoribus
ꝗ̃ arbitris conuenit, non pōt elici. ar. de proba. c. in præ
ſentia. de neg. ge. l. cum actum. ſed ex præambulo mō
procedendi eos arbitrorum viā elegiſſe elicitur. quā-
obrē iura, quæ de arbitris loquunt̃, & authoritas Spe.
in d. §. excipitur. in propoſito ſileant. quod autem arbi
trator non teneatur partium præſentiā exigere. cum
eius laudum ſit ſupplementum conditionis contractus
mere extraiudicialis. vt not. doct. in locis præallegatis.
& gl. in. d. l. ſed ſi in ſeruū. §. ſiqs iudex. & in auth. vt dif
5 fe. iudi. primo facit illa vulgaris rō. Quia † in conditio
nis implemento non exigitur partis præſentia. de cō-
di. & demon. l. 2. patet, quia pōt ferri die feriata etiā in
honorem dei, qua die non poſſet fieri citatio. C. de fe-
riis. l. fin. & videtur expreſſum ꝙ præſentia & citatio
nō exigantur. de fideicom. lib. l. ſi pater. §. ſi Sticho. vbi
apparet quòd loquitur de hærede abſente & non cita
to nec latitante, per quam l. Guil. potiſſime motus eſt.

¶ Ad idem ſi men. fa. mo. dix. l. 1. in fi. cū l. ſeq. vbi ab-
ſens ꝑ nunciū vel ꝑ literas pōt arbitriū ſuū renūtiare.

¶ Ad idem de l. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. vbi
erat arbitrator qui propter deportationē erat abſens,
nec eſt dicendum eum poſſe ad partes ire, nec etiā par
tes cogi eum adire. facit de acqui. hære. l. ſiqs mihi bo-
na. §. iuſſum. C. de iure emphy. l. 2. §. 1. per quæ omnia
iura Guil. de cu. C. de epiſ. audi. l. epiſcopale. in vlt. q. de
6 terminat pro hac parte, dicens. Quod † arbitrator eli
gitur vt bonus vir, quo ad modum cognoſcendi & pro
cedendi. i. vt ſeruet æquum & iuſtum, non quo ad qua
litatem. i. quo ad ſolennitatem, quam ſententiam etiā
videtur ſequi Ray. & nouiſſime Cy. de ea additionem
fecit in d. l. fi. C. de contrahen. emp. hanc etiam ſenten
tiam ſequitur Bal. C. de epiſc. audi. l. ſi qui ex conſenſu,
addita illa ratione. quia voluntas poteſt declarari par-
te abſente. ff. de nego. geſt. l. Pomponius ſcribit. & ibi
notatur. de confeſ. l. certum. §. ſiquis abſente, hoc autē
laudum eſt quædam declaratio. & idem Bal. in l. 1. in fi.
C. de ar. hoc idē voluit Bal. in repe. l. 1. ff. de lega. 2. verſi.
§. principaliter quæritur. vbi reprobans Bart. in d. l. ſiqs
arbitratu. & in d. l. 1. & in d. l. alio, in arbitratore & exe
cutore dicens nō exigi requiſitionem. & ad hoc opti-
me allegat Inno. de præſump. c. fi. vbi vult Inno. ꝙ vbi
mandatur alicui ꝙ alteri de beneficio prouideat ſi eſt
idoneus, poteſt talis prouiſor nulla parte vocata inqui-
rere. de appel. c. ex ratione. & eodem modo in proui-
ſore vt notatur in c. 1. de offi. deleg. in clemen.

¶ Ad idem etiam facit ſecūdum eum de præben. c.
licèt epiſcopus. vbi in collatione non exigitur citatio.
licèt poſtea exigat̃ in executione reali. & idē Bald. hoc
voluit in executore ſm Iac. de are. C. de epiſc. & cleri. l.
nulli. ver. ſed nunquid hæres. per l. pe. C. de don. & hæc
opi. videtur probari per illam l. creditor, cum glo. quā
Bart. allegat in ꝯtrarium, ibi n. denunciatio requiritur
ad acquirendum facultatem vendendi quæ non erat
ꝯceſſa: vbi autem fuit conceſſum arbitrium vendendi
di, tunc denunciatio exigitur. ſm glo. Iac. de Are. Cy. &
Albe. exigitur quo ad obligandum creditorem debito
ri, non quo ad annullandum venditionem. probatur
C. ſi ven. pig. aga. l. 1. & per totum. ſi enim, vbi exigitur
denunciatio, venditio eſſet nulla ea non facta, ea vero
facta vix poſſet debitor allegare fraudem qui nō com-
paruiſſet, & pro hac opi. facit illa ratio; quia in contra
ctibus & eorum implementis nō exigitur præſentia.
ſed ſufficit conſenſus adhibitus ſine certus natura. de
pac. l. Labeo. de act. & obli. l. cōſenſu. de contrah. emp.
l. 1. in fi. & imputet ſibi qui ita ſe aſtrinxit. de act. & ob-
li. l. ſicut. & idem fuiſſet in arbitrio niſi ꝑ poſteriorem
iuris prudentiam ad ſimilitudinem & ſolēnitatem iu-
diciorum tale compromiſſum fuiſſet redactum. de ar-
bi. l. 1. idem tenet Bal. C. de contrahen. emp. l. fi. vbi me
diam humaniorem ſententiam amplexus eſt per quā
omnes oppoſitiones ad cōcordiam reuocari poſſunt,
videlicet ꝙ arbitrator ſuper re litigioſa aſſumptus vide
tur aſſumptus vt examinet, inquirat inter partes, quæ
examinatio non poſſet fieri niſi per earum aſſertionē.
ſi per vim vel alio modo. l. fi. & ideo ſi arbitraretur par
tibus non auditis laudum eſſet nullum, ſed ſi examina
uit, partes audiuit, non exigitur præſentia partiū, nec
citatio tempore laudi. & ad hæc optime facit ſm eum
quod not. Inn. de teſta. c. Raynaldus. in gloſſ. quæ inci-
pit, quæ erat. dicens ꝙ ſi poſtquam vnus ex arbitris opi-
nionem ſuam dixiſſet, & aliorū cōtrariam audiuiſſet,
recederet, poſſent alij eo abſente procedere, quia tunc
nō eſt veriſimile ꝙ eius præſentia potuiſſet alios in ſuā
ſñiam trahere. quæ quidē opinio ex eo fundatur qua-
tenus vult non exigi præſentiā tempore ſentētiæ, quia
hæc ſolennitas ꝙ partes adſint ſententiæ poſt diſcuſſū
plene negotium. potius eſt ciuilis quàm naturalis, nam
de iure gentium diſcuſſa veritate non exigitur ſenten
tia. ſed ſufficit executio. vt patet ī exemplo Salomonis
& in l. 2. de ori. iur. Vnde Barto in extraua. ad repri. ſu-
7 per verbo figuræ. in fin. vult † quod vbi figura iudi-
cij non eſt ſeruanda, non exigitur ſententia de iure ci-
uili, & conſequenter ſi non exigitur ſententia, nec ci-
tatio ad eam exigetur. cum vbi non eſt ſubiectum, nō
ſit qualitas eius. ſi cer. pet. l. eius qui. imo Cyn. in l.
ſi quis ex conſenſu de epiſ. audi. C. & l. properandum.
§. ſin autem reus. de iudi. voluit nec in arbitro hoc ca-
ſu exigi præſentiam partium, ex quo patet ꝙ illa alle-
gatio, quia præſentia poſſet trahere arbitratorē in ſuā
ſententiam, & quia fit defenſio, hoc caſu locū non vē-
dicat. & pro hoc optime facit gloſſ. ff. de euict. l. ſi ideo.
vbi ille q adfuit in examinatione cauſæ vſq; prope ſen
tentiam excuſatur à pœna abſentiæ, & in ſimili etiam
gloſſ. C. ſi aduer. rem iudi. l. cum & minoris. in fi. gloſſ.
primæ. de minore qui non fuit defenſus tempore ſen-
tentiæ. & ibi etiam per doct. & hoc modo intelligen-
da erit opinio vtramon. & Bar. nec enim iura pro par
te eorum allegata inferunt ꝙ exigatur citatio & denū
ciatio poſt præſentiam ad diſcutiendum negotiū, quā-
uis Bal. in d. l. fin. reſpondeat ad l. ſi quis arbitratu, ꝙ ibi
propter abſentiam non impeditur arbitramentū, ſed
ratione cōtemptus pars incidit in pœnam. Et ad l. ꝙ ſi
noluit. dicit ꝙ ibi non currit tempus abſente parte. quia
diſpliceētia factum traditionis deſiderat & ad l. legatū.
quod ibi loquitur in iudice, & alia iura in arbitratori-
bus aſſumptis in iudicio ad inſtructionē iudicis ad in-
ſtar teſtium. Ex his poteſt inferri clara determinatio,
quod ratione commiſſæ citationis ad ipſam ſententiā
non redditur laudum nullum, nam conſtat ex tenore
ipſius laudi ꝙ partes fuerunt auditæ, & plenarie cogni-
tum de ipſa cauſa, in quo credendum eſt aſſertioni ip
ſorum arbitrorum. ſm Bar. C. de ſen. ex peri. reci. auth.
niſi breuiores ad finem apparatus. pro quo facit, quia
licet non præſumatur pro proceſſu iudicis in iudicio,
nec ſtetur eius aſſertioni. de proba. c. quoniam cōtra.
tamen in his quæ fiunt extra iudicium, & maxime in
quibus conceſſum eſt arbitrium, præſumitur, vt pleno
per Inno. de eo qui ſut. or. ſu. c. innotuit. & ſic hic, & ra-
tione arbitri, & quia non eſt iudicium, credendum eſt
aſſertioni arbitrorū. & licèt ſm Ang. in d. auth. niſi. exē
plo peſſimum videatur eo modo credi aſſertioni arbi-
trorum circa merita cauſæ, credendum tamen erit cir
ca ea quæ reſpiciunt eius ordinem neceſſarium. Alio-
quin ſequeretur abſurdum & omnino nouū, ꝙ de pro-
ceſſu & partium citatione vel præſentia in diſcuſſione
cauſæ coram arbitratore ſemper eſſet fienda fides ad

euitan-

euitandum ipſius laudi nullitatem, quod nuſquam obſeruatũ nec auditũ. & plerũq; difficile eſt, cũ de talibus nõ conficiatẽ ſcriptura.ut no. in d.c.quintauallis nec teſtes ſoleãt adhiberi. illud indubitatiſſimum eſt quod ipſi arbitri poſſent de hoc teſtificari in hac q̃ſtione nullitatis. & plenam fidem faceret eorum depoſitio. vt no.p Ino.de elec.c.cum dilectus.de teſti c. cũ a nobis. &.c.dilecto.& plene per Bar.& Bal.C.de arbitris. l. ne in arbitris. Ad ea quæ pro aduerſa parte allegabantur ſatis arbitror eſſe in effectu reſponſum excepto eo q̃d dicebatur, ex forma compromiſſi apparet actum vt p̃s citetur, cum dederint poteſtatem citandi & mulctandi &c. Ad q̃d facile reſpondetur, quod hæc poteſtas nõ arctat arbitratorem.de offi.præ.l.ſæpe.de iudi.nõ quicquid. C. quomodo & quando iudex.l.j facit quod not. Bal.de lib.& poſth.l.Gallus.in prin.de ſtatuto dante poteſtatem inquirendi, vt non inducat neceſſitatem. videtur ergo cogitatum de citatione per modũ facultatis. vt q̃ alias non poteſt arbitrator preſentes ad ſe vocare & mulctare ij potuerint, & hoc ad ampliandum poteſtatem eorum fuit adiectum vnde non debet reſtringi & operari contrarium. C.de leg.l.quod fauore. & de adimen.le.l legata inutiliter.cum ſi.præcipue cũ poſtea latius poteſtas ipſa extendatur, nam cum primo prouiſum eſſet. quod per ipſos p̃nunciarẽt, poſtea promittunt partes etiam ſtare ei quod per alios mandato arbitratorũ fuerit pronunciatum.lex autẽ ſi quis locuples loquitur de eo qui dicit conditionem. quinnimo ſi bene inſpiciantur omnia verba compromiſſi videbunt inferendum q̃ dato ſine præiudicio veritatis q̃ exigeretur citatio ad ipſum laudum audiendũ, tamẽ hoc caſu videtur remiſſa. nam ex tot ſpecialibus conceſſionibus & clauſulis apparet eunixa voluntas compromittentiũ. ar.de ſ̃le.ij.l.cum pater.§.filius. vt ſic omnimodam voluerint concedere poteſtatẽ, multo etiã maiora remittuntur & magis p̃iudicialia, vt poſſint auferre de iure vnius & corrigere & alteri committere, vnde clauſula generalis, quod nulla ommiſſio habeat obſtare, nulla exceptio poſſit opponi. & quod non vitetur beneficio alicuius legis per quod poſſit infirmari laudũ, ẽt ad talem citationem refertur.de procu ſ.c.q ad agendum.li.vj. & quod no.in.d.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.& hoc videtur ſenſiſſe Spe in ſupradicto, §.vt autem.vbi in forma ſimiliter cum dicit parte abſente citata tamen, quæ verba videntur appoſita cum milletio, vt per eum circa finem illius.§ ver.nota.quaſi illis verbis omiſſis nõ exigatur citatio.nam illa verba parte abſente, quamuis in arbitro videantur operari intelligendo cum citatione, tamen in arbitratore quem conſtat ſaltem citatis partibus poſſe arbitrari, nihil operarentur.contra l.ſi quãdo.cum ſi.de leg.1.& ad horum omnium cõfirmationem accedat q̃ de communi conſuetudine vbiq; eſt. vt tempore laudi arbitratorum partes non vocentur. unde tale compromiſſum ab ipſa conſuetud.ne recepit intellectum de aqua plu. ar.l.ſi prius.§.1.de ædil.edi.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua. cum ſi.Illud non prætereo, q̃ licèt non præſumatur partes in diſcuſſione auditę, quod tamen ſuprà ſaltem apparuit, ſi tamen nõ fuiſſet appoſita iſta exceptio, ſed ſolum quod partes ad ſententiam non fuiſſent citatæ, de hoc nihil eſſet diſcutiendum per iudicem, quoniã ita demum præſumeretur partes non fuiſſe auditas, ſi hoc allegaretur, non aliter, arg de adul.l.ſi adulterium cum inceſtu. §. idem pollioni ib., utiq; ſi error allegetur &c.& quod ibi per Bar.& per eundem in ſimili.de pig ac.l.rem alienam.per Cy C.unde ui.l.ſi.per Bal.C. de eden.l.edita.& quomodo & quando iudex.l 1. & p gloſſ. in cle. appellanti. de appel. ſuper uerbo alias uti, quamuis aliquid præſumatur, tamen intelligitur ſi allegetur & proponatur Et hanc partem quaſi ueriorem & æquiorem amplectendo, exiſtimo q̃ laudum ex hoc non poſſit dici nullum. ¶ Ad ſecundum triplici ratione allegatur nullitas.prima, quia arbitri declarãt Simonem eſſe debitorem Nanis & Gori & ſociorũ.

8 Quæ quidem uerba † propter ſe principaliter emiſſa diſponunt, & perinde habentur, ac ſi ita condemnaſſent.de iud.ſi prætor.in prin.de arbi.l quid tamen. §.ſi arbiter. & quod ea fuerit intẽtio eorum, patet per verba præambula, dicimus & terminamus in hunc modum videlicet q̃a in primis &c nec etiã ſalua ratione recti ſermonis poſſent illa verba, quia in primis inuenimus &c.intelligi per viam cauſæ vel ſimplicis narrationis, propter illa verba, quem quidem Simonẽ &c. tunc enim debuiſſet dicere eundem, vt conſtat ar. de au.& ar.leg. l. plautius.& quia à propria ſignificatione verborum non eſt recedendum.de le. 3.l non aliter. cum ſi. videntur ergo condemnaſſe Simonem Nani Goro & ſocijs, & inutiliter pro parte ſociorum, qui nõ compromiſſerunt, vnde cum ſententia nulla ſit in parte ſociorum, ex toto redditur inutilis propter ſui indiuiduam naturam, fami.here. l.in hoc iudicio & nota glo.de iuriſ.om.iu.l.ſi.& doc.C.de erro. cal.l 1 Secunda, quia cum non appareant partes ſociorum, etiam pro parte dictorum fratrum non valet tanquam incerta Inſti.de act.§.curare.C.de ſen. quæ ſine cer. quan l. hæc ſententia. Tertia, ratione repugnantiæ. nam cum ſit debitor Nanis & Gori & ſociorum non debuit condemnari ad ſoluendum ipſis ſolis niſi pro parte eorũ, quæ repugnantia vitiat C ſi ſer. exte. l.1.quin etiam videtur expreſſus error qui habet vitiare ff quæ ſen. ſin. ap.l.1.C.quando prouo.l 2.cum ſim. ¶ In contrarium primo conſiderandũ eſt verba illa.inuenimus dictum Simonem fuiſſe debitorem &c. quod de primo ſignificatu non aliud exprimunt quàm ex codicibus & libris Simonem fuiſſe & eſſe debitorem Nanis, Gori, & ſociorum, quę quidem declaratio cum ſe referat ad ipſos codices & libros, ex ipſis recipit intellectum & declarationem.de re iu l ait prætor.§ 1. & l.in ſumma.& vtrobique notatur id.& conſiderandum quod talis declaratio quæ expreſſe cõdemnationem non ſonat, ex legis ſuppletione trahit ſecum tacitam condemnationem, vbi nihil aliud adiectum eſt, quamuis verba hæc non exprimantur.de dona.l.ex hac ſcriptura.ibi, benigna interpretatione.& d §. ſi arbiter. in verbo videri. principaliter ergo hæc verba declarant & enunciant tanquam antecedens.ex quo ſequitur tacita legũ conſequentia. ad turpi. l. j. §. ſiue autem. hac autem legum tacita ſuppletio & condemnatio tunc demum ſumenda eſt, cum iudex vel arbiter non aliter expreſſe pronunciat. & id de quo principaliter quæſtio vertebatur tali modo principaliter enunciat & declarat. at vbi ſequitur expreſſa pronunciatio, non creditur illis verbis tacitis p̃nũciaſſe, & ſilet legis ſuppletio. de vulg. & pupil.l.cum ex filio.§.1. de preca.l. & habet. § cum quis. cum ſi.præcipue ſi talis declaratio non conueniret iudic. vel arbitri pronuncianti. cum non ſit veriſimile in vno aditum de alio pronunciare. C. de fide. liber.l ſi ibi.nullum quidem iudicium eſſe ſtultum putamus &c. ſed huiuſmodi declaratione hoc modo intellecta, aut incertitudo, aut contrarietas ſiue error inſurgeret. ar. notatorum per Cyn. de iur & fac. igno.l. cum falſa in ſi.per Bar.de condi.inde.l ſi.§.idẽ quæſijt. de reb.dub.l.quotiens.cũ ſimilibus.nunc ad propoſitũ, arbitri huic condemnationi, & declarationi condemnationem addiderunt expreſſam & ſi intelligerentur ex alijs verbis voluiſſe hoc principaliter declarare ad effectum condemnationis, inſurgeret multitudo, & pronunciatio ſuper eo de quo non erat compromiſſum, credẽdum igitur eos ideo illam declarationem feciſſe, quia dubium nõ erat quin totum creditum occaſione ſocietatis ſpectaret ad ipſos fratres, quos patri conſtat per ſ̃ prius ſucceſſiſſe, quem ſolum ſocium habeant ſed ſolum de ipſo debito, vel eius quantitate, & ſic non dubitabatur ad quos ſpectaret creditum. ſed an ſubeſſet, & in quantũ, & quaobrem prius id declararunt. vbi notandum q̃ dicunt, inuenimus . iſtis codicibus &c. & ſic inſpecto tenore ipſorum librorũ ad quos ſe referunt. C.de erro.aduo l 2 & quod ibi notatur præ-

cipi e

cipue per Bal. & Cy.in iuribus præallegatis, ſed quia
ex hoc conſtabat totum debitum.in his fratribus con
ſolidatur per ſucceſſionem.nec de hoc erat quæſtio,
illud quaſi notum omittentes condemnationē in per
ſona eorum adiecerūt. Et hoc optime probatur in d.
l.ait prætor.§.j.vbi iudex cōdemnauit in eo quod ha-
bet ex teſtamento,dicit text. videri condemnaſſe in
eo quod relatū eſt,quoniam nō dubitabatur niſi eſſet
relatum,vel non:non autem an haberet, vt & ibi no.
vnde neque in ſententia exigitur certitudo circa id de
quo principaliter non erat quæſtio vt ibi,& C. de ſen.
quæ ſine cer.quanti.l.2.& ibi plene Bald.accedat quòd
& ſi nō eſſet facta expreſſa relatio ad ipſos codices, tñ
ex ipſis actis reciperet declarationem,vt legitur & no.
de excep. rei iudi.l.ſi quis ad exhibendum.C.de ſentē.
quę ſine cer. quanti.l.2.ff.de ſuſpec.tu.l.hęc enim, ſed
ex ipſis codicibus,& ſcripturis probatis in quibus cō-
tinentur ſocietates omnes, apparet ſocietas inter ip-
ſos & quondam patrem cuius cōſtat eos eſſe hæredes
etiam ante compromiſſum, nec alia reperitur ſocie-
tas ex qua debitum fuerit. merito ſequitur ꝙ illa de-
claratio inducit condemnationem ſolum in perſonā
eorum fratrum.quid enim refert,dicat arbiter,vel iu
dex, Simonem fuiſſe & eſſe debitorem quondam pa
tris eorum, an ſimpliciter eorum fratrum, cum ipſi
ſint patris eorum hæredes,quibuſcunq; enim verbis
idem reſultat effectus,non curatur.vt d.l. in ſumma,
& in d.l.ait prætor.§.j.quamuis in plurali dixerint, &
ſociorum eorum,ex quo videtur ꝙ eſſent ſaltem duo
ſocij,tamē propter relationem factā ad ipſos codices
reſtringitur,nec plus videntur enūciaſſe, vel declaraſ-
ſe quàm in ipſis cōtineatur.C de erro.aduo.l.2. & ibi-
per Bal.quaſi arbitri aduerterint ad ſummam,non ad
9 nomen ſocietatis. Nam † & quandoque plurale pro
ſingulari ponitur. ad treb.l.fi.de coniug.l.1. §.fi. cū de
alia ſocietate non poſſit intelligi tale debitum. ar. de
fun.inſtru.l.fundus qui ad municipa.l.1. in fi. tamen ſi
dici poſſit illa verba, & ſociorum eorum,ſane intelli-
genda,vt rationem addant ſeu declarent. ideſt & ipſo
rum fratrum ſociorum, ideſt tanquam ſociorum, vel
ideſt exiſtentium ſociorum,quæ quidem expoſitio li-
cèt prima facie videatur cauilloſa, tamen propter re-
lationem ad codices ex quibus ita apparet,hoc modo
ſaluanda eſt, quia etſi eſſet error, deberet corrigi,quæ
etiā mens declaratur ex ſequenti condemnatione.ar.
de legat.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi de teſta.l.hæredes. §.
1.nec enim aſſumenda eſt contrarietas. ſed verba ita
intelligenda vt euitetur contradictio ſecundum Cy.
C.de iure & fac.igno.l.cum falſa.in fi. & Bar. de cond.
inde.l. fi.§.idem quæſiit. per quæ apparet ad argumen
ta in contrariū facta manifeſta reſponſio. Cæterū po-
ſito ſine præiudicio veritatis quod illa prima declara
tio non tenuiſſet, attentis rationibus in contrariū alle
gatis,tamen condēnatio quæ poſtea ſecuta eſt in per-
ſonā dictorū fratrū in totū nō laborat eodem morbo,
merito. valebit ipſa de ver.ob.l.ſi ita ſtipulatus.§.Gri-
ſogonus.ver.ſequēs ſtipulatio. potuerunt enim arbitri
incontinenti aliter pronunciare, tamē quia nondum
finem impoſuerunt,& ſic emendare, & corrigere. ff.
de re iudi.l.actorū verba.tum etiā ex forma compro-
miſſi.de arb.l.quid tamē.vnde ceſſant primæ duæ ra-
tiones nullitatis.Tertia vero ratio cōtrarietatis ceſſat,
vt ſtatim latius tangā. Poteſt etiā dici ꝙ illa prima ver
ba, quia in primis inuenimus &c. potius ſint narati-
ua. & in vim cauſæ,quàm propter ſe principaliter e-
miſſa, cum enim arbitri expreſſam condemnationē
immediate addiderint, non eſt ſumenda coniectura
ꝙ ex illis verbis voluerint tacite cōdēnare, ſed per mo
dū præfationum protulerint,vt iā dictū eſt. nā in cer-
tis non eſt locus coniecturis.de ver. obli.l. cōtinuus. §.
cum ita.per modū ergo cauſæ dixiſſe videntur, quia
inuenimus Simonē debitorē &c.eundem condemna
mus.licèt incongrue dixerint quē, talis. n. incongrui-
tas nō nocet.de ita.ho.l.imperator.& ibi no. Nec ob
ſtat ꝙ videatur repugnantia quocunq; mō illa prima
verba intelligant̄ ſiue in vim.cāę ſiue in vim principa-
lis declarationis.& ſi intelligunt̄ in vim cāæ,vr̄ expreſ-
ſus error ꝑ modū cauſæ quę vitiat,quoniā illa verba in
telligenda ſunt vt ſuperius declaratū eſt ſm codices
& ſcripturas ad quas referuntur.nihilominus non ha
bet vitiare,cum multiplici modo debitum ſocietatis
poſſit inferre condemnationē in perſonā eorum, vel
ratione ſucceſſionis, vt res uere ſe habet, vel forſam
quia plures correi erant inſolidū, vel eis a ſocijs facta
ceſſio ratione diuiſionis. vel alia, aut aliter mandatū
habebāt. præſumendū eſt enim pro ſentētia, cū iudex
motum animi ſui veris ex cauſis potuerit informare.
de renun.c.in præſentia.de euic.l. Herenius.§.Gaya.ta
lis ergo cā,quæ licèt prima facie & alio modo non ap
parente non videretur iuſta,quia tamen potuit eſſe iu
ſta ex aliquibus alijs qualitatibus,nō vitiat.tex. eſt no-
tabilis.de ver. ob.l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi illa
cauſa,quaſi de hoc quoque tranſactū eſſet,ſecundū cō
muniorē ſententiā,ꝙ per talē diuiſionē,& conuentio
nē non videatur remitti, fideicōmiſſum.videretur er-
ronea.tum quia nō neceſſario expreſſus eſt error, cū
non dixerit ex illis ſolis verbis videri tranſactum, va-
let ipſa ſententia,& facit pœnam committi: nec dici
poteſt ꝙ ibi iudex pronuntiauerit tranſactum in alio
actu quā diuiſionis, quia ſic non cōmitteretur pœna
quæ in alio actu fuit promiſſa. non etiam poteſt dici
ꝙ ibi propter varietatem opinionū ſaluetur ſentētia,
quia illę opiniones non erant apud iuriſconſultum,
ſed poſtea ex illa lege ortū habuerunt,& ſic patet ſuf-
ficere quod hic tali modo Simon potuit eſſe debitor
horum fratrū & ſociorū, quod ipſum laudū potuerit
iuſtificari,qui modi ſunt plurimi, ut iam declaratum
eſt.præcipue in laudo arbitratorū,in quo non ita con
ſiderantur iuris apices,ſed æquitas & bona fides. arg.
man.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus, & l. Quintus. Illud
porro indubitatū eſt,quod ſi aliqua dubitatio orir etur
ex huiuſmodi uerbis,ſtandū eſſet teſtimonio eorum,
& iudex debebit eorū teſtimoniū admittere ſecundū
Bal.C. de arbi.l.ne in arbitris.qui dixit ſe ita conſuluiſ
ſe.ar.l ab executore.de appe.& no.per Inno. & Hoſt.
de proba.c.quoniam, quibus ex omnibus concludo
laudum ex cauſis prædictis, nō obſtantibus huiuſmo-
di exceptionibus, ualidum & executioni mandandū.
¶ Ita ut ſupra concluſum eſt dico & conſulo ego Ra
phael de Raymundis iuris utriuſque Doct. & in teſti-
moniū me ſubſcripſi, ſigilumq; meum imprimi iuſſi.
¶ Et idem dico & conſulo. Ego Raphael Fulgoſius iu
ris utriuſque Doct.& ad fidem præmiſſorū ſubſcripſi
& ſigillum meū imprimi iuſſi. Et pro deciſione in pri
mo cōſultationis articulo tam abundantiſſime q̃ elo-
quentiſſime munita. illud quoq; rationibus aſſertur,
quoniam ſicut legitur in inſtrumento compromiſſio
nis.ſpecialiter conuenerunt compromittentes,ut ele-
cti arbitri,& arbitratores poſſent laudum ſuum pro-
ferre utraque parte abſente, per quod iuris ſubtilitati
& ordini requiſito tam in iudicijs quàm in arbitrijs re
10 nunciare uoluerunt. Nam manifeſtum eſt † ꝙ utraq;
parte abſente nunquam poteſt iudex & multominus
arbiter proferre ſententiā etiamſi utraque pars fuiſſet
citata puta altera ad inſtantiam & requiſitionem al-
terius, & econtra. uel quia iudex utranque præſentem
admonuiſſet ut certo tempore adeſſet ad audiēdam
ſentētiā ſm formā.l.ceſſante.& ibi notatur.C. quom.
& qñ iudex,& ſi utraque parte abſente etiā citata,uel
admonita ſententia a iudice proferatur, nulla eſt.& C.
de iud.properandū.§.ſiue autem alterutra.& in rubri
ca C. quomodo & quando iudex.ibi. utraque parte
præſente,uel altera abſente, nūquā igitur utraque ab
ſente,& ita notatur per glo. & omnes in d. l. properā
dum.§.ſiue autem alterutra. a iuris itaque diſpoſitio-
ne & iudiciorum ordine uoluerunt eo caſu compro
mittentes manifeſte diſcedere. Et cum dixerint ſim-
pliciter & indiſtincte utraque parte abſente poſſe ar-
bitros

bitros laudum ſuũ proferre, nec verborum cõpromiſ
ſi propria ſignificatio citationẽ exigat, nec caſu cum
vtraque eſt abſentes a iure deſideretur, quinimmo fa-
cta citatio, neutro competente, iuris diſpoſitione cir-
ſideat pro hærede vel pro poſſeſſore. iuxta ea quæ ha-
bentur de peti. hær. l. licèt. & l. ſeq. & C. eo. l. cogi. & no.
ff. de eden. l. j. in prin. hic aũt nec Hieronymus dixit ſe
hæredem, nec ipſum Antoniũ poſſidere pro hærede,
vel pro poſſeſſore, cũ poſito ꝙ libellus procedat in bo-
nis quæ fuerunt patris, matris, & patrui, m̃ non proce
dit in pecunia acquiſita poſt mortẽ patris. nã licèt quę
ſiſſet cum bonis paternis, puta emendo, vendendo, &
aliter negotiando, talis pecunia non eſſet hæreditaria
nec cõis, vt ff. de admini. tuto. l. Titium. §. altero. & ibi
plenè not. C. cõia vtriuſq; iudi. l. ſi patruus. ff. de ſolu. l.
filiæ. cum ſi. multis. multo ẽt magis ineptus eſt reſpe-
ctu aliorũ bonorũ quæ poſſidet dictus ſer Antonius, vł
poſt mortẽ quæſitorũ. nã cũ in bonis paternis, vel etiã
in vita ſi qua acquiſita ſunt ex cauſa aduentitia caſtrẽ-
ſi vel quaſi, eodem modo non proceſſit libellus inquã-
tum petijt nihil diuidi. ſic. n. cumulauit petitionem hæ
reditatis & iudicium fami. her. ꝙ fieri nõ potuit ſi hoc
fuit oppoſitum, vt communiter opponitur libellis. vt
ff. de excep. l. fundi. vbi eſt expreſſum. & l. j. fa her. vnde
patet ꝙ cum libellus Hieronymi non proceſſerit ſaltũ
ſuper bonis quæſitis per ſer Antonium poſt mortẽ. &
ſuper diuiſione bonorum, ſententia illo reſpectu ini-
qua eſt, nec fuit compromittendũ ſuper petitione eui
denter calumnioſa & inepta. iuxta ea quæ habentur.
ff. de trant. l. poſt rem iudicatam & non ſolum iniqua,
verum etiam nulla redditur ipſa ſnĩa. nam ſi iudex ꝓ-
nunciaſſet diffinitiuè ſuper illis partibus ineptis, nõ va
luiſſet per illam l. prolatam. multominus valet ſnĩa de
ꝯpromittendo, cum officium iudicis ſuper hoc funda
ri non potuerit. ¶ Ad ſ'm principale quæſitum reſpon-
detur appellationem tenuiſſe. iure. n. communi ꝯſtat
a tali ſententia per quam pronunciauit compromittẽ
dum eſſe appellari poſſe, cum hic non expectetur alia
diffinitiua per quam iſtud grauamen tollatur, iuxta ea
quæ habentur ff. de app. reci. l. 2. & ibi plenè nota. & de
epiſ. audi. l. 2. ff. qui ſatiſ. cog. l. ab arbitro. de mino. l. in-
tra vtile. & not. C. ne filius pro pa. authen. habita. Satis
enim dicitur grauamen irreparabile, ꝙ cogatur corã
non ſuo iudice litigare. vt not. in d. auth habita, & per
Bar. in l. 2. de ap. reci. præal. & maxime ire ad arbitra
tores qui de iure vnius ſæpe adimunt, & adimere poſ-
ſunt. ſ'm quod no. Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ꝓ
ſocio, nec huic ob. ſtatutum prohibens appellari a ſẽ-
tentia minoris ſummæ 25. lib. hic. n. non poteſt dici ſẽ
tentia minoris ſummæ, ſed eſt ſnĩa continens factum,
& factum & grauamen ineſtimabile, & ꝙ poſſet eſſe
magni præiudicij, & in magna quantitate, poſſet. n. læ-
di per arbitros in multo maiori ſumma. 25. lib. & tñ ñ
eſſet talis læſio ex qua poſſet peti reductio ad arbitriũ
boni viri, ſ'm ea quæ not in d. §. arbitrorum & ſic non
poteſt dici ꝙ ſit infra 25. lib. cum ſit res inæſtimabilis.
& cuius intereſſe poteſt multo plus aſcendere, quia a
ſententia iudicis appellari poteſt prætextu omnis iniq-
tatis, non ſic peti reductio ad arbitrium boni viri. ſta-
tutum aũt iſtud prohibuit appellationem in caſu mo-
dici præiudicij. Illud aũt conſtat licèt per ſtatutum tol-
leretur appellatio, non tñ tolleret nullitatem, cum hęc
ſint diuerſa remedia. vt not. in l. j. §. interdum, a quib.
ap. non licet. vt C. quando ꝓuo. non eſt ne. l. j. & ff.
de app. l. ſi expreſſum. C. de ſen. & interlo. om. iud. l. fin.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus.

ARGVMENTVM.

¶ Legatum factum vni de diuerſa ſiue de vna quan
titate in diuerſis voluntatibus ob eandem cauſam nõ
poteſt niſi ſemel peti, & an pater qui legat dotem quã
prius promiſerat videatur legaſſe ob promiſſum præã
bulam, & ſic an vtrumque poſſit peti.

SVMMARIVM.

1 Relictum eiuſdem vel diuerſæ quantitatis factum in codicillis, an tollat relictum ob eandem cauſam factum in teſtamento.

CONSILIVM. XVIII.

SINE Diſputatione dicendum puto non
poſſe bis Nicolaum ducatos 6. & 50. pro
dote vxoris, vigore legatorum. relictorũ
in teſtõ & codicillis conſequi, ſed debe-
re vna ſolutione eſſe contentum, nã vbi
non ſolum eadem quantitas verum etiam diuerſa in
teſtamento & codicillis relinquitur ob eandem cãm,
vnica ſufficit præſtatio. & per ſecundum relictum in-
telligitur receſſum a primo, tam etſi vtraque quanti-
tas in illam cauſam conuerti poſſet, ita quod duplica-
tio quantitatis & vtriuſq; relicti ipſo nõ repugnet cãæ
ob quã cauſam relinquit. vt ff. de ali. le. l. libertis quos.
in prin. & no glo. de proba. l. quinquaginta. & plene ꝑ
1 Bar. de adi. leg. l. cum centum. Si ergo relictum † eiuſ-
dem vel diuerſæ quantitatis in codicillis tollit relictũ,
ob eandem cauſam in teſtamento, vbi vtrumque reli
ctum compoſſibile eſt. nec cauſa naturæ ob quam re-
lictũ ẽ repugnat, pari ratione immo multum maiori
in præſentiarum dicendum erit vnicam ſolutionem
ſufficere, & primum relictum intelligi ademptum ꝑ
ſ'm, cum hic eadem in effectu quantitas relicta eſt ob
eandem cauſam. ſ. dotis in teſtamento, & codicillis.
licèt eius præſtatio reſpectu rerum videatur aliquali-
ter variata, & quod fortius eſt ſi bene inſpiciatur vtrũ-
que relictum non poſſit ſimul conuerti in eãdem cau
ſam & compati. primum, enim voluit teſtator de bo
nis immobilibus in teſtamento deduci tantum quod
aſcendat ad ſummam ducatorum 6. & 50. auri pro do
te. & illa bona ad Nicolaum pertinere, quo quidẽ fa-
cto actio, quæ competebat Nicolao contra fratrem ſi
ue cohæredes pro dote ſibi reſtituenda ſi pater non le
gaſſet propter onera matrimonij. vt probatur. ff. ſam.
herc. l. ſi filia. & l. ſi maritus. & de iure do. l. ſi is. & de
do. præle. l. 2. in prin. ſublata erit. quamobrem nõ po-
terit amplius impleri quod idem teſtator in codicillis
voluit, voluit. n. eidem Nicolao ſatisfieri de dote, vel
parte eius eo caſu quo reſtituere teneretur, quæ quidẽ
ſatisfactio proprie non cadit vbi non eſt oblatio, quẽ-
admodum nec ſolutio. de verb. obl. l. 10. iuncta l. quin
ta. §. ſatis acceptio. eo. tit. cum concor. ibi allegatis. in
glo. nec dici poteſt teſtatorem in teſtamento reliquiſ-
ſe Nicolao pure pro dote ſibi debita, in codicillis vero
reliquiſſe pro dote vxori vel eius hæredibus ſoluenda,
& ſic cauſa non ſit omnino eadem. qm̃ hunc intelle-
ctu non patitur primò verbũ ſatisfieri, quod quidem
verbum retulit ad ipſum Nicolaum, dicẽs ſibi. ſ. Nico-
lao, vt ex præcedentibus apparet cum ei reliquit & de
ſignat ſatisfieri. quæ ſatisfactio, vt dictum eſt, nõ eſt bis
in eiuſdem perſona compatibilis. ſecundò negari nõ
poteſt hoc eſſe contrarium primo relicto in quo vo-
luit illa bona pertinere cum onere dotis, & ideo neceſ
ſario videtur corrigere, nec ſolum reſpectu oneris, ve-
rum etiam reſpectu relicti, cum & adempto onere in-
telligatur relictum. de adi. le. l. filio. §. 1. & l. alumnæ.
§. Seya. Amplius conſiderandum eſt, quòd pater relin
quens Nicolao pro dote, quæ vt iam dictum eſt eidẽ
propter onera matrimonij debebatur, potius videtur
debitum ſoluere quàm donare de leg. 2. l. cum pater.
§. fidei tuæ. & glo. no. in l. Lucius §. impuberem, eo.
tit. vnde quamuis dotem quam filio debebat nurui le
gauerit, non præſumitur voluiſſe deberi niſi ſemel v-
trique. de do. præleg. l. 2. in prin. ad idem de legat. t.
l. huiuſmodi. §. cũ pater. vbi ſi quantitatẽ promiſſã ge-
nero pro dote legauerit filiæ, non præſumitur voluiſſe
duplicare. vt ff. de iur. dot. l. cũ pater. Si ergo ita eſt in ꝓ
miſ-

miſſiõe & legato reſpiciẽtibus diuerſas pſonas, multo fortius idem dicẽdũ erit in duobus legatis eidẽ factis. ea enim violenta præſumptio leges quod nõ uoluerit pater duplici pſtatione dotis hæredẽ grauare. de leg. 2. l. Titia. §. qui inuita. ibi, nõ eſt enim veriſimile. & ad d. l. 3. in prin. nec refert utrum ipſa dotis quantitas, an aliud ꝑ dote relinquatᷣ, vt potius dicatᷣ ſolutio quam donatio. de do prælég. l. cũ quis. §. ſi. facit eadem l. iu prin. ibi ſed & non dos, quo fit, vt vtrumque legatum quaſi de debito factum vnica ſolutione tollatur. de do. pleg. l. j §. adeo. & l. pater. ad hoc etiam accedat quod no. Bartol. in d. l. huiuſmodi. §. cum pater. dicens quod ſi pater ꝗ nomine dotis aliquid promittit, poſtea legat, ſi hoc exprimit ſe pro dote legare, ad alterũ tamen hæres tenetur. Si nõ exprimit cauſam dotis, adhuc idem ſi legat illud idem quod promiſit vel tantundem, ſecꝰ ſi legat aliud, & ſic vbi exprimitur cauſa dotis, ſufficit vnica ſolutio non attenta diuerſitate rei vel quãtitatis, quamuis promiſſio conferatur in perſonam vnicã, & legatum in perſonam filiæ. quanto ergo fortius hic in legatis factis eidem in duabus diſpoſitionibus, quorũ vna. ſ. codicillus trahitur ad aliam, maior enim multo diuerſitas eſt inter promiſſionem & legatum, quam ĩ duobus legatis, & hæc ſententia eſt humanior. ne bis idem Nicolaus conſequatur cum maxima fratris iniuria & inuidia, & vt euitetur inæqualitas inter fratres. ar. de leg. 2. l. cum pater. §. euntis. C. communia vtriuſꝗ; iud. l. ſi. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. in prin. Reſtat cõcludendum formaliter ad quæſitum, Nicolaũ una ſolutione eſſe contentũ. & ut ex prædictis apparet, nõ agẽdũ ex primo ſed ex ſecundo legato in conditionis euentũ per d. l. libertis. & de condi. & de l. nam ad ea. Aut ſi Nicolaus mallet iudicio fam. ercil. vel in factum actione citra legatum dotem conſequi, poſito ſine præiudicio veritatis ꝙ hoc poſſet in quo non inſiſto, quia non quęritur an poſſet poſtea in conditionis euentum in ſecundo legato agere, præmiſſis rationibus, & ſic in effectu vnica ſolutio ſemper ſufficit.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

Sententia lata, ꝙ creditor reſtituat pignus debitori, an concludat debitum principale eſſe ſublatum, & an ſentẽtia lata in principali præiudicet in acceſſorio vel econtra, & an creditor lucretur fructus rei pignorantę, ſaltem ex conuentione, uel pacto.

SVMMARIVM.

1. *Pignore per creditorem reſtituto principale debitum ſublatum eſſe cenſetur.*
2. *Sententia in acceſſorio an faciat fidem in principali ſi ex ea inferatur ad principale.*
3. *Pignoris liberationẽ fieri remanẽte debito principali, poſſibile eſt.*
4. *Creditor tenetur computare in ſortem fructus perceptos ex re pignorata.*

FACTI SPECIES

QVidam Nobilis vir Bertrãdus nomine Dyœceſis Tridentinæ egens pecunia ꝯuenit cum quodã alio nobili noĩe Corradus đ Alamania ꝙ ſibi tradaret Ducatos mille, quia ſibi daret ſiue redderet ꝑ pignore certũ caſtrũ ꝙ ipſe Bertrandus detinebat & poſſidebat cum podere & poſſeſſionibus & omnibus redditibus caſtri prædicti. & ꝙ donec redderet ſibi denarios prædictos ſibi liceret retinere dictũ caſtrum, & fructus percipere, & ꝙ teneatur dictus Corradus ſuſtinere expenſam ꝑ cuſtodia dicti caſtri, & ſibi retinere fructus & redditus dicti caſtri, licet neceſſariã expenſam dicti caſtri excederent. & ita cum pecuniã mutuaſſet, tenutã caſtri fuit inductus, ꝑ ꝗ plures annos tenuit, poſtea exorta eſt inter eos diſcordia grauis, & inimicitiæ capitales. ſed cõpromiſerũt in aliquos quibus data fuit poteſtas & licentia arbitrandi de iure & de facto cum pœnæ adiectione, quiꝗ; ꝓnunciauerunt inter cætera ꝙ præfatus Corradus intra certos dies dictum caſtrũ poneret in manu cuiuſdã tertiæ perſonæ quæ deberet dictum caſtrum dicto Bertrando tradere & aſſignare liberũ vacuũ & expeditũ, & ita factũ fuit. in quibꝰ oĩbus nulla facta fuit mentio. de dictis mille Ducatis. dictus Corradus vult petere dictos denarios. Quæritᷣ qđ iuris.

CONSILIVM XIX.

In Dei nomine amen.

DVO videnda ſunt. Primum nunquid huiuſmodi arbitriũ & reſtitutio pignoris obſtare uideatur petitioni debiti principalis mille ducatorum. Secũdo, an fructus percepti non obſtante conuentione veniãt in ſorte computãdi, & ſic vſque ad quantitatẽ fructuũ perceptorũ iure cõpẽſationis debitum ſublatũ ſit. ¶ Ad primũ uideretur prima fronte dicendũ laudum obſtare petitioni prædictæ quantitatis. nam qui vult conſequens uidetur uelle neceſſario antecedens. de acqui. hær. l. illud. & præſumẽdum eſt arbitrium iuſtum fuiſſe. ar. de euic. l. Hærennius. §. Gaya. & extra de rentin. 1 c. in præſentia. conſtat autẽ † pignus non fuiſſe reſtituẽdũ niſi ſublato debito principali. de pig. ac. l. ſi rẽ ꝗ. oẽs. Cũ ergo arbitratum ſit pignus reſtitui quaſi antecedẽs neceſſariũ ad iuſtitiam arbitrij videtur declaratum debitum principale fuiſſe ſublatum. Preterea nõ eſt veriſimile ꝙ debitori creditor pignus reſtituat durante debito principali per locũ à communiter accidẽtibus. ar. de proba. l. cũ de indebito. coniuncta l. plus cautionis. de reg. iur. & Inſt. de obli. quæ ex delic. §. furti autẽ. quę quidẽ præſumptio onus probandi transfert in aduerſarium arg. quod me. cauſa. l. ſi. in prin. de ꝯtrahen. empt. l. ſi debitor. §. neriſimile. & d. l. cũ de indebito. pro hoc facit ẽt de le. j. l. ſi tibi homo. in prin. de lib. le. l. j. in fi. vbi legatũ pignoris continet etiã liberationem debiti principalis. Cæterum prædictis nequaquã obſtantibus dicẽdum eſt huiuſmodi laudũ & reſtitutionẽ petitioni debiti principalis minime obſtare ſiue obeſſe. Illa primũ ratione, quia ſententia in vna relata, & præcipue in acceſſorio, in alia nõ pręiudicat, potiſſime in principali. de excep. rei iud. l. cũ quæritur. cũ duabus ſequentibus. eodem modo nec pactum & promiſſio. vt ff. de pac. l. ſi unus. § ante omnia. Cum ergo de ſolo pignore pronunciatum ſit, non extẽdetur ad debitũ principale. ad

2 idem facit, quia † ſententia in acceſſorio non facit fidẽ in principali etiam ſi neceſſario ex ſententia lata ſuper acceſſorio inferatur ad principale. vt ff. de excep. l. ſed ſi ante. & ibi no. & plenè per Barto. de uerb. obl. l. qui Ro

3 mæ. §. fina. multo ergo minus hic, cum † ſtare poſſit liberatio pignoris durante debito principali, quinimo ſententia in principali non præiudicat in acceſſorio. de rei iud. l. ſi quis in totum. C. de viuris. l. eos. nec ex ſententia ſumenda eſt præſumptio niſi quatenus cõcludit. vt ff. de pig. l. ſi ſuperarus. de cõd. inde. l. Iulianus. & ibi no. ſecundum Iac. Bu. & Bar. facit de excu. tu. l. ſpadonem. §. qui abſolutus. ſtat autẽ laudum fuiſſe iuſtum, & tamẽ durare obligationem principalẽ, forſan enim creditor poſt contractum pignus remiſerat. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſoluitur. in prin. uel aliam cautionem loco pignoris præſtiterat. vel forſan alia pignora, uel fideiuſſores creditori uolenti dederat. vt d. l. ſi rem. §. omnis. Aut forſan gratia ſedandæ diſcordiæ quæ aliter ſedari nõ poterat, ita placuit arbitris & creditori remiſſionẽ, vel ſolutionem. iuxta illam vulgarem regulam, nõ ꝓbat hoc eſſe &c. C. vnde legi. l. non hoc. de proba. l. neꝗ; natales. Accedat & illa cõſideratio, quod creditore reſtituente pignus debitori uel legante non inducitur neque pręſumitur debiti remiſſio vel ſolutio. vt ff. de pac. l. 3. & d. l. j. §. j. de lib. le. Cùm ergo laudum arbitratorũ ſit quædam conuentio & tranſactio partium. cuius cõditio impletur per ipſum arbitrium. de ver. obl. l. ſi quis arbitratu. & ibi no. in Auth. vt diſſe. iud. in prin. de arb.

l. ſi de

l.ſi de meis.§.recepiſſe.cũ ſim.Sequitur quod quemadmodum ipſius creditoris voluntaria reſtitutio & conuentio de reſtituendo non præiudicat in principali, ſic nec ipſum laudum, quo fit vt nec reſtitutio poſtea ſecuta præiudicet, tum per iura præalle. tum etiam quia ex neceſſitate arbitrij facta non inducit præſumptionem remiſſionis debiti principalis·ar.de le.3.l.fideicommiſſa.§.ſi rẽ.de adi.l.leg. rem legatã, illud etiam ſimile induci poteſt, quod venditor condemnatus ad rem reſtituendam reſtitutione facta pretium petere poteſt, quã uis rem ipſam loco pignoris retineret.de act.emp.l.Iulianus §.offerri.no.in Spe.de execu.ſen.§.fi.uer.Itẽ pone emptor.& per Bar.de iureiur. l.ſi duo.§. ſi quis iurauerit. Ad allegata in oppoſitum patet per ſuperiora reſponſum, quia non eſt neceſſarium antecedens liberatio debiti pricipalis, cũ poſſit tolli hypotheca ſine principali, & ſic iuſtificari ſnia·ad l. ſi tibi homo, reſpondet ꝙ ibi nõ creditor, ſed alius legauit pignus, vnde videtur legaſſe liberationẽ debiti, quaſi non aliter creditor eẽt pignus redditurus, lex autem.1.de lib. le. probat debitũ non videri remiſſum, niſi alia appareat voluntas teſtatoris, vt ibi patet & no.¶ Ad ſecundum † uidetur
4 dicẽdum fructus compenſari debere ad ſortẽ.C.de pig.ac. l.j.& 2.& l.fi.nec valet pactũ de fructibus lucrandis, quaſi vſurariũ.vt extra de vſur.c.cum tu.de pignor.& c. illo vos.de empt.& uen.c.ad noſtrã.& de vſur.c.j.& 2.& c. conqueſtus.nec de ipſis fructibus deducendi ſunt ſumptus cuſtodiæ ipſius caſtri aut repetendi.nam cum creditor ad cuſtodiã rei pignoratæ teneatur. ut Inſti.quib. mod.re contrahitur obli.§.fi.non debet conſequi huiuſmodi ſumptus cuſtodiæ.de leg.j.l. ſumptus coniuncta glo.j.in prin.& ibi Ang.videtur hoc notare.vt qui tenentur ad cuſtodiam caſtrorũ non imputent ſumptus cuſtodiæ.facit.ff ad Trebe. l. vbi pure. §.fi. Tamen breuiter & concluſiue dicendum eſt pactum illud de fructibus, & redditibus cum cuſtodia computãdis tenuiſſe ſi & quatenus conſiderato dubio euentus tempore contractus veriſimiliter expenſæ cuſtodiæ extimabantur æquiualere redditibus. vt C.de vſur.l.ſi ea lege. cũ gl.& ibi per Doc.& eoſdem eo.ut.l.ſi ea pactione. & l. cum non frumentum extra de uſuris·c.fi.& c.in ciuitate.facit C.eo.tit.de uſuris.l.oleo.de inoff.teſt.l.ſi pater. Non ob.quod dicebatur expenſas cuſtodiæ ad creditorem pertinere. Hoc enim minime eſt verum, & foret abſurdum quod creditor impenſas tales faceret, & fructus non lucraretur, cũ hæc ſit impenſa neceſſaria, contra.l.ſi ſeruos.de pig.ac.& Bar.in l.cum quærebatur. §. fi.de leg.3.videtur ſentire quod expenſæ debeantur · ſi non dicantur cauſa fructuum, Bal.autem.C.de fruc. & lit.expen.l.1.uer.quæro nunquid ſumptus · tenet dictos ſumptus de fructibus deducẽdos, quicquid tamen in hoc ſit, clarũ eſt impẽſas illas non eẽ dñi creditoris, & l.ſumptus. & ibi gl· & ibi Ang. loquuntur in marito & ſimilibus, qui fructus lucrantur, ex quo ſatis videtur quod illa impenſa dicatur gratia fructuum, niſi forſan ex cauſa belli creuiſſet expenſa cuſtodiæ, vel aliter ratione ſuſpitionis, quo caſu diceretur ad perpetuam utilitatem rei.iuxta ea quæ habentur.ff.ſo.ma.l.diuortio. §.impendia.& de impen.l.j.cum pluribus ſequentibus. Quoniam etiã dato ſine ueritatis præiudicio, quod expenſa cuſtodiæ ſpectaret ad creditorem, licuiſſet tamẽ conuenire vt ſpectaret ad debitorem, cum per hoc creditor non lucretur.depoſiti.l.j.§.ſi conuenerit.ff.cõm. l.ſi vt certo.§.interdum. & conſequenter valuiſſet præmiſſa conuentio de fructibus pro expenſis retinendis, prout ſuperius reſponſum eſt.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

Fructus pendentes uel penſiones rei uenditæ an ſpectẽt ad emptorem, vel ad uenditorem, & an & quãdo emptor teneatur ſtare colono.

SVMMARIVM.

1 *Creditor emens à debitore poſſeſſionem an habeat fructus pendẽtes tempore emptionis. non obſtante quòd eidem debitori ſuper eiſdem competat actio.*

FACTI SPECIES

MAgiſter Antonius Fãtixellus creditor Antoni de Xandro iure creditoris miſſus eſt in poſſeſſionem quarundam poſſeſſionum dicti Antonij, eaſque legitime iure creditoris uendidit domino Antonio de Luſchis, qui poſtea miſſus fuit in poſſeſſionem dictarũ poſſeſſionum, factaque fuit per dominum poteſtatem Vincẽtiæ commiſſio, vt dictarum poſſeſſionum reſpõſales pignorari poſſint ad petitionem dicti domini Antonij pro partibus & fictibus non ſolutis anni præſentis. Nunc dubium eſt, nunquid præfatus dominus Antonius de Luſchis debeat habere fructus pendentes, ſine partes & fructus anni præſentis dictarum poſſeſſionũ ab eo emptarũ integraliter, an ſolũ ꝑ rata temporis.

CONSILIVM XX.

In Chriſti nomine amen.

CVM dominium trãslatum ſit in dominũ Antonium cui iure creditoris venditæ & traditæ ſunt ſecũdum formam ſtatutorũ, vt Inſti.quibus alie.licet, In princ. conſtat,
1 ꝙ † partes fructuum pendentium tempore venditionis & traditionis ſpectãt ad emptorem. vt ff.de rei uen.l fructus.de act emp.l.Iulianus.§. ſi fructibus. Fictus vero ipſo iure non debentur emptori, qa veniunt ex contractu uẽditoris Sed dubium eſt, an actio ei cedenda ſit quę competit debitori Dy.quem etiam ſequitur Ray.ff.de iure fi.l.fi.dicit ꝙ ſic per illam l. vbi videtur expreſſum.Bar.uero ſequit̃ Dy.quando ad emptorem tranſit ius coloni de neceſſitate, quando vero non tranſit ius coloni. Vnde putat debere inſpici tempus quo percipiuntur fructus, quorũ reſpectu deberetur penſio.vnde ſi locato ex qua ſoluebantur fictus & partes erat ad longum tempus, puta ſaltem decennium quo caſu conductor habet ius in re. de ſuperfi.l. 1.§.ꝙ autem.uel dato ꝙ locatio eſſet ad modicum tempus, tamen de ea erat confectum inſtrumẽtum publicum, quibus caſibus emptor tenetur ſtare locationi ꝓpter ius in re ꝙ habet conductor.ſ.vtilis dominij, vel hypotecæ.ut plene no.Bar.ff.ſo.mat.l.ſi filio §. fi.dicendum erit dictos fictus integre ſpectare ad emptorem per dictam l. fi. maximè ſi in inſtrumento uenditionis ceſſa eſſent omnia iura competentia debitori occaſione dictarum poſſeſſionum & pro redditibus &c.ut ſæpe fieri ſolet. vbi uero locatio eſſet ad modicum tempus, & ſine inſtrumẽto publico, & ſine oblatione bonorum, tunc quia emptor non tenetur ſtare locationi, fictus q debentur occaſione fructuum perceptorũ ante uenditionem, quales ſunt fictus frumẽti, cum tempore uẽditionis, vt audio, frumentum deberet iam eẽ collectũ, ſpectarent ad debitorem, fictus uero pecuniæ qui tẽpore uenditionis occaſione fructuum non perceptorum debentur, ſpectarent ad emptorem, nõ autem eſt fienda diuiſio pro rata tẽporis vt apparet ex prædictis. nec glo.in § ſi fructibus. recte intellecta contradicit. cũ. n. dicit, ꝙ uenditor emptori dabit.ſ.quæ cu rit poſt uenditionem, debet intelligi ut penſio quæ debuit ſolui poſt uenditionem ſpectet ad emptorem inſpecto tempore fiendæ ſolutionis, ſicut ſi fuiſſet ſoluenda ante uẽditionem. & hoc uoluit gl.in d.l.fi.de iure fiſ.& l.defuncta.ff vſufr.ubi ſimpliciter videtur uelle opin. Dy. ſatis tamẽ iuſtũ & æquum puto ꝙ ubi fictus ſiue penſio ſeparatim deberent pro fructibus perceptis tempore uenditionis & percipiendis, ut in caſu propoſito, debebantur. n. fictus frumenti pro frumento iam collecto, & fictus denariorum pro alijs nondum collectis, fictus debiti pro fictibus collectis non ſpectãt ad emptorem, dato ꝙ cogeretur ſtare locationi, & multomagis quãdo omnes fructus eſſent collecti tempore uenditionis, & l.fin. de

iure

iure ſi.loquitur quando nulla erat penſio præſtanda ra-
tione fructuum aridorum & liquidorum,& aridi erãt
percepti tempore uẽditionis, liquidi non. maxime cũ
fuerit facta uenditio per creditorem qui ex bona fide
non debuit fictus pro fictibus iam perceptis ad emptio
rem transferre , quemſiſſe non feciſſet ipſe venditor ,
ſed illos expectaſſet. hoc tamen non audeo affirmare.
quia nec gl.nec Doct,dicunt.ſ.aliter vt ſ.retuli .
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael.de Cumis.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella ſiue datium ad quem ſpectet ,an ad dominum rerum ,vel ad nautam ,& ſi nauta recedat ſine bulleta, & res perdantur , an nauta teneatur domino rerum.*

CONSILIVM XXI

MATTHAEVS dedit quaſdã res Venetijs
barcharolo Arriminũ vehẽdas,in egreſſu
nauigij de Venetijs , quia non habebatur
bulleta d datio ſoluto, ab inquiſitoribus q̃
ſitum fuit , & dictæ res inuẽtæ & perditæ
1 fuit.Quæritur † an barcharolus teneatur Matthæó &
videtur,quòd non , quia Matthæus debuit ſoluere da-
tium.per Barto.de publ.l.j. & licèt barcharolus condu
xiſſet vehendas,non debebat ſoluere de ſuo licet pote-
rat a Mattheo petere datium per prius.ff.man.l.ſi uero
§.final. quod puto iuſtum ſi Matthæus ſciebat nautam
ſine bulleta,recedere , videtur enim datium voluiſſe
fraudare.argum.de euic. l. Herennius. §.j. & quia non
caret &c.de homi. capit. ficut dignum. facit de noxal.
l.2.& 3.cum ibi not.pariter ſi ſciebat nautam ignorare
datium ſoluendum.argu.mand. l. ſi fideiuſſor in prin-
cip.alias ſi aliud non appareat,videtur præſumi dediſ-
ſe, vt licite, non illicite, exportaret.arg pro ſoc.l.meri
tis.nec illicitum & pœnale præſumitur mandaſſe.vt ff.
quod quiſque iur.l 3.§.ſi procurator.de condi. inde.l. ſi
procurator.de his quæ in ſtau.ere.l.ſi pater.de iur. om.
iud.l. 2.cũ ſi.licèt enim potuiſſet petere a Matthæo bul
letam & pecuniam dari,non tamẽ debuit ſine hoc re
cede,cum ad eum ſpectet bulletæ oſtenſio apud quem
res inueniuntur, quia tamen commune eſt vinum da-
tia fraudare, & mos eſt dominos rei bulletam accipe-
re,vel pro ea nautæ pecuniã dare, aut ſaltem expreſsè
imponere vt pro ſe ſolueret,ex hac ſimplici datiòe ſa-
tis inſurgit ſuſpicio fraudis ↄtra Matthæum vt vel fiau
dare voluerit datium vel nautam irritare, vt ſic patiatur
eum tranſire,& ſi bene ſuccedat,lucretur.ſi male,ei im
putetur.ar.de excep.doli.l.apud Celſum.in prin.maxi-
mè ſi conditio nautæ inſpecta datij quantitate non ſic
gerebat,ꝙ veriſimiliter nautæ impoſuiſſet ꝙ ſolueret
pro ſe,bene ergo faciet nauta articulari de his, & pro-
bare vt poterit, iudexque multum debebit aduertere
ad tales coniecturas .
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

A R G V M E N T V M.

¶ An conditio appoſita in primo legato cenſeatur
repetita in ſecundo eidem facto.

S V M M A R I V M.

1 *Legato victus quæ contineantur .*
2 *Expreſſum quod in diſpoſitionibus operetur.*

FACTI SPECIES.

TEſtator Legauit vxori ſuæ facultatem habitandi ĩ
certa parte ſuæ domus cum fornimentis coquinæ
ſub conditione ſi dotem non exigeret, ſubdẽs. Itẽ eidẽ
lego centum libras,modium frumenti, Carrum vini ,
& plauſtrum lignorum omni anno,quæritur nunquid
in hoc ſecũdo legato intelligatur repetita eadẽ ↄditio.

CONSILIVM XXII.

In nomine Domini amen.

QVOD domina Margarita vxor præ
fati quondam teſtatoris dotẽ exigens
non poſſit petere legata centũ libra
carri vini,plauſtri lignorũ , & modij
frumenti,facit illa ſuaſio , quod in le-
gato facultatis habitandi certæ partis
domus cum fornimẽtis coquinæ ad-
iecta fuit illa conditio ipſa non exigente dotem ſuam,
vnde debet intelligi repetita in ijs legatis in quibus eſt
identitas perſonarum,licèt rei diuerſitas , ꝓpter dictio
nem repetitam.Item, de l. 3 l.in repetendis.& ibi p gl.
communiter Doc.præcipue cum ex coniunctione ho-
rum legatorum colligatur voluiſſe uictum condecen-
tem vxori relinquere.Primo.ſ. habitationem , deinde
alia pro alimentis, nec ſit ratio per quam inhabitatio-
nem quæ præcipua eſt & fundamentum victus condi-
tionem illam addiderit & nõ in alijs legatis prædictis .
& ſic à rationis paritate ſumatur etiam coniectura vi-
ctus.ar.ad l. Aqui.l.illud.de ver.obl.l.à Titio,cum & cõ
iectura victus ſumenda eſſet etiam repetitione ceſſan-
te.ar.de leg.3.l.cum proponebatur.C.de fideicom l.cũ
virum.cũ ſim.præcipue in legato vini frumẽti & ligno
rũ.vbi vltra illa uerba teſtamẽti. ipſa viuẽte & honorẽ
cum honeſtate cuſtodiente,addidit, & ut ſupra,quæ q
dem uerba augent conditionem,vt non ſolum teneat
honorem teſtantis honeſte cuſtodire , verũ etiam alia
ſupradicta facere.de leg.3.l.ea tamen adiectio.hæc aũt
adiectio nõ poteſt referri ad id quod etiam dixerat, vt
non tranſiret ad ſecunda uota, quia hoc ſatis compre-
hẽdebat illis verbis,& honorem cum honeſtate cuſto-
diente,quia contriſtatur anima uiri ex ſecundo matri-
monio.vt in Auth. de nõ eligen.ſecundo nub. §. Gre-
goria.uer.proſpexim⁹. facit quod no.per Bar.ad Treb.l.
mulier.§.cum proponeretur.ad fi.per Bal.C.de ind.vi,
tol.l.fi.¶Sed his nõ obſtantibus ſine dubitatione arbi
tror præfatam dominam & dotem & legata de quib⁹
quæritur nihilominus conſequi poſſe.pro cuius funda
mento id ſufficiat,quod talia legata à marito vxori nõ
intelligũtur animo cõpẽſandi relicta,niſi ſpãliter aliud
addiderit.vt C.de rei vx.ac.l.j.§.ſciẽdum.de leg 2.l. cre
ditorem.no.ſo.ma.l.ſi cum pater.de le.2.l.huiuſmodi .
§.cum pater.Nec in legato intelligitur conditio regu-
lariter niſi ſit adiecta.de condi.& dem.l.j.ar.de uer.ob.
l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.in fin. nec hic eſt de re-
petitione tractandũ.tũ quia, ſecundùm Bar.in l.in repe
tendis.ad quem ſufficiat remiſſio.ubi p dictionẽ Itẽ,ad
ditur oratio perfecta,vt hic fuit,habet uim ſolius conti
nuationis non repetitionis.tum quia illud legatum in
quo fuerunt adiecta illa uerba,vt patet ex tenore teſta-
mẽti,nõ præcedit immediate legatum centũ librarũ ,
&c.vnde ſi qua veniret fienda repetitio,fienda eſſet ex
proximo non ex remoto.ut no Inſti.de rerum diui.§.
item lapilli.per gl.& per Bar.in bo.rap.§. erit . abſurdũ
enim eſt , quod repetitio proueniẽs ex continuatione
verbi,Item,fieret ex remotis non ex proximis . cũ nec
clauſula per ſe ſtans in dubio ſit ad remota referenda
omiſſis proximis & medijs.de iuri.om.iu.lege.ſi idem.
& ibi notatur.tum etiam quia teſtator i huiuſmodi le-
gatis alias conditiones expreſſit.illam autem dotẽ nõ
exigendi omiſit.vnde videtur conſultus omiſiſſe. arg.
C.de procu.lege maritus.de his quæ in teſt.delen. le. 2.
in prin. Si enim certarum ſpecierũ expreſſio reſtrin-
git ſpeciem numero, & diſpoſitionem generalem. de
fun.inſtruc.l.cum delanionis §.cui fundum.de leg. 2.l.
hæres.§.j.& plene legitur. de fun.inſtruc.l.quæſitum.§.
ſi quis fundum.quanto fortius impedietur coniecturata
2 repetitio,cùm expreſſio † faciat ceſſare coniecturã le-
gis & hominis.vt in d.l.maritus.de vulg.& pupi. l.cum
ex filio.§.filio.de precario.l.& habet.§. cum quis.nec ĩ
his legatis ſeparatis relictis quærẽda eſt ratio diuerſita-
tis,cum ſola uoluntas diſponentis ſufficiat. ad Treb. l.
quia poterat.præcipue cum tantus doctor tam diligen
ter ſingula diſpoſuerit,vt nec ſit veriſimile eum erraſſe
aut oblitum eorum quæ prius dixerat.ar.de prob. l.eũ
de

de indebito. tamen ſi multiplex potuit eē ratio, cur nō ita faciliter voluerit eam habere caminatam & cameră cubiculariam, & ſic habitationem prædictam, &c. quia ex hoc magna incommoditas & tædium hæredibus inſtitutis volentibus habitare vel alteri locare euidenter inſurgit, quæ ratio ceſſat in alijs legatis. nec moueor q̃ i vltimo legato vltra illa uerba, ipſa uxore mea viuente & honorem meum honeſte cuſtodiente, addiderit, vt ſupra. debent. n. intelligi ſupra proxime. de poſtul. l. 1. §. deinde adiecit. l. vt repetat illa uerba, & nō tranſeunte ad ſecūda vota. nec. n. hoc includitur in illis uerbis. honorem meum honeſte cuſtodiente, vt per Bart. in d. §. cum proponeretur. & per Bern. 31. diſ. Nicena. Aut ſaltem poterat eſſe dubiū, vnde cùm teſtator in p̄cedenti legato centum librarum expreſſim tāquam diuerſa copulauerit, honorem cuſtodire, & ad ſecūda vota non tranſire, intelligitur ſe ad id retuliſſe ſaltē gratia tollendæ dubitationis. ar. C. de teſta. l. teſtamētum. ff. man. l. qui mutuam. ad prędictorum confirmationē facit, quia uidetur teſtatorem diuerſimode voluiſſe, vxori legare. cum primo ſub pluribus cōditionibus quædam reliquit. ſecundo quædam libere & pure, & ſic ſępius legandi modum variauit unde non eſt de vno ad aliud inferenda repetitio, & coniectura voluntatis. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. & l. nemo alieno. §. temporaria. de fun. inſtr. l. quæſitum. §. ſi quis eodē. & ſic remanent ſingula legata ſecundum ſui propriam naturam.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit declarare vel addere aliqua verba inſtrumēto, partibus volentibus, & an requiratur iudicis licentia & cauſæ cognitio.*

2 *Arbitramentum dicitur quadam tranſactio partium, & actus extraiudicialis.*

FACTI SPECIES

Viſo compromiſſo inter dominam Margaritam vxorem quondam ſer Federici de Grino, Bartholomæum Aruperio & Ioānem eius filium ex parte vna, Et dominam Vmbriam vxorem quōdam ſer Martini de Grino dominam Alexiam eius filiā & Gabrielem filium dominæ Alexiæ ex altera, in prouidos viros magiſtrū Guidonem Benecignarium, & ſer Bartholomæum in Mccccxv. 18. maij. viſoque laudo & arbitramento eorū. 26 eiuſdem menſis & anni, quia tam in inſtrumento compromiſſi quàm laudi fit mentio de hæreditate Federici & Martini fratrum, habita relatione ad proceſſum quæſtionis vertētis inter ipſas partes, cuius quæſtionis occaſione ad cōpromiſſum deuenerūt, & ex ipſo proceſſu quæſtiōis & litis apparet, q̃ quæſtio erat de hæreditate & bonis quæ fuerant quondam Federici & Martini fratrum prædictorum non immediate ſed mediante perſona Benedicti eorum deſcendentis, vt ex dicto proceſſu latius patet. Quæritur an notarius in inſtrumēto compromiſſi quo dicitur quod litigauerunt occaſione hæreditatis Federici & Martini, addere poſſit illa uerba, mediante perſona quondam Benedicti eorum deſcendentis, & eodem modo in inſtrumento laudi cum fit mentio de bonis & hæreditate quondam Federici, vel alia æquipolentia verba, ex q̄bus clare appareat compromiſſum & laudū emanaſſe ſuper hæreditate de qua erat quæſtio, cùm vtraq; pars ita confiteatur & contenta ſit, & in ipſo laudo fuerit adiectum, cum conſilio ſapientis.

CONSILIVM XXIII.

In Dei nomine amen.

1 PRIMO ſciendum eſt † q̃ licèt notarius hoc non adderet, tñ cum qō agitata inter partes fuerit ſup hæreditate Federici, & Martini mediante perſona Benedicti, & ad dictam litem fiat relatio in cōpromiſſo, & compromiſſum factum fuerit ſuper dicta lite inter partes vertente, vt apparet ex eius tenore, & eodē modo in ipſo laudo fiat relatio ad proceſſum dictæ qōnis, tam compromiſſum quàm laudum intelligit mediante perſona Benedicti, & ſm litem & quæſtionem ad quam fit relatio. ff. de re iu. l. ait prætor. §. 1. & l. i ſumma. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. l. 3. & in prædictis not. Nam cum Benedictus fuerit hæres Federici, & Martini, hæreditas ipſius Benedicti poteſt dici hæreditas Federici & Martini. vt C. de hær. inſt. l. fin. & ibi not. ff. de pe. hæ. l. j. & quaſi igitur notarius nihil addat ſed potiꝰ q̃ tacitè intelligebat declaret. debet & hoc poſſe. ar. de teſta. l. hæredes. §. 1. præcipue cùm partes, de quarū præiudicio poſſit agi, conſentiant & confiteantur ita eſſe, quarum partium conſenſu poſſet notarius nouum in-
2 ſtrumentum eiuſdem efficaciæ conficere. Nā † ipſum arbitramentum vim habet ſolummodo ex compromiſſo. de arb. l. non diſtinguemus. § de officio. & ſic ex ipſo contractu ſiue conuentione partium tanquam ꝯditionis implementum. vt no. de ver. obl. l. ſi quis arbitratu. & C. de contrahen. empt. l. ſi, cum ſi. tamen ut oīs ſcrupulus ceſſet, tutius eſt quod cū iudicis. ſ. domini poteſtatis licentia & mandato hoc addat notarius. & in huiuſmodi licentia ſiue mandato cum ipſe notarius ita aſſerat & vtraque pars, & ita appareat ex proceſſu q̄ſtionis agitatæ, non erit opus alia cauſæ cognitione ipſius domini poteſtatis, nec erunt aliqui alij citādi, cum nec aliorum interſit. quoniam tale arbitramentum vt dictum eſt, vim & efficaciam ſuſcipit ex partium compromiſſo & conuentione. unde alijs nullo modo præiudicat. Primo per regulam generalem res inter alios acta. de re iu. l. ſæpe. cum ſi. Secundo, quia licèt ſententia iudicis faceret aliqualem præſumptionem etiam inter alios. arg. de app. l. a ſententia. de iureiur. l. ſi duo ī prin. ſecus tamen in arbitramento quod non habet auctoritatem iudicis. ſed dicitur quædam tranſactio partiū & actus extraiudicialis. vt no in Auth. vt diffe. iud. ī prin. & extra de iureiu. c. quintauallis. per Inn. & alios ſicut ergo poſſent partes eaſdem conuentiones de nouo facere de dicta hrēditate nullo alio requiſito. ita & iudex debebit permittere. Et hæc omnia elici poſſunt ex his quæ tanguntur per Guil. Bar. & Bal. ff. de ſta. ho. l. imperator. & per eundem Bar. de reg. iur. l. ſi librarius. præcipue in fine apparatus. & in Spec. de inſtrumento. edic. § inſtrumentum. ver. ſed nunquid confecto. prædicta latius confirmarentur ſi ipſi arbitratores à iudice interrogati idem atteſtarentur. vt plene no. C. de arbi. l. nec in arbitris. præcipue per Bal. tamen non eſt neceſſariū, ſed ſufficiunt prædicta.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Liberatio & generalis quietatio facta per adultum vni ex tutoribus an proſit alijs tutoribus, ita quòd cōueniri non poſſint, & an confeſſio adulti quòd ſuit ſibi integre ſatisfactum per vnum ex tutoribus, proſit alijs tutoribus, & quid importent illa uerba generalia quietationis, de omni, & toto &c.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum vni ex contutoribus an alterum conueniri pro parte ſua impediat.*

2 *Solutio, confeſſio, quietatio, aut ſimilis actus per contutorem, vel conſortem litis, quando proſit vel noceat alteri.*

3 *Confiteri habuiſſe, & acceptum habere, an & in quo differant.*

4 *Generalis liberatio an extendatur ad incognita.*

FACTI

FACTI SPECIES.

TEſtator Filio iam nato & poſthumo hæredibus inſtituis tutores dedit matrem, Simonem fratrem, Nicolaum, & Franciſcum, & quẽlibet ipſorum, ita ꝙ nullus eorum quicquam adminiſtrare poſſit ſine alio, mortuo teſtatore, nato poſthumo, filius tempore teſtamenti natus pubes factus, coram iudice ordinario cũ iuramento & omnibus ſolennitatibus oportunis contentus confeſſus fuit & manifeſtis cognitis & inſpectis actibus & ſcripturis adminiſtrationis dictorum Nicolai & Franciſci, eoſdem Nicolaum & Franciſcum plenarie oſtendere ſibi iam puberi congruam integram bonam veram ſufficientem acidoneam & liquidam adminiſtrationis ſuæ totius rationẽ, de omni eo quod ipſi Nicolaus & Franciſcus geſſerunt ſeu gerere debuerunt in bonis ipſius olim pupilli occaſione dictæ tutelę vel circa ipſum pupillum, qđ prædicti Nicolaus & Frãciſcus liquide & ſufficienter & plenarie dederunt & reſtituerunt ac aſſignauerunt quicquid ad ipſos tutores a & eorum vtrunque peruenerit ſeu peruenire debuerit de rebus pertinentibus ad ipſum olim pupillum prætextu adminiſtrationis ſeu tutelæ bene vel male omiſſæ, ſeu neglectæ circa bona ac perſonã ipſius olim pupilli de fictibus decimis, partibus, obuentionibus, perceptionibus, debitis, ſocidis, inſtrumentis, & obligationibus quibuſcunque. & ꝙ omnia reliqua cum iuribus & ſcripturis pertinentibus aſſignauerunt & dederunt, approbans ratificans & confirmans quicquid per eos adminiſtratum fuit, qua propter promiſit ammodo nõ petere ab ipſis Nicolao & Franciſco, aut a ſuis hæredibus aliquid occaſiõe dictæ tutellaris adminiſtrationis quocunque modo factæ, aut fiendę, aut ꝙ reddant rationẽ, vel reliqua pręſtent, & ꝙ nullo tempore dicet non eſſe ſibi plene redditam & aſſignatam rationem, nec vllã aliam actionem aut defenſionem opponet, & ipſorũ hæredes indemnes conſeruabit pro portione ipſius pupilli, faciens firmam remiſſionem quietationem generalem, & vocationẽ de ſoluto, & pactum de amplius non petendo prædictis Nicolao & Franciſco, & hæredibus omnibus & ſingulis prædictis, liberans eos ꝑ Acquilianam ſtipulationem & acceptilationem, & renũtians exceptionibus vt moris eſt. poſthumus pubes factus cum oportunis ſolennitatibus & iuramẽto vocãs ſibi plenarie ſolutum & integraliter ſatisfactum à filijs & hæredibus prædicti Nicolai de omni eo quod tam nomine proprio quàm hæreditario ipſius Nicolai dicere poſſe vel ab eius exigere quocunq; iure vel cauſa ſeu quacunque occaſione, fecit eiſdem filijs & hæredibus pacem remiſſionem, quietationem, & vocationẽ generalem de ſoluto, liberãs eos per Acquiliana ſtipulationem & acceptilationem, & promittens omnia rata habere, &c. Nunc in dubium vertit an huiuſmodi confeſſiones & liberationes proſint Simoni alteri tutori ſiue hæredibus eius, ita ꝙ amplius nõ poſſint in aliquo conueniri occaſione dictæ tutelæ,

CONSILIVM XXIIII.

In nomine Domini amen.

VIDERETVR prima facie dicendum ꝙ non in totum proſit. nam confeſſio de qua proponitur vim habet pacti de nõ petendo. vt ff. de pac. l. tale pactum. in princ. de ſolu. l. ſi ex pluribus. in prin. ꝯiuncta gl. ſuper verbo Gayo, vbi videtur caſus noſter. conſtat au
1 tem quod † pactum factum vni ex tutoribus non impedit alterum conueniri pro parte ſua. vt C. de tranſa. l. j. & ibi plene no. ff. de tu. & ra di l. ſi ex duobus. & hoc expreſſe videtur velle Bar. in duobus correis ꝙ vni facta confeſſio alteri non proſit. de duob. reis. l. ſi ex duobus in 9 q. vnde idẽ & fortius in tutoribus q quaſi correi ſunt, eodem modo nec liberatio & quietatio q̃ ſubſequitur ad alium extenditur. vt ff. de admi. tu. l. ſi pupillus. in prin. & quamuis ſubſequatur acquiliana ſtipulatio & acceptilatio quæ ſui natura omnibus prodeſſe ſolet, tamen cum vt permittitur præcedat pactum, illa acceptilatio erit reſtringenda vt non plus operetur q̃ ipſum pactum & liberatio quibus ſubijcitur. arg. C. de tranſac. l. 3. & l. ſi de certa. eo. n. & per Bart. in fi. apparatus expreſſe ita determinãtem, Ad prædicta etiam poteſt adduci, ꝙ ubi confeſſionem ſubſequitur acceptilatio, non tam probat ſolutionem illa cõfeſſio quam ex natura & ſubſtantia acceptilationis videtur emiſſa. vt per Bar. de his quæ in frau. cre. l. j. & Bal. in l. facta. C. eo. ti. quo ſit vt quaſi huiuſmodi liberatio donatio ſit non probet ſolutionẽ. de acceptil. l. ſi accepto latum. in fin. nec ſine inſinuatione vltra legitimã ſummam valeat. vt not. de regul. iur. l. ſi quis obligationem. & de ſolu. l. Modeſtinus.

¶ In contrarium videtur ꝙ huiuſmodi confeſſio liberatio & acceptilatio in totum dicto Simoni & hære
a dibus proſint. † Nam ſolutio vnius tutoris omnes liberat. vt d. l. ſi ex duobus. de tu. & ra. di. & no. in d. l. j. đ trãſac. probatur etiam ff. de ſolu. l. Modeſtinus ſunt. n. tutores quaſi plures rei debẽdi. vt d. l. ſi pupillus. de admi. tut. & per Bar. de duo. reis. l. eandem. in prin. in 6. q. in q̃bus cõſtat vnius ſolutione omnes liberari. vt ff. de duo. reis. l. 2. & 3. in fi. ſed huiuſmodi confeſſio probat ſolutionem veram, cum ſit renunciatum exceptioni non numeratæ pec. & dato quod nõ ſit renunciatum lapſi ſunt 30. dies. vt C. de non nu. pe. l. in contractibus §. j. & l. generaliter. & legitur & per gl. no. in l. ſi ex cautione. eo. ti. & C. de dote cau. non nu. l. j. in gl. pulchre q; & eleganter per Ny. C. de donat. ante nupt. l. j. & ff. depoſiti. l. j. in fin. & ad propoſitum videtur vt expreſſum in l. ſi ex pluribus. de ſolu. in fi. cum dicit, ex qua ſolutũ proponeretur. patet ergo ꝙ ex illis verbis confeſſionis ſolutio proponitur. & ibi voluit gl. fi. quæ dicit talẽ cõfeſſionem non præiudicare niſi poſt 30. dies, qđ nõ eẽt ſi illa confeſſio pactum induceret, non autem ſolutionem probaret. & hoc apud omnes ſatis videtur indubitatum ꝙ confeſſio de recepto probat, cum etiam ꝓbet his qui donare non põt ut no. gloſſ. in l. ſi ſponſus. §. circa de don. inter vi. & uxo. ff. ſuper verbo cõuictus. Et expreſſius in tutore de quo non eſt dubium ꝙ non poteſt rem pupilli donare, & probat tex. ff. de admi. tu. l. Lucius. §. tutelæ. vbi liquet de tutore, ꝙ eius confeſſio de recepto contra pupillum probat aperte, & etiã glo. hoc tenet expreſſe in uerbo apochæ. interpretans tex. loquẽtem eſt de apochis. ſ. quibus de debito. ſ. per eum recepto fuerat tutor confeſſus ſimpliciter non autem continentibus naturalem & ueram numerationẽ tutori factam, quicquid ibi ſcripſerit Bart. & male contra illam gl. nec immerito, cum illa ſit vulgaris & propria apocharum ſignificatio &c. vt probant iura ſuper hęc vulgaria, quamuis non ualeret voluntaria tutoris cõfeſſio debiti vel alterius iuris ſimpliciter aſſertiua vel negatiua. vt ff de cõfeſſis. l. certum. §. ſed an ipſos. & diuerſitatis ratio patet ad ſenſum, quanto magis in huiuſmodi adultis quos ſecundum extrauagantem Feder. iuramẽtum repræſentat totaliter fuiſſe ætatis legitimæ tunc. & cõſequenter tales qui quomodolibet potuerunt ſibi præiudicare, veluti in ſuis rebus plenarie moderatores & arbitri. de qua extrauaganti vulgo legimus in libello feudorum de pace. iura. fir. §. item ſacramenta. & tranſumpta nuc. C. ſi aduer. ven. authen. ſacramenta. ꝙ & denotant illa verba confeſſionis, ueram rationem &c. & renunciatio ſubiecta, per pactum enim & acceptilationem non habuiſſe veram rationem, ſed potius fictam & imaginariam, & renũtiatio eſſet ſuperuacua ſi intelligeretur pactum & acceptilatio, non probatio. vt d. l. ſi accepto latum. in fi. nec huic obſtat l. tale pactum. in prin. de pac. quia loquitur quando de debito cõſtabat & fiebat animo paciſcẽdi, ut apparet, quia dicit tale pactum, & ſic ſupponit animo paciſcendi factum. & ibi dutaxat de eo erat dubium an eſſet perſonale pactum

quod

quòd ex perſona debitoris verbo non teneri de quo in
textu fuerat adiecta, & illius dubij dirimendi cauſa fuit
illa lex determinãs ꝙ locum habet inter hæredes quo
que litigantes, eo ꝙ uerbum, non teneri, eſt ab negati-
uum obligationis & conſequenter nõ executiuum. vn
de nil facit ad propoſitum. vt l. qui in futurum. & §. pa
ctorum. in l. iuriſgentium. eo. ti. ſic & debet intelligi gl.
ſuper verbo Gayo. in d. l. ſi ex pluribus. quæ allegat illã
l. vel in ſubſidium. l. quando conſtat confeſſionem eſſe
falſam, & ex certa ſcientia. ꝙ in idem recidit, alioquin
ille tex. & gl. fi. vt præmiſſum eſt contradiceret. & ita
debet intelligi Bar. in d. l. ex duobus in 7. q. Non ob. etiã
quòd cõfeſſio potius videatur emanaſſe ad ſubſtantiã
acceptilationis. quoniam hoc eſt contra caſum. l. ſi ex
pluribus. & contra gl. fi. ibi, maxime cum apponit ver-
bum, uerũ, ꝙ non conuenit acceptilationi, & cum ap-
ponatur renunciatio quæ ſuperuacua eſſet, vt præmitti
tur, qua ergo ratione Bar. vult intelligi cõfeſſionem fi-
ctam, nec acceptilatio ſit ſuperuacua, nec eſt uerum ꝙ
acceptilatio contineat confeſſionem. Aliud eſt enim
3 † confiteri habuiſſe quòd denotat veritatem, Aliud eſt
acceptum habere ſeu pro accepto vt vulgo conſtat. cũ
aliud ſit eſſe tale & aliud haberi pro tali ff. de adult. l. ſi
maritus ſit in magiſtratu. §. j. & nota. de uer. ſig. l. meos.
nec mouet ꝙ ſuppoſita veritate confeſſionis acceptila
tio ſit ſuperuacua. quia apponitur ad abundantem cau-
telam, & ſic non reſtringit propriam naturam confeſ-
ſionis. ar. ff. man. l. qui mutuam. in prin. & C. de teſta. l.
teſtamentum. vt ſi probetur ꝯfeſſionis falſitas ipſa ope-
retur & in ſubſidium. & ita vult l. ſi accepto. in fi. Qui-
nimo ipſa acceptilatio facta uni uel duobus tutoribus
alios liberat. ſiue rectius Acquiliana ſtipulatio & noua
tio, cum habeat vim ſolutionis. vt ff. de noua. l. ſi rẽ. §. ſi
duo. & de accepti. l. ſi ex pluribus. & per Cy. in d. l. j. C.
de tranſac. nec hoc caſu quærendum erit nunquid ex-
cedat legitimam ſummam. cum facta fuerit de debito
non liquido. vt no. per gl. fi. ff. de pac. & l. contra iuris. &
ibi Bal. & ad propoſitum idem Bal. in d. l. tale pactũ. in
prin. nec obſtat dictum Bar. in d. l. j. C. de tranſac. nã lo
quitur quando acceptilatio interueniebat ſuper tranſa
ctione, quæ tranſactio videtur relata ad partem eius cũ
quo tranſigitur eo caſu quo habeat beneficium diui-
ſionis, & hoc conſtet, cum enim dubia neceſſario inter
ueniat tranſactio, vt ff. de tranſac. l. i. non potuit eſſe trã
ſactio reſpectu alicuius ad quam conſtabat cũ effectua
liter non teneri, pro quo optime facit quod not. per gl.
& doc. eo. ti. l. ſi cauſa cognita. vbi autem eſt pactũ gra-
tuitum vel etiam tranſactio cum de toto potuiſſet du-
bitari, ratio Bar. non haberet locum. Et in hanc partẽ,
ꝙ Simon unus ex tutoribus ſiue eius hr̃des nõ poſſint ꝯ-
ueniri in aliquo pro parte tangente filium natum qui
alios duos liberauit, inclino, quoniam cũ adminiſtra-
tio non eſſet inter tutores diuiſa nec a teſtatore, nec à
iudice, imo in teſtamento cautum eſſet, vt proponitur,
ꝙ unus non poſſit ſine alio adminiſtrare, conuenendo,
liberando, & accepto ferendo verbis pleniſſimis vt ꝓ-
fertur neceſſario confeſſio, liberatio, acceptilatio ad to
tum refertur, cum ipſa adminiſtratio & obligatio indi
uiduæ ſint. vt in d. l. ſi pupillus. & de tu. & ra. diſt. l. j. §. nũc
tractemus. & C. de admi. tu. l. 2. adminiſtrauerunt. n. &
adminiſtrare debuerunt inſolidum. vt dictis iuribus.
de admi. tu. l. ſi plures. in fi. & l. inter tutores. C. ſi unus.
ex pluribus tu. & ff. de ſolu. l. ſi forte. §. j. & conſequẽter
ipſa confeſſio ad ipſam adminiſtrationem factam vel
fiendam relata inſolidum intelligitur, & eodem modo
acceptilatio. ¶ Pro parte vero tangente alium poſthu-
mum pluſculum dubitationis eſt, quoniam huiuſmodi
confeſſio & acceptilatio factæ ſunt de eo quod à filijs
vel hæredibus Nicolai deberi poſſet, uel ab eis exigi. vñ
ſi ſubſtantiam obligationis inſpicimus. quia inſolidum
tenebantur ratione tutelæ, eodem modo videbuntur
confeſſio & acceptilatio inſolidum, & ſic etiam alij tu
tores liberati erunt, vt ſ. Si uero verba illa, præſertim
propter uerbum exigere, quod indicat ab inuito extor
quere. vt ff. de le. 3. l. fideicom. §. ſi rem. ad effectum re-
ferantur, uidebitur facta confeſſio & acceptilatio ſolũ
pro parte, quæ ab illis poterat exigi. nec proderit alijs
contutoribus quatenus alij huiuſmodi liberatione ceſ
ſante poterant conueniri, nam ſolutio uel acceptilatio
particularis facta uni ex tutoribus uel correis habenti-
bus beneficium diuiſionis ei ſoli proficit non alteri. vt
ff. de fide. l. inter eos. §. j ff. de ſolu. l. in his. §. ſi duos. & l.
quotiẽs. nã dato quod in ſolutione & acceptilatiõe nõ
ſit expreſſum pro parte ſua, & ſic in ipſo actu nõ uidea
tur facta diuiſio. vt d. l. inter eos. §. j tamen conueniunt
pro alijs partibus ſententiæ beneficio diuiſionis, & ſol-
uens exceptione tutus eſt alijs exiſtentibus ſoluendo.
vt ibi. de quo per Bar. in l. ex duobus. in 1. & 2. q. & quo
4 niam generalis liberatio † non debet extendi ad inco
gnita. vt ff. de tranſac. l. cum Aquiliana. facit d. l. quæ pu
pillus. vbi liberatio vnius quæ proprie intelligitur ipſo
iure. de ſolu. l. cum quis. § j. non prodeſt alteri, & ſic ne
ceſſario intelligitur ꝓ parte. Alioquin prodeſſet, vt ex
ſuperioribus apparet. Tutius tamẽ videtur ꝙ huiuſmo
di confeſſio & acceptilatio de toto debito intelligatur
quia ea uidetur fuiſſe mens confitentis inſolidum, &
pleniſſimam liberationem facere, cum dixit de omni
eo, & ſic uerìſimiliter, & addidit uerbum generale, ſub
dens, quoquomodo iure uel caſ. iuxta ea quæ habent.
ff. de acce. l. & vno. §. 1. & per Bar. in d. l. cũ Aquiliana.
& C. eo. l. ſub prætextu. cum & uerba generalia & vni-
uerſalia latiſsime intelligenda ſint. de re. du. l. ſi is qui. §.
utrum. de le. præ. l. 1. § & generaliter. cum ſi. cõſtat au-
tem qd aliquo modo uel iure poſſet exigere totum ab
hæredibus Nicolai, cum ut dictum eſt inſolidum te-
neãtur, ſi forſan errore vel quouis modo exceptio nõ
diuiſionis non opponeretur, eo magis ꝙ huiuſmodi ex-
ceptio non eligit obligationem, ſed potius modum re
ſpicit exigendi. vnde nec parit repetitionem ſoluti. ut
ff. de fide. l. ſi teſtameto. § ꝙ ſi duo. & ibi per Bar. unde
quamuis tutus alia exceptioe fauorabili peremptoria,
non diceretur proprie debitor. de ac. & obl. l. is cui. in fi.
de uerb. ſig. l. creditores. tñ tutores & ſimiles habentes
beneficium diuiſionis dicuntur proprie debitores ĩ to-
tum. ar. de conſti. pe. l. 1. in prin. iuncto § 1. primum ſim
plex acceptilatio facta uni tutori fideiuſſori & ſimilibꝰ
beneficium diuiſionis habentibus non expreſſa men
tione totius debiti uel partis intelligitur de toto. ut i d.
l. ſi ex pluribus. de acce. quæ generaliter loquitur, & per
Cy. & alios in d. l. j. in fi. C. de tranſac. nam & correi ha-
bent hodie beneficium diuiſionis per Auth. de duob.
re. & tamen idem in eis. ut per Bar. de duo. re. l. ex duo-
bus. in 2. q. pariter ergo & fortius in iſto caſu ubi fuerũt
uerba uniuerſalia. & l. ſi pupillus, ſecundum gl. intelligi
tur de liberatione per tranſactionem, & tamen neceſ-
ſario non contradicit.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael de Raymundis, &
pariter uidetur mihi Chriſtoforo de Caſtellione, & mi
hi Prodocimo de comitibꝰ, & mihi Hãdrico de Alano.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta duobus ſororibus ꝙ inuicem ſuc-
cedant ſi deceſſerint ſine liberis, proximiores uero ſuc
cedant ambabus morientibus ſine liberis, ſi moriatur
una relicta filia quæ poſtmodum moritur quis debeat
ſuccedere. & an teſtator poſſit prohibere Trebelliani-
cam, Falcidiam, uel legitimam, & an fructus compu-
tentur in legitimam uel Trebellianicam.

SVMMARIVM.

1 *Caſus omiſſus in vltimis voluntatibus an ſemper habeatur pro omiſſo, & quo caſu ſit à propria verborum ſignificatione recedendum.*

2 *Coniectura quo caſu in teſtamentis vel vltimis diſpoſitionibus veniat alleganda.*

3 *Teſtator an poſſit Trebellianicam prohibere aut facere quòd fructus in eam non computentur.*

4 *Trebellianica in quo differat a Falcidia.*
5 *Fructus non deberi in legitimam imputari, qualiter ſit intelli gendum.*

FACTI SPECIES.

FRanciſcus inſtituit dominam Gerardam & Gaſpa
rinam filias ſuas vniuerſales hæredes, & ſi domina
Gerarda ſine filijs vel filiabus deceſſerit, voluit ꝙ pars
hæreditatis ei contingens deueniret in dominam Ga-
ſparinā quam eo caſu ſubſtituit vulgariter & per fidei-
commiſſum. & quocunque modo quo melius poſſit.
Si vero Gaſparina decederet in pupillari ætate vel qñ-
cunque ſine filijs, vel filiabus, ſubſtituit dominam Ge-
rardam & Marcum & Antonium conſanguineos te-
ſtantis, & dominam Luciam vxorem ſuam & matrē
Gaſparinæ æqualiter vulgariter pupillariter & ꝑ fidei-
commiſſum. Si uero ambæ filiæ decederent ſine filijs
vel filiabus legitimis & naturalibus, vel etiam relictis
filijs vel filiabus, & poſtea dicti earum filij uel filiæ ſuæ
altera earum decederet nō relictis filijs vel filiabus legi
timis & naturalibus, eiſdem filiabus ac etiam nepoti-
bus & neptibus ſuis ſubſtituit proximiores ipſius teſta
toris q pro tempore fuerint vulgariter pupillariter &
per fideicommiſſum. Inhibēs aliquam detractionē ali
cuius quartæ Trebellianicæ, vel Falcidiæ ſeu debitæ iu
re naturæ fieri poſſe per quoſcunque uenientes ab inte
ſtato dictis filiabus ſuis & filijs & filiabus ꝑdictarū filia-
rū ſuarū tam in primo, quàm in ſecundo caſu ſubſtitu-
tionis directæ vel fideicommiſſariæ Mortuo teſtāte &
addita hæreditate per filias inſtitutas, Gaſparina deceſ-
ſit relicta filia. deinde eadem filia deceſſit ſine liberis.
Quæritur an domina Gerarda ex ſubſtitutione prædi-
cta vocetur. Secundo, ſi vocatur, quantum ei veniat re
ſtituendum.

CONSILIVM XXV.

In Chriſti nomine amen.

AD primum videtur prima facie dicēdum
non eſſe locum ſubſtitutioni, non quidē
ex eo capite quo ſorores inſtitutæ inuicē
ſunt ſubſtitutæ fuit enim illa ſubſtitutio
ſub conditione, ſi ſine liberis altera ea-
rum deceſſiſſet, Gaſparina autem non deceſſit ſine li-
beris cum filiam reliquerit. vt ff. de condi & demon. l.
pater Seuerinam. §. 1. de ver. ſignif. l. non eſt ſine libe-
ris. C. ad Treb. l. iubemus. qnādo di. le. ce. l. cum vxori'.
iura ſunt vulgaria, non etiam ex eo capite quo amba-
bus mortuis facta eſt ſubſtitutio proximorum, ea eñ
ſubſtitutio tam etſi eo caſu facta ſit quo filij uel filiæ al
terius earum decederent ſine liberis, qui videtur caſus
noſter, tamen ſub ea conditione ſi ambæ filiæ teſtātis
decederent, ambæ ſine filijs, ſiue cum filiis, & filij earū
ſiue alterius earum decederent non relictis filiis vel fi-
liabus, proximiores ſubſtituti ſunt, eo autem caſu quo
altera tantum deceſſiſſet relictis filiis, vel filiabus nihil
diſpoſuit, ut ex ipſis verbis luculenter apparet, quamo-
brem ad hunc caſum non eſt extendenda ſubſtitutio,
vt C. de impu. & alijs ſubſti. l. pe. vbi uidetur expreſſim
1 accedat illa ratio vulgaris quod † caſus omiſſus pro o-
miſſo habendus eſt. de li. & poſthu. l. commodiſſimè.
cū ſimi. multis, & a ſignificatione verborum non eſt di
ſcendendum niſi euidens uoluntas in contrarium ap-
pareat. vt ff. de le. 3. l. non aliter. quoniam etiam hoc ca
ſu ſi teſtator voluerit ſubſtituere, videtur inutilis ſubſti
tutio Nam filia Gaſparinæ ex forma ſubſtitutionis pri
mæ, ſi deceſſerit ſine liberis, non uidetur eidem Gaſpa-
rinæ matri eē ſubſtituta, nec ex alito fideicom. ad por
tionem maternā uocata, ſed ius maternæ ſucceſſiōis.
& ſic ſucceſſionis legitimæ conſeruatum, vt legitur &
no. per gl. & doc. ff de hære. inſt. l. Lucius. quaſi igitur ea
dem filia tanquam hæres matris habuerit, non autem
ab ipſo teſtante, cum & ipſa mater potuiſſet alij relin-
quere, nō potuit ab ipſo teſtante à quo nihil habuit, gra
uari. de le. 1. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. cum
l. ſe. de le. 3. l. ſi fuerit. in fi. cum l. ſe. C. de fideicom. l. ab
eo. & hac ratione fertur Ricar. ma. ſic dixiſſe. nec vide
tur poſſe dici ſubſtitutionem hanc factam ipſi Gaſpari
næ. non autem eius filiis vel filiabus vt infra tangetur.
quoniam ex illis uerbis teſtantis, eiuſdem filiabus ac ēt
nepotibus & neptibus ſuis ſubſtituerit, ꝓximiores, &c.
ſingula ſingulis congrue referendo patet, ꝙ uoluit ſub-
ſtituere filiabus ſuis eo caſu quo deceſsiſſent ſine libe-
ris. eo uero caſu quo liberos habuiſſent qui ſine liberis
decederent uoluit ſubſtituere ipſis liberis, alioquin ſ.ꝑ
uacua fuiſſent illa uerba. ac etiam nepotibus & neptib'
ſuis, imo videtur fortius, non tam ipſas filias, earumq;
liberos fideicommiſſo grauatos, quàm eis ab inteſtato
ſuccedētes quos prohibuit Trebellianicā & alias quar
tas deducere. hoc autem conſtat fieri non potuiſſe. vt
d. l. ſi fundum. §. fi. cum l. ſe. iis tñ non obſtantibus dice
dum puto dominam Gerardam admittendam ex hu-
iuſmodi ſubſtitutione. nam etſi negari non poſsit ſm
propriam ſignificationem verborum hunc caſum à
teſtante prætermiſſum. nam cum in fideicommiſsis
voluntatē ſpectari conueniat, abſurdum eſt amitæ par
tis petitionem denegari. ita inquit in ſimilibus termi-
nis iureconſultus. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb.
vbi videtur expreſſum ꝙ ad hunc caſum extēdēda ſit
ſubſtitutio, & ibi plene legitur præcipue per Bar. & per
alios in l. pe. C. de impub. & ali. ſubſti. facit l. Lucius. §.
Gayo. eo. ti. ad Treb. qua enim ratione hæredes inuicē
ſubſtituerit ſi ſine liberis deceſſiſſent & ſi ambæ deceſ
ſiſſent ſine liberis vel cum liberis & liberi earū uel alte
rius earum ſine liberis ſubſtituit proximiores, pari ra-
tione & hoc caſu, cū ratio reddi non poſſit quare in li
beris unius ambabus mortuis ſuſtituerit, & non una tā
tum mortua, ad l. Aqui. l. illud. cum ſi. mulis. & vt in ſi
mili inquit tex. in l. Lucius. de hære. inſt. prudens ꝯſiliū
teſtantis animaduertit, vt proximiores in ſucceſſione
filiarum deſcendentium earum vocauerit, & ſic ex ra
tione & mente teſtantis hic caſus etiam comprehēdi-
tur. Illud forſan dici poſſet. uerba. ſ. teſtātis etiam ad eū
caſum quo altera filiorū deceſſiſſet, adaptari poſſe. qua
ſi illa uerba, vel etiam relictis filiis &c. ad oēm caſum
referantur ſiue ambæ ſiue altera deceſſiſſet. hoc enim
etſi ſalua ratione recti ſermonis dici non poſſit, tamē
ex mente veriſimili ad hūc intellectum verba poſſunt
extendi, quaſi ea uideatur teſtantis intentio, & in defe-
ctum filiarum vel alterius earum, & in defectum ne-
potum prouidere, ſicut in d. l. Lucius. de hæredt. inſti.
& de rebus du. l. is qui. ce. §. vtrum. C. de impu & aliis
ſubſti. l. generaliter. aut quaſi plus dictum & minus ſcri
ptū videatur. ar. de condi. & dem. l. cū auus de hær. in-
2 ſti. l. quotiens. ad robur prædictorum facit ꝙ † ubicun
que de fideicommiſſo quęritur, coniectura voluntatis
admittēda eſt. de le. 2. l. cum proponeretur. C. de fidei-
com l. cum uitum. cum multis ſi. ad l. pe C. de impu. &
ali. ſubſti. patet reſponſio per ibi no. ideo me non extē
do. non ob. ꝙ dicebatur tale fideicommiſſum non va-
lere. nam vt inquit Bar. de mi. teſta. l. Centurio, in ulti-
ma. q. 3. principalis. quæ incipit quæro vlterius quid ſi
teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, ſubſti
tutio facta per hæc uerba poteſt ualere quamuis ipſa fi
lia Gaſparinæ uideatur grauata, quoniam eo caſu uide
bitur tacite matri ſubſtituta. ar. de pec. le. l. denique. §.
interdum. de ope. lib. l, ſi ita ſtipulatus. in prin. & ſic li-
mitabuntur no. in l. Lucius. præalle. vt intelligatur qñ
liberi non grauantur. At ſi dicemus liberos filiarū nō
potuiſſe grauari, uidebuntur grauatæ ipſæ filiæ, & ſic
ipſa Gaſparina ſub duplici conditione alternatiua ſcili
cet ſi deceſſerit ſine filijs, vel eorū filii ſine filiis, ut ibi-
dē inquit Bar. & hāc partē amplectit̄ Bal. C de impu. &
ali ſubſti. l. precibus. circa finē apparatus. in uer extra q̄
ritur. Si teſtator dixit, ſi filius me', &c. q̄ opinio vērutior,
quia ex grauamine nō deberet induci tacitum relictū,
ne inducta ad grauamen tendant ad commodum. de
adi. le.

adi.l.legata inutiliter.de cond.& demon.l.cum tale. §.
ſi.ſicut econtra.ff.de legi.l.quod fauore. nec obſtat te-
nendo hanc opi.ꝙ teſtator videatur ſubſtituiſſe filijs &
filiabus filiorum,nam non per hæc ſequitur quod eos
grauauerit, ſed in locum eorum grauamē ex perſona
inſtitutorum deſcendit.ut inquit Bal.ubi ſ.cum & uer
ba intelligenda ſint,ut valeant etiam ſi verba ad alium
videantur directa,de le.j.l.ſi ſeruus legatus.§. qui Mar-
garitam.C.ad Treb.l.fi,& de rebus du.l.quotiens.& uo
luit Bart.vbi ſupra.per hoc etiam ceſſat quod prohibue
rit venientem ab inteſtato retinere Falcidiam. debet
enim intelligi prohibuiſſe retentionem ex perſona in
ſtitutorum & eorum quibus ſuccedūt non eſt propria
cum impropria nō caderet debitum de iure naturæ,&
ad hoc multum facit clauſula codicillaris in qua teſta-
tor,vt communiter fit, voluit ꝙ ualeret quolibet iure
modo & forma,quibus melius poſſet.ar.de le.2.l.cū pa
ter §.filius,& quod legitur & no.ſecūdum Iac. de Are.
de hære.inſti.l.illa inſtitutio.cum enim voluit teſtamē-
tum ualere omni iure, & conſequenter & quamlibet
eius partem.¶ Ad ſecundum videtur dicendum dimi-
diam portionis obuēgentis Gaſparinæ duntaxat reſti-
tuendam,eo quòd de huiuſmodi fideicommiſſo, tam
legitima quàm Trebellianica deducenda ſit,ſiue eam
dicamus grauatam proximioribus reſtituere,ſiue filiæ
ſuæ,& filiam poſtea grauatam proximioribus,ſecundū
varias opiniōes in præcedēti q.relatas.iuxta ea quæ ha
bentur extra de teſtam.c.Raynutius.& c.Raynaldus.
& no.per gl.de inoff.teſt.l.Papinianus.§.meminiſſe.&
ibi per doc.& C.ad l.Falci l.quanquam. nec huic dero
gat prohibitio teſtatoris quem conſtat legitimam pro
hibere non poſſe, de Trebellianica uero ſub iudice lis
eſt.ut no.C.ad l.Fal.in auth.ſed cum teſtator. ſed quic-
3 quid ſit alias in præſentiarum uidetur expeditum ꝙ † te
ſtator non poſſit Trebellianicam prohibere, imo nec
nec facere vt fructus in eam computētur. cum Gaſpa-
rina ſecūdùm opinionem communiorem reperiatur
hoc caſu grauata reſtituere dominæ Gerardæ ſorori q̄
reperitur proximior,ut C.ad Tre.l.iubemus.ubi Bald,
videtur hoc firmare,ꝙ cum illa lex nun ſit correcta,&
ſic teſtator non poſſit facere imputari fructus in Tre-
bellianicam,multominus poterit eam prohibere.arg.
de in lit.iur.l.videamus.& quod illa lex ſit correcta nō
reperitur.& gl.ff.ad l.Fal.l.quod de bonis §.quod auus.
& ibi Bar.videtur expreſſe uelle ꝙ teſtatoris diſpoſitio
non poſſit facere fructus imputari.& idē Bar de inoffi.
teſt.l.Papinianus.§.unde ſi quis. Illud etiam conſtat ꝙ
in legitima non computantur fructus.vt C de inof.teſ.
l.ſcimus.§.repletionem & ibi no. & no. in d.§ unde ſi
quis:& in l.iubemus.& ff.ad Tre.l.In fideicom. nec po-
terit dici quod ſaltem Trebellianica computetur in le-
gitimam vel econtra propter diſpoſitionem teſtatoris
quod teſtator potuit.ar.ff.ad Tre.l.Lucius.§. maritus.
de le.2.l.cum pater.§.Titio.& d.l.quod de bonis. §. qđ
auus.& §.ſe & uoluit Bal.C.de inoffi.teſt.l.quoniam in
prioribus.in ult.q.Nā hæc non dixit teſtator, & ſi dixiſ
ſet,prædicta determinatio non uidetur habere locū in
caſu l.iubemus. ut prædictum eſt,ſecundum Bal nā &
ratio qua mouetur in l.quoniam ī prioribus. ceſſat eo
caſu.Iuſtius tamē & uerius exiſtimo Trebellianicā nō
eſſe deducēdam propter expreſſam prohibitionem te
ſtantis,nam communis & uera ſententia eſt,ꝙ teſtator
poſſit prohibere Trebellianicam.ut no.in auth. ſed cū
teſtator.præalle.& per Bar.ad Trebe.l.Marcellus.§.qđ
autem.& ultra rationes communes facit illa ratio,qa
Trebellianica eadē ratione qua Falcidia inducta eſt.ut
Inſti.de le.Falci.& de fidei.hær §.ſed quia.& ſi quid fa
uorabilius eſt,potius reperitur in falcidia quàm in Tre
bellianica.ad l.Falci. l.in quartam.& ideo à Falcidia ad
Trebellianicam licet argui negatiuè.ar.de le.j.l. ſeruū ſi
l.j.§.cū qui per Diuū. qđ ex eo uidetur euidentius nam
Falcidia fuit inducta in legatis uniuerſalibus & particu
laribus quæ procedebant ſecundū.l.12.tab.ut in Iſt.de
le.§.ſed ne in primis. vſque ad ti.de fideicommiſſ.hæ-
excluſiue,ubi incipit tractare de fideicō.cū dicit.nunc
tranſeamus,&c. Pegaſiana uero quę hodie appellatur
Trebellianica fuit inducta in relictis particularibus.In
ſti.de fideicom.hære.§ ſed quia.& §.ſi quis vnde nō vi-
detur alia differentia inter Trebellianicā & Falcidiam.
niſi quia Falcidia de legatis etiam uniuerſalibus. Tre-
bellianica de fideicōmiſſis particularibus detrahitur,
cum ergo legata & fidei.hodie exæquata ſint, vt ibi ſit
legatum.ubi & fideicommiſſum.& contra.vt C.com
munia de leg.l.2.Inſti.de le.§ ſed quia uera.ſequitur cō
cluſio,ꝙ ubi eſt Falcidia ibi eſt Trebellianica, & diffe-
runt ſolo nomine.Si ergo poteſt prohiberi Falcidia, vt
conſtat,& pariter Trebellianica,quia ubicunque eſt v-
na,eſt & alia tamen quia huic rationi videtur obſtare,
l.j.in prin.ff.ad Tre.& l.in quarta.ff.ad l.fal.& C.ad Tre.
4 & ad l.Fal.per totum.vbi uidetur ꝙ † Trebellianica ha
beat locum in vniuerſalibus,Falcidia in particularib9,
licèt reſponderi poſſet,ſufficiat ꝙ hæc eſt cōmunis ſen
tentia,& ſufficiant rationes quæ communiter allegan-
tur.Nec ob.l.iubemus Primū quia vt ibi Cy.voluit,cū
teſtator poſſit prohibere Trebellianicā lex illa erit cor
recta,quod maxime uidetur iuſtū,cum præualuerit illa
opinio quæ mero iure ciuili falſa reputatur de legitima
& Trebellianica,vt deducantur.cum tamen illa l.iube
mus. cum ſimilibus nullius vnam ſolā uellet detrahi,
ſecundo licèt illa lex non ſit correcta,tamē non eſt ex
tendenda vltra perſonas & caſus in ea comprehenſos,
vt ibi in fi.& ibi per gl.& doc.vnde ſi filius eſſet graua-
tus extraneo non procederet illa l.ut ibi gl.uidetur ſen
ſiſſe,& expreſſe tenet Albe.licèt Cy. videatur contra.
hic autem ſm communiorem opi.in præcedenti pun
cto relatam grauata intelligitur Gaſparina ſub dupli-
ci conditione.ſ.ſi ipſa deceſſerit ſine liberis. quæ condi
tio non extitit.& ſi filia ſua ſine liberis decederet,quæ
conditio extitit.& ipſe caſus non eſt in l.iubemus. vbi
ſolum loquitur quando grauatur ſub conditione,ſi ſi-
ne liberis deceſſerit,& hoc voluit Bal.in l. precibus. in
ver.extra quæritur.vbi dicit ex perſona primi hæredis
conſiderandum Trebellianicam & Falcidiam,& dato
ꝙ Trebellianicam non prohibuiſſet teſtator, ſaltem
videtur uoluiſſe quod fructus vltra Trebellianicam,&
Falcidiam percepti imputentur in Trebellianicam. ad
Tre.l.in fideicom.cum ſi.ſecundum autem aliam opi.
quod uidetur grauata Gaſparina filiæ ſuæ. & filia ui
deretur poſtea grauata.quia in primo grauamīne eſſe-
mus in caſu l.iubemus.nec ſecundum grauamen tene
ret in plus quàm ſi ipſi filiæ à matre debitum fuiſſet, &
quāuis mr̄ filię nō deduxiſſet,puta q̄a eā reliqſſet hr̄dē.
non tamen plus conſequeretur domina Gerarda ex ſe
cundo fideicommiſſ.quàm ſi nō fuiſſet facta deductio,
vt ff.ad Tre.l.1.§.inde Neratius.cū ibi notatis.nam ſi fi
lia fuit hæres directo matris,aut fingit iure fideicō. ha-
buiſſet dimidiā,vt ff.ad l.Fal.l.fundo.& ibi no.aut fidei
com efficiē caducū, & cū ſuo onere remanſit apud eā
tanquā hæredē matris.ut C.de cad.tol.l.1.§.in nouiſſi-
mo.& §.ſin aūt aliquid,vñ tunc pēdet dubium. an illa
l. iubemus.eſſet correcta. ¶ Circa aūt legitimā quam
conſtat prohiberi non potuiſſe,& in quā ſm cōem ſen
tentiam fructus non imputantur,ut iā dictū eſt, conſi-
derari poteſt ꝙ ſi ex fructibus duarū partiū de trib9, &
ſic ex eo qđ habebat Gaſparina vltra legitimā, ipſa &
filia tātū perceperint quātū eſt legitima,valere debeat
prohibitio ne legitima deducatur,aut ſaltem ipſorum
fructuū æſtimatio ueniat reſtituēda,quod ſic aperte de
ducit̄,teſtōr prohibendo legitimā deduci expreſſim in
ipſa legitima grauarit de le.2.l.peto. in princi.cū & in
fideicommiſſis uolūtas ſufficiat.eo.ti.l.unū ex familia.
§ fi.de le.3.l.Pāphilo.in prin.cū multis ſimilibus. ſed lʒ
in legitima nō poſſit quis grauari,ubi aliud non hēt. rñ
vbi vltra legitimam relinquitur,non ſolū in legitima,
verū etiam in bonis proprijs ualet grauamen. vt ff. de
vul.& pup.l cohæredi.§ cū filiæ.in fi.& nō ſolū ꝑ illud
qđ relinquitur ultra legitimā,uerum etiam ꝑpter fru
ctus pōt grauari.de le.3.l filius.§.apud Marcū. & graua

men iniunctũ de bonis à teſtãte relictis & de bonis pro
prijs grauati ualet ſi grauatus tm̃ pcipit de fructibus ſibi
relictis à teſtãte. quantũ eſt grauamen iniũctũ de bonis
proprijs ultra bona teſtantis. ut in d. §. apud Marcũ.
Credendum eſt enim teſtatorem grauaſſe omni ratio
ne qua potuit, & ita intelligendum grauamẽ vt ualeat
vt dictum fuit in præcedenti q. cum ergo nõ poſſit va-
lere niſi ratione commodi fructuum, intelligitur pro-
pter ipſos fructus grauaſſe, & propter eos valet. & hoc
determinat gl. expreſſim in d. §. cũ filiæ. ſuper verbo te-
nebũtur. in fi. per quam patet expreſſe, ꝙ ſicut teſtator
grauando hæredem de bonis teſtatoris & poſtea de a-
lijs proprijs bonis hæredis, obligat eum ad bona ſua ꝓ-
pria ꝑꝑ fructus. ita & hoc caſu & fortius ꝑpter fructus
obligabit legitimam. nemo enim ſanæ mentis dubita
uerit non poſſe quẽ plus grauari in ſuo proprio quàm i
5 legitima, & † quod vulgariter dicitur, fructus non cõ
putari in legitimã, intelligendum eſt uel qñ nõ expreſ
ſim in legitima grauauit ſed ſimpliciter ſubſtituit, vel
quando minus legitima reliquit ab initio. ut in §. reple-
tionem. vel ſi ſolam legitimam uellet à principio filius
retinere, nec amplius ex hæreditate conſequi. arg. l. ſi li
bertus patrono. de bonis lib. Illud ſaltem uideretur di
cendum ꝙ fructus prædicti deberent reſtitui quatenus
legitimæ æquiualerent per dictum §. cum filiæ. in fi. v-
bi ſi propter legata teſtator grauat aliquem de hæredi-
tate propria, ſaltem ualet relictum quo ad ipſa legata.
& probatur ad Treb. l. l ex facto. in prin. ubi enim teſta
tor per fideicommiſſum diſpoſuit ꝙ quis faciat alium
hæredem quod non potuit, in hoc ſaltem valet graua
men ut quod a teſtatore habuit reſtituat. Illud aũt non
eſt in dubium reuocandum ꝙ potuit teſtator de fructi
bus vltra legitimam perceptis grauare, cum potuiſſet
nihil vltra falcidiam relinquere. & ſic dato ꝙ non po-
tuiſſet facere fructus in legitimam vel Trebellianicam
imputari. poſſet tñ iubere eos reſtitui. vt ff. de ad Treb
l. Baliſta. & ibi Ang. ita determinat. quũ igitur uolũtas
teſtantis fuerit reſtitui integram portionem, prohiben
do omnem deductionem, debet tenere, aut in ipſa legi
tima quatenus fructus ultra legitimam percepti æqui-
ualent, aut ſaltem in ipſorum fructuum æſtimatione.
¶ Ex his omnibus reſtat concludendum dominã Ge-
rardam ex ſubſtitutione hoc caſu ad portionem pater
næ hæreditatis in qua ſola ſucceſſit uenire, nec Trebel-
lianicam poſſe deduci, tenendo illam opi. ꝙ fideicom.
petatur ex perſona ſororis non nepris. legitima uero q̃
eſt tertia totius dimidiæ ſororis deducenda ſit. Si tamẽ
ex fructibus ultra legitimam perceptis ipſa Gaſparina
vel filia habuerunt quod legitimæ æqualeat, uel ſi non
æquiualeat legitimæ vſque ad concurrentem quantita
tem non detrahatur legitima, aut ſaltem vſque ad cõ-
currẽtem quãtitatem fructuum æſtimatio reſtituatur,
quæ quidem & præcipue ultimum dictũ, quia ſatis vr̃
nouũ, ſubijcio correctioni cuiuslibet melius ſentientis,
quamuis de iure uera exiſtimetur, & voluntati teſtãtis,
& conſequenter æquitati quæ ſemper eius voluntati ſa
uet, conſentanea. poſſet etiam conſiderari, quod quaſi
videatur inuicem facta ſubſtitutio filiarum, licèt ſub ge
neralitate proximiorum eſſet relicta. per le. ſi parer. C.
de inoffic. teſta. de quo ſum ſolitus plene dicere. de vul-
ga. & pupil. l cum ex filio.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum de dote lucrãda an locum habeat ſi ma
ritus & uxor ſint diuerſi fori. & quis locus inſpiciat̃ quã
tum ad dotem exigendam, an mariti, an vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Contractus natura eſt, vt leges & ſtatuta loci contractus imite-
tur, licèt etiam contrahentes ſint forenſes.*

2 *Vis æqualitatis ſeruanda in dote & contra dotem qua, & quan-
ta ſit.*

CONSILIVM XXVI.

CVM Statutum Paduæ ſit, quod præmor-
tua muliere uir dimidiã partis dotis lucre
tur, conſtat hoc ꝓcedere etiam ſi mulier
1 fuerit Veneta, cum regula ſit † circa natu
ram contractus inſpici leges & ſtatuta lo
ci contractus, licèt iudicium alibi uentiletur, & contra
hentes ſint forenſes. ut ff. de euic. l. ſi fundus. de uſur. l. i.
in prin. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. & plene
no. per omnes doc. in l. j. C. de ſum. Tri. & fide Catho. &
quæ ſit long. conſue. l. i. fallit in contractu dotis in quo
inſpiciuntur leges domicilij mariti. vt ff de iudi. l. exige
re dotem, quia cùm mulier per conditionem mr̃imo-
nij itura ſit in domicilium mariti, & ſic ſequatur forũ
viri. vt ff. de iuri. om. iu. l. cum quædam. ad munici. l. ſi.
§. 2. iuſtius uidetur inſpici domiciliũ mariti quàm pro-
prium. videtur etiam actum ꝙ ibidem dos exigatur, vn
de quantum etiam ad lucrum dotis debẽt inſpici leges
domicilij mariti licèt cõtractus dotis fuerit celebratus
in loco mulieris. ut no. in d. l. exigere. & d. l. i. ergo hoc
caſu debent inſpici leges Patauæ, ubi maritus domici-
lium per originem habet. eoque amplius, quia ibi do-
tis contractus fuit celebratus. vnde cũ mulier traduca-
tur in domicilium viri, inſpici debent leges Patauæ da
to quod fuerit mulier Veneta nec obſtat quod notari⁹
qui tale inſtrumentum dotis confecit fuerit Venetus,
quia naturam contractus non poteſt alterare, ſolum. n.
ad probationem contractus non ad ſubſtantiam addu
citur. de pig. l. contrahitur. qui quidem notarius vnde-
cunque ſit, ſeruare debet leges quæ ſine eo inſtr̃o inſpi-
cerentur. ut no. in d. l. ſi fundus. dato enim ꝙ fuiſſet con
fectum Venetijs, leges Patauæ non Venetæ forẽt inſpe
ciendæ in decidendo. ut no. in d. l. exigere. dato ꝙ in iu-
dicium Venetijs foret uentilandum aliqua ratione. per
l. hæres abſens. in fi. ff. de iudi. Nec etiam obſtat quod il-
la mulier ignorauerit ſtatutũ illud Paduanum dotis lu
crandæ, &c. quia ſibi imputet. de reg. iu. l. qui cum alio.
& ſe videtur legibus Paduanis ſummiſiſſe, cũ forũ &
domiciliũ mariti ſit ſecuta. licèt circa euadendam pœ-
nam ſecundum doct. in d. l. j. ignorãtia excuſetur, ſi fo-
renſis quod de iure communi non ſit prohibitũ, com-
miſerit. vt ff. de decre. ab or. faci. l. ſi extra de conſti ca.
vt animarum. in princip. niſi communiter per ſtatuta
illud prohiberetur. hoc autem ſtatutum ſaltem de
parte dotis lucranda, licèt non Venetus, communiter
per Italiã habet̃. Quin amplius dicendum uidetur, nõ
ſolum dimidiam dotis, uerum etiam duas partes ex tri
bus maritum retinere & lucrari, aut etiam totam do-
tem. Nam cum mulier quæ dedit in dotem tria millia
ducatorum pacta fuerit de duobus milibus ducatis pro
contradote ſua, ſiue donatione propter nuptias lucran
dis uiro præmortuo, ſimile pactum intelligitur ecõtra
à marito factum de lucrandis duobus milibus ducatis
vxore præmortua. vnde cum proponatur mulierem
eſſe præmortuam, hoc tacitum pactum effectũ & exe-
cutionem mereri debet in dictis duobus milibus duca
tis, aut etiam in tota dote. vt C. de dona ante nu. l. ſi nau
2 tem. & de pac. conuen. l pe. & utrobique not. † tanta. n.
eſt uis ſeruandæ æqualitatis inter dotem & contrado-
tem. vt pactum in uno, ad aliud extendatur, ut dictis iu
ribus & auth. æqualitas. eo. ti. & licèt de iure communi
donatio propter nuptias doti æqualis eſſe debeat, con-
ſuetudo tamen in hoc legi derogat vt etiam minor
fiat. vt no. glo. & doc. in d. auth. æqualitas. & ſatis patet.
unde remanente inæqualitate inter dotem & cõtrado
tem, pactum debet eſſe æquale reſpectu quantitatis, ut
vcꝫ pactum lucrandæ totius dotis præmortuo viro in-
cludat etiam pactum dotis totius lucrãdæ præmortua
muliere, & ſic pactũ lucrandi dimidiã cõtradotẽ inclu
dat pactũ lucrandi dimidiam dotis, licèt in quantitate
ſit inæqualitas. ut probatur in d. l. fin. & de pac. conuen.
l. ex morte. & ſic videtur maritum mero iure totam
dotem lucrari, non ſolùm duas partes aut dimidiam.

Nec

Nec moueor φ in inſtr̃o conuenerit de tota dotę red-
denda.id .n. primo negari poteſt, nā licèt conuenerit
φ mulier præmortua non poſſit diſponere niſi de ſuis
tribus milibus ducatis.non per hoc videtur conuenif-
ſe vt de ipſis tribus milibus ducatis diſponere poſſit.illa
enim verba emanauerunt principaliter ad prohiben
dum mulierem, vñ quamuis uideātur includere pmiſ-
ſionem in dotem,non includunt.vt ff de manu.te.l.Ti
tia.§.ſi ſimile de adi.le.l.legata inutiliter.de conditi.&
demon.l.cum tale.§.ſi Secundo quia etſi videretĩ hoc
confeſſum mulieri,tñ illud pactũ non ualuit, tũ ꝓpter
ſtatutum cui non potuit renunciari, cũ ꝓhibeat cōtra
paciſci.C.de legi l.non dubiũ C de pact.l.pacta quæ cō
tra.& de le.j.l.nemo poteſt & ibi plene no.tũ etiam,qa
hoc pactum fuit factum poſt matrimoniũ iam cōtra-
ctum,& cōtinet donationem quam facere nō potuit
maritus,nec remittere lucrũ dotis.vt C.ſi dos conſtant
ma.l.j.ff de pac.do.l quæris. Tertio, quia cũ hoc pactũ
contineret φ maritus nihil lucretur de dote, ecōtra ue
ro mulier deberet lucrari contra dotem. pactũ lucran-
dæ contra dotis trahit ad le pactũ dotis non lucrandæ.
vt d.l.fi.C.de do.ante nup.& l.pe,C.de pac.conue.& v-
trobique no. Ex quibus omnibus apparet clariſſimè
quid in propoſito ſit concludendum.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Domeſticus teſtis quis dicatur, & an admittatur ĩ
criminalibus.& an idem ſit ſiue procedatur per inqui
ſitionem,ſiue per accuſationem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus & ſingularis ad quid cognoſcatur.*
2 *Inquiſitio delicti cuius natura vel qualitatis eſſe dicatur.*

CONSILIVM XXVII.

CVM Adeo plene per ſupraſcriptos excel
lentiſſimos doctores ſit circa prædicta
conſultum, vt ſimplici ſubſcriptione de-
berem eſſe contentus, tñ vt non ſic ſicco
pede, vt ita dixerim, videar periranſire, Di
co dictum maleficium,de quo in dicta inquiſitione ſit
mentio,non fore ſufficiēter probatũ,ergo inquiſiti ve
niunt abſoluendi vt l.qui accuſare.C.de edend.cum ſi.
& ibi no.& φ non ſufficienter ſit probatũ,deduco,vñ
dico,φcũ duo primi teſtes reperiant̃ domeſtici illius q
fuit offenſus,dictum ipſorum propter domeſticitatem
non attenditur,& maxime in criminalibus.ut l.prædē.
C.de queſ & l.2.C.d teſt.4.q.3.c.ſi teſtes.§.itē.& dome
ſticitas iſtorũ ſatis oſtenditur,qa in domo offēſi habi-
tabāt,& ibidem victũ quęrebant.vt l.reſpiciendũ.§.fur
ta.ff.de pœ.& de ædil.edic.l.ædiles.§.familiæ ff. de reli.
l.familiares Tertius uero teſtis in dicto ſuo eſt ſingula-
ris & nullũ ꝯteſtē hēt. ergo dictũ ipſius nō dēt attendi.
vt l.iureiu.C.de teſti.4.q 3.c.ſi teſtes. §.itē iureiu.† & φ
1 ſit ſingularis,oſtendo,quia deponit de alio maleficio,
nā dicit de maleficio cōmiſſo in loco diſtante ab eccle
ſia centum brachijs.alij teſtes de maleficio cōmiſſo in
loco diſtante quinquaginta ab eccleſia.Item hac ratio
ne dicendum quod ille teſtis tertius deponit de diuer-
ſo & vario maleficio,à maleficio i inquiſitione cōten-
to,ergo non attendendus vt ff.de pe.hær.l.ſi quis liber-
tatem.& l ſi duo patroni ff de iureiur. Item quartus te
ſtis vt ipſemet deponit,ſtabat ad ſeruitiũ dicti B. hoc ē
ad deſtruendum turrē,& ſic mercenarius B.offenſi.er
go tanquā domeſticus repellendus.vt in d §.furta. ibi,
vel mercenarij apud quos &c. & cũ nullũ iſtorũ teſtiũ
dictũ debeat attēdi,ergo abſoluendi ſunt inquiſiti . nec
obſtat ſi diceretur hoc non procedere cum iudex in-
quirit,quia † delictum inquiſitione non alterat naturā
2 ſuam,imo eum iudex locum accuſatoris ſubeat,& in-
quiſitio ſuccedat loco accuſationis,debent eſſe eiuſdē
qualitatis & naturæ cuius eſt accuſatio & accuſator. vt
l j.§.hæc actio.ff.ſi quis te.li.eſſe iuſ fue.quod tenuit Ia-
cob.Bu.Inſti.de ac.in prin.& firmat Bar.in l. 2.§. ſi pu-
blico.de adul & etiam poſuit in extraua.ad repri.ĩ uer
bo per inquiſitionem.ſed offēnſus accuſans non poſſet
ſuos domeſticos in accuſatione in teſtes inducere, ut
probationē facerēt, per iur.præal.ergo nec ipſe iudex
in inquiſitione ſua.Item nulli dubium φ iſta teſtiũ do-
meſticitas habet generare ſuſpicionem iudici.ne talis
teſtis dicat propter uendicandam iniuriam præcepto-
ris ſui, ergo & ſic tales probationes talium teſtium do-
meſticorum. iniuriati etiam in inquiſitione non ſunt
admittēdæ,cùm debeant eſſe probationes luce clario-
res.vt l.ſciant.C.de proba.& iſta ſufficiant quòd inqui-
ſiti debeant abſolui.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Data in præmium emancipationis,an ſint confe-
renda fratribus.& an requiratur inſinuatio,& an libri
& ueſtes filij ſcholaris ſint ipſius ſcholaris.

SVMMARIVM.

1 *Donatio alias inualida an & quo caſu morte dicatur cōfirmari.*
2 *Donatio ab initio inualida per patrem filio facta quo caſu vali-
detur, & quomodo filius cui facta eſt non tenetatur.*
3 *Doctor an teneatur conferre veſtes, & libros per patrem ob eius
ſtudium emptos.*

CONSILIVM XXVIII.

DE fundo dato in premium emancipatiōis
conferendo fratribus ſatis vr̃ certũ. C.de
colla.l.vt liberis.in fi.& ibi no.& no.cod.
tit auth.ex teſtamēto.& l.ſi emancipati.
nec dici poteſt φ donatio illius fundi,qua
ſi ſimplex donatio.vt no in d l.ut liberis .ſine inſinua-
tione non valuerit, obſtante ſtatuto, meritoq; debeat
cōfirmari per mortem.& habere inſtar relicti. & ſic ñ
debeat ꝯferri, iuxta ea quæ no. de ſimplici donatione
facta filio in poteſtate in præall.authē.ex teſtō,nam † ſi
1 dixerimus hanc donationem ab initio nō tenuiſſe rō-
ne omiſſæ inſinuationis,non confirmabitur morte, vt
C.de dona.inter ui.& vxo l.donationes.licèt confirmē
tur illę quæ ſolo impedimento patriæ poteſtatis uel rō
ne affectionis inter coniuges ab initio non ualuerunt,
vnde veniet ille fundus quaſi cōmunis diuidendus ta-
metſi dici poſſit donationem illam in præmium emā
cipationis factā,ſi ut proponitur,legitimā non exceſſit,
ſine inſinuatione valuiſſe,quaſi pro legitima, & ſic po-
tius debiti ſolutio facta uideatur.ar.de impo.lu. de.lib.
10.l.unica. cum pater potuerit in ſoluēda legitima ꝓ-
uenire.vt C.de inoff.teſt l.qm̃ nouella,ſm Bal.C. de ſa.
ſan.eccl.l.illud.ita intelligentē Spe de dona. ver. quid
ſi pater,& limitantem Cy.in d.l.vt liberis.¶ De liberis
vero maior vr̃ dubitatio.nā talia videntur præcipua fi
lij emancipati quæ occaſione ſtudiorũ pater miniſtra-
uit.vt ff.ſa.her.l.quæ pater filio. & ibi glo. & licèt illa l.
quæ pater.uideatur intelligi in expenſis conſumptis.ut
no.per Cy.C.de coll.l.filiæ licet.tamen libros debet ha
bere præcipuos,ſaltem illa ratione, quia cũ fili⁹ ille ad
gradum doctoralē peruenerit in vita patris, etſi ab ini
tio non ualuiſſet donatio,tunc cōfirmata fuit quaſi ex
cauſa caſtrenſi ſibi a patre data,& conſequenter nō cō
ferenda.de col.bo.l.j.§ nec caſtrenſe.& C.de caſtrē.pe.
2 l.j.Item † cum per emancipatione donatio illa, etſi ab
initio non valuiſſet.fuiſſet confirmata vt C.de do.l. ſi-
ue emancipatis.& ff.eo.l.donationes §.pater. vbi doc.
vidētur dare conſiliũ filio, ut libros habeat præcipuos,
3 φ ſe faciat emancipari. & ſic vr̃ φ † non ueniant confe
rendi.nec videtur obſtare ſtatutũ exigēs inſinuationē.
nam cum iſta donatio videtur ex cauſa pia, vt d. l. quæ
pater. & ibi no,ſtatutum non dēt extēdi ad tales dona
tiones.

tiones.vt C.de dona.l.pe.recipit enim interpretationẽ à iure cõi paſſiuã vt intelligatur de donationibus in quibus iure communi exigeretur inſinuatio ſi excederet legitimã ſummam, vt ſic addat iuri communi in duobus, vt ſ.non curetur quantitas, & vt interueniat inſinuatio intra menſem. non autem vt illę donationes quæ iure cõi quantumcunq; magnæ ſine inſinuatione ualebãt, nõ valeãt. ad hoc extra de conſue.c.cũ dilectus.& quod no.C.de iure deli.l.fi.§.incõputatione de noxa.l.2.& in l.ſi quando de inof.te.cũ ſimo uideretur quod ſtatutum deberet intelligi de donatione quæ inſinuationem exigit de iure communi. vt ſic recipiat interpretationem reſtrictiuam à iure cõmuni.ar. prædictarum legum.& quod no.C.de ſac.ſan eccl.l. j. & de no. ope.nun.l.1.§.nunciatio.per Iac.de Are.& Bar. ne alio quin quælibet minima donatio exigat inſinuationem quod uidetur abſurdũ. Tamen verius puto libros prædictos eſſe conferendos ſiue diuidendos, nam licèt uariæ ſunt opiniones an tales libri videantẽ donati a principio,& an ueniant conferendi,de quibus C.fami.her.l.filiæ.C.de coll.l.filiæ.& l.ſi donationes & Bal.C.co.tit.auth.ex teſtamento.& d.l.fin.fam. herc.Barto.in l.1.§.nec caſtrenſe.de coll.bo.& idẽ Bal.ff.ſolu ma.l.1.in qua quæſtione communior opinio eſt,ꝙ ſi filius cœpit militare viuo patre,quia doctor vel aduocatus factus fuerit,libros habeat præcipuos,aliàs pendet ex hoc an pater videatur donaſſe,vt ſic illa donatio per mortẽ confirmetur,cũ in poteſtate remanſit. eo uero emancipato,nõ dubium eſt per emancipationem cõfirmari donationem vel ſaltem factam intelligi.per d.l. ſiue emãcipatus.& § pater.quo caſu donatio veniret conferenda per d.l.vt liberis. & ea quæ no.ſm Vbert. de bobio. in d.§.pater. non debent intelligi quod illud ſit cõſiliũ ad collationem uitandã,ſed potius ad donationem cõfirmandã. In præſentiarũ tñ inſpecta vniuerſitate ſtatuti,ꝙ nullo mõ donatio ualeat,non potuit illa donatio durante prima ptãte velut ex cã caſtrenſi confirmari, nec emãcipatione ſecuta,niſi voluerit pro legitima relinquere.hoc enim ſtatutũ locum habet ẽt in donationibus factis in filium.ut C.de do.l.data. aut igitur ſi credimus patrẽ uoluiſſe donare vt habeat eos præcipuos, donatio non tenuit,ſtatuto reſiſtente, nec per mortẽ confirmatur,ut iam dictũ eſt,per l.donatiões.C.de do. inter ui.& uxo.aut ſi ꝑ legitima uidebit̃ dediſſe,libri ueniunt conferendi.vt C.de coll.l.illud.in prin,nec obſt. quod talis donatio facta ex pietate non exigat inſinuationẽ. nam hoc eſt falſum, ſunt.n.caſus ſpeciales in d.l.pe.q̃ non ſunt ad conſequendam trahẽdi,nec hoc dr̃ cã pia,ſtrictè,iuxta ea quæ habentur in l.illud.C.de ſac.ſanct.eccleſ.& de le.2.l ſi quis Titio. vnde etſi paterna pietate donauerit, & quamuis ex cauſa caſtrenſi.indigebit inſinuatione, & poſito ꝙ per emancipationem confirmata eſſet donatio,cui tñ ſtatutum repugnat,nihilominus libri deberent conferri. vt in d.l. vt liberis.

¶ Veſtes autem puto factas filio non eſſe cõferendas, erat enim debitum patronũ eum ueſtire ſm conditionem ſuã,ſicut & alere.de ali.& ci.le.l.fi.de uer.ſig.l.verbo victus cũ hæc igitur non ſit donatio,ſed potius debiti ſolutio,ſtatutũ non uendicat ſibi locũ.de dona.l.hoc iure.§.pe.& l. Aquilius.cum ſi.& eſt indubitatum. nec dici põt ꝙ ſaltem quales extant deberent reddi ſiue cõferri quaſi non videatur donaſſe,arg.ff.de do.inter uir. & vxo.l.ex annuo.& quod no.plene per doc.ſo. mat.l.pe.§.ſuis.& C.de coll.auth.ex teſtõ.& l.ſi donatione.& alijs iuribus præall.nam ex ijs quæ proponuntur nõ excedunt modicam quãtitatem,cum proponatur ꝙ fundus ueſtes & libri ſint ualoris ccc.Ducatorum.vñ nihil uenit reddendũ,arg d.l.ex annuo.nec enim hic uerìſimiliter ſunt ueſtes quæ loco ornamentorũ habeãtur, vt in mulieribus accidit,hoc ẽt nouum & inuſitatũ vr̃ ꝙ ueſtes per filios inuicem conferantur. & quodãmodo uiui ſpolientur.arg.de bo dam.l.2. nec inter fratres tanquam inter infeſtos & maleuolos ius prohibitæ donationis tractandum eſt.ar.de dona.inter ui.& uxor.l.ſi id quod.§.2.concludo ergo & fundum in præmium emancipationis a patre datũ, & libros,ſiue eorum æſtimationem non deberi,quia abſurdum eſſet eum cogi libris carere.ar.de le.1.l ſi domus.§.qui cõfitetur. & C. cõia utriuſque iu.l.pe.dũmodo ſtatutum de quo ſit mẽtio. ita uniuerſale non ſit,ut videtur proponi, vt nõ ſolũ uoluerit limitare tẽpus ad inſinuationẽ, ſed oẽs donationes ẽt quæ de iure communi inſinuatione nõ indigerent complecti,veſtens aurẽ minime conferẽdas.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Suus hæres an excludatur ſpacio 30. uel.40.annorum à iure adeundi,& an hæres teneatur de euictione ſecura pro rebus legatis uel pro rebus datis in dotem filiabus teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Suus hæres iure ciuili hæres eſt etiam ignorans.*

2 *Datio inſolutum ſimilis eſt venditioni.*

FACTI SPECIES.

QVidam Gionterinus de monte Cicardo iã 40.annis mortuus eſt ab inteſtato. ex quo remanſerunt vannes,Iacobus,& dña Cecolina eius filij,qui Vannes deceſſit poſtea relictis Bartolo, Rimio. & dña Catherina.q Bartolus,& Rimius eidẽ Vanni patri ſuo hæredes extiterunt.quorũ Rimius prædictus ab inteſtato deceſſit,Bartolus aũt cũ teſtamento relicto quondã dñico Bartoli extraneo hærede, qui extraneus hr̃s ſoluit dñæ Catherinæ prædictæ ſorori teſtõris. & dñæ Florutiæ matri eiuſdẽ teſtatoris certã partẽ hr̃ditatis ꝑ earũ dotibus,ſolutaq. certa legata ipſis a dicto teſtõre relicta,ex Iacobo remanſerunt Gionterinus & Andreas, dicta aũt dña Cecolina maritata fuit iã 40. annis tẽpore ipſius primi Gionterini, eiuſdemq; patris & habuit dotẽ ſuã,nec toto tẽpore quo in mr̃imonio ſtetit dictorũ 40.ann. aliqd dixit,ſed ſemper tacuit.nũc uellet partẽ hæreditatis quæ diuiſa fuerat inter hæredes vanis & Iacobi fratrum ipſius.

¶ Ex præmiſſis q̃ritur primo an dicta dña Cecolina de dicta hr̃ditate aliqd petere poſſit,cũ ꝑ annos 40.cõtinuo tacuerit, ſecũdo dato ꝙ poſſit petere, an iſte hæres inſtitutus teneatur dictam dominam Caterinam & Florutiam in dotibus & legatis eis a dicto Bartolo teſtatore relictis & habitis defendere.

CONSILIVM XXIX.

In nomine Domini amen.

AD primũ breuiter rñdetur dñam Cecolinã nihil iure hr̃ditario petere poſſe ꝑ gl. & Doct. C.de iure deli.l.licet.ubi quãuis ſuus hæres qualis erat hæc dña Cecolina à facultate immiſcendi longi tẽporis ſpatio nõ excludatur. dicit tñ gl & doc. ꝑſcriptione longiſſimi tẽporis.ſ.30,vel 40.ann. ſuũ hr̃dẽ excludi.Nec mi
1 rũ,quia † ſuus hr̃s ipſo iure ciuili hr̃s eſt ẽt ignorãs. ut ff. ſi quis omiſſa cau.te.l.1.§.qui ſunt in ptãte.de acq.hær. l.neceſſarijs.l nihil.de hære.qua.& d.l.f.§.ſi.eũ ſi. & ꝓñt actiões & obligatiões hr̃ditariæ ipſo iure eis acqſitæ sũt, facultatẽq; habent experiẽdi.merito, ſm regulã gñalẽ omne ius ibi competẽs tollit̃ præſcriptione 30 ann.de ꝑſci.30. ann. l.ſicut.& l.omnes. & hac rõne mota. fuit gl in d l.l3. In eo autẽ qui non eſt ſuus,ſed meram adeundi habet facultatẽ,maior eẽt dubitatio. cõis tamẽ ſnĩa eſt ꝙ idẽ ſit in extraneo hr̃de.ad hoc ẽt facit, ꝙ cũ ipſa dña ſciret mortẽ patris & hæreditatem ſibi delatã, & tãto tempore paſſa fuiſſet fratres eorumq; hæredes omnia bona poſſidere hæreditaria. ſatis præſumi debet repudiaſſe hæreditatẽ.vt ff.de acqui.hæ l. recuſare. & qđ ibi no.& eod.tit.l.qui in aliena. ver. & ſi nõ adierit.& C.de pe.hæ.l.ſi filius.& qđ ibi no.C.cõi. di.l.pe ff. de ſer-

de ſerui,l.ſerultutes.facit d.l. licet.in uerbo ignorātes.
à contrario ſenſu. & maxime propter coniūctionē per
ſonarum.ut ff de proba.l. Procula.& ſol.mat.l.quæ do
tis.Quinetiam ſi à iure immiſcendi uel adeundi nō ex-
cluderetur pſcriptiōe temporis, tn̄ res hǣditariæ poſſeſ-
ſæ longo tēpore cum titulo & bona fide vſucaperētur.
vt ff.ex quib.cau.ma l.Iulianus.de hære inſtit.l. ſed & ſi
conditio.§.ſeruus alienus.quamuis doc. non uideātur
in hoc conſentire in d.l.licet.ſed quia primū fundamē-
tum indubitatum eſt,non expedit alijs inſiſtere.

¶ Ad ſecūdū,licèt reddatur ſuperfluum ex determi-
natione primi,& præſupponatur impoſſibile de iure.
ſm ea quæ præſuppoſita ſunt,tamen videtur quòd poſi
to quod ipſa domina Cecolina aduocare poſſit res iſ-
las ,teneretur iſte hæres de euictione pro rebus datis
1 in ſolutū † pro dote materna,quaſi eſſet quædam uen-
ditio.vt C.de euic.l.ſi prædium ff de pig.ac.l.eleganter.
in prin.licèt duraret ipſa actio de dote.ut ff.de ſol.l.qui
res.in prin.& ibi no.vnde tenetur hæres defendere.cū
effectu curando ne euincerentur.de eui.l.ſi plus.§. mo
ta.præciſe autem defendere,& litem in ſe ſuſcipere , &
ad expenſas non tenetur , licèt facta denūciatione ipſi
hæredi extraneo per matrem cui quæſtio moueretur,
& ſecuta euictione conſequeretur expenſas tanquam
damnū & intereſſe,ſm ea quæ no.in l j C.de euic.Soror
autem ſi dotem ex cauſa non lucratiua habuit,tn̄ eadē
conditione eſt,& dato ꝙ ipſa haberet ex cauſa non lu-
cratiua,maritus eius qui prætendit cauſam oneroſam
ſi viuit de euictione ageret,& eodē modo deberet de-
fendi.vt C.de iure do.l.j.de legatis vero ſi legata erāt in
pecunia & res datæ fuerant inſolutum idem eſſet, quaſi
eſſet quædam uenditio vel ſimilis per iura prealle. Si
autem res ipſæ fuerant legatæ,tunc quamuis coniūctæ
perſonæ legatæ ſint,vnde uideretur hæredē teneri de
euictione.per l.cum alienam.C.de le quia tamen teſta
tor putauit eſſe ſuas ex certa cauſa erronea.ſ.ex ſucceſ-
ſione paterna,& fraterna,non teneretur hæres de euī-
ctione,& conſequenter nec defendere.vt no.doc.in d.
l.cum alienam.& in l.domus.§.j.de le.j.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha.de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum an recipiat interpretationem paſſiuā a iu-
re communi,& an hæres propter nō confectum inuē
tarium teneatur vltra vires hæreditarias,& an confeſ-
ſio venditoris præiudicet emptori particulari.

SVMMARIVM.

1 *Legato alimentorum quòd contineatur , & an legato vſuſfructu legata dicantur alimenta.*
2 *Alimentorum legatum ſemper videtur exceptum in generali incapacitate.*
3 *Alimentorum legatum dicitur pium ab alijs exorbitans diſpoſitionibus & quare.*
4 *Alimentorum legatum intelligendum & exequendum eſt ſecundum qualitatē & conditionem perſonæ & redditum facultatis.*
5 *Bona alicuius intelligantur deducto ære alieno.*
6 *Confeſſio auctoris dicentis rem venditam fuiſſe in hæreditate alicuius an noceat emptori.*
7 *Confeſſio cedentis an debeat nocere ceſſionario.*

CONSILIVM XXX.

STATVTO Cauetur in effectu ꝙ mari-
tus vxori nō poſſit relinquere vltra vſum-
fructū medietatis bonorum, & ultra duo
paria pannorū,& ultra unum lectum mu
nitū,& ultra.50.libras,ultra uero nō. Mō
accidit ꝙ maritus uxori alimēta legauit ꝑſtāda in uita
hǣdis inſtituti, poſt mortē vero hǣdis legauit uſumfru-
ctū medietatis bonorū ſuorū. Quærit̄ an legatū alime-
torum valeat ¶ Secūdo quæritur an hæres qui ſine be-
neficio inuentarij adiuit,poſſit de legato uſuſfructus æs
alienū deducere.¶ Tertio quærit̄ utrū ſi hæres cum di
cta legataria litigans ꝯfeſſus ſit aliqua fuiſſe ī hǣditate,
confeſſio ꝑiudicet poſſeſſori ꝯuento in hypothecaria,
qui emit ab hærede dicta bona.quæ tn̄ non apparet fuiſ
1 ſe hæreditaria.¶ †Circa primum vr̄ primo ꝙ legatum
alimentorum non ualeat,nā ſtatutū prohibes relinqui
ultra vſumfructū & aliqua alia. infra uero permittēs,
prohibet oīa quæ in expreſſis nō cōtinent̄ , vt patet &
probat̄ C.de uſu.l.eos.& l.cū ultra.de nō nu.pe.de leg.1.
ſi ſeruos legatus.§.ſi ita ff.de act.emp.l.in uenditione.cū
ſi.mulus.ſed legatū alimentorum non vr̄ contineri in
legato uſufructus,imo in pleriſq; differt , quāuis aliquā
habeat ſimilitudinē ut ſatis patet ad ſenſum & probat̄
de annu.le.in l.ſi ſingulos.l.2.& in toto ti.de ali. le. &
de uſufru l.iuncta.l.ſi idē.C.de codi.C.de ſer.l.annulo.
cum in legato uſuſfructus ius in re conſtituatur, & pro-
pria authoritate capiat,iuxta ea quæ habentur.de uſu-
fru leg l.fundi.& quāuis ſtatutū videat̄ durū ſi relictū
alimentorū excludit ſic,nondū tn̄ nec exceptio exten-
denda,aut regula ipſius ſtatuti reſtringenda,præſertim
cū exceptio in quibuſdā in reliquis ꝯfirmet regulā . vt
hoc vulgo probatur.vt ff.ſolu.ma.l.ſi uero.§. de uiro. ff.
qui & a quibus.l.proſpexit.de teſta.mil.l.in fraudē.§ fi.
& plene in materia ſtatutorū per doc.no.de orig iuriſ.
l.1.¶ In ꝯtrariū arguitur,ſtatuta quāuis non ꝯſe tn̄ à iu
re cōi paſſiuā interpretationē accipiūt , & ad iuris cōis
interpretationē reducuntur.ubi ipſa ſtatuta ſic ad iuris
cōis interpretationē redacta non redduntur inutilia.ut
habet.C.de nox a.l.2 de iure deli.l.fin § in cōputatione
per gl.ff.ad l.Falc.l.1.§.lex.de mn.& ho.l.j.& per Bar.in
materia ſtatutorum in l.oēs populi.de iuſti.& iur.& qd̄
habetur per Iaco.de Are.& Bar.ff.de uo.ope.nun.l.j.§.
nunciatio.C de ſac ſan.eccl.& ibi nota præſertim , vbi
regulæ iuris communis extendunt.ut no.C. de fur. l. ſi
2 quis.ſed iure cōi † ubi eſt quis incapax & prohibitus,ex
cipitur legatū alimentorū.de ali.leg l.ſi cui.& l.ſeruos.
de ijs quæ pro non ſcrip.ha.l.ſi in metallū. ergo eodem
modo a ſtatuto prohibitiuo & reddente mulierē inca-
pacē excipit̄.uirtute clauſulæ ꝙ incapaces capiant lega-
tū alimentorū,ut in iuribus prædictis.nec ad rē pertine-
re vr̄ ꝙ illa iura loqui videantur de eo , qui incapax eſt
gn̄aliter,hic autē de incapacē reſpectu certi hois.ſ.ma-
riti qui nec alimenta conſequi poteſt.ar.in Authē.qui.
mo.na.eff.ſui.§.fi.id enim eſt qn̄ propter delictū & o-
dium teſtatoris quis redditur incapax , quāuis & illud
correctū ſit.extra de eo qui duxit in uxo.c. cū haberet.
in fi.Rurſus & ſeruus ꝓprius incapax eſt reſpectu om-
niū dn̄o excepto,de leg.1.l.ſi mihi.§.regula.de hære.in
ſti.l.non minus.& tn̄ ēt reſpectu dn̄i capax eſt alimēto-
rum,ut in iuribus præal.ad hoc etiā facit,quia legatū ali
mentorū qu aſi pium regulariter præcipuū eſt,& ab a-
lijs exorbitat,vnde incertum ualet,nec poſt tranſactio
ne remitti,nec capitis diminutione perit. de annu. leg.
l.ſi cui annuā.de trāſa.l. cū ij.de capi.dim.l.eas.& l.lega
rum,ad hoc ēt facit,quia legatū alimentorū dr̄ ad pias
cauſas.vt C.de ſa.ſanc.ecc.l.ſancimus.in Auth.vt cum
de app.cog.§.aliud ff.de trans.l.cū ij.§.ſi in annos.& not.
de le.2.l.ſi quis Titio.de ali le.l.ſi quis annuū.relicta aūt
ad pias cauſas ualēt,etiā vbi alia improbantur,iuxta ea
quæ habent̄ extra de teſta.c.cū tibi.iūcta l.captatorias.
& l.illa inſtitutio.de hære.inſti.& vtrobiq; no. ff de cō
di.& dem.l.in teſtō.l.1.cu ſi.ad hoc ēt pōt adduci, ꝙ ta-
le legatū alimentorū incapaci relictū non dr̄ proprie
deberi vel valere,ſed iudicis officio cōpellitur grauat'
ad præſtandū,iuxta ea quæ habentur.C.de nece.ſeruis.
l.pe.§.illo.iuncta l.ſeruus C.de lega.l.ſeruo alieno.§. ſi
poſt.& l.ex parte.§.Stichi libertate.ff ſam.her.cū ſi. vn̄
ſtat legatum nō valere.& tn̄ iudicis officio, qd̄ obiectio
nē non ꝑſupponit de act.empt.l qui per colluſionē. de
dam.infec.l.cū poſtulaſſem,debere hæredē cōpelli. vt
in iuribus ꝑal,de peti.hære.l.hæreditas.de an.le.l.Quin
tus.Accedat etiam quòd iſtud legatum dicitur natura
lem præſtationem habere,ideo de iure ciuili infringi
non poteſt.vt d.l. eas. de capitul. di.l inſtitu. de iure na-
turali. §. ſed naturalia . & nota. in materia ſtatuto-

 rum.

rum. Præterea legatum alimentorũ ideo ab alijs exor-
bitat, quia in facto dicitur conſiſtere. ut d. l. legatum. de
capi. di. ea autem quæ facti ſunt, nulla iuris ciuilis cõſti-
tutione mutari poſſunt. ut ff. ex quib. cau. maio. l. deni-
que. de acquir. poſ. l. 1. §. ſi uir. de capti l. in bello. § facta.
de leg. 3. l. librorũ. §. quod tamen Caſſius. & nihil aliud
voluit. d. l. legatũ. facit etiam ff de rebus dub. l. ſi uictum
& quod no. ff. ad Tre. l. Lucius. §. tres hæredes. Præterea
ſi legatum alimẽtorum, de quo in præſentiarum agit̃,
effectualiter minus continet quàm medietas uſusfru-
ctus, ſatis dici poteſt teſtatorem reliquiſſe infra dimidiã
vſusfructus bonorum. nã † legatum alimentorũ intelli
4 gitur ſm qualitatem perſonę & ex redditibus & acceſ-
ſionibus non aũt ex rerum uẽditione. ff. vbi pu. edu. de
l. 1. & ad Trebe. l. imperator. quid ergo aliud quã uſum
bonorum dici poteſt effectu continere, quamuis non
formaliter, & ſic inſpecto effectu dr̃ infra legatum vſus
fructus quãuis formaliter ſit quid diuerſum. ar. de verb.
obl. l. qui uſuſru. de nouati. l. ſi pupillus. §. qui actum. de
accept. l. & per iuliur. §. ſi quis uſufru. eum ſi. & ſic lega-
tum valebit quaſi minus & infra vſufructũ continens,
quod etiam ſatis ex eo apparet, quia teſtator in vita hæ
redis voluit præſtari alimenta. poſt mortẽ uero legauit
vſumfructum medietatis, quaſi plus & maius reputans
habere vſumfructũ medietatis. Præterea quamuis ſta-
tuta non extendantur quatenus corrigunt ius commu
ne, quatenus tñ diſponunt præter ius commune exten
duntur ad ſimilia. vt ff. de legibus. l. de quibus. & C. de
interdi. l. 1. & no. per Bar. in l. omnes populi. de iuſtir. &
iur. fortius ergo ſi non præter ius cõmune, ſed ad obſer
uantiam iuris cõis aliquid diſponũt, quamuis ergo ſta-
tutum in eo in quo uxorẽ inhabilitat non ſit extendẽ-
dum, quia corrigit, tamen in exceptione latiſſime in-
terpretandum, cum cõſeruat poteſtatẽ vnicuiq; à lege
regulariter conceſſam, cum itaq; negari poſſit legatũ
alimentorum ſimile legato vſusfructus. ut d. l. in ſingu-
los. & l. legatum. & in effectu dici infrà legatum uſusfru
ctus medietatis bonorum, ſequit̃ ꝙ etiam in exceptio-
ne ſtatuti debet contineri, uerba. n. etiam omnino no
diſcõueniunt. arg. de hære. inſti. l. talẽ. § 1. faciunt nor. p
Bal. ſm Cy ff ſol. ma. l. ſi uero. §. de uiro. & Bar. in l ſi cõ
ſtãte. quamuis ex legato uſufru. ius in re oriatur, ex iſto
non, iuxta ea quæ habentur de uſufru. le. l. fundi Treba-
tiani. ¶ Vltimo ad hanc partẽ poteſt adduci ff. de ali. le.
ut in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſta & no in l. Pa
pinianus. §. meminiſſe. de inoffi teſt. & C. ad l. Fal. l. quã
quam. ubi uero prohibet Trebellianicam computa-
tur in legitimam, & ſecundum opin. quòd Trebel-
lianica prohiberi non poſſit ſecundum ea quæ haben
tur per Dyn. ad Trebel. l. Lucius. §. maritus. & Bald. C.
de inoffi. teſt. l. quoniam in prioribus. in fin. facit d. l. cũ
pater. §. Titio. patet etiam, quia ſi teſtator prohibet Fal
cidiam non detrahi, ceſſat Falcidia hodie quæ non ceſ-
ſaret ſi nõ prohibuiſſet, ꝓcederet etiam quod fructus
non computarẽtur quando ab initio minus legitima
reliquiſſe, ut non fiat ſuppletio ex fructibus. ut in d.
§. repletionem, pariter & ſi filius ab initio ſolam legiti
mam uelit, nec amplius quid ex hæreditate conſequi.
ar. de bo. li. l. ſi libertus patrono. Cum autem totã hæ-
reditatem & inſtitutionem acceptauerit, procedit prę
dicta determinatio. non ob. l. iubemus. nam loquitur ĩ
Trebellianica, nec eſt extendenda ultra terminos ſuos
etiam à maioritate rationis. vt ibi plene not. Præterea
non loquitur ubi quis reſtituit filijs fratrum, ſed fratri-
bus, uel filijs ſuis, & ſic extra terminos noſtros, & rurſus
ſm Cy. ibi hodie correcta eſt cũ teſtator poſſit prohibe
re Trebellianicã, fortius ergo fructus imputari iubere.
¶ Ad ſecundum. vz an ſaltem fructus legitimæ æqui-
ualentes reſtitui debeant, videretur prima fronte dicẽ-
dum, fructus non reſtituendos, eo quod non grauauit
de ipſis. ſed de ipſa legitima de qua non potuit, vt ſic qđ
potuit noluit, &c. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. ta-
men uerius puto fructus ipſos ſaltem reſtituendos, cõ-
ſtat enim de ipſis patrem grauare potuiſſe per l. in fidei
commiſ. & l. Baliſta. vbi Ange. ad Trebe. Si ergo graua-
men non tenuit in legitima, quamuis contrarium dixe
rim. ſaltem tenetur filius grauatus reſtituere quicquid
vltra legitimam cõſequutus eſt cum fructibus. ut ff. ad
Treb. l. ex facto. in princip. de leg. 1. l. filius. §. vt quis. vbi
4 † licèt grauamen de hæredem inſtituendo non teneat,
expreſ

tamen hoc ſaltem operatur vt grauatus quicquid à teſtatore habuit reddat cum fructibus, vt de fructibus eſt expreſſum. de leg. 2. l. imperator. §. cum quidam. qui. §. declarat l. ex facto. præalleg & uoluit etiam l. ex facto. cum dixit teneri reſtituere hæreditatem. Item & quicquid ex hæreditate conſequutus eſt, quæ verba ita gemi nata fructus continent. vt d. l. Baliſta. præcipue in diſpoſitione legis, ne bis idem ſuperfluo reperiſſe uideatur, facit etiam ad hoc. d. §. cum filiæ in fin. Et quia cum fideicommiſſum diminuitur per legitimam contra expreſſam prohibitionem teſtatoris, iuſtum eſt ut ex fructibus ſuppleatur, ſicut ſi alia ratiõe minueref. vt ff. ad Tre. l. ſerbit. cum ibi plene no. licèt non ſuppleretur ſi teſtator non prohibuiſſet legitimam, ea quippe vberima eſt natura fideicommiſſi. ut uoluntas teſtãtis ſi nõ poteſt directo, per indirectum & omni poſſibili modo ſeruetur. vt ff. de iniuſto rup te. l. poſthumi. §. ſi pagan⁹. ad Tre. l. ſi quis. l. priore. cum ſi. ſi itaque non ualuit grauamẽ & prohibitio legitimæ, ſaltem quam teſtator voluit reſtitui, & non retineri, ſaltem per indirectum tenebitur fructus reſtituere.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Venditio hæreditatis aſſignando emptori certos debitores tanquam hære ditarios qui reperiuntur mortui tempore venditionis, an teneatur in aliquo emptori ex eo ꝙ aſſeruit debitores hæreditarios uiuere.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis venditor tenetur emptori ad omnia, quæ in hæreditate eſſe aſſeruit.*

2 *Teneri plures ad certam quantitatem aſſerens intelligendus eſt aſſeruiſſe teneri pro partibus virilibus.*

3 *Allegatio quæ putabatur vera ſi poſtea reperiatur erronea, nullius debet eſſe momenti.*

CONSILIVM LIII.

TITIVS Vendidit Seyo quandam hæreditatem ſibi delatam & quæſitam, & inter cætera ipſius hæreditatis bona aſſeruit eſſe & aſſignauit emptori certos debitores tanquam hæreditarios, hoc mõ, videlicet Petrus, Ioãnes, Martinus debẽt ducatos tot. Item Paulus, Antonius debent ducatos tot. Emptor volens conſequi ab ipſis debitoribus hæreditarijs, quoſdam ex ſupra aſſignatis reperit mortuos fuiſſe tempore uenditionis. ¶ Quæritur cum aliqui ex aſſignatis debitoribus eiuſdem quantitatis reperiantur viui & aliqui mortui, an uenditor teneatur ratione aſſignationis emptori in aliquo. Et quid ſi ad petitionem emptoris pronunciatum ſit illos omnes eſſe debitores. & poſt ſententiam appareat aliquos ex eis antea deceſſiſſe, an talis ſententia præiudicet emptori pro quo lata eſt vt non poſſit contra uenditorem allegare mortem eorum.

1 ¶ † Ad primum conſiderandum puto ꝙ uẽditor hæreditatis teneatur præſtare emptori ea quæ in hæreditate eſſe aſſeruit. ut ff. de hære. vel act. ven. l. niſi. tenetur enim vẽditor, locator, & ſimiles ea præſtare quæ aſſeruerunt. de euict. l. ſerui venditor. de act. empt l. 2. & l. ſi duorum. & l. ſi ſeruum. §. ſi. de ædil. edic l. ſi quid. §. ſi. cũ ſi. & ſi hæc non præſtiterint, ad intereſſe tenentur ſiue quanto minoris ille empturus fuiſſet. de hæ vel act. vẽ. l. ſi nomen. cum l. ſeq. & in iuribus præal & ſi precium ſolutum non eſſet, uenditor petens precium exceptione repellitur quaſi non impleuerit ex parte ſua. ut ff. de ac. emp. l. qui pendente. & l. Iulianus §. offerri. Illud etiã animaduertendum, ꝙ licèt illi qui tempore venditiõis mortui proponuntur fuiſſent debitores, tamẽ cũ mortui forent etiam ſi reliquiſſent hæredes, dici non poterant debitores, cùm in rerum natura non eſſent tempore venditionis, ſicque non eſſet uerum ꝙ uẽditor in uẽditione aſſeruiſſet. quamuis enim hæres repreſentet perſonarum defuncti. ut in auth de iureiur. a mo. præſti. in prin. non tamen proprie uerum eſſet illos eſſe debitores quos venditor aſſignaſſet. vt ſatis conſtat. & ꝓbatur expreſſum. de uer. obl. l. qui Romæ. § Augerius. vbi ſi quis promiſit quod patrem ſuum debere conſtitiſſet, & de debito ꝯſtiterit poſt mortem patris, non in vita, non dicitur impleta conditio, nec cõſtitiſſe patrẽ debere quotiẽs, enim fit relatio ad perſonam iã mortui, non uerificatur ex perſona hæredis. vt ff. ſi cer. per. l. eius de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruus communis Meuij §. ſeruus capto. cum ſi.

2 Rurſum conſtat ꝙ † qui plures aſſeruit ad certam quãtitatem teneri, intelligitur aſſeruiſſe teneri pro partibus uirilibus. ut ff. de duob. re. l. reos. §. cum in tabulis. C. ſi plures una ſen. l. j. cum ſi. multis. tenetur ergo præſtare eos debitores, licèt nõ idoneos. ut d. l. ſi nomen. Si igitur emptor agat ad pretium vſq; ad concurrentem quantitatem debiti pro quo debito iã mortui debitores aſſignati fuerunt, exceptione repellitur, quaſi tanti emptoris interſit, & tanto minoris eſſet empturus, ſi tamẽ ipſi mortui tempore mortis idonei fuiſſent facultatibus uel fide. de ver. obl. l. ſi Stichum. §. ſi. niſi appareat vel hæreditatem vel hæredes ipſorum mortuorum æque idoneos extitiſſe, vel alios q ſimul debitores aſſignati ſunt ad ſolidum debitum obligatos & æque idoneos tempore uenditionis extitiſſe. aut ſi precio forte iam ſoluto emptor contra vẽditorem ad intereſſe agat ſiue quanto minoris eſſet empturus tantundem effectu conſequetur. Si autem reperietur hæreditas vel hæredes illorum mortuorũ. æquæ idoneos fuiſſe tempore ſaltem contractus ſicut fuerant illi præmortui tempore vitæ ſuæ, non intereſſet ipſius emptoris quamuis non præſtitiſſet uenditor qđ aſſeruiſſet. & ſic non teneretur per d. l. ſi Stichum. §. ſi. pariter ſi alij ſuperſtites reperiuntur tempore ſaltem uenditionis ad id debitũ in ſolidũ obligati, & non minus idonei quàm ij qui mortui reperiuntur, non uideretur intereſſe emptoris illos etiam mortuos eſſe debitores, licèt enim interſit plures habere debitores. de lib. leg. l. 4. § ſi. tam ꝗa hoc intereſſe non habet certam æſtimationem. nõ tenetur uenditor per dictam l. ſi quis ſic. § ſi. & ibi ꝑ Bar. quod tamen hæreditatem vel hæredes æque idoneos uel reliquos ſuperuiuentes ad ſolidum obligatos fuiſſe tempore contractus docere debet ipſe uenditor, cum hæc non appareant nec præſumantur ex quo emptor intentionem ſuã fundaſſet. reſtat ergo concludendum circa primum quæſitum vendirorem non præſtitiſſe quod aſſeruit. & conſequenter teneri pro parte debiti uirili quæ tangeret illos mortuos, & pro qua ipſi uiuentes fuerant idonei, quaſi in tantum emptoris interſit illos qui mortui ſunt fuiſſe uiuos & debitores niſi reperiantur hæreditas uel eorum hæredes æque idoneos tẽpore cõtractus fuiſſe facultatibus, fide, & conueniẽdi, ſicut mortui fuiſſent, aut ſaltem alij qui aſſignati ſunt debitores prædicto tempore obligatos in ſolidũ & ęqui idoneos. inſpectis qualitatibus prędictis ſicut fuiſſent iã præmortui, quaſi tunc non interſit emptoris. vt d. l. ſi Stichum §. ſi.

3 ¶ † Ad ſecundum breuiter reſpondet ue illam ſententiam contra mortuos latã nullius eſſe momenti. vt ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. penul. de iudi. l. de qua re §. 1 & conſequenter cum nulla ſit nullam fidem facit, nullumque præiudicium emptori, nam etſi in iudicio forſan allegaſſet emptor illos debitores uiuos, cognita tamen ueritate in contrarium non præiudicaret ſibi ſua erronea allegatio vel confeſſio falſa. de confeſſis. l. 2. de inoffi. teſta. l. mater. & maxime contra aliam perſonam. arg de iureiurand. l. ſi duo patroni. in princip.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens rem alteri obligatam iuſto titulo per decennium, an ſit tutus præſcriptione.*

2 *Scientia venditoris poteſt emptori præiudicare.*

3 *Poſſeſſor malæfidei non poteſt alienare.*

CON-

CONSILIVM LIIII.

LEONARDVS Merzarius dedit ī emphyteuſim domum initio, deinde eſt eſſe ctus debitor Bartholomæi de Anzelelis per inſtrumentum, conſtituens bona ſua poſſidere precario nomine creditoris. poſtea vendidit illam domum Iacobo de Romano, conſtituens poſſidere eius nomine, & a tempore dictæ uē ditionis tranſiuit decennium, deinde Bartholomæus contra Iacobum poſſeſſorem intentauit beneficium ſtatuti Vincentini, ꝙ ſicut homines, &c. & cum Iacobus poneret Leonardum tempore uēditionis ciuiliter
1 poſſediſſe, confeſſus eſt Bartholomæus.† Quæritur an Iacobus ſit tutus præſcriptione. videtur ꝙ non, tamen quia non potuit debitor poſſeſſionem quam tranſtulerat in creditorem per conſtitutum, per aliud conſtitutum in emptorem transferre, de acq. poſ. l. quamuis. §. j. & ſi dicatur, aliud quandò nomine creditoris ſimpliciter conſtituit ut ibi, aliud quando precario. ut l. interdū. in fi. de acqui. poſ. & ibi no. & per Bar. in l. Celſus. de vſuc. reſpondetur id uerum quādo debitor poſſidebat naturaliter, hic propter emphyteuſim non poſſidebat naturaliter, & propter precarium tranſtulit ciuilem, & ſic ceſſat ratio l. interdum. in fi. & ſubeſt ratio l. quamuis. §. j. tamen cum confeſſus ſit creditor debitorem tē pore uenditionis ciuiliter poſſediſſe, confeſſio ſibi præiudicat etiam ſi in iure errauit. vt C. de iur. & fac. ign. l. falſa. de confeſſis. l. 2. quæ ciuilis potuit transferri ī emptorem per conſtitutum & per Bar de acq. poſ. l. quod
2 meo. & d. l. interdum. in fi. Item uidetur † ꝙ ſcientia uē ditoris noceat emptori ut C. de præſcr. lon. temporis. auth. mala fides. ſed ibi loquitur in uenditore malæ fidei poſſeſſore, hic vero debitor non poſſidebat mala fide. Item ibi loquitur in poſſeſſore rei alienæ, hic res erat ſua. vnde ceſſat, & vult Ang. de uſuc. l. ſi is qui pro
3 emptore. cū nec dicatur †, malæ fidei alienare rem obligatam generaliter & quam poſſidebat, ut patet per confeſſionem creditoris. de furtis. l. ſi is. in prin. de præſcriptis uerbis. l. ſi gratuitam. ī fi. Ang. etiam in l. ſtipulatio hoc modo. de uer. obl. vult per conſtitutum generale non transferri poſſeſſionem, quod & ſeruatur Mediolani, licèt reprobo in d. l. quod meo. itē videtur obſtare dictum ſtatutum dictans creditorem poſſe intromittere bona alienata perinde ac ſi alienata non eēnt, nec ſit neceſſaria excuſſio, ſed poſſit fieri directa uia, ſed ceſſante alienatiōe nō cucurriſſet præſcriptio decē nij per debitorem. Item ſtatutum inducit actionē perſonalem cui non præſcribitur decennio, ſed reſpondetur, licèt ſtatutum uelit perinde intromitti &c quoad modum, non tamē quoad perpetuitatem actionis. ſic in rei ſitutoria. ut inſti. de act. §. rurſus. iuncta. l. in honoratij. de act. & obl. facit de arbi. l. j. de rece. l. j. Nam & iure ff. & C. perinde hypothecariā cōueniabatur poſſeſſor, ac ſi non fuiſſet alienata, & tamen erat differētia in tempore, & ſtatutum debet reſtringi à iure communi. vt no. in l. ſi. §. in computatione. C. de iure deli. & l. 2. C. de noxa. de conſue. c. cum dilectus. per Iaco. de Are. & Bar. de no. ope. nun. l. j. §. item nunciatio. facit C. de inoffi. te. l. ſi quando. Item ſtatutum non tam inducit actionem perſonalem, quàm tollit excuſſionem, iuxta no. per Bar de condi. ex l. l. j. & l. omnes populi. in ulti. q. prin. de iuſt. & iu. & dato ꝙ inducat, ſapit naturā hypothecariæ cui accumulatur per iura vulgaria. ſic iſta perſonalis ī rem ſcripta debet tolli ſicut realis. de capt. in l. in bello. §. ſi quis ſeruū. not. de viuſ. l. ſequitur. §. fructus. & C. de ſur. l. ancillæ Non enim tollitur citius realis quàm pſonalis uiſi à poſſeſſore titulo & bona fide, quo caſu quærit & trāſfert dñium, ſed illa nō cadit cōtra actionē perſonalē quæ non ſequit poſſeſſorē, ſed qui ſequitur pariter & fortius tollitur per iura præalle. vñ quamuis ſtatutum ex generalitate ſui loquatur etiā de chyrographario creditore, non obſtat per prædicta.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter aſſumptus vt ferat laudum de & cum conſenſu talis iuris periti vel doctoris an teneatur illud ſequi, an poſſit contra illud conſilium iudicare.*
2 *Verba iſta, de conſilio & cum conſilio, in quo differant.*
3 *Verbum conſilium diuerſimode conſideratur.*
4 *Dictio de, & dictio cum, an idem importent, & an neceſſitatem inducant.*

FACTI SPECIES.

DVo habentes inſimul litigare, vt euitarent expenſas deliberauerūt cōpromittere, & duos de collegio iudicum elegerunt, quilibet eorum unum ſibi confidentem, & quia ex conſtitutione quadam nō poteſt in aliquo compromiſſo eſſe niſi unus iudex, in vnum ipſorum compromiſerunt iuriſperitum qui iudicaret de iure tantum. & cum conſilio alterius qui eſt legum doctor. Iſte arbiter habito conſilio conſultoris contra illud iudicauit, dicit̄ ſnīa nulla, quia receſſum eſt a forma data in compromiſſo. Quæritur quid iuris.

CONSILIVM LV.

In nomine Domini amen.

1 QVOD ſententia teneat, † ex eo uidetur ꝓbari, ꝙ illa uerba, de & cum cōſilio, in cōpromiſſo appoſita hoc uidentur importare vt ↄſilium requirat̄, nō ut arbiter id neceſſario ſeq teneat̄, extra d arbit. c. cū olī. de elec. c. cū in ueteri. de admi. tut. l. quidam decedens. §. 1. cum ſi. multis, non eſt ergo diſceſſum à forma compromiſſi. Quinimo etſi ubi de cōſilio alterius aliquid faciendum eſt. ſequendum ſit conſilium eius, puta quādo aditum eſt ꝙ fiat de conſilio & conſenſu, tamen ſi ille cuius conſilium & conſenſus exiguntur, officii particeps eſſe non patiatur, non aſtringitur arbiter ad ſequendum conſilium. vt d. l. quidam, §. 2. ne fraus fiat legi. & vna via prohibitum alia concedatur. vt in regula iuris cū quid. ſi ui. de ſpon. l. oratio. Cōſtat autem doctoreni illum de cuius conſilio erat iudicandum, participem officii eſſe non poſſe obſtante cōſtitutione. Amplius conſtat ita intelligendum compromiſſum; ut potius ualeat. de reb. du. l. quotiens. & l. vbi. cum ſi. multis. ſed ſi intelligatur ut arbiter teneatur ſequi conſilium, non ualebit. vt ff. de arbi. l. item ſi unus. cum talis forma repugnet ſubſtantiæ arbitrii, quæ eſt vt poſſit arbitrari æque & inique; ut l. diem. §. ſtari ff. de arb. & hæc oīa tangit Bar ff. de exercito. l. 1. §. ſi plures. probantur etiā in Spe. de arbi. §. ſequitur. ver. quid ſi dicatur. per Cyn. C. de epi. & cle. l. id quod pauperibus. in 16. q. Ioan. An. extra de arb. c. cū olim. & pleniſſime in q. diſputata ꝑ cū in regula, nullus ex cōſilio. ubi infinita iura allegat.
2 ¶ † Pro parte vero diuerſa ꝙ conſilium ſequi debuerit & ſic ꝙ ſententia ſit nulla quaſi diſceſſerit a forma cōpromiſſi, ex eo probatur, ꝙ licèt uerba, cum cōſilio, neceſſitatem non importent, ſecus tamen ſi dicat̄ de conſilio, in propoſito extra de ſta. mo. c. 2. in fi. de hæreti. c. vt commiſſi. lib. 6. ſecundum compoſt. & Vincen. de conſti. c. ex parte. & Arch. ne ſede vacā c 1. lib 6. quod etiam Bart. inſpecta ſignificatione verborū ſecutus eſt in d. §. ſi plures. ſequitur Alb in d. l. quidam decedēs. §. 1. quamuis Io. An. in d c. cum olim. nō approbet. videtur etiam ſequi Ray. ꝙ conſilium ſit ſequendum reprehendens Bar. in d. §. ſi plures. ad hoc etiam facit, quia ſecundum Iac. de Are. & Riza. quos refert & ſequit Ray. in d §. ſi plures. & Alb. in d. l quidam decedens. §. 1. vbi ille qui mandat conſilium habēdum ex illo actu obligatur. ſequendum eſt conſilium per l. idemque. §. ſi quis mandati cum gl. & l. ſed ſi pupillus. § conditio. de inſtito. & l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. de acqui. hære. Et quia hincinde magna eſt uarietas & authoritas, nec mihi reputo tantam litem ſoluere quæ inter maiores noſtros

ſtros ſit omiſſis allegationibus hincinde quæ plurimę
fieri poſſent, & relictis illis opinionibus ſic in medio li
ue vllius approbatinne, in præſenriarum conſideran-
dum puto id quod eleganter inquit Hoſt. in ſumma de
his quæ fiũt à præl. ſine conſen. cap. cr. uego dico. ibi, &
hic ſemper intelligas ea quæ dicta ſunt de cõſilio ſequẽ
do vel non tenenda ſunt niſi de contraria intẽtione ap
pareat, uel ex qualitate perſonarum, vel negotij de
quo agitur, uel quia de intentione conſtat. ponitũ enim
3 quandoque † conſilium pro conſenſu. de offi. deleg. c.
venerabili. de io. compe. c. j. de ijs quæ fiunt a præla. ca.
quanto. & eum ſequuutur Io. An. in d. c. cũ olim & Ar-
chi os. di. c. obeuntibus. ſuper uerbo conſenſu. nunquã
enim uerborum interpretatio ualet tantum vt, cũ ma
nifeſtus eſt ſenſus, ſenſu melior exiſtat. C. de lib. præte. l.
3. de adi. le. l. 3. §. conditio. In propoſito autem noſtro ſi
recte inſpiciatur apparet eam fuiſſe intentionem com
promittentium ut arbiter conſilium ſequatur, quoniã
vt proponitur, arbiter unius partis confidens erat con
ſultor alterius, quamobrem vna partium non conſen
ſiſſet ut contra ſui confidẽtis cõſilium arbitraretur, cũ
iſtius arbitratoris confidentiam habere non uideretur
eo ꝙ in numero ſuorum confidentium non fuiſſet. ar.
C. de iud. l. ſi. cum ſi. & per locum à communiter acci-
dentibus. ſic enim communiter dicimus cauſam non
committi niſi confidenti vtriuſque partis. ar. ſi cer. pe.
l. certi cõdictio. §. ſi nummos. ne quid in loco publico.
l. 3. §. merito. parũmque cõſultum fuiſſet parti illi ex ſo
la requiſitione conſilij ſi ſequi nõ teneretur, nec fuiſſet
æqualitas inter partes, cum facile arbitri diſentiant. ut
ff. de arbi. l. item ſi unus. §. principaliter. qualitas ergo p
ſonarum ſatis hoc indicat, ſed & uerba hoc importãt.
4 de & cum cõſilio, quamuis enim, de & cum, † idem im
portare videantur ſecundum vnam ſententiam ſupra
relatam, tamen vtriuſque verbi adiectio aliquid debet
operari, vt ff. de vſu. l. ſi ſtipulatus. in prin. de le. j. l. ſi quã
do. cum ſi. præcipue propter copulam, &, quæ habet au
gere. vt ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio, illa enim repeti
tio quandam enixam & intentiorem voluntatem im
portat, quemadmodum quotidie in inſtrumentis ad
maiorem efficaciam plura uerba ponuntur, & in inqui
ſitionibus dicitur, in eo de eo & ſuper eo. cum enim res
ſit dubia, apponitur ſolummodo dictio de, vel dictio
cum, & ceſſantibus aliis coniecturis propter vtrunque
verbum, & coniecturas ſuperius allegatas in hanc par
tem inclinandũ puto, ſic enim eſt mos loquendi ad ma
iorem efficaciam. Nec obſt. ꝙ non poteſt eſſe particeps
officij, quia non ob hoc, huius conſenſus videtur exa-
ctus, nec à forma diſcedendum eſt. vt no. Bald. in d. l. id
quod pauperibus. uerſ. ſecundo quæro. licèt Bart. cõtra
dixerit. ut ſ. quinimo cum nõ poſſint duo fieri arbitri,
& arbiter eſſe iuriſperitus, ſi veritatem & uerisimilitu-
dinem inſpicimus factum eſt hoc in fraudem conſtitu
tionis, ut quod directo fieri non poterat per indirectũ
fieret. nec enim de more eſt, ut iuriſperitis partium cõ
fidentibus alij quorum conſilium ſequantur adiiciantũ.
Quamobrem ſi, vt proponitur, ita compromiſſum eſt,
quia in utrunque fieri non poterat, patet euidens uolũ
ras contrahentium vt conſilium pro cõſenſu ponatur.
Nec ob ꝙ compromiſſum non poterat ita fieri ut alte-
rius conſilium ſequeretũ, quoniam falſum eſt ſecũdum
gl. in l. illa inſtitutio. de hære. inſti. & Cyn. & alios. C. de
arb. l. 1. & Io. An. in d. uer. ſed quid ſi dicatur. in §. ſequi-
tur. de arb. & Ray. in d. §. ſi plures & Ang. in d. l. illa in-
ſtitutio. & dicit Ioa. An. ita ſeruari, & dato ꝙ non vale-
ret, iuris difficultas non induceret diuiſionem volunta
tis extantibus coniecturis de quibus ſupra. arg. ff. de his
qui ut indig. l. cum qui. §. pro parte. cum ſi. ad prædicta
multum facit propria ſignificatio verborum, nam nõ
ſimpliciter conuenit vt iudicaret de & cum conſilio,
ſed fuit additum verbum, de iure. & cum illa uerba de
conſilio, &c. determinent verba iudicare de iure, &c. ſi
intelligitur quod iudicaret ſecundum illud conſilium,
ſicenim vulgariter dicimus unũm etiam poſſet atten-
tari, ꝙ & ſi ſententia non redderetur ex eo nulla, tamẽ
ſi diceretur eum pronunciaſſe contra ius, non eſſe ſtan
dum eius ſentẽtiæ, & ratione iniquitatis poſſet dici ſen
tentia nulla quaſi exceſſiſſet formam compromiſſi, ſe-
cundum Bar. de arbi. l. diem. §. ſtatt. & pro ſocio, l. ſi ſo
cietatem. §. arbitrorũ. quem etiam ſequitur Ang. pu-
to igitur concludendum ſententiam fore nullam qua
ſi non ſeruata forma compromiſſi.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

1 *Filia grauata à patre de reſtituendo poſt mortem, ſi nubat nul-
la conſtituta dote, an maritus poſſit retinere legitimam ex per-
ſona filiæ, & ſi ſoluit creditoribus hæreditarijs, vel fecit expen-
ſas in reſtituenda hæreditate an poſſit retinere aliquid prædi-
ctis de cauſis.*

CONSILIVM LVI.

1 QVIDAM Filiæ inſtitutæ † ſubſtituit quã
docunque decederet piam cauſam, ſiue
voluit bona ſua uendi per fideicommiſſa
rios, & ad pias cauſas errogari, deceſſit fi-
lia nupta, nulla data dote, marito relicto
hærede, qui viuente vxore certam pecuniam ex hære
ditate ſoluit creditoribus hæreditariis, & expenſas fe-
cit in reſtituenda dicta hæreditate. ¶ Conſului mari-
tum ex perſona vxoris retinere legitimam. p l. quoniã
in prioribus. C. de inof teſt. & c. Raynutius. de teſta. &
no. C. de epiſ. & cle. l. ſi quis ad declinandam, non Tre-
bellianicam. vt per Albe. in l. ſi quis ad declinandã. Bar
to. ad Treb. l. Marcellus. §. quod autem. Bal. in auth ſi ſr
C. ad leg. Fal. quicqd no ð teſta. c ſi pr̃. li. 6. Legitima au
tem eſt tertia, &c. nec videtur dediſſe filiæ omnia bo-
na in dotem, per gl. de iure do. l. mulier. in ſi. iuncta l. il
lam. C. ð coll. de quo remiſi ad diſputationem Bar. mu
lier habens amplum patrimonium. ſi dediſſet, & ma-
ritus deberet totam uel partem ex pacto vel ſtatuto lu
crari, derogetur fideicom. quatenus pro dote legitima
nõ ſuffeciſſet. vt C. communia de lega l. res quæ. dixi ẽe
ſi de hr̃ditate ſoluit creditoribus perinde eſſe, ac ſi nec
debitum nec pecunia ſoluta fuiſſent in hæreditate, & ſi
de ſuo fuiſſet deductutus. de le. 2. l. imperator. in ſi. cum
l. ſeq. l. cum filius. §. 1. & ibi no. per Bar. in l. Lucius §. quę
marito. ad Treb. l. cũ hæreditas. de eo uero quod impẽ
dit in ſuſtentanda hæreditate diſtinxi, an ad perpetuã
vtilitatem & eſt magna expenſa, ut detrahat quatenus
hæreditas melior tempore reſtitutionis eſſet. Si uero
non ad perpetuam utilitatem vel, mediocris fuerit ex-
penſa, computet cum fructibus, nec detrahat. de leg. 1.
l. domus. & l. ſumptus. ſicut in marito. ff. ſo. ma. l. diuor-
tio. §. impendia. de impẽ. in rebus dot. fac. l. 1. & p totũ.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiæ an tranſeat ad hæredes extraneos, ſi non
tranſit, an eccleſia teneatur reficere melioramenta hæredi ex-
traneo.*
2 *Diſpoſitio. §. alienationis. in Auth. de non alie. qualiter ſit intelli-
genda.*
3 *Alienatio rei eccleſiaſticæ quando & quo iure permittatur.*
4 *Emphyteuſis eccleſiæ de iure ciuili concedi poteſt in tertiam gene
rationem & in deſcendentes in infinitum & ſine ſolennitate.*
5 *Res eccleſiæ in emphyteuſim data ſi expirat ſucceſſio, reuertitur
ad eccleſiam cum ſuis qualitatibus.*

CONSILIVM LVII.

MONASTERIVM Iure locationis per
petuæ ãquādam poſtam molendinorum af
fictauit pro ſe, & hæredibus ſuis Bartholo-
mæo qui certa ædificia ad perpetuam uti-
litatem tendentia conſtrui fecit. deceſſit
Bartholomæus ſine deſcendentibus, monaſterium di-
cit ius vtile ad ſe reuerti, hædes uero Bartholomæi
petunt

1 petunt melioramenta ſibi reficl & reſtitui.† Quæritur
quid iuris. Licèt pro conſtanti ponatur ius emphyteu-
ticum per mortem emphyteutę non relictis deſcendē
tibus expiraſſe,nec ad hæredes extraneos tranſire , ta-
men res non uidetur omnino expedita, nam ut tangit
Bal.C.de ſac.ſan.eccl.auth. ſi quas ruinas. conſuetudo
eccleſiæ multum eſt attendenda.ar, de agri.& cen.l.do
mini prædiorum.li.11.& ubi conſuetudo non apparet
ſi uerſatur vtilitas eccleſiæ in perpetuum concedere,
trāſibit etiam ad hæredem extraneum, & quod ad hæ
redem extraneum tranſeat,uidetur uelle gl.in d.auth.
quæ intelligit perpetua.i.in infinitum donec penſio ſol
uatur.& in Auth.de nō alie.§. alienationis, & licèt do-
ctores communiter tenere uideantur ꝙ emphyteuſis
eccleſiæ ſit perpetua quo ad tempus exiſtentibus deſcē
dentibus non quo ad perſonas vt tranſeat, ad hæredes
extraneos,tamen euidentiſſima ratione poteſt oſten-
di emphyteuſim eccleſiæ ad hæredem extraneū poſ-
2 ſe tranſire, Cuius gratia aduertendum eſt,†ꝙ § aliena-
tionis.in Auth.de non alie.& §.emphyteuſim . prohi-
bent emphyteuſim perpetuam non ſpecialiter ſed ſub
generall prohibitione alienationis.vt patet in §.aliena
tionis vbi inquit.Alienationis autem nomen genera-
lius ideo poſuimus vt prohiberemus alienationem,vē
ditionem,donationem,cōmutationem,& imperpe-
tuū,extenſam emphyteuſim quæ non procul ab alie-
natione cōſiſtit.In tertiam autem generationem per-
miſit ſimpliciter & ſine vlla ſolennitate quæ in aliena-
tione requiritur emphyteuſis. nec illam uoluit ſub vo
cabulo alienationis contineri.vt ī d. §.emphyteuſim,
3 Illud etiam conſiderandum eſt,ꝙ † alienatio rei eccle
ſiaſticæ licèt ſecundum ius ciuile non permittatur niſi
in certis caſibus & cum certa ſolennitate, ſecūdum ea
quæ habentur C.de ſac.ſan.ecc.auth.hoc ius porrectū.
Iure tamen canonico permittitur ſeruata ſolennitate .
de qua.12.q.2.c.ſicut exceptione.quo fit,ut cū emphy-
teuſis perpetua prohibita ſit ſub nomine alienationis,
& ſic ad inſtar alterius cuiuslibet alienationis,ut prædi
ctum eſt,ceſſante prohibitione alienationis, & aliena-
tione permiſſa propter obſeruationem ſolēnitatis va-
lebit etiā emphyteuſis perpetua,& ſic in extraneos hæ-
redes ubi talis ſolennitas fuerit adhibita , ubi autē nō
eſſet adhibita ſolennitas quæ in alienatione rerum ec-
cleſiæ exigitur tunc per illum §. emphyteuſim . & §.
licentiam . in Auth. de alienat. & emphy.ſtaret dubi-
tatio quomodo ibi intelligeretur perpetua , & iūe vi-
deretur locus communi ſententiæ ꝙ in deſcendentes
in infinitum deberet tranſire,tamen cum per cle.1.de
re eccl.non alie.non admittatur hodie non ſolum em
phyteuſis ſed nec locatio ad lōgum tempus ſine obſer
uatione ſolennitatis quæ in alienatione exigitur neceſ
4 ſario videtur concludēdum ꝙ ſecundū ius ciuile† em
phyteuſis eccleſiæ ſine ſolennitate cōcedi poteſt in ter-
tiam generationem,& in deſcendentes in infinitū ſm
communiorem ſententiam,ſecundum vero aliam nō
trāſeat & ad extraneos hǣdes quaſi in hoc ab alienatio-
ne differat. Iure autem canonico quomodocunque ſit
emphyteuſis uel locatio ad longum tempus ſine ſolen
nitate quæ in alienatione exigitur,non ualeat per præ-
alle.cle.1. Cum ſolennitate uero quę in alienatione ſuf
ficit proculdubio debebit valere etiā in extraneos hæ-
redes quæ prohibita eſt ſolummodo ſub nomine alie-
nationis,& cum tali ſolennitate alienatio fieri poteſt,
nec dicat quis in alienatione libera poſſe ſubeſſe cau-
ſam neceſſitatis eccleſiæ, ut pretium habeat quæ ratio
non uendicat locum in emphyteuſi.nam & in emphy
teuſi quandoque a principio datur magnum precium
& poſtea modicum quid ſoluitur annuatim. vt leg. &
no.C.de iure emphy.l.1.& quia quandoque expedit ec
cleſiæ in emphyteuſim dare,& facilius reperietur em-
phyteuta ſi perpetuo habere poſſit,quam ſi ſolum pro
deſcendentibus ſuis,& hanc partem prædicta conſide
ratione de facto Papæ obtinui,& plures excellentes do
ctores uila hac conſideratione in hanc partem coulu-
luerūt.Si enim dubium eſt propter illum §.licentiam,
an emphyteuſis eccleſiæ poſſit tranſire ad extraneum
ubi nulla ſolennitas exigitur.quāto fortius debebit eſ-
ſe certum ſeruata ſolennitate tranſire poſſe , per ſæpe.
d.§.alienationis . Sed poſito ſine præiudicio ueritatis ꝙ
emphyteuſis iſta expirauerit,uidendū eſt de eo,de quo
quæritur principaliter , & pro parte illa ꝙ hæredes ex-
tranei nihil melioramentorum nomine conſequi poſ
5 ſint,facit illa ratio,quia † cum debeat reuerti ad eccle-
ſiā res in emphyteuſim data,reuerti debet cum qualita
tibus ſuis de ſer.ruſt.præd.l.uia.§.ſi fundus. & ſi eccleſia
deberet reficere melioramenta quandoq; damnoſius
eſſet eccleſiæ quam ſi duraret emphyteuſis , iuxta ea q̄
habentur.de pig.act.l.ſi ſeruus.de rei uen.l.in fundo.&
quoniam ea uidetur eſſe natura emphyteuſis ut res me
lioretur.ut Inſti.loca.§.adeo.& hoc videt̄ tenere Bart.
de ſuperfi.l.1.§.1. ſed tamen tutior eſt & æquior diuer-
ſa ſententia.primo per tex. 10.col.hic finitur l. & inci-
pit.conſue.regni.c.uno.§.ſi vaſallus. ubi hoc tenet Bal.
& idem Bal.C.communia de lega.l.fi.§.fi.& de bo.quę
lib C.in auth.excipitur.& idem in l. ſenatus. in princi.
de le.j.atteſtatur conſuetudinem ita ſeruare licèt de ri-
gore iuris dubitet,quam dubitationem ſuſtulit in d.§.
ſi uaſallus.in d.l.fi.idem etiam voluit Ang.ī d.l. ſenat[9].
§.1. & quamuis in feudo allegari poſſet diuerſitatis rō
ab emphyteuſi, & in multis differant feudum & em-
phyteuſis.tamen per rationem & de iure cōmuni ſun
dari poteſt hæc opi.nam ſi maritus qui habet dominiū
fundi dotalis aliquid impenderit ad perpetuam utilita-
tem,quamuis poſtea reuertatur ad mulierem, impen-
ſas conſequitur.ſo.matrimo.l.diuortio.§.impendia.de
impen.in rebus do.fac.l.3.§.1. & per totum tit. eodem
modo vſufructuarius l.eum.C.de uſufru.l.damni. inſe
cti.§.idem.de dam.inſec & ibi no.& l.ſi proprietarius.
eo.ti.eodem modo ille qui eſt rogatus poſt mortē ſuā ,
uel in euentum alicuius conditionis reſtituere . de leg.
j.l.domos.vnde elicitur ꝙ qui habet dominium nō oī-
no perpetuum,uel aliud ſimile. is ſi impendat in re illa
videtur habere animum gerendum negocium durante
iure ſuo , & eo finito gerendi negocium eius ad quē
ſpectat.ut in d.l.domos.cum ſequen.& de condit.inde
l.qui exceptionem.§.ſi pars.de vſufruct. l.ſi abſente. fa-
cit qui poti. in pig.ha.l.ſi prior.§.1. Nā cū potuiſſet em
phyteuta uiuēs meliorationes ſuas alienare vel domi
no,uel alteri,ſi dominus emere noluiſſet.C.de iure em
phy.l.fi.extra de loca.c.fi. ubi de emphyteuta eccleſiæ
eſt ſatis inſtructū ꝙ caſu fortuito mortis , vbi nulla cul-
pa poteſt imputari,non debuerit eas perdere . & p̄ hoc
facit C.de ſac.ſanct.eccl.auth.qui rem,& ibi hoc videt̄
uelle gl.fi.quæ dicit ꝙ eccleſia locupletatur cum aliena
iactura,quod uidetur abſurdum,ſed tolleratē, quia hoc
fit culpa emphyteutæ,& ſic ſentit illa glo. ꝙ ubi culpa
ceſſat,ſecus eſſe,facit etiam l.2.C.de iure emphyt.Si. n.
meliorationes peti non poſſent finito iure emphyteu
ſis fruſtra ſpecialiter de his mētionem ibi feciſſet quini
mo gl.10.q.2.§.qui rem , uidetur velle ꝙ expēſas factas
bona fide non debeat emphyteuta perdere re deuolu
ta propter culpam, & hæc ſententia nititur authorita-
te.Bal.& Ang.qui Bal.teſtatur eſſe conſuetudinem.vn-
de ei ſatis eſt de conſuetudine credendū.ut no. per Bar.
de legi.l. de quibus.tutius puto in hanc partem inclina
re. Nec obſt. quod emphyteuta debet meliorare, hoc
enim verum eſt refectionibus minimis & quotidianis
& debita cultura agrorum , non nouis ædificijs , vel
magnis ſumptibus , iuxta ea quæ habentur in prælle.
§. impendia .non obſtat etiam quod damnum erit ec-
cleſiæ ſi cogatur expenſas reficere , quia eccleſia , ut
audio non eſt impotens, & maiores fructus propter
illud ædificium percipiet . Quibus ex omnibus reſtat
concludendum , vel hæredem extraneum in huiuſ-
modi emphyteuſi & perpetua locatione ſucceſſi , vel
ſaltem monaſterium precium , meliorationis ſolue-
re debere , quam pati ꝙ ædificia & melioramēta auuo
cetur Nec ob. quod no. Barto. in d.l.1.§.1.de ſuperfici-
quia

qnia intelligendus eſt ſecundùm l. quam allegat.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.
¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Proſdocimus de Comitib⁹.
¶ Idem ego Hen ricus de Alano iuris vtriuſq; doctor.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæredis tutoris ſine beneficio inuentarij an ſint obligata pupillo propter adminiſtrationem tutoris.*

CONSILIVM LVIII.

1 QVAERITVR † An bona hæredis tuto
ris ſine beneficio inuentarij quæ nunquā
fuerunt tutoris ſint tacitè obligata pupil-
lo pro adminiſtratione tutelæ reddenda,
ad quod breuiter reſpondetur ꝙ non. l. ꝑ
officio. C. de admi. tu. vbi cum miniſterio dicit tex. bo-
na tutoris vel curatoris. & in ſimili eſt expreſſum in
tacita hypotheca quam habent legatarij. C. cōia. de le-
gat. l. 1. ī ſi. probatur etiam ff. de pign. l. Paulus in prin. ēt
ſi iſta bona eſſent quæſita ex rebus tutoris non natura
liter, puta quia de pecunia hæreditaria emiſſet. C. in qui
bus ca. pig. ta. contrahatur. l. 3. per gl. & doc. C. qui po ī
pig. ha. l. fi. hāc etiam opi. voluit d. Bal. in l. ſi vxor tua. C.
de bo. autho. iu. poſſi Nec obſt. C. de iud. l. properandū.
in fin. vbi videtur ꝙ res hæredum tutoris ſint obligatæ
pupillo, quia ibi caſus eſt ſpecialis ſi intelligimus ꝙ res
hæredum ſint obligatæ, ſicut ſpeciale eſt vt in ſubſidiū
demum detur reſtitutio, ut ibi plene no. vel iura iurib⁹
concordando intelligitur de rebus hæredum quæ fue-
runt tutoris.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Statuto de compromiſſis fiendis inter cōiunctas an poſſit per partes pacto renunciari, & an intelligatur ſi petatur, vel iudex poſſit etiam parte non petente cogere ad compromiſſum.*

CONSILIVM LIX.

1 CIRCA Statutum de compromiſſis fien-
dis † ſi quæſtio ſit inter coniunctas perſo
nas. puto ꝙ ſi ſtatutum dictet ꝙ ad peti-
tionem vnius partis partes ad cōpromiſ-
ſum cogant, poſſit huic ſtatuto & facul-
tati pacto renūciari ēt non iurato, vt in regulis cōmuni
bus Nam ſtatutum cogit ad cōpromiſſum ſi petatur,
ſic etiam facultas nunciādi nouum opus quæ à lege ꝓ-
uenit pacto tollitur. de no. ope. nun. l ſi prius. ad fi. facit
eo. tt. l. 1. §. idem quæritur. nec poteſt dici ꝙ licèt poſſit
omitti, non tamen poſſit remitti, cum inductum ſit hu
iuſmodi ſtatutum ad lites tollendas, ſicut calumniæ iu
ramētum. quia illud à iudice exigi poteſt etiam parte
non petente, quod etiam eſſet contra bonos mores re
cuſare. Si autem ſtatutum ſimpliciter diceret partes co
gi ad compromiſſum, tunc videretur etiam parte nō
petente iudicem poſſe & debere compellere, quo caſu
pactum partis petitionem, non iudicis tolleret officiū.
ar. de pe. hære. l. fi. C. de iudi l aperttiſſimi. & l. fi. niſi quis
dicat intelligi iudicem poſſe compellere & debere ſi
petatur de quo in l. 4. §. hoc autem. de damn. infec. per
Bar. quod non puto, maxime ſi ſtatutum allegetin pro
œmio cauſam vtilitatis publicæ ad tollendum diſcor-
dias. pro hoc faciunt notata per doct. & præcipue Bart.
C. de pac. l. pe. ff. eo. l. ius publicum.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raxmundis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tolleat appellationem & contradictionem an intelligatur tollere querelam vel nullitatem, ſaltem ex defectu iuriſdictionis.*
2 *Nullitatem actus proponens querelam proponere dicitur.*
3 *Dolus vel lata culpa an tollat reductionē ad arbitriū boni viri.*
4 *Citatio iudicis cuius intentio non eſt fundata non procedit niſi expreſſa cauſa.*

CONSILIVM LX.

VISIS Compromiſſo Bartholomæi, An-
tonij, & Simeonis fratrum de Leonico, ar
bitrali ſententia inter eos lata, & nullitate
& appellatione ſine iniquitatis allegatio-
ne, & ſtatuto Vincentiæ de compromiſ-
ſis fiendis inter coniunctas perſonas, &c. quod incipit.
Item ſi qua quæſtio &c. non videtur procedendum ſu-
1 per dicta petione nullitatis & iniquitatis nā † primum
cum ſtatutum remouet appellationem & reductionē
ad arbitriū boni viri. iſtis verbis, nulla appellatione, ſeu
contradictione obſtante, ita etiam ꝙ nec poſſit peti vt
reducatur ad arbitrium boni viri nec aliter contrai-
ri, tollit & nullitatem quæ dicitur contrauentio, & cō
tradictio ſiue querela, vt ſatis notum eſt ex generalita
2 te verborum, & eſt expreſſum ꝙ † proponens nullita-
tem dicitur proponere querelam. de iudi. l. ſi prætor. §.
indoctus. ibi, querelam huic rei, &c. Sunt enim iſta ver
ba vniuerſalia apprehendētia omnem contradictio-
nem ſecundum ea quæ plene habentur per Bar. rē ra.
ha. l. amplius & probatur C. de tranſac. l. ſi quis maior.
& ibi plene no, vnde vniuerſaliter intelligenda. de reb.
dub. l. is qui. cc. §. vtrum. & C. man. l. à procuratore. præ
cipue quia uiſi tollerent allegationem nullitatis, nihil
operarentur, contra l. ſi quando. de le. 1. cum ſi. Nec du
bitādū per legē ſiue ſtatutum poſſe tolli allegationem
nullitatis, ut in cle. 1. de ſen. & re iu. & per gl. de ſeq. poſ.
& fruc. c. 1. ſicut etiam conſtat poſſe tolli appellationē
& reductionem ad arbitrium boni viri. Et ſi dicatur ꝙ
non intelligitur ſublata nullitas ex defectu iuriſdictiōis
ſeu poteſtatis. per glo. dictæ cle. de ſeq. poſ. & fruc. & eo
3 dem modo † nec reductio ad arbitrium boni viri ratio
ne doli uel latæ culpæ. vt no. Bald. de arbi. in l. cum an-
tea. ad quod etiam facit, quia ſicut per pactum non pōt
renunciari vt remittatur dolus futurus. ar. no. per Dyn
in regula ſcienti. li. 6. de ver. obl. l. quidam cum filium.
ita nec ualeat ſtatutum, vel ſaltem non intelligatur eo
caſu per no. in ſubſcripta. de decre. decu. lib. 10. reſpon-
detur, quòd cum nullitas regulariter ſit ꝓhibita, & eo-
dem modo reductio, uō ſufficit dixiſſe ſimplr laudum
nullū & eodē mō iniquū, ſed debuit exprimi cā nullita
tis & iniquitatis concludens, quod minime factum eſt
ſecūdum ea quæ in ſimili no Bar. de appellatione quæ
non exigit cauſam, & tamen quando eſt regulariter ꝓ
hibita. nō ſufficit appellare ſine expreſſione cauſæ. ar.
hoc no. per eum ff. de app. l. a ſententia. in princ. in ulti-
ma q. & in l. ab executore. in prin. & l. 1. §. quæſitum. &
C. quorum app. l. ab executione. & ea ratione cum ap-
pellatur ab interlocutoria quæ regulariter prohibita eſt
de iure ciuili, inſerenda eſt cauſa ſecundum eum. ff. de
app. reci. l. eius. etiam prius quàm iure canonico hoc eſ
ſet ſtatutum, de quo iure canonico non eſt dubiū. Nā
4 & in ſimili † cum non eſt ſundata intentio iudicis ali-
quem citantis non procedit citatio niſi cauſam alleget
ſecundum quam teneatur comparere, ut plene legitur
per Inno. de dila. c. præterea. & per doct. iuris ciuilis. Si
quis in ius uo. non ie. l. 2. & de iuriſ. om. iud. l. pe. facit il-
lud præterea quòd hic licèt allegata ſit iniquitas, nō ta
men eſt petita reductio, ſed ſolummodo petitur decla-
rari laudū iniquum, & non teneri ad eius obſeruātiā,
quæ petitio non concludit, quia per iniquitatem non
redditur laudum nullum, ſed venit reformādum. ut ff.
pro ſocio. l. Vnde & ſi Neruæ. & plene legitur per gl. &
doct. & præcipue per Bal. C. de arbi. l. arbitrorum. Cum
cōcluſio ſit inſpicienda. ut C. de fideicom. li. l. fin. & per
Inn. de iud. c. examinata. & de ſo. compe. ca. cum ſit. &
extra de præſcri. & c. ſuper literis. non reperitur petita
reductio, nec appellatio in qua ſufficit iniquam dicere,
ſeu ſimpliciter appellare videtur cadere, ſiue dicamus
pronunciaſſe vt arbiter de iure, quia ſtatutum tollit &
tollere poteſt. ut per Bal. C. de arb. l. 1. & lex communis
C. de ſen. præfec. præto. l. 1. & ff. a quibus ap. non licet. ꝑ
totum. ſiue pronunciauerit de facto ut arbitrator, quo
caſu

caſu conſtat non appellari.vt plene per Bart.in d.l.1.de arbi.& profectò ſatis videtur iniquum ſtante prædicto ſtatuto procedere ſimpliciter allegationem nullitatis & iniquitatis.Illud autem indubitatum eſt, quòd ſententia ſiue laudum non eſt nulla ſiue nullum ratione iniquitatis,cum non cõtineat expreſſum errorem, ſed potius dicitur contra ius litigatoris.vt C.quando prouoc.l.2.ff.quæ ſen.ſine app.l.1.cum ſim.multis.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in vltima voluntate an probet ſiue parte præſente ſiue abſente,& an legatarius poſſit propria authoritate apprehendere rem legatam ex licentia teſtatoris.*

2 *Confeſſio in vltima voluntate facta abſente parte,an probet.*

3 *Dictio cum,quando demoſtrationem inducit.*

CONSILIVM LXI.

PETRVS Hæres Ioannis teſtamento inſtituto Ludouico hęrde inter cætera mandaui certa bona eſſe debere Antonij quę bona dicebat fuiſſe dicti Ioannis,& ea reliquit dicto Antonio per hæc verba. Itẽ mandauit iuſſit & ordinauit ꝙ tales res q̃ fuerunt quõdam Ioannis ſint & eſſe debeant Antonij, & ad eũ pleno iure ſpectent,& per lineam,cum alias per dictũ Ioannem ordinatum & diſpoſitum fuerit in eius ſolenni teſtamento ꝙ dictæ res poſt mortem dicti Petri libere deuenire debeant in dictum Antonium. & eodem teſtamento prohibuit Falcidiam & Trebellianicam deditque legatarijs licentiam intrandi propria authoritate,& apprehendendi poſſeſſionem rerum legatarum, fuit que teſtõ præſens Antonius, qui teſtatore mortuo poſſeſſionem rerum legatarum apprehenderat priuſquàm adita eſſet hæreditas, vel ſaltem eſſet apprehẽſa

1 poſſeſſio per hæredem. Quæritur † an ex ipſo teſtamẽto probetur in præiudiciũ hæredis illa bona fuiſſe Ioãnis & per Ioannem relicta Antonio,quamuis hoc aliter non probetur. ſecundo ſi non probarentur prædicta,an ſaltem ex teſtamento Petri debeãtur. Tertiò an licuerit Antonio propria authoritate apprehẽdere poſſeſſionem rerum legatarum ita vt non poſſint per hæredem reuocari,&c.

¶ Ad primum reſpondetur cõfeſſionem teſtatoris, ſiue narrationem probare ꝙ bona fuerint Ioannis, & ꝙ Ioannes reliquerit Antonio poſt mortem ipſius Pe-

3 tri.licèt enim † ſm communiorem ſententiam confeſſio in vltima voluntate facta abſente parte non probet niſi teſtator iurauit vel iuraſſe ſe dicat.de leg.3.l.cũ quis decedens.§.codici.& ibi per Bar.& l.Lucius.§.fin. de lib.le.l.Aurelius.§.fi.quemadmodũ nec inter viuos. de confeſ.l.certum.§.ſi quis abſente.de interro.act.l.final.præſente tamen parte in cuius commodum confitetur non eſt dubium probare. extra de ſucceſſ. ab inte.c.fin.depoſiti.l.publia.in fin.C.de fal.cã adiec.leg.

1 l.1.& no.Bar.in d.§ codicil.nam † & illa uerba, cũ per dictum Ioannem,non faciunt conditionẽ,ſed demonſtrationem,vt in ſeq.quæſtione dicetur.¶ Ad ſecundũ reſpondetur proculdubio ſaltem ex teſtamento Petri deberi per dictam l.Lucius.§ fi.& l.Aurelius.§.fi.& l.j. de fal.cauſa adiec.Nec ob.ꝙ per illa uerba.cum per Ioannem,&c.inducatur conditio.de ver.obl.l.quocunq; §.non ſolum.quando di.le.ce.l.ſi Titio.& videtur gl.in propoſito & clara ad tex.Inſti.de leg.§.lõge. ſuper verbo conditionaliter,quia illa iura loquuntur quando dictio coniungitur cum uerbo futuri temporis,ſecus ſi pteriti,tunc enim potius cauſam quam conditionẽ importat.vt C.de epi.& cle.l.cum clericis.de fideicom.l. cum acutiſſimi,de ſen.& interlo.om.iu.l.cum Papinianus.cum infinitis ſi hoc voluit Bar.de condi.& demõ. l.demoſtratio.tunc enim dictio,cum, principaliter denotat tempus.non conditionem.vt d.l.ſi Titio. & de ver.obli l.centeſimis.§.fi. & ibi no.iũcta uero verbo futuri temporis neceſſario conditionem implicat in is q̃ ſunt contingentia.Iuncta vero verbo præteriti tẽporis potius aſſertionem & caſum, quemadmodum diſtinguitur in relatiuo ſubſtantiæ.de le.1.l.Stichum. & de le. 3.l.is qui.Quinimo ſi teſtator vſus fuiſſet verbis magis æquiuocis,quia dixiſſet,relinquo ſecundum diſpoſitionem Ioannis,tamen non faceret conditionem, ſed potius demonſtrationem.vt C.de contrahẽ.& cõmit.ſtipu.l.ſerui.veſtri.extra de ver.ſign.c.abbate.ff. de conſt. pe.l.eum qui.§.Iulianus.quamuis illa uerba ſint æquiuoca.ut in d.c.abbate.& gl.in §.longe.intelligenda eſt ſecundum l.quam allegat quãdo iũgitur uerbo futuri temporis,non relata ad tex.¶ Ad tertium breuiter reſpondetur licuiſſe legatario propria authoritate ingredi tum ex licẽtia, teſtatore conceſſa,de leg.2.l.Titia cũ teſtamẽto.§.j.& ibi per Bar.& alios,tum etiam quia ſine expreſſa licentia hoc licet. quorum le.l.j.& per totum.& no.C.de leg.l.non eſt dubium. & cum teſtator prohibuerit Falcidiam,quod potuit,ut in auth.de hær. & fal.§.ſi vero expreſſim.C.ad l.Falci.auth. ſed cum teſtator. non poteſt hæres reuocare per interdictũ quorum legatorum.C.quorum lega.l.j.& ibi not.& ff.eod. l.j.§.rediguntur.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

¶ Et ita videtur mihi Raphaeli Fulgoſio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in vno capitulo an vidtatur in alio repetita, & an notarius priuatus officio tabellionatus per ſententiam, ſi communi opinione ſit reputatus legalis, poſſit inſtrumenta valida conficere.*

2 *Conditio vni copulatorum prapoſita dicitur referri ad omnia ſimul copulata.*

3 *Clauſula codicillaris quid in teſtamento operetur.*

CONSILIVM LXII.

VISA Copia ſentẽtiæ latæ contra Floriũ de luſiana ſalſarium tabellionem in hac forma,vz.Condemnamus dictum Florium ad ſoluendum communi Vincentiæ ccccc.lib.quas ſi nõ ſoluerit.intra mẽſem,eidem manus dextra amputetur.& quòd de cætero artem tabellionatus exercere non poſſit,quæ quidẽ ſentẽtia lata & publicata fuit anno dñi Mccccxcvij. die 11.Maij.¶ Queritur cum dictus Florius iam 20.annis.& vltra poſt latam ſententiam exercuerit artem tabellionatus, & ita communiter reputatus fuerit publicus & authenticus notarius, & nuper confecerit inſtrumentum teſtamenti, an illud teſtamentum probet tanquã inſtrumentum publicum,vel nõ.¶ Ad quod primo eſſet videndum quomodo intelligantur illa uerba ſententiæ,& quòd de cetero artem tabellionatus exercere non poſſit, nunquid ſolum in caſu quo non ſoluerit cõdemnationem lib.ccccc.quo caſu debet manus am

1 putari. An vero pure & ſimpliciter.vbi vr̃ † ꝙ illa conditio,ſi non ſoluerit intra menſem, intelligatur repetita etiam in priuatione exercendi artem tabellionatus, per l.in repetendis.ff.de leg.3. & quod ibi plene no.per Bar.qui videtur in ſimili hoc decidere.Nam ibi dicit,ꝙ ſi teſtator inſtituit hæredem filium ſuum, & ſi deceſſerit ſine liberis reliquit Titio centum,& poſtea dixit,relinquo Titio ſundum uel Sempronio, intelligitur repetita illa cõditio,ſi deceſſerit ſine liberis, præcipue cum hic agatur de pœna, ubi debet fieri mitior interpretatio.vt ff.de pœ.l.ſi de interpretatiõe.l.ſi præſes. ad hoc optime facit,quia quando in uno copulatorum præcedit conditio,intelligitur referri ad omnia ſimul copulata,ſecundum ea quæ habentur de condi. & demon. l.Iulius Paulus. & de fun.inſtru.l.Seyæ.§.Gayo.& ibi plene per Bar.Nec obſt.quòd poſtea in ſententia addatur,ſecundum literas præſati domini,&c.quoniam ipſę literæ non aſtringunt,ſed concedunt facultatem priuandi dicta arte tabellionatus.de offi.præſi.l.ſæpe audiui.de iudi.l.non quid præcipue cum illę literæ dicũt dubitationem eſſe an per errorem vel per dolum omiſerit

rit quædam uerba in inſtrumento. Cæterum poſito ꝙ
priuatus eſſet, tamen propter communem opinionē
& errorem coniunctis reliquiis quæ remanſerūt ex pri
mo officio debet ualere inſtrumētum, per gl. in Auth.
de tabel. §. pe. ſecundū Bal. C. de teſta. l. j qui dicit ꝙ vbi
tabellio eſt priuatus, & priuatio eſt occulta, valent eius
inſtrumenta de æquitate, per d. gl. hæc autem priuatio
quamuis forſan à principio fuiſſet manifeſta, nunc tñ
erat occulta, quia ab omnibus reputabatur publicus &
authenticus notarius. Quinimo cum proponatur ip-
ſum ſemper exercuiſſe officium vſq; in hodiernā diē,
apparet quòd illa condēnatio ita fuit interpretata cō-
muniter & intellecta. vt ex quo ſoluerit condennatio-
nē pecuniariam nō eſſet priuatus officio, & ſic ex actu
ſequenti tam ipſius Florij quàm communis opinionis
ſatis declaratur ipſa ſententia ſecundum quod primo
dicebam. ar. l. ſed Iulianus. §. quia proinde ad Mace. &
de priui. cred. l. ſi neuter. §. fi. & minime mutanda ſunt
quæ diuinam interpretationem habuerunt. vt l. miui
me. & l. ſi de interpretatione. ff. de legi. & ſaltem appa-
ret dato ꝙ iudex priuaſſe tamen ipſam priuationē ſem-
per fuiſſe occultam. & hæc opinio benignior eſt. arg.
d. l. j. de teſta. & l. Barbarius, de offi. præto. Quia tamen
prætерea quæſitum eſt, poſito ꝙ illud inſtrumentū non
probaret, quo debeat fieri ꝓbatio volontatis defuncti,
reſpondetur ꝙ eſt fienda per 7. teſtes qui fuerunt rogati
ſiue adhibiti ab ipſo teſtatore, qui deponant ſe audiuiſ-
ſe ea quæ continentur in ipſo inſtrumento, ſecundum
ea quæ habentur in d. l. j. & l. hac cōſultiſſima. §. per nū
cupationem. & ff. eo. l. hæredes palam, & poterunt ipſi
teſtes, ſi de ſingulis non recordantur, petere produci ip-
ſum inſtrumentum & legi ea quæ in eodem continen-
tur ad ſui memoriam, iuxta ea quæ habentur per Bart.
de dote præle. l. Theopompus. & de fal. l. eos. & de con-
di. & demon. l. ſi ita ſcripſero poſſent etiam in iure ſuf-
ficere pauciores teſtes, ſecundum ea quæ habentur in
3 l. fi. C. de teſta. Item † cū in teſtamētis apponatur clau-
ſula codicillaris quinque teſtes ſufficerent ad validādū
diſpoſita in teſtamento virtute illius clauſulæ, licet nō
virtute teſtamenti, per l. fi. C. de codic. Ad cautelam igi
tur vt tollatur omne dubium, & uia tutior eligatur ſi ſu
perſunt teſtes ſufficientes, producātur, tamen etiam ſi-
ne teſtibus faciet dictum inſtrumentum, ſiue quia non
intelligatur priuatus officio cum ſoluerit condennatio
nem pecuniariam, ſiue quia priuatio propter commu
nē errorem & famam in interpretāda ſnīa nō nocet:
¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. de Raymundis.

¶ Cū ſententia priuationis lata fuerit in ciuitate Vin
centiæ, ipſe autem Florius officium continue exercue-
noīe patris poſſediſſe aliquas poſſeſſiones quas & poſ-
ſederat pater ſuus, tamen probata poſſeſſione patris, q
nulla alia ratione poterat poſſidere, cū ſciret vxorem
dñam Mariam bonam inueſtitam, præſumitur patrē
poſſediſſe animo adeundi nomine filii hæreditatē præ
dictā, qđ potuit filio infante, ut C. de iure delib. l. ſi infan
ti. & ff. de acqui. hæ. l. more §. fi. Itē dato ꝙ filius eēt ma
ior infante, cū pater diu poſſederit eo ſciente præſumit̄
aditio. de acqui. hær. l. qui in aliena. in prin. verſi. ſed ſi
non adierit, cū non appareat alia iuſta cā ex qua pater
potuerit poſſidere, unde præſumitur animus adeundi.
de acqui hær. l. qui ꝓ hærede. & l. Pap in fi. cū plene no.
in prin. illius l. & ꝑ Bar. in l. gerit. hoc ēt ex eo ſatis præ-
ſumitur, quia ſoluerunt tertiam partem liuelli quæ ad
dictā Mariā bonam ſpectabat, vnde præſumitur iure li
uelli tenuiſſe ſm Ia. de Are. & Cy. C. de præſcri. 30. an.
l. competit. in pe. q Niſi ergo probetur patrem dicti Vi
ctoris & ipſum alia ratione poſſediſſe, præſumitur poſ
ſediſſe ex titulo quem habeant liuelli, vt no. ꝑ gl. de re.
ven. lege. quædā mulier. & facit l. ſi in arario. pro ſocio. Nō

Et prodeſt dicto Victori quod ante Simeon de caliolo,
& vendramus Iacobi eorũq; hæredes poſſederint cer
tas poſſeſsiones & terras, ſoluẽdo quemadmodum di-
ctus Victor, quia ex hoc arguitur diuiſio inter eos quã
facere potuerunt, quia nec inſolidũ poterat quis poſsi-
dere, de ac. poſ. l. 3. §. ex contrario. cõmo. l. ſi vt certo
§. ſi Nihilominus ex forma dictę inueſtituræ remanẽt
inſolidum obligati, ut ff. loca. lege cũ apparebit. & C. e.
1 l. ſi diuiſa. † Et quod diuiſio inter eos potuerit fieri nec
noceat. probatur. in. col. de prohi. feu. alie. per Feder. l.
imperialem. §. præterea ducatus, & per Bar. de ver. ob.
l. qui Romæ. §. ſi. in 10. q. & per glo. & doc. C. fami. her-
ciſ. l. ſi familiæ. Si tamen vt dicitur mortuo Simeone
hærede quondã Antonii, & quod poſt receſſum hære-
dũ Vẽdramini Brutatius & Antonius apprehenderũt
poſſeſsiones etiam liuellarias quas tenebant prædicti
hæredes Antonii & Vendramini & tenẽt & poſsidẽt,
conſiderandum erit an teneat pro canone non ſolu-
to, quo caſu ſuper hoc non videbuntur a liuello receſ-
ſiſſe donec ſibi fuerit ſatisfactum: aut non poſſideãt tã-
quã ad eos deuolutas, quo caſu non poſſent petere pro
parte illorum, cũ non debeant habere rem & canonẽ,
vt de actio. emp. lege bonafides. & de reg. iu. lege bo-
nafides, tamen non puto per ea quæ mihi dicta ſunt di
ctum Brutatiũ & Antonium poſſediſſe, aut poſſidere
dictas res liuellarias. Pręterea non põt dictus Victor ad-
iuuari præſcriptione cum ſoluerit partem canonis ſi-
ue affictus, & præſumitur ſoluiſſe virtute dicti liuelli,
& dominus directus præſumitur etiam recepiſſe virtu
te dicti liuelli, cum Ant. Simeonis, & Vendraminus &
eorum hæredes ſoluerent ſinguli pro parte tertia, &
2 dato etiam quod illi non ſoluiſſẽt, quia † ſolutio par-
tis impedit præſcriptionem, cum creditor ſciebat ſibi
deberi. ſm gl. & doc. C. de præſcri. 30. an. lege cum no
tiſſimi. §. in iis. & Barto. de aqua plu. ar. lege ſi prius. in
prin. & propterea nõ puto eſſe ceſſatum 30. annis pro
parte dictorum Antonii quondam Simeonis, & Ven
dramini & hæredũ eorũ. Non etiam potuit dictus Vi-
ctor etiam pater ſuus præſcribere directum dominiũ
rerum de quibus ſoluebant liuellum, vt C. de præſcrip.
30 ann. l. a. cum ut dixi, poſſederint tanquam liuellarii
ſoluendo liuellum. Cõcluſiue igitur nõ video quomo-
do dictus Victor poſſit euadere & ſe tueri a ſolutione
totius affictus. Concedendæ tamen ſibi erunt actiones
contra hæredes & bona hæredum Antonii & Vẽdra-
mini, & hoc pſupponendo ꝙ ipſe Victor, vel pater eius
adierint hæreditatem dictæ dominæ Mariæ bonæ ꝙ p̄
ſumitur ſm prædictam. vnum tamen aduertendũ eſt,
quia pręſuppoſitũ eſt victorem & quondam Antoniũ
ſoluiſſe pro tertia parte dicti liuelli, ꝙ ſi ipſi ſoluerũt ꝓ
parte ſua uel pro parte tangente eos, vel pro eo quod
debebãt, vel pro perſona ſua, aut aliis ſimilibus modis,
videtur facta diuiſio per creditorem recipiẽtem inter
eos liuellarios. & tacitũ pactum de non petendo, vt C.
de pac. l. ſi creditores. & ibi no. Idẽ ẽt vidẽtur velle mul
ti doctores inter quos eſt Cy. & Bar. ſi creditor recipit
ſolutionem partis ſimpliciter, vt ibi no. per Cy. & Bar
to. de fidei. lege. inter eos. §. 1. & de leg. 1. lege ſi ex toto.
In hoc tamen ſunt uariæ opiniones, ſed omnes in hoc
inclinant, ꝙ ſi creditor recipit partem tanquã partem
illius debiti non pręiudicat, ſecus ſi tãquam partem ip-
ſius ſoluẽtis. in propoſito autem vt mihi dictũ eſt quã-
uis alii ceſſauerint iam 12. annis in ſolutione duarũ par
tium, vt in libello continetur, nunquam petiit a dicto
Victore ultra partem tertiam. & eodem modo a tem
pore contractus circa nunquã fuit moleſtatus Victor
aut pater eius aut mater niſi pro 3 parte, & quilibet li-
uellariorum ſolumõ pro 3. ſoluerunt, patet probabili-
ter facta diuiſio. facit C. de vſu. l. aducifus, præcipue cũ
ipſe victor ſoluerit non ex perſona ſuæ matris, ſed pa-
tris, ignarus liuelli materni, & ſic ſoluit tanquam nil a-
liud deberet. Nec ob ſi forſam diceretur videri factam
diuiſionem ſolum de afficto pro parte recepta, nõ fu-
tura, quia immo debet eſſe de futura, cùm ſit vna obli
gatio totius temporis. de fide. l. ſi a colono. de ver. obli.
l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. & probatur in d. l. aduerſus.
In hoc tamen vt dixi multũ erit aduertendus modus
ſoluendi, & recipiendi, & ubi non apparet, diuturnitas
temporis debet multum operari: licèt in dubio variæ
ſint opiniones, nec ullam affirmet. Nec poterit conue
niri niſi pro tertia parte Victor, cum ſolum tertiã par-
tem poſſideat, & poſſidendo ſeparatim prædicti tres
liuellarii & hæredes eorum uidẽtur diuiſiſſe, ut not. C.
communi diui. l. pe. Nec curatur ꝙ alii non ſint ſoluen
do, ut no. in d. l. ſi creditores.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Quæ requirantur ad probandum contractum fi-
ctum & ſimulatum, & an uxor poſſit eſſe teſtis pro ma
rito, & captiuus cogitur ratum habere id quod uendi-
tur pro captiuitate redimenda.

SVMMARIVM.

1 Neceſſaria duo ad pignoris probationem.
2 Vxoris teſtimonium pro viro ſuſpectum habetur.

CONSILIVM LXXXII.

IN cauſa quę uertitur & uerſa eſt inter ſer
Iacobũ notariũ de Odorico ꝓcuratorẽ
& procuratorio noĩe ſer Chriſtofori di-
cti beuilaqua, & ipſum ſer Chriſtoforũ
agentes, & petentes ſer Victorem de me
zano procuratorẽ, & procuratorio noĩe Andreæ de ſta
mina, & ipſum ſer Andreã ſe defendẽtes ex alia. Illud
primo ponderandũ eſt, ꝙ clarũ & probatũ eſt de captu
ra ipſius ſer Andreæ, & ꝙ ab hoſtibus redemptus fuit
de pecunia poſſeſsionum uenditarũ per eius uxorem
& filiũ, uel ſaltem ex pannis habitis a dicto ſer Chriſto
foro, ſed quæſtio in hoc uertitur, qa uidetur ex atteſta-
tione uxoris ipſius ſer Andreæ ꝙ pannos principaliter
receperit. & inſtrumentũ licèt loquatur de uenditione
p̄ſumenda fictitia quæ uidetur locum habere in propo-
ſito, cum ſer Andreas ſpacio x. anno. fuerit in poſſeſsio
ne &c. Et quantũ ad iſtud primũ dicendũ eſt ꝙ nuſquã
1 eſt probatum ꝙ dictũ inſtrm fuerit pignus duo. n. † ſm
gloſatorem in c. conqueſtus de uſur. ſunt ſaltem neceſ
ſaria ad probandũ pignus. licèt dñs Bald. dicat ꝙ quin-
que. quæ duo non ſunt probata. 1. pactũ de reuendẽdo.
& minoritas precii. Igitur ſtandũ eſt inſtr̃o. ut l. cũ pre-
cibus. C de proba. Nec mouet me dictũ uxoris ſeu uen
2 ditricis, quia † primo etſi de iure ſuſpectum ſit eius te-
ſtimoniũ, & adhuc ſe magis ſuſpectã reddidit, cũ ꝓdu-
cta pro parte rei dicat ꝙ uellet maritum uincere, & ad
eam ſpectet cõmodũ & incõmodũ huius rei. Itẽ pro-
ducta per partem actoris, quãuis primo dicat ꝙ fuerit
pignus, ſibi ipſi contraria uidetur in depoſitione quã
facit ſuper ſeptimo c. ubi dicit. ꝙ credit & ſibi uidetur
ꝓ redẽptione dicti Andreæ ꝙ fuit melius de bonis ſuis
uendere quàm remanere in tanta captiuitate. Ecce
ergo ꝙ expreſſe ſentit bona fuiſſe uendita & nõ pigno
rata. Sic nec me mouet ſtatutũ allegatum, quoniã ut
infra patebit non ſumus in caſu ſtatuti, ſtante igitur in
ſtrumẽto uenditionis pro uero & non ſimulato, cõclu
do quod iſte fuit caſus in quo prædicta uxor, & filius uẽ
dere potuerunt de bonis ſuis, ſcilicet dicti ſer Andreæ,
& cogitur habere ratam uenditionem factam pro ſua
captiuitate. caſus eſt rotundus in authen. Si captiui. C.
de epiſ. & cler. & ſatis uideo ꝙ habuit ratum, cum plu
ribus annis certum quid ſoluerit, licèt nunc aliter
loquatur, Et ſi ratum non habuiſſet, cogendus eſ-
ſet, vt ſupra dixi. Non ergo vẽdicat ſibi locum ſtatutũ
quod loquitur de venditore qui ſtetit in poſ. quoniam
primo ſer Andreas non eſt venditor licèt cogatur ha-
bere ratam venditionem & precariam poſ ſiem, etſi
venditor eſſet, certis temporibus aliquid ſoluit, ut in ꝓ
ceſſu patet. ¶ Ex quibus omnibus conſulo per iudicẽ
medium Chriſti nomine inuocato pronunciandum

in omni-

in omnibus & per omnia ſecundũ intentionem agen
tis,& ipſum reum & eius procuratorem in expenſis le
gitimis condemnandum .

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis
vtriuſq; doctor & ad fidẽ ſubſcripſi, & ſigillo muniui.

ARGVMENTVM.

¶ Filius qui non poteſt ſtare cũ patre propter nimiã
ſæuitiam an poſſit ipſum cogere, vt ei reſtituat bona
materna,& quæ dicatur eſſe iuſta cauſa cogendi patrẽ
emancipare filium,& an quando pater cogitur eman
cipare, poſſit aliquid retinere pro vſufructu.

SVMMARIVM.

1 *Filij ex quibus cauſis poſſint cogere patrem, vt eos emancipet.*
2 *Filij qua de cauſa poſſint patrem a ſua ſucceſſione excludere.*
3 *Pater coactus iuſta & rationabili cauſa filios emancipare nihil de bonis maternis retinet, ſecus ſi voluntarie.*

FACTI SPECIES.

Caſus talis eſt Auguſtinus occidit vxorẽ bonæ &
honeſtæ vitæ & reputationis, & ſic ſine iuſta cauſa
ex qua habet quatuor filios mares, & duas fœminas.
Qui filii cum eo viuere nõ poſſunt quãuis ſint iuuenes
bonæ reputationis, & melioris quàm pater, qui lon-
go tempore fuit vſurarius, & quorum tres dictus pa-
ter de domo expulit, & occiſa vxore in concubinã ac-
cepit famulam vnam quæ erat amica alterius, & filiũ
& filias ex ea ſuſceptos legitimari fecit, eosq; iſtituit in
maiori parte quàm filios ex dicta uxore occiſa, & ex
duabus filiabus quas ex prima vxore habuit, altera
nupta nihil de bonis ſuis ei dare volebat, ſed dũtaxat
de bonis maternis. Alteram vt doti parceret cupiebat
monialẽ fieri. Quamobre quædã auia ſua materna re-
cepit eã vt eã maritaret & ſibi dotem daret. Quæritur
an filii non valentes cũ patre morari maternam dotẽ
& alia bona materna cõſequi poſſint ſtãte caſu ꝑdicto.

CONSILIVM LXXXIII.

In Chriſti nomine amen.

1 INSPECTVS † cauſis præmiſſis poterũt
filii cogere patrẽ vt eos emancipet quaſi
male & contra pietatẽ eos afficientem.
vt ff. ſi a pa. quis ſue. manu. l. diuus. & not.
Inſti. qui. mo. ius pa. poteſt ſol. §. fi. Nã ex
pellẽdo de domo, vel ita tractando vt ſecũ viuere non
poſſint, cõſtat eos afficere male & ꝯtra pietatẽ, nec vt
filios tractare. de verb. ob. l. quidã cum filiũ. & ibi no.
de iuſti. & iu. l. 1. §. ius naturale. pręcipue cũ atrociſſima
iniuria eos affecerit matrem perimendo, propter quã
non ſit veriſimile nec conueniens eos cum eo viuere
qui non contentus hac iniuria non nouercam ſed me
retricẽ induxit, & ſubſiſtentibus naturalibus, & legiti-
mis filiis legitimauit baſtardos. Nam † & ſola peremp-
2 ptæ matris iniuria ſufficit, vt filii patrem a ſua ſucceſ-
ſione excludant, vt in auth. vt cũ de app. cog. §. & hæc
quidẽ de parentũ, verſi. liberis autem. Fortius ergo de-
bet eſſe iuſta cã emancipationis obtinendæ quæ ex læ-
uioribus cauſis exigitur, vt patet de condi. & demon. l.
ſi cui. & no. ĩ præall. §. fi. Inſti. qui. mo. ius pa po. ſol. iun
cto d §. & hæc quidem de parentum. Et hæc emanci-
patio petenda erit prius venia impetrata. vt C. de in ius
vo. l. 1. & 2. Qua quidem emancipatione obtenta † bo-
na materna tam dotalia quam non dotalia erũt eis re
3 ſtituenda, licèt enim voluntarie manumittentes poſ-
ſint dimidiã vſusfructus retinere, vt C. de bo. quæ lib. l.
cũ oportet. §. cũ aũt. Cũ tamen propter vitium, & iniu-
riam huiuſmodi emancipet, cõmodũ omne vſusfru
ctus amittere debet, ſeruatur. n. ſibi dimidia vſusfruct⁹
in renunciatione per d. §. cum autẽ. quæ renunciatio
hoc caſu non debetur, vt d. l. diuus. vbi bonorum poſ-
ſeſſionem iure manumiſſoris competentẽ perdit. Cũ-
que patri diſſipanti & male regenti auferatur admini-
ſtratio bonorum filii, vt C. de ſen. paſ. l. fi. & ff. ad treb.
l. imperator. Quanto fortius propter impietatem erga
perſonam filiorũ. ar. ſo. ma. l. ſi cũ dotẽ. §. ſin autẽ in ſæ-
uiſſimo. Quin ẽt indignus videtur pater vſufructu bo-
norum peremptę matris. ſo. ma. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi de
iis qui. vt indig. l. indignũ. de bo. dam. l. fi. in fin. vnde &
emancipatione ceſſante vſusfructus cõſolidandus eſ
ſet cũ proprietate. Si. n. pater diuertẽs ab vxore ſine iu
ſta cã perdit bona ſua. quorũ duæ partes ex tribus filiis
applicãtur pleno iure, ut in Auth. ut nulli iudi. §. qa ve-
ro aliqui. & C. de bo. quæ lib. auth. idem eſt. Quãto for-
tius qui matrimoniũ diſſoluit per homicidium, imo
& debet perdere uſumfructũ bonorũ uxoris, & nõ ſo-
lũ uxoris, ſed proprietatem & uſumfructũ bonorũ ꝓ-
priorũ ꝓ hoc ẽt vẽ tex. in auth. vt liceat matri & auiæ.
§. ſi vir de adulterio. uer. ſin autẽ filios. maxime cũ me-
retricẽ & concubinam induxerit, ut in dicta Auth. §.
quia vero ex conſenſu. & C. de repudiis. auth. quod ho
die. ad hoc ẽt facit de iure fi. l. Lucius. Et ſi nõ hẽt pater
uſumfructũ in relictis filiis, ita ut uſusfructus patri non
acquiratur, ĩ auth. vt li. ma. & auiæ. §. ſi uero. & C. de bo.
quæ li. auth. excipitur. Nec hoc caſu debebit habere cõ
tra voluntatem uxoris & pietatẽ. ad hoc ẽt facit, quia
occupatis bonis patris ex debito, uel delicto peculium
etiam profectitiũ filiis cõceditur. de mi. l. 3. §. ſed utrũ.
Fortius hic, conſulite igitur faciet ſæpe dictus pater do
tẽ & alia bona materna vltro filiis libere ꝯcedẽs, & eos
emãcipãs, ne filii de bonis ꝓpriis ipſius patris eũ uexẽt.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis.
de Cumis. Et ita dico & conſulo Ego Proſdocimus de
comitibus de Padua iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Decima inter laicos an dicatur ius ſpirituale, & quã
to tempore præſcribatur, & an poſſidens poſſit ſe fun-
dare ex ſolo non vſu.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa decimarum coram, quo ſit tractanda.*
2 *Conuentus ad decimæ præſtationem an & qua præſcriptione ſe tueri poſſit.*
3 *Decima dici poteſt ius temporale, & quomodo.*
4 *Præſcriptio non procedit in vectigalibus contra fiſcum, ſecus contra priuatum ex conſuetudine vel priuilegio ius habentem.*

CONSILIVM LXXXIIII.

1 QVIA cauſa decimalis † de iure canonico
tanquam ſpũalis non põt corã iudice lai-
co cognoſci, ut in c. lator. qui filii ſint legi.
& in c. decernimus. de iud. & ex forma ſta
tuti Feltri permittitur procedi de decimis
coram ptãte & vicario, & imponitur pœna allaganti
exceptionem incõpetentis iudicis. Quæritur mõ, cum
ẽt in uolumine ſtatutorũ cõis Feltri reperiatur ſtatutũ
dictãs ꝙ ſi quis poſſederit per xx. an aliq̃ poſ. ſeu aliqua
iura corporalia ſeu incorporalia, intelligatur uerus do-
minus ẽt titulo non oſtenſo, Nec poſſit moleſtari, uel
inquietari de ipſis poſſeſſionibus & iuribus, uel quaſi
poſ. utrum conuentus in foro ſeculari poſſit ſe tueri p̃
ſcriptione xx. an. ex forma dicti ſtatuti contra agentẽ
ad decimæ præſtationẽ, cum ambo ſint laici, & agens
petat tanquam feudatarius eccleſiæ quem nunquã cõ-
ſtat nec præceſſores habuiſſe decimã poſſeſſionis de
qua petere intendit, licèt in inſtrumento inueſtiuræ
2 fiat mentio. ¶ † Et ꝙ conuentus ad decimæ præſtatio
nem nõ poſſit preſcriptione prædicta ſtatutaria ſe tue
ri, facit c. cauſam quæ. extra de præſ. item c. Eccleſia S.
Mariæ. extra de conſti. & auth. caſſa. C. de ſac. ſan. ecc.
in contrariũ uidetur mihi facere, ꝙ cũ cauſa poſſit agi
tari in foro ſeculari & agitata ſit, debent illius fori ſta-
tuta ſeruari, ut l. 1. C. de eman. libe. & l. 1. C. quæ ſit long.
ꝯſuetu. itẽ ꝙ cũ actor elegerit in foro ſeculari agere de
cauſa decimali, fundans ſe ſuper ſtatuto debet pati

 aliud

aliud ſtatutum pro reo in dicto foro allegatum de præ
ſcrip. xx. ann. ex quo dicto foro ſe ſubiecit eccleſiaſti-
co foro demiſſo ex æquitate edicti. ff. quòd quiſque iur.
per totum, & arg. l. 1. & 2. ff. de iudi. ſuper quibus omni
bus breuiter placeat reſpõdere quid iuris, & quã eligi-
3 tus ſniam ¶ † Circa quæ conſiderari poſſet, ꝙ licèt deci-
ma ſit ius ſpirituale, eius tamen cõmoditas laico com
petens iure feudi ius temporale ſit, iuxta ea quæ haben
tur extra de loca. c. 2. & de decimis. c. quãuis. alioquin
in laicum non caderet, & per hoc ſecularibus legibus
ſubiici poſſit, quãuis vbi de re eccleſiaſtica in ſoro etiã
ſeculari agit iura potius canonica quàm ciuilia ſeruen
tur. de conſti. c. 1. ſecundũ primum intellectum, & C.
de epiſ. & cle. auth. clericus. & patet in relictis ad pias
cauſas, & ſimilibus, & per dominũ Anto de But. de fo.
compe. c. ꝙ clericis. videtur ergo laicum qui poſſidet
decimas præſcribere contra laicum feudatarium, vt
in ſimili dicit Bar. de publica. l. ſi publicanus. §. fi. quam
uis non videatur hæc ratio ſufficiens, cum poſſeſſio ca
dat in laicum iure feudi antiqui. nõ in illum qui vellet
præſcribere per præalleg. c. cauſam. & de deci. c. quam
uis. & ſine poſſeſſione non currit præſcriptio. Sed ve-
reor ne ſtatuta alio caſu loquantur quàm de quo agi-
tur, nulla enim videtur fuiſſe poſſeſſio, vel quaſi eius
qui dicit ſe decimas præſcripſiſſe eo ſolo quòd non
ſoluit, quemadmodum nulla eſt poſſeſſio præſcribẽ-
tis libertatẽ contra ſeruitutem ruſticã. de vſuc. l. ſequi-
tur. §. qui viam. & ibi Bar. & per gl. quemadmodũ ſer-
ui ami. l. fi. & per doc. C. de ſerui. & aqua. l. 1. cũ tã præ-
ſcriptionem allegans quàm ibi ex ſolo non vſu aduer
ſarii nitaẽ. Ceſſant ergo verba ſtatuti loquentia de qua-
ſi poſſeſſione iuris poſſidendi, quia exigitur aduerſarii
ſcientia, vt no. vbi ſupra. Nec eo ꝙ poſſederit res ex q-
bus decima debeaẽ pacifice quietate, veteturq; mole-
ſtari, excluditur petitio decimæ quæ nõ itelligitur ſub
poſſeſſione fundi, nec ſub conceſſione ipſius fundi; &
omnium iurium quæ haberet concedens cui decima
competeret, ſecundũ Inno. de iure pa. c. ex literis. poſ-
ſet tamen fortaſſis attentari ꝙ per non vſum x. vel xx.
ann. & multo magis tãto tempore cuius initii memo-
ria non exiſteret, excluderetur ipſe feudatarius, ut quẽ
admodũ libertas contra habentem vſumfructum, vel
ſeruitutẽ ruſticam tanto tẽpore quæritur, vt C. de ſer-
ui. & aqua. l. ſicut. & de præſcrip. longo temporis l. fi. in
fi. pariter contra iſtum laicum habentẽ decimas, ad qđ
optime facit ff. de nundi. l. 1. & no. per Bar. de publica.
l. licitatio. §. earum. & l. ſi publicanus. §. fi. vbi † licèt nõ
præſcribatur in vectigalibus contra fiſcum, præſcribi-
tur tamen decennio contra priuatum ex priuilegio,
vel conſuetudine ius habentem. de tempore autem cu
ius non eſſet memoria non dubitarem, quando habet
vim priuilegũ principis. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iu-
re. §. ductus aquæ. ſi enim tanto tempore præſumitur
laicum habuiſſe decimas, vel ante Lateranenſe conci-
lium, vel ex priuilegio, iuxta. no. de iis quæ fi. a præla c.
cum apoſtolica. per Io. An. fortius tanto tempore de-
berẽt præſumi a principe remiſſæ decimę, ſaltem laico
competentes, licèt dubium ſit an contra eccleſiã tan-
to tempore præſcribatur. de quo etiam. C. de præſcri.
30. ann. l. competit. in fine. facit etiã l. cum de in rẽ ver
ſo. de vſuris. cũ ibi notatis, quaſi videatur feudatarius
remiſiſſe patientia, cum decima ipſo iure acquiratur.
non audeo firmare ſufficere tempora x. vel xx. ann. cũ
dubitem an idem iudicandum ſit quod de vſufructu,
vel alia ſeruitute quãtum ad laicum cuius ius videtur
temporale. de tempore vero cuius non exiſtit memo-
ria non dubitarem.

¶ Et ita videtur mihi Raphaeli Raymundo iuris v-
triuſque doctori, & ita ſcripſi & ſigillũ meum impri-
mi iuſſi.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum prohibens bona in non ſubditum tranſ
ferri. an comprehendat cauſam inteſtati, & quod tem
pus ſit inſpiciendum, & an excluſus ex vno capite ſuc
ceſſionis poſſit ad aliud redire, & an tale ſtatutum extẽ
datur ad perſonas eccleſiaſticas.

SVMMARIVM.

1 *Filij vtriuſque ſexus omni iure admittuntur ad parentum ſucceſ-ſionem, excluſis alijs remotioribus.*
2 *Obtinere poſſeſſionem aliud eſt quàm facere quòd obtineatur.*
3 *In ſucceſſione inteſtati in non ſuis hæredibus attenditur tempus aditionis.*
4 *Verbum filij, poteſt comprehendere filiam.*

CONSILIVM LXXXV.

PRAESVPPOSITO caſu mihi exhibi
to circa factũ egregiæ dñæ Annæ, quõdã
dñæ Antoniæ, & ſer Marci de villata &c.
Incipiẽdo a ſcdo ꝯſultationis articulo, nã
ex ipſius declaratione inferẽ ad deciſionẽ
primi, omiſſis diſputationibus, mihi de iure dicẽdũ vi-
detur prædictam dominã Annam admittendam eſſe
ad ſucceſſionem bonorum quondam præſatæ domi-
næ Antoniæ matris ſuæ non obſtante ſtatuto ciuitatis
1 Feltri, vnde † præmittendum eſt ꝙ ex omni iure tã ci-
uili quàm naturali filii vtriuſque ſexus admittuntur ad
parentũ ſucceſſionem excluſis aliis remotioribus, vt
in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. & in auth. de
hære. & falci. in prin. & §. 1. & l. cũ ratio. de bonis. dan.
& l. ſcripto. ff. vnde legi. cum ſimilibus, cũ igitur ſi be-
ne inſpiciantur verba ſtatuti, non videatur comprehẽ
di cauſa inteſtati, ſed ſolum prohibetur ne per aliquẽ
contractum vel vltimam voluntatem bona in nõ ſu-
biectum iuriſdictioni, vel non ſuſtinentem onera com
munis Feltri transferãtur, nõ certe debet extẽdi vltra
caſum ſuũ cum ſit odioſum & corrigat ius commune
& naturale, vt ſupra per ea quæ no. ff. ſo. ma. l. ſi uero. §.
de viro. de uer. ob. l. quicquid aſtringendæ. & in c. ſtatu
tum, de elect. lib. 6. Nec obſtat ꝙ in ipſo ſtatuto cõtinea
tur, vel alio quouis modo &c. Nam nullo modo dici
poteſt dictã dominam Antoniam per hanc viam trã-
2 ſtuliſſe ſ. inteſtati, aliud eſt. n. † facere & aliud omitte-
re, iuxta no. in regula delictum perſonæ. de reg. iur. lib.
6. & C. de acqui. poſ. l. fi. Nec mouet etiam quod allega
ri poſſet eam dominam Antoniam etiam inteſtatam
intelligi reliquiſſe eidẽ d. Annę, eo ipſo ꝙ alii non reli
quit. arg. l. ſi quis cum nullũ. & l. conſiciuntur. de iure
codicil. Nam vt ibidem no. id procedit ex quadam iu
ris fictione. Statutum autem non trahitur ad caſum fi
ctum, ut no. ff. de neg. geſt. l. 3. § hæc verba. & per Bald.
C. de leg. l. non dubium hoc igitur præſuppoſito ꝙ ſci-
licet præſata domina Anna non excludatur ab inte-
ſtato, clare infertur ꝙ dato ꝙ ipſa non ſuccedat ex teſta
mento matris inualido vigore ſtatuti, ſuccedat ex alio
capite, videlicet ab inteſtato. caſus eſt C. ſi quis omiſ.
cauſa te. l. 2. 2 reſpon. & arg. Inſtit. de legit. agna. ſucceſ.
§. fi. & ff. de ſucceſ. edic. l. 1. §. ſciendũ. vbi liberi excluſi
ex capite vnde liberi admittũtur ex alio capite per vn
de legitimi. Itẽ dato ſine præiudicio, qđ vigore dicti
ſtatuti nõ ſuſtinentes onera & forenſes excludãtur ẽt
per viam inteſtati, tamen adhuc defendi poteſt ipſa do
mina, vbi nũc ante aditione ab inteſtato efficiaẽ habilis
3 & capax ad acquirendum, ſatis ſufficiat. nam † in ſuc-
ceſſione inteſtati potiſſime attenditur tempus aditio-
nis in non ſuis hæredibus, cuiuſmodi ipſa eſt, per ea
quę traduntur. ff. de hære. inſti. l. ſi aliena. § in extraneis
& ff. de iniuſto. rup. & irri. te. l. ſi quis exhæredato. Si er
go ſubiiceretur iuriſdictioni, & onera ſuſtineret ante
additam hæreditatem, ſatis ſufficere videtur. Sed & a-
lia ratione poteſt defendi præſatam dominã Annã ad
ſucceſſionem ẽt ex teſtamẽto admitti vigore p̃dicti ſta
tuti. dicitur. n. in fine eiuſdẽ, ꝙ phibitio in eo ꝯtenta nõ
habeat locum inter patrẽ & filium & nepotem inter
fratres

fratres.Certum autem eſt ꝙ ſtatutũ intelligendum eſt
ſm interpretationem iuris communis. cum maxime
in hoc ſit conſonum iuri cõi.de cõſue.c.cũ dilectus, &
de reſcr.c.ſi qñ ſm autem ius cõmune,in materia præ
ſertim fauorabili qualis iſta eſt in conſeruando natura
lem & debitam ſucceſſionem deſcendentium, maſcu
linũ comprehendit ſœmininũ vbi pariformiter mate
ria poſſet eſſe conueniẽs.& vbi in appellatiuo ꝓfertur,
ꝑ no.ff.de ver.ſig.l.1.& 2.per Bar.& per glo.de elect. ca.
generali.lib.6.& in cle.1 de elect. Et vr̃ caſus vbi verbũ
4 filii † comprehendit etiã filiã. ff. de teſti. tu.l. ſiquis ita.
in prin.& de fratribus.ff.de pac.l.tres fratres.Siue ergo
dicta clanſula ſtatuti non ꝯpichendat mulieres, & po-
tuerit ab inteſtato ſuccedere præfata domina Anna ꝑ
rationes ſuperius inductas, maxime ſe nunc habilitan
do,ſiue dixerimus comprehendere, vt ſtatim dictum
eſt, & poterit ex teſtamento capete, Et per hæc inſer-
tur ad primũ dubium,videlicet de perſona dñæ Luciæ
filiæ ipſius dominæ Annæ non diſputandũ, cũ ipſa do-
mina Anna obtineat primũ locũ , & admittat, vñ eius
filia ſequens in gradu repelletur. ſed dato ſine præiudi
cio,ꝙ non admitteretur,tunc in dubio cũ dictũ ſtatutũ
laicorũ non poſſit eccleſiis prȩiudicare,per ea quæ hã
bentur in auth.caſſa.C.de ſacroſan eccle.& per Inno.
de ſen.excom.c.nouerint.dicendum eſt ipſam domi-
nam Luciam monialem & eius monaſterium admit
ti per edictũ ſucceſſorium.C.vnde liberi.l.1.& de ſuc-
ceſ.edic.l.1.cum ſimilibus.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
iuris vtriuſque doctor &c.

ARGVMENTVM.

¶Iudicium nõ poteſt eſſe ſine petitione etiã in ſum
mariis,& an publicato proceſſu compromiſſum poſ-
ſit peti inter affines,& ſuccumbens ab obſeruatione iu
dicii debet in expenſis condemnari.

SVMMARIVM.

1 *Tribunal poteſtatis & vicarij eſt vnum,de iure, ſecus de conſue-
tudine.*
2 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit ratione iudicis incompeten-
tis,vel indebite citantis.*
3 *Committens in legem non debet legis uti beneficio.*
4 *Agens in fraudem legis contra legem facere videtur.*

CONSILIVM LXXXVI.

1 QVAMVIS de iure communi † Tribunal
poteſtatis & vicarii ſit vnum tribunal.de
conſue.c.2.li.6.& in c.ſi contra vnũ.de oſ-
fi.deleg.eo.lib.Tamen cõſuetudo uniuer-
ſalis & ſpecialiter ciuitatis Feltri, facit illa
duo tribunalia,vt palã eſt in eo loco, quo præſuppoſi-
to ſtatim ſequitur ꝙ proceſſus ſer Marci eſt nullus, qa
ſolus poteſtas uidetur iudex forẽſium, & ſic nõ debuit
dña Anna citari corã dño vicario,ſed coram domino
poteſtate,quȩ eſt non ſubiecta iuriſdictionis Feltri. Et
ſm ꝙ capitulabat idem ſer Marcus tam ratione origi
nis propiæ quàm paternæ eſt diœceſis Tridentinæ, er-
go debuit citari coram poteſtate ut dixi, quia literæ du
cales ita determinant,quæ in iudicio per dictã domi-
nã Annã ſunt productæ,imo cõperio ꝙ dñs vicarius iis
allegationibus tunc corã eo factis auditis remiſit dictã
cauſam ad dñm poteſtatẽ eiuſq; tribunal, & ſe decla-
rauit iudicem incompetentem uirtute dictarum lite-
rarum,vt in proceſſu clare apparet, a qua interlocuto
ria non fuit appellatum, nec reuocata fuit, vnde tranſi
uit in rem iudicatam,vt extra de appel.c.cum ceſſãte.
& quod ibi no.nec coram poteſtate apparet facta ali-
2 qua petitio noua,vel nouus proceſſus. debet ergo † do-
minus vicarius abſoluere partem ab obſeruatione hu
iuſmodi iudicii,& ſer Marcum in expenſis condemna
re,vt l. properandum.§ ſin autem C.de iudi. & in via-
ticis,& cæteris, de quibus ff.de iudi.l.eũ quem temere.
Itẽ dictus ſer Marcus deuiare videt̃ à forma ſtatututi ꝑ
ipſum intentati, petit enim mitti in poſſeſſionem ſm
formã ſtatuti, ex forma autẽ ſtatuti intentati mortuo
defuncto in bonis eius in quibus petitur miſſio in poſ
ſeſſionem,ſtatim poſſeſſio defuncti intelligitur trãſla
ta in hæredem.& intelligitur hæres apprehẽdiſſe poſ-
ſeſſionem.aut ergo domina Anna erat hæres. & con-
ſequenter maleſecit iudex qui ad inſtantiam ſer Mar-
ci declarauit officium poſſidere, & militem miſit qui
nomine officii poſſeſſionem accepit, & ſic officium ñ
cuſtodit,ſed poſſeſſorem fecit,vt ff.de aqui. poſ.l. inte-
reſſe puto.& ibi ꝑ Bar.& per gl.i l.1.C. de prohi.ſeque
ſtra.& extra de iudi. c.examinata. ff. depoſiti l.licèt.§.
1.& in c.1.extra de ſequeſtra poſ.& fruc.grauauit ergo
dominã Annã primo auferendo ſibi poſſeſſionem da
tam a ſtatuto. Item quia etiam re ſequeſtrata ipſa fo-
renſis debuit ſaltem ali, cum ibi alia bona non habe-
ret,ut l. fi. C. de ordi. cogni. & domina Anna merito
grauata,quia illam priuauit beneficio ſtatuti, appellã-
uit a tali grauamine. aut ſer Marcus ẽ hæres, & adhuc
cum ad inſtantiam ſui,vel ipſo ſaltem cõſentiente dõ
minus vicarius prædicta deuiãtia totaliter a uerbis ſtã-
tuti fecerit,ſequitur ꝙ virtute ſtatuti non eſt mittẽdus
in poſ.quod declaro,quia ſi beneficio ſtatuti petit mit-
ti in poſ tãquam hæres,videtur dicere omnem poſſeſ-
ſionem defuncti in ſe tranſlatam.& ſe verum poſſeſſo
rem ex beneficio dicti ſtatuti.etiam ex alio capite petit
declarari officium poſſidere vſque ad expeditionem
cauſæ,& poſſeſſionem dictorum bonorum apud neu
trũ partiũ eſſe,ſed ſolũ apud officiũ,quod eſt ꝯtra men
3 tem & verba ſtatuti.Nõ ergo vtetur beneficio legis † q
cõmittit in legẽ,ut l.non dubium C.de legibus.Itẽ nec
facit citationes ſpeciales quæ requiruntur ante miſſio-
nẽ in poſ dẽt.n.mitti in poſ.ita tamen ſi prius ſpãliter
citari fecerit poſſeſſores bonorum.Itẽ ruſticos. Item
inquilinos &c. ſi poſſunt haberi perſonaliter, aliàs ge-
neraliter in locis ſtatutis in eo,quæ vt dixi minime fa
cta ſunt,igitur &c.vt l.prolatã.C.de ſen.cũ ſi. Et ut pau
cis agam,iſte proceſſus non habet caput nec caudam.
nam Marcus primo producit libellum contra dñam
Annam.poſtea ſtatim producit teſtes ante aliquã re-
ſponſionẽ habitã a dicta dña Anna,quos teſtes abſque
citatione producit corã vicario, & petit illos moneri
de ueritate dicenda,deinde inſtat quod officiũ capiat
claues & poſ.bonorũ . Quo facto incipit vnũ nouum
proceſſum contra dictã dnam Annã,& faciat illã cita-
ri ſi uult contradicere ne mittatur in poſ. & illa cõpa-
rente interrogatoriũ dat ſi eſt hæres matris , & vtrum
ex teſtamento vel ab inteſtato, quæ oĩa deberent vo-
bis facere magnũ riſum,quia iam productis teſtibus &
iuratis facit interrogatorium ſuum quod ẽt eſt imper
tinens quantũ ad iudicium poſſeſſorium. Et ſi velit di-
cere ꝙ volebat incipere nouum iudiciũ , adhuc peius
eſt,qa hic facto non produxit petitionem aliquam,ſed
capitula ſuꝑ prima petitionẽ, & ſic non poſſet eẽ ſentẽ-
tia vbi nulla petitio.de ſimo.c.licèt heli.& ff.cõl di.l.vt
fundus.cũ ſi.non n.illa verba ſummariè breuiter & de
plano,iuuare poſſunt illos defectus ita graues , vt patet
ex determinatis hodie in cle.ſæpe.de uer ſi.& per Bart.
ad reprimendum.non enim poſſunt facere quin ſolen
nitates in eodem ſtatuto poſitæ ſeruandæ fuerint. itẽ
nec poteſt facere iudicem incompetentẽ competen-
tem, itẽ ꝙ pronuncietur ubi non eſt petitio, vel ꝙ cre-
datur teſti non citato & ſponte venienti , & ſic uec in
ſimilibus erroribus qui ſunt infiniti. debet ergo iudex
medius,ut dixi ſupra, ab huiuſmodi proceſſu & inſtan
tiæ obſeruatione partem abſoluere,& partem contra
riam cõdemnare in expenſis,per iura ſuperius allega-
ta.nec moueat iudicem in contrarium illa truffa,ꝙ pe
tit nunc ſer Marcus cõpromiſſum,quia hic eſt euidẽs
dolus , nam à principio non petiit ſer Marcus com-
promiſſum,immo,vt audio,denegauit cõpromittere,
nunc uero expedito proceſſu videns ſe ſuccumbere, &
damnandum in expenſis,petit compromiſſum ·nõ.n.
dẽt ex ſuo dolo cõmodũ reprobare, ut extra de reſcri.

c.ſedes,ſed debet condemnari in expenſis, & tunc ſo-
lutis expenſis poſtea agat de nouo,& ſi petet compro-
miſſum reſpondebitur ſibi,alias via eſſet parata fraudi
bus, quia publicato proceſſu ſi pars videret ſe ſuccum
bere ſtatim peteret compromiſſum,vt ſolutionem ex
4 penſarum euitaret,& ſic faceret contra legē,quia † qui
facit in fraudem legis,contra legem facere videtur, vt
ff.de legi.l.contra legem,& de priui.c.quanto. in glo.
Ex iſtis patet ꝙ in præſenti proceſſu non intereſt diſpu
tare quis veniat ad ſucceſſionē dominæ Antoniæ vel
domina Anna eius filia,vel ſer Marcus,qa cū ſer Mat-
cus petet rite in alio proceſſu ſibi reſpondebitur,ſuper
quo tamen in fauorem dominæ Annæ & contra ſer
Marcum ſunt egregiorum doctorum conſilia ſuis lo-
co & tempore producenda,pro nunc vero ſufficit ip-
ſum ſer Marcum & eius procuratorem legitime exclu
dere. Et hæc ſufficiant in tanta temporis anguſtia, qm̄
pars expeditionem totalem deſiderat, quinimmo in
re ita clara ſuperuacuum exiſtimaui aliquid ſcribere,
cum Prudentia domini Poteſtatis & ſui vicarii in ma
ioribus valde ſufficiat.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis,
iuris vtriuſque doctor & me ſubſcripſi &c.

SVMMARIVM.

1 Dos an computetur in legitima nepotis in bonis aui.
2 Nepos quare non habeat dotem vt hæres matris, ſed beneficio con ſuetudinis.

CONSILIVM LXXXVII.

CIRCA primum apud noſtros magna du
1 bitatio eſt,variantque doctores,vtrum † ne
pos ex filia maternam dotem & legitimā
imputet,& quamuis in ſcholis ſoleat mi-
hi placere pars affirmatiua, conſulendo
tamen a communiori opinione non diſceſſi, quæ mi-
hi videtur partem negatiuam inclinare,vbi nepos tā-
quam hæres matris dotem habuit.hoc.n.& Bar.vide-
tur velle.ff.ſo.ma.l.poſt dotem.ad fi.5.quæſtionis, licèt
in l.in quartam. ad l. falcidiam in dubio relinquat, eo
caſu quo pater ſtipulatus fuit dotem in vnū caſum, ita
ꝙ in caſu omiſſo mulier habeat hæredem, & ſic nepos
habeat tanquam hæres matris , qui tamen in caſu
quem decidit, & in quo conſuluiſſe dicit fundamen-
2 tum ſumpſit ab illa ratione, quod † nepos non ha-
bet dotem vt hęres matris, ſed beneficio conſuetu-
dinis hanc etiam opin. ſecutus eſt Bald. in l. quoniam
nouella.C de inoſ.teſtam & l.ſcimus. §. repletionem.
C.de iur.deli. ſecutus eſt etiam in l.illam.C.de colla. li-
cèt illa diſtinctione non vtatur.puto autem in propoſi
to,ut moris eſt, dotē appropriatam Antonię filiæ ſuæ
ſiue ipſa fuerit ſtipulata cum voluntate patris, ſiue pa-
ter fuerit ſtipulatus filiæ per l.poſt dotē.& ibi per Dyn.
& Bar. ſo. ma.ſiue fuerit pater ſtipulatus ſm formam l.
inter.§.cum inter. de pac. do.quo caſu in caſum libero
rum appropriatur filiæ ſecundum eundem Bart. in l.ſi
cum dotem.in prin.ſo.ma & conſequenter ad Zando
menicum hæreditario nomine matris pertinere, quia
tamen Bal.in l.illa ex æquitate mediam ſententiam e-
ligens conſuluiſſe fatetur nepotem ſuccedentem cum
patruo quaſi loco matris veſtiētē ſibi imputare.qui vi-
detur caſus noſter, reſponderi poteſt propter in iuris fi
nem non eſſe hic locum rationi Bal.cum mater foret
prorſus excluſa.licèt ceſſante excluſione matris pro il-
la opinione faciat l.ſi defunctus. in fi. C.de ſuis & legi.
quam etiam conſulendo ſecutus ſum eo magis quam
indiſtincte putarem in legitimā imputari.legibus & ra
tionibus quas nō eſt tempus referre.Cæterum cū pro-
ponaꝰ materteras a parte ſimiliter dotatas,ſi dixeriꝰ
materteræ ſibi datā a patre dotē materno patrimonio
computabūt,vt ex eo aceruo legitima Zandomenico
debeatur, ita qd nulla ſit vtilitas imputationis niſi qua
tenus dos Antoniæ excederet,& pro hoc tex.optimus
in ſimili.C. communia vtriuſque iudi.l.ſi.& l. ratio. C.
de colla.l.illud. §.ſi.

¶Et ita videtur mihi Raph.Raymundo iuris vtriuſ
que doctori,& in teſtimonium ſcripſi,& ſigillaui.

ARGVMENTVM.

Patruus vel alius coniunctus adminiſtrās ſi cogatur
rationem reddere,an poſſit educere alimenta præſti-
ta coniuncto,& an ſi emat,præſumatur emere de pro
pria pecunia,& cui incumbat onus probandi contra
rationem.

SVMMARIVM.

1 Actione tutela vel protutela quando quis conueniri poſſit.
2 Lex dicitur tutores legitimos dare non iudex.
3 Tutori quando competat actio tutela vel negotiorum geſtorum.
4 Tutor tenetur ex neceſſitate officij pupillum alere & bonis moribus inſtruere.
5 Tutor faciens taxari alimenta pupilli per prætorem, caute facit.
6 Opera & ſeruitia pupilli an cum alimentis veniant compenſanda.

FACTI SPECIES.

CAſus talis eſt. Franciſcus de Lacanipa de tomo di
ſtrictus Feltri mortuus eſt relictis poſt ſe Bartholo
mæo & Iacobo eius filiis legitimis & naturalibus.Iaco
bus mortuus eſt relictis poſt ſe Facio & Corona eius fi
liis legitimis & naturalibus eius hæredibus ab īteſtato.
Facius adultus mortuus eſt relicta poſt ſe Corona eius
ſorore & proximiore hærede, Bartholomęus autem
tempore vitæ dicti Facii & poſt mortem dicti Iacobi
emit pro ſe & vice & nomine dicti Facij certas terras.
& res,neque conſtat de quibus pecuniis.modo dictus
Bartholomæus nouiter maritauit dictā Coronā eius
neptem, & dedit & aſſignauit ſibi dimidiā partē om-
nium bonorum quæ ipſe & quondā Iacobus eius fra-
ter habebant & poſſidebant, ac medietatem rerum
emptarum pro ſe & nomine Facii eius nepotis. Pote-
ſtas autem Feltri ad inſtantiam & requiſitionem pro-
curatoris dictæ dominæ Coronæ præcepit dicto Bar-
tholomæo ꝙ ſub certa pœna debeat reddere, & aſſi-
gnare rationem adminiſtrationis tutelæ per eum ge-
ſtæ in bonis dictorū Facii & Coronæ iam annis xi. qui-
bus gubernauit dictos Facium & Coronam, & eorum
bona,& percepit fructus,& reditus ipſorum Facii, &
Coronæ.iſte autem Bartholomæus volēs obedire mā-
datis domini Poteſtatis ponit ꝓ introitibus omnes fru-
ctus & redditus qui peruenerunt de terris tangentibus
& ſpectantibus dictæ Coronæ ac omnes res mobiles
quas habebāt tempore vitę dicti Iacobi,& pro expen-
ſis ponit ſeu ponere intendit victum & veſtitum præ-
ſtitos dictis annis dictis Facio & Coronæ, & ſalaria ma
giſtrorū qui docuerunt dictū Faciū, ac dimidiū preciū
quo emit dictas res.ꝓcurator d. dominæ Coronæ alle-
gat ꝙ tempore quo ipſa ſtetit in domo dicti Bartholo-
mæi operata eſt in lanificio & aliis neceſſariis ita & ta
liter ꝙ lucrata eſt victum & veſtitum ac ſalarium de-
cens, & ꝙ dictus Bartholomæus intelligitur donaſſe
victum & veſtitum.Bartholomæus replicat ꝙ nūquā
habuit animum donandi,& quòd ipſe nō feciſſet ſum
ptus dictæ Coronę ad hoc ut ſecum ſtetiſſet &c.Modò
prædictis ſic ſtantibus, q̄ritur an dictus Bartholomæus
poſſit computare pro expenſis in dicta ratione victū
& veſtitum dictis Facio & Coronæ.item an debeat &
poſſit computare pro expenſis dimidiam partem pre
cii quo emit dictas terras, an vero videatur donaſſe vi
ctum & veſtitum præſtitos prædictis Facio & Coronæ
Et ſuper iis veſtrum petitur conſilium.

CON-

CONSILIVM LXXXVIII.

In Chriſti nomine amen.

1 IN † caſu præmiſſo potuit dubitari an iſte
Bartholomæus fuerit conueniendus iudi
cio tutelæ potiuſquam actione protute-
læ,quia vere fuit tutor quia patruus,lex e-
2 nim † dat tutores legitimos, non iudex.
vt l.legitimos,ff.de leg.tut.vel ſi forte tutor non erat,
ſi ſimpliciter geſſit & adminiſtrauit non nominans ſe
tutorem, potius actiõe negociorum geſtorum debuit
cõueniri.vt l.2.C.de neg geſt.l.tutori eo.ti.quia ad hoc
ut actione protutelæ teneatur,requiritur vt gerat tan-
quam tutor.& ſic tutorem credat vel fingat.vt l.j.§.j ff.
de eo qui pro tuto.ſed quia de hoc non quæritur, ideo
non inſiſto,maxime quia ſine actione tutelę,ſiue protu
telæ,ſiue neg.geſt.conueniatur,quantum ad dubia pro
poſita,eadem uidẽtur iuris cenſura.de duobus igiĩ quæ
ritur.¶ Primo an pecuniam expenſam in emptionem
prædiorum ſuo & pupilli nomine emptorum Bartho-
lomæus imputare poſſit pro dimidia. ¶ Secundo an ꝓ
alimentis pupillis præſtitis ſumptus repetet.¶ Circa pri
3 mum non eſt dubitandum,ꝙ † quicquid vtiliter impẽ
ditur repetitur vel imputatur ſiue in actione tutelæ. vt
l.j.in prin.ff.de contrario iudi.tu.ſiue in actione protu-
telæ.ea.l.§.hæc actio.ſiue in actione neg.geſto. vt ff. de
neg.geſ.l.2.nec in hoc cadit dubitatio, niſi forte dicere
tur ꝙ iſta pecunia cum qua empta ſunt prædia, fuiſſet
horum pupillorum vel communis. ſed hoc eſſet ne-
ceſſe probari,nam præſumitur eſſe ipſius patrui, quam
uis.n.gerat negocia pupillorum ſiue ſit tutor ſiue non,
quicquid habet præſumitur ſuum eſſe & ex ſua indu-
ſtria acquiſiuiſſe,non ex bonis pupillorum etiam ſi ab
initio geſtionis nihil habuiſſe probaretur.tex. eſt aper-
tus in l.ſi defunctus.C. arbi.tu.& de hoc ſatis. ¶ Circa
ſecũdum fatuum fuiſſe dubitare,an tutor vel geſtor re
putet impenſam alimentorum præſtitorum pupillis,
4 cùm enim † ex neceſſitate officij teneatur pupillũ ale-
re & bonis moribus inſtruere.ut l.cùm plures. §. cum
tutor.ff.de admi.tu.l.3.§.tutor.ff.de ſuſpe.tu.non debet
officium ſuum eſſe ſibi damnoſum. vt l. ſi quis ex aſſi-
gnatoribus ff quemad.te.aperi.nam dicit tex in l.fi.C.
5 de ali.pu.præ. ꝙ † caute facit tutor ſi per prætorem fa-
cit alimenta taxari,vt omnem euitet controuerſiam,
ſi tamen non fecerit,non propterea prohibebitur im-
penſam imputare arbitrio boni uiri taxandam, nec fe
rẽdus eſt iuuenis qui ſtudiis eruditus & alitus eſt ſi ſum
ptus recuſet,quaſi ex uẽto alitus ſit aut nullo ſtudio im
bui meruerit.facit etiam l.2.in prĩ.& § j.ff.ubi pu. edu.
de. Quid plus,etiam ſi ſororem pupilli aluerit,ſumpt⁹
imputat.vt l.qui filium.eo.ti. ſed in caſu noſtro dubiũ
facere uidetur,quia iſte Bartholomæus fuit patruus iſto
rum pupillorum,quaſi ratione cõiunctionis & ſangui-
nis videatur voluiſſe donare iſtam impenſam.arg.l.ali
menta.C.de neg.geſt.& l.ſi patruo. maxime cum nun-
quam proteſtatus fuerit ſe præſtare animo repetendi,
ac etiam quia ipſa puella operata eſt patruo in eius la-
nificio,ita vt in operum recompenſationem videtur
alimenta præſtitiſſe.ar.l.ſed ſi vir lana.§.fi.ff.d do inter
vi.& uxo. ſed hoc non obſtante adhuc dico impẽſam
prædictam alimentorum repetendam eſſe,quia iſte pa
truus gerebat negocia & adminiſtrabat bona iſtorum
pupillorum, & ideo potius præſumitur uoluiſſe alere
de bonis ipſorum quàm voluiſſe donare. & ſic etiam ĩ
matre & in auia iudicatur, in quibus tamen maior ca-
dit affectio & maior donandi præſumptio,quàm in pa
truo.vt l.Neſennius.ff.de neg.geſt. hoc idem videmus
in patre qui in dubio videtur filiam dotare de ſuo.ut l.
fi.C de dotis promiſ.& tamẽ ſi bona filiæ adminiſtrat,
præſumitur dotare de bonis filiæ. Item ſi pater impen
dat pro filio in ſtudio vel in honorem filij, præſumitur
impendere de bonis filij ſi bona filij adminiſtrat, alias
de ſuo videtur impendere.ut l.fi.ff.de pe.hære.& tamẽ
in patre matre & auia maior eſt coniunctio quàm in
patruo.Nec obſtant l alimenta. & l. ſi paterno in con-
trarium alle.quia nulla ibi poterat ſumi coniectura ni-
ſi donationis,& ideo dicit tex.in d.l.ſi paterno quod ſi
repetiturus aluit,datur ſibi actio, ubi uero cadit proba-
bilis præſumptio,ceſſat præſumptio donationis. hãc ẽt
q.plene diſputauit iuriſconſultus Paulus in d.l. Neſcen-
nius.vbi pro hac parte decidit,& licèt in fine dicat,ma
xime ſi in rationem impenſarum retuliſſe conſtiterit,
ſi tamẽ nihil ſcripſerit idem erit,quia dictio,maxime,
eſt implicatiua. vt l.qui ſtatus.ff. de re mili. & hanc etiã
6 partem firmant glo. & doct.Fateor tamen † ꝙ ſi operę
huius puellæ vtilitatem attuliſſent huic patruo ad æqui
ualentiam alimẽtorum, ꝙ deberet fieri compenſatio
alimentorum cum operis, aduertendum autem quia
non dico ꝙ habeatur ratio operarum puellæ quãtum
alteri vtiles fuiſſent vel locari potuiſſent, q̃a nõ debuit
patruus eam locare cum detrimẽto forte aut periculo
pudicitiæ ipſius puellæ.ut l.pe.ff.ubi pu.edu.debeat. ſed
habebitur ratio quantum ex eis patruus factus eſt locu-
pletior.vt l.ſi non ſortem,§.libertus.de condi.inde. &
l.in ſumma.Et ideo concludo ꝙ iſte Bartolomæus po-
terit in redditione rationum ſuæ adminiſtrationis im
putare quicquid impendit in alimentis ipſorum pupil
lorum & in magiſtris, qui alterum eorum vel eos in-
ſtruxiſſent, detracto tamen quantum vtilitatis perce-
perit ex operis eorum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus iu
ris vtriuſque doc.& in præmiſſorum teſtimonium ſub
ſcripſi & ſigillo conſue.ſignaui.

ARGVMENTVM.

¶ Pater vel alius aſcendens qui habet vſumfruct. in
bonis filij.an de dictis bonis teneatur inuentarium fa-
cere vel ſaltem deſcriptionem, & quo remedio poſſit
pater conſequi dicta bona detenta per filium,& an pa
ter poſſit hæreditatem delatam filio adire ſine eo.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias antiquitus,vi acquirebat.*
2 *Quæſita per filiumfa. ex quacunque cauſa aduentitia ipſius eſſe decernit Iuſtinianus quoad proprietatem, vſufructu reſeruato parti in cuius eſt poteſtate.*
3 *Pater an rationem reddere teneatur de adminiſtratione bonorum filij.*

FACTI SPECIES.

CAſus talis eſt. Quidam ſer Laurentius Trimiliaño
depoſuit & dedit Zandominicum eius filium ma
giſtro Victori Barberio ad operandum & ad diſcendũ
artem Barbariæ. Et dum dictus Zandominicus ſtetiſſet
certo tpe cum dicto magiſtro Victore ad ipſius magi-
ſtri Victoris victum & ueſtitum, idẽ magiſter Victor
maritauit & in vxorem dedit dominam Nadaliam ei⁹
filiam dicto Zandominico, qui Zandominicus & Na-
dalia iugales quoad vixit dictus magiſter Victor Barbe
rius ſemper ſteterunt in domo & habitatione ipſius
magiſtri victoris inſimul edentes & bibentes laboran-
tes mercantes lucra & damna & reliqua cum dicto vi
ctore communicantes & participantes. modo aliqui-
bus annis elapſis mortuus eſt dictus magiſter victor ꝑ
eum condito teſtamẽto in quo dictam dominam Na-
daliam eius filiã legitimam & naturalem inſtituit eius
hæredem vniuerſalem,primo factis in dicto teſtamen
to pluribus legatis,&c.vt in teſtamento continetur. de
inde mortua eſt Beneuenuta filia dictorum Zandomi
nici & Nadaliæ relictis dictis eius parentibus, & dicta
Catherina eius ſorore & filia dictorũ Zandominici &
dominæ Nadaliæ,poſtea mortua eſt dicta domina Na
dalia relictis poſt ſe dicto Zãdominico eius marito, &
domina Catherina eius & dicti Zandominici filia legi
tima & naturali,vltimate mortuus eſt dictus Zãdomi-
nicus relicta poſt ſe dicta Catherina eius filia & prædi-
cto ſer Laurẽtio patre ipſius ſer Dominici, & auo pa
terno

terno ipſius Catherinæ. ¶ Ex prædictis quæritur primo
an ſer Laurẽtius Triuelinus prædictus ſit uel eſſe poſſit
vſufructuarius bonorum dicti quondam Zandomini-
ci, ac bonorũ dicti magiſtri victoris Barberij in totũ vel
in parte. ¶ Secundo, an dictus ſer Laurentius teneatur
conficere inuentariũ de dictis bonis, & ſatiſdare de bo
nis ſaluandis & reſtituendis, & ſi non faciat an ſubijcia
tur alicui pœnę. ¶ Tertio, quis ſit modus petendi ſeu ꝯ-
ſequendi prædictum uſum fructum, & qualis debet eſ
ſe concluſio libelli.

CONSILIVM LXXXIX.

In nomine Domini amen.

1 CIRCA † primum eſt ſciendum, ꝙ olim
quicquid quærebat filiusfa. vel alius ex li-
beris in poteſtate cõſtitutus quærebat pa-
tri vel alteri aſcendendi in cuius erat po-
teſtate. vt Inſti. per quas perſo. nob. acqu.
circa prin. C. de patria po. l. 2. præterq; ex cã caſtrenſi,
vel quaſi. vt l. 4. de caſtren. pe. ſed ius nouum C. reputãs
inhumanum vt quod per filium quæritur per patrẽ po
ſtea in alios transferatur, filio quodammodo ſpoliato,
ſtatuit bona filiofa. quæſita ex ſucceſſione materna vel
materni generis non patris fieri, ut prius, ſed filiofa. ac-
quiri ſolidam proprietatem, patri vero vſumfructum.
vt l. 1. C. de bo. mater. cum l. ſe. cuius prouidentiæ & æ-
quitatis exemplo motus Iuſtinianus ſaluberrimè pro-
2 uidit, vt † quæcunque filiusfa. quæret, ſiue ex opera ſua
ſiue ex alia quacunque cauſa aduẽtitia & aliunde q̃ ex
ſubſtantia paterna prouenientia in totum ipſi filio quę
reretur quoad proprietatem, vſufructu plene & libere
reſeruato parenti in cuius eſt poteſtate. vt l. cum opor-
tet. poſt princ. C. de bo. q̃ libe. & ne iuri paterno & pa-
triæ poteſtati nimium derogaret, plenam & liberam
parenti tribuit adminiſtrationem bonorum prædicto
rum filiofa. delatorum, ita vt quomodo vellet ſuo arbi
trio adminiſtraret bona fide tamẽ, nec à filio poſſet cul
pari ſeu redargui ullo modo vt d. l. cum oportet. §. non
autem. ita vt parens nullatenus ſatiſdare vel aliã cau-
tionem præſtare teneatur, nec adminiſtrationis ſuæ
reddere rationes. vt l. cum non ſolum. §. proculdubio.
eo. ti. & d. §. non autem. alienatione tamẽ bonorum pa-
renti, niſi in certis caſibus, interdicta. vt d. l. cum nõ ſo-
lum. §. ipſam. de ſolicitudine & amore paterno nimiũ
confidens. Nec mirum ſi lex tam latam & liberam pa-
renti tribuit facultatem & poteſtatem. Cum enim oĩa
ex iuris antiqui diſpoſitione patri quærerentur pleno
iure, quid habet filiusfa. de quo queratur, cum patri ſit
ablata proprietas, & ipſi filiofa applicata, quin potius
legislatori gratiarum referat actiones. Quæ autem de
patre dixi, & in quocunquẽ aſcendente intelligẽda ſunt
in cuius poteſtate reperitur eſſe deſcendens cui bona q̃
runtur. ut d. l. cum oportet. §. ſi quis itaque. & l. quæcun
que. eo. ti. modo ad propoſitum, Catherina de qua quę
ritur eſt in poteſtate aui ſui Laurẽtij Triuellini. vt Inſti.
de patria poteſtate. §. fi. nam qui naſcitur ex filio meo,
& eius uxore, in mea eſt poteſtate. vt l nam ciuium. ff.
de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. imo & ſi uiueret Zãdomi-
nicus eſſet prædicta Catherina in aui ſui poteſtate, non
autem patris. l. ſic euenit. ff. ad l. Iul. de adul. & ſic neceſ-
ſario infertur quod bonorũ ipſius Catherinę auus ſuus
Triuellinus eſt vſufructuarius ratione patriæ poteſtatis
ſeu auitæ, quæ tamẽ patria poteſtas appellatur in quoſ
cunque ex linea maſculina deſcendentes. vt d. l. nam ci-
uium, & erit ipſorum bonorum legitimus adminiſtra
tor à iure conſtitutus. vt d. l. cum oportet. ne tenebitur
ſatiſdare ſeu rationes reddere vt prædixi. vt d. l. cum nõ
ſolum. § hæc proculdubio. Et per hoc apparet reſpon-
ſum ad primum & ſecũdum quæſitum quatenus in ſe-
cundo de præſtanda ſatiſdatione quærebatur. ſed ad id
quod de inuentario quærebatur breuiter reſpondetur,
quod licet de quampluribus adminiſtratoribus videa
tur ſtatutum vt inuentarium cõficere teneatur vt l. ſi
C. arbi. tuto. 12. q. 2. c. ſint manifeſte. ff. d adm. tu. l. tutor
qui repertorium. l. orphanotrophos. C. de epiſ. & cle. l. d
creationibus. C. de epiſcopali auditu. & in alijs iuribus,
ſecundum diuerſitatem adminiſtratorum, tamen in
patre non reperio iure cautum, imò videtur potius in
3 nui contrarium, † cum eius adminiſtratio argui nõ poſ
ſit neque culpari neque rationes reddere teneatur vt p̃
dixi licèt Spec. de hoc dubitare videatur, ſed loquitur
eo caſu quo pater non eſſet vſufructuarius & admini-
ſtrator legitimus. ut no. in ti. de inſtru. edic. §. dicto. ho-
neſtius tamen faciet auus ſi inuentarium conficiet, cũ
bona nepti reſeruare teneatur vt prædixi. & licèt for-
te inuentarium facere non teneatur, cogetur tamẽ pa-
ti ut bona deſcribantur, & de eis inſtrumentum publi-
cum conficiatur. ar. l. 1. §. recte. ff. de vſufru. quemad. ca-
ue. vt eueniente caſu mortis prædicti aui facilior ſit ꝓ-
batio. argu. l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de ope. no.
nun. & c. 2. extra de proba.

¶ Ad tertium reſpondetur, ꝙ in hoc vſufructu cõſe
quendo nullum eſt iudicium neceſſarium, Imo nec po
teſt cadere hac occaſione iudicium inter auum & ne-
ptem. vt l. lis nulla. ff. de iud. ſed debet auus propria au-
thoritate ſibi à iure attributa bona capere & admini-
ſtrare & vſufructuare, & ſi neptis ei reſiſtere uellet, pa-
tria poteſtas in ea exercenda eſt. ut præalle. l. cum opor
tet. §. non autem. uer. & ꝙ nullo modo. imò & ſi potẽs
non eſt auus vt poſſit eam verberare & ad ſui libitum
coercere, poteſt adire prætorem qui eam cogere te-
netur, & prout auus voluerit & dictauerit caſtigare. vt
l. 3. C. de pa. po. qui neptem compeſcat & ſeniam, ſeu di
ctamẽ aui exequatur. vt dixit Bar. in d. l. lis nulla. i fi. ad
uertat autem primo auus ſi hæreditas quondam Na-
daliæ eſt adita per Catherinã, licèt enim ſit delata Ca-
therinæ per mortem patris, tamen non eſt quæſita niſi
adeatur per Catherinam iuſſu aui. quia ex ſe non põt.
vt l. qui in aliena. ff. de acqui. hære. & ideo ſi non eſt adi-
ta iubeat eam adire. Et ſi quidem adire voluerit, acqui-
ret ſibi proprietatem & auo vſumfructũ, ſi vero adire
voluerit, poterit ipſe auus per ſe ſuo iure & iuris aucto-
ritate adire & ſibi hæreditatem quærere pleno iure tã
in proprietate q̃ in uſufructu. vt præall. l. cum non ſolũ.
poſt prin. & §. ſin autem in ſecunda. Et bene caueat au⁹
ne licentiam deneget nepti adeundi, quia ipſa poſſet
poſtea ſine eo prætoris auctoritate adire & ſibi ſoli quę
rere & proprietatem & uſumfructum. vt dicto §. ſin
autem in ſecunda. Et quod dixi i hæreditate Nadaliæ,
Idem de Zandominici hæreditate dicendum eſt. ſ. vt
requiratur aditio, licèt enim in ſuis non requiratur adi
tio. ut l. neceſſarijs. ff. de acquir. hære & in l. in ſuis. de li
beris & poſth. quia dominium bonorum paternorum
dicitur in eis continuari, ut dicta l. in ſuis. quia Catheri
na non fuit in patris poteſtate, nõ fuit ſua, qui ſuitas cau
ſatur a patria poteſtate vt Inſtitu. de hæredum quali &
differen. §. ſui. illi uero qui non ſunt in poteſtate, haben
tur quodammodo pro extraneis. vt Inſtitu. eo. §. cæte-
ri. loquor quo ad acquiſitionem hæreditatis & trãſmiſ
ſionem, ita tamen defertur hæreditas emãcipato ſicut
ſuo per Ius nouiſſimum. ut in Auth. de hæredi. quæ ab
inte. defe. §. 1. & §. conſequens. Et per prædicta uidetur
ad omnia prædicta reſponſum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an poſſit à marito hæres inſtitui, & an tranſuerſalibus com petat aliquod ius querelandi teſtamentum, & an filia excluſa ex ſtatuto propter maſculos poſſit querelare, & ſi habuit dotem an præſumatur habuiſſe de bonis paternis.*
2 *Vltima voluntas pro lege ſeruanda eſt.*
3 *Ius ſuccedendi non habens, nec ius rumpendi teſtamentum habe re cenſetur.*
4 *Solutione eius quod debetur tollitur obligatio.*

CON

CONSILIVM XC.

1 DERISORIVM videtur quærere † an ſer
Ioannes uxorem inſtituere potuerit inſo
lidum, vel domina Catherina inſtituere
potuerit Iacobum & Antonium, quoniã
vnicuiq; licet de ſuo teſtari niſi ſit de per-
ſonis prohibitis enumeratis Inſti. quib. non eſt permi.
face per totum. cum nihil ſit ꝙ magis hoibus debeatur
quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, & licitum
eſt quod irritum non reddit arbitrium. ut l. 1. C. de ſac.
2 ſan. ecc. adeo ꝙ † vltima volũtas pro lege ſeruanda eſt,
vt in Auth. de nup. §. diſponat. Nec aliter proximis ſuc
ceſſiones ab Inteſtato deſeruntur, niſi quia creditur de-
functum voluiſſe eos ſibi ſuccedere poſtquàm aliter te
ſtando non diſpoſuit. ut l. conficiuntur. ff. de iure codi.
l. ſi fundum per fideicom. §. fi. ff. de le. 1. nec iure cautũ
reperio, ꝙ uxor non poſſit inſtitui, quin potius aliquan
do etiam ab inteſtato vocatur. ut l. j. C. vnde ui. & uxo.
cui etiam licet blandis ſermonibus mariti iudicium in
ſe prouocare. ut l. fi. C. ſi quis alterum te. prohib. perini-
quum enim fuiſſet vt maritus vxorem inſtituere non
potuiſſet, quæ eſt ſocia diuinæ & humanæ domus. vt l.
aduerſus. C. de cri. expil. hære. & etiam viuente mari-
to dicitur quodammodo domina rerum mariti. vt l. 1.
ff. rerum amo. cùm extraneum & penitus ignotũ inſti
tuere ꝑſit hæredẽ l. cũ extraneũ. C. de hære. inſtit. ſic er-
go nec ratione poteſtatis teſtantis, nec ratione perſo-
næ inſtitutæ, nec ratione formæ deſinet ualere teſtamẽ
tum, & ridiculum eſt dubitare de trãſuerſalibus ut poſ
ſint querelare teſtamẽtum, quoniam tale ius eis nõ cõ
petit. ut l. j. ff. de inoff. teſt. niſi ſolis fratribus. & eo caſu
tñ cũ turpis perſona eſt inſtituta. vt l. fratres. C. eo. niſi
ergo aliud ꝓponatur, fatua videtur eſſe quæſtio de qua
quæritur. ut l. domitius Labeo. ff. de teſta. & ideo cõclu
ditur teſtamentum ualere ¶ In ſecundo cõſultationis
articulo certum eſt ſtãte ſtatuto cõis Feltri dominam
Mariam fuiſſe à ſucceſſione patris excluſam ſed ſolum
debuiſſe dotari arbitrio propinquorum, de cuius ſtatu
ti potentia & ualiditate non fuit vel eſt dubitandum,
per ea q̃ no. Cy. & Rizar. mal. in l. ſancimus. C. de nupt.
& per Dy. de reg. iu. c. indultum. li. 6. per Bar. in l. Titio
centum. § Titio genero. ff. de cond. & demon. & alibi
etiam per Modernos. Nec per hoc ꝙ fuerit prætęrita in
teſtamento paterno poterit illud nullum dicerę vel de
3 eo quæri. quia † qui non habet ius ſuccedendi non hẽt
ius rumpendi, ut l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de contra-
ta. ita no. Bal. expreſſe in l. fi. C. de lib. præte. vel exhære.
no. etiam Bar. in ſimili de filio emãcipato inſtituto &
nepote præterito. In l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. de lib.
& poſth. ſtat ergo ꝙ domina Maria nullum ius habue
rit in bonis patris niſi vt dotaretur arbitrio ꝓpinquo-
rum ſecundum diſpoſitionem ſtatuti Sed quia ex teno
re inſtrumẽti dotalis apparet eam dotatam fuiſſe per
Ioannem Delauoneria, nulla de fratribus ipſius do. Ma
riæ habita mẽtione, videreť ei fore prouidẽdum de bo
nis patris de quibus nil videtur eam recepiſſe. Et quam-
uis in inſtrumento finis liberauerit fratres quaſi dos da-
ta fuerit nomine fratrum, tamen non videretur ſibi p̄-
iudicaſſe. quia qui errat non conſentit. vt l. ſi per errorẽ.
ff. de iuriſ. om. iud. & l. ſi procur. ff. de acqui. re. do. Item
quia cùm minor eſſet, ius ſuum remittere non potuit,
caſus eſt ſtatuti. Nec oberit ſibi iuramentũ. quia repro
batur à ſtatuto quod habere videtur uim Apoſtolici.
vt no. gl. in l. adigere. §. quamuis ff de iure patr. ¶ Con-
trarium tamen puto uerum, vꝫ ꝙ domina Maria nil
petere poſſit, & ꝙ ſibi dos data videať data per fratres,
probatur primo ex confeſſione ſua cui cõtradicere nõ
poteſt. ut l. generaliter. C. de non nu. pec. Nec eſt uerũ
ꝙ illa confeſſio fuerit erronea, immo fuit uera, ut patet
ex ſequentibus, cum enim præſente & patiente ſer Io-
anne dotante dictum ſit illam dotẽ fuiſſe dotam per eũ
nomine fratrum, uidetur hoc dictum & ſcriptum eius
mandato ar. l. ſi uero remunerandi §. ſi paſſus. ff. man.
& donaſſe uidetur ipſis fratribus tũc præſentibus. & do
tis quantitatem breui manu prius fratribus numeratã,
& exinde mulieri traditam l. ſi mihi donares. ff. de do.
Et licèt ĩ inſtrumẽto dotali nil dicatur de hoc quaſi ex
poſt nõ potuerit ſer Ioannes aliquid addicere doti iã
mulieri quæſitæ, tamen faciliter reſpondebitur, ꝙ quæ
incontinenti fiunt ineſſe videntur. ut l lecta. ff. ſi cer. pe.
Item unum inſtrumentum per aliud ſuppletur, adeo
vt unum tantum fuiſſe uideatur, & ex præcedente vo-
luntate ſeu p̄dictione omnia proceſſiſſe, ita notanter di
xit Bal. in l. pe. §. mulier ff. ſolu. ma. Item ſi uerum eſt ꝙ
aſſeratur ſer Ioannem ab initio conueniſſe, dum dotẽ
promitteret, ꝙ intendebat pro hac dote fore mulieri
ſatisfactum, & ꝙ teneretur fratribus plenam facere re
miſſionem, res eẽt clarior & magis expedita. q̃d plus,
quia ſtante portione prædicta etiam ſi in inſtrumento
dotis vel in inſtrumento finis nil fuiſſet dictum. tamẽ
deberet intelligi fuiſſe repetita. vt l. Titia. §. idem reſpõ
dit. ff. de uer. ob. Ex prædictis etiam apparet ſtatutũ de
minoribus nil obſtare, quia domina Maria nil remiſit.
ſed quod ſibi debebatur recepit, & iſti fratres nõ erũt
liberati ex remiſſione ſed ex ſolutione, quia † ſolutiõe
4 eius quod debetur tollitur obligatio, per quemcunque
ſoluatur. vt Inſti. qui mo. to. ob. in priu. Nec deſinet ef-
fectum ſortiri ſolutio ex eo quia minor fuerit domina
Maria, quia etiam pupillo ſolui poteſt & ſine ſui tuto-
ris authoritate, & ſi pecunia ſalua ſit liberatur debi-
5 tor ipſe ſoluens, licèt pleniorem conſequatur liberatio
nem quando tutoris interuenit authoritas. ut Inſti. q̃b.
alie. non licet. §. fi. ff. de mino. l. ait prætor. §. j. & ſic con
cluditur dominam Mariam à fratribus dotatam ꝑ ma
nus ſer Ioannis, & nil ulterius petere poſſe.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.
Iuris utriuſque doctor. &c.

SVMMARIVM.

1 *Petitio in alternatiua obligatione quomodo formari debeat, & an debitor præſcribere poſſit contra creditorem beneficio ſtatuti, & an illi renunciari poſſit etiam cum iuramento.*

2 *Præceptum ſub certa forma faciẽdum, ſi forma prætermittatur, redditur inualidum.*

3 *Titulus obligationis ſæpe inducitur vel præſumitur ex tempore continuatione ſolutionis.*

4 *Solutio an præſumatur ex diuturnitate, non petitionis, vel ſi ſciẽs ſe debere præſcribat.*

5 *Scientiam rei alienæ habere aliud eſt, quàm habere conſcientiã.*

CONSILIVM XCI.

VISA copia præcepti de quo ſupra fit men
tio, & exceptionibus contra id productis,
nec non & inſtrumento depoſiti, &c. Dicẽ
dum videtur dictum præceptum non iuri
dicum, nec emanere potuiſſe, & conſeqnẽ
ter nullius momenti, & dato ꝙ iure proceſſiſſet per ex
ceptio. appoſitas excludi & reum abſoluendum. &c.
1 ¶ † Circa primum conſiderandum eſt ꝙ inſtrumen
tum cuius uigore præceptum emanauit, cõtinet depo
ſitam promiſſionem & obligationem mercantiarum
& aliarum rerum quas Marcus confeſſus fuit ſe habe-
re nomine depoſiti quas ꝓmiſit reddere & reſtituere,
aut earum æſtimationem, & ſic alternatiuè, petenda
ergo fuit exhibitio rerum, vł æſtimatio alternatiue, nõ
ſola æſtimatio, ne electio toleretur debitori, nec ꝓce-
dit petitio vnius tantum ex alternatiuis. de uerb. obl. l.
ubi autem. §. quid illud aut illud. & l. cum qui certa ;, ĩ.
§. ſi cum ſi cũ tn ipſo præcepto nõ narretur res illas de
poſitas perijſſe dolo aut culpa ipſius Marci vel hæredũ
ſuorum, ita ut peti poſſit æſtimatio ſola, ſecundum ea
quæ habentur de uer. obl. l. ſeruum. §. fi. ſo. ma. l. diuor
tio. § ob donationes. quæ ſen. ſine app. l. fi. quamuis vi-
detur dictam æſtimationem videri permiſſam in ſub-
ſidium ſecundum naturam ipſius depoſiti. ar. de uſu. l.
ſi ſtipulatus. videlicet rebus perẽptis dolo uel culpa fuit
de

de quo optime.de leg.j.l ſi quando.§.hæres.de ope.li.l.
ſi ita ſtipulatus.de do.præle.l.cum ſcriptum eſſet..& ſe-
cundum hoc adhuc multo minus potuiſſet fieri præce
ptum de pecunia numerat ſoluēda cum ipſæ res depo
2 ſite ſolum fuerunt in obligatione.cum itaque † præce
ptum non ſit factum ſecundum formam inſtrumenti
& debitum euidenter nullum eſt,quia non ſeruata for
ma ſtatuti, & multo magis de iure communi quo nō
poteſt peti executio ante ſententiam C. de execu. rei iu.
l.j.& ff.de re iud.l.ſi cum nulla,&c ¶ Circa ſecundum,
conſtat,poſito ſine præiudicio veritatis quòd ex inſtru-
mento reus teneretur ad quantitatem petitam, obſta-
re æſtimationem ſolutionis,quæ eſt oppoſita,& proba
tur per ſtatutum ſupra primo loco ſcriptum.de præſc.
decennij,& ſi diceretur non valere huiuſmodi ſtatutū
vt ipſe Marcus ſciens ſe debitorē præſcriberet ſpacio
decennij.per c.ſi.de præſcr.& per Ioa.An.in c.ſi.de ex-
cep.li.6.in nouella.& Bar.de iuſt.& iur.l.omnes popu-
li.ver.3.principaliter quæro de quibus ver. iuxta prædi
cta.ibi ex iſta theorica reſpondetur q̄ imo ſecundum
eundem Bar.ubi ſupra valet ſtatutum id.nō enim ſim-
pliciter ratione præſcriptionis debitorem excludit.ſed
3 ratione præſumptæ ſolutionis ſi allegetur.ſæpe.n. † ex
tempore præſumitur titulus obligationis quāuis obli-
gatio directè induci non poſſit,ut plene habetur de u-
ſur.l.cum de in rem verſo.de ſerui.l.ſeruitut.C.de pac.
4 l.ſi certis annis.¶ † Pari autem & fortiori ratione pōt
præſumi ſolutio ex diuturnitate temporis, dato etiam
q̄ poſſet habere locum præſcriptio. & hęc pręſumptio
eſt ſatis veriſimilis, cum non ſit veriſimile creditorem
tam diu diſtuliſſe & ceſſaſſe à ſolutione debiti,& plerū
que temporis diuturnitate probationes deficiunt,vt ꝓ-
batur in auth.hæc conſtitutio inſtiat.coll.7.& ſic ceſſat
ratio Io.An.in d.c.2 & ratio impediendæ præſcriptio-
nis ratione ſcientiæ & malæfidei:quinimo, ſecundū m
Ray.& Bal.in d.l.omnes populi.etiam ſi ſtatutum indu
ceret ſolam præſcriptionem,tamen tenent hāc opinio
nem.ſecus ſi debitor non ſit in mora quemadmodum
in caſu propoſito,ubi non erat adiecta dies certa, nec
apparet interpellatio,prohibetur enim præſcriptio in
ſciente ratione peccati.vt c.ſi. & ideo ubi quis nō pec-
cat detinendo rem alienam vel aliter debitam quantū
cunque ſciens ſit,præſcribit iure canonico.ut in c.j. eo.
ti.ff.de noxali.l.generali.& nota in cap.ſi diligenti. de ꝑ
ſcri.in regula poſſeſſor.li.6.in gl.ſi.& id tex.in d.c.ſi.di-
xit,q̄ præſcribens in nulla parte tēporis debet habere
conſcientiam rei alienæ.i.contra conſcientiam rē alie
nā tenere,ut exponitur.38.q.1.c.ex is.de pœni.diſ.1.§.
5 illud non autem dixit ſcientiam.aliud eſt autem † ha-
bere ſcientiam rei alienæ quæ poteſt eſſe ſine peccato.
aliud conſcientiam,quæ exponitur ut prædixi.Conſtat
autem quod debitor non moroſus non peccat retinē-
do debitum & non ſoluendo uſuras,nec tenetur de in
teritu.ſi cer.pe.l.quod te.de uer.ob.l. ſi ex legati cauſa.
cum ſi.nec ad intereſſe etiam damni.ut no. C. de peri.
tu l.1.cum ergo nec ratio d.c.ſi quæ fundatur ex pecca
to,& quæ ideo reſtringit diſpoſitionem generalem.de
acqui.poſ.l.ſi is qui animo.de iure patr.l.adigere.§.quā-
uis obſtet debitori non moroſo,nec etiam regula illꝰ
c.non prohibuit præſcriptionem ex conſcientia,nō de
bet prohiberi præſcriptio.quemadmodum .n. potuit
ſtatutum & ius commune ſeruare creditorem negli-
gentem cum fauore debitoris.Ita debitoris ſcientis, iu
ſte tamen detinentis,& in hoc multa poſſunt dici quæ
prętereo.& ideo ſoleo ſaluare Bal.in l.ſequitur,§.q viā.
c.,vſuc.Nec huic obſt q̄ dictus Marcus renūciauit ſta
tuto loquenti de præſcr.decennij,quia potuit iuri publi
co derogare per huiuſmodi renunciationem.de pac.l.
ius publicum & plane C.eo.l.pe.vnde non poteſt renū
ciari iuri præſcribendi.ut plene per Bartol.de le.1.l.ne
mo poteſt.& de vſucap.l.1.parique ratione cum ſtatutū
inducat præſumptionem ſiue probationem ex tempo
re,non poteſt illi probationi ſiue præſumptioni renun-
ciari ut no gl.in auth.vt ſiue prohi.uia,§.præterea. vbi

gl.no.in verbo Senatus.nec iuramentum etiam ſi vide
tur ad huiuſmodi renunciationem relatum,validat hu
iuſmodi renunciationem.de ſo.cōpe. c ſi diligenti. de
agri.& cenſi.l.2.& l.quemadmodum.li.11.iuncta l.j. de
vſucap.& iuncta gl.dicti auth.vt ſine prohibi. & is quæ
not.in in d.l.j.de vſuca.& d.l.nemo poteſt.& per Barto.
de fideiuſ.l.ſi quis pro eo.vt illud prætercam,quod iura
mentum refertur ſolum ad promiſſa. & ſic non videt̄
referri ad renunciationem quæ non dicitur promiſſio
recte inſpicienti.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.
iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtis an poſſit deponere de ijs quæ uidit in pupil
lari ætate, & quæ requirantur ad hoc vt poſſit de falſo
puniri, & an reducendi ſint ad concordiā, & an idem
ſit in producente.

SVMMARIVM.

1 Teſtes inter ſe diuerſa & incompatibilia deponentes an ſemper & qualiter veniant puniendi.

2 Pubes factus an poſſit teſtificari & efficaciter deponere de iis quæ vidit in infantia.

3 Teſtes diuerſi & diſcordantes ſi ad concordiam reducantur, non poſſunt dici falſi.

CONSILIVM XCII.

A Productus in teſtem depoſuit Titium poſ
ſediſſe talem poſſeſſionē vltra 40.annos,
quia vidit eum poſſidere, fructus recol-
ligere, & rem tanquam ſuam tenuiſſe
per dictum tempus, cum tamen ipſe A.
teſtis ſit annorum.45 dubitatur an poſſit puniri pœna
ſtatuti punientis falſa dicentes vel committentes,cum
depoſuiſſet de tempore quo erat infans,&c.

¶ Videtur prima fronte dicendum teſtem incidiſſe
in falſum & pœnis ſtatuti tam eum quàm producentē
1 puniendum.Nā † teſtes qui inter ſe diuerſa teſtimonia
præbuerint,varia uel aduerſa & incompaſſibilia de fal
ſo tenentur.ad l.Cor.de fal.l eos.de teſti.l.quæ falſa.& ī
auth.de teſti.§.ſi vero quidam. hic autem teſtis aduer-
ſa & incompaſſibilia locutus eſt,cùm ſuper quarto ca.
depoſuit de tempore,& per tempus in c.contentum vi
diſſe dictum Albertum ī c.nominatum per ſe, & alios
tenentes pro eis habere & poſſidere &c. Et fructus per
cipere & locare & dislocare & uelle ſuū facere, quod
tempus in c.contentum eſt Mcccclxxxv.de mēſe Maij.
& ſatis ante & poſtea per ſpacium 10.ann.&c. Et dictis
temporibus,& per dicta tempora continue,&c.

¶ Super vltimo vero dixit ſe eē ætatis 45. annorum,
quo tempore non potuit cognoſcere ea de quibus de-
pouit C de fal.mo.l.j.in ſi.ff.de iuris & ſac.igno.l.fin.In
ſti.de inutil.ſtip.§.pupillaris.& ſic ex ore ſuo conuinci
tur falſum depoſuiſſe teſtimonium, quemadmodū fe-
cit Daniel de illis teſtibus in euangelio,ex ore tuo te iu
dicio,&c.Hoc tamen non obſtante, verior videtur ſen
tentia contraria,nā primum ꝯſiderādum eſt.q̄ illa uer
ba in c.poſita,& ſatis ante. propter incertitudinem & ī
determinationem nil operantur.de in litem iurand.l.
cum furti.& ita non videtur ergo teſtis ſolum depoſuiſ-
ſe de anno Mcccclxxxv.& poſtea per ſpacium 10.anno-
rum,& licèt videatur depoſuiſſe de eo quod vidit tem
pore infantiæ & ætatis ſuæ quinque annorum, non ſe-
quitur q̄ falſum depoſuit,licèt enim ſoleat dici teſtem
nō poſſe deponere de eo quod uidit tempore infantię,
vt notatur ad ſill.l.excipiuntur.& de teſte.l.ad teſtium.
§.j.per Dy.& Bar.ea ratione quia ætas infantiæ vel ei ꝓ
ximæ quicquid videt ignorat & intellectu caret. tamē
gl.communiter in d.l.ad teſtium §.j.de teſti.l.3.§.l. Iul.
de uerb.ſign.l.notionem.§.inſtrumentorum. Azo. &
alij antiqui ſimpliciter dixerunt puberem poſſe teſtifi-
cari de ijs quæ vidit in pupil.ætat. quorum opinionem
2 latiſſime refert Io.And.in Spe.de teſte.§.1.ver.ſed † nū
quid

quid factus pubes tenens quod etiam de ijs quæ uidit ĩ
infantia poſſit quis teſtificari, ſi talia ſint quæ in eius in
tellectu cadere poterant, ubi ponit exemplum, ſi quis
interrogetur de ætate ſocij ſui in ſcholis cum eſſet ſex
annorum, & petatur an ille ſit maior 25. cum deponẽs
ſit annorum 30. vel de ætate fratris qui dicatur poſt ip.
ſum teſtem natus, talia enim cadunt in ſenſum etiã in-
fantis. quemadmodum dicimus infantẽ acquirere poſ-
ſeſſionem iocalium & ſimilium in quibus cadit affe-
ctio. C. de acqui. poſ. l. donatarium. & ibi not. nihil autẽ
repugnat teſtem vidiſſe dictum Albericum tenere &
poſſidere & alia de quibus dixit facere, cum & cõſiſtat
in facto prout in teſte prolata intelligãtur, ut no. de uer
bo. obl. l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque. nam & ego memi
ni tempore conſimili vidiſſe genitorem meum ſtantẽ
tanquam principalem, & ſic genitricem meam, multa
quæ infantili ætate acciderunt neceſſario ſæpe remi-
niſcimur, non repellitur ergo teſtimonium eorũ, quæ
quis tempore infantiæ vidit, quaſi manifeſtet modo fal
ſum, ſed quia propter fragilitatem ætatis errare potuit
quemadmodum & impubes repellitur, nõ ratione fal-
ſitatis, ſed propter imbecillitatem iudicij, & tamen qñ-
que admittitur vbi aliter ueritas requiri non poteſt. vt
no. gl. C. de iura calum. l. 1. in ult. gl. & de iura. calum. l. 2.
§. & quod obſeruari. quod nõ eſſet ſi præſumeretur fal
ſum dicere, & ad illa iura quæ dicunt infantem ignora
re quicquid uidit, vide Ioan. And. vbi ſupra. quia illa iu-
ra loquuntur de intellectu & ſcientia quæ habetur per
cauſas, non de ſimplici ſcientia quę habetur per ſenſus
corporeos, ut patet de acq. hæ. l. pupillus. de ac. & ob. l.
1. §. pe. & quamuis teſtis deponat de bona fide quæ cõſi-
ſtit in animo, intelligitur deponere præſumptiue. i. de
actibus ex quibus colligitur bona fides, quia pro ſuis &
tanquam ſua poſſidebat. ut in ſi. dicimus de teſte depo-
nente de poſſeſſione. de uerb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. hi
quoque. per gl. & doct. & dictum huius teſtis multũ ad-
iuuat idem deponentis, vt cum conſtet idem eſſe capi-
tulum, nec natura repugnet eum uidiſſe. & recordari
poſſit, propter aliorum teſtium auctoritatem non ſolũ
a falſo excuſatur, verum etiam ei credit. iuxta ea quæ
habentur de teſti. l. 3. & ibi per gl. & Ia. Bu. Cæterum &
ſi teſtis nullo modo poſſet deponere nec ſcire quæ vi-
diſſet tempore infantiæ, non tamen ſequitur hunc fal-
ſum dixiſſe & de tempore infantiæ depoſuiſſe, quãuis
enim dixit ſore ſe ætatis annorum. 45. vel circa, non ꝓ
pterea negauit ſe fore maioris ætatis, & ſi ď nouo depo
neret de maiori ætate nõ ꝓpterea videtur aduerſa de
poſuiſſe. ut in d. l. cum furti, vbi videtur expreſſum. &
ibi per Bar. de le. 2. l. ſi. §. 1. & ibi in gl. 1. ad hoc etiam fa
cit, quia non ſimpliciter dixit ſe eſſe ætatis ann. 40. ſed
addidit, uel circa, quod verbum, circa, intelligi poteſt ď
modico & multo pluri. de deſpõ. impu. c. cõtinebat. §.
ſi autem. c. atteſtationes. & c. ſi. eo. ti. & in ſum. not. ff. de
noua. l. 1. Rurſum † cùm teſtes etiam diuerſi ad cõcor
3 diam reducantur ne falſum incidant. de teſti. cum iu.
quamuis propria ſignificatio verborum & communis
mos loquendi refragatur. vt patet in d. c. cum tu. & per
Bar. ſi cer. pe. l. 2. uer. ſed cum ante nuptias. quanto ma-
gis unus & idem teſtis ſit ad concordiam reducendus
ne ſibijpſi ſit contrarius & incidat in crimen falſi, intel
ligendo vt prædictum eſt, ut non videatur depoſuiſſe
pro præciſa ætate ſua, ſed de incerta & dubitata, nec ex
cluſiſſe maiorem ætatem, vel per illam dictionem, cir
ca, intellexit de maiori, uel ſe retulit ad tempus in c. cõ
tentum. de quo potuit probabiliter ſcire, nã valet poſt-
quam erat proximus pubertati, cùm capitulum conti-
neat tempus cõtinuum an. Mcccl xxviij. ad 10. annos
ſequentes. vbi vero omnia prædicta ceſſarent conſide-
randum eſſet ꝙ non ſufficeret teſtem falſum dixiſſe ni
ſi & doloſe dixiſſet ad hoc vt incideret in pœnam ſtatu
ti facit ad hoc in auth de inſtru. cau. & fide. circa princ.
C. de falſ. l. nec ex. 21. q. 2. c. grade. §. ille ergo. & plene p
Bar. ff. de fal. l. quid ſit falſum. dolus autem non eſt præ-
ſumẽdus in eo qui deponit de tempore infantiæ, cum
& ſi non præſumatur tũc cognouiſſe aut tanti tempo-
ris memoriam habere. Multi tamen in hoc errant, qui
pro certis quæ tempore infantiæ viderunt memorãt,
& præcipue ſic hic teſtis alias bonæ opinionis habetur,
vt in ſimili probatur etiam, & no. Bar. in notario qui a-
liter ſcripſit quàm teſtator vel contrahentes dixerunt.
de hære. inſti. l. quotiens. in prin. ut potius errore quàm
dolo præſumatur aliter ſcripſiſſe, eo magis ꝙ hæc falſi-
tas appellanda ex ipſa depoſitione apparet, ideo nõ p-
ſumitur dolus, quia non occulta, ſed publica. ar. ff. de ri
tu nup. l. ſi. & de admi. tu. l. non exiſtimo. Sed nec illud
prætereundum eſt, ꝙ etſi incompaſſibilia videatur di-
xiſſe ſuper quarto & vltimo capitulis ut ſupra, non ap
paret in quo falſum dixerit, an circa ætatem ſuã an cir
ca quartum capitulum, potuit enim ita in ætate ſua quẽ
admodum in quarto capitulo mentiri, ubi autem cir-
ca ætatem ſuam mentius ſit ceſſat pœna ſtatuti, cũ nõ
ſuper facto principali uel ſuper intentatis, uel capitulis
producentis falſum dixerit ut exigunt uerba ſtatuti. Cũ
itaque dubium ſit, an falſum dixerit circa ea quæ conti
netur in ſtatuto, vel circa ætatem ſuam quæ non conti
netur, dubia probatio ſiue præſumptio non releuat. de
proba. in c. quoniam contra. de nego. geſt. l. cum actũ,
& ibi no. & plene per Bar. de no. ope. nun. l. non ſolum.
§. ſed vt probari quamuis ergo de iure communi puni
retur teſtis hoc modo aduerſa deponens. vt d. l. eos. &
C. de teſti. l. nullum. cum concor. ſupra allegatis, nõ ta-
men ex forma ſtatuti per rationes allegatas, multipha-
rie igitur multiſque modis apparet teſtem de quo agiť
non incidiſſe falſum, nec ex forma ſtatuti eundem, au-
tem producentem puniendum. vt illud prætercam, ꝙ
ſi teſtimonium aperte non ualet, de eo quod uidit tem-
pore infantiæ, occurreret illa dubitatio, an teſtis cuius
teſtimonium non valet vel deponens de eo quod vidit
tempore infantiæ, ſit de falſo puniendus, cum in tali te
ſtimonium non poſſit partem lędere, nec propriè dica
tur teſtimonium ꝙd alias non tenet, quemad. teſt. aper.
l. 2. §. j. de reiu. l. 4. §. condemnatum. de quo per Cyn. &
alios. C. de ſepul. uio. l. 1. & Bartol. de fal. l. ſi quis legatũ.
præcipue cum agitur de pœna imponenda ex ſtatuto
quod ſtrictius eſt accipiendum, ubi delictum imperfe-
ctum non punitur tanquàm perfectum ſecundum ea
quæ habentur. C. de epi. & cle. l. ſi quis non dicam rape-
re. & ad l. cor. de ſica. l. ſi is qui cum telo. & ſic ceſſat ra-
tio qua vtitur Cy. circa inſtrumentum falſum quod a-
lias eſt nullum in d. l. ſi quid legatum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
de Cumis iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Mulieri conſtante matrimonio an currat aliqua
præſcriptio viro uergẽte ad inopiam, & an eo caſu mu
lier conſequi poſſit veram ſatisfactionem dotis, & an
iudex appellationis poſſit reformare primam ſñiam.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri quando competat actio ad dotem marito viuente,*
2 *Diſpoſitio. §. omnis. l. in rebus. C. de iure dot. de qua præſcriptione ſit intelligenda.*
3 *Sententia lata per iudicem an poſtea poſſit per eundem iudicem in melius reformari,*

CONSILIVM XCIII.

VISO ſubſcripto caſu cum dubitationib⁹
& allegationibus hinc inde deductis. Pri⁹
videndum eſt nunquid dominæ Catheri
næ agenti hypo. contra d. Nicolaum tan
quam poſſidẽtem obeſt exceptio præſcr.
1 10. anno. † & videtur ꝙ ſic. nam cum pro certo propo
natur & ſatis probatum ſit Alexium maritum ſuum,
dum uiueret, cępiſſe male uti ſubſtantia ſua. ex eo tem-
pore quo cępit infortunium vergẽdi ad inopiã, ſtatim
competijt ius agẽdi tam perſonali. quàm hypo. ipſi do
minæ Catherinæ. l. ubi adhuc. C. de iure do. & l. ſi con
ſtante.

ſtante.in prin ff.ſolu.mat.Igitur ſi d. Nicolaus ab eo tẽpore emptas domos p̃ 10.annos poſſediſſet, tuius videret aduerſus hypo.ope præſcriptionis tam ex iure cõmuni.ut l.1.& 2.C.ſi aduer.cre.quàm ex iure municipali,vt in ſtatuto Brixen.de curſu præſcriptionum, cum enim tunc potuerit hypo.intẽtare aduerſus ipſum poſſeſſorem,ſi tacuit vxor per decẽnium,cucurrit præſcriptio etiam conſtante matrimonio.caſus eſt in l. in re-
2 bus.§.omnis.C.de iure do.& licèt† ſubtili magis quàm vera limitatione conſultum ſit illum §.omnis.intelligi de præſcriptione quæ currit aduerſus mulierem quoad tollendum effectum conſignationis dotis,quæ fieri debet marito in matrimonio conſtituto vergente ad inopiam ſecundum d.l.vbi adhuc.quæ præſcriptio nõ habet obſtare quo minus ipſa mulier poſſit ſoluto matrimonio plenariam dotis exactionem proſequi, hoc cum reuerentia nõ videtur verum, quoniam actio cõpetit ipſi mulieri conſtante matrimonio & marito uergẽte ad inopiã nõ tñ ad effectũ ↄſignationis.ſed ad effectũ plenariæ ſatisfactionis, qualificatẽ tñ,vz vt ex fructib9 eius maritus alatur & liberi. hoc ꝓbat tex. euidẽter,in ꝑalle.l.ubi.in uer.ſed ita eam poſſe, vbi dicit tex. quod tali caſu eo modo cõpetit dotis exactio, quo cõpeteret ſoluto matrimonio. p̃terea ꝙ ſit vera exactio dotis & non conſignatio,probatur ratione, nam pone quod poſtquàm mulier habuiſſet dotem, maritus qui prius vergebat ad inopiam acquiſiuit amplas facultates? nunquid dos debet ſibi reſtitui,gl. in ꝑle.l.ubi dicit quod non.quia ſemel ſoluta eſt ex iuſta cauſa. ꝙ ſequit̃ Bal.dicens ꝙ iſta eſt plenaria ſatisfactio quæ integrum ſortita eſt effectum. Ex his ergo videretur ꝙ ſi d. Nic. à tempore dilapidatiõis per 10.annos poſſediſſet,ſe tueri poſſet aduerſus dominam Catherinam agẽtem hypot.nũc ſoluto matrimonio,ſed quia in caſu proponitur,quòd non apparet dictum D. poſſeſſorem poſſediſſe per 10.continuos an quia interrupta fuit pręſcriptio per ipſam D.petentem dotem ſuã de anno Mccccxxj. ex iſto capite potuit ipſa Catherina iuuari in ſua intentione,ut l.1.C.de pręſc.lon.temporis.& quãuis expiraſſet illa inſtetia contradictorij iudicij ut allegat pars rea, nihilominus durat interruptionis effectus.ut l.properãdum.§.& ſi quidem.C de iu.& ibi no.per gl.& doct. & in l.cum lite mortua.ff.iudicatum ſolui. Secundo obijcitur ipſi d.Catherinæ exceptio rei iudicatæ ꝓpter quãdam ſententiam alias latam in fauorem poſſeſſoris,in qua ipſe poſſeſſor per diffinitiuam ſententiam totaliter abſolutus eſt & quamuis in appellatione poſtea pronũciatum ſit male iudicatũ & bene appellatum,& reformando ipſam ſententiam iudex pronunciauerit eum ſolummodo abſoluendum fuiſſe ab obſeruatione iudicij.nihilominus obſtat exceptio perſonę,quia iſta ſentẽtia appellationis fuit nulla ipſo iure, tum quia abſolutio ab obſeruatione iudicij fit ꝓpter peremptionẽ inſtãtiæ,& quia nil agitatum eſt propter quod imponi poſſit finis controuerſiæ.l.properandum.§.& ſi quidem. ĩ gl.j.C.de iudic.Igitur perempta inſtantia appellationis remanet prima ſentẽtia,maxime quia licèt dixerit male iudicatum &c.tamen extrema uerba debent attẽdi. arg l.qui filium ff.ad Treb. & quia eſt unum capitulum cõnexum, vnde non põt pro parte valere & pro parte non,ſecundum no.per Alb.in l.Labeo ff.de arbitri.ſed nõ uidetur obſtare talis exceptio,quoniam prima ſententia ſublata eſt per ſententiam appel.vt l.1.in fi.ff.ad Turpil.quæ ſententia quomodo nulla fuerit non apparet,non ea ratione quia lata fuerat ſine inſtantia,vt dicit pars rea quæ innuit propter hoc uideri peremptam inſtãtiam,quoniam iudex appellationis abſoluit ab obſeruatione iudicij. Nam reſpondetur ꝙ iudex non abſoluit ab obſeruatione iudicij reſpectu inſtãtię appellationis quaſi peritura,ſecundum § & ſi quidẽ. ſed habuit reſpectum ad primam ſentẽtiam quam cenſuit ita reformandam eſſe,quaſi inique lata fuerit diffinitiue abſoluendo,hoc autem conſtat ex ſerie ipſius ſententiæ appellationis, pronũciauit enim male iudic.& bene appel.& hoc ſatis erat,ſed quia iudex noluit cauſam iniquitatis apparere,& ipſam etiam corrigere.propterea addidit,ipſamque ſententiam reformando, &c. potuit e-
3 nim iudex † etiam ſpecifice reformare primam ſentẽtiam in melius tum ex iure communi,ut l.1. in princi. ff.de app.tum authoritate ſtatuti Brixiæ.de ord.ciuiliũ rum.& ad hoc optime no.per gl.in l.eos.in uer.quapropter.in gl.ſuper uer.inſtan.C.de app.uiſum enim iudici fuit, ꝙ reus poſſeſſor in pricipali cauſa diffinitiue abſolui nõ debuit, ſed tantum ab obſeruatione iud quæ abſolutio non tantum fit,quando peritura eſt inſtantia; & non aliquid ita ſufficienter agitatum eſt ꝙ poſſit fieri diffinitiua ſecundum formam §.& ſi quidem. cõcludendo uidetur pronunciandum ſuper appellatione interpoſita per d. Nicolaum poſſeſſorem & reum bene iudicatum,& male appellatum,ſuper appellatione aũt interpoſita per d. Catherinam occaſione alimentorũ etiam male appellatum, quantum autem ad expenſas tam principalis cauſæ quam appellationis dictum d. Nicolaum condemnari æquum eſt.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Matre tranſeunte ad ſecunda uota quæ prius tutelam filiorum geſſerat an dari debeat datiuus tutor,vel legitimus,& an dandus ſit cum in inquiſitione,& an citari debeant agnati.

SVMMARIVM.

1 *Tutores datiui non legitimi dantur dum mater ad ſecunda vota tranſit.*

2 *Mater ad ſecunda vota tranſiens an pupillis petat tutorem quem voluerit,& an iudex ad eius petitionem dare debeat.*

CONSILIVM XCIIII.

MATER Tutrix filiorũ adiuit iudicem dicens ſe velle ad ſecunda vota tranſire, & petens dictis filijs alium tutorem dari,offerens ſe paratam reddere rationem tutelæ & nominans quendam qui filios de ſacro fonte leuauerat, petens eum tutorem dari tanquam idoneum,intra paucos dies fuit illis tutor datus ſolenniter cum ſatiſdatione. poſtea mater ad ſecunda vota tranſiuit non reddita ratione.tutores legitimi pupillorum dicunt tutelæ dationem non tenuiſſe,ſiue quia tutela fuerat ad eos deuoluta,ſiue quia citari debuerant, ſiue quia mater nõ reddidit rationẽ. quærit̃ quid iuris.

¶ Concluſiue reſpõdetur nihil proponi ꝙ tutelæ da-
1 tionem uitiet,cum enim mater Tutrix † uolens ad ſecũda uota tranſire petit tutorem dari, locus eſt datiuis. non legitimis.ut no.glo.l C.quando mu.tu.offi.fun.po. Auth.ſacramentum.& ff.de teſta.tu.l.ſi quis ſub conditione,vbi uidetur caſus in uer.non & hic. & hoc tenet ibi Dy.& Spe.de tut.§.nunc dicendum.uer.pe. hac rõne ſequuntur Bar.& Bal.in d.authẽt.ſacramentum.& hæc opi.approbatur communiter & decidit Alber. C. quando mu.tu off.fun.po.auth.matri.& expreſſum eſt in l.2 in fi.eo.ti.& videtur in Auth.de nup.§.ſinantẽ tutelam præcipue Veronæ non eſt dubitandum ubi ſtatuto cauet̃ ſtandũ eſſe opi.gl.& ſi gloſ.eſſent diſcordes in opi.approbata per Dy.Nec quicquam facit ꝙ non fuerint citati non debuerunt enim citari. cum de eorum præiudicio vel re ad eos pertinente non agatur, nec tenebatur iudex dare tutorem cum inquiſitione, cũ poſſit dari cum inquiſitione & ſine.ff.de tu.l. qui habet. §. pe.& patet Inſti.de ſatiſda.tu circ.prin. & expreſſe no. Bar.de petito à matre tutore dato ſine inquiſitione. ff. qui.pe.tu.l.fi.nec quemquã moueat Bal.C.ad tut.l.omnium.uer.quæro,an datiuus.dum ibi dicere uidetur,petitum à matre ita prǽferri legitimis,ſi datus ſit ex inquiſitione, ſecus forte ſi perfunctorie. & legitimi ſint magis idonei, addens non intelligi datum per inquiſitionem niſi uocatis uocandis,quia non firmat hoc, uel cõ-

trarium

trarium tenet cum ſubdit.dic de hoc ut no.per. Cy. in
auth.matri.& per gl.& alios in l.ſi quis ſub condi ff.de
teſt.tu.vbi gl.& alij volunt ut ſupra potuiſſe præferri pe
titum à matre legitimis.& ipſemet Bal.in præalleg.l.ſi
quis ſub cõndi.ſequitur,ſequendo gl.ibi quæ dicit quòd
2 †mater uolens tranſire ad ſecundas nupt. petat quem
vult.inquit ꝙ petitum à matre tenetur iudex dare tan
quam iuris præſumptiõe habilem & idoneum ſi aliud
ſibi non conſtat.ut d.§.ſui autem.dicens de facto Bar.
ita rñdiſſe. Illud autem quod rationes non reddidit,
& ſi poſſet nocere matri in ſucceſſione filiorum in pu
pillari ætate decedentium,per d.l.omnem. in fi.non ta
men vitiat dationem tutoris,cum hoc non reperiatur
cautum,nec poſſet reddere rationẽ niſi prius dato tu-
tore.& patet ex ordine literæ illius legis omniũ, quòd
prius tutor dandus eſt,deinde ratio reddenda, & eodẽ
modo ex l.ſi mater.C.in qui.cau.pi.ta.contrahi.
¶Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum petitum per legatarium tanquam ex teſtamento quod erat inualidum an ab eodem ab inteſtato peti poſſit.& de intelle ctu.l.fi.C.de codicil.*

2 *Electio remedij incompetentis non præiudicat in remedio competenti.*

3 *Petere hæreditatem directo ex teſtamento habente clauſulam codicillarem licèt non poſſit,poteſt eam poſtea nihilominus petere per fideicom.*

CONSILIVM XCV.

1 VTRVM legata relicta in teſtamẽto† qđ
non ualebit petita ex teſtamento poſ-
ſint peti ab inteſtato ex clauſula codicilla
ri in dicto teſtamento appoſita. Ad quod
reſpõdetur non fuiſſe iuridice actum ex
teſtamento. Cum legata in teſtamento relicta ſint, nõ
ab inteſtato.C.de fideicõ.l.eam quam.de re. iur.l.ſi ne-
mo.niſi in fraudem omiſſæ cauſæ teſtamenti ab inte-
ſtato fuiſſet facta aditio.ſi quis omiſ.cauſa teſt.l.1.in prin.
cum glo.Quantum tamen ad principale quæſitum ṽi
detur quæſtionem pendere ex intellectu l.fina.C.de co
2 dic.Regula enim eſt † ꝙ electio remedij incompeten-
tis non præiudicat in remedio competenti.de inoff te
ſta.l.mater.de acqu.hære.l.Clodius. Nec videtur diſtin
guendum vt cum errore facti vel iuris moti ſint legata
rij,cum legatum quæratur ipſo iure ignoranti.& ſic vi
deantur legatarij tractare de iure quæſito amittendo ĩ
quo nocet ignorantia iuris per tex.expreſſum.de leg.a.
l.quæ fideicõ.quãuis vbi aggretur de acquirẽdo,puta in
hæreditate,ſint opi. tam iuriſconſul. quàm gl. & doct.
vt d.l.Clodius.& l.filium.eo.ti.veruntamen ubi vtrun-
que procedit remedium ex eadem ſcriptura vel diſpo-
ſitione qui utiř remedio incõpetẽti,excludiř à remedio
competenti.vt d.l fi.ſecundum intellectum glo.& do-
3 cto. vbi † qui ex teſtamẽto habẽte clauſulam codicilla
rem petijt hæreditatem directo,poſtea petere non po-
teſt per fideicom.ex clauſula codi.vel econtra. quam-
nis ergo .l. illa non loquatur de legato petito ex teſtõ.
Et poſtea codi.ſed de hæreditate,tamen ratio quæ ibi
communiter allegař per omnes ſupradicta videtur mi
litare in legato,quod ſi ſumimus illam regulam vel ra-
tionem l.illam extendetur,ſecundum ea quæ habẽtur
per Dy.in regula.fi.lib 6.& per gl.C.de fideicom.l.quã
uis.& Bal.C.de libe.præte.l fi.Idem dicerem in caſu ſu
pra poſito,nec poterit dici illam legem loqui in reme-
dio quærendo,hæc in quæſito,cùm ita fideicomm.vni
uerſale quantum ad actionem acquiratur ignoranti,&
tranſmittitur quemadmodum particulare,in quantita
te generis vel rei alienæ,ut plene legitur de leg.1.l.cum
filio,licèt dominium non quæratur rerum hæreditaria
rum niſi facta reſtitutione.ad Treb.l.1.& l.reſtituta. &
no.per Bar in l.j.de l.t.Si autem diceret ſpeciale eſſe
in caſu d.l.fi.C.de codi ſimiliter tunc non uidereř ſien
da diſtinctio nec extenſio ad iſtum caſum. ſed prima
opinio videtur eſſe communior,licèt Bart.in d.l. Clo-
dius.diſtinguendo uideatur d.l.fin.intelligere de lucro
q̃rẽdo non quæſito,quod videtur eſſe contra illã l. de-
clarando ut ſupra.Quid enim ſi teſtamentum non ua-
let.& eſſet addita hæreditas ab inteſtato pro legatũ ha
bere inſti.veniſſet ex teſtamento, negari non poteſt ſi-
bi pręiudicare in iure fideicom.quod per aditionem fa
ctam ab inteſtato debebatur.
¶Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶Rapiens puellam vt eam carnaliter cognoſceret,
non tamen cognouit,qua pœna puniatur. & quæ req-
rantur ad hoc vt dicatur rapta & an mitiganda ſit pœ-
na propter ætatem minorem.

SVMMARIVM.

1 *Virginem corrumpere attentans an capitali pœna puniatur.*

2 *Raptus quid & quare dicatur.*

3 *Rapere mulierem,& per vim eam cognoſcere, differunt.*

4 *Rapina dicitur quando fit animo auferendi.*

CONSILIVM XCVI.

CHRISTOPHORVS uadens ad ſan-
ctum B. in uia publi. puellam 12.ann. cũ
beſtijs inuentam animo cognoſcendi cã
carnaliter cœpit,& per aliquos paſſus di-
ctã puellã proiecit in terrã,cũq; clamaret
puella, ille extracto cultello poſuit ſuper gulã eius mi-
nando mortem ſi non taceret,& ita nixus fuerat hanc
cognoſcere mittens ſemen ſuum in cruribus illius, ſed
non potuit eam reſiſtentem corrumpere & deflorare
prout poſtea cognitum eſt per mulieres quæ eam inſpe
xerunt mandato domini capitanei,& hoc facto Chri-
ſtophorus ipſe receſſit.Quæritur qua pœna ſit punien-
dus,cum pater & attinentes puellæ reputent eam non 1
eſſe corruptam.nec ad iniuriam hoc reuocant,vř † pri
ma fronte dictum Chriſtophorum vltimo ſupplicio
puniendum tanquam raptorem.C.de epiſc.& cle.l.ra-
ptores.& de rap.uir.l.1.& Inſti.de pu.iud.§.item lex Iul.
ver.ſi autem per uim.ff.de extraor crim.l.1.§. fin. ad l.
Iuli.de ui.pub.l.qui cetu.§.qui vacãte 36.q.1.c.2.Nec ad
rem uidetur pertinere quod eam non deflorauit, quia
ſolus raptus etiam non ſecuta cognitione carnali pœ-
nam illam ingerit,ut patet ex dicta l.raptores.de epiſc. 2
& cle.& l.j.C.de rap.vir.Raptus aut† dicitur eo ꝙ puel
la abducitur. ut dicto c.2.31.q.j. præterea dato ꝙ non p
feciſſet,tamen quia fecit quicquid potuit & ad actũ pro
ximũ peruenit, perinde debet teneri ac ſi eam cogno-
niſſet.C.ad l.Cor.de Sic.l.ſi is quis cũ telo.& de epiſc.&
cle.l.ſi quis non dicam rapere.& ibi ple.no. His tamen
non obſtantibus dicendum videtur ipſum non eſſe vl
timo ſupplicio puniendum, nec uerum eſſe raptum ſi
ne raptorem uirginis,nam ut inquit lex in ſæpe dicto.c.
2.36 q.j.raptus committitur quando puella de domo
patris uiolẽter abducitur.& ideo exigitur ꝙ de loco ad
locum tranſducatur.ut patet ex dicto §.lex Iuli. verſic.
ſi autem.& ſic non ſola uiolentia raptũ inducit. & ita
determinat & ex facto fuiſſe determinatum dicit Alb.
de Gan.in titul.de multis quæſtionibus male dependẽt
a ſtatu.in nu.19 ver.item pone quæſtionem quæ mihi
de facto contigit in ciuitate Bononiæ.dicens ꝙ cũ qui
dam per uim cępiſſet puellam virginem & eam ſtatuiſ
ſet in terram cognouiſſetque carnaliter breuiter fuit
concluſum ꝙ illud non erat crimẽ raptus,quia rapere
eſt quando mulier per uim rapitur & tranſducitur de
loco ad locum,quo caſu imponitur pęna mortis. ut C.
de rap.vir.l.1.& d.§.qui uacantem. & qui per uim uir-
ginem proijcit in terram & eam cognouerit ſtuprãdo
eam nõ debet mori, ſed ſolum punitur in dimidia par
te bonorum ſuorum.vt Inſti.de pu.iudi.§.item ea.l.2.
l.mulier.de ui.pu.ff.ad l.Iul. de ui.pu.l.3.§. præterea. &
hoc idem dicit Azo.in ſum.tit.ſi quis cauſa cui.tut.ſue.

corru.

corru. & ita dicit l.ff.ad l.Iul.de adul.l.mari §.fi.ar. dicti §.qui vacantem.patet ergo ex diuerſitate pœnarũ, qđ aliud eſt rapere, aliud per uim mulierem cognoſcere. hæc ſunt verba dicti Alberti Pratici & ſupremæ authoritatis in maleficijs.hoc idem uoluit Alberici.d.l.raptores.in fine apparatus ſui de epiſco.& cle.& de rap.virg. l.raptores.allegans ad hoc etiam no.in dicto ca. rapio. 36.q.j ita poteſt intelligi Iac.de Are.& Bart.in d.l.1.de extraor.crim.in fi.Nec ob.quod hic Chriſtophorus extra uiam aliquãtulum puellam abduxerit, quia vt dictum eſt, tunc dicitur eam eſſe raptam quando ducicitur de loco ad locum. hoc verum quando abductio hæc fit principaliter animo ab eam abducendi pura dę domo patris.vt dicit d.c.2.& forſitan animo detinẽdi, vt ibi etiam detineatur,non quòd paululum animo cognoſcẽdi de loco mouerit, vix enim poſſibile eſt quòd qui mulierem cœpit & in terram ſtrauit.ut ſupra dictũ eſt ex Albe.de Gan.& Alb.non mouerit eam de loco, ſed quia non animo recipiendi detinendi nec occultãdi,ſed ſolum momentaneæ cognoſcendi, nec reputatẽ raptus,quia non factum ſed cauſam faciendi quærimꝰ.
4 ff.de fur.l.unũ la 2.† quẽadmodum enim rapina fit aĩo auferendi,quemadmodum & furtum.ff.vi.bo rapt.lege 1.iuncta l.1.de fur. ita etiam rapina mulieris ſeu raptus committitur,cùm animo abducendi & detinẽdi proprie fit. Et propterea hic Chriſtophorus nõ animo abducendi & detinendi hanc puellam uenerat, ſed caſu repertã cupiens cognoſcere de uia publica propter tranſeuntes detraxit, & ſic quodam impetu magis q̃ ex propoſito deliquit.vnde mitius puniendus.ff. de pę; l.reſpiciendo §.fina.& ibi per Bar facit lex j.§.diuus.ad l.Cor.de Sica.& hæc eſt benignior ſententia,præcipue cum & ipſe Chriſtophorus adoleſcens ſit 16.anno. vel ad plus 18.vnde miſeratio ætatis iudicem ad moderãdam pœnam etiam in delictis adducere debet. vt dicit tex.de mi.lege auxilium.§.in delictis. inſpectis etiã qualitatibus & caſibus prædictis erit ergo l. Iuli. de vi & vi ar.quia cum armis uim intulit.cuius pęna eſt deportatio in inſulam ut d.§ item l.Iul.ſed quia hæc pęna cõiter non eſt in uſu poterit alia ſimilis imponi,vt bannũ de loco.pęna autem ſtupri quæ eſt dimidiæ partis bonorum publicatio nõ videtur locum babere cum nõ ſit corrupta,vnde videtur leuius puniendus quàm ſi eam defloraſſet.l.j.in fi.de extraor.crim.& no.plene in d.l.ſi qui non dicam rapere.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum Inducens præſumptionem ꝙ uſurarius præſumatur habuiſſe & recepiſſe quatuor denarios ꝓ qualibet libra an habeat locum, etiam ante ſolutionem ſortis

SVMMARIVM.

1 *Verba quolibet menſes in contractibus quid importent,*
2 *Statutum exorbitans à iure communi non debet extra ſuos terminos trahi.*
3 *Statutum exorbitans debet quantum poteſt ad intellectum & cõcordiam iuris reduci.*

FACTI SPECIES.

STante ſtatutoq Brixiæ ſub rubrica de contractibus vſurarijs,quod incipit.item quod omnes cõtractus quo inter cætera cauet, & intelligatur dictos uſurarios habuiſſe & recepiſſe vſuras ad computum denoriorũ quatuor pro qualibet libra dictæ ſortis præſumptæ ſeu intellectæ.vt ſupra quolibet mẽſe, & ad rationẽ mẽſis pro toto tempore quo durabit dictus contractus à die dicti cõtractus vſque ad diẽ ſolutionis dicti debiti, &c. Quæritur uiſo dicto ſtatuto, an dicta præſumptio receptarum uſurarum ad cõputum denoriorum quatuor pro libra habeat locum ante ſolutionem ſortis,an demum poſt ſolutionem.

CONSILIVM XCVII.

In Chriſti nomine amen.

DICENDVM puto, añ ſolutionẽ debiti vel contractus hanc præſumptionem inſurgere, Hoc enim verba expreſſe indicãt pro quolibet menſe, vt pro toto tempore quo durabit cõtractus intelligatur habuiſſe, & ſic finito primo menſe à die contractus præſumitẽ
1 habuiſſe vſuras illius menſis,quia † illa uerba, quolibet menſe intelligatur habuiſſe, denotant tempus ſolutionis.de uer.obl.lege qui hoc annuo.& l.huiuſmodi,la 2. de act.& obl.l.oblig.fere. Non ergo ſolũ ꝑſumitẽ habuiſſe ad rationem menſis ſed quolibet mẽſe.à quibus verbis non eſt recedendum.de le.3.lege non aliter.& l.ille aut ille.§.cum in uerbis nec poteſt dici ſcilicet præſumptionem inſurgere demum facta ſolutiõe ſortis.vt tũc demum præſumatur vſque in pœnam ſingulis menſibus recepiſſe, quoniam hoc uerba non indicant. Sed ſolum pro quolibet menſe & ad rationem menſis durante contractu vſque ad ſolutionem intelligatur habuiſſe, Nec eſt ratio inducendi illam præſumptionem in ꝑteritum poſt ſolutionem & non ante. Cum ſecundum hoc potius eſſet quædam fictio, quod non eſt de mẽte ſtatuti, quam præſumptio, quod eſt de mẽte ſtatuti. Foret prætcrea abſurdum,quia ſecundum hoc cogeretur debitor ſortem ſoluere, deinde vſuras repetere, intelligendo autem ſtatutum vt ſonat, poterit vitare ſolutionem compenſatis uſuris, quod ius eſt argu. C. in quib. cau.in inte.reſti.l.fi. Nec ob. quod ſecundum hoc non eueniet tempus ſolutionis debiti, & ſic in perpetuum durabit præſumptio, quod videtur abſurdũ, quintmo euenire poterit, Si debitor petat declarari vſuras ſortẽ extinxiſſe & ſe liberatum, ſecundum ea quæ habẽtur de condi.in de.lege ſi non ſortem.& plene per Bart. de dam.infec.l.ſi infinita.§.eleganter.prius enim quam aliud tale interuenerit præſumitur vere creditor nõ rateuiſſe,niſi ideo quia uſuras recepiſſet, Et quid denique refert an ſortem ſoluat, quo caſu conſtat præſumptionem illam inſurgere an compenſationem opponat vſurarum de condi.& demon.l.Iulianus. de ſtatu.lege ſi peculium.doloq; peccat vſurarius quod foret ſtatim reſtituturus ſortem ff de exceptio.dol.l dolo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Raymundus *iu*ris vtriuſque docto.in teſtimonium ſcripſi & ſigillum meum imprimi iuſſi.

¶ Circa dubitationem præmiſſam, an ita ante diſſolutionem contractus ſicut poſt poſſit habere locũ prædictum ſtatutum, videlicet vt poſſit obijci compẽſatio de uſuris ſolutis ſecundum taxationem à ſtatuto factã. Et dicitur quod non, quia ſtatutum videtur tantum loqui eo caſu quo diſſolutio cõtractus facta eſt, ergo præ-
2 dictum ſtatutum in tali præſumptione exorbitans† à iure communi non debet extra ſuos terminos trahi.lege ſi vero.§.de uiro.ſol.ma.& in regula quæ à iure.li.6. Cæterum quod per olim famoſiſſimum & clariſſimum ꝓceptorem cõcluſum extitit uerisſimum puto. Et ultra per eum ſanctiſſime ſcripta, dico hoc colligi apertiſſime ex uerbis prædicti ſtatuti in illis uerbis ibi, pro toto tempore quo durabit,&c. quæ ſunt uerba futuri tẽporis, ergo manifeſte ſenſit prædictam coniecturam, vel ut melius loquar præſumptionem ſumendam etiam ante tempus diſſolutionis factæ. Nulli enim dubiũ eſſe debet ꝙ ſi ratione præſentis conuentionis quæ pendet facta fuit ſolutio, ꝙ poſt ſolutionem factam fieri poſſet repetitio uſurarum, quia tunc uerificarentur & uerba & mens ſtatuti, ergo non debet poſſe uſurarius allegare vt expectetur diſſolutio contractus quæ diſſolutio ꝯtractus ſibi nõ prodeſſet, ſed potius obeſſet.l.aliquãdo. ff.ad Vellei.cũ ſi. Nõ dẽt ergo audiri allegans illam dilationem modici temporis.ar.l.ſi ſic.ff de ſol.cum materia ſua. Nec ſtatutum ponderauit diſſolutionẽ vt voluerit tantum poſt diſſolutionem habere locum præ-

ſumptionem præmiſſam, ſed ponderauit diſſolutionẽ vt ſciatur quantum tempus fuerit intermedium inter initium cõtractus & diſſolutionem ipſius, vt ꝑ hoc cognoſci poſſit pro quanto tempore debeat fieri computatio vſurarum ſolutarum ſm taxationẽ præmiſſam. Si autẽ ſtatuẽtes aliter ſenſiſſent, irrationaliter feciſſent inducendo prędictum circuitum inutile, vt primo fiat ſolutio debiti & poſtea incontinenti repetantur vſuræ ſm præſumptionem ſtatuti, contra ea quæ habentur ĩ l. dominus teſtamento. ff. de condi. inde. & in cle. audi-
3 tor. de reſcript. cum ſi. † debent. n. ſtatuta exorbitantia quàm magis poſſunt ad intellectum & concordiã iuris reduci. l. 2. C. de noxa. l. fin. §. in compu. & adde ibi not. C. de iure delibe. & ca. cum dilectus. de conſue. cũ ſi. Admitti igitur debet oppoſitio compenſationis pro toto tempore quo cõtractus durauit & etiam durabit tãquam de debito liquido ex iuris præſumptione. iuxta no. per gl. in l. ſi tutor. C. de pericu. tu.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Paulus de Aretio.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum, ꝙ inſtrumenta continentia ualorem à quinquaginta libris ſupra regiſtrari debeant, an comprehendat inſtrumentũ legitimationis vel alterius rei inæſtimabilis, & an legitimatio dicatur priuilegium.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio quod conferat legitimanti & legitimato.*
2 *Statuti diſpoſitio poteſt extendi ad caſus non expreſſos vbi militat eadem ratio.*
3 *Grauari non poteſt ad aliquid etiam minimum æſtimationis is cui libertas, vel aliud inæſtimabile relinquitur.*
4 *Legis vel ſtatuti diſpoſitio non extenditur ad caſum ad quem verba non poſſunt adaptari.*
5 *Priuilegium & inſtrumentum an & in quo differant.*
6 *Res inæſtimabilis non habet media determinata ad aliquam minimam vel mediam vel magnam ſententiam.*
7 *Verbis legis vel ſtatuti deficientibus ceſſare dicitur legis diſpoſitio.*

CONSILIVM XCVIII.

STANTE dicto ſtatuto. Quæritur an inſtrumentum legitimationis filij ſpurij contineatur huiuſmodi ſtatuto. ¶ Poſſet argui quòd ſic. Nam per huiuſmodi legitimationẽ acquiſiuit pater patriã poteſtatẽ, filiꝰ vero reſtitutionẽ antiquis natalibus & neceſſitudinẽ ſiue legitimã ꝯiunctionẽ & ſuitatẽ. i. dñiũ quodammodo viuo patre quod poſt mortẽ patris continuatur in eũ, & auferitur nota ſuæ infamiæ & ſpurietatis. vt hæc probantur in auth. qui. mo. na. effi. le. & in auth. qui mo. effi na. ſui. & C. de na. lib. l. pe. & fi. iuncta l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. hæc autẽ dicitur infinita æſtimatio. ff. de reg. iur. l. non eſt ſingulis. §. fi. Ergo inſtrm hoc dicitur cõtinere quantitatem ſeu ualorẽ ultra 50. lib. quia ſi non cõtinet valorẽ ultra 50. lib. non diceretur infinita æſtimatio. Ad hoc etiã facit, quia exceptio ſupra relata, ibi, & prædicta ſuperius diſpoſita. &c. Cõfirmat ſtatutum in nõ exceptuatis. in auth. de nõ alie. §. vbi autem. & per gl. de reg. iur. l. 1. in fi. quæ exceptio dicitur loqui de inſtrumentis non cõtinentibus ꝓprietatem, quantitatem, ſeu valorem. præterea ratio ſtatuti non alia eſſe potuit quàm ut falſitas euitetur per huiuſmodi regiſtrationẽ. argu. C. de fideic. lib. l. fi. quæ
2 quidem ratio † unica licèt tacita extẽdit ſtatutum ad caſus vbi eſt eadem ratio ſm Bal. C. de li. præ. l. fi. & de fideicõ. l. quamuis. Conſtat autem non minorẽ ſed maiorem fidelitatis metum imminere hmõi legitimationis inſtrõ, quàm inſtrõ continente ultra li. 50. ergo. &c.

¶ Cæterum non obſtantibus ijs, dicendũ eſt hmõi inſtrumentum ſtatuto non contineri. ea. ſ. cõi & vulgata rõne, ꝙ ſtatuta nõ recipiunt interpretationẽ extẽſiuã, ſed caſus omiſſus habetur pro omiſſo & remanet diſpoſitioni iuris cõis. ff. de legi. l. quod vero contra cũ duabus ſequentibus. ff ſo. ma. l. ſi uero. §. de uiro. de teſta. mi. l. quod conſtitutũ cum multis. & plene per Bar. de iuſti. & iu. l. oẽs populi. inſtrumentũ aũt legitimationis non dicitur continere quantitatẽ ſeu valorẽ pecuniarũ cum patria poteſtas quæ patri acquiritur æſtimationem non recipiat. de leg. 1. l. filius. §. ſm vulgarẽ eodẽ mõ etiã filij ipſa legitimatio. ſi quadru. pa. te. di. l. ex hac. ad l. aquil. l. liber homo. de reg. iu. l. libertas. rẽ ra. l. procu. ad exhi. §. fi. non põt ergo continere quantitatẽ ſeu valorem lib. 50. ſupra, quod nec quãtitatẽ cõtinet nec ualorẽ ſeu æſtimationem recipit. ſi cer. pe. l. eius.
3 qđ ex eo ẽt apparebit, ꝗa † ſi cui libertas vel aliud inæſtimabile relinquitur nõ poteſt ad aliqđ ẽt minimũ ęſtimationis grauari. de leg. 1. l. plane. la. 1. §. fi. Cũ tñ quis poſſit grauari vſque ad æſtimationem relicti. de l. 1. l. filius. §. apud. & Inſti. de ſingulis rebus per fideicõ. relic. § 1. põt authoritate Bar. cõfirmari pene in ſimilibus terminis. de dam. infec. l. 4. §. præter. ver. tenentes. in fi. appar. iꝰ. ubi dicit ſtatutum ꝙ de quolibet contractu, de quo fieret inſtrm, ſoluatur tantum pro libra, non hr̃e locũ in contractibus qui fiunt ſuper re inæſtimabili, vel nõ cõtinente intereſſe æſtimabile per libram. nec põt dici ratione ſucceſſionis contineri intereſſe æſtimabile, cũ nec ius nec ſpes dicatur eſſe filio in hæreditate patris viuentis, cùm poſſet præmori, inhabilis fieri, vel aliter excludi. de lib. leg. l. poſt emancipa. & ibi Bart. & per glo. & doct. C. de pac. l. fi. ¶ Non ob. primum argumẽtum, quia appellatur infinitæ æſtimationis idest non taxabilis ſeu reclamabilis, ut patet ex l. libertas præalleg. cũ ſimi. quæ declarant l. non eſt ſingulis. præallegatam.

¶ Non ob. ſm. quia inſtrumenta excepta per ſtatutũ continẽt cõmodum pecuniarũ; & ſic exceptio nõ eſt de re inæſtimabili, quia licèt exceptio confirmet regulã in non exceptuatis non tñ extendit. de uſufruc. leg. l. generali. §. diximus. Non ob. tertiũ ar. quia non eſt eadem ſuſpicio falſitatis in inſtrĩs in continentibus quid æſtimabile, Cum pecunia ſeu pecuniarũ cõmodũ facilius impellat ad illicita. iuxta illud, Quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames? Rurſum periculoſum eſt ex præſumpta ratione ſtatutum extendere, Cũ ſemper veriſimile ſit vnã pcipue rõnẽ fuiſſe, & ſic ſemp fieret extenſio contra iura præallegata & cõem obſeruãtiam. & Bar. vult non extendi ratione nõ expreſſa. de ver. ſig. l. liberorum. verſ. ijs præmiſſis. in fi. Et ita ut ſupra concluſum eſt, dico & conſulo ego Raphael Raymundus iuris vtriuſq; doct. & in teſtimonium ſubſcripſi & ſigillum meum imprimi iuſſi.

¶ Viſis ac ponderatis dicto ſtatuto, nec non his quæ conſulta ſunt per eximium iuris vtriuſque doc. D. Raphaelem de Raymundis, ſatis uidetur idem concludẽdum fore qđ per eum ſuperius eſt concluſum, vz dictũ ſtatutũ nõ hr̃e locũ in inſtrõ legitimationis filij ſpu-
4 rij, ex eo maxime † quia ad quencũque caſum ad quẽ non adaptantur uerba legis vel ſtatuti non extenditur diſpoſitio ipſius legis vel ſtatuti, ut patet ex his quæ habentur in l. quod conſtitutum. de teſta. mili. & capi. indemnitatibus. §. ſed cum eas. de elect. l. 6. & l. 4. ver. tenẽtes ff. de dam. infe. & l. ita autem. in princip. ff. de admi. tu. Sed in hoc caſu ꝓpoſito verba ſtatuti non adaptantur ad inſtrumentum de quo quæritur, quia tale inſtrumentum non continet quantitatem ſeu ualorem lib. 50. ſupra, cum contineat legitimationem per quam pater acquirat patriam poteſtatem & filius neceſſitudinem hoc eſt agnationẽ, quia fit agnatus, & ſuus patri in Authen. qui. mo. na. effi. legi. in princip. coll. 6 & qui. mo. na. effi. ſui. in princi. & §. generaliter. coll. 7. patria autem poteſtas inæſtimabilis eſt, ut eſt dictum in præcedenti conſilio, & probatur ff. de leg. 1. l. filiusfa. §. ſecundum vulg. Et neceſſitudo ſeu agnatio. l. non eſt ſingulis. §. 1. de reg. iur. & ſic dictum inſtrumentũ non uidetur continere ualorem alicuius quantitatis. & per conſequens non vidẽtur adaptari verba ſtatuti prædicti. Et ſic non videtur habere locum dictum ſta-

tutum prælallegatum, quòd inſtrumentum legiti-matronis eſt potius priuilegium quàm inſtrumentum, vt patet ex ijs quæ habentur per Hoſtienſ. in ſumm. de priui. §. 1. & 2. & in ſumma qui filij ſint legi. §. fi. ver. quã uis ergo imperator. & bñ facit qđ hr̃ in authẽt. qui. mo.
5 na. effi. ſui. §. ſi quis ergo. coniunc. glo. licèt aũt priuile gium lato ſumpto vocabulo poſſit dici inſtrumẽtum per id quod hr̃ & no. in lege 1. ff. de fide inſtru. Tamen ſtricte ſumpto uocabuln aliud videtur inſtrumentnm, aliud priuilegiũ, & patere poteſt ex ijs quæ babentur in tex. in c. inter dilectns. de fid. inſtr. vbi uidetur ponere priuileginm ut quid diuerſum ab inſtrumento, & probatur etiam ext. eo, tit. c. contigit. & ſic etiam ſentit ibi Io. And. ſine mandato ponendo dictionem, uel. inter priuileginm & inſtrumentum, quę dictio, uel, debet poni inter diuerſa. lege. hæc verba. §. ille aut ille. ff. de uer. ſign. Et ideo cum ſtatuta ſtricte debeant intelligi, vt legitur & no. in lege 1. ff. de uer. ſign. per Dy. & per Barto, & plenius per eundem Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & bene facit quod legitur & no. in l. quicquid aſtringendæ. de ver. obl. & in lege conſtitutionibus. ff. ad munici. merito non videtur dictum inſtrumẽrum legitimatiõis, quod potius eſt priuilegium, vt eſt dictũ, cnntineri ſub dicto ſtaruto. Nec ob. ſi dicatur, quòd ex legitimatione quis conſequitur ius ſucceſſionis, vt in autb. qui mo. na. effi. ſui. in prin. col. 7. quia tale ius nnn continet intereſſe æſtimabile, vt videtur eſſe tex. cum gl. in l. poſt emancipationẽ. §. 1. de ſi. leg. & ibi expreſſe hnc tenet Bartolus. & ideo ſtare videtur id quod ſuperius concluſum eſt. Item nõ ob. ſi dicatur, quòd inſtrumentum dictæ legitimationis dicit, quod legitimans mandauit per quẽdam notarium in ſua præſentia cõſtitutum rogari & plura confici inſtrumenta, quia vt ſuperius eſt dictum, licèt latè poſſet dici inſtrumentum, tamen proprie & ſtricte uidetur eſſe priuilegium per ea quæ ſuperius dixi. Præterea in fine dictę legitimationis dicitur, qnòd mandauit ipſum & ipſa inſtrumenta appenſione & munitione ſui ſigilli roborari, unde ſi ita fuit factum, ex vi ſigilli appoſiti, cum ſigillum autbenticum ſit, ſcriptura faceret fidem, etiam dato qđ non ſit regiſtrabile, per id quod babeť in ca. 2. de fid. inſtru. faciat etiam quod no. Ioã. An. in c. inter dilectos. eo. ti. in 6. in verſ. publica manu. vbi tangit quando inſtrumentum eſt ſcriptum manu publica & habet etiã appenſum ſigillum, an valebit inſtrumenrum ſi perdatur ſigillũ. Et concludit ꝙ ſic, & eadem ratione uiꝛ ecõtra dicendum, ꝙ dato ſine præiudicio. quod ſcriptura publica manu notarij nõ faceret fidem ut pub. ꝑpter defectum regiſtrationis, tamen ratione ſigilli authentici facere debet, per ea quæ habentur in d. c. 2. de fid. inſtru. Ita ut ſuperius dictum eſt uidetur de Iure dicere. ideo ego Io. de Imo. I. V. doctor me propria manu ſubſcripſi & ſigillaui, ſaluo ſemper conſilio ſaniori. ¶ Diſputationem iudicio meo non recipit hic caſus. Attentis uerbis ſtatuti dicẽtis inſtr̃a debere inſinuari quæ cõ
6 tinent, ualorem, ſeu quantitatem, &c. Cum †enim res de qua agitur authoritate iuriſconſulti ſit inæſtimabilis, ut patet ex iuribus allegatis, certo certius eſt quod inſtrumentum ſuper ea confectum nõ poteſt dici cõtinere ualorem uel quantitatem à qninquaginta lib. ſupra, quia res inæſtimabilis nõ habet media determinata ad aliquam minimam, mediam, uel magnã, ſummam. l. plane. §. fi. ſuperius prudenter allegata. Er hoc ẽt uoluit Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infe. Et ideo cõcluſionem per alios factam ueram puto & firmo ego Io. Frãciſcus de Capitibus liſtæ de Padua I. V. doctor. & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillo meo muniri feci.

¶ Et ſi præcedens ſtaturũ uolens quod inſtr̃a continentia quantitatẽ ſeu ualorẽ a 50. lib. ſupra debeant regiſtrari, &c. clarum videtur ut domeſticis & clãdeſtinis fraudibus obuietur, ut in ſimili in donatione inſinuanda dicit tex. in l. data. C. de do. Tamen ſicut donationem, quæ rem inæſtimabilem cõtinet inſinuare, neceſſe non eſſet, vt eſt de incertis tex. in l. ſancimus. ver. ſicu. ſin autem in aurn. C. de do. Ita quoque in caſu noſtro dicendum eſt, vt ſi inſtrumentum ſiue priuilegiũ legitimationem continens rem inæſtimabilem contine te dicitur uigore dicti ſtatuti regiſtrari non debet. Sicut enim libertas, & per ꝯñs libertatis reſtitutio infinita eſſe dicitur per text. l. nnn eſt ſingulis. de re. iur. imò magis inæſtimabilis iudicatur per tex. l. libertas. eo. tit. Ita etiam reſtirutio natalibus legitimati inæſtimabilis iudicari debet. Sicut enim liberos natura fecit omnes, bella uero ſeruitutem adinuenerunt, ſic ẽt natura legitimas produxit ſoboles, at vero ad concupiſcentiã diuerſio illegitimos adinuenit, tanquam igitur ſimilibus quaſi natura paſſionibus ſeruitus, & illegitimatio inducta fuit, ſimilia profecto remedia producta fuere, vt duobus eodẽ mõ naturæ exceſſibus prouideat, vt vult tex. in auth. q. mo. na. effi. legi. §. multę. col. 7. Et iõ ẽt ſicut pro ſeruitute manumiſſionis remedium, vt libertas detur, adinuentum eſt. l. manumiſſionis. ff. de iuſti. & iur. Ita legitimatio ꝓdita, per quã priori libertati legitimi fierẽt & paternæ ſubſtãtiæ ſucceſſores, ut ẽ tex. in auth. qui mo. na. eff. ſui. in princ. coll. 7. plene igitur ex is conſtat inſtrumentum, ſeu priuilegium tale legitimationis beneficium continens, per quam natalibus reſtituitur, quid inæſtimabile continere Et licèt legitimatos paternæ ſubſtantiæ faciat ſucceſſores, tamẽ in uita patris quo tempore de eius hæreditate diſponere non licet. l. 2. § interdum. ver. cæterum. cum ſi. ff. de vulg. & pup. tale ius nullius æſtimationis eſſe dicitur, vt ſupra per primum conſulentem extitit expreſſum. Si igitur dictum legitimationis priuileginm dicta tãtum duo continet tanquam ſint inæſtimabilia uirtute dicti ſtatuti, ſimiliter dico & conſulo regiſtrari non debuiſſe. Egn Angelus Ioannis perguli de Peruſio minimus legum doctor, & nunc Paduæ ordinarie legens ad fidemque maiorem præſcriptorum propria manu me ſubſcripſi, meoque conſueto ſigillo muniri feci, ſaniori conſilio ſemper ſaluo.

¶ Ego Proſdocimus de Comitibus I. V. doctor. Viſo eo qđ ſupra conſultũ eſt per clariſſimũ doctorẽ Do. Raphaelem, dico id qđ ſupra per eũ concluſum eſt uerũ eſſe de iure, hoc enim indubitatũ eſt quod dictũ inſtr̃m legitimationis nnn ꝯtinet rem uel ualorẽ à 50. li. ſupra. Et ſic ſub ſtatuto non cõprehẽdit, per iura ſupra in conſilio bñ allegata, ceſſat ẽt in talibus inſtr̃is nõ cõtinentibus quid æſtimabile ratio ſtatuti, quæ debuit eſſe ut prouideretur contra clandeſtinos ꝯtractus. Nã in inſtrumentis ꝯtinentibus quid inæſtimabile illa rõ ceſſat. per id quod in ſimili habeť in l. ſancimus. C. de do. iuncta l. data. eo. ti. Item licèt largo ſumpto uocabulo priuilegiũ dicať inſtr̃m. Cũ quodlibet quod habeat inſtruere iudicẽ inſtr̃m dicať, qua ratione etiã teſtes appellatione inſtr̃orũ continenť. tñ proprie & ſtricte ſumendo differunt, ut patet ex his quæ babenť in c. inter dilectos. & c. cõtingit. de fide inſtr. & ex ordine Spe. de inſtr. edi. §. nunc autem uidendũ reſtat. ubi oſtẽſo qũo prius inſtr̃m impugnetur, ponit ſeparatim qũo priuilegiũ impugneť. Iſta aũt ſcriptura legitimationis ꝑprie eſt priuilegiũ. vt patet ex is quæ hñr in c. per venerabilem. qui filij ſint legi. Ergo ſtatutũ loquens de inſtr̃is nõ comprehẽdit priuilegiũ. Cũ ſtatuta debeant accipi in ſuo ſtricto & proprio ſignificato, Non ob. inſuper illa pars ſtatuti, & prædicta ſuperius deſcripta, &c. in qua excludi videnť aliqua inſtr̃a, ex quibus nullus certꝰ ualor, vel certa quantitas quæritur parti. Ergo in ſimilibus non exceptuatis confirmat regulam, quia dico quòd etſi ex dictis Inſtrumentis non quæratur certa qnantitas, vel valor parti. a 50. lib. ſupra, ſunt tamen dicta inſtrumenta confecta ſuper re habente certam quantitatem uel ualorem, ut inſtrumentum procurationis confectũ eſt ad litem quæ eſt certa quantitas, inſtr̃m tenutæ eſt cõfectũ de tenuta data in certa re q̃ certum ualorẽ habet, & ſic de alijs inſtrumentis exceptuatis. vñ q̃a poterat dubitari an dicta inſtr̃a, ita habeant regiſtrari, q̃a l3 nõ dareť parti quãtitatẽ vł ualorẽ à 50. lib.

50.lib.ſupra,erant tamen confecta ſuper re dictę quãtitatis,vel valoris.Et ideo fuit facta dicta exceptio. In caſu autem noſtro inſtrumentum quod eſt verius priuilegium,eſt confectum ſuper re non habente aliquam æſtimationem,vt ſuprà in conſilio dictum eſt,& ſic illa particula non obſt. Concludo ergo. dictum ſtatutũ non comprehendere hanc legitimationem,neq; ſcripturam de ea confectam, vt ſupra in conſilio concluſum eſt, & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillo conſueto muniri feci.

CONSILIVM XCVIII.

In Chriſti nomine àmen.

DVBIVM facit,quia Bar.in l.4.de damn. infec ff loquitur quando illud,quod ſtatutum mandat fieri ſuper inſtrumento cõtinẽte rem ineſtimabilem eſt æſtimationis infinitæ, puta ꝙ ſoluatur tantum pro libra de gabella,quia ignoratur quantum ſit ſoluendũ, nec poteſt declarari.Sed in caſu noſtro ſtatutum mandat ꝙ inſtrumenta regiſtrentur,quæ regiſtratio, ita põt fieri in inſtrumento legitimationis vel alterius rei ineſtimabilis, ſicut rei æſtimabilis, ergo videtur hoc inſtrumentum contineri in diſpoſitione ſtatuti. Nec videtur obſtare de inſtrumentis loquentibus in quantitate ſupra.50 lib.vel infra,ut nõ regiſtrentur neceſſario. Sed illa quæ continent ſupra, uel quod ſit æſtimatiõis infinitæ,quia tunc non poteſt dici ꝙ contineat infrã li. 50.bene debeãt regiſtrari.& ſic licet a ſtatuti ſit conuertenda,ut licèt loquatur affirmatiue quod illa regiſtrentur quæ continent quantitatem ſupra quinquaginta, 2
tamen vt euitetur abſurditas perinde ſit ac ſi loqueret negatiue ſ. quòd illa quæ continent infra non regiſtrẽtur,cætera vero ſic.prout in fi.dicit glo.poſſe hoc fieri. ff.de legi.l.cum lex.& l.cognitio §.vt bonorũ ff.de off. eius cui man. eſt iuriſdictio. ſed ſi loqueretur negatiue modo quo dixi, certum eſt iſtud inſtrumentum comprehendi,quia non continet infra quinquaginta,& ſic comprehendi debet ſub generali affirmatione de omnibus alijs. Et ſic intelligendo ſtatutum eſſet amabilius quàm intelligendo affirmatiue vt iacet,quia non eſt dare rationem quare inſtrumẽtum continens lib.50.debeat regiſtrari,& inſtrumẽtum legitimationis quæ eſt multo maioris importantiæ non.& eciã exceptio tũc poſita in fine de inſtrumentis ſyndicatuum & procurationum,quæ dicuntur continere rem ineſtimabilem, erit & cenſebitur apto modo appoſita, cum exceptio debeat eẽ. de regula. i de terminis regulæ ad hoc vt ſit apta,juxta no.in l.j.ff.de re.iur.quod non eſſet ſi regula eſſet de inſtrumentis continentibus certam quãtitatẽ, & exceptio de continẽtibus aliquid ineſtimabile. Sed breuiter,cum ſtatutum iſtud tẽdat ad annullationem inſtrumentorum quod eſt odioſum,nec ſit conforme iuri communi,quod talem regiſtrationem non requirit,tutius eſt uerbis ipſius deſeruire, ſ. ut intelligatur ſicut iacet.ff.de exerci.l.j.§.ſi is qui nauem.& l. pſpexit. ff.qui & a qui.poſtquam aliter de intentione ſtatuẽtiũ ex uerbis nõ apparet.l.non aliter.de le.3.l.ſi alij.de uſufru.le.ſecus ſi rationem aliquam aſſignaſſet, quia tunc extenderetur ſtatutum ad oẽm caſum in quo vrgeret eadem ratio.ff.de rei ven.l.emptor.§.ſi.ibi, & ea ratione reddita &c.de vſur.iu fidei.§.cum polliditus. ibi,ſi qne non ſibi mater,&c.& quod not.in ſimili. C.de iis qui ante aper.tab.l.vna.per Cy.& Bar.in l.libellorum, de uerb.ſign.dicendum eſt ergo ꝙ cum diſponat de inſtrumẽtis continentibus quantitatem ſupra lib. 50.cũ non habeat in inſtrumentis quæ non poſſunt dici con
7 tinere quantitatẽ ſupra 50. lib.quia † vbi deficiunt uerba leg.vel ſtatuti,deficit ipſius legis vel ſtatuti diſpoſitio.l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accu. de aqua quot. & æſti.l.1.§.loquitur.de iure patro.l.adige.§ quamuis. de dona.inter uir.& uxor.l.cum hic ſtatus.§ ſi ſponſæ de teſt.mi.l.quod cõſtitutum.extra de bap.c.maiores. §.cæterum.uidendum eſt ergo an hoc inſtrumentum legitimationis & ſimilia continẽtia rem infinitæ æſtimationis dicantur cõtinere ſupra 50.lib.uidetur quòd ſic, quia quod pluris eſt utique tanti eſt. l.cum furti. ff de in litem iuran. Contrarium eſt verius, quia ſi diceretur cõtinere ſupra,vel ultra.50 lib.neceſſario contineret etiam.50. Nam ſi maritus legat centum ſupra vel ultra dotem,cenſetur etiam legare dotem.ff.de dote præle l Seia.& no.Bart.eo tit.l.cum ita.& eadem ratione diceretur continere mille, vel duo millia, quia quod infinitum eſt,ſupra omne quod eſt finitum dicitur.& ſic falſum diceret Bar.in l.4.§.toties de dam.infect.ꝙ non deberet ſolui gabella,quia imò deberet ſolui de illa quantitate quam gabellarij dicerent ſoluendam,quia quælibet quantitas ſub illa infinitate cõprehenderetur.ſed hoc eſt falſum,quia finiti ad infinitum nulla eſt comparatio,quia talia dicuntur nullam æſtimationem recipere,vt in iurib.in præcedenti conſilio allega.& ſic nullam quantitatem. Nam ſi aliquam diceret continere,diceretur quis ex eis eſſe locupletior, quod tamen non eſt.l.naturalis.in fi.& ibi no.ff.de pręſcrip. ver. & ſic debet inſtrumentum non comprehẽdi in dicto ſtatuto poſtquàm ſibi non conueniunt verba eius,ut in iuribus.ſupra allegatis. Nam & poſito ꝙ ſtatuentes aliud uoluiſſent,ſatis eſt,ꝙ non expreſſerũt. l.in ambiguo ff de re. du.l.cum ſi. Quod autem dicitur de exceptione dicendum eſt quod potius debemus ſupra dicere ipſam ineptam vel ſuperfluo fuiſſe appoſitam,quàm quòd amplies regulam præcedentem ad illa quæ ſub ea non comprehendebantur, quia natura eius eſt firmare regulam in non exceptuatis,& natura confirmationis eſt roborare diſpoſita & contenta in regula,non autem ipſam ampliare l. Aurelius.§. 1.ff. de lib.le.& no Bal.C.ſi aduerſus,libert.l.3.in fin.& quæ dicuntur de regula non obſtãnt,quia non ampliat regulam ſeu gratiam, ſed tollit obreptionem. ut not. in iij cle.i.de præbend. Et ideo Bald.in l.tam iis. ff. de leg. decidit quæſtionem.Si ſtatutum dicat,quod de qualibet percuſſione ſine ſanguine poſſit fieri pax diminuatur quarta pars cõdemnationis, excepta percuſſione quatreleti de ſanguine de qua non diminuatur, & quis fuerit percuſſus cum ligno cum ſanguine,non poterit fieri pax ad diminutionem pęnæ. licèt exceptum ſit de ſola percuſſione quatreleti, cum ſic innuit quod de alijs cum ſanguine poſſit,quia & regula præcedens quod poſſit,loquitur ſolum de percuſ.ſine ſanguine.ideò non ampliatur.l.generali.§.vxori ff.de uſufru.lega.uel quia contendat exceptio ad firmãdum contrarium, ſi ad vnam ſe reſtringat regulam non debet ipſam ampliare.l.cum tale.ad fi ff de condi.& demonſt.l. nec.in fin.ff de manu.te.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Paul.de Caſt.iuris vtriuſque doctor,& ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui.

ARGVMENTVM.

8 ¶ Legitimatio filiorum an poſſit fieri ſub conditione.ne ſuccedat patri ſi filios legitimos & naturales habuerit, & an in legitimatione requiratur citatio agnatorum quando fit patre viuente.

SVMMARIVM.

1 *Actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem.*
2 *Iura canonica permittunt actus legitimos ſub conditione fieri.*
3 *Ius ſuccedẽdi patri ab inteſtato quo iure dicatur filio competere.*
4 *Modus vel conditio alicui actui appoſita quando dicantur ipſum actum vitiare.*
5 *Legitimatio facta in vita patris nõ exigit citationẽ agnatorum.*

CONSILIVM XCIX.

SVPPOSITO tenore præcedẽtis legitimationis Et ſuppoſito quod dictus Nicolaus deceſſerit nullo condito teſtõ & ſine liberis legitimis & naturalibus, dubitatur de validitate dictæ legitimationis ex

 duobus,

duobus , primo propter infraſcriptam conditionē in
ipſa legitimatione,ſecundò propter non factam agna
1 torum citationem. ¶ Circa † primum articulū dubiū
facit,quia dicta legitimatio facta videtur ſub conditio
ne,& ſic videtur nulla,& actus legitimi non recipiunt
diem vel conditionem,vt in regula actus legitimi . lib.
6.Item illa conditio uidetur eſſe contra ſubſtantiam
actus qui gerit, quia de ſubſtantia filiationis videtur eſ
ſe ꝙ ſi filius eſt,debet ſuccedere patri ab inteſtato , er-
go dicta conditio videtur eſſe contra ſubſtantiam a-
ctus,vnde ipſum actū habet vitiare.in c.ſi de ꝯdit.app.
Iis non obſtantibus in cōtrariū eſt veritas,vnde aduer
tatur,ꝙ licèt dictum c.actus legitimi.de reg.iur.libr.6.
ita ſimpliciter loquatur ꝙ actus legitimi non recipiāt
diem vel conditionē , tñ debet diſtingui & intelligi ſe-
cundum l.actus legitimi.ff.de reg.iur.videlicet vt non
oīs actus legitimus vitietur per appoſitionē diei vel cō
ditionis.Sed tantum illi vitientur in quibus eſt hoc ex
preſſum in iure,quorum aliqui enumerantur in d.l. a-
ctus legitimi.ī tex.& gl.Alij vero legitimi actus in qui-
bus nō eſt hoc ſtatutum recipiunt diem & cōditionē.
Et hoc vult expreſſe Dy.in dicta regula, act⁹ legitimi,
& vult Barto.in d.l.actus legitimi.qui refert Goſ. ī ſuis
libellis idem uoluiſſe, & pro hac parte , quod dicta re-
gula actus legitimi,reſtringatur & intelligatur ſecūdū
formam dictæ legis actus legitimi.facit, quia promptū
eſt iura iuribus concordare. vt in ca. cum expediat.de
elec.lib.6.Item quia non eſt veriſimile Romanū Pon-
tificem uoluiſſe vno verbo ſubmittere totam diſpoſi-
tionem iurium permittentium actus legitimos poſſe
ſub conditione fieri. Nam habemus uenditionem ſub
conditione fieri.Inſti de contrahen empt.§ precium.
ff.pro emptore.l.2.§.fina.Item locatio , contractus ſo-
cietatis,hæredis inſtitutio ſub conditione fieri poſſunt
2 vt notum eſt . † Itē iura canonica permittunt actus le-
gitimos ſub conditione fieri,quia matrimonia. dona-
tio, vel alij contractus legitimi ſub conditione fiūt . vt
in cap.3.& 4.& in fi.de condi.appo. Non eſt ergo veri
ſimile Romanum Pōtificem per illam regulam actus
legitimi,vno uerbo uoluiſſe corrigere omnia iura ca-
nonica & ciuilia permittentia tales actus fieri. argum.
l.ſi quando.C.de inoffi.teſta.Intelligatur ergo dicta re-
gula tam in actibus legitimis in quibus hoc ſtatutū re-
peritur , quòd non recipiant diem vel conditionem .
Cum autem in legitimatione non inueniatur hoc ex-
preſſum,cum non enumeretur inter actus non recipiē
tes diem,vel conditionem ,habemus cōcludere quod
per appoſitionem conditionis non uitiatur . quinimo
Ioan.And.in addi.Spec.de ſucceſ.ab inte §.1.uerſ.Sed
ex facto quæritur.quem ſequitur Butrius in c.per vene
rabilem. qui fi .ſint le.in 6. charta commenti ſui in ver
ſicu.alius eſt effectus ſecundum quoſdam quod iſte le-
gitimatus ſuccedat in hæreditate paterna. &c. Tenet
legitimationem ſub cōditione fieri poſſe. Et refert ibi
Ioan.And.ſe vidiſſe bullam apoſtolicam ſuper quadā
legitimatione habentem talem clauſulam, quod ſi di-
ctum patrem legitimam ex vxore habere ſobolem cō-
tigerit,non ſuccedant eidem,ſed habeāt & poſſint de
bonis eius ab illo recipere portionem .& dicit quod p
talem clauſulam non prouidetur filio in cauſam inte-
ſtati extantibus legitimis , per quod dicit ꝙ filius legiti-
matus debet eſſe diligens ꝙ pater viuens ordinet , vel
in ſanitate teſtetur , vt ſic non poſſit decedere inteſta-
tus. & dicit quod bonum eſſet quod de ſtilo curiæ ali-
qua clauſula adderet, qua prouideret filio legitimato
ut aliquam partē bonorum haberet eo decedente cū
filijs naturalibus & legitimis ab inteſtato , per q̄ verba
expreſſe decidit,in legitimatione poſſe apponi clauſu-
ſulam quæ in præſenti legitimatione eſt opponenda ,
ſcilicet quod patre decedente ab inteſtato cum filijs le
gitimis & naturalibus legitimatus non ſuccedat , ſed
tamen alimenta condecentia habere debeat, inter vi-
uos autem,& ex teſtamento poſſit capere id quod ſibi
dabitur vel relinquetur.præterea adducitur etiam , q̄a
in præſenti legitimatione non videtur dici ꝙ ſit facta
ſub conditione,prima quia natura conditionis eſt ſu-
ſpendere actum qui geritur & eius validitatē in euen-
tum conditionis conferre,vt plene per do. Ant.de Bu.
& do.Car.Flo.in c.verum.de condi.apposi.& per Bar.
in l.qui hæredi §.fi.ff.de condit.& demon.ſed eſt facta
legitimatio ſub modo,cui⁹ natura eſt moderari diſpo
ſitionem factam,vt per Barto.in d.§ fi.in d.l.qui hære-
di.Sic enim eſt in propoſito,quia Comes qui legitima
uit expreſſit ,quòd legitimatus poſſet capere ex quali
bet vltima voluntate & quolibet cōtractu inter viuos
quicquid ſibi per dictum patrem ſuum datum donatū
limitatum quotcunque ti. eſſet, ab inteſtato uerò patri
ſuo decedēti cū filijs vl̄ filiabus legitimis & naturalib⁹
& ex legitimo matrimonio natis non ſuccederet , ſed
tantum alimenta condecentia petere poſſet. Non er-
go eſt facta hæc legitimatio ſub conditione ſuſpenſiua
actus,quia actum eſt quod legitimus non poteſt ſucce
dere, & ſic fruſtra dicatur per Comitem legitimātem ,
quòd legitimus non ſuccedat,ſed fuit facta dicta legiti
matio ſub modo,ſ quod quanquàm legitimus eſſet,nō
ſuccedat patri ab inteſtato ipſo decedentē cū filijs legi
timis & naturalibus. Et ſic in euentum illius modi ha-
bet modificare dictā legitimationē,ut eo caſu uenien-
te iſte iā legitimatus nō ſuccedat ab inteſtato. Et quod
ita debeat intelligi,probatur ēt per d §.ſi.in d l.qui hæ-
redi,quia iſtæ conditiones reſolutiuæ actus iā facti ne-
gatiue reſoluuntur in vim huiuſmodi , vt ibi hæredi.
Nec obſtat quod legitimans expreſſit ſe ſub hac cōdi-
tione legitimare,&c. quia illa uerba non recipiuntur
proprie,nec habent propriā ſignificationem uerborū
alterare, vnde remanet diſpoſitio in uim hmōi.l. Mæ-
uia.ff.de manumiſ.teſta.& l.2.in fi.de dona.& no. Bar.
in d.§.fi.uer.quid ſi teſtator.aut ergo dicta conditio, ſi
ue modus non potuit apponi,quaſi cenſeatur contra
ſubſtantiā actus qui geritur, & tunc uitiatur appoſitio
illa, & non uitiat actū,quia quandocunq; actui in eſſe ꝓ
ducto apponitur conditio reſolutiua actus , quæ ſit cō
tra ſubſtantiam actus,tanta eſt potētia actus iā produ-
cti quòd repellit illā conditionē appoſitā & hr̄ pro non
appoſita,& ſic nō uitiat actū.ut plene & eleganter ꝓſe-
quitur But.in c.ſi de condi.appo. præterea cōditio iſta
ſeu modus quod legitimatus non ſuccedat patri ab in
teſtato extantibus legitime natis non eſt cōtra ſubſtā-
tiam actus , quia de ſubſtantia filiationis nō eſt ꝙ filius
ſuccedat patri.quod probatur,quia tale ius per ſtatutū
tolli pōt et in totū ſm̄ eōem appoſitionē, vt plene per
Dy.in regula indultū.de reg.iur.li.6 per Cy.in l. ſanci-
mus.C.de nup.per Io.And.in addi.Spe.ſuper rubri.de
ſuccceſ.ab inte.per Bar.in l.Titio centum.§. Titio gene
ro.ff.de condi.& demon. & tamē ſublato tali iure ſuc
cedat,remanet filius,ergo non eſt de ſubſtantia filiatio
nis quòd ſuccedat,quia ſi eſſet de ſubſtātia filiationis ,
qualitas filiationis non poſſet ſtare ſine ſua ſubſtantia
niſi miraculosè.ut in c.cum Matthæ.de celeb. miſ. Ad
3 idem facit,† q̄a tale ius ſuccedendi pacto & iuramēto ī
totū tolli pōt.ut in c.quamuis.de pac.lib 6.ergo nō eſt
de ſubſtantia filiationis, quia tunc pactū non ualeret.l.
cum precario.ff.de precario , ēt ſi iurm̄ accederet. per
no.in c.ſi diligenti.de for.comp Talis aūt poteſtas ſuc
cedendi patri ab inteſtato eſt quoddā ius datū filio de
iure ciuili.ut l.lege.12.ta.C.de leg hære.& in Auth.de
trien.& ſemiſ §.1.& de hære.& fal.§.1.Et ſi q̄ iura repe-
riant̄ dicentia tale ius eē de iure naturæ , debēt intelli
gi & exponi.l. de iure ciuili perſuadēte in eo ꝯſtituēdo
coniunctionē naturæ,vt no.Bar.in d.l.lege 12.ta. & ple
4 niſſimè Dy.in dicta regula indultū,ſed † qn̄ conditio rē
dit nō ꝯtra ſubſtantiā originariā actus , ſed contra ali-
quid quod eſt de iure conſequutiuum ad actum , ut eſt.
in propoſito,tunc talis appoſitio non uitiat actum , ut
no. But.in præalleg gloſſ.capitul.final.de condit.appo.
& ponit exemplum in pacto appoſito in traditione
rei facto eccleſiæ,vel in cōſecratione eccleſiæ.quæ nō
ſit in poteſtate epiſcopi,nam ex hoc non vitiatur act⁹.

10,q j.

ro q.1 c.2. & tamen de iure omnes eccleſiæ cum dote ſua ſunt ſub protectione & iuriſdictione epiſcopi. 17 q. 7. c. oēs baſilicæ. Item ſecundum oppoſitionem aliorū qui tenuerunt ius ſuccedendi in totum non poſſe filio tolli, quam oppoſitionem tenuit Rizar. Mal. vt refert Dy. in d. l. ſancimus. C. de nup. adhuc ſtarent præmiſſa. Nam mouentur iſto fundamento, quia legitima ſuccedit loco alimentorum, quæ alimenta ſunt debita de iure naturæ, & ſic in totum tolli non poſſunt, cum ergo in præſenti legitimatione reſeruata ſint alimenta, patet quòd iſta conditio, vel modus appoſitus non eſt contra id quod ineſt filio de iure naturæ, Sed contra id quod à iure communi ſibi datur, ergo appoſitio talis conditionis vel modi non vitiat actum ut ſupradictum eſt, quibus omnibus concluditur dictam legitimationem valere, non obſtan. dictæ conditionis appoſitione tum quia nō eſt propriè conditio ſuſpenſiua validitatis actus, tum quia apponitur actui iam producto & perfecto, tum quia non eſt contra ſubſtantiam originariā filiationis, Sed cōtra aliquod à iure ciuili ſibi additum, tum quia legitimatio non reperitur connumerata inter actus qui non recipiunt conditionem, ut ſupra ſingulariter & diſtinctè, de quibus dictum eſt. Ad præmiſſam etiam concluſionem bene facit quod in ſimili no. Ioan. And. in quæſtione poſita ſuper dicta regula actus legitimi. vbi format quæſtionem, quid ſi Papa diſpenſat cum monacho vt poſſit cōtrahere matrimonium duraturum quouſque filios maſculos habuerit, reſoluendo & annullando in euentum filiorum, an vitietur diſpenſatio & matrimonium contractum propter appoſitionem talis conditionis reſolutiuæ, & inter cætera vtitur tali motiuo, quòd nō vitietur à prin. ſcilicet, quia ſufficit quòd talis conditio poſſit nō euenire. alleg. l. ſufficit. ff. de condi. inde. & l. cum res. in ſi. de leg. 1. & in hanc partem ibi Ioan. An. inclinare videtur. cum ergo in caſu propoſito pater huius legitimati deceſſit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, vt in caſu præſupponitur. & ſic conditio in legitimatione appoſita non euenit, dicendum eſt per ſimile fortius quam in caſu Ioan. And. appoſitionem dictæ cōditionis reſolutiuæ quæ potuit deficere & defecit, non

5 habuiſſe vitiare legitimationem. ¶ Circa † ſecundum articulum non inſiſtendo, quia quæſtio iſta eſt multū trita, dico communem opin. eſſe quod legitimatio facta in vita patris non exigit citationem agnatorū. hoc tenet Ioan. And. & Moder. in c. per venerabilem. qui filij ſint legiti. Bartol. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Bald. in l. nam ita diuus ff. de adopt. Et eſt communis ſententia docto. pro hoc facit ratio, quia in aliquo actu gerendo non requiritur citatio eorum qui præſentes non poſſent actum impedire geri. vt no. in c. inter quatuor. de ma. & obed. Sed agnati ſi præſentes eſſent non poſſint impedire ne legitimatio fieret, cum dependeat à uoluntate Comitis, qui legitimat & eius qui legitimatur, & patris petentis legitimari. vt in auth. qui. mo. na. effi. ſu. §. ſi quis ergo filios. verſ. ergo. in legitimatione ergo citatio agnatorum non eſt neceſſaria. Concluditur ergo dictam legitimationem non obſtante citatione dictorum agnatorum valuiſſe. Laus Deo, &c.

¶ Vt ſupra ſcriptum eſt, dico & cōſulo ego Raphael de Raymundis, & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui.

¶ Ego Paul. de Caſt. V. I. doctor dico legitimationē prędictam non vitiari ex dicta clauſula, quod legitimatus non poſſit ſuccedere niſi ex teſtamento, cum fuerit appoſita poſt legitimationem pure & ſimpliciter factam, etiam ſi eſſet contraria naturę legitimationis, ſed potius ipſa clauſula vitiaretur, ſi ſimul cum clauſula ſtare non poſſet, per gl. in l. per ſeruum. §. fi. ff. de vſu & ha. & in auth. ingreſſi. de ſac. ſan. ecc. C. vbi eſt caſus de illo qui monaſterium ingreditur cum pacto quod poſſit retinere proprium, &c. nam legitimatio eſt reintegratio ſtatus vniuerſalis non ſolum quo ad potentiā ſuccedendi, ſed etiam quo ad honorem & dignitatē & plura alia, vnde ſatis eſſet abſurdum quod vitiaret ex toto ratione dicti pacti concernentis vnum tātum articulum, ſed potior ratio ſuadet, q pactum ſuper particulari articulo vitiet, & vniuerſalitas legitimationis illud abſorberet & extingueret. arg. ff. hæredit. inſti. l. ſi quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo. & l. cū precario. ff. de preca. & ſi dicatur non poteſt eſſe pro parte legitimatus, & pro parte non. vt no. glo. in c. cum inhibitio. de clan. deſpon. ſic nec pro parte liber nec pro parte ſeruus. l. ſi pariter. ff. de lib. cauſa. in fi. reſpondetur quod ſi vitiabitur clauſula prædicta non erit hoc modo in totum legitimus Sed ſi dicamus ipſam non vitiari, dicam q potius iſta erit diſpenſatio quàm legitimatio, quæ diſpenſatio fieri poteſt quo ad quædam. vt no. in l. ſed ſi hac. §. patronum ff. de in ius voc. l. 2. C. de iure annu. aureo. quia verba debēt intelligi ſecundū ſubiectam materiā. l. ſi vno. ff. loca. l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſed ſi. ff. de ſurti. Et ſi dicatur, iſte Comes habuit poteſtatē legitimandi & non diſpenſandi. reſpondetur quod habuit & habet poteſtatem legitimandi iure ordinario, vnde cum in eius iure, & in perſona ſua eradicato poſſit actum ſuum reſtringere & limitare. arg. l. videamus. §. pe. & l. in actionibus. ff. de in litem. iur. quia cum poſſit, quod eſt plus, poſſe debet etiam quod eſt minus. ar. extra. qui fil. ſint legit. c. per venerabilē poſt prin. Super ſecundo clarum eſt id quod ſupra conſultum eſt, ideo ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Paul. de Caſt. iuris vtriuſque doctor, & me ſubſcripſi, &c.

ARGVMENTVM.

¶ Prælatus an poſſit mutare, uel alterare naturā feudi deuoluti ad eccleſiā. & an fœminæ admittant ad feudum, & ſi vaſallus decedat pendentibus fructibus, an ſpectent ad eccleſiam, an vero ad hæredem vaſalli. & an idem ſit de penſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Prælato licet feudum finitum & ad ſe deuolutum iterato alteri concedere, nec dicetur noua infeudatio.*

2 *Prælatus a iure prohibetur de nouo infeudare, & permiſſio de nouanda inueſtitura intelligenda eſt cum ſuis qualitatibus.*

3 *Inueſtitura feudalis in qua fœminæ maſculis extantibus excluduntur nihilominus ipſas fœminas intelligunt admittere nullis exiſtentibus.*

4 *Dictio, vſque, quando dicatur incluſiua vel excluſiua.*

CONSILIVM C.

QVAEDAM poſſeſſio ſolita erat dari in feudum per Abbates ſancti Zenonis, & in inueſtituris antiquis cōtinetur quod maſculi tantum ſuccedant in dicto feudo, demum inueſtitur Titius per quendam Abbatem de dicta poſſeſſione pro ſe, & ſuis hæredibus vtriuſq; ſexus, ita quod deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant. Quæritur nunquid dictus Abbas potuerit hoc facere, & naturam feudi mutare. Deinde contigit quod dictus Titius deceſſit qui reliquit vnum filium pupillū, & duas nuptas filias, inueſtitur dictus filius ſolus nō habita mētione de ſororibus, & poſt inueſtiturā deceſſit, finitū eſt feudū eccleſiæ deuolutū, & ſorores intelligūtur excluſæ, pp talē inueſtiturā, & quia nō petierūt ſe inueſtiri intra tēpus debitū. Et poſito qđ feudū ſit eccleſiæ deuolutū, contingit q dictus vaſallus locauerat poſſeſſionē feudalē pro certo fictu quē promiſerat conductor ſoluere in feſto S. Mariæ menſis Auguſti. ſed ante terminum ſoluendi deceſſit, quæritur an teneatur ad fictus prædictos, an dño feudi, an hæredibus vaſalli, & cætera.

1 ¶ † Ad primū quæſitū quo ad partē affirmatiuā prima facie facit, qđ cū liceat prælato feudū finitū, & ad ſe deuolutū iterato, alteri concedere, nec dicatur de nouo infeudare, licet nouū ſit quo ad perſonā vaſalli, cū nō ſit nouum quo ad rē feudalē, extra. de feu. c. 2. de re. ec. nō alie. c. vt ſup. de do. c. pro tuas. cū ſi. multo magis debuit licuiſſe feudū

durans adhuc in fœminas & perſonas in prima inue-
ſtitura non comprehenſas prorogare, talis enim pro-
rogatio nullo modo feudum nouum, nec nouam in-
ueſtituram conſtituit, argum de preca. l. ſed ſi manen-
te. de arbi. l. ſi cũ dies. in princi & lege Labeo. Nam &
poteſt prorogari. de iudi. l. 2. §. ſed ſi & iudex. Qui enim
poteſt dare, fortius reformare. de pac. lege ſi vnus §: pa
ctus. de in litem iuran. l. videamus §. pe. verius tamẽ di-
cendum eſt non potuiſſe inueſtituræ addi quod etiam
fœminæ ſuccedant, cum hoc naturæ feudi non cõue-
niat, ſecundum ea quæ habentur, qui feu. dare poſ. cap.
hoc autem. & ibi ratio. not. de ſucceſ. feu. §. filia, cum ſi.
2 Nam † cum à iure prohibeatur prælatus de nouo in-
feudare, & concedatur antiqua feuda obſeruare, ac a-
perta concedere, huiuſmodi permiſſio intelligenda
eſt cum qualitatibus ſuis. ar. de acqui. re. do. lege tradi-
tio. verſi. quot. & hoc optimè videtur probari. ff. de re.
eorum. lege ſi pupillorum. §. fi. vbi cum tutori cõceda
tur vel permittatur obligare rem pupilli vt ſoluat cre-
ditori cui prius oblatũ erat, intelligit cũ eiſdẽ qualitati
bus, nõ aũt grauioribus, in vſur. vel ꝯuentionibus. & ibi
Baldus vr̃ hanc quæſtionem determinare, dicens ꝙ ſi
rẽ conſuetã cõcedi, iure feudi vel emphyteuſis in ter-
tiã gñationem concedat eccleſia in perpetuum, nõ va-
let vltra ſolitum. Et idem Bal. C. de ſacr. ſanc. eccle. au-
then. quibuſcunque vbi vide. de leg. Corra. §. profecto.
& qui feu. da. poſ. in princ. hoc etiã ſatis euidenter per
pẽditur ex ratione prohibitionis noui feudi & permiſ-
ſæ conceſſionis antiqui, læditur enim in hoc caſu ec-
cleſia. In alio non, quia læſio hic contigit ſi vltra natu
ram ſuam extẽdatur, & præcipue in perſonas in quas
non cadit ſeruitium, vt not. in d. §. hoc autem. & licèt i
habente poteſtatem prorogandi poſſit dici eſſe idem
feudum, vt in iuribus in contrarium allegatis, tamen.
licèt poteſtas prorogandi poſſet dici eſſe idem, nõ eſt
intelligenda in prçlato cuius eſt limitata poteſtas reno
uandi, tum propter ſexus immobilitatem, tum etiam
quia facilius conceditur reuocatio quàm prorogatio,
per quam poſſet fieri quòd feudum ad eccleſiam tar-
dius recurreret. vt patet ex locatione quæ ad modicũ
tempus permittitur & lapſo tẽpore renouatur, & ta-
men non poſſet a prin. in longum tempus concedi vel
3 prorogari, ideo &c. ¶ † Ad ſecundum breuiter reſpon
detur, ꝙ ſi dicta inueſtitura tenuiſſet, tamen propter fi
lios maſculos fœminæ fuiſſent excluſæ. intelligitur. n.
ꝙ fœminæ ſuccedant vbi maſculi nunquàm ſuperfue-
runt, vbi autem maſculus ſemel extiterit, etiam eo de
ficiente fœminæ non vocãtur. 10. coll. epiſcopum vel
abbate. §. qui etiam. de ſuc. feu. § filia. hoc videtur con
tra tex. de eo qui ſibi & hæredi ſuis. in prin. & ibi Bald.
in fi. ad tertu. l. fina. Bald. C. de inoffi. teſt. auth. noviſſi-
ma. & de libe. & poſthu. l. ſi quis poſthumos. §. filiũ. &
quia ſuperuacua eſſent illa verba, ita oportet cõcludi.
l. ſi quando. de leg. 1. & facit ad Tertu. l. Lucius. §. quæ
habebat. Bal. de pac. Conſtan. §. quotiens. hoc tamẽ in
telligunt Iac. de Bel. & Bal. in d. §. qui etiam. in feu ſim-
plici & recto, vbi autem eſſet feudum cõceſſum ob al
terum ſeruitium explicabile per fœminam, per ſe vel
per alium, admitteretur ſimul fœmina cum maſculo,
ſed quia iam dictum eſt additionem factam in inueſti
tura de fœminis non tenere, ſuperuacuum eſt de hoc
vlterius diſputare. ſed vide Bal. C. de ope. libe. l. liberti.
in fi. verſic. item no. ſi inſtrumentum. vbi vult & ſentit
quod ſi ob meritum vel ſeruitium vaſalli factum ſit,
valet. tex. eſt, quemadmodum feudum amittatur. in fi.
præterea facit ſi quid in fraudem patroni. l. vnius. §. li-
bertus, & Iac. de Bel. qui feu da. poſ. in 9 q. idem ſi eſſet
de fœmina additum per plures abbates, & inde fluxiſ-
ſent ab initio huiuſmodi additionis anni 40. ex quibus
inducitur conſuetudo C de ſacroſan. eccle. auth. quas
actiones. vbi volunt Iaco. de Bel. qui feudum dare poſ-
ſunt. in 1. q. ſi tamen inducitur tanto tempore conſue
tudo infeudandi, ſecundum eum, ergo & ita in feudo
aperto, argumen. de legibus. l. de quibus. & d. §. pactus,

& d. l. videamus. item ad id quod dixi, quando datur
feudũ pro cenſu vel ſeruitio, vide Bal. de pac. Conſtan.
§. libellarie. circa fin. & hæc de ſecundo. &c. ¶ Ad vlti-
mum quæſitum reſpondet tex. 10. colla. hic finitur lex
deinde incipiunt conſuetudines regni. §. is conſequen-
ter. & ad diſtinctionem iſtius tex. & gloſ. in l. defuncta,
de vſufru & doct. ibi. & in l. diuortio. ſol. mat. ſe remit-
tunt. cuius tex. concluſio eſt, quòd uaſallo ante Martiũ
mortuo fruct. ſpec. ad dominum, eo mortuo poſt Kal.
Martij vſque ad Auguſtum ſpectant ad hæredes vaſal-
li. & quod ibi dicitur de fructibus, idem dicunt Iac. de
Bel. & Bald. de penſione, ſed ratio legis defuncta. eſt cõ
tra, tamen æquum eſt, quia poſſet colonus, percepiſ-
ſe fructus vt dominus habeat penſionem. per l. final.
de iure fiſci. ſed dubium occurrit, quomodo intelliga
tur illud quod dicitur ibi vſque ad Auguſtum, incluſi-
ue, vel excluſiuè, & eo modo poſt Auguſtũ, utrum in-
telligatur finitum uel completum. & ſecundum ea
quæ traduntur per Barto. de lega. 3. l. patronus. §. Sem
4 pronio. dictio vſque † debet ſtare incluſiuè cum reſpi-
ciat tempus, & illa verba poſt Auguſtum, debent intel
ligi completum, tum propter dictionem, uſque, inclu-
ſiuam ad quam venit aduerſatiue, tam etiam de natu
ra horum uerborum, & ante & poſt, quæ intelligũtur
poſt tempus finitum, de uerbor. obligat. l. qui ante. &
in l. cum qui. §. qui ante. & in l. ſtipulationes non diui-
duntur. §. 1. & plene per Barto. ſi certum pet. l. 2. uerſic.
ſed cum autem nuper. In contrarium autem facit,
quia cum in illo §. is conſequenter. primo dixiſſet ſi
ante Martium, poſtea declarando ſubdit ſi uero poſt
Kalendas Martij, & ſic declarat illa uerba poſt Mar-
tium, ideſt ante Kalen. deberet intelligi, & conſequen
ter ita intelligetur quod ſequitur vſque ad Auguſtum
& poſt Auguſtum, ſcilicet ut ante Kalend. & poſt Ka-
lend. quia ex præcedentibus ſequentia declarantur. de
teſta. l. hæredes. §. primo. de leg. primo. l. ſi ſeruus plu-
rium. §. final. cum ſimi. Et ita videtur ibi Bald. intelli-
gere cum dicit, & intelligo quòd omnes fructus qui
percipiuntur vſque ad Kalend. Auguſti. uel qui perci-
pi dicuntur etiam ſi percipi non poſſint caſu aliquo ſi
ſint in agris pertineant ad uaſallum, is exceptis, reliqui
mortuo uaſallo ſine hærede pertinent ad dominum,
& idem Bald. in titul. an agnati uel filij. uerſicul. extra
nora. cum dicit, ſed diſtinguntur Kalendæ a Kalend. &
& in penulti. quæſt. ubi poſuit, quid ſi vaſallus decedat
poſt Kalend. Auguſti. & remittit ad d. capitu. domino
guerram. §. ſi uaſallus uerſicul. his conſequenter. cum
ergo hic vaſallus poſt kalend. Auguſti deceſſerit, ad
dominum dicta penſio, quæ poſt Kalend. Auguſti ſol-
uenda fuerat & ſic poſt Kalend. percipi debet, ſecun-
dum præfatos docto. ad dominum ſpectabit. uide ta-
men gloſſ. in c ſi propter. ſuper uerſ. primi anni. de re-
ſcrip. lib. 6.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
de Cumis iuris utriuſque doctor.

A R G V M E N T V M.

¶ Priuilegium quod hoſpitale non teneatur ad ali-
quod ſubſidium, uel aliquod onus conſuetum imponi
per epiſcopum uel ordinarium, an extendatur ad ec-
cleſias parochiales hoſpitali ſpectantes, & quomodo
debeat interpretari dictum priuilegium.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ parochiales & capellæ, de iure communi ſubſunt epiſco-
pis, & ordinarijs.*
2 *Priuilegia ius ordinariorum lædentia, ſtrictè ſunt interpre-
tanda.*
3 *Verba dubia & obſcura alicuius priuilegij declarantur per præ-
cedentia vel ſequentia.*

CON-

CONSILIVM CI.

VISO tenore literarum Apoſtolicarum
olim domini Gregorij datarum .6. idus
Aprilis. anno primo pōtificatus ſui. in qui
bus continetur priuilegium domini Inno
centij Papæ VII. conceſſum domino Ni-
colao de Vrſinis priori prioratus ſancti. Ioannis Hye-
roſolimitani Venetijs. In dubium vertitur an prædict⁹
D. Nicolaus & magiſter hoſpitalis, & eius ſucceſſores
non obſtante hmōi priuilegio & exēptione, pro eccle
ſijs parochialibus quas hēt ī diœceſi Paduana vel alijs
ſpectantibus ad dictum prioratum teneatur ad colle-
ctas, procurationes, & ſubſidia. quæ authoritate ordi-
naria per epiſcopos & aliarum eccleſiarum prælatos
1 imponuntur, vel non. Pro † parte affirmatiua facit, q̄a
de iure communi eccleſiæ parochiales & capellæ ſub-
ſūt epiſcopis & ordinarijs. i. iuriſdictioni Dyœceſani,
vbi comprehenduntur huiuſmodi procurationes col
lectę & ſubſidia. 16. q. 2. c. ſi quis epiſcoporū. & q. 7. oīs
baſilica. 17. q. 2. c. monaſteria. extra de off. ordi. c. ꝯque-
rēte. 16. q. 2. c. ſane. extra. de priui. c. cum & plantare. §.
in eccleſijs. & plene legitur & no. extra de offi. ordi. di
lectus filius. & de verb. ſign. c. 1. lib 6. cum ibi no. vbi de
huiuſmodi fratribus Hyeroſolimitanis proprie loqui-
tur. & in d. c. cum & plantare. de priuile. nec huic vide
tur obſtare priuilegium memoratum. Nam dictū pri
uilegium conceditur D. Nicolao priori & fratribus
magiſtro hoſpitalis & ſucceſſoribus eorum qui erunt
pro tempore, non autem conceditur priuilegium par
rochalibus eccleſijs ſubiectis, merito ad eas non debet
extendi. extra de priuile. c. recepimus. & Inn. ibi. & no.
in c. dilectus. de of. ordi. Ad hoc facit, quod talia priui-
2 legia † quæ lædunt ius ordinariorum ſtricte interpre-
tanda ſunt. de vſu pal. c. ex tuarum. & quātum fieri po-
teſt ad iuris conſonantiam reducenda. ff. de vul. & pu.
lege ex facto, & per Inn. de dona. c. cum dilectus. & de
priuilegijs. c. dudum. ¶ His tamen nō obſtantibus ad-
uerſam ſententiā exiſtimo veriorem, nam in memora
to priuilegio Innocētij habetur quod multi ſummi pō
tifices priores & fratres hoſpitalis, membra, domos, et
loca, miniſtros & perſonas à præſtatione procuratio-
num collectarum & ſubſidiorum voluerunt eſſe libe
ros, & vt in eo continetur, volens imitari veſtigia ſan-
ctorum patrum ad huiuſmodi indultum ꝓceſſit, &c.
Ex quo etiam probatur priuilegium aliorum ſummo
rum pontificum cum ſuper huiuſmodi narratiua Pa-
pa ſe fundat. de priuil. c. ſi Papa. li. 6. Et dato ꝙ nō ꝓba
ret, ſatis apparet quod huiuſmodi priuilegiū Innocen-
tij eſt latè intelligendum & declarandum, ſecundum
formam petitionis & ſupplicationis ad quam ſe refert
de qua fit mentio dictorum priuilegiorum in authē.
de filijs ante do. inſtr. na. ibi, cum manifeſtum ſit opor
tere, & c. coll. 3. C. de diuer. reſcript. l. 1. Cum ergo, vt in
ſupplicatione narratur, exemptum eſſet hoſpitale mē
bra, domus. & loca, & huiuſmodi eccleſię parochiales
& capellæ membra ſunt ipſius hoſpitalis. de priuile. c.
ex ore. ut lite pen. c. fi. 12. diſ. c. nō decet. cum ſi. multis
manifeſtum eſt & huiuſmodi eccleſias parochiales &
capellas exemptas fore, quo quidem manifeſtius appa
ret, quoniam tam in ſupplicatione fit mentio de ſen-
tentijs interdicti in eccleſias & capellas, & in priorem
domorum, quàm etiam in ipſo priuilegio Innocentij,
vbi irritat ſentīas ferendas in ipſos priores, præcepto-
res, & rectores, & perſonas, aut hoſpitale ſeu membra
domos ſiue eccleſias ſiue capellas. per quæ verba ma-
nifeſte apparet mēbra eccleſias & capellas ī huiuſmo-
di priuilegio & exemptione contineri, ubi cū hæc om-
nia extinguant ſententias, quæ ceſſante exēptione iu-
ridice ferentur, accedat quod cum in aliqua parte pri-
uilegij fit mentio de membris & capel. dato quod ali-
ter non intelligeretur de ijs cogitatum, debent com-
prehendi. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. in princi. & quod
3 ibi not. & ex † præcedentibus & ſequentibus verba
generalia & obſcura declarantur. ff. de leg. 1. l. ſi ſer-
uus plurium. §. fi. de teſta. l. hæredes. §. pri. hac etiā indi-
cat verbum totaliter, poſitum ī huiuſmodi priuilegio,
non diceretur enim totaliter liberari, niſi & ſuæ mem
bra eccleſiæ liberarentur. ff. de orig. iur. lege prima. fa-
cit de re. du. lege ſi is qui ducent. §. vtrum, ad idem fa-
cit, quia tale priuilegium, ita exaudiendum eſt, vt ali-
quid operetur. extra de priui. c. in ijs. ff. de le. 1. l. ſi quan-
do. in prin. cum ſi. Satis autem iure communi conſtat
hoſpitale priorem & fratres quo ad huiuſmodi colle-
ctas ab epiſcopis & ordinarijs exempta, quēadmodū
& monaſteria, vt d. c. cum & plantare. de priui. & in c.
1. de verb. ſign. li. 6. 10. q. 1. c. 1. & ca. inter cætera. cum ſi.
multis. & no. in d. c. dilectus. de off. ordi. & in alijs locis
vbi ſupra mentio fit. ergo prout fit mētio de ipſis col-
lectis, & ſubſidijs & impoſitis ab ordinarijs, vt aliquid
operetur, debet intelligi in eccleſijs parochialibus, mē
bris, & capellis, prout de iure communi licebat, & per
hoc ſatis apparet reſponſio ad allegata in contrarium.
Nā in priuilegijs non eſt fiēda interpretatio calumnio-
ſa. vt d. c. in ijs. ſed forma ipſa ſeruanda eſt. eodem ti. c.
porro. de tranſa. c. inter corporalia. cum ſi. &c.
¶ Et ita dico & ꝯſulo ego Raphael de Raymundis iu-
ris vtriuſque minimus doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Donatio facta per tutorēm principis alicui ob be
nè merita an requirat decretum ſi fiat de re immobi-
¶ Secundo an ſi dicti fratres probauerint teſtamentum intra mẽſem, ipſi poſſint detrahere fideicom. eis debitum ex teſtõ paterno, cùm A. deceſſerit ſine filiis.

1 ¶ † Ad primũ cõſtat monaſteriũ in certis rebus. ſ. pro dimidia bonorum immobilium inſtitutum, quæ dimidia quotam uõ efficit, quæſtio ſtat in hoc, an B. & C. uniuerſaliter ſint inſtituti, & ſic ad eos ſpectet onus æris alieni & legatorum per l. quoties. C. de hær. inſtit. quod quidẽ prima facie uidetur, nam ſi inſtituti forẽt in bonis mobilibus actionibus & immobilibus, ſimi-
2 liter non dubitaretur eos ultra inſtitutos, quamuis nõ fieret mentio æris alieni. Sic n. cõtter poſt legata & inſtitutiones factas ex rebus & quantitatibus certis ſubiicitur inſtitutio in omnibus aliis bonis mobilibus, immobilibus iuribus, & actionibus, Nec dubitatur tales inſtitutos eſſe uniuerſales hæredes, quamuis alii ſint inſtituti in certis rebus, vel pecunia: non uidetur ergo referre, utrum prius inſtituiſſet monaſteriũ in dimidia bonorum immobilium, quæ inſtitutio proculdubio eſt ex rebus certis. de hære. inſti. l. ex facto ꝓponebat, & l. quoties §. ſi duo mobilibus cum ſeq. & ſeq. & poſtea fratres in oĩbus aliis an ĩmobilibus & actionibus, quo caſu ut præmiſſum eſt, ipſi fratres eſſent uniuerſales hæredes ſoli, an uero inſtituerit ſm formã propoſitam Nam etſi certæ res ab inſtitutione eximãtur, non impeditur vniuerſalis inſtitutio. de hę. inſti. l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit, nec uidetur obſtare, quòd non appareat ex quota ſint hæredes inſtituti. ut inquit tex. in l. ſi alterius. de hære. inſti. & l. quoties. quia apparet ex uniuerſo detractis certis rebus, quemadmodum dictum eſt ſi præcederet inſtitutio certarũ rerum. ſequeretur uniuerſalis inſtitutio in aliis bonis, nec ſaltem negari poteſt ex dimidia omni fratres inſtitutos, cum ſolam dimidiam immobilium exciperet. & hoc aperte uidetur uoluiſſe teſtator, cùm in defectum probationis caſſat inſtitutionẽ fratrum, & monaſteriũ inſtituit uniuerſales hæredes quoad omnia bona in inſtitutionibus factis de ipſis fratribus, & ſic apparet quod fratres uniuerſales hæredes eſſe uoluerat, quod & notãt uerba inſtitutionis fratrum, in uniuerſis bonis mobilibus &c. Mens præterea teſtantis uidetur ueriſimilis in hanc partem, ut potius de bonis mobilibus pecuniæ & creditorum uoluit ſatisfieri legatis & creditoribus, quàm immobilia diminui. argu. l. a diuo Pio. §. in uenditione. de re iudic. uerum tamen de iure probari uidetur diuerſa ſententia, ut fratres ex rebus certis inſtituti uideantur, cum mobilia, actiones, & partem immobilium dumtaxat eis reliquerit, & aliam partem immobilium monaſterio, & ſic non in uniuerſis bonis ſint inſtituti, nec quota appareat, ut d. l. ex facto. cũ ſi. ſupra alleg. & ſic erũt hæredes æqualiter, fratres aũt iure prælegati habebunt ſibi relicta, & eodẽ mõ monaſterium, onus uero æris alieni & legatorum ẽrit æquale. Ad quod optime facit de teſta. mi. l. ſi certarum, in prin. ubi ſi miles unũ ex prædiis vrbanis, alium ex ruſticis, tertium ex certis rebus inſtituit, hæredes ſunt æquales, & res capiunt iure prælegati, licèt Bart. ibi dixerit literam eſſe debere aliarum certarum rerũ uel cæterorum, ſubaudiendo certarũ tamen, puta mobilium, quæ litera certarum non habetur, & eſt contra legẽ. ſi miles ex fundo. eo. tit. unde non eſt recedendũ à litera communi & communiter approbata. Nõ obſtantia in contrarium allegata, quia in præſentiarũ non ſub nomine uniuerſitatis & reliquorum ſunt fratres inſtituti, nec apparet certa quota, quemadmodum in in legẽ. ex facto ubi unus ex uno patrimonio, alter ex alio inſtituitur, & uidetur abſurdum quod partim in quota ſint inſtituti fratres uidelicet in dimidia, & abinde ſupra in certis rebus contra legẽ. cum qui ędes, & in l. rerum mixtura, ff. de uſucap. Inſtitutio igitur bonorum mobilium & immobilium & nominum debitorum, cum ſit ſimpliciter uel ſub nomine reliquorum, trahitur ad uniuerſum, eodẽ modo ſi fieret pro dimidia uel alia quota. Cum autem ſit in totum reſpectu mobiliũ, in partẽ uero reſpectu immobilium, non poteſt dici uniuerſalis, ſiue omnia ſimul cõſideremus, quia quota non apparet ſiue mobilia & immobilia ſeparatum

patatum

partim. Non ob. de verſimili mente teſtantis. Item .n. dici poſſet in l. ex facto. & ſimilibus, ut plus voluiſſet grauare cui plus reliquit. ſed non præſumitur, cum iuris diſpoſitio non patiatur, Nec illa verba, per quæ in defectũ fratrum monaſteriũ veriſimiliter inſtituit, nõ repugnãt, quia tunc vere eſt monaſterium hæres vniuerſalis cum omnia bona ſit habiturũ, & verbum vniuerſis poſitum in inſtitutione fratrum reſpicit ſolum bona mobilia, unde non cadit vniuerſalis inſtõ &c.

¶ Ad ſecundum reſpondendo videtur prima fronte dicendum approbationem & abſolutionem B. & C. fideicõmiſſi remiſſionem inducere, cũ omnino teſtator voluit eos intra menſem ratificare & approbare in omnibus & per omnia teſtamentum ſuũ, neceſſario uoluit ſingula in eo relicta confirmari & applicari vt verba ſonant. iuxta ea quæ habentur de iure codi. l. 2. §. furioſus. de leg. 1. l. 1. Inſti. qui. mo. ius pa. poteſt. ſolu. §. pari ratione. facit de leg. 3. l. ſi chorus. & C. de præſcrip. 30. an. l. omnes. quatenus per fideicõmiſſum debitum eiſdem B. & C. in teſtamento diſpoſita impediebantur, neceſſario videntur renunciaſſe approbando ſingula in eo diſpoſita, qui. mo pig. vel hy. ſol. l. Titius. & l. ſi conſenſerit, & quod legitur plene de verb. ob l.
2 qui Romæ. §. fi. repugnat. n. † approbare & confirmare teſtamẽtum in ſingulis, & dicitur habere fideicommiſſum ita vt impediantur in teſtamento relicta, verbi gratia ſi res immobiles iure inſtitutionis pro parte relictas monaſterio abuocent iure fideicommiſſi. Ad hoc etiam facit, quia conſtituendo, ualidauit relicta etiam alia inefficacia. C. de teſti. l. non dubium. §. t. de fideicom. l. 2. in Auth. de hære. & fal. §. nõ autem dabimus. & C. ad l. fal. auth. ſed cum teſtator, alioquin illud grauamen teſtatoris de approbando teſtamẽtum. nihil operaretur contra l. ſi quoniam. de leg 1. ad mu. l. 1. in fi. cum ſi. cum & ipſe teſtator ius fideicommiſſi paterni non ignorauerit, nec obſtẽt no. in d l. qui Romæ §. fi. Cæterum non ob. iis verior videtur aduerſa ſententia. Cum enim uoluit ſæpe dictos & B. & C. ab omnibus liberare quæ vſque in tempus mortis dicti teſtatoris petere potuerãt, ſatis apparet de fideicõmiſſo poſt mortem debito non intellexiſſe. de leg 2. l. ſtatu liberum. §. Stichum. de poſtu. l. imperator. & ar. de iu. l. cũ prætor. nec. n. poteſt dici fideicommiſſum hoc in tempus mortis fuiſſe debitum ſed poſt mortem, cum tẽpus mortis ſit teſtatore viuente, ſed in extremis laborante. de manu. teſt. l. qui duos. ff. de condi. & demon. l. hæres meus cum morietur. §. 1. præcipue cum illud fideicommiſſum nõ putaret teſtator omnino ſtatim poſt mortem ſuam deberi, cũ inſtituiſſet filios naſcituros, quibus natis fideicommiſſum non fuerat debitum niſi poſt eorum mortem, hoc etiam euidenter ex eo apparet, quod teſtator generalem liberationem fieri voluit ea ratione atque colore, quaſi ipſe perfecte ſoluiſſet & bonam rationem reddidiſſet, eoq; modo non tam debitum remitti quam declarari debitũ non ſubſiſtere, ꝙ quidem conuenire non poteſt fideicommiſſo vniuerſali quod in eius vita debitum fuerat ſed poſt mortem & indefectum liberorum. Quinimmo etiam dubium eſt an in uita proprie reſtitui poſſit per l. ſed ſi ante, ad treb. & plene legitur C. de fideicom. l. poſt mortem. Nõ ob. qđ dicebatur de cõfirmatione & approbatione & ſimilibus, quoniam illa uerba generalia non debent intelligi vt ſupra debitum remittantur, vt patet ex ſequentibus, ſuperuacue enim addidiſſet de recognitione & confeſſione rationum & redditorum & aliorum ipſorum ſi voluiſſet ſibi debitum remitti, & ſpecialem veriſimiliter mentionem feciſſet de fideicommiſſo, quemadmodum & de tutela & ſimilibus. Nec rurſum approbatio & confirmatio teſtamenti hoc importat, cum & hæres adeundo hæreditatem teſtamentum approbet & confirmet quaſi cõtrahendo, ex qui. ca. in poſſ. ea. l. apud Iulianum. in fi. & de ac. & ob. l. ex maleficijs. §. hæres, & tamen per aditionem hęreditatis cum beneficio inuentarij, vt non perdat fideicommiſſum ſibi debitum. C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. & ad l. fal. l. in imponenda. intelligitur ꝙ approbent & confirment ſm quod importat natura teſtamenti arg. de vſur. l. ſi ſtipulatus. de verb. ob. l. inter ſtipulantem. in prin. & quod ſoluant vſque ad uires hęreditarias non deducta falcidia, ut in d authen. ſed cum teſtator. non vt fideicõmiſſum remittant. Non obſt. ꝙ conſentiendo inſtitutioni partiũ rerum immobilium & aliis relictis ad ſe ſpectantibꝰ videantur renunciare fideicommiſſo, quia teſtator nõ ſpecialiter certa immobilia reliquit monaſterio, ſed dimidiam bonorum ſuorum immobiliũ, unde intelligitur de bonis quæ apud eum remanere debebant & non ſubiacentibus reſtitutioni, ar. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. ſi rem. de vſufru. leg. l. Sticho. de leg. 1. quod in rerum. §. 1. & l. ſi domus §. fi. & l. ſm electionẽ. in fin. & C. de lega. l. vxor patrui. & quod in eis no. Et cum approbatio debeat intelligi ſm diſpoſitionem eius in cuius executionem ſit, de leg. 1. l. ſi legati. ſecundum d. l. ſi ſtipulatus. de vſur. cum ſi. quemadmodum ipſa diſpoſitio non importat remiſſionem fideicommiſſi ut dictum eſt, ita nec approbatio Non ob. ꝙ nihil hoc operaretur, quoniã operabitur vt uideatur remiſſa falcidia, ut d. auth. ſed cum teſtator, & dato qđ nihil operaretur, potius pręſumendus eſt ueriſimilis intellectus quàm ut verba ſint ſuperflua, nam uerba ſunt extendẽda vltra mentem diſponentis ut aliquid operentur, ut eſt tex. no de hære. inſti. l. Cornelius. facit pro ſocio. l. ſed & ſi adiiciatur. & C. de teſti. l. teſtamentum. de regu. iur. l. quæ dubitationis. cum ſi. multis.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymũdis.

ARGVMENTVM.

¶ Mulier ſecundo nubens an uideatur dare dotem ſecundo uiro quam primo dederat, & quis locus inſpiciatur in dote lucranda an mariti an mulieris, & qđ lucrari debeat maritus extantibus filiis ex primo matrimonio, & poſſidens bona dotalia ad quos fructus teneatur ſi conueniatur a marito.

SVMMARIVM.

1 *Statuta an poſſint caſum fictum comprehendere.*
2 *Statuta ſunt in cauſa dotis reſtituenda conſideranda.*
3 *Statutum de dote lucranda interpretationem recipit a iure communi.*
4 *Bona dotalia errore poſſidens qua actione teneatur, & ſi ad reſtitutionem condemnatus ſit an teneatur ad fructus erroris tempore perceptos.*

CONSILIVM CX.

DOMINA Ioanna de Mediolano oriunda poſt mortem primi mariti de quo habebat duos liberos nupſit domino Auguſtino locula de Papia nullo ꝯfecto inſtrumento dotis, etiam in Papia fuit conſumatum matrimonium, licèt dominus Auguſtinus tũc ſtaret cum domino Duce Mediolani & in Mediolano habitaret. deceſſit domina Ioanna inteſtata relictis filiis & domino Auguſtino qui parum poſt mortem dictæ dominæ Ioannæ reuerſus eſt ad ciuitatem Papiæ ad habitandum in qua ſolitus erat habitare & eſt oriundus. Quæritur an dominus Auguſtinus dotẽ traditam Primo viro debeat lucrari ſecundũ formã ſtatutorum Papiæ, an debeat attendi forma ſtatutorũ Mediolani. vnde domina Ioanna erat oriunda, & vbi fuit deſponſata, vbique ſubiacebant poſſeſſiones. ¶ Secundo, an filii prædicti ius aliquod ſuccedendi in dicta prima dote habeant de iure communi cum dicto domino Auguſtino. ¶ Tertio, poſito quod ipſi domino Auguſtino ipſa dos ſpectet in totum uel pro parte, an ipſe dominus Auguſtinus habere debeat fructus perceptos per ipſos filios in ipſis poſſeſſionibus & a quo tempore. ſ. mortis uel litis motæ.

¶ Ad

¶ Ad primum reſpondetur, quòd ſi domina Ioanna
erat minor tpe matrimonii contracti cum domino
Auguſtino & quo ab eo tradita ſuit, non potuit domi
nus Auguſtinus ex forma ſtatutorum lucrari dotem,
quæ nec expreſſe data ſuit, nec dari potuit ſine decre-
to. C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. de prædiis mi. l. præ
dia. & no. ff. de iure dotiũ. l. Titia. & cõſequẽter nec ta-
cite poteſt videri conſtituta. Si autem erat maior, tũc
dos data primo viro videtur repetita in ſecundo ma-
trimonio. de iure do. l. dotẽ quę. in princi. & l. diui. ſo.
ma. l. pe. §. vxor. facit quod no. Cy. C. de rei vxo. ac. au
then. ſed quamuis. in 3. quæſtione. Et cum iſta ſit præ
ſumptio, non fictio, dominus Auguſtinus ita lucrabi-
tur dotem hanc præſumptam, quemadmodum ſi ex-
1 preſſe ita dota eſſet ex forma ſtatutorum, † quamuis
ſtatuta caſum fictũ non comprehendãt, ſm ea quę ha
bentur de neg. geſt. l. 3. §. hæc verba. & ibi Bar. & idem
Bar. de iuſti. & iu. l. omnes populi. præſumptio. n. iuris
procedit ſecundum veritatẽ, ſm ea quæ hñr quod me
tus cauſa. l. fi. in prin. & C. de probat. l. ſiue poſſidetis.
vñ nõ refert vtrum dos ꝓbetur ꝑ inſtrm vel per teſtes,
vt per hanc iure præſumptionem, nec refert inter taci
tum & expreſſum. ff. ſi cer. pe. l. cum quid. nõ tamẽ lu-
crabitur dñs Auguſtinus totam dotem propter libe-
ros primi matrimonii, ſed pro rata, ut in ſecundo arti
culo dicetur. Et hæc quæ dicta ſunt, intelliguntur in do-
te data a maiore non minore, & lucrari pro rata pro-
pter filios primi matrimonii. determinat Bar. in quæ-
ſtione quę incipit. mulier habens magnũ patrimoniũ.
2 Ad id autẽ † quæ ſtatuta debeant attendi, reſpondetur
ſtatuta Papiæ vbi maritus domiciliũ habebat. ff. de iu-
di. l. exigere dotẽ. & ibi no. Nam etſi matrimoniũ a
mulieri contractum Mediolani ſit, ibique dos præſu-
matur data, quia tamen in domiciliũ viri traduci de-
bebat, non attenditur locus matrimonii & cõtractus
facti ab aduena. de iudi. l. hæres abſens. § 1. vbi forſan
proponitur dictũ dñm Auguſtinũ tunc temporis Me-
diolani habitare, ceſſat illa præſumptio per d. l. hæres
abſens. §. 1. ver. at ſi quis. doctores tamen dicunt cõiter
ſpeciale vt inſpiciatur domicilium viri, & ſic debent
inſpici ſtatuta Papiæ, non Mediolani, niſi forſan ratio-
ne officii videtur dominus Auguſtinus ſortitus forum
Mediolani per l. municipes. §. fi. ff. ad municipales. C.
de incolis. lib. 10. l. ciues. & ibi glo. quo caſu adhuc de-
beret attendi ſtatutum &c.

¶ Ad ſm ſatis reſponſum eſt eo caſu quo dos vr̃ da
ta dño Auguſtino non lucrari beneficio ſtatuti ultra
tertiam, ne amplius habeat quàm ſinguli filii pri-
mi matrimonii. C. de ſecũ. nup. l. hac edictali. & ibi no
3 tatur. Statutũ. n. de dote lucranda † recipit interpreta
tione a iure cõi, & quia mulier prohibetur plus in do
tẽ dare ſecundo viro quàm liberis ſingulis primi ma-
trimonii, quod intelligitur tẽpore mortis, ita vt lucre-
tur, ut no. in d. l. hac edictali. debuit ita dare vt nõ plus
lucraretur, & ſic intelligitur prohibita dare in effectu
vltra tertiam, ut plene per Bal. C. de inoffi. do. l. 1. qui
dicit ita fuiſſe terminatum, & ibi etiam per Barto. vbi
ſtatutum expreſſe loqui videtur etiam extantibus li-
beris primi matrimonii. Tamen hic occurrit dubita
tio, nunquid tertia quã dominus Auguſtinus lucratur,
ſit tertia totius. An vero liberi primi matrimonii pri-
mo deducũt legitimam, quæ eſt tertia per authen. no
uiſſima. C. de inoffic. teſta. & de reſiduis duabus tertiis
maritus habeat tertiã, & ita videtur. quam opinionẽ
videtur tenere glo. in auth. de nu. §. optime, & ſequun
tur communiter doc. citramon. vltramon. vero &
Cy. tenent maritum lucrari tertiam totius, & hoc te-
net dominus Bar. de Sa. & videtur tenere glo. C. de ſe
cun. nup. & auth. ibi poſita & hæc opinio videtur ve-
rior de iure, licèt prima ſit communior.
4 ¶ Ad tertium † reſpõdetur, quòd quia filii præſumũ-
tur potius bona fide & per errorem iuris quàm mala
poſſediſſe. de pe. hær. l. ſed ſi lege. §. ſcire. & ibi nota per
docto. potius. n. p̃ſumenda eſt culpa & error quàm do
lus. de probatio. l. quotiens. §. qui dolo. & notatur per
Iaco. Butri. C. de legi. lege ſcire. non tenẽtur ad fructus
conſumptos ſed extantes. niſi a tempore quo cęperint
eſſe malæfidei. Inſti. de re. di. §. ſi quis a non dño. ff. de
vſur. l. quia ſic. §. præterea. & plene legitur per glo. &
doc. ff. de rei ven. l. ex diuerſo. & C. eo. lege. certum. li-
cèt Bar. dicat teneri etiam ad conſumptos, quatenus
ſunt locupletiores, ſed communis opinio habet vt nul
lo modo teneantur niſi forſan in vniuerſalibus & in
pe. hæred. etiam bonæ fidei poſſeſſor teneatur quate-
nus eſt locupletior. de pe. hæ. l. ſed ſi lege. §. conſuluit.
& per Cy. in d. l. certum. & per Bart. in d. l. ex diuerſo.
diceremus ita eſſe hoc caſu, quia dos quam lucratur
dictus dñs Auguſtinus, eſt quædam vniuerſitas, vt ple-
ne no. per Bar. ff. ſolu. ma. in rubrica quod non placet,
quia dicti filii non cõueniuntur actione vniuerſali nec
actione de dote, ſed rei vẽdica. vel ſimili ſingulari &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. de Raymun-
dis de Cumis.

¶ Idem conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas non adita an tranſmittatur ad quoſcũ
que, & quid de hæreditate infantis, quæ requirantur
ut pater tranſmittat hæreditatẽ infantis ſibi delatam.

SVMMARIVM.

1 Filius hæreditatem non aditam quo caſu tranſmittat, & quo nõ.
*2 Hæreditas filij non adita an tranſmittatur ad hæredem ſine a-
ditione.*

CONSILIVM CXI.

DOMINA Lucretia duas habens filias
M. & B. ĩteſtata deceſſit. Deceſſit deinde
B. non adita eius matris hæreditate. & re
lictis poſt ſe Iacobo eius filio & Petro eiꝰ
marito & patre dicti Iacobi ĩteſtata, mo
ritur & ipſe Iacobus non adita eius matris hæreditate
relicto poſt ſe patre ſuo, demũ deceſſit ipſe Petrus reli
cta hærede ſchola ſanctæ Mariæ nulla facta mentione
de dote dominæ Lucretię matris quondã dictæ B. Mo
do quæritur an dos dictæ dominæ Lucretiæ debeatur
tota Mariæ eius filiæ, an uero pars ipſius dotis trãſmit
tatur ad hæredes dictæ olim Bartholomeæ mortuæ.
1 ¶ Quamuis † domina B. hæreditatẽ matris nõ aditã
in Iacobũ filium tranſmitteret. C. de iis qui an aper. ta.
l. 1. Iacobus tamen poſtea hæreditatẽ non aditam mo
riens non tranſmittit ad patrem ſi maior infante de-
ceſſit. C. ad orfic. l. 1. & ibi no. Si autem infans quamuis
ad patrem tranſmiſſerit per l. ſi infanti. C. de iure deli.
cũ tñ pater non adierit non tranſmittit ipſe hæredita-
tẽ illam non aditam per regulam l. 1. §. in nouiſſimo.
C. de cadu. tol. quãuis. n. per illã l. ſi infanti infans † hæ-
reditatẽ illã non aditam quaſi iam quæſitã tranſmitte
ret, & ſic non eſſet opus aditione patris, tamen vt ibi
vult glo. ſuper verbo quæſita, hodie non quæritur pa-
tri ſine aditione. vnde pater ante aditionem moriens
non tranſmittit, ut ibi expreſſe no. Bal. & Bar. & hoc ſi
ne dubio verum eſt, ſi pater hæreditatem infantis nõ
adiuit, forſan non exiſtimans eum vlla bona habere.
Si autem cùm ĩfans alia forſan bona habet, pater illa
bona retineat, & ſic iure hæreditario, ut feciſſe vide-
tur, poſſet tunc probabiliter dubitari An poſtquã hæ-
res filii fuiſſet pater uiuens unà cum aliis bonis tranſ-
miſiſſet etiã hanc hæreditatem infanti delatam, ut gl.
videtur velle in d. l. ſi infanti. in princi. Et hoc expreſſe
vult ibi Angelus, & videtur de mente tex. Barto. tamẽ
& Bal. ut dixi uoluit quod ſpecialis patris aditio ſit ne-
ceſſaria nomine ſuo proprio, non nomine infantis, a-
lioquin non tranſmittit, & dicit Bar. de facto fuiſſe iu-
dicatũ, & ſic vr̃ ſecundũ eos iſtam hæreditatem nõ vi-
deri quæſitã infanti, niſi eo caſu quo pater adiuerit, &
conſequenter cùm nec q̃ſita fuerit Dñæ B. nec dicto
Iacobo nec patri accreſceret portio d. M. ff. de ſuis &
leg. l.

le.l.ſi ex pluribus. ſiue dictus Iacobus & ſer Petrus pater deceſſerant ante ipſam d.M.ſiue poſt,dũmodo ipſa dña M.matris hæreditatem adiuerit,vel forſan in liberos tranſmiſſerit beneficio l.vnicæ.de iis qui ante aper.ta.C.qui filii poſtea adiuerint. Sinaũt diceremus ipſam hæreditatẽ quæſitam infanti, & ſic vna cũ eius bonis tranſire ad patrem,ita ut fuerit opus ſpeciali aditione ut prædixi,ſm glo.& Ang tunc tranſiret ad ꝓximiorẽ infantis poſt patrem,ſi ut præmittitur, pater non adiuiſſet hæreditatem infantis cum facultate repudiandi quam habuiſſet infans & pater,nec accreſceret quaſi ſemel infanti quæſita.Sed quia illa ficta acquiſitio,de qua in l.ſi infanti,propter patrem proceſſit, ut ibi patet,& in verſi. parente vero non ſubſiſtente , ſatis videtur conſonũ quòd ibi pater trãſmiſſerit ad hæredes ſuos,ſm ea quæ dicta ſunt,vel quia nõ fuerit hæres filiũ,uel quia nominati non adiuerint dictã hæreditatem,non fingatur eſſe quæſita infanti,quod eſſe videtur de mente Nico. Mata. & Ang.dicẽtiũ infantẽ non tranſmittere ad matrem,ſed ſolum ad patrẽ, quaſi illa ficta acquiſitio non extendatur vltra fauorẽ patris,& ſic locus ſit iuri accreſcendi,in quo nõ vlterius inſiſto , quia non proponitur caſus certus. Sed ex iis q̃ dicta ſunt & notantur in d.l.ſi infanti. poteſt elici determinatio quid iuris, ſiue dictus Iacobus deceſſerit infans,ſiue maior.

¶Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis de Cumis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Conditio appoſita præcedẽtibus legatis an videatur reperita in ſequentibus ſimpliciter factis & conditio morandi cum aliquo,an deficiat per caſum, ſi habeatur pro impleta ut legatum debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ultra,in legatis appoſita quid importet.*

2 *Repetitio ſuperuacua uidetur in eadem perſona,in legatis.*

CONSILIVM CXII.

CIVIS quidam Florentinus legauit vxori ſuæ ducatos 600,quos aſſeruit ſe in dotem recepiſſe,ut cõſtat in publico inſtrumento,& prohibuit dotis exactionẽ ſaluo in caſibus infraſcriptis. Item reliquit prædictæ ſuæ vxori in caſu viduitatis caſu quo caſte viueret,alimenta uniuerſa donec vixerit, & donec cõ morabitur cum filiabus dicti teſtatoris per totum tẽpus nubilis ætatis,donec ipſę filiæ nupſerint, vel dedicabuntur,vel morientur,& dotes ſuas prædictas non peteret,quas dotes in caſibus prædictis peti prohibuit. Item reliquit prædictæ in caſu uiduitatis commorãti non extãtibus filiis maſculis dicti teſtatoris & hæredibus,& etiam mortuis , & non extantibus filiabus fraternis,aut extantibus iam nuptis.& in caſu quo cohabitauerit cũ filiis & filiabus dicti teſtatoris,& eas nõ reliquerit donec filiæ fœminę nupſerint,uel dedicabuntur,& vitam vidualem ſeruauerit & honeſtam uſque in tempus nuptiarum uel mortis earum , dictas eius dotes mille libr. exigendarum ab infraſcriptis eius hæredibus . Item reliquit uxori prædictæ in caſu viduitatis & honeſtatis,donec naturaliter uixerit, uſumfructum domus emendæ pro lib.quingentis & vltra prædicta nomine alimentorum certum ſrumentum vinum ligna & ducatos 20.anuatim . Et inquantũ dicta ſua vxor poſt finitam tutelam filiorum maſculorum dicti teſtantis per eam ſubeundam non poſſet cũ dictis filiis habitare , uel nollet , in caſu mortis filiarum nuptiarum, vel dedicationis, reliquit prædictæ vxori ſuæ uiduæ ut ſupra uſumfructum maſſaticiarum neceſſariarum &c. Deinde ipſe teſtator inſtituit ſuos uniuerſales hæredes filium,vel filios naſcituros. & tres filias iſtituit quãlibet in mille.li.filiiſque ſuis dedit ſubſtitutos vulgariter &c.& in caſu non exiſtẽtiũ maſculorum,aut eorum mortis,& ſic in caſu ſubſtitutionis vltra alia legata per eum facta reliquit infraſcriptis perſonis cuilibet filiæ fœminæ dicti teſtatoris natę vel naſcituræ ducatos ducentos, & decem eius vxori uiuenti in ſtatu viduitatis & honeſtatis per & ob amorẽ dicti teſtatoris ducatos ducentos, mortuo teſtatore eius vxor remanſit vidua per ſex uel ſeptem dies , & in fine ſeptẽ dierũ mortua eſt in domo habitationis mariti.Modo dubitatur,cum nullus filius maſculus natus fuerit,an hæres ipſius ducatos ducentos poſſit petere.

¶Pro parte negatiua facit quod teſtator illos duca
1 tos 200.reliquit ultra alia legata,q̃ verba vltra ſ alia legata,inducũt repetionẽ præcedentiũ legatorũ cũ ſuis cõditionibus & qualitatibus.C.de fideiuſ.l.ſi vltra.per Iaco.de Are.& Bar. de dote prę le lege.qui ita.quemadmodũ & ſi dixiſſet hoc amplius de leg 3. l. ſi ſic. & l. ſi tibi pure.& plene legitur per gl.& doc.eo. ii. l.in repetendis. veruntamen iuſtius & æquius eſt non alias cõditiones intelligi huic legato repetitas,quàm teſtõr expreſſerit, multiplici ratione,primũ quidẽ, quia ſi repetitionem induxerimus ut dictũ eſt , ſequitur ꝙ legata facta filiabus videbuntur repetita non ſolũ in perſonã filiarũ uerũetiam in perſonam uxoris, & cõtra relicta uxori uidebuntur reperita filiabus,ꝑ d.l.ſi ſic. cũ ſi.qđ q̃ ridiculũ ſit & mẽti teſtãtis repugnãs, nemo dubitat. pręterea ſequeretũ euidẽs repugnãtia & multiplicatio nãtila,ultra alia legata, ad oĩa uxori legata referri ꝯſtantꝫ. de leg.2.l.ſi pluribꝰ.cũ ſi.uidebitũ ergo repetita cõditio omniũ legatorũ.quæ ꝯditiones nõ ſolũ uariæ, uerũ ẽt repugnantes ſunt primũ.n.reliquit alimenta uxori donec caſte & honeſte uixerit & morabitur cũ filiabꝰ donec filię nubẽt,dedicabunt,uel morient,& dotes ſuas non petierit.Scđo reliquit dotẽ in defectũ filiorũ maſculorũ, uel ſœminarũ,uel cũ filiæ nupſerint,& in caſu quo habitauerit cũ eis &c. Ita ꝙ relictũ alimentorum eſt ſiue exient filii,ſiue non,ipſa morante cũ filiabus &c.Relictũ uero dotis ẽ poſt mortẽ filiorũ & filiarũ,uel earũ nuptias &c.& ſic i caſu quo nõ moret cũ eis,& ſic incõpatibile eſt primo relicto Aliud ẽt relictũ domus emendæ & aliorũ relictorũ pro alimẽtis diuerſam ꝯditionẽ habet , vcꝫ extãtibus filiis maſculis ſi cum eis habitare nõ uellet,uel non poſſet . Cũ itaqꝫ conditiones & qualitates & caſus relictorũ uxori non cõpatiantur inuicẽ,& repugnãtiã inducerẽt, dicendũ eſt talẽ repetitione ceſſare.de leg.1.l.ſi a filio. de fideic. li.l.fi.Sed & tertio ex eo repetitio ceſſare debet,quia teſtõr quas uoluit ꝯditiones adiecit,vcꝫ uiduitatis , & honeſtatis, quamobrẽ & aliæ conditiones iam eſſi ſub gñalitate uerborũ ſupra dictorũ contineri poſſent , ꝓpter quarundã tñ cõditionũ expreſſionẽ ceſſare debet. de fun inſtru.l.cũ delanionis.§.cui ſundũ.& §. pe. de leg. 3.l.hæres § 1.de ſuppel.leg.l.legata ſuppellectili.de uerbo.ſi l.ſi cũ fundũ & plene per Bal.de fun.inſtr.l.quæſitũ.§.pe.qui §.vr̃ contra ſm varias opiniones, & ſolutiones p̃dictæ benefaciunt,ad quod ẽt facit illud vulgare,quia quarũdã cõditionũ adiectio inducit tacitã excluſionem reliquatum.de iud.l. cũ prætor de teſta. mi. l.
2 Trebatianus.§.1.de teſti.l.ex eo.Eo magis,†quia illa verba,vltra p̃dicta legata,ęquiuoca ſũt, poſſunt.n. ſonare repetionẽ,quæ repetitio ſuperuacua vr̃ in eadẽ ꝑſona, & ſic dr̃ intelligenda,de leg. 1.l.ſi qñ.poſſunt ẽt ſonare non repetitione,ſed potius cõſeruatione & quandã ꝓſumptionẽ & excluſiue ſtare,quẽadmodũ dictio, præter,ut extra de elect.c.cudũ. cũ hic nõ agatur de fauore,ut tollatur ſolutio Bar. ii.Seio.§.vxori. de an.leg.& ad hoc facit l.ſi ſeruus leg. § ſi ita & § ſe.& l. ita leg. in prin.de leg. 1.unde expreſſa adiectio certarũ cõditionũ tollere dẽt illã interpretationem repetitionũ.ar.de vulg.& pup.l.cũ ex filio.§.filio.de l. 1 l.licẽt imperator. Et quia nõ eſt eadẽ rõ repetitionis in huiuſmõi legato,quæ erat in p̃cedẽtibus legatis ar.C.de li.p̃te. l.1.in fi.de leg. 2.l.fi.§.Seię.& ibi no.per Bar.declarantẽ illũ §. Seio.in lege. Seio §. Gaio.de fun.inſtru. voluit enim teſtator quod uxor aleretur cum filiabus donec nuberent . quod honeſtati & naturali affectione congruum eſt,

voluit etiam quòd cũ alimenta haberet, dotem nõ exigeret. Nec per hoc differrebatur petitio alimentorũ, nec etiam tollebatur dotis petitio, licèt differetur. Si-
n autem conditio adiecta legato dotis intelligeretur repetita legato ducentorũ ducatorũ, duplicẽ conditionem haberet, mortem filiarũ vel ſaltem nuptiarũ & morandi cum filiis & filiabus donec viuerent, vel nuberent, ita vt uxore præmortua ante mortẽ vel nuptias filiarũ conditio defeciſſet, de condi. & demon. l. quibus diebus. §. quidẽ. & l. hæres meus, & ſic plus operabitur in hoc legato cõditio quàm in iis in quibus adiecta foret. & eodem mõ cõditio morãdi quæ hoc legatũ ſuſpenderet, & prorſus deficiens annullaret, cũ legatum ſit unum &c. & per Bar. in d. l. in repetendis. Quãuis etiã ſi conditio illa in caſu quo uxor habitaueri cum filiis & filiabus, videretur repetita, dici poſſet eam non defeciſſe, ſed potius per mortem impletam eſſe. ſm Iac de Are. & Oldra. de condi. & demon. lege. illis libertis. & tex. ibi euidenter probat, qui pro cõſtanti ponit condi. morandi non uideri defeciſſe per mortẽ, ſiue ad vtilitatem liberorũ, ſiue filiis fuerit adiecta conditio. Sed quamuis conditio non deficit, tñ ſi ꝓpter vtilitatẽ filii adiecta fuerit, vult eum repelli exceptione, & idẽ probat lex Stichus. §. fi. de ali. lega. hoc etiam vult Bal. C. de leg. l. 1. Et quamuis dubitari poſſit, & variæ opiniones ſint in legato alimentorum vel alio legato annuo cum onere morandi, quaſi videantur eſſe tot quot ſunt legata de condi. & demon. lege pater Seuerinam. §. fi. tamẽ in legato vnico quale hoc eſt ducentorũ duca. intelligitur cõditio morandi donec vterque viuat, & ſic per mortẽ alterutrius impletur conditio. de condit. & demon. lege. cũ tale in princi. Nec quidquã ob. de leg. 3. l. qui concubinã. §. vxori. quia loquitur in legato annuo. vt ibi no. licèt & aliter poſſet reſponderi, ſed cum de prædictis non ſit neceſſarium, prætereo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. de Raymũdis.

¶ Et ita dico Ego Raphael Fulgoſius.

S V M M A R I V M.

1 Teſtamentum cæci inter liberos an valeat ſi non fuit adhibita ſolennitas requiſita, & an ſit differentia vtrum præceſſerit aliud teſtamentum vel non, & quid de legatis in eo factis.

2 Teſtamentum primum factum inter liberos licèt habeat omnẽ ſolennitatem non tollitur per ſecundum imperfectum niſi ſpecialiter ei derogatur.

CONSILIVM CXIII.

SI teſtator fecit primum teſtamẽtũ ſuum in quo inſtituit liberos, † & poſtea ꝑ ann.
1 14. factus cæcus fecit ſcdm non ſeruata forma l. hac cõſultiſſima. qui te. fa. poſ. an valeat ſm per § ex imperfecto. Bald. quod ſic in d. l. hac conſultiſſima. nõ obſtante primo, vt ſentit in §. ſiquis autem. in opp. §. ex imperfecto eiuſdẽ legis, ſed contra puto per d. l. hac conſultiſſima, & Inſti. quib. nõ eſt permi. fa. te. §. cæcus. vbi negat abſolute potentiam, facta vna tantum exceptione, ideo generaliter &c. lege de precio. de publici. Nec ob. §. ex imperfecto. qui cum prin. legis loquitur in non cęco, ut patet per legem præalleg. & finis illius §. debet intelligi ita. de iur. & facti. igno. lege regula. §. fi. cum veniat continuatiue. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & quia excipit a prin. vnde debet intelligi de contentis ſub ꝓcedenti regula. de penu. leg. l. nam qđ. in fi. per Dy. in rubrica de reg. iur. ſicut enim teſtm̃ cæci differt a teſtõ facto iure ſpeciali. cum non ſit ratio eadem, differũt, & per hoc tollitur ratio Barto. quia lex illa generalior quam alia lex non loquitur in cæco, quæ ſpecialis derogat generi, ergo ita exceptio, & ita voluit Mar. de Fa. præcipue cũ vltimam opinionẽ videatur approbare. ar. ad tre. lege qui filium. Item §. ex imperfecto. debet intelligi non pręcedẽte primo. vt patet ex § ſiquis autem. vbi incipit tractare præcedente primo, nec ibi ſit differentia neç exceptio ſit inter liberos, vel nõ. & no. in prin. & auth. quod ſine, & de codi. lege. fi. nec mirũ minus poſſe præce. primo, vt per gl. de lib. & poſt. leg. ſi filius qui. & probatur iuncta lege. filio. cum ſeq. §. ſi quis autẽ. Nõ ob. quia ibi non loquitur in teſtõ cæci, vt patet ex prędictis. Item ibi quando in primo nõ erãt
2 inſtituti venientes ab inteſtato. imo † primũ teſtm̃ factum inter liberos licèt habeat oẽm ſolennitatẽ, non dẽt tolli per imperfectũ, niſi ſpecialiter ei derogetur. per Cy. in auth. hoc inter liberos. & gl. in corpore vnde ſumitur. ſuper verbo talem. nec l. ſancimus. C. de teſta. loquitur in teſtõ cæci & Bar. in. lege. ſi iure. de lega. 3. declarat illam legem. Sed poſito quod valeret, factũ tamen quo ad legata extraneis relicta non valet, per §. ex imperfecto. fa. her. l. fi. Nõ ob. auth. ꝙ ſine, ibi. ga loquitur in teſtamẽto in ſcriptis habente ſubſcriptionem teſtium, uel ſcripturam, & ibi not. ut ita debet intelligi Cy. abſurdũ. n. eſſet, cum in legatis. 5. teſtes requirantur de codi. l. fi. ſufficere tale nuncupatiuũ, vbi duo teſtes etiam fœminæ ſufficiunt, cum etiam in teſtamento imperfecto habẽte ſcripturã teſtatoris duo exigantur in auth de teſta. imperfe. §. 1.

¶ Et ita ſummatim concludo Ego Raphael de Raymundis de Cumis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum ꝙ non liceat aſcendenti relinquere extraneo ꝙ excedat tertiam partem bonorum, an videatur permittere vſque ad tertiam. & quæ fuerit ratio ſtatuti, & quid ſi deſcendentes ſint inæqualiter inſtituti, quomodo concurrant ad dictam partem.

S V M M A R I V M.

1 Aſcendentes non dicuntur niſi reſpectu deſcendentium.

2 Statutum augens legitimam patitur interpretationem paſſiuã a iure communi ut non poſſit grauari.

3 Argumentum a diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem legis, validum eſt.

CONSILIVM CXIIII.

STATVTVM dictat, ꝙ nec in teſtamentis liceat aſcendentibus relinquere extraneis aut aliquibus locis quod excedat tertiam partẽ bonorũ ſuorũ, & ſi fiat, nõ valeat, ſed duæ partes debeant ab inteſtato venientibus applicari. ſ. habens in bonis ſuis libr. 1030 reliquit duabus eius filiabus lib. 40. & extraneo lib. 200. & ſi una earũ decederet ſubſtituit aliam in li. ducentis, mortua vna, quæritur nunquid alia filia poſſet petere dictas lib. 200.

¶ Pro parte negatiua Primũ facit, quia prohibitio relinquendi extraneis vltra tertiã, non extraneorũ odio emanauit, ſed fauore deſcendentiũ, cum ſtatutũ loquens de aſcendentibus locum habeat ſolum in ha-
1 bente deſcendentes, † alioquin non eſſent aſcendentes. de verb ſig. l. pronunciatio. §. 1. talis igitur prohibitio fauore deſcẽdẽtiũ aliorũ excluſiua vr̃ habere uim incluſiuam eorum, ut not. Bar. ff. ad ter. l. 2. §. videudũ. Secundo, quia ultima pars ſtatuti non ſolum ad proxima uerba, & ſi fiat &c. ſed ad oĩa pręcedentia referri dẽt. C. de li. pręte l. 1. & ibi not. de rebus du. l. fi. ꝑ Bart. de leg 1. l. talis ſcriptura. ſiue igitur ille ver. ſed duæ &c. aduerſatiue ponat̃ ꝑ modũ additionis. ar. ad l. rodi. đ iact. l. 2. uerſicu. ſed ſeruos. ſiue per modũ rõnis. arg. ex qui. cau. ma. l. Iulianus. in fi. ſiue per modũ declarationis. ar. C. de hære. inſti l. 1. ſiue quouis alio modo, diſpoſitio ſtatuti duos effectus continebit. ſ. quòd non poſſit extraneis ultra tertiam relinqui, & quod duæ partes debeant uenientibus ab inteſto applicari, erit igitur aucta legitima deſcendentium uſque ad beſſem, quo fit, ut quemadmodum ſubſtitutio fideicommiſſaria in legitimã iure communi non valet. de vulga. & pup. l. cohæredi §. cum filiæ. C. de inoffi. te. l. quoniam in prioribus, & not. eo. titu. l. ex tribus. ita etiam
2 in huiuſmodi legitima ſtatutaria. nam † ſtatutum augens legitimam patitur interpretationẽ paſſiuam a iure cõi, vt non poſſit grauari. ar. de mun. & ho. l. 1. per

Barto

Bart. in l.omnes popul.de iuſt.& iure.& patet,quia authen.de trient.& ſe.augens legitimam patitur illam interpretationem.facit ff. de legi.l.nam & poſteriores, & quia acceſſorium regitur ſecundum principale. de pac.dota. l.Inter.§.cum inter.

¶ Pro parte vero affirmatiua, Primũ facit; quoniã in eo ſolo ꝙ vltra tertiam partem prohibetur aſcendens extraneis relinquere, non propterea abinteſtato venientibus ęqualiter relinquere iuſſus eſt, cũ hic caſus a ſtatuto omiſſus ſit,nec ſtatutũ corrigens ius commune ultra perſonas caſusque ſuos extendendũ ſit, vt uulgo legitur.ff ſolu.mat. l.ſi vero.§.de viro. l. ſi cũ dotem.in princi.de li.& poſth.l.commiſſione.de teſt.mi.l.quod conſtitutum. cũ ſimilibus,multis.nec prorſus eadem ratio eſt prohibendi relinqui extraneis, & ſuis, cũ & iure cõi inter ipſos liberos etiam æqualiter diſtribuendo aliquid permittatur teſtanti, qd nõ quo ad extraneos.C.ſa hære.l.ſi.de teſta.l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.quinimmo ex contrario ſenſu, videtur,eo quod extraneis prohibetur relinquere, venientibus abinteſtato permiſiſſe.arg. de iudi.l.cũ prætor.cum ſimilibus,nec rurſum ex poſteriore parte ſtatuti,qua duæ partes venientibus ab inteſtato applicãtur videbitur prohibita propoſita ſubſtitutio. Nã verſicu. ille,ſed duæ partes &c.non poteſt dici niſi ad illũ caſum quo extraneis vltra tertiam relictum ſit aptari, fruſtra enim eo caſu quo extraneis non eſſet vltra tertiam relictum,dictum eſſet applicari duas partes venientibus ab inteſtato,cum hoc eſſet neceſſarium ar. de leg.1.l.ſi quando.& ſi voluiſſe augere legitimã,fruſtra prius prohibuiſſe relinqui extraneis, cum ſola poſterior pars ſuffeciſſet,relata ergo ad proximum verſi. & ſi fiat &c.voluit verſum illum & ſi fiat declarare ſ. vt ſi vltra tacitam extraneis relinquatur non valeat quin duæ partes non applicentur venientibus ab inteſtato, & ſic non valeat quatenus vltra tertiam relictũ eſt,quod quidem fuiſſet etiam ſi illa verba. ſi duæ partes &c.non fuiſſent adiecta,fuiſſet enim acſi dixiſſet, & ſi ſecus fiat non valeat,ſcilicet quatenus vltra fiat. de legatis primo.lege Stichum,& ibi no.C. de inoffic. do.lege.ſi mater. & l.ſeq. & per hoc ſi teſtator extraneis non vltra tertiam reliquiſſet valuiſſet relictum librarũ 200.a filia præmortua ſuperſtiti filiæ,cum non ſit grauamen in legitima iure cõmuni debita, nec eo caſu ſtatutum loquatur.Idem etiã videtur in caſu noſtro.Nam cum ſtatutũ nihil eo caſu diſponat quod extraneis vltra tertiam non relinquatur, liquet ſtatutũ non tam uoluiſſe ab inteſtato venientes æquare, quoniam ſi id voluiſſet prouidiſſet etiam eo caſu quo extraneis non eſſet ultra tertiam relictum,quam extraneos inhabilitare. Attenta igitur ratione prędicta,qua ſi certa & vniuerſa.ar. de lib.& poſth l.2.& per Bart. C.de libe.præte.l.ſi.reſtringetur prædictum ſtatutũ ut quàm minus fieri põt recedat a iure cõi.arg. extra de conſue.c.cum dilectus.& intelligitur quod duæ partes applicentur venientibus ab inteſtato ſm quod teſtator inter eos diſpoſuerit, & ſtatutum recipiat declarationẽ iuris cõis, ar.ff.de leg.l.nã & poſteriores, & † ar-
3 guendo a diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem le. ar.in auth.de nup.§.diſponat.quemadmodum ſi teſtator prohibeat rem alienare, vt in familia remaneat, vel exire de familia,quamuis ex hoc videantur vocari illi de familia ſm generationis prioritatẽ,de leg.2.l. cum ita.§.in fideicom. tamen ſi prohitus etiam vlteriori,dummodo de familia,reliquerit,ille alijs præfertur.co.ti.l.vnum ex familia.in prin iuncto verſu.quod ſi talia,& ita etiã intelligitur §.fratre. in l. peto. & hic videtur etiam proprius intellectus,licèt non cõis.d. §. in fideicom.ut ibi itelligatur qui nominati ſunt à prohibito, non a teſtatore,quamuis gl.l.vnum ex familia ſuper verbo vni, diſtinguat ut in ea,ita etiam hic prohibendo relinqui extraneis vltra tertiam,& duas partes,venientibus ab inteſtato applicari intelligeretur, niſi teſtator inter eos aliter diſpoſuerit,vel aliquem ex iis prætulerit,ea enim videtur fuiſſe mens tam ſtatuti quàm teſtantis,ut contemplatione venientium ab inteſtato,uel familiæ prohibuerit.de leg.2.l.filius.§. diui. & ſatis habuiſſe hanc mentem videtur ex eo quod appoſuit aliquem ex iis remaneret,ut d.l.vnum.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymũdis.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtator an poſſit dare licentiam legatario propria authoritate occupandi rem legatam, & per quæ verba videatur data licentia,& an ius accreſcendi locum habeat ſi vnus repudiat gratis.vel accepta pecunia,& an ius accreſcendi locum habeat in legali coniunctione, & qui dicantur coniuncti,& an tutor poſſit præiudicare pupillo etiam cum iudicis decreto,trãſigendo uel paciendo ſuper futuro fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Superflui appellatione in materia relictorum quid contineatur.*

2 *Verba iſta reliquum reſiduum & ſuperfluum, in materia legatorum an idem importent.*

3 *Legata & fideicommiſſa ſibi relicta an regulariter poſſit quis propria authoritate accipere.*

4 *Conuentiones facta per tutorem an pupi præiudicare poſſint.*

5 *Decretum ex falſa cauſa interpoſitum nullum eſt, Nam falſa cauſa decretum uitiat.*

6 *Ius accreſcendi quo caſu inter coniunctos & cohæredes locũ hẽat.*

7 *Iudicis authoritas creditoribus petentibus & inſtantibus operatur,non aliter.*

8 *Portio quocunque modo euacuata accreſcit coniuncto.*

CONSILIVM CXV.

ANTONIVS Benedicto filio quondam Ioannis fratris non legitimi dicti Antonii legauit multas res immobiles concedẽs ſibi licentiam intrãdi propria authoritate poſſeſſionem omniũ ſibi relictorum, & mandans quod ſi.d.Benedictus deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus filiabus non extantibus, dictæ filiæ debeant dotari cum erunt nubilis ætatis de certa quantitate. Alberto vero fratri dicti benedicti remanere debeant & aſſignari tot de dictis bonis legatis quæ valeant mille, quæ tamen non poſſit alienare ſine licentia inſtaſcriptorum hæredũ teſtãtis.ſupefluum autem bonorum legatorum dicto Benedicto in hæredes ipſius teſtatoris infraſcriptos libere reuertatur.In omnibus autem alijs ſuis bonis hæredes inſtituit ipſe teſtator Ioannem Petri quondam fratris legitimi dicti teſtatoris pro tertia parte, Nicolaum ſimiliter filium dicti quondã Petri pro alia tertia parte,& Gabrielem nepotem dicti quondã Petri pupillũ pro reliqua tertia parte, cui & Ioannem dictũ tutorẽ dedit,quàm quidẽ inſtitutionẽ facit cũ hac conditione & forma,quod ſi vnus ex dictis ſuis hæredibus decederẽt ſine filiis legitimis & naturalibus, alij ſupſtites & viuentes ſuccedãt æqualiter,ita tamẽ quod filiæ legitimæ & naturales decedentis honorifice maritentur, & dotentur: & ſi dicti oẽs hæredes ſui decederent ſine filiis maſculis legitimis & naturalibꝰ, dicta ſua hẽditas & eius bona deueniant ad dictũ Bñdictũ nepotẽ legatarium, & in alios proximiores maſculos. ita tamen ꝙ filiæ legitimæ & naturales dotentur ut ſupra. Subſtituẽs in caſibus prædictis pupillariter vulgariter &c. mortuo teſtatore,prædicti Benedictus Ioannes & Nicolaus hęredes inſtituti qui erant maiores,nominibus ſuis,ac etiam dictus Ioannes nomine Gabrielis pupilli pariter inſtituti cuius erat tutor, coram iudice decretum interponente relatis uerbis dicti teſtamenti & habita præfatione quod occaſione & prætextu dictorum fideicommiſſ. conditionalium appoſitorum in dicto legato & inſtitutione, & ex quàmplutibus rationibus & cauſis inter ipſum Benedictum ex vna parte & dictos hęredes ex altera non modica ſit orta diſſenſio ad infraſcriptas legitimas conuentiones,

tranſac. & pacta deuenerũt. primo quòd dictus Bene-
dictus debeat habere omnia ſibi relicta per teſtatẽ ple
no iure & libere & pure abſque vlla cõditione eo mo
do quo teſtator habebat, ita ꝙ poſſit & valeat ipſe ſeu
eius hæredes omnem contractum alienationis facere
de ipſis rebus & de ipſis teſtari & diſponere non obſtã
te aliqua conditione ſeu fideicom. cõditionali, & ſub
ſtitutione in ipſo legato appoſitis, ſed perinde eſſet
ac ſi ipſum legatum fuiſſe purum & ſine aliqua condi
tione reſpiciente fauorem dictorum hæredũ. pro quo
rum robore prædicti hæredes nomine ſuo & etiã di-
ctus Ioannes tutorio nomine pupilli hæredis per ſe &
hæredes eorum nomine tranſactionis & ſolennis cõ-
uentionis & omni modo quo melius ualere poſſet, re
miſerunt & refutarunt in præſentia dicti iudicis eidem
Benedicto pro ſe & ſuis hæredibus recipienti omnem
conditionem fideicommiſſo & ſubſtitutioni appoſi-
tam in dicto legato inquantum reſpiciat fauorem di-
ctorum hæredum, & in præſentia dicti iudicis & dicti
Benedicti acceptantis repudiarunt, promittentes per
ſtipulationem nunquam petere &c. ſed omnes aliena
tiones & diſpoſitiones per Benedictum ſeu eius hære
des factas ratas habere, dantes etiam concedentes &
donantes in præſentia iudicis decretum & authorita
tem ſuper donationeꝙ omnia iura interponẽtis &c. ꝓ-
mittens etiam dictus tutor curator ꝙ pupillus factus
pubes ratificabit omnia, promittens etiam cum iura
mento per notarium ſibi delato & mandato iudicis
omnia prædicta ſub certa pœna. Secundo ꝙ omnia il
la bona teſtatoris ſint dictorum hæredum pleno iure
& libere abſque ulla conditione & ſubſtitutione ſicut
erant teſtatoris, ita quod poſſint alienare & teſtari nõ
obſtante aliqua conditione & ſubſtitutione conditio
nali appoſitis in ipſa ſubſtitutione, ſed perinde ſit ac ſi
ipſa ſubſtitutio pura & ſine aliqua conditione reſpiciẽ
te fauorem dicti Benedicti eſſet, cum eiſdem renũcia
tionibus & omnibus clauſulis cum quibus hæredes re
nunciauerant & promiſerant dicto Benedicto. præ-
mortuo fratre dicti Benedicti deceſſit Benedictus reli
ctis filiabus ſolis pupillus autem hæres pro tertia ma-
ior factus & qui conuentiones prædictis non ratifica
uit, vellet res legatas ipſi quondam Benedicto ex ſubſti
tutione eidẽ Benedicto facta petere. Quæritur primo
an hæredes Benedicti deducere poſſint, & retinere
tot de bonis prædictis quot ualeant mille relicta fratri
illius Benedicti. Secundo an propria authoritate poſ-
ſit prædictus quondam pupillus apprehendere poſ. eo
rum legatorum. Tertio an dictæ conuentiones factæ
per tutorem & alios hæredes excludant ipſum quon
dam pupillum. Quarto ſi non excludunt, an poſſit cõ
ſequi totum legatum propter renunciationem aliorũ
cohæredum an ſolum pro parte tertia. Quamuis ter
tia quæſtio quaſi præiudicialis prius examinãda foret,
deinde ex ordine quarta ſeruando tamen ordinem ꝓ
poſitum.

¶ Ad primum vr̃ ꝙ poſſint, nam iubendo aſſigna-
ri & deduci tot de bonis quæ mille valeant, & ſuper-
fluum hæredibus relinquendo, reliquiſſe videtur ſolũ
illud quod eſt ultra valorem mille. ad treb. l. cogi §. ĩde
quæritur, & ibi no. quamobrem. Nec dici poteſt † ꝙ ſu
1 perflui appellatio totum contineat, id. n. tunc uerum
eſt cum incerta exceptio deductio ve præcedit, quæ ef
fectu nulla reperitur. de uerb. ſig. l. cæterorũ. C. de hęr.
inſti. l. 2. ac ubi præcedit certæ rei uel quantitatis dedu
ctio ſuperflua appellatio intelligitur de eo quod vltra
rem vel quantitatem deductũ ſupereſt, quod ex ipſis
uerbis apparet, nec. n. alius ſenſus eſſe poteſt horũ uer
borum niſi ſuperfluum. i. quod erit ultra bona valẽtia
mille, quod & voluit Iac. de Ra. in ſimili in d. l. 2. dicẽs
illam l. non procedere ſi incapax ex certa parte fuiſſet
inſtitutus, vnde poteſt dici virtute relicti ceſſare illam
deductionem, & rõnem non eſſe quare relictũ fratri
Benedicti accreſcat hæredibus ſubſtitutis, cũ inter illũ
fratrem & hæredes ſubſtitutos non fuerit prorſus con

iunctio, non quidem re, cum partes factæ ſint a teſtan-
te, & ad eãdem rem non concurrant, de leg. 3. l. re cõ-
iuncti. & l. coniunctim de uerbo. ſigni. l. triplici. cũ ſi.
non etiam uerbis, quoniã ſermonis unitas non com-
plectitur, ſed in diuerſis orationibus relictum eſt. C. de
ca. tol. §. his ita verſi. hæc ſita tam varie. Cum etiam co
pula cadens inter duas orationes non inducat coniun
ctionem, ut plene per Bar. in d. l. re coniuncti. verſic. 2.
loco principaliter. verſi. ſed circa hoc inſurgũt dubia,
ad quẽ ſufficiat remiſſio, pręcipue cum hic ſit aduerſa
tiua nõ, quæ vr̃ impedire coniunctionem verbalem.
ad treb. l. Lucius. § qui habebat. & tenet Rayn. de vſu
fructu accre. l. 1. §. interdum. reprobãs. Bar. o. in d. l. re
coniuncti. in d. verſi. 2. loco principaliter. uerſic tertio
quæro. Cum hæc ſit omnimoda diſiunctio, ceſſat ius
accreſcendi. de vſufr. accre. l. 1. in prin. de leg. 2. l. cum
& Proculo. quinĩmo etiam ſi hæc eſſet coniunctio
verbalis, cum attamen ſit expreſſa rei diſiunctio, ceſ-
ſat ius accreſcendi. de leg. 1. l. huiuſmodi §. pe. de vſufr.
ac. l. 1. a. reſponſo, & probat Bar. in d. l. re coniuncti. ver
ſicu. nunc de effectu coniunctionis, ibi, nunc. ſecũdo
quæro his tamen obſtantibus ſine dubio dicendum
exiſtimo virtute legati relicti fratri dicti Benedicti per
hæredes ipſius Benedicti nihil poſſe retineri ex eo quia
ſi appellatione ſuperflui totum continetur, cum lega
tũ factũ, ſæpe dicto locum non habuerit. nam cũ Al-
berto aſſignari uoluerit tot de bonis quæ valeant mil
le poſt mortem Benedicti, ſuperfluum autem uoluerit
ad hæredes reuerti, intelligi debet ſuperfluum i. qđ
non fuerit Alberto aſſignatum, & ſic totum, ubi nihil
fuerit aſſignatũ, uel quia voluerit, vel quia eo præmor
tuo relictum eius caducum effectum ſit, hoc enim in
ſimilibus terminis expreſſum eſt, de optio leg. l. cum
optio. de verb ſig. l cæterorum. nec enim magis hic
certæ res valẽtes mille huic Alberto aſſignatæ fuerũt
quam in dictis iuribus, ſcilicet in l. ſerui legati. ſed ſicut
& ibi ex electione ſerui veniebant declarandi, ita hic
ex aſſignatione quæ variis rebus fieri potuerat. facit l.
poteſt. eo titu. & d. l. 2. de hære. inſti. cũ ſimilibus mul-
2 tis. nec quicquam refert † an dixerit reliquum, ſiue re
ſiduum, an vero ſuperfluum, idem enim importat ff.
ſolu ma. l. inſulam. §. 1. & patet de ſe, nec ſalua ratione
recti ſermonis poteſt intelligi ſuperfluum eo modo
quo pro parte diuerſa allegabatur, cum non ſimplici-
ter & pure ipſi Alberto reliquerit, ſed ſub tacita condi
tione ſi tunc uixerit, de cõdi. & demon. l. hæres meus,
quando di. leg. ce. l. ſi cum hæres. nec certam rerũ quã
titatem, non n. reliquit mille ſed res ex futuro euentu
& aſſignatione futura declarandas, illud verbum ſu
perfluum neceſſario intelligitur i. quod non fuerit ſæ-
pe dicto Alberto aſſignatum. & ſic cũ ei nihil aſſigna-
tum fuerit, nec aſſignandum, ipſa in totum compre-
hendit, & hunc intellectum verborũ declarat iuriſcõ
ſultus in præalleg. l. cum optio. & l. cæterorum ex quo
etiam patet nõ obſtare dictum Iaco. de Ra. in d. l. nec
vlterius eſt de iure accreſcendi tractandũ. & cõſequẽ-
ter ad allegata in contrariũ manifeſta patet reſpõſio.

¶ Ad ſecundum quamuis verbum libere, plenum
ſit iuxta ea quæ habentur de ſupplen. negli. præla. ca.
1. de præben. c. ſi tibi. §. & ſi epiſcopus. de reg. iur. c. 1.
li. 6 & in eis per Archi. & Io. An. de reſti. ſpo. c. Piſanis.
in fi. cum ſimilibus multis uerbum etiã reuertatur, vi
detur etiam plenum, cum videatur eo caſu voluiſſe di
ctum legatum reſolui arg. C. de leg. l. ſi. de le. 2. l. Titia.
§. fi. eodẽ modo reſolutio videatur regulata, ergo &
ipſum legatum in quo dedit facultatem apprehendẽ
di propria authoritate quod potuit, in d. l. Titia cũ te-
ſtamento. § 1. & ibi no ar. de pac. l. ab emptione, cum
ſimilibus. tutius tñ puto dicendũ quod non poſſit re-
3 gulariter enim † propia authoritate nõ debet quis le-
gata & fideicõmiſſa ſibi relicta accipere ff. & C. quorũ
le. per totũ. C. de leg. l. nõ dubiũ de regu. iuris l. non eſt
ſingulis, cũ ſimilibus, & licẽt teſtator poſſit legatario.
vel fideicommiſſario facultatem apprehendendi ꝓ-
pria

pria anthoritate concedere.non tamen ex lls uerbis
videtur licẽtiam tribuiſſe.Nam verbũ reuertatur, nõ
importat hoc.C.de pac.inter emp.l.3.ff.de noua.l.1. &
ibi no.eſt.n.æquiuocum & commune, per Bar.de nul
ga. & pup.l.cẽturio.& per modernos.C.de impub. &
aliis ſubſti.l.precibus. verbum etiam libere,de tali li-
bertate non intelligitur quæ ſcandali cã eſſe poſſet, ut
dicitur in lure iuxta ea quæ habentur de leg. 3.l. Mæ-
uius.§.fundo.& patet ex notatis in iuribus in cõtrariũ
allegatis, nam cum reliquerit ſolum ſuperfluum fa-
ctis.dednctionibus patet,quia illę deductiones quæ fiẽ
de erant reuerti no debeant, ſed libere intellexit,ideſt
ſine alia deductione.

4 ¶ † Ad tertium, quòd conuentiones factæ per tuto
rem præiudicant pupillo,primũ ex eo probatur,quòd
talis conuentio facta per minorem ſine ſpe reſtitutio
nis valet,quaſi nec ſit læſus ex huinſmodi reciproca re
miſſione fideicommiſſi quod votum captandæ mor
tis inducebat.C.de tranſac.l.fideicommiſſa. ar. etiam
de inoffi.teſt l.ſi pater puellæ.C.de uſuris.l.ſi ea.& l.o-
leo.fortius igitur facta per tutorem & cum iudicis de-
creto valere debnit, & pupillum excludere. Nam cũ
huinſmodi ſolennitate poteſt tutor bonorum poſ. pu
pillo delatam repudiare.ff.de auth.tu.l.ſi ad pupillum.
& no.ff.de bo.poſ.l.tutor. ad idem facit,qa đ re dubia
licuit tutori tranſigere,C.de tranſa.l. præſes. & ibi no.
præcipue cum fideliter hoc factũ fuerit, ut ibi notat.
per glo. & pactum remisſiuum dummodo non gta-
tuitum poteſt facere.ff.de pac.l.contra iuris.§.fi.quod
etiam ex eo apparet,quoniã tutor, a lege liberam hẽt
adminiſtrationem, cum poſſit ea quæ poteſt procura
tor habẽs liberam.ff.de procur.l.procuratot cui libe-
ra. & no.glo. ff.de procura.l.mandato.& habens man
datum generale cum libera poteſt trã ſigere & permu
tare & remittere dummodo non gratis,ut d.l.procura
tor.de pac.l.contra iuris.§.fi.cum ſi.Siue igitur hãc ap
pellat tranſactionem ſine pactũ, quia non fuit ex cau-
ſa donationis,cum & verſa vice dns Benedictus inui-
cem remiſerit,debeat ualere, & quoniam de iure nõ-
dum quæſito pupillo fiebat remisſio,etiam ſi non fuiſ
ſem reciproca,nõ videbatur fieri pauperior.ar. de do-
na inter vir.& vxo.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.& §.fin.ue
rius tamen exiſtimo huiuſmodi coniunctionem non
tenuiſſe in præiudicium pupilli. Illud enim conſtat
quod tutor etiã cum decreto donare non potuit, vt in
d.l præſes. & l.contra iuris. de donatio.l.filius. cum
fi.nec magis hæreditatẽ,uel bonorum poſſeſſionẽ pu
pillo delatam repudiare,ut d.l.tutor & ibi no. per Bar
to.& Bal.C.qui admitti.ad bo poſ l.bonorum. multo
que minus legatum.vel fideicommiſſum rerũ immo
biliũ repudiare poteſt.Cum hęreditas etiam nonnum
quam damnoſa ſit.ff.man.l.ſi hæreditatem, & ut uo-
uere Bar. in d.l.tutor. & Bal.in l bonorum.hmõi repu
diatio alienationis inſtar obtinet,nec rurſum decretũ
per pœnam & ſine vrgenti cauſa alienationẽ validat.
C.de prędiis mino.lege.ſi præſes.cum ſe.ff.de rebus eo
rum.l.magis puto.§.non paſſim. ff.de tranſac.lege. cũ
ii.§.ſi prætor.in propoſito autem,quamuis aſſertũ fue
rit dieſſnſionem ortã,non tamẽ proprie adhuc pote-
rit eſſe diſſenſio.Cum nondum extitiſſe caſus ſubſtitu
tionis.vnde nec tranſactio dici poteſt,ut C.de pac.l. 1.
& ibi not. hac ergo ex cauſa non potuit iuſtificari de-
cretum iud. rurſum etiam tanquam pactum non gra
tuitum nec damnoſum valere nõ potuit, quamuis.n.
utrinq; ſpes incerta remitteretur,tamen non fuit par
ratio nec ſpes,cum Benedicto hæredes eſſent imme-
diate ſubſtituti,ſingulis autem hæredibus non eſſet Be
nedictus ſubſtitutus,ſed deficientibus omnibus,& ſic
non primus nec ſecundus nec ſolus,ſed cum aliis pro
ximioribus defunctis, quia igitur facilius & veriſimi-
lius euenire poterat ſubſtitutio facta Benedicto quàm
ecõtra,videtur pupillus lęſus.iuxta ea quæ no.per glo.
in d.l.ſi ea lege. & per Cyn. in l. ſi ea pactione, & l.cũ
non frumentum.co.tit.& extra de vſur.c. in ciuitate.

& c.fi.quamobrem minorem ptãtem habuit tutor in
huiuſmodi ꝯuentione & iudex quàm haberet minor
in re propria, cum iſti tantum dominorum vice fun-
gantur,cum tutelam adminiſtrãt ad utilitatem pupil-
li, non cum eũ expoliauit.ff.pro empt.l.qui fundũ. §.
ſi tutor.de fur. lege.interdum.§.quia tutelam,eo ma-
gisquod per hniuſmodi remisſionem pupillns nihil
conſequi videbatur,excluſo Benedicto, vocentur alii
teſtatori proximiores quidem ſimul cum ipſo Benedi
cto uocati sũt,& portio eius Benedicti eis accreſceret,
5 ut in ſeq.q.dicetur.Ex quibus apparet † decretum ex cã
falſa & erronea & iniuſta interpoſitum, & conſequẽ
ter nullum,ut in iuribus prælleg. Nam & illa vulga-
ris regula,quod falſa cauſa decretum vitiat,de fideico.
lib.lege.cum ntro.§ ſubuentum.ne vis fiat ei.lege.1.§.
hæc verba,cum ſi.multis.præcipue quãdo error appa-
ruerit expreſſus in decreto,& cauſæ ſalſitatis, ut hic
fuit, prætextu.ſ.diſcenſionis friuolę, & euidentet nul-
læ.nã talis error ſententiam diffinituã vitiaret.C.quã
do prouo.nõ eſt ne.l. 2.ff.quæ ſen.ſine ap.reſcin.l.1.il-
lud etiã dicendum eſt. quod etſi talis cõuentio. decre
ti authoritas & remisſio ipſo iure tenuiſſent, cũ tamẽ
pupillus ex ea ut proponitur læſus fuerit, & ſpẽ lucri
amiſerit,l alie in integrum reſtitui poterit decreto
non obſtante, ut C. de præd.mi. l.ſi quidem. cum etiã
lucris amiſſis & in huiuſmodi repudiationibus in inte
grum reſtitutio concedatur.ff.de mino.l. au prætor,
§.fi.& l.ſeq. in prin. & §.reſtitutus.de vulga. & pup.le.
2.§.ergo.nam & læſio, quæ in re dubia atiento veriſi-
mili futura iudicatur,reſtitutionẽ parit. de mi.lege.ve
rum.§.ſi locupleti.& lege.ſi minor.25.ann.filio.§.1. &
ibi no.& no. quan.app.ſit.l.1.§.biduũ. Ad allegata au-
tem pro parte aduerſa ſatis apparet per prædicta rñſio.

6 ¶ † Ad quartum videtur eſſe dicendũ nõ eſſe locum
iuri accreſcendi, primo ex eo quod licẽt in hmõi ſub
ſtitutione facta Benedicto uideantur hæredes coniun
cti,quia diſiunctim inſtituti ſunt,ad quam ſubſtõnem
minorata ſubſtitutio refertur,potius videantur diſiun
cti quàm coniuncti. ff. de vulga. & pup. lege. qui cum
plures,& ibi no.facit de verb. ob. lege pluribus. ĩ prin.
& l.Titia.§.fi.Secundo,quia huiuſmodi relicto condi
tionali non tam vi repudiationis quæ in iure futuro nõ
cadit,de leg.2.lege.ſi ita ſit ſcriptum.§. ſi ſub conditio
ne.de acqui.hære.lege.is qui hæres,& plene no.de pac.
l.1.quàm in vim pacti operatur remisſio,ut in d.l.1.de
pac. quod quidẽ pactum ipſo iure non tollit ius fidei-
cõmiſſi, ſi ope exceptionis.ff.de pac.l.ſi tibi.§.1.& 2.&
lege ſi unius.§.pactus.Cum ergo nõ omnino deficiat
in perſona cohæredum,ceſſat ius accreſcendi.de leg.
1.lege. plane.§.ſi coniũctim,& lege huiuſmodi.§. ſi Ti-
tio cum ibi plene no.nec ex eo videtur repudiano va-
lidari quod præſentia & authoritas interuenerunt per
legẽ 1.de cura.bo. dam.de acqui. hære. lege, in pluriũ.
7 Nam † iudicis authoritas creditoribus demum peten
tibus & in ſtantibus, non aliter operatur,ut in dictis iu
ribus per glo.de acqui.hær.lege.is qui hæres. quinim-
mo etiam eo caſu repudiatio non facit locum alteri,
nec omnino excludit repudiationem, ſed aperit uiã
creditoribus ut in poſ.mit.ut uendant, vt in d.l. in plu
rium.de hæredi. inſti. lege ſi quis ita inſtituatur. de bo.
auth.iud.poſ.l.3.& ibi glo. prætetea etſi repudiationẽ
ipſo iure tenuiſſe dicamus, quia tamen extincta non
fuit,ſed propter repudiationem quam fecit uerſa vice
Benedictus, ceſſare debet ius accreſcendi, quaſi partẽ
ſuam cohæredes habuiſſe uideantur, quia eius loco
vt repudiarẽt aliud habituri forẽt.ar.de l.1.l duob⁹,ubi
Bal.determinat, filia hæreditati renunciante propter
dotem uel aliud legitimã ſuam fratri non acreſcere,
quia non eſt mera repudiatio,ſed quædã ſatisfactio, fa
cit ẽt ſi quid in frau.pa.l.1. §.aduerſus pq̃ Bar. idem vr̃
determinare de bo.poſ.ꝯtra tab.l.1.§. filiũ. in ꝯtrariũ
aũt ex eo dicendũ vr̃ ꝙ propter iudicis authoritatẽ ẽt
in iure futuro & cõditionali ſm cõem glo.& doc.ſen-
tentiã repudiãdo tenuit,ut plene no.in iuri pręallega.

& propter iuramentũ in præſentiarum annexum, cũ
ſit dubiũ per modũ reputationis, ſiue etiã pacti, cum
tales ita iurantes ipſo iure prorſus excludãtur. de pac.
c.2.lib.6.qđ pro conſtanti habuit Bar. de contratab. l.
1.§.filiũ. & Bal. C.de inoffi.teſt.auth.nouiſsima, & C.
quando non pet.par. l.vna.uolentes per tale iuramen
tum etiam in vita teſtantis ipſo iure repelli, & de iure
accreſcendi tractantes, recte igitur portio cohæredũ
accreſcit pupillo huic re & verbis coniuncto, nec ſolũ
ſi ipſe pupillus iuri communi ad partẽ ſuam vocatur,
verũ etiã ſi beneficio reſtitutionis admittatur, arg. de
col.l.bo.l.1.§.1.& plene p Bar.l. re coniũcti.ver.3.quæ
ro, quãdo habeat locum ius accreſcendi. nec me mo-
uet diſtinctio inſtitutionis, primũ. n. non eſt verũ eos
in inſtitutione verbis diſiũctos, cũ eadem oratione &
ſub eodem verbo contenti ſunt, ut patet per Barr. in l.
re coniuncti.uer.3.loco principaliter quæritur, & Bal.
C.de leg.l.ſi ſortidianum, & de cadu.tol. §. is ita, quin
etiam ſi in inſtitutione eſſent diſiuncti omnino, non
propterea ita dicendũ in hac ſubſtitutione huiuſmo-
di ſubſtitutio præcedat collatione ſine partium diſtri
butione & inſtitutio præcedebat & in ſubſtitione re-
petita erat partium diſtributio, vt ibi apparet, ut plene
not.in l.pluribus.& l. Titia.ſupra allegata. & numera-
tio ad illum ſolũ præcedebat effectũ, alioquin non ex
eo inducitur diſiunctio & pluralitas ꝙ ad diſiũcta fiat
relatio.de verb. ob.l.ſcire.§.ſtipulationem.de noua. l.
fi.nec etiã videtur curandũ ꝙ huiuſmodi renuncia ali
quid habuerit, nec.n. propterea negari poteſt portio-
nes eorũ defeciſſe, & ad eũ, ad quẽ ex gratuita repudia
3 tione ſpectaſſent pertinere. †Cũ hæc regula ſit, ꝙ por-
tio quocunque modo euacuata coniuncto accreſcat.
C.de cadu.tol.§.is ita.l.vn. nec ſit veriſimile. ll. de repu
diatione tractantes de gratuita ſolum intellexiſſe quæ
in legatis lucrũ ſolum auferentibus non eſt ueriſimi-
lis.arg. de proba.l.cũ de indebito.hoc etiã exinde col
ligitur, quod ius accreſcendi ſit quædam legalis & taci
ta ſubſtitutio.de leg.2.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus.
& ex mente teſtantis videatur prouenire, de vuulga.
& pup.l.ſi ex teſtamento. quemadmodum licẽt quis
repudiaret non gratis ſed pro pecunia vel alio com-
modo, non propterea videntur partẽ ſuã habere quo
ad excluſionem ſubſtituti de acqui. hære.l.fuit quæſtio
nis.ſi quis omiſ.cauſa teſt.l.2.& 3. & per totũ titulum.
Sic ergo nec quo ad excluſionẽ iuris accreſcendi, &
ad hanc æquiparationem facit quod no Barto. ſi quis
omiſ.cauſa te.l.ſi de eo qui omittit vt alteri accreſcat,
& pro hoc etiam facit quod not.Bal.C.de inoffi. teſta.
auth.nouiſſima. vbi filia renunciãte hæreditati pater-
næ propter dotẽ vult fratri accreſcere legitimã, licẽt
Barto contra in d.§.filium. quamuis in cuiuſ lectionis
Bal.contradixiſſe videatur in d.l.duobus.nec quidquã
facit l.duobus præalleg.quoniam ibi legatum accepta
uit & æſtimationẽ habuit. Non ob.etiã ille §.aduerſus
quoniã ſufficit patronũ quocunque titulo legitimam
ſuam habere.de bo.lib.l.ſi patronũ.§. ſi ex bonis. nam
& olim ſufficiebat legitimã quocunque titulo reling.
de inoffi.teſt.authen.nouiſſima, & quamuis Bal.in præ
alle.authen.nouiſsima uideatur Bar. contradicere, &
Ang.de leg.3.l.plane.§.ſi duobus.uideat Dyn. & Guil.
contra Bar.allegare Bal.etiã in l. vn.C.quando nõ pe.
& de cadu.tol. §.in primo.aliter quàm in authen.no-
uiſſima ſcripſiſſe, itaque authoritates doc.etiam eorũ
dẽ in illa materia videantur aduerſæ, tamẽ ad propo-
ſitum non videntur ob dictũ Bar.& Bal. ibi in contra
rium allegatũ, loquũtur.n.de repudiatione facta in ui
ta patris, quo caſu ut eleganter inquit Bal.ff.de inoffic.
teſt.l.pater filium.in repe.ſua.non tam de iure accre-
ſcendi agitur, cum nunquã filiæ legitima debita fue-
rit, quam in ipſ. filia ꝙ mortua non computetur, &
ſic ſoli fratri legitima tota debeatur. Nam Bar. opinio
fuit ꝙ in legitima non eẽt locus iuri accreſcendi coniũ
ctione legati.& plene tradit in d.l. pater filium. in illa
igitur l.1.§.filiũ de contra tab. non uoluit Bar. exclude
re ius accreſcendi, quod nr dictum eſt ſm eũ etiam ſi
filia nihil habuiſſet locum habere non poterat, ſed de-
clarare ꝙ pro mortua non habebatur filia quæ non
prorſus erat excluſa, & ideo ad fratrem non ſpectabat
integra legitima. pariter etiam non obſtabit ille §.ad-
uerſus.quamuis & aliter ad eum reſponſum ſit. præte
rea ipſi loquuntur, cum habet aliquid renunciare de
bonis ſibi debitis poſt mortem. hic autem de rebus le
gatis nihil habuerunt hæredes. vnde hic vere penitus
a legato excluſi ſunt, quod dici non poteſt in filia quæ
habet dotem, vel aliud quod in legitima computatur.
C.de inoffi.teſti.l.quoniã nouella. Nam partẽ ſaltem
legitimæ habuit, & ipſi loquuntur cum a lege legiti-
ma debetur, non cum de iure accreſcendi ex volunta
te teſtantis agitur, quod quidem potentius eſt cũ uim
habeat ſubſtitutionis ut ſupra. Er hanc partem de iure
amplectendã exiſtimo eſſe. & dubitationem ex eo ceſ
ſare, vel minui videatur, quod vt iam dictũ eſt in præ-
cedenti quæſtione nihil commodi ex huiuſmodi re-
pudiatione retuliſſe vidẽtur. Cum excluſo Benedicto
proximiores teſtantis ad huiuſmodi ſubſtitutionẽ &
fideicommiſſum vocentur, quoniam non erat veri-
ſimile omnes & omni modo defecturos.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. de Raymun-
dis de Cumis utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

Mater per quam actũ videatur adire hæreditatẽ fi-
lii ſibi delatã, & an ſi non cõſtat de iure rei proſit acto
ri aliter non probanti, & an renuncians liti videatur
fateri de iure aduerſarii.

SVMMARIVM.

1 *Filii ratione ſuitatis tranſmittunt hæreditatem.*

2 *Allegantis matrem ad ſecunda uota tranſeuntem filii de tutore non prouidiſſe quapropter ueniat punienda incũbit probatio.*

CONSILIVM CXVI.

DOMINA Catherina petiit ſe mitti in
poſſeſſionem bonorũ quõdã Saluatoris
fratris ſui uigore ſtatuti, ꝙ ille ad quem
delata fuerit hæreditas intelligatur poſ-
ſeſſor, debeant tamen citari detinentes
res hæreditarias, & fieri certę proclamationes, & cita
ri fecit uxorem dicti Saluatoris & partem vxoris tan-
quam poſſeſſores, comparuit in termino aſſertus pro
curator illius vxoris, & in præſentia iudicis repudia-
uit hæreditatẽ dicti Saluatoris tanquam ſibi delatam
ex perſona duorum filiorũ qui patri ſuperfuerant, &
in pupillari ætate deceſſerant, & pater eius corã eodẽ
iudice eam adiuit beneficio l.fi.C.de bonis quę liber.
Elapſo termino citatus ui proclamationũ comparuit
contra dictã dominam Catherinam, dicens miſſionẽ
fieri non debere, cum hæreditas ad eũ ſpectet, procu-
rator autem aſſertus filiæ repudiatricis ſtatim renun-
ciauit liti & inſtãtiæ propter dictam repudiationem,
prædictus autem pater probauit Saluatorẽ reliquiſſe
duos filios impuberes ex dicta vxore filia ſua, & eos in
tra menſem poſt patrem deceſsiſſe. dicta aut dña Ca-
therina de mandato iudicis petiit a notario ſibi dari
inſtrumentum donationis factæ patri per uxorem di
cti Saluatoris de certis bonis Saluatoris tãquam ad eã
ſpectãtibus ex perſona dictorum pupillorũ, quàm do-
nationẽ fecit patri ſuo, per quam donationem dicit
ipſam vxorem uideri adiiſſe hæreditatem, & ſic nõ
ualuiſſe repudiationem ſuam factam poſt aditionem
patri, & uideri factã in fraudẽ, & incidiſſe vitiũ litigioſi
poſtea dicta vxor ratificauit geſta per procuratorẽ aſ-
1 ſertũ uſque ad renunciationem Conſului † ꝙ hæredi-
tas Saluatoris non ſpectabat ad ſororẽ, quia rõne ſui-
tatis filii tranſmiſerant ad matrem, & deinde ſucceſ-
ſiue ſm cõem opinionẽ gl. ẽt ſi nõ fuiſſent i pñte trãſ-
miſiſſent ad aſcendentes, ſicut ad deſcendentes, ut
no. de

no.de iure deli.l.ſi Infant.l.quæ vř contra.de iis qui ante aper.ta.l.1.de ſuis & legitim.l. apud hoſtes.ad orfi.l.2.& ſiue dicamus vxorē adiuiſſe per inſtr̄m donationis quaſi pater videatur conſenſiſſe, & iuſſiſſe quod ē verū.de acqui hæ.l. is qui hæres.in fi.& ibi per Bal. de leg.2.l.cū pater §.libertus, & ibi ꝑ Bar. nec poteſt dici donationē non ualuiſſe,quia licèt pater non poſſit donare filiæ, de quo ꝑ Bar.de fideinſ.l.ſi quis pro eo.§. 1. tñ filia potuit donare patri.ſol.matr.l quotiens.& ibi Ang.& dato ꝙ non valeret donatio,ualuit tñ ipſa aditio & tacita ꝓfeſſio.de verb.ob.l.ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus.& ibi Bar.ſiue ēt dicamus non probari aditionem vxoris, tunc ꝯſtat ſpectare ad patrem ꝑ dictam l.fi.C.de bo. quæ lib.& ēt per edictum ſucceſſoriū. Nec obſtat ꝙ nō appareat vxorē petiiſſe tutores filiis, quia deceſſerūt intra menſem, ut ꝑ Bar.ad tertu.l.2.§. confeſtim.& idē ſi intra annū,per Bal.C.eo.l.matres, pro-

2 pterea † nec erat articulatum nec probatum ꝑ dñam Catherinā,quod tutores non eſſent petiti, quod fieri debuerat,per Bar. de uerb. ob.l.hoc iure ꝑ Bart.C. de impub. & aliis ſubſtitu.l.precibus.Itē licèt eſſet excluſa mater,non tñ auus niſi poſt excluſionē matris ipſe fuiſſet negligens,ut ibi per eū. Non eſt ergo curandū ad quem eorum ſpectet hęreditas,videlicet ad matrē, uel auum,ex quo apparet qđ non ſpectat ad dominā Catherinā.ar.de li. & poſt.l.Gallus. §. ſi eius. de acqui hære. l.qđ ſi dubites,& qđ ibi no.& pōt ipſe auus opponere de iure filii & tertii excluſiuo actoris ipſo iure, vt in iuribus uulgarib⁹. & cū ꝯſtat iudici actorē ius nō habere, eū repellet etiā ſi reus non haberet ius. C. de rei ven.l.fi.de eden.l.qui accuſare.probatur C. de tranſac. l.ubi pactū & ibi no. ꝑ Bar.de uerb.ob.l.ſi Titius. Nec obſtat qđ vxor ſiue eius procurator liti renunciauerit, quia ipſa non renunciauit.& dato quod ipſa renūciaſſet non ꝑ hoc quæreretur ius actori,per Iac.But.& Bar. C.de pac.l. poſtquā liti. Et licèt Bald.ibi dicat quod videatur confiteri ius actoris,hoc non eſt in propoſito ubi apparet quod renūciauit propter repudiationem ſuā & aditionē paternā,& ideo in certis non eſt locus coniecturis. Item illa renunciatio & confeſſio nō potuit præiudicare patri,& cū dña Catherina allegat ipſam antea adiuiſſe per donationē prædictā, & conſtet hæreditatē ſibi delatam,iſta confeſſio contineret impoſſibile de iure, immo iſta renūciatio vř facta in fraudē,& ē q̄dā alienatio , de ſtipu.ſer.l ꝙ ſeruus.& ibi Bar. & ſic videretur īcidere vitium litigioſi, ſed per hoc nihil acquiritur actori,ideo non inſiſtendū. Nec obſtat ēt ꝙ ſit lapſus terminus citationis & cridarū,quia cum ille terminus non ſit ſtatuti , ſed iudicis, debuit iudex audire eum antequam pronunciauerit. qui. ma.accu. poſ.c.cum in tua.& ibi glo.& Inno.Cy.C. de iudi. l. iudices.qui accu.non poſ. l.ſi ita. Bar.de opti.leg.l.mancipiorum.de re iudi.l.2. Et conſtat de iure cōi hāc trāſmiſſionem iuris hæredis ab inteſtato non fiendā, nec ex forma ſtatuti quod loquitur de eo cui eſt delata hęreditas, quod non eſt hic.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymūdis.

ARGVMENTVM.

¶ Legitimatio filii ſpurii facta per Papam an valeat ſi nō interueniat conſenſus patris,& quid ſi poſtea ratū habuit,& an ſit fiēda mētio de exiſtētia legitimorū.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio an ſufficiat, in legitimatione de filio facta.*
2 *Legitimatus ad dignitates dici poteſt & legitimatus ad ſucceſſiones.*
3 *Diſpenſare & legitimare differunt.*

CONSILIVM CXVII.

INNOCENTIVS ſeptimus precibus Bartholomæi filii Magii coniugati de ſoluta inclinatus,cum eodem in quibuſcūque bonis agnatorum & cognatorū ſuorum tam ex teſtō quàm ab īteſtato ſint, ſine tamen præiudicio eorum qui in huiuſmodi bonis,ſi prædicti parentes agnati & cognati ab inteſtato deceſſerint, ſuccedere debeant,perinde ſuccedere , & ad quoſcunque honores dignitates & ad officia mitti & aſſumi libere & licite ualeat, acſi de legitimo foret matrimonio procreatus,non obſtāte defectu prædicto natalium,conſtitutionibus Apoſtolicis, legibus imperialibus, ſtatutis municipalibus,& aliis quibuſcūque contrariis apoſtolica authoritate de ſpeciali gratia per Apoſtolicas literas diſpenſauit. Mortuo Innocentio dictus Magius præſente dicto Bartholomęo publico documēto cū iuriſiurandi religione profeſſus ē dictas preces d.Bartholomæum ſui uoluntate & mandato Innocentio porrexiſſe,& nihilominus grām prędictā & omnia in ea contenta comprobauit ratificauit atque cōfirmauit , & tandē ſolenni teſtō ſimilibus proteſtatione & ratificatione præmiſſis ipſum Bartholomæum ſibi uniuerſalē hęredem inſtituit, Antoniā uero filiā ſuā ex legitimis nuptiis in mille , quibus etiā eā iuſſit eſſe tacitā, & contentā.mortuo dicto Magio Bartholomæus eius hæreditatē apprehendidit, dicta vero Antonia ab inteſtato mortua eſt ſuperſtitibus dicto Bartholomæo,auia paterna,auia materna , & patruo.hinc q̄ritur de duobus, primo an dictus Bartholomæus potuerit dicto Magio hæres vniuerſalis exiſtere.Secundo cui ex prædictis deferatur hæreditas ꝑdictæ Antoniæ,ſtante ſtatuto Peruſii, ꝙ exiſtēte agnato maſculo ad quintum gradū mater & perſonæ per lineā maternā coniunctæ defunctis ab inteſtato nō ſuc-

1 cedāt. † ¶ Non videtur ſeruata forma impetrationis, q̄ debet fieri per patrem, in auth qui.mo na.effi. leg §.ſi quis. Sed reſpōdetur ratihabitionem ſufficere,ſi.n.ſufficit ratihabitio filii,auth.qui.mo.na.effi.ſui.§. generaliter,qui per legitimationem ſubditur poteſtati alterius, & acquirit vſufr. alteri.& eodē mō in emancipatione.C.de emācip.li.l.iubemus.pariter hic & fortius, q̄a de cōmodo nō icōmodo legitimātis agitur,& hoc tenet Bal.in l.Gallus.§ forſan.ff de li & poſth. imo cū př ꝓteſtatus fuerit eius conſenſu factū cum iuramēto, credendū eſt in iis quæ a ſua volūtate ꝑdēt. ff. de neg. geſt.l.Nēſenius. Bar. de iureiu l.admonēdi.nec obſtat ꝙ ratihabitio mortuo Innocētio interuenit,nā ſufficit ꝙ de nouo poſſit impetrari , licèt a ſucceſſione nō excludat.rem ra ha.l.bonorū , ubi mors petentis nō nocet, eodē modo nec mors eius cui erat delata bonorū poſ.ſi tranſmitteretur,puta hodie per l.cū antiquioribus,ſic nec mors prætorū.ar.d.§.generaliter.ubi nō requiritur uita principis, & probatur de præben. c. ſi tibi abſenti. in uerbo quicunque alius , & ibi Archi.lib.6, Item potuit Papa ēt ſine patris cōſenſu legitimare , cū & poſſit ꝑ reſcriptum abſens filius redigi in poteſtatē alterius & ignorās,ut in d.§.forſitan ꝓut loquiř in exiſtente apud hoſtē ubi eſt damnū,ut ꝑdixi,ſed Papa nominat eum filium Magii,& ſic ſciēs,nō exigitur eius

2 ꝯſenſum,ergo non vř exigere . facit ad hoc, Quia † legitimatus ad dignitates intelligiř ēt ad ſucceſſiones legitimatus,ut habetur qui fi.ſint leg. c. per venerabilē. nec ibi patris conſenſus exigitur,facit quod infra ſubiū, ciam.non obſtat ꝙ non ſit facta mētio filiæ legitimæ & ſic reſcriptū ſit ſurreptitiū,nec debeat valere , in authen. qui.mo.na. effi.ſui.§.oīno.ubi prohibetur impetratio,unde non ualet. C.de ſum.triu. l 2.ſi nup.ex reſcrip.l.2.& fortius quia ſi ꝓhibeř naturalis fortius ſpurius,quia hæc non propria legitimatio, cū non ꝑ hoc fiat in poteſtate patris,nec ſuccedat contra teſtamentum,ſed ſolum diſpenſetur ut ſuccedat ex teſtamēto & ab inteſtato , & ſic a uoluntate expreſſa, uel tacita, ſicut hodie adoptiuus.C.de adopti.l.cū in adoptiuis.

3 aliud eſt enim † legitimare,aliud diſpenſare , ut d. ca. per venerabilem. item cum dicatur , ſine præiudicio tamen ſuccedentium ab inteſtato , ſi parentes agnati & cognati inteſtati decedāt ītelligēdo ita generaliter poteſt dici ꝙ Papa non cōceſſiſſet ſi ſciſſet de filia , ex quo filiæ nō ſit præiudiciū,& ideo cū iſta fuit legitima

tio ſiue diſpenſatio, ſic diſpoſatus legitimis nō præiu-
dicet. non obſtat ille §. omnino tamē, quia intelligen
do ita late illa verba, ſine præiudicio &c. habilitatio ad
ſucceſſionē inteſtati eſſet quodā modo deriſoria, cum
ferre ſemper ſint venientes ab inteſtato ſaltem fiſcus,
contra l. ſi quādo. de leg. 1. æquius intellige ſine præiu-
dicio veniētium ab inteſtato. ſ. ſuorum puta filiorū le-
gitimorum, quo minus habebāt ſuā virilē. a t. ad treb.
l. ex facto. §. fi. & ſic cogitauit Papa ī genere de filiis le
gitimis. de teſta. mi. l. q iure. & licèt illa adiectio videa-
tur ſuperflua, illa intellecta, quia & ſine ea non fit præ
judicium, hoc modo videtur ad cautelam abundantē
poni, & ita conſuetum eſt exprimi in reſcriptis impe-
rialibus ſine præiudicio legitimorum in ſua portione.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. de Raymūdis.

ARGVMENTVM.

¶ Appellatione fratris an cōtineatur ſoror, vel filij
appellatione filia contineatur, & an ſi aliquid cōmitta
tur in ſecreto alicuius valeat, & an teſtator poſſit face
re q ſtetur dicto vnius, & quid ſi duobus in ſecreto cō
miſſum ſit, ſi vnus moriaī, an ſtandū ſit alterius dicto.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum concipere fœmininum qualiter intelligatur.*
2 *Diſpoſitio obſcura teſtatoris an fraudis præſumptionem induce-
re dici poſſit.*
3 *Teſtimonio vnius, cui teſtator mentis ſuæ declarationem com-
miſit, an ſtandum ſit.*

CONSILIVM CXVIII.

A. IN teſtamēto inſtituit C. filium ſuum, &
quēlibet filiū eius naſciturū, & ſi dictus
C. decederet ſine filiis marib⁹ legitimis
& naturalib⁹ vel nepotibus legitimis &
naturalibus ex fratre vel fratribus ipſius.
C. & filiis teſtatoris, dēat dictus C. facere & diſponere
de medietate hæreditatis id qđ teſtator ſecrete dixit
ipſi C. & mihi Io. notario & ipſum C. & eius aīam ſe-
creto onerauit. mortuo teſtōre C. moriēs bona pater
na reliqt ſororib⁹ & nepotibus eius, poſt eius mortē di
ctus Io. notarius declarauit q teſtōr in ſecreto voluit
& cōmiſit prędictā medietatē diſtribui in certarū ec-
cleſiarū fabricā, quæritur quid iuris ſit in hoc, quia de
tribus dubitatur ut patet in cōſilio. Sequēdo ordinem
in allegationibus mihi miſſis eleganter tactū. ¶ Circa
primū dicendū exiſtimo ꝯditionē fideicōmiſſi de me
dietate ipſius A. teſtatoris ſ'm ſecretā cōmiſſionem di
ſponenda extitiſſe. licèt enim appellatione fratris ſo-
ror contineatur, & appellatione filii filia contineatur,
& generaliter maſculinum fœmininū concipiat, id tā
1 tum intelligendum † ut inquit tex. in præallegata. l. Lu
cius. § quæſitum. de leg. 2. niſi aliud teſtōrē ſenſiſſe pro
betur: probari aūt dr̄ ex coniecturis veriſimilibus. ar.
de leg. 1. l. licèt imperator, de ma. teſt. l. ſi quis locuplex.
C. de rel ven. l. indicia. cum ſi. hic aūt euidens teſtōris
contraria voluntas ex eo apparet, quia cum in condi-
tione ſi C. morietur ſine filiis, expreſſerit maſculos, pa
ri ratione cū ſubdit. uel nepotibus ex fratre, intellexit
de nepotibus maſculis, ne plus videatur conceſſiſſe ne
potibus ex fratre quàm filiabus propriis in hæredita-
te ipſius C. ar. C. de bo. ma. l. ſi viua. de cōdi. & demon.
l. Publius. §. 1. C. de fideicom. l. cum' accutiſſimi. pari
etiā rōne verbis illis, ex fratre uel fratribus, appellatio
ne fratris non cōtinebiī ſoror, & cōſequenter appella
tione nepotum ex fratribus non cōtinebuntur nepo-
tes ex ſororibus, cumq; indubitatum ſit intelligi de ne
potibus maſculis, rōne pręmiſſa cōtineri dicendū erit,
ne excluſa ſorore admittaī nepos ex ea, q ex inhabili
radice emanauit, ēt ſi verba illa, ex fratre vel fratribus,
expreſſa non eſſent, tamen intelligenda eſſent de con
iunctis per virilē ſexum, & hoc expreſſe determinat
Io. An. in Spe. de teſti. in ſi primæ additionis, vbi pluri
ma argumēta adducit, q ex quo filiæ & ſorores exclu
ſæ ſunt, ītelligātur excluſi nepotes ex eis, ad quem bre
uitatis gratia remitto, faciunt ēt notata per Bal. C. de li
be. præteri. l. fi. & in §. hoc autē notandū, ſuperius alle.
¶ Circa ſ'm, puto, diſponentē ſi tale quid ſecreto cō
miſit. qđ ſi fuiſſent expreſſum valeret hoc potuiſſe, ſi
modo hoc qđ ſecreto cōmiſit p duos teſtes, vel aliàs
probationes q̄ in declaratione voluntatis exiguī p-
betur, de qua in ſequenti quæſtione ageī, alias fortaſſis
dici poſſet oē ius quod non probaī, deficere. ar. de te.
tut. l. duo ſunt, Titii. nā cū teſtōr in teſtō fideicōmiſſi,
licèt non declarauit, ſed ad aliā diſpōnem ſuā ſe retule
rit, licèt minus ſolēnē, teſtm̄ valet, nec in ipſa declara-
tione ſecreta exigitur aliqua vltimæ voluntatis ſolen-
nitas. de teſta. l. hæredes. §. 1. & ibi no. de hære. inſti. l. aſ-
ſe. de ꝯdi. inſti. l. inſtō talis, de re. du. l. quem hæredi. &
p Bar. de cōdi. & dem. l. ſi ita ſcripſero, nec dicēda eſt
hmōi diſpoſitio captatoria, tum quia refertur ad cō-
miſſionem præteritā. de hære. inſti. l. ille. & l. hoc arti-
culo & voluit Bar. in l. ſi ita ſcripſero, & pbatur C. de
fideicom. l. fi. ſ'm intellectum cōiter approbatū, tū q2
ēt ſi ad futurā cōmiſſionē ſe referat, nō cōmittitur vo
luntati alicuius, ſed potius ipſius teſtatoris declaratio-
ni, ut d. l. quē hæredi Bar. autē de do. præleg. in l. Theo-
pompus, loquiī qñ ſimplici dicto cōmiſit. quāuis Bal.
C. de teſti. mi. l. captatorias. non videaī eū ſequi. nec vī
Bar. bona rōne motus, nā aliud quippe eſt liberæ volū-
tati alicuius cōmitti, aliud cōmitti teſtimonio, & ſic
tanquam viro iuridico, & qui mētiendo peccaret. de
leg. 3. l. fideicom. §. quāquā. de leg. 1. l. ſi ſic. & de leg. 2.
l. 1. & plene ibi, no. pcipue cū & ſedo potuiſſet id teſtōr
cōmittere in præſentia tm̄ teſtium aliquorum fidorū,
iuxta ea quæ tangit Bar. ff. de iure fiſci. l. non intelligi-
tur. §. tacita. & ſi nō eſſet cōmiſſum declarationi vnius
tm̄ uel duorū, potuiſſet ēt teſtōr poſtea aliis dixiſſe q ſe
creto filio cōmiſerat, quinīmo ſi ex eo dicenda ſit di-
ſpoſitio captatoria quia teſtimonio aliquorum ſtādū
ſit, iam oē teſtm̄. qđ ex fide teſtium uel etiā notarii pē-
pendet, erit captatoriū, cū etiā interſit an ad ſecretum
mortis unius uel plurium cōmittaī, illud ꝯſtat ſ'm eun
dē Bar. qđ ad pias cās ualuit. extra de teſta. c. cū tibi. Il-
lud aūt conſtat, q ex hmōi verbis non pſumiī accom
modata fides de pſtando incapaci uel aliqua prohibi
ta faciendo, vt d. l. q hæredi. & pbatur euidenter de iu
re fiſci l. nō ītelligiī. §. 1. facit §. tacita eadē. l. vbi inter
modos tegēdi fraudē & tacitā fidē hūc nō poſuit, nec
quicquā facit de leg. 1. Lucius. §. inteſtato, & de iure fi-
ſci l. ſi ita fidei. ibi ēt pro cōſtāti ponit quod ille Seyus
tacitā fidē accōmodauerat ī fraudē, ſed ex eo videba
tur excuſatus, quia teſtōr eū in teſtō grauauit per l. nō
intelligitur. §. ſi quis palā. de iure fiſci. quod ibi remo-
2 uetur, Quia † licèt in teſtō grauauerit, nō tamen palā,
nec ītelligibiliter. talis ergo obſcura diſpō in teſtō non
inducit fraudis præſumptionē, ſed ſuppoſita fraude p
tacitam fidei accōmodatiorem non excuſaī a pœna,
vbi ſi fuiſſet clara diſpō excuſaret, illud ēt indubitatū
exiſtimo per hæc uerba nō induci relictū ad pias cās,
alio non pbato, quamuis. n. diſpō cōmiſſa volūtati al-
terius per verba denotātia arbitriū boni viri inducat
relictū ad pias cās. de teſta. c. cū tibi, ſ'm Inno. quaſi bo-
nus vir hoc dēat arbitrari, & Bar. & Bal. C. de ſac. ſanc.
eccle. l. 1. ſecus aūt ſi p uerba merę voluntatis. & ibidē
per eos. & videtur expreſſum de hære. inſti. l. illa inſti-
tutio. tn̄ vbi teſtōr ſe retulit ad ſpecificam commiſſio
nē ſuā quæ potuit eſſe ad cās non pias, nulla eſt ratio
cur ad pias cās pręſumamus, iuxta vulgarem regulā
C. vnde leg. l. non hoc.
¶ Circa tertiū, ſi dictus notarius ſine iuramento uel
nō corā iudice cōpetēti depoſuit, conſtat, ut bene alle
gatū eſt. ei non credendū, ubi autē iuratus in forma iu
3 dicii depoſuiſſet, triplex cadit inſpectio. Prima † nun-
quid teſtimonio vnius, cui teſtator declaratione mē-
tis ſuæ commiſit, ſtandum ſit, vbi ſententia commu-
nis videtur q ſic per l. Theopōpus de dot. præl. ut ſic
ſtetur dicto unius ex uoluntate teſtantis. ut ibi cōmu-
niter per doct. & Bald. in d. l. captatorias. l. in alla. niſi
eſſent

eſſent alia indicia, ut ibi per Bar. & eundem ind. l. ſi ita
ſcripſero. nec huic oppoſitioni obſtat l. qui hęredi. quo
niam ibi hæres non declarabat, & ideo aliæ probatio-
nes exiguntur, licet forſan Bar. in d. l. Theopompus. cũ
excipit relicta ad pias cauſas, ſenſerit in illis ſtari ſoli de
clarationi eius cui teſtator commiſit, ſecũda inſpectio
eſt, an notarius potuerit ſibi aſcribere huiuſmodi com
miſſionem ſecreto, vbi, quia uerbum commiſit, uide-
tur importare etiam executionem voluntatis teſtato-
ris, non ſolam fidem, & verborum teſtimonium, tunc
enim rectius dixiſſet me præſente, quàm copulatiue,
& apparet ex verbo commiſit. de off. præ. l. 1. §. cum ur
bum. de offi. dele. c. 1. cum ſi. conſtat eum non potuiſſe.
per gl. in l. uxori. §. 1. de ſal. cum teſtm̃ p inſtr̃m nõ per
teſtium depoſitionem probetur, ſm̃ communem do-
cto. ſententiam. vt no. C. de ijs qui ſibi aſcrib in te. l. 1. d
falſis. l. 1. C. de teſta. l. dictãtibus. nec dici poteſt, quòd ſe
non potuerit aſcribere declaratorem & teſtem uolũ-
tatis defuncti, quia ſi quaſi falſa detrahi debent illa uer-
ba, & mihi notario &c. ſequeretur nec ipſum poſſe eſ
ſe teſtem. arg. optimum. ff. de fal. l. filius. §. 1. & quod ibi
no. cum hæc quæ ſunt connexa, non poſſint vnum ab
alio ſeparari, & utile uitiatur per inutile. Tertia inſpe-
ctio eſt, cum teſtator duobus in ſecreto cõmiſerit, po-
ſito ꝙ notarius potuerit ſe aſcribere, an illius teſtimo-
nio ſtetur in defectum alterius, videtur quòd ſic, argu.
executorum. facit quod no. Bart. in d l. qui hæredi. vbi
caſu quo teſtator commiſerit duobus, ipſis inuicem di
ſcordãtibus dicit præualere dictum veriſimilius, alias
ſibi inuicem derogarent, quaſi vbi non eſſent contra-
rij, vnius ſolius dicto ſtetur, ſed tamen dicendum vide
tur contrarium, cum regula ſit unius teſtimonio non
credi, a qua excipitur ille caſus ubi teſtator hoc voluit,
ut plene no. in d. l. Theopompus. nec teſtator declara-
tionem uoluntatis ſuæ commiſit ſoli notario, ſed duo
bus, non creditur enim teſtimonio unius, cum regulæ
tanquam carotio ſtandum ſit. vt no. de regu. iur. l. om-
nis diffinitio, & exceptio confirmet regulam in alijs.
in Auth. de nõ alie. §. ut autem. aliud quippe eſt in exe-
cutione, ubi non agitur de probanda uoluntate defun
cti, ſed de exequendo uoluntatem datam, quia inter-
eſt executionem mereri, quemadmodũ te. aperi. l. uel
negare. communia prædi. l. fi. & quæ ad epiſcopum in
ſubſidium deuoluitur, at hic agitur de probatione uo
luntatis, ubi teſtimonio unius credi periculoſum repu
tatur. de teſti. l. iureiu. C. de fideicom. l. fi. cum teſtator
fidem unius non elegerit ſed duorum. ar. de le. 2. l. ſi Ti
tio. in ratione ſui. & Bar. in l. qui hæredi. ita eſt intelligẽ
dus ut unius ſolius dicto ſtetur ſine alijs argumentis, ut
patet per eum i l. Theopompus. vbi contradicit, ſi enĩ
ubi unius ſolius tãtum declarationi commiſit, dubiũ
eſt & opinionum uarietas, an ſcilicet eius ſolius teſti-
monium ſufficiat, ut ſupra patuit, ſatis relinquitur in-
dubitatum non credendum vni, quando quid duorũ
teſtimonio commiſſum eſt, præcipue cum ipſe C. di-
ſponendo de bonis patris poſſit uideri declaraſſe uolũ
tatem patris, ut ſupra bene allegatũ eſt. ad quod facit
de leg. 2. l. unum ex familia, apparet ergo ex præmiſſis
concluſio. licèt enim ubi conſtat teſtem habitum, faci
lius ei credatur. in auth. de teſti. §. ut licet. per gl. & no.
de teſti. l. ad teſtamentum. §. conditio. non tamen uni
ſoli. & idem in ijs quæ ſecreto aguntur. C. de repud. l.
conſenſu.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun-
dis de Cumis.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio ſi ſit facta de filijs & nepotibus ex eis,
an nepotes dicantur proprie ſubſtituti, & quomodo
intelligatur dicta ſubſtitutio, & an contineat tacitum
fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in ultima voluntate nepotes continentur.*
2 *Expreſſa ſubſtitutio facit ceſſare tacitam.*

CONSILIVM CXIX.

TESTATOR inſtituit N. A. F. & P. filios
ſuos & B. nepotem ſuũ ex filio præmor-
tuo, & eorũ filios maſculos in ſtirpes &
non in capita quemlibet eorum æquali
portione, & ſi contingat in futurum na-
ſci filios maſculos teſtatori ex quacunque uxore vnũ
vel plures, ipſo modo prædicto & infraſcripto cũ præ-
dict. N. A. F. P. & B. uel altero eorum qui ſuperuixerit
æquali portione ſibi hæredes inſtituit, & ſi contingat
alterũ ipſorũ filiorũ ſuorum ſeu ablaticorum. i. nepo-
tum præſentium & futurorum decedere abſque libe-
ris, ꝙ ſuperuiuentes ſuccedant eis in ſtirpes & nõ in ca
pita. mortuo teſtatore & adita hæreditate per filios &
nepotes ſuperius noĩatos, deceſſit dict⁹ A. relictis plu-
ribus filijs. ſ. Ia. & Io. ex prima uxore, & alijs quatuor ex
ſecunda. dicto Ia. & emancipato & in certis rebus in-
ſtituto, & alijs v. uniuerſaliter æquis partibus inſtitu-
tis, addens quod dicti filij ſui abſque dicto Iac. ipſis de-
cedentibus ſine filijs maſculis ſibi uiciſſim ſuccedant
non obſtante matrum diuerſitate, ſubſtituendo prædi
cto caſu eos ſibi hæredes uiciſſim. ut ſupra deinde mor
tuo ipſo A. deceſſit Io. filius eius relicto filio. deinde de
ceſſerunt tres filij ipſius A. teſtatoris ex ſecũda uxore,
duo puberes & alius impubes inteſtati adita hæredita-
te patris, tandem deceſſit dictus Ia. emancipatus, quæ-
ritur inſpectis teſtamentis prædictis ad quem ſpectent
bona ipſius Iacobi emãcipati & aliorum trium fratrũ
præmortuorum, utrum ad fratrem ſuperſtitem, an ad
fratres præmortui filij. &c.

¶ Circumſcripto omni teſtamento conſtat ab inte
ſtato bona & hæreditatem ipſius Ia. pertinere ad filiũ
fratris utrinque coniunctum, aliorum uero trium fra-
trum pertinere ad fratrem vterinum coniunctum. C.
de legi. hær. auth. ceſſante, & in corpore vnde ſumitur.
teſtamentum autem patris eorum non ob. ſed potius
ſuffragatur, ſubſtituit enim filios quos inſtituerat inui-
cem excepto dicto Iac. & ſic non ſolum iure commu-
ni ab inteſtato, uerum etiam in teſtamento fratris u-
trinque coniuncti inuicem ſucceſſerunt, nec dici põt
Io. primi mortui filium in ſubſtitutione prædicta con-
1 tentum, ꝙ † filiorum appellatio etiam nepotes conti-
neat in ultima uoluntate. de hære. inſti. l. Lucius. & ple
ne legitur. de uer. ſign. l. librorum. quoniam teſtator ex
preſſim ſubſtituendo ſe retulit ad filios inſtitutos, cum
dixit, & ꝙ dicti filij ſui, &c. inſtituti autem fuerant no-
minatim filij præſentes & naſcituri ex quacũque uxo-
re teſtatoris, quo fit ut filiorum appellatio ad certas p-
ſonas relata nepotes non contineat, nec ulterius extẽ
datur. ut no. glo. de teſta. tu. l. ſi quis ita. §. 1. & probatur
in l. Gallus. §. inſtituens. & ibi Bar. de libe. & poſth. & p
ſe patet. ipſi autem Ia. conſtat patrem non ſubſtituiſſe.
de teſtamento uero aui pluſculum dubitationis vi-
detur, eo quod filijs & abiaticis ſine liberis deſcendenti
bus ſubſtituerit ſuperuiuentes. vnde prima facie tã di-
ctus Ia. & filij Io. ad bona illorum trium prædictorum
præmortuorum, quàm fratres ſuperſtites ad bona di-
cti Iacobi uidentur uocari, per ea quæ tangit Barto. de
vulg. & pup. l. centurio. in ulti. q. 3. principalis. & Bal. C.
de impub. l. precibus. uerius tamẽ arbitror ipſum auũ
hoc caſu ijs nepotibus nõ ſubſtituiſſe, Cuius gratia ad-
uertendum, quod cum inſtituerit filios nominatim,
& eorum filios maſculos in ſtirpes, filij filiorum intel-
liguntur patribus proprie ſubſtituti, ut plene legitur. de
li. & poſth. l. Gallus. § 1. & ſic eo caſu patres non eſſent
hæredes, quod etiam apparet ex uerbis ſequentibus,
cum dixit, quemlibet quorum æquali portione, quæ
uerba non poſſunt referri ad filios filiorum uiuẽtium
quos nõ æquali portione ſed i ſtirpe uocauit, & expreſ
ſius apparet in inſtitutione poſthumorum quos uoca-
uit æqualiter cum filijs nulla habita mentione abiati-
corum. Cum uero ſubſtituit, ſi contingat alterum ip-
ſorum filiorũ ſuorum ſeu abiaticorum decedere abſq;
liberis

liberis,intelligitur ſubſtituiſſe filijs ſeu abiaticis eo caſu
quo ſupradictos ſibi ſubſtituit. verbum enim ipſorū,
ſui natura relatiuum & repetitiuum operatur repeti-
tionem & relationem in præcedētibus cum omnib⁹
qualitatibus ſuis.de al.le.l.a filio.§.teſtator.& no.Bar.
de le.j.l.ſi quis ſeruum.§.fina.ſubſtituit ergo abiaticis ſi
ne liberis decedentibus eo caſu quo ad hæreditatem
vocantur,qui caſus non exiſtit, cum filij teſtatoris hæ-
redes exiſtētes vulgariter nepotem ſubſtiturum exclu
ſerint,hoc etiam apparet,quia Bar.in l.centurio.& Bal.
in l.precibus. ſubſtitutionem factam,ſi filius deceſſit ſi
ne filijs vel eius filij ſine filijs,ea ratione tenent decedē
tibus nepotibus ſine filijs quod intelligaṫ filius ſub cō-
ditione duplici grauatus,& ſic grauamen ſit filio iniun
ctum,non nepotibus qui grauari non potuerunt, cum
aui iudicio nihil pereeperint,licèt Bar. tentauerit dice
re etiam nepotes grauari potuiſſe, quaſi grauando ui-
deatur eos filios ſubſtituere. hic autem non poteſt di-
ci grauatos filios poſt mortem abiaticorum, quia ſub-
ſtitutio euidēter facta eſt ipſis abiaticis,cum dixit,ſuc-
cedant eis,vnde congrue non poteſt ſummi intellect⁹
ꝙ filios voluerit grauare poſt mortem abian eoꝝ pro-
pter relatiuum,eis,& apparet,quia ipſi abiatici graua-
ri potuerunt in caſu quo ſunt inſtituti,unde grauamē
vṫ eis,non filijs iniunctum,vt vult Bart. in l. qui duos.
de vulg.& pup.quod ex eo etiam apparet,quia abiati-
cis ſubſtituit eo caſu quo filij hæredes non eſſent,vnde
foret abſurdum ſubſtitutionem factam abiaticis intel
ligi diuerſo iure,videlicet eo caſu quo abiatici eēnt hæ
redes directo intelligi factam eis,eo uero caſu quo filij
exiſterent hæredes intelligi factam filijs. contra l. eum
qui.& l.rerum mixtura.de vſuc.ar.de vul.& pup.l.iam
hoc iure.cum ſi. nec rurſum dicendum eſt nepotes ex
hoc grauamine filijs ultra primam ſubſtitutionem ge
neraliter & compendioſe tacite ſubſtitutos.primū qui
dem,quia non expeditum eſt,an tale granamen,dato
ꝙ aliter valere non poſſit, induceat tacitum fideicom-
miſſum in perſona nepotum grauatorum,quia indu-
cta ad grauamen non debent operari relictum.de cō-
di.& demon.l.eum tale.§.fi.l.legata inutiliter , de adi.
leg nec Bar.in l.Centurio.hoc firmat.quia etſi id pro-
cederet in terminis Bar. vbi nepotes nullo modo filij
ſubſtituti ſunt,& ſic alter valere non poteſt in præſen-
tiarum,cum tamen nepotes ſint expreſſim vulgariter
ſubſtituti,eoque caſu potuerint ipſis nepotibus ſubſti-
2 tui,ceſſat tacita ſubſtitutio,tum quia † expreſſa ſubſti-
tutio facit ceſſare tacitam.de vulg.& pupl.l. cum filio.
§.1.non debet ergo intelligi paſſim nepotes eo caſu uo
luiſſe grauare quo nihil reliquerat.arg.de leg.1.l. ſi ſer-
uus legatus.§.pe.& C.de fideicom.l.ab eo. ſed eo caſu
quo ſibi prouidit arg de adi le.l.Titia.& ex regula uul
gari,quod onus debet regulari ſm̄ commodum.nam
ſequentia verba generalia declarantur & reſtringunṫ
ex verbis præcedentibus ſpālibus & claris.de l.a.l.lega-
torū.§.1.& l.Titia.§.1.facit de teſta.l.hæredes.§.j.& de
le.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.amplius attentari poſſit qđ
inſtituti ſint illi ſoli abiatici quorū patres hæredes nō
extiterint.Nam cum ipſi abiatici intelligantur inſtitu
ti eo caſu quo eorum patres non ſint hæredes , uideri
poſſint inſtituti illi qui reperientur eo caſu quo patres
hæredes non ſint.& ſic ex futuro euentu demonſtran-
di. vnde cum caſus non euenerit,ij abiatici de quibus
agitur,nunquam fuerunt inſtituti etiam ſub conditio
ne.de liber.& poſth l.commodiſſime.& ibi per Bart.
vnde nec eis eſt facta ſubſtitutio . vt apparet ex uerbo
ipſorum,&c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun-
dis iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas non adita an tranſmittatur ad aſcendē
tes.& quid de hæreditate infantis , & quis præferatur,
an pater infantis ex iure deliberandi, an ſubſtitutus in-
fantis ex ſubſtitutione, & ſi ſtatutum prohibeat relin-
quere extraneis,qui dicūtur extranei, & an factū tem
pore inhabili ualeat ſi conferatur in tempus habile.

SVMMARIVM.

1 *Infans decedens tranſmittit iure patrio hæreditatem patri , & hac tranſmiſſio ſubſtitutionem vulgarem excludit.*

2 *Hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur.*

3 *Qualitas & limitatio legis in primo capite non intelligitur repetita in ſecundo capite euſdem legis.*

4 *Legitima reſtricta à ſtatuto nō poteſt per fideicommiſſum apponi grauamen.*

CONSILIVM CXX.

IOANNES inſtituit Ioannem & Fran-
ciſcum nepotem ſuum ex filia,eique ſub
ſtituit vulgariter & pupillariter & per fi-
deicommiſſum proximiorem teſtatoris
tūc ſuperſtitem,mortuo teſtatore deceſ-
ſit hæres inſtitutus ī pupillari ætate,relictis patre. ſ. ſuo
& ſorore dicti teſtatoris. Quæritur an ſoror teſtatoris
petere poſſit ſolam tertiam uirtute ſtatuti,uel plus.Cu
ius quidem ſtatuti tenor talis eſt.Statuimus ꝙ ſi aliqua
perſona deceſſerit ab inteſtato ſuperſtite relicto filio
uel filiis maſculini ſexus, aut nepote uel pronepote ꝗ
maſculus ſit, dum tamen coniunctus fuerit deſunctæ
perſonæ per lineam maſculini ſexus per eundem ſe-
xum continuati,ꝙ tales ad ſupradictorum admittanṫ
ſucceſſiones in totum,& ꝙ filia uel filię vna vel plures
aut neptis uel neptes,& deinceps aliquæ ex illa ꝑmor
tua perſona deſcendens coniuncta illi perſonæ ꝑ ma-
ſculinū vel maſculinos filios vel nepotes vel filios de-
ſcendentes maſculos tantum ad ſucceſſionem admit
tantur deſunctæ perſonæ cum vno vel pluribus maſcu
lis ſupradictis , filiabus autē & alijs ſupradictis quas di-
cimus non debere ad ſucceſſionem admitti.vni , uel
pluribus taliter prouidemus,ꝙ id tantum de bonis de-
functæ perſonæ habere debeant,qđ eis pro dote fuiſſe
datum monſtrabitur. Cæterum ſi nulla dos data fuiſ-
ſet,pro ea id ſolum de bonis deſunctæ perſonæ habe-
re poſſit & debeat , ꝙ ſex proximiores de parentela
mulieris,tres.ſ.ex parte matris,& tres ex parte patris ſi
poterunt inueniri , & ſi non poterunt inueniri , duo
ex parte patris,dum tamen ualeāt reperiri, ſuper hoc
fuerint concorditer arbitrati, inter quos ſi aliqua di-
ſcordia uerteretur,iudicium accedat,& authoritas prā-
tis qui pro tēpore fuerit,& ipſi⁹ dicto per omnia parea-
tur ſemper,conſideratione diligenti habita. Si mulier
autem uoluerit ſpreto matrimonio tēporali aliā uitā
eligere, quid uel quantum ſit ei tribuendum inſpecta
qualitate & facultatibus perſonæ , ita tamen vt præter
ea quæ dicta ſunt non debeāt dotes cōſtitui prædicto
modo alicui mulieri de bonis aui vel proaui materni
& deinceps aliquorum deſcendentium,ſed in illis ob
ſeruetur quod leges & iura conſtituunt , & admittanṫ
ad ſucceſſionem defunctæ perſonæ cum filio vel filijs,
aut deinceps deſcēdentibus maſculis ſupradictis. Nec
in teſtamentis aſcendentibus liceat extraneis perſonis
vel locis relinquere quod excedit tertiam partem bo
norum ſuorum,& ſi fiat non ualeat.ſed duæ partes de
beant ab inteſtato venientibus applicari , non autem
hoc intelligitur quando teſtator relinqueret pro reſti-
tutione male ablatorum, & ꝙ liceat patri & alijs aſcē
dentibus exhæredare filios & nepotes & alios deſcen-
dentes ex cauſis approbatis à iure.&c.

¶ Sine diſputatione aduertendum puto,ꝙ de aditio
ne hæreditatis ipſius pupilli nihil proponitur,nec utrū
1 deceſſerit infans vel maior infante.unde † ſi infans de-
ceſſit,ad patrem iure patrio hæreditatem tranſmiſit .
C.de iure deli.l.ſi inſanti.quæ tranſmiſſio ſubſtitutio-
nem vulgarem excludit,ut legitur & no.de hær.inſtit.
l.ſi pater.& in l.1.de vul.& pup per Bar.& C.de hæred.
inſti.l.3.per Cy.& alios.& videtur expreſſum l.1.C.de
cad.tol.§.cum autem in ſuperiore. Si autē fuiſſet ma-
ior in-

ior infante, & non adiſſet, occurrit conſiderandum an
deceſſiſſet intra annum poſt mortem teſtatoris patre
ſciente, & pater intra eundem annum adijſſet bene-
ficio iuris deliberandi, quòd adhuc poſſit excluſo ſub-
ſtituto vulgari, æquiparando ſcientiam patris ſcientiæ
tutoris. per l. mora. in fi. de acq. hæred. & ſic tranſmiſit
ius deliberandi excluſo ſubſtituto per l. ſ cum antiquio
ribus. C. de iur. deli. ſecundum ea quę habentur. ibi per
Bar. & in l. qui duos. de re. du. & Bal. in l. ſi infanti. Sin-
autem poſt annum deceſſiſſet, uel pater intra annum
non adijſſet, uideretur vocari ſoror defuncti ex ſubſti
2 tutione vulgari, per regulam ꝙ † hæreditas non adita
non tranſmittitur. nec ei obſtaret ſtatutū, quia ex quo
nepos inſtitutus hæres non fuiſſet, nec per tranſmiſſio
nem alium hæredem feciſſet, non impediret ſubſtitu-
tum, quemadmodum ſi necà principio fuiſſet nepos,
vt videtur expreſſim. de vul. & pup. l. Lucius. ſecūdum
intellectum Iac. de Are. & conſtat, quia ſi non uocare
tur. ſoror ex ſubſtitutione vulgari corruente teſtamen
to ex defectu aditionis veniret tanquam proximior
teſtatoris ab inteſtato, niſi hic dicatur pupillum hære-
ditatem aui materni ſingulari iure tranſmittere ad pa
trem, & ſic ad alium aſcendentem per glo. C. de ſuis &
leg. l. apud hoſtes. de quo eſt uarietas inter doct. vt ple-
ne legitur. C. ad orfician. l. 2. aut etiam trāſmiſerit bene
ficium reſtitutionis in integrum ſm ea quæ no. in d. l. ſi
infanti. & ff. de acqui. hæred. l. Pantonius. per docto. de
quo adhuc dubium eſt. ſin autem pupillus adiuerit cui
conſtat pupillariter ſubſtitui non poſſe per auum ma-
ternum tutius dicendum puto duas partes apud patrē
pupilli integre remanſuras. ſororemque teſtatoris nō
vltra tertiam conſequi poſſe obſtante prædicto ſtatu-
to Taruiſij lib. 2. tracta. 3. ubi nec in teſtamentis genera
liter loquitur de aſcendentibus, nec debet reſtringi,
eo ꝙ in principio eiuſdem ſtatuti loquatur de aſcendē
tibus per lineam maſculinam. nam † qualitas & limi-
3 tatio legis in primo capite non intelligitur repetita in
ſecundo capite eiuſdem legis, quia pertinent ad facti
narrationem. ff. ui. bo. rapt. l. prætor ait. §. eritq; coniun
cta l. 2. in prin. & ibi per Bar. & probatur de li. & poſt.
l. Gallus. §. uidendum, ibi, nihil enim. vbi tempus adie-
ctum in primo capite legis Velleiæ non intelligitur re
petitum in ſequenti, & maxime in propoſito indubita
tum videtur. quia ſtatutum in principio loquitur ad pꝛæ
ferendum maſculos mulieribus & ab inteſtato, vbi au
tem nec in teſtamentis loquatur de præferendis deſcē
dentibus extraneis, & ex teſtamento vbi eſt ratio om-
nino diuerſa, & ideo ex ſeparatis non eſt addenda limi
tatio. arg. de mino. l. Papinianus exuli. Præterea imme
diate ante illum ver. nec in teſtamētis ſtatutum loquir̄
etiam de aſcendentibus per lineam fœmininam, vnde
non debet fieri reſtrictio, per id quod dictum erat im
mediate in principio, & maxime vt nota. Inſtit. de re.
di. §. item lapilli. & per Bar. in d. l. prætor ait. §. eritque.
nec obſtat ꝙ relictum factum ſorori ſit collatum in tē
pus quo non eſſent teſtatoris. Nam intelligitur quod
non poſſit relinquere vltra tertiam bonorum ſuorū
ciuiliter. ſ. tempore mortis uel teſtamēti, quo ſunt ſua.
Illa enim verba, bonorum ſuorum, determinant ver-
bum, relinquere, quod relictum dicitur fieri per teſta-
mentum, ut per mortem, magis tunc uideretur obſta-
re, quia iſta ſubſtitutio fideicommiſſaria collata in tē-
pus mortis ipſiꝰ nepotis perinde ualere debeat ac ſi ab
initio nepos non fuiſſet, paria. n. ſunt aliquid fieri tem-
pore inhabili vel conferre in tempus habile. de hære.
inſtit. l. in tempus. de leg. 2. l. ſi ita quis. & probatur in d.
l. Lucius. de vulg & pup. ſecundum Iac. de Are. cōſtat
autem quòd ſi teſtator non habuiſſet hunc nepotem,
potuiſſet totum relinquere ſorori, quia ſtatutum pro-
hibens aſcendentes, neceſſario loquitur de eo qui ha-
bet aſcendentes, alioquin non dicuntur aſcendentes,
de verb. ſign. l. pronunciatio. §. 1. tamen uerius & indu-
4 bitanter dicendum eſt cōtrarium. Nam † ſiue ſtatutū
videatur minuere legitimam deſcendentium uſque
ad beſſem, prohibendo relinqui extraneis, conſtat nō
ualere grauamen per fideicommiſſum in tali legitima
etiam poſt mortem. C. de inof. teſt. l. quoniam in prio-
ribus. & no. eo. ti. l. ex tribus. ſiue etiam uoluit inhabili-
tare extraneos ultra tertiam partem extantibus deſcē
dentibus, quemadmodum ſi filius naturalis ſolum re-
peritur capax certæ partis, conſtat non ualuiſſe ſubſti-
tutionem fideicommiſſariam, vt ſubſtitutus capiat de
bonis teſtatoris ꝙ directo capere non poſſet. ff. de vul.
& pup. l. ſi is qui. ubi eſt expreſſum. lex. n. illa quāuis anti
qua loquens de eo qui ſolidum capere non poteſt cō-
prehendit etiam eos qui incapaces efficiuntur per iu-
ra noua, cum regula iuris ſemper loquatur. C. de hære
di. l. ariani. & ſicut ibi exemplificatur in filio naturali q
tñ non repetitur incapax iuris ſtatutorū, & ſic etiā po-
teſt exemplificari per hoc ſtatutū. vt & ibi expreſſim
voluit Bal. & tamen ibi talis incapax non poteſt cape
re ex ſubſtitutione pupillari, licèt cōferat in caſu mor-
tis legitimi, & ceſſante impedimento, & licèt ueniat
mediate non immediate ex perſona teſtatoris, pari igi
tur & fortiori ratione non admittetur ſubſtitutus ex fi
deicom. qui venit ex perſona teſtatoris non ex perſo-
na pupilli, & ꝙ idem ſit in fideicommiſſaria, voluit ex-
preſſim Bal. in d. l. ſi is. Nō obſ. prædicta ratio, videlicet
quod confertur in caſum deficientis nepotis, Nam cū
nepos tranſmittat hæreditatem aditam ad patrem vel
alium, ibidem ſuus non dicitur excluſus, qui tranſmit
tit, & beneficio ſuo alium reliquit hæredem. de hær.
Inſt. l. ſi pater. ſed ubi omnino excluderetur per repu-
diationem uel mortem, ita quod non tranſmitteret,
tunc militaret prædicta ratio. & ita loquitur l. Lucius.
ſecundum intellectum Iac. de Are. Nec obſ. ꝙ ſtatutū
prohibeat relinqui extraneis, ſoror autem defuncti nō
uideatur extranea. in Auth de hær. & fal. §. inordinatū
C. de iure do. l. fi. in prin. nam cum ſtatutum prohibeat
aſcendentem relinquere extraneis, videtur appellare
extraneos omnes præter deſcendentes. C. de impo. lu.
deſcri. l. 1. libro 10. facit C. de rei vxo. act. l. vnica. §. ex
traneum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun-
dis iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Vſuſructus quibus uerbis uideatur relictus, & non
proprietas. & ſi moriatur vſuſructuarius, fructibus pē-
dentibus, ad quos ſpectent. & quid ſi teſtator dedit licē
tiā vſuſructuario poſſendi diſponere poſt mortē ſuā,
an alteretur natura uſuſructus, & quid ad pias cauſas.

SVMMARIVM.

1 *Legare fructum an ſit idem quod legare redditum.*
2 *Vſuſructus quia perſonalis eſt & cum perſona finitur contra na-
turam legari dicitur.*
3 *Verbum, y ſecundum idioma Venetum quid importet.*

CONSILIVM CXXI.

SER Petrus condidit teſtamentum, in quo
inter cętera filio ſuo Silueſtro reliquit cer
ta legata per hæc uerba. Itē io laſſo à mio
filiolo el pro de ducati IIII. de impreſti
ſel vole in ſua uita, non uoiando chel ro-
magna in la mia commiſſaria, è accettando el lega-
to alla ſua morte poſſa ordinare, & non ordenando
romagna nella mia commiſſaria. Dictus Silueſter iu-
uenis inſtituit procuratorem ad exigendum prædictū
legatum, ſed antequam procurator exigeret. Silueſter
in extremis conſtitutus teſtamētum condidit in quo
inter cætera legatum fecit de dictis quatuor ducatis &
executores dedit. Quæritur an commiſſarii Silueſtri
poſſint exigere à commiſſariis ſer Petri dictos quatuor
ducatos impreſtitorum, & prodeſſe etiā ipſorum, &c.

¶ Legatum de quo quæritur ſi non fuiſſent adiecta
verba illa. è accettando el legato poſſa ordinare, &c.
fuiſſent

1 fuiſſet legatum uſuſru. cū † parla ſint legare fructum, ſiue redditum, quo caſu conſtat legatū fore vſumfr. ff. de uſufr. l. ſi quis ita. & ibi no. Bar. de uſufruct. leg. l. cum ita. & not. eo. ti. l. fundi. ſiue ergo teſtator habuiſſet ī p̄ſtitis Venetijs, quatuor ducatorū vſuſfru. ſpectaſſet ad Siluestrū, ſiue nō habuiſſet in dictis impræſtitis, deberent ſibi computari & redditus totidem ſibi præſtari. de uſur. ea. re. l. 1. & 2. & l. ſi uni & per totum. Sed hic dubitari poſſet, quia Silueſter deceſſit antequam aliquid peteret. an aliquid ad hæredem tranſiuiſſet, quia uſufructuario mortuo ante fructus à ſe perceptos illos ad hæredem tranſmittit. de uſufr. l. ſi fur. & l. defuncta q. mo. uſufru. amit. l. ſi fructuarius. tamen ſi teſtator legauerit ducatos in præſtitis, legando el pro, & ſic etiam vſufruc. actio competens teſtatori ad redditum dictorum denariorum uideri poſſet ex legato utiliter tranſlato in ipſum Silueſtrum legatarium. C. de lega. l. ex legato nominis. nam etſi legatum conditionale fuiſſet, de legat. 1. l. ſi ita legatum. §. illi ſi nollet. tamen conſtituendo procuratorem ad legatum petendum purificaret cōditionem legati & uoluntatem ſuam declarauerat ut apparet ex uerbis teſtamenti Silueſtri, cum dixit, nollens ꝙ capitale illud quod mihi reliquit pater meus in ſuo teſtamento, &c. & cum in teſtamento legauit. C. de iure deli. l. ſi auia. quamobrem actionem ſibi quæſitam ex teſtamento pro tempore quo uixit, & magis impreſtitorum præſertim præteritorum in vita ſua tranſmiſiſſet quamuis nōdum percepiſſet per d. l. defuncta. & quod ibi no. Cæterum cum teſtator adiecerit illa uerba, & accettando el legato poſſa ordenare, &c. dicendum uidetur proprietatem quatuor ducatorum impræſtitorum, non ſolum vſumfru. relictū

2 eſſe. Nam † cum contra naturam vſusfructus ſit, ut legari poſſit, quia perſonalis eſt & cum perſona finitur. Inſti. de uſufruct. §. finitur. de uerb obl. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. C. de lega. l. vxor patrui. de leg. 1. l. quod in rerum. §. 1. teſtator uolens id quod proprietati cōuenit & uſufructui repugnat uidetur proprietatem legaſſe, quamuis dixerit, el pro. ff. de uſufru. l. Proculus, ſi. n. onꝰ appoſitum & prohibitio teſtatoris adiecta legato vſufru. faciunt intelligi legatam proprietatem, cum tale onus & prohibitio non conueniant vſufructui ſed ꝓprietati. vt d. l. Proculus. multofortius facultas ordinādi & relinquendi non inconueniens vſufructui, ut ſupra quæ fauorabilior eſt. hoc idem operatur. nam ut dicit Bal. in d. l. Proculus, modꝰ & forma traditus à diſponente declarat mentem diſponentis. & ex ea augetur effectus cum ſpe vſusfructus proprietas accipiatur. ut no gl. ī d. l. Proculus. & de dona. l. donationes. §. ſpecies eo magis. quia in d. l. Proculus. conditio quę natura ſui non diſponit. ſi quis omiſ. cauſa te. l. ſi quis ſub condit. adiecta legato. uſuſructus facit intelligi relictam ꝓprietatem, multofortius hæc uerba diſpoſitiua concedentia facultatem diſponendi & ordinandi ad mortē, idē operabuntur, & per hoc apparet ceſſare duo motiua q̄ fieri poſſent vt ſolus vſusfructus videatur legatus. ſ. q. ſer Petrus ſe reſtrinxit in legato ad uitam ipſius Silueſtri, cum dixit, in ſua uita, quod quidem conuenit legato vſusfruc. qui cum uita fruitur, vt Inſti. de vſufru. §. finitur. Præterea ſecundo, quia conceſſio per quam dedit teſtator poteſtatē filio Silueſtro ordinandi ad mortem ſuam videtur captatoria, & nulla, cum contulerit teſtator filio ſuo facultatem ordinandi de eo ꝙ non erat ſibi relictum. ff. de hæred. inſti. l. inſtitutio. cum materia ſua. & l. captatorias. ijs enim non obſtantibus apparet dicendum ꝙ non ſolum teſtator dedit poteſtatem ordinandi el pro, verum etiam dedit poteſtatem ordinādi ip-

3 ſos quatuor ducatos, cum dicit, y poſſa. † quod verbū, y. ſecundum vulgare Venetorum, plurale eſt, ſignificans quatuor ducati, non autem ſalua ratione recti ſermonis. & rigore illius ydiomatis intelligi poteſt y, ut referatur al pro, dixiſſet enim ſi ita intellexiſſet el poſſa, & idem importat uerbum, non y. ordinando, & ſic cum dixit el pro, in ſingulari & poſtea y poſſa in plurali, ipſa ui uerbum illud plurale y, refertur ad id quod proxime dixerat. ſ. quatuor ducatos, nō autem ad pro, ut in ſimili expreſſum eſt. ff. ad Treb. l. fi. facit de au. & ar. leg. l. Plautius. quamobrem, licèt inſpectis uerbis ijs ſolis quibꝰ reliquit el pro in uita ſua, videretur reliquiſſe ſolum vſumfruc. tamen cum dedit poteſtatem ordinandi ad mortem ſuam. quæ poteſtas competere non poſſet, niſi & intelligeretur relicta proprietas tanquā neceſſarium antecedēs, uidetur ei proprietatem reliquiſſe iuxta id vulgare, qui vult conſequens uidetur uelle neceſſarium antecedens. ff. de acqui. hære. l. illud. & l. nec is. & ut ſumatur intellectus ut diſpoſitio ualeat potius quàm pereat. de re. dub. l. quoties. cum ſi. & ꝓbatur in d. l. Proculus. nec quem moueat, quia ī legato dixit el pro, nam hoc dixit, ut denotaret quòd nolebat eum in uita poſſe eum alienare, ſed uiuentem eo gaudere, & poſt mortem ad alium poſſe trāsferre, & ſic effectu donec uiueret ſolum vſumfructum habere, & hanc coniecturam in ſimili ponit tex. de vſufru. ea. re. l. finali. & ad hoc etiam facit, quod in teſtamentis plena debet fieri interpretatio. de re. iur. l. in teſtamētis. & maxime cū relinquitur filio & alteri coniunctæ perſonæ vbi latius uoluntas præſumitur. C. de leg l. cum aliena. quinimo etſi proprietas non uideretur relicta Silueſtro ſed ſolus vſusfructus, illa tamen facultas ſibi conceſſa diſponendi de dictis quatuor ducatis poſt mortem ualere debuiſſet, quaſi intelligeretur conceſſa facultas relinquendi ad pias cauſas, ſicut in propoſito aſſertum eſt fuiſſe, ſecundum ea quæ no. Inn. in c. cum tibi. extra d̄ teſta. & Bar. in l. 1. C. de ſa. ſan. eccl. unde ipſemet pater videretur reliquiſſe illis quibus filius reliquit. de manumiſſ. l. pater. de leg. 2. l. unum ex familia. in prin. de re. du. l. utrum. §. 1. & no. in d. l. illa inſtitutio. de re. dub. l. quidem. Inſti. de leg. §. incertæ. Ex ijs apparet ad quæſitum reſpondendum, commiſſarios dicti Silueſtri petere poſſe quatuor ducatos à commiſſariis ſer Petri. & præterea redditum qui haberi potuiſſet poſtquam fuiſſent in mora per petitionem uel interpellationem. C. de vſur. & fruc. leg. l. pe. de leg. 2. l. Titia, Scio. §. vſuras. quæ tamen mora re ipſa commiſſa fuiſſet, ſi Silueſter fuiſſet minor. vt d. §. vſuras. & C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt ne. l. in minorum, &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta ſi ſine liberis deceſſerit an habeat uim incluſiuam. ita ꝙ liberi intelligātur vocati ex ſubſtitutione, & an ſpes prædictæ ſubſtitutionis tranſmittatur, & an filij incapaces faciant deficere conditionē prædictæ ſubſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatis teſtantis coniectura debet regulare conditiones in teſtamento appoſitas.*
2 *Conditio non diſponit.*
3 *Fideicommiſſum conditionale quo caſu dicatur tranſmiſſibile.*
4 *Subſtitutio vulgaris facta in vnum caſum poteſt ad alium extendi.*

CONSILIVM CXXII.

GERARDVS quōdam domini Bartholomæi de Maſcarellis teſtamento ſolenniter condito ita diſpoſuit. Maſcarellum filium meum hæredem meum eſſe volo cum hac conditione, quòd ſi caſus euenerit, quod dictus Maſcarellus filius meus decederet ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, inſtituo & eſſe uolo ſapientem uirum dominum Maſcarellum de Maſcarellis fratrem meum & Bartholomæū filium Boniſacij de Maſcarellis fratris mei meos hæredes vniuerſales. & ſi vnꝰ eorum decederet ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, ꝙ dicta mea hæreditas deueniat in alterum, & ſi ambo decederent ſine filijs le-

lijs legitimis & naturalibus, ꝙ dicta mea hæreditas de-
ueniat & deuenire debeat in Marcum quondam fra-
trem de Maſcarellis, & ſi dictus Marcus decederet ſi-
ne filijs legitimis & naturalib⁹, ꝙ dicta mea hæreditas
deueniat in proximiores fœminas de domo mea, de-
ficientibus maſculis, & in omnibus & ſingulis caſibus
ſupradictis ſubſtituo vulgariter pupillariter & per fidei
commiſſum. Contigit ꝙ mortuo teſtatore deceſſit do
minus Maſcarellus ſine liberis, deinde deceſſit Bartho
lomæus relicto filio Bonifacio & vna filia, & hoc vi-
uo adhuc Maſcarello inſtituto primo loco, demũ de
ceſſit dict⁹ Maſcarellus ſine filijs maſculis relictis dua-
bus filiabus quæ poſſident hæreditatem Maſcarelli pa-
tris ſui, in qua ſunt multa bona præter illa quæ ueniũt
in reſtitutionem, ex quibus abundanter poſſunt dota-
ri. Quæritur an prædictus Marcus admitti poſſit ad hæ
reditatem quondam dicti teſtatoris iure ſubſtitutio-
nis, &c.

¶ Prima facie uidetur in themate propoſito Mar-
cum debere excludi, eo ꝙ conditio ſuæ ſubſtitutionis
defecerit quæ habet ſi ambo. ſ. dominus Maſcarellus
& Bartholomeus deceſſerint ſine liberis, &c. Bartho-
lomæo ſuperſunt filij, & ſic non ambo deceſſerunt ſi-
ne liberis, ſed alter tantum. C. de impub. & ali ſub. leg.
pe. & l. quamuis. & patet ex ſignificatione verborum,
nec ad rem videtur pertinere ꝙ filij Bartholomæi nec
ex teſtamento venire poſſint, quia non ſunt ſubſtituti.
de hære. inſti. l. Lucius. & ibi no. nec ab inteſtato extan
tibus Maſcarelli hæredibus. C. de ſuis & leg. authe. in
ſucceſſione. & i Auth. de hær. ab inte. §. i. ſufficit enim
extare liberos Bartholomæi ad excludendum Marcũ
vltimo loco ſubſtitutum, licèt hæredes non ſint, nec eſ
ſe poſſunt. l. filiusfa. § cum quis. de le. i. ubi videtur ex-
preſſum. & ad Tre. l. ex facto. in prin. cum gl. cum in cõ
ditionibus reſpiciamus merum factum. de cond. & de
mon. l. Meuius & no. Cy. ſecundum Pe. recte ad propo
ſitum. C. de cond. inſer. l. i. in fi & Bar. in d. §. cum quis.
1 adeſt etiam coniectura uoluntatis † quæ conditiones
regit de condi. & demon. l. in conditionibus. & l. pater.
uſque ad §. fi. quia vt eleganter inquit l. Lucius præalle.
prudens conſilium teſtatoris animaduertitur, qui ex
huiuſmodi conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, non ſo
lum dominum Maſcarellum & Bartholomæum ue-
rum etiam eorum filios prætulit Marco, ſi ergo nõ ad
mittuntur filij Bartholomæi quos prædilexit, nec ad-
mittendus erit Marcus minus dilectus. de condi. & de
mon. l. Publius. §. i. His tamen non obſt. dicendum eſt
locum eſſe ſubſtitutioni Marci, nam vt præmiſſum eſt
filij Bartholomæi ex teſtamento non uocantur, cum
2 cõditio † nõ diſponat, ſi quis omiſ. cauſa te. l. ſi quis ſub
conditione. & plene legitur in d. l. Lucius. & probatur
expreſſe ad Tre. l. ex facto §. ex facto. Cum itaq; ea cõ-
ditio, ſi Bartholomæus & Maſcarellus ſine liberis de-
ceſſiſſent, ea conſideratione poſita ſit ut eius filios præ
ferret, non quidem per uiam relicti ſed conſiderationis
legitimæ ſucceſſionis paternæ, quæ conſideratio tunc
demum valeret cum ipſi dominus Maſcarell⁹ & Bar-
tholomæus de Maſcarello ſuperuixiſſent, non autem
præmorientibus eis, vt in præſentiarum accidit cum
3 † fideicommiſſum conditionale tranſmittere non po
tuerunt. C. de cad. tol. l. vn. §. ſin autem ſub cõditione.
ex coniectura uoluntatis ex conditionibus & fideicõ-
miſſis admittenda, vt in præallegatis iuribus. & de l. 2.
l. cum proponebatur. & l. vnum ex familia. in fi. & ad
Treb l. hæredes mei. §. cum ita. locus erit Marco. & ꝺ
hoc videtur caſus ineuitabilis in præallegato §. ex fa-
cto. vbi rogato filio ſi ſine filijs deceſſerit hẽditatem re
ſtituere, eo i deportatiõe ſuſceptis filijs defuncto, quã
uis dici non poſſet eũ ſine liberis deceſſiſſe qui liberos
huiuſmodi reliquit qui ſunt naturales & legitimi, cum
matrimonium deportatione non ſoluatur, quia tamẽ
liberi tales ad bona deportati, cum fiſco ſunt quæſita,
venire non poſſint, ſit locus ſubſtituto ex cõiectura uo
luntatis. & licèt ille §. dicat filios poſt deportionem ſu

ſceptos, quaſi ab alio, nõ prodeſſe, hoc ideo dixit, nõ q̃a
videantur ab alio ſuſcepti, cum non uideatur alius ho
mo, licèt perdiderit ea quæ ſunt iur. ciuil. ut patet ex §.
qui ſequitur ad §. ex facto. vbi durat facultas eligendi.
ſed quia ipſi nihil ſunt habituri. Nec rurſum dicedum
eſt omnino eos eſſe inhabiles cum ſint concepti ex ci-
ue Romano. ad municip. l. i. nec tamen coniectura dici
mus filios uideri patri ſubſtitutos, quamuis nihil repu-
gnaret eos ſubſtitui poſſe, ea. ſ. ratione, ne filii intellige
rẽtur patri ſubſtitui in illo § ex facto. & eodem modo
in caſu noſtro dicto Bartholomæo tolleretur facultas
ipſi patri diſponẽdi de dictis bonis contra mentem te
ſtantis, nec ratio patitur ut per illã conditionem, ſi ſi-
ne liberis deceſſerint, videatur conſeruaſſe ſucceſſio-
nem filiis legitimam, vbi pater poſſit de bonis diſpo-
nere puta in §. ex facto ſi nunc fuiſſet deportatus, & in
caſu noſtro ſi Bartholomæus Maſcarello ſuperuixiſ-
ſet, ubi non poſſit diſponere ut hic Bartholomæo præ-
mortuo & ſic excluſo, in d. § ex facto filio deportato
uideantur filii ſubſtituti, ſic enim eadem conditio ua-
rie cenſeretur ſecundum caſuum accidentiam. contra
l. iam hoc iure. de vulg & pup. cum concor. de vſucap.
l. eum qui ædes. nec ob. d l. pater. §. conditionem. quia
ibi nunquam potuit ualere in totum, vt uoluit teſtator
vniformiter, ut plene legitur in l. centurio. de vulga. &
pup pro hoc etiam facit optime d l hæredes mei. §. cũ
ita. in dicto & ratione ſui. Præterea Marcus non ſolum
per fideicom. uerum etiam vulgariter ſubſtitutus eſt
prædictis domino Maſcarello & Bartholomæo vt ꝓ-
ponitur, & dato ꝙ non eſſet expreſſa vulgaris, tamẽ in
compendioſa contineretur ut legitur & not. per Bar.
de vulg. & pup l cẽturio vbi quærit, utrum ſubſtitutio
compendioſa facta per uerbum commune contineat
vulgarem, & per Cy. & alios de impub & ali ſubſtit. l.
4 præcibus vulgaris autem † facta in vnum caſum extẽ-
ditur ad alium. de li. & poſth l Gallus §. & quid ſi tan-
tum & ibi plene no C. de inſti. & ſubſti. l. fi. ſecundum
intellectum Bar & ſi dicatur ꝙ vulgaris facta ſub vna
conditione extrinſeca, vt erat hic, deceſſerit ſine libe-
ris, non debet extendi ad caſum deficientis conditio-
nis, reſpondetur id uerum quando eſt conditio omni-
no extrinſeca, ubi autẽ eſt conditio appoſita ad aliquẽ
effectum, ut iſta, ſine liberis, ſufficit impleri p æquipol-
lens. C. de inſtitu. & ſubſti. l. ſi mater & ff. ad Trebel. l. ſi
mulier in prin. & plene legitur. de li. & poſth. l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. & hac ratione vulgaris in unũ ca-
ſum extenditur ad alium quæ leges & rones optime fa
ciunt ad propoſitum. quemadmodum ergo domino
Maſcarello & Bartholomæo præmortuis ſine liberis
Maſcarello extitiſſet caſus vulgaris ſubſtitutionis eiſ-
dem factæ de Marco, quæ ſimul eſſet fideicommiſſa-
ria quo ad Maſcarellum filium teſtatoris, ita etiam eiſ-
dem mortuis cum liberis, cũ a ſucceſſione excluſi ſint,
quia Maſcarello ut ſupra. ¶ Ad allegata in contrariũ
ſatis patet per ſuperiora reſponſum, quia licèt cõditio
formaliter defecerit ex coniectura tamen voluntatis
Marcus admittitur per ſæpe d. § ex facto. & §. cum ita.
ibi tollit hæc oppoſitio, nã eadem cõiectura poteſt ha-
bere locum in filiis Bartholomæi per rationem prædi
ctam Nec ob. ille §. ex facto. in principio, quia filii con
cepti ante deportationem admittuntur ſaltem ad par
tem. de bo. damna. l. i. & in d. §. ex facto. ſolum reſtat
tollere l. filius. § cũ quis. Ad quam reſpondetur, ꝙ ibi
filii non excluduntur. l. ſed patris diſpoſitione uel pro-
pria uoluntate & repudiatione, quia uel exhæredati e-
rant, uel repudiabant, hic autem lege excludebantur,
& ita dixit ibi Bar. ratio eſt in promptu. cum enim cõ-
ditio illa ſtatim per mortem exiſtat, uel deficiat. ut d. l.
ex facto §. pe. non poſſunt dici filii exhæredati uel re-
pudiantes tempore mortis excluſi, cum exhæredatio
poſſit deficere hæreditate non adita, & cum poſſint
exhæredati patris teſtamentum impugnare & infrin-
gere, & repudiatio ſiue abſtenſio, nec non poſterior e-
xiſtat, merito excluditur ſubſtitutus, quia tẽpore mor-
tis non

tis non eſt uerum dicere eum deceſſiſſe ſine liberis qui
non poſſint ſuccedere, & ſic filii eo momento quo cō
ditio impletur, & ſic eùm moritur ſubſtitutus. nō ſunt
prorſus excluſi, ubi uero excludunt a lege ut in d. §. ex
facto, & tempore mortis conſtat eos in caſum mortis
prorſus excluſos, & hoc in ſimilibus terminis determi
nat Nic. mat. & Bal. C. de impu. l. pe. circa finem appa
ratus ibi, quid ergo in caſu huius l. fideicōmiſſaria ſub
ſtitutio facta filijs ſi deceſſerīt ſine liberis vno mortuo
ſine liberis extraneo ſubſtituto facit locum ſubſtituto,
quia frater cui pater voluit ſeruare legitimam ſucceſ-
ſionem, admitti non poteſt, quamuis conditio non ſit
impleta, nec admitteretur ſubſtitutus ſi frater poſſit
admitti. vt d. l. pe. Ex prædictis ergo dicendum eſt Mar
cum ad prædictam hæreditatem iure ſubſtitutionis
admitti.

¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael de Raymūdis.

¶ Idem Ego Raphael Fulgoſius.

¶ Idem conſuluit dominus Paulus de Caſtro & dominus Florianus de ſancto Petro.

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſione nepotis quis præferatur in bonis obuētis ex linea materna, an auus paternus, an vero maternus, & plene de intellectu. l. quod ſcitis. C. de bo. quæ lib.*

2 *Hæreditatis diffinitionem deſtrui vel confundi inconueniens eſt & abſurdum.*

3 *Correctio l. quod ſcitis. C. de bon. quæ lib. quo caſu ſtare dicatur vel non.*

4 *Intellectus l. quod ſcitis. C. de bo. quæ lib.*

CONSILIVM CXXIII.

1 QVALITER † Admittatur auus pater-
nus & maternus ad bona nepotis à matre
peruenientia, & illa opi. quod pariter ad-
mittātur, ſemper fuit mihi uiſa veriſſima
& indubita. p Auth. de hær. ab inte. §. cō-
ſequens. & C. ad Ter. auth. defuncto. nā etſi verus fuiſ
ſet intellectus, ex quo Bar. opi. ſuam traxit in l. ꝙ ſcitis.
C. de bon. q̄ libe. tn̄ illud eſſet correctū per auth. de hę
re. & fal. vbi legiſlator reiectis prioribus legibus eā ſo-
lam ſeruari uoluit quæ in dicta Auth. conſtituit vt pa
tet in prin. illius auth. coniuncta gl. in uerbo vacanti-
bus, vt tolleret ambages plurimas legum priorum. Cū
ergo ibi ſtatutum ſit hæreditatem diuidi æqualiter nō
habita diſtinctione unde bona quæſita ſint, non tā de-
bebit determinari per l. quod ſcitis tanquam lex poſte
rior determinetur per priorem per l. nam & ad poſte-
riores. ff. de legi. quàm debebit corrigere illam diſtin-
ctionem, propter ea quæ in procœmio dicta ſunt, cum
dicta bona unita ſint in perſona deſcendentis non at-
tenta cauſa acquiſitionis. arg. de vulg. & pup. l. ſed etſi
2 plures. §. filio. cum ſi. & † ſatis uidetur abſurdum vt de
ſtruatur ſubſtātia & diffinitio hæreditatis, l. quotiens.
§. hæredes. cum ſi. de hæ. inſti. hanc opinionem uſque
ad Bar. voluerunt indiſtincte in d. auth. defuncto. & in
auth. de hær. ab inte. Dy. Cy. & Alb. §. co autem in ſuc-
ceſſione. itaque licèt in ſucceſſione ſiatrum coniūcto-
rum ex uno latere hanc differentiam fecerint, ſecus tn̄
in ſucceſſione aſcendentium, licèt de illa l. quod ſcitis
nullam fecerint mentionem. Item Ray. & Bald. in d. l.
quod ſcitis. qui Ray. dixit illam l. ſecūdum illum intel-
3 lectum correctam. Cęterū † nec ille intellectus qui ex
gl. pe. ibi elicitur. & ex gl. in uerbo pure, conuenit illi l.
ſed nec ſtare poteſt ſecundum clariſſimum præcepto
rem meum dominum Ray. duplici ratione. primo quia
tex. in fi. dicit dominium eorum quæ a matre proue-
niunt, ad nepotem non ad auum ſed ad patrem perti-
nere, vſumfructum tamen reſeruando auo, ſed ſecun-
dum hunc intellectum mater iſtius nepotis quæ erat
filiafa. vt patet ex principio, acquiſiuiſſet vſumfructū
patri ſuo, & ſic auo materno filij ſui, eiuſdemq; nepo-
tis reſpectu aui paterni, de quo nepote ille tex. loquitur
ſecundum illum intellectum, quamuis ergo mortua
matre proprietas veniat in ipſum filium nepotemque
remanet vſusfructus apud auum maternum, & non
extinguitur per mortem proprietarij. ut ibi no. gl. fi. &
in l. 2. de ho. ma. ſed conſolidabitur proprietati, ſi pro-
prietas ad auum maternum tranſit. ſo. ma. l. uſufru. cū
ſi. Secundo, ſi non nubat, licèt retineat proprietatē ui-
uens, ea tamen mortua filij vendicant tanquam bona
paterna, nō materna. C. de ſecun. nup. l. generaliter. §.
ſi. illa ergo donatio mortua muliere, aut tanquam pro
fectitia debet reuerti ad auū paternum filij mulieris
morientis, aut debet reputari tanquam aduentitia, &
de bonis paternis eiuſdem filij non maternis, iure au-
thenticorum quamuis mulier non nubat, habet ſolū
vſumfructum. ut in auth. vxore. C. de ſecun. nup. & ſic
nec iure. C. nec Authē. poteſt procedere ille ſenſus. p̄-
terea ſm eum probatur ꝙ illa opinio Bart. generaliter
non procedat. deducitur ſic, filiusfa. ante illam l. quod
ſcitis, non habebat hæredem ab inteſtato non extanti
bus liberis & fratribus vtrinque coniunctis, patet vel
auus paternus omnia iure peculij occupabat. ut patet
in l. fi. C. de ſucc. edic. & l. quæcunque. de bo. ma. nulla
fit mentio de matre & auo materno, nō poterat ergo
auus maternus ſuccedere huic nepoti, nec iure ueteri
ſecundum ꝙ auus paternus omnia occupabat iure pe-
culij. ut l. 1. de caſtren. pecu. nec iure Codicis quo nō re
periebatur filium hæredem habere nſi exiſtentibus li
beris & fratribus vtrinque coniunctis. per ll. ſupra alle
gatas. & l. emancipatis. de legi. hære. quo præſtat argu-
mentum pro opinione Bar. habet alium intellectū, ſm
eundem. loquitur enim de fratribus utrinque coniun
4 ctis. Eſt ergo † in illa l. quod ſcitis planiſſimus intellect⁹
qui fuit mihi uiſus prima facie, & tenet idē præceptor
meus quod in uer. ſin autem, non loquitur de donatio
ne propter nuptias, ſed generaliter de bonis à matre
prouenientibus vel materna linea, ut ibi dicit text. vt
quemadmodum tranſmittitur in filios iure ſucceſſio-
nis, ita in patrem excluſo auo, & ſi habere in ſirecta idē
nepos, litera eadem facit ſimplicem relationem. ſ. idē
nepos qui erat filius. ſi enim faceret omnimodam rela
tionem, nō ſolum de nepote ſuccedente matri, ſed ēt
de nepote ſuccedente patri, loqueretur, ſicut in princi-
pio, quod conſtat non pati illum tex. licèt gl. mota fue
rit, propter illud dictum, & idem intellexerit de dona-
tione propter nuptias quā fuerat lucrata ex prima ma
tre præmortua, qui intellectus non uidetur iuſtus, nec
conuenit illi textui. Et ſi probaretur hodie eſſet corre-
ctus. Nam ſm illum intellectum gl. illa uerba tex. quæ
ad ipſum ex matre vel linea materna prouenerāt, nō
conuenient, ſed inquantum gl. intelligit quod loquat̄
de patre nepotis, & auo paterno, gl. concordat uero in
tellectui. Nic. autem mat. intellexit prout gl. intelligit
de patre lucrantis, tex. etiam debet intelligi de auo pa-
terno ipſius mulieris lucrantis. ſi ſic loquitur de auo &
proauo matris nepotis. Et dicit notanter ſm hoc qđ
non ſupererant parentes paterni, quia illi præferentur
per l. a. C. ad Tert. prout intelligitur, quod mater nepo
tis lucrata erat à marito viuente per l. conſenſu. de re-
pu. vel alio quocunque modo mulier quæſierat in uita
mariti. & ſic pater quod ipſe Nico. uoluit contrarium
eius quod voluit Bar. & ſic apparet concludendum il-
lam ſententiam Bar. non procedere, licèt Angel. dicat
non eſſe de mente illius. l. & ille intellectus eſt planiſſi-
mis ut ſupra dixi. & ita alias conſului.

¶ Ita conſulo ego Raphael Raymundus.

¶ Et idem conſulo ego Rapha. Fulgoſius.

¶ Et idem ego Antaldus de Antaldis de Mutina decretorum doct.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio ſi ſit facta, ſi Franciſcus & Antonius deceſſerint ſine filijs, an ſit expectāda mors omnium, & ſi moriatur Antonius ſine filijs, an poſſit dici quod Franciſcus fuerit ei ſubſtitutus, & an hæres Franciſci poſſit detrahere legitimam & Trebellianicam, & an fructus in eis computentur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pluralis locutio poteſt in ſingularitatem reſolui.*
2 *Relicta poſt mortem habentis ſubſti. pupil. videntur relicta a ſubſtituto, non à mortuo.*
3 *Filius grauatus an fructus perceptos computet in Treb.*

CONSILIVM CXXIIII.

BARTHOLOMAEVS inſtituit Ant. & Frãciſcum filios ſuos pupillos, & ſi caſu acciderit quod Antonius & Franciſc⁹ fratres decederent ſine filijs & filiabus legitimis, dicta bona & poſſeſſiones ipſius teſtatoris in quibus dictos filios inſtituerat, deueniant & deuenire debeant in magiſtrũ Appolonium, Iacobum, Benedictum, & Vincentium. mortuo teſtatore moritur Antonius in pupillari ætate, deinde Franciſc⁹ maior factus ſine liberis, relicto quodam auunculo, q̃ tanquam proximior ab inteſtato venit, petunt ſubſtituti ſiue unus ex eis uiuens hæreditatem ex ſubſtitutione, ille auunculus vult detrahere legitimam & Trebellianicam ex perſona Antonij & Franciſci. Quærit̃ an poſſit, & an in Trebellianicam ueniant computandi fructus dimidiæ, quæ eſt vltra legitimam & Trebellianicam percepti per ipſum Franciſcum qui multis annis uixit poſt mortem patris & Antonij fratris & bona poſſedit.

¶ Pro declaratione primi quæſiti vidẽdum eſt, q̃uo & quando ſubſtituti uocant̃, And. ſ. mortuo Antonio vocati fuerant ad partem eius, & poſtea mortuo Franciſco ad partem Franciſci, quod quidem prima facie
1 videretur † ut illa pluralis loquutio. ſi Antonius & Frãciſcus decederent, reſoluat̃ in ſingularia, & videtur expreſſum ad Tre. l. Lucius §. Gaio. de leg. 2. l. ſi. §. filium. ar. de condi. & demon. l. falſa. §. fi. & de condi. inſti. l. 2. quo caſu caderet alia inquiſitio, an ſubſtituti uocentur ad partem Antonij virtute ſubſtitutiõis pupillaris, qua ſi illa compendioſa facta uerbo cõi, ueniant, quod quidem uerbum conſtat eſſe commune, ut plene per Bar. de vulg & pup. l. centurio. in ult. q. prin. & Bald. de ſac. ſan. eccl. l. fi. & C. de impub. & ali. ſubſti. l. precibus. in pupillari ætate comprehenderet pupillarem. ſm opi. de qua in l. centurio. cum eſſet facta perſonis paribus, vel ambobus pupillis, ar. l. iam hoc iure. de vulg. & pupil. & ſic ſubſtituti haberent partem ſine diminutione ex pupillari, ubi præſcri. 30. ann. excluſi forent, ſecũdũ ea quæ habentur. C. de iure deli. l. licet. & de præſcripi. 30. ann. in l omnis. Sed hęc præſumptio non eſt vera, nec eſt veriſimile qđ voluerit ſubſtitutos præferri fratri, imo ſubſtituit copulatiue, ſi Antonius & Franciſc⁹ decederent, vt inter eos legitimam ſucceſſionem conſeruaret. ff. ad l. Fal. l. cum pater. §. duobus. ubi videt̃ expreſſum. ſm Bal. C. de impub. l. pe. & ad Tre. l. hæredes mei. §. cum ita. & ar. de re. du. l. ſi is qui. §. ſi pater. de hære. inſti. l. Lucius. de vulg. & pup. l. cum in ſingulis. & C. de fideicom. l. cum acutiſſimi. & d. l. pen. C. de impub. Non ob. §. Gayo. & §. filium. præal. quia ibi ſubſtitutio fideicommiſſaria erat facta extraneis, ita ꝙ vno moriẽte non ſuberat perſona quę ex veriſimili mente defuncti ſubſtitutum excluderet ſecundum Bar. in d. §. cum ita. cum ergo ſubſtituti uocentur per mortem amborum, uidendum reſtat an ambobus intelligantur ſubſtituti, at ſic quamuis non ſint ſubſtituti Antonio quãdiu Franciſcus vixerit, tamen mortuo Franciſco intelligitur ſubſtitutus utrique, quo caſu non ſit veriſimile primo morienti ſubſtituiſſe pupillariter. quia ſic nõ ſeruaretur legitima ſucceſſio inter fratres, quia quandiu põt hr̃ locũ cã teſtati ceſſaret cã inteſtati, & ſic legitima ſucceſſio. de acqu. hære. & de reg. iu. l. quãdiu. & ſic uideret̃ fieri cõtra mẽtem defuncti qui uolebat fratrẽ totum habere, & nihil haberet. ut in ſimili dicit text. de vulg. & pup. l. uerbis, neceſſario uidetur per fideicõmiſſum vtrique ſubſtituiſſe. quod non eſt abſurdũ, ut quamuis conſeruauerit legitimam ſucceſſionẽ primi ſecundo, eidem primo ſubſtituerit per fideicõmiſſariã ſecundum Bal. C. de inoff teſt. l. ex tribus. ad fi. qui hoc vult etiam ſi fratrem fratri expreſſe ſubſtituiſſet, quãuis ergo ambo grauati eſſent, hæres ipſorum ex utriuſque perſona retinebit legitimam & Trebellianicã, & ſic dimidiam. extra de teſta. c. Raynutius. & c. Raynaldus. & no. de inoff. te. l. Papinianus. §. meminiſſe. & no. C. ad l. fal. l. quamquam. & uidetur tẽgere Bal. in d. l. ex tribus quæ quidem opinio non conuenit mẽti defuncti, ut cum uoluerit cõſeruare ſucceſſionem primi fratri ſuo, ſecundum prædicta uideatur ipſum primũ grauaſſe, ſed potius fratrem ad quem uoluit eius ſucceſſionem pertinere, vt eſt gl. & ibi etiam Bar. de vulg & pu
2 pil. l. qui duos. ubi † relicta poſt mortem habẽtis ſubſtitutum pupillarem videntur relicta à ſubſtituto nõ ab ipſo mortuo, paria autem ſunt ꝙ primus habuerit fratrem ſubſtitutum, vel teſtator uoluerit conſeruare legitimam ſucceſſionem ſuperſtiti. ut in d. l. Lucius. de hære. inſti. ibi, nam prudens conſilium & ff de iure codic. l. conficiuntur. & hoc uidetur in ſimili intelligere Bar. in l. centurio. in 3 principali q. in uer. quæro ulteri⁹ quid ſi teſtator dixerit. in fi. dicens ꝙ ſubſtituens ſi fili⁹ deceſſerit ſine filijs & eorum filij ſine filiis, intelligitur potius fideicõmiſſum reliquiſſe à nepotibus quàm à filio, quod dixit colligi ex iis quæ dixit in l qui duos. & q̃ ibi no pet gl. vt ſupra dixi. Cum enim uidebitur veriſimiliter, cum bona ad fratrem ſubſtitutũ peruenerint ex uoluntate defuncti, potius eum grauatũ quàm aliũ prius mortuũ, quia mutatione perſonæ deſierunt eſſe bona primi. de acq. hære. l. Paulus. Nec ob. Bal. in d. l. ex tribus. qui loquit̃, quando teſtator ſubſtituit filijs & cuilibet eorum etiam in tota hæreditate. In propoſito autem ſimpliciter uenit, igitur dicendum ſubſtitutionẽ factã ultimo morienti ſ. Franciſco. quæ quidem ſubſtitutio intelligitur facta non ſolũ in parte ſua, verum ẽt in parte fratris præmortui in pupillari ætate, cũ enim ita potuerit grauari in parte Ant̃o primo mortui quẽadmodũ ſi & ſubſtitut⁹ fuiſſet Frãciſcus pupillariter. de leg. 2. l. ſi fundũ per fideicõmiſſum. § fi. & de iure codici. l. conficiũtur. intelligitur etiã de hæreditate primi grauaſſe, quemadmodũ ſi pupillariter eſſet ſubſtitutus vt plene per Bar. ad Tre. l. ita tamen. §. qui ſuſpectã. & l. Marcellus §. quidã. & l. Sceuola. tangit etiã Bal. in d. l. ex tribus. Cũ igitur Frãciſcus grauatus ſit de parte ſua, & de parte Antonii tãquã eius legitimus hæres, lз legitimã retineat de parte ſua, nõ tñ de parte fratris, cũ ipſe frater non ſit grauatus, ſed Franciſcus tanquã hæres legitimus Cum enim teſtator potuiſſet aliũ ſubſtituendo pupillariter priuare Franciſcũ hæreditate Antonij, potuit etiam eum grauare in legitima Antonij, quam ei potuit etiam auferre, ut eleganter no. Bar. & alij. de vul. & pup. l. 1. Cy. & alij. in d. l. ex tribus. & Bar. in legitima pupilli de quo in pręſentiarum agitur in d. l ſi fundum. per fideicommiſſum. §. fin. Trebellianicam autẽ etiam de parte pupilli retinebit. &c.

¶ Ad ſecundum reſpondetur fructus percẽptos per dictum Franciſcum in Trebellianica imputãdos. ff. ad Trebel. l. in fideicommiſſaria. & l. ſi mulier. §. ſi hæres.
3 Nec obſt. ꝙ † filius grauatus non computat fructus in treb. C. ad treb. l. Iubemus. quia illa loquitur quando frater eſt grauat⁹ fratri, vel pater ſiue mater filio vel filiæ, vbi ergo filius eſt grauatus extraneo, ceſſat illa l. & ſtãdum eſt regulæ ut fructus in Treb. cõputentur. & hoc uoluit ille tex. in fi. prohibens illam l extendi ultra perſonam & caſus ibi expreſſos. & hoc voluerunt glo. ibi, à quibus non eſt recedendum licẽt Cy. non auſus à gl. recedere dicat, ꝙ multominus debent imputari fruct⁹ vbi grauatur extraneo. ſed non tenet illud argumentũ à maioritate rationis, cum lex expreſſe prohibeat extendi. Præterea ſecundum Alb ibi qui hanc opinionẽ firmiter ſequitur, ratio quare frater grauatur fratri vł pater filio, eſt, ne creſcat inuidia inter eos ratione inæqualitatis. vt no. de bo. quæ. li. l. cum oportet. de leg. 2. l. cum pater. §. euictis. quæ ratio ceſſat in extraneo. Quid

plura

plura, cum tex. in §. illud coniunctim. dicat ea, quæ de Falcidiæ portione non per redditus, ſed per ipſas hæreditarias res retinenda, & de ſatisfactione dicta ſunt, nõ vlterius produci quàm in caſibus & perſonis ſupradictis, ſicut conſtat non habere locum quando filius grauatur extraneo, pari ratione dicendum eſt de imputatione fructuum, arg de vulg. & pup. l. iam hoc iure. de teſt. mil. l. in teſtamento. Reſtat ergo ex omnibus concludendum auunculum hæredem Franciſci ſolam legitimam patris Franciſci, quæ eſt ſexta totius. C. de inoffi. teſt. auth. nouiſſima. retinere, non autem legitimã Antonij retinere etiam Trebel. quæ eſt quarta totius, computatis tamen in ipſam Trebel. fructibus vltra dictam ſextam & quartam partes. Ita quod dicti fructus æquiualeant quartæ, & ſi non æquiualent, quatenus cõcurrunt, ceſſat dicta quarta.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raph. de Raymundis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Stante ſtatuto quod filia non ſuccedat extantibus maſculis, ſed debeat dotari, an poſſit tunc pater in dote apponere aliquod grauamen, & ſic an illa dos ſuccedat loco legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen reijcitur à legitima.*
2 *Teſtator an poſſit grauamẽ imponere in omni eo quod relinquit.*
3 *Statutum iubens filia dotem propinquorum arbitrio cõſtitui, qualiter ſit intelligendum.*
4 *Filiam non poſſe grauari in dote, quando ſit verum.*

CONSILIVM CXXV.

DOMINVS Antonius de Verona inſtitutis filijs maribus hæredibus vniuerſalibus, reliquit Margaritæ, Lucretiæ, & Guttinæ filiabus ſuis ſingulis ducatos 650. pro legitima, & toto eo quod petere poſſunt: & ſi qua earum decederet ſine liberis, voluit ſcholam ſanctæ Mariç de Batutis de Taruiſio habere ducatos 100. reſiduũ uerò illorũ 650. peruenire in ſorores ſuperſtites, &c. Mortuo teſtatore, Margarita filia teſtatoris nupſit Nicolao filio ſer Pauli de Argolo, recepit dictos ducatos 650. a tutoribus fratrum & hæredum inſtitutorum. vt patet per inſtrumentum dotis, & poſtea fuit dictum tutoribus quod intendebat acceptare legatum ſibi à patre relictum in omnibus ſuis partib⁹ præter quàm in onere & grauamine ſibi impoſito de reſtituendo dictam dotem particulariter, ſeu etiã totum alicui perſonæ ſiue collegio, cum quo grauamine non intendit acceptare niſi inquantum teneatur & ſibi proſit. Cui proteſtationi dicti tutores dixerunt ſe non conſentire, tandem deceſſit dicta Margarita ſine liberis, marito hærede inſtituto. Quæritur an ſorores vel altera earum ſuperſtites poſſint petere fideicõmiſſum, & eodem modo ſchola ſibi relictos dictos ducatos 100. Stante ſtatuto Taruiſij ſub rubrica de maſculorum ſucceſſione nepotibus & filiabus excluſis. quod incipit ad decus. quo in effectu cauetur, quod decedẽti ab inteſtato exiſtentibus filijs maribus illi admittantur ad ſucceſſionem in totum, & filiæ non admittãtur ad ſucceſſionem, ſed id tantum de bonis patris habere debeant quod eis pro dote fuiſſe datum monſtrabitur, & ſi nulla dos data fuiſſet, id ſolum habeant quod ſex proximiores fuerint arbitrati.

¶ Videtur prima facie dicendum grauamẽ & fideicommiſſum a patre iniunctum dictæ Margaritæ non valuiſſe, & ſic ſorores nihil peteẽ poſſe, niſi forſan quatenus relictum à patre factum excederet dotem quã illi proximiores debuerunt arbitrari, tanquam boni viri. Nam ſtatutum illud videtur talem dotem ſubrogare loco legitimæ debitæ filiabus de iure cõmuni, ſeu legitimam ad talem dotem redigere, Cum ergo uel ſit legitima ita reſtricta, vł loco legitimæ debeat per omnia fungi eius uice. ar. ſi quis cautio. l. ſi cum. §. qui iniu-
1 riarum. cum ſimilibus. † quemadmodum igitur in legitima tale grauamen non ualet. C. de inoffi. teſt. l. quoniam in prioribus, ita & in huiuſmodi relicto quatenus concurrit cum dicta dote ab inteſtato debita. & ita in terminis iſtis diſputando terminant Rizar. Mal. quando. ſ. ſtatutum diſponit, quòd cum fratribus nõ ſuccedãt ſorores, ſed teneantur eas fratres dotare pro dignitatibus & facultatibus, & pater inſtitutis maribus reliquit certam quãtitatem filiæ pro dote ſi nupſerit. ut refert Cy. C. de nupt. l. ſancimus. & refert Alb. ponẽs dictam diſputationem formaliter in d. l. quoniam in priorib⁹. dictam determinationem etiam approbans. & ſequiẽ Bal. in d. l. ſancimus. hoc idẽ videtur determinare idẽ Bal. in d. l. quoniam in prioribus. ver. Secundò quæro dicens ſecundum Iac. Bu. quòd ſi ſtatutum iubet filiã eſſe contentam illa quantitate quam pater voluerit ei relinquere, quod ſi pater relinquit certam quãtitatem cum onere non valet illud onus, quia licèt ſtatutum diſponat certam quantitatem, non diſponit circa modũ vel tempus, & ideo ſtatur iuri communi, ut ibi per eũ, qui etiam dicit quòd quantitas relicta per patrem ſuccedit loco legitimæ. & ideo nõ poteſt grauari, pro hoc etiam facit, quia pater ipſe reliquit loco legitimę. & ꝗa ſtatutum vult filiam dotari, ſed in dote nõ poteſt grauari filia niſi quatenus excedit legitimam. iuxta ea quę habentur de leg. a. l. fi. §. filiæ. per doct. & ad Treb. l. a filia. & C. de rei uxo. act. l. 1. §. videamus. per Cy. & refert Alb. in d. l. quoniam in prioribus. dominium ſuum cõſuluiſſe ſm opi. Rizar. Mal. hoc etiam cõfirmatur per deductionem ad abſurdum, ſi enim illa dos danda ſm formam ſtatuti nõ haberet uim legitimæ, ſequereẽ ꝙ pater in teſtamento poſſet filiam omnino excludere etiam nulla dote relicta, aut ſaltem ſufficeret ſola portio dotis quæ arbitratu boni viri ſm formã ſtatuti deberetur, quod cõſtat eſſe iniquiſſimum & abſurdum. Cæterum ijs non obſtantibus dicendum eſt grauamẽ
2 valere. regula enim eſt, † ꝙ teſtator poteſt grauare in eo quod reliquit, C. communia. de leg. l. 1. in fi. Inſti. de ſingulis re. per fide. relí. §. 1. cum ſi. multis. fallit hoc in legitima quæ neceſſario relinquitur ne teſtamentum euertatur, ſed hic nulla eſt legitima debita filiabus. Nã cum legitima ſit tertia vel dimidia eius quod ab inteſtato habituri forent. C. de inoffi. teſt. l. cum quæritur. & auth. nouiſſima, & filiæ ab inteſtato nihil ſint habituræ iure ſucceſſionis & hæreditario, eo quod ſtatutũ eas in totum excludit à ſucceſſione inteſtati patris extantibus filijs, ſed pro dote vult eas habere arbitrio ſex proximiorum, &c. non poteſt dici illam dotem eſſe legitimam. Nec rurſum poteſt dici hanc dotem ſuccedere loco legitimæ, ſed potius loco totius hæreditatis ab inteſtato debitæ, quamobrem ſi eius naturam aſſumere deberet, quemadmodum ceſſante ſtatuto grauari potuiſſe ipſa mulier in duabus partibus trium partiũ eius qđ ipſa ex teſtamẽto habitura fuiſſet, vel ĩ dimidia ſm numerum liberorum per dictam auth. nouiſſima. & in corpore vnde ſumitur, ita etiam grauari poſſet ĩ duabus partibus vel dimidia huius quantitatis pro dote ſibi ab inteſtato debitæ, quod quidem aſſumat naturam portionis ſibi debitę ab inteſtato. vnde videtur verum quantum ad hoc vt in totum grauari non poſſit. cum vt dictum eſt iure hæreditario nihil habeat, & ſtatim apparebit, & hanc ſententiam, ꝙ hæc dos non aſſumat naturam legitimæ aut etiam portionis ab inteſtato quãtum ad grauamen conditionis & ſimilium, voluit Cy. in d. l. ſancimus. in fi. & Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demon. qui quidem uideẽ expreſſe determinare, ꝙ ſtante huiuſmodi ſtatuto, ſi pater relinquat ſub conditione, vel ſub modo, conditio vel modus non reijciũtur. & hoc idem voluit Bal. C. de bo quæ li. l. non ſine. Si ergo cõditio nec modus reijcitur, patet ꝙ non aſſumat naturam legitimæ, nec

portio-

portionis ab inteſtato debitæ, ſi eã aſſumerent, aut in
totum, aut pro parte dimidia uel tertia ꝯditio. vel mo-
dus reijcerentur, ut ſupra. ad quod etiam facit, quia ſta
tutum excludit omnino filiam. ſi aliquid ſibi pro dote
datum fuerit à patre, vnde ſi pater viuens dotem dediſ
ſet, & pactus fuiſſet filia mortua dotem reſtitui ſorori-
bus, conſtaret valuiſſe pactum. C. de iure dot. l. cum pa
trem. ff de le. 2. l. cùm pater. §. pater certam. & l. fi. §. fi-
liæ. quia cùm ex ſtatuto contenta eſſe debeat quantita
te data à patre, ita etiam forma & modo à patre addi-
tis etiam. ar. de i lit. iur. l. uideamus. §. pe. & per Bart. in
d. l. Titio centum. § Titio genero. ſicut contra qui non
poteſt quantitatem minuere, ita nec grauamen & mo
dum adijcere. ut d. l. quoniam in prioribus. iuncta leg.
omnimodo. quemadmodum igitur pater in vita dotẽ
dans potuiſſet per mortem filiæ in alium transferre, ex
conuentione, pari ratione & in teſtõ relinquens, cũ ſe
cundum eundem Bar. in §. Titio genero. & Bal. in d. l.
nõ ſine. dicatur talis mulier dotata, & videtur ibi Bal.
reputare inconueniens ꝙ melioris conditionis ſit mu
lier non nupta cum dos relicta eſt, quàm nupta cũ dos
data eſt, ſi. n. dotata mulier à patre uiuente excluditur
a ſucceſſione inteſtati in totum, multo fortius excludi
debet ea quæ habet expreſſam diſpoſitionẽ teſtatoris.
3 rurſus & ſtatutum † iubens eam dotari arbitrio ꝓpin
quorum, intelligendum eſt quando pater dotem non
reliquiſſet, potuerat. n. relinquere in codicilis, & in-
teſtatus decedere, & ſic uerbum, datum, poteſt intelli-
gi etiam relictum, cum & relinquens dicatur dare. C.
de teſta. mili. l ex his uerbis. cum ſi. Si ergo excluderetᷓ
ab inteſtato vbi pater reliquiſſet dotem quantumcun-
que & quocunque modo, quia relictum, ut dictum, q
habuit poteſtatem taxandi quantitatem. etiam potuit
apponere grauamẽ & modum, multofortius cum in
teſtamento ſimul reliquerit cum illo grauamine, quia
vt dictum eſt, cauſa teſtamenti regulatur à cauſa inte-
ſtati, & qui ab inteſtato cogeretur ſeruare uolũtatem
teſtatoris, multofortius ex teſtamento, cùm minus de
beatur ex teſtamento q̃ ab inteſtato, ut l. Papinianus.
§. quarta. de inof. teſta. & l. cum quæritur. & l. quoniam
in prioribus. cum ſi. Non obſtant allegata in cõtrariũ,
quoniam iam patuit illud eſſe falſum, ꝙ iſta dos aſſu-
mat naturam legitimæ. & illa opin. Rizar. Malum. per
Cy. & Bar. & alios reprobatur. & Bald. in d. l. non ſine.
in fi. videtur recte contrarius ei quod dixit in d. l. ſcim⁹.
& l. quoniam in prioribus. cum in illa l. non ſine. velit
iſtud legatum dotis eſſe conditionale & non tranſmit
ti, & ſic cõditionem reijci quæ reijceretur de legitima.
& contrarium quod dixit Bal in d. l. quoniam in prio-
ribus. expreſſim notat Bar. in d. §. Titio genero. & me
lius per rationem ſæpedictam, quia cũ arbitrio patris
committatur quantitas dotis, pariter etiam alia quali-
tas. quamuis etiã uerum diceret in l. qm̃ in prioribus. ta
men loquitur ibi, qũ ſtatutum iubet filiam eſſe conten
tam dote relicta à patre in teſtamento, hic autem loq-
mur quando ſtatutum loquitur de ſucceſſione in teſta
ti. vnde in caſu ſuo poteſt uideri ſubſtituiſſe loco legiti-
mæ ex teſtamento debitæ, hic autem non loco legiti-
mæ debitæ ex teſtamẽto, ſed loco totius portionis de
4 bitæ ab inteſtato. Non obſt. ꝙ † filia non poſſit grauari
in dote, quia illud eſt uerũ in dote data quæ eẽt effecta
proprium patrimonium ipſius filiæ. aut ẽt in dote reli
cta quæ ueniret in legitimã imputãda, cũ legitima filię
debeatur de iure cõi, & ita loquiť Dy. ſi bene inſpiciať,
quærit. n. an pater, qui reliquit filiæ pro ea dotãda, poſ-
ſit eã grauare, non aũt loquitur in caſu ſtatuti, cùm hic
nulla legitima debeať filiæ. Non obſt. quod vltimo de-
ducebatur ab abſurdo, ꝙ pater poſſet omnino filiã ex-
cludere nulla dote relicta, ſed ſolũ tertia ſiue dimidia
dotis congrue, quia ſtatutũ de patre ꝯfiſum non dubi-
tauit patrem, ubi teſtm̃ eſſet, filiæ debite prouiſurum,
quemadmodũ reliquit arbitrio patris dotem dãtis. pa-
ri & fortiori ratione patris reliquẽtis, cũ liberaliorẽ cõ
ſtet quẽ eſſe in ultima uoluntate, q̃ inter uiuos. & ut iã
dictũ eſt, ſtatutũ poſſit cõprehẽdere illũ caſum quo pa-
ter nõ uere dediſſet, ſed in codicillis ab inteſtato reliqſ-
ſet. Reſtat igitur concludẽdũ, patrẽ potuiſſe in dote re
licta filiã grauare, quaſi hoc non ſit proprie legitima,
nec legitimæ naturã aſſumat. ut ſupra patuit ſecũdum
cõem ſniam Cy. Bar. & Bal. ultimo loco. aut ſi uoluerі
mus loco legitimæ hãc dotẽ ſuccedere, neceſſario fatẽ
dũ erit non ſuccedere loco legitimæ in qua grauari ñ
põt, ſed loco legitimæ. i. portionis ab inteſtato debitæ,
& quemadmodũ grauamẽ valuiſſet ĩ dimidia eius q̃ſ
habitura eſſet ab inteſtato ſi filiæ & filij erãt vltra qua
tuor tpe mortis patris Si aũt quatuor vel pauciores. in
tertia. per auth. nouiſſima. & ita ẽt in hmõi dote. Et lʒ
prima opinio verior videreť, ꝙ in totũ grauare potue-
rit. tũ quia res pp varietatẽ opinionũ non eſt ſine ſcru-
pulo, laudabile foret rẽ amicabiliter cõponere, & ita
diuidere vt hæres inſtitutus ab Ipſa Margarita loco le-
gitimæ retineat tertiã dotis, ſi tpe mortis patris erãt ſo
lum quatuor filii & filiæ uel pauciores, ſi autem plures
quatuor. retineat dimidiam, reliquum reſtituat, ſcho-
la uero ab utraq; parte recipiat tertiã partẽ ſui legati,
& ſic duas tm̃ partes centum ducatorum aſſequatur.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis.

¶ Et idem Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta. ſi pupillus decederet ſine cõmu
nibus & legitimis hæredibus, de quibus hæredibus in-
telligatur, an de liberis ſolum, & eo caſu quomodo in
telligatur ætas pupillaris. & an propter non confectũ
inuentarium hæres perdat proprium debitum.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſine legitimis & communibus hæredibus, de liberis intel-
liguntur.*

2 *Pupillaris ætas quanto tempore durare dicatur.*

3 *Relictum puberi ſi ad pubertatem peruenerit, de qua pubertate
ſit interpretandum.*

4 *Decedere ſine liberis an is dicatur qui non poteſt filios habere.*

5 *Hæres non conficiens inuentarium non deducit ſibi debitum.*

CONSILIVM CXXVI.

PROPONITVR quod Bartholomæus
de Lenigo Iacobum impuberem filium
ſuum ex uxore præmortua inſtituit, & ſi
idem Iacobus in pupillari ætate ſine cõi-
bus & legitimis hæredibus decederet, iuſ-
ſit de bonis annuam quandam charitatẽ & eleemoſy
nam pauperibus erogari commiſſarijs eo caſu relictis,
quodque eo mortuo idẽ Iacobus apprehenſa hẽditate
14. anni ætatis ſuæ uel circa deceſſit inteſtatus, Paulino
auunculo proximiore relicto. ¶ Quæritur an ſit locus
relicto facto, ſi dictus Iacobus in pupillari ætate ſine cõ
munibus & legitimis hæredibus decederet, & an ex di
cto relicto poſſit deduci dos matris dicti Iacobi, &c.
1 ¶ † Ad primum uidetur prima facie locus cõmiſſa-
rijs & relicto. Nam illa uerba, ſine cõibus & legitimis
hẽdibus, de liberis intelligũtur, ne ſimpliciter accepta
continere uideantur caſum vix contingentem, ꝙ quis
ſine hærede decedat ff. ad Treb. l ex facto. §. fina. & da-
to quod proprie intelligantur, tamen propter verbum
Communibus, comprehenduntur tantummodo legi
timi tam patris quàm filii, ex quibus non eſt auunculus
qui ipſi Bartholomæo non eſt legitimus, ſed affinis, ne
2 ullo iure ſuccederet: quamuis ergo † uerba. In pupilla
ri ætate, de proprio ſignificato comprehendant ætatẽ
2 tem. §. ſi pater. ſo. ma. Nā † & ſi debitor inſtituens creditorem pro parte vel aliquid legans ſimpliciter nō intelligatur animo compenſandi de le. 1. l. Lucius. in pri. de le. 2. l. Mæuius. in prin. & ibi Bart. & l. creditorē. C. de rei uxo. ac §. ſciendum. & no. de leg. 1. l. huiuſmodi. §. cum pater. cum tamen Henricus non ſimpliciter reliquerit, ſed nomine dotis ſiue pro dote ſua, cuius dotis erant creditrices in tanta vel paulo minore quantitate ex teſtamento domini Nicolai, apparet euidēs cōiectura compenſandi propter eandem cauſam expreſſam. arg. de alt. & ci. le. l. libertis quos. iuncta l. quinquaginta. de proba. & quod ibi no. Et pro hoc etiam facit de verb. ob. l. ſi diuortio. & quod no. Bart. o. in d. l. huiuſmodi. §. cum pater. ubi pro conſtanti ponit, quod debitor dotis legans ſub nomine dotis videtur relinquere animo compenſandi. Nec dubium eſt, quod ſi marit⁹ debitor certæ quantitatis ex cauſa dotis tantum uel ēt maiorem quantitatem nomine dotis reliquerit, intelligitur animo compenſandi, hoc etiam ex eo euidēter apparet, quòd de bonis ſuis amplius petere prohibuit, & tacitas & contentas eſſe iuſſit, quæ verba intelliguntur animo compenſandi, & obligationem non tollunt, ſecundum Bal. C. de hære. act. l. ſi adulta. hoc etiam vr̄ colligi ex coniectura mentis domini Nicolai qui quidem filijs maſculis Henrici nihil reliquit, nec filiabus ſi maſculi conſtarent, conuenius eo caſu conſeruare ſucceſſionem & prouiſionem Henrici, ſed quia grauabat Henricum ſine eius hæredes res legatas reſtituere, excipere voluit dotem filiarum, & ſic eo caſu, quo grauamen locum haberet. Cum ergo illud grauamen remiſſum fuerit, & pro non facto ex coniectura mentis debet ceſſare relictum dotis filiarum, quæ ut præmiſſum eſt, ſolum propter onus fideicommiſſi factum fuit illud relictum, cum in huiuſmodi fideicom. coniectura mentis debeat attendi. C. de fideicom. l. cum virū. de le. 2. l. cum proponeretur. cum ſi. nouiſſime & ſi relictū domini Nicolai non tolleretur vi compenſationis, vt ſupra, ſaltem tn̄ ex cōuentione & diuiſione tolli deberet. de uerb. obl. l. qui Romę. §. ſi. cū veriſimile ſit eas ꝓmiſiſſe nō ꝯtrafacere. l. ſtipulatio § ꝗſitū. eod. tit. ¶ Pro parte verò affirmatiua euidenter concludendum eſt, quoniam cū Henricus non ultra legitimam ſed minus filiabus reliquerit quæ erat tertia totius. C. de inoſ. teſt. auth. nouiſſima. & in corpore unde ſumit. & ſi expreſſe uoluiſſet compenſare & grauare, non potuit. C. de inoſ. teſta. l. quoniam in prioribus. fruſtra ergo quæreretur de eius voluntate, cūm poteſtas deficiat, tamen ſi dubitari poſſet, ſuppoſita etiam poteſtate, nūquid videatur voluiſſe compenſare, quamuis nomine dotis prelatio duplicationem recipiat, vnde cūm ſe non referat ſpecialiter ad relictum dotis domini Nicolai, non debet intelligi animus compēſandi. ar. not. per Bar. & Bal. de le. 2. l. Lucius. la 1. creditur enim potius pater ex debito naturali, & proprio inſtituiſſe, qui filias in dote, imo & in legitima inſtituere tenebatur, quàm ex debito aliūde prouenientе. ar. C. de dotis promiſ. l. ſi. facit de ſolu. l. & magis & quia ſi tantumdem eſſet debitum ex teſtamēto domini Nicolai, nulla fuiſſet inſtitutio vel relictum. vt d. l. Meuius. de le. 2. & quod no. de mino. l. 3. §. ſed vtrum. nec ex eo quod plus petere vetuerit de bonis ſuis videtur ſuſtuliſſe debitum ex teſtamento dn̄i Nicolai, cum bona deducto ære alieno intelligantur, ſecundum Bar. qui ita videtur determinare. ff. de oper. li. l. vt iuſiurandi. §. ſi liberti. ad fi. & Bal. C. de ope. li. l. liberti. verſ. ſed ſi dubitatur an filia. & de inoff. teſt. l. qđ nouella. ver. 3. quęro. Nec obſtat, quod dicebatur intelligi compenſaſſe, quia reliquit pro dote, hoc enim procederet vbi ipſe Henricus dotem promiſiſſet, vel à ſe datā exigiſſet. Sic. n. intelligeretur ſe referre ad dotem illam, & eodem modo maritus relinquens vxori pro dote, & ita loquuntur iura ſuperius allegata. hic autē nō ſe retulit magis ad dotem præteritam ſiue à dn̄o Nicolao relictam, quàm ad dotem futuram, & ſic non præſumitur animus compenſandi, cum ut præmiſſum eſt recipiat augmentum & duplicationem. & ſic nō obſt. l. liberti præalle. non ob. etiam quod dicebatur de coniectura volūtatis domini Nicolai, quia cūm uerba ſint clara, nec debuerit diuinare de remiſſione fienda, coniectura voluntatis non admittitur in id quod omnino omiſſum eſt verbis, nec apparet aliud indicium voluntatis de le. 3. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. & l. non aliter. de hære. inſti. l. quotiens. de leg. 1. l. 4. cum ſi. multis. non obſtat quod ultimo dicebatur per cōuentionem & diuiſionem intelligi remiſſum relictum dotis dn̄i Nicolai, quia licèt variæ ſint opiniones in d. l. qui Romæ. § ſi & communis opinio ſit ꝙ non intelligatur facta remiſſio. & fuerit male iudicatum, tamen tenēdo quod remiſſio ibi facta videatur, tunc demum procedit, cum diuidentes ſciebant fideicommiſſi relictū, qđ ibi relictum erat a patre, & uerba teſtamenti inſpexeraut. alias ſecus ff. de tranſactio. l. de is. quemad. te. aperi. l. 1. §. 1. cum ſi. & plene not. per Bartol. & Dyn. in d. l. qui Romæ. §. ſi hic autem de teſtamento domini Nicolai nulla habita fuit mētio. nullamque apparuit fuiſſe ſcientiam, unde præſumitur ignorantia. ff. pro ſuo. l. fi. de reg. iu. l. qui in alterius. & maxime pupillas non potuiſſe etiam cum tutoris authoritate ius ſuum, & nondum debitum remittere & donare. ff. de pac. l. contra iur. §. ſi. C. de tranſac. l. præſes. quia tamen non eſt ſine dubio, an Henricus animo compenſandi filias inſtituerit, & coniectura voluntatis eius multum attendenda eſt. Illa prima ratio me principaliter mouet, quod ſi n̄ potuit filiabus inſtitutis in legitima vel minus tollere relictum domini Nicolai. Reſtat ergo concludēdum, filias Henrici duas partes ex tribus relicti ſibi facti per dominum Nicolaum petere poſſe, eam autem ꝓ qua ipſi hæredes patris extiterunt, conſtat non poſſe. C. de rei uen. l. cum a matre. & d. l. Lucius. de le. 1. cum ſi.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Vulneratus ab aliquo non lætaliter ſi moriatur intra modicum tempus, an præſumatur mortuus ex tali vulnere, & an talis vulnerans teneatur de vulnere ſolum, an & de occiſo, & ex quibus cōiecturis cognoſcatur an habuerit animum occidendi, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura ad cognoſcendum vulneratum ex vulnere deceſſiſſe.*
2 *Mortis cauſam dans occidiſſe videtur.*

3 *Vulne-*

3 *Vulnerato a pluribus moriente, nec conſtat ex cuius ictu, an omnes teneantur.*
4 *Percuſſi indiſcretum uel inconſultum vitæ regimen, quo grauius infirmetur, an percutienti proſit.*
5 *Occidendi animus quando præſumatur in percutiente.*

CONSILIVM CXXXV.

VISIS denuncia ſer Antonii Zenarii, atte
ſtationibus Paſſeti presbyteri Michaelis,
& Catherinæ vxoris quondã Thomę, cõ
parltione Angeli & Danielis, & ſtatuto
Taruiſij, poſito pro conſtanti ꝙ dictus
Thomas mortuus ſit, quia per dictos teſtes non pro-
batur mors eius ſm no. per Bar. quemad. teſt. aper. l.
2. §. ſi dubitetur. Duo videnda ſunt, primũ an ex per-
cuſſione Iacobi præſumatur deceſſiſſe Thomas, & cõ
ſequenter Iacobus homicidium feciſſe, aut ſecundo ſi
præſumitur ex percuſſione deceſſiſſe, uel eius occaſio
1 ne, qualiter ſit puniendus. ¶ † Ad primum videtur pri-
ma facie præſumendum Thomam deceſſiſſe ex illa p
cuſſione, nam ſm depoſitionem Catherinæ vxoris
immediate poſt percuſſionem cecidit retro, & ſtetit
immobilis quaſi mortuus. & ſic percuſſio fuit cauſa,
& immediata illius caſus. ſm alios aũt teſtes, licèt non
immediate, tamen paulo poſt cecidit. & die ſequenti
ſm omnes expirauit, unde præſumitur ex ipſa percuſ
ſione deceſſiſſe, ſeu morbũ caducũ quo periſſe dicitẽ
incurriſſe, tam ex loco in quo percuſſus fuit. ſ. in ore,
& capite, in quo loco modico ictu ſolet quis lætaliter
lędi, ut inquit tex de ho. c. ſignificaſti. in fin. tam ex bre
uitate temporum. eod. ti. c. presbyterũ. & no. per glo.
& do. C. de emen. ſer. l. 1. vbi mortuus intra triduũ præ
ſumitur mortuus ex percuſſione, paria etiã ſunt, vel
eum ex percuſſione deceſſiſſe, vel aliam infirmitatẽ
incurriſſe de qua perierit, ut d. c. presbyterum. & eod.
titu. c. de cætero. cum regula ſit, ꝙ qui cauſam dam-
ni dat, damnum dediſſe videtur. ſic † & cauſam mor
2 tis dans uidetur occidiſſe. ff. ad l. cor. de ſic. l. nihil. ad l.
aqui. l. qui occidit. § pe. cum concor. & cum ibi not.
Nec ad rem videtur pertinere, ꝙ teſtes dicant percuſ
ſionẽ fuiſſe paruam ſine ſanguinis effuſione: quia ut e-
leganter inquit tex. ad l. aquil. l. qua actione. §. ſed ſi qs.
læuis percuſſio infirmo ſolet eſſe mortifera, quamuis
ergo ſanus non uerſimiliter ea percuſſione deceſſiſ-
ſet, tamen ille tremulentus ut proponitur, & qui alias
morbum caducum paſſus fuerit, facile læui ictu perit,
ad hoc etiam facere videtur eo. titu. l. ita vulneratus. in
prin. per quam l. determinant noſtri maiores, ꝙ læui-
ter uulnerans hominẽ ab eo prius lętaliter vulneratũ,
eo mortuo tenetur de occiſo, quamuis uulnus ſuũ nõ
fuiſſet lætale omnino ſano, ut not. per Barto. & alios.
C. ad l. iul. de vi. l. 1. & in l. quoniã multa. Rurſum in
dubio ne delicta impunita remaneant, iudicandus eſt
homicida extra. de ho. c. ad audientiam, & d. c. presby
3 terum. quemadmodum ubi † ſi quis a pluribus uulne
ratus deceſſit, nec apparuit ex cuius ictu, omnes de
homicidio tenentur. ad l. acqui. l. item Mela. §. ſi plures
& l. ita vulneratus. extra de ho. c. ſignificaſti. lo 2. & ibi
per Inno. & alios. & per glo. & doc. in d. l. ſi. de Sicea.
& l. quoniam. C. ad l. iul. de ui. Cæterũ non obſtantibus
iis tutior eſt & iuſtior diuerſa ſententia. Nã vbi agitur
de pœna corporali, & præcipue mortis, exigũtur aper
tiſſima documẽta uel indicia ad probationẽ inducta,
& luce clariora. C. de proba. l. ſciant. de app l. Aditos.
de pœnis. l. qui ſententiam. & per Inno. de præſum. ca.
quia veriſimile adducentem exemplum Salomonis
de mulieribus meretricibus. Sanctius. n. eſt in re dubia
impunitum relinquere facinus, quàm innocentem cõ
demnare, ut elegãter inquit tex. ff de pœ. l. abſentem.
in prin. Quamobrẽ Albertus Papienſis, vt refert Cyn.
in d. l. quoniam. & Dy ex facto conſultus. ut refert Bar
to. in l fi. de ſic. dixerunt ubi non apparet ex cuius uul-
nere uulneratus deceſſit neminem de occiſo puniri.
Cum ergo manifeſtum ſit, percuſſionem illã uacua
manu paruam, ut proponitur & ſine ſanguinis effuſio
ne circa os, non eſſe ſui natura lætalem, de quo ſi eſſet
dubium, ſtandũ eſſet iudicio medicorũ, ut dicit tex. in
d. c. ſignificaſti. arg. C. de re mil. l. ſemel. lib 12. & de vẽ.
inſpi. l. 1. §. primo. not. Bar in d. l. ſi. de ſicea. & Ang. in
l prima. de emen. ſer. & in Spe. de proba. §. ſi. verſicul.
hoc quoque notandum. & de homi. §. 1 uerſi. pone A.
non eſt credendum Thomæ vxori ex illa deceſſiſſe,
præcipue cum magis credendum ſit duobus teſtibus
non ſuſpectis dicentibus cũ nõ ſtatim cecidiſſe, quàm
ſoli vxori. C. de te. l. etiam, & ibi no. & ff eo. l. ob car-
men. §. primo, ſed ex morbo caduco, qui licèt diu non
vexaſſet eum, non tam abiiſſe quam latuiſſe creditur,
iuxta ea q̃ not. ff. loca. l. Marcellus. & medici hoc me-
lius ſciunt, cum conſtet eum bis poſt percuſſionẽ paſ-
ſum morbum caducum, ita ꝙ in certis non eſt locus
coniecturæ. de verb. ob. l. continuus. §. cum ita. Nec il-
lius morbi cauſam uerisimiliter uidetur dediſſe dicta
percuſſio, ſed antiqua paſſio & mala diſpoſitio, aut ẽt
lapſus retrorſum, qui non ex percuſſione, ſed ex ma-
la diſpoſitione aut ebrietate, de quibus fratres Daniel
& Ang deponũt, uerisimiliter proceſſit. & de hoc põt
& debet iudex ex officio ſuo recipere teſtes & infor-
mationes & defenſiones, ex quibus minuatur ſuſpi-
cio homicidii, recipiendo dictos Angelum & Danie-
lem & alios cũ iuramẽto ſuper iis quæ dixerint, quam
uis pars non producat, de qõ. l. 1. in ſi de pœ. l. ſi non de
fendatur, & ibi Barto. qui in diſputando terminauit. Si
enim in re dubia, ut præmiſſum eſt, inclinandum fo-
ret ad abſolutionem quaſi in partem tutiorem, ut in
d. c. ad audientiam. & c. ſignificaſti. quãto fortius cum
nulla indicia urgentia homicidii proponãtur, veniet
abſoluendus. Nec uerisimile eſt ut præmiſſum eſt eum
ex læui percuſſione retrorſum cecidiſſe qui non ſta-
tim ſtans cecidit, ſed paulo poſt ſedens, quemadmo-
dum. n. qui non lætaliter uulnerauit nõ tenetur de ho
micidio ſi alius poſt lætaliter eum vulnerauit & poſt
deceſſit, ut d. l. ſi. de ſicca. ubi ictus vniuſcuiuſque eſt cõ
templandus. Ita cùm conſtet percuſſionem hanc nõ
fuiſſe ſui natura lætalem, & cauſa lætalis ſuperuenerit,
morbus. ſ. caducus, uel lapſus retrorſum, non debet
hic Iacobus teneri, cùm ut dictũ eſt, morbus ille alius
4 de radicatus eſſet, non ex percuſſione. ¶ † Ad allega
ta in contrariũ facilis eſt reſponſio. Nam conſtat non
pręſumi per locum à ſolitis vacuã percuſſionẽ in ore
lætalem, nec de tali loquitur c. ſignificaſti. ſed loquitur
de modico ictu reſpectu alterius partis corporis, fuit
enim ibi percuſſio cum foſſorio graui, non manu va-
cua, qua ſuos diſcipulos doctor cum uapulat caſtigat.
Non etiam præſumitur ex breuitate temporis, hoc. n.
tunc procedit quando dubitatur an vulnus eſſet læta-
le, & prætereà non apparente alia cauſa. hic aũt alia cã
poſterior. ſ. lapſus. & anterior morbus. ſ. caducus iu-
ſtior cauſa fuerit. & ita not. docto. ſuper glo. in d. cap.
presbyterũ. ut ſi ex corruptis humoribus grauior infir
mitas ſuperueniat, non imputetur percutienti, ut eo.
tit. c. ad audientiã. & vult Spe. in d. §. pone A. Nec ob.
illa ratio, ꝙ propter malam diſpoſitionem fuerit illa
percuſſio lætalis, quemadmodum in infirmò, non. n.
erat huius talis ĩfirmitas, quæ ex tali percuſſione mor-
tem induceret, nec hoc pręſumendum in dubio, Qđ
autem in dubio ſit præſumendum contra eum, ne de
licta impunita remaneant, minime placet, cũ in dubia
probatio non releuet. de proba. c. in præſentia. & po-
tius ad abſolutionem tendendum ſit, ut ſupra, ſed c. ſi-
gnificaſti. & c. ad audientiam. & ſimilia loquuntur, ut
quis abſtineat a miniſterio ſacrorum ordinum, ubi tu
tior via eligenda eſt, & homicida quantumcunq; ca-
ſualis, irregularis efficitur, non autem quantum ad pœ
nam corporalem uel ſecularem, ubi benignior inter
pretatio ſumenda eſt, de pœnis l interpretatione. & l.
ſi præſes. & alibi dicit tex. benigniorem interpretatio
nem ſequi non minus iuſtius eſt, quàm tutius. de iis q̃
in teſtam. delen. l. proxime. & promptiores ſumus ad
abſoluendum

abſoluendum de ac. & ob.l. Artianus & de reg. iur. l.
5 fauorabiliores, &c. ¶ † Ad ſecundũ videtur prima fa
cie dicendum eum decapitandum ex forma ſtatuti,
ponentis regulam, & exceptionem non continentem
hunc caſum, quia non caſu fortuito ſed doloſe percuſ
ſit, & dabat operam rei illicitæ, & ideo debet puniri
inſpecto euentu, ut d.l. quoniam. C. ad l. iul. de vi. & ibi
dem bene not. & per Barto. ff. de ſicca. l. diuus. verius
tamen puto eum non puniendum ad mortem, nõ. n.
præſumitur animum habuiſſe occidendi qui ex tam
puſilla cauſa, tam leuiter, & pręcipue amicum per-
cuſſerit, ut probatur ff. de ſicca. l. 1. §. diuus. verſi ex qua
litate inſtrumenti præſumitur non animus occidẽdi,
& ſi homicidium ſequatur, caſu magis quàm volunta
te admiſſum dicitur, quamuis daret operam rei illici-
tæ, quia in rixa percuſſit, probatur &c. C. eod. ti. l. 1. vbi
eſt gl. notabilis quomodo præſumatur animus nõ oc-
cidendi. & in l. eum qui. ubi percutiẽs calce dicitur ca-
ſu fortuito non voluntate occidiſſe. Cùm ergo ſtatutũ
excipiat homicidium caſu fortuito factũ, & ſine om-
ni fraude, poteſt excipere hunc caſum. quia non fuit
fraus & animus occidendi, ſed caſus fortuitus, quãuis
fuerit animus leuiter percutiendi, ut eſt expreſſum in
iuribus prædictis. facit l. aut facta. §. euentus. de pœn.
Nec ob. de homi. c. ſi. lib. 6. quia ibi loquitur quantũ ad
irregularitatem. Nec dicat quis ſtatutum intelligendũ
de caſu ſine culpa, quia tunc fruſtra daretur arbitriũ
peccãdi, cùm nullam pœnam mereatur caſus ſine cul-
pa, ut in regula ſine culpa. ad l. aqui. l. ſi putator. & de
homi. c. cum Ioannes. cum ſi. Et quia patet ex legibus
præalle. caſus dicitur fortuitus culpa etiam anteceden
te, unde non eſt reſtringenda exceptio, imo proprie
& large intelligenda, ut ſtatutum minus corrigat ius
commune de conſue. c. cum dilectus. & per Barto. in
l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. præcipue cùm ſub-
dat ſine fraude, & ſic ſine dolo. de re. iu. l. fraud. de pac.
l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. quinimo ſtatutum
ſimpliciter diſponens, ꝙ qui occidit occidetur, intel-
ligitur doloſe ſecundum Bar. ſi quis te. li. eſſe iuſ. fuer.
l. 1. § 1. & per Ang. C. de ſicca. l. is qui cum telo. Hoc er
go caſu arbitrio iudicis puniendus eſt inſpecta quali-
tate culpæ, & ceſſante ſtatuto ſimiliter. relegatione tẽ
porali, ut ff. de ſicca. l. in lege cornelia. §. 1. vel alia pœ-
na arbitrio iudicis. ut C. eo. tit. l. 1. & ibi not. quia tamen
ſupra apparuit homicidium non commiſſum, nõ ue-
niet puniendus niſi de ſimplici percuſſione, ſecundũ
formam ſtatutorum, & de iure communi, tanquam
ex iniuria, de iniur. l. lex cornelia. pœna arbitraria. eo.
titu. l. fina.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymũdis.

ARGVMENTVM.

¶ Inquiſitio cõtra notarium propter falſum inſtru
mentum uel cõtra partem illud producẽtem ad hoc
ut formari poſſit quę requirantur, & an & quando u-
nus teſtis inſtrumentarius faciat ſuſpicionem contra
inſtrumentũ, & quęlis illa falſitas quæ eſt punibilis,
& quantum operatur bona fama notarii.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio ut poſſit formari de iure communi quæ requirantur.*
2 *Teſtes unus an ad inquiſitionem ſufficiat, & etiam quid de fa-
ma publica.*
3 *Notarius ſcribens plus quàm a partibus dictum ſit, an id falſo
uel doloſe feciſſe præſumatur.*
4 *Infamatus de crimine ſpeciali an probando bonam famam re-
leuetur ab inquiſitione.*

CONSILIVM CXXXVI.

1 AD primum † ſatis exploratũ exiſtimo, nõ
potuiſſe procedi ad inquiſitionem con-
tra debitorem B. Conſtat. n. iure cõmuni
ad inquiſitionem non poſſe procedi nõ
præcedentibus legitimis iudiciis, puta fa
ma publica, vel aliis ſimilibus. de accu. c. inquiſitionis.
& c. qualiter. el 2. & c. cùm oporteat, de ſy mo. c. licẽt
Hely. cum ſim. & in Spe. de inquiſi. §. 1. & per totum.
præcipue iure ciuili de mu. & hono. l. reſcripto. §. ſi qs
accuſatores. & no. de adul. l. 2. §. ſi publico. per gloſ. de
ſuſpe. tu. l. 3. §. præterea. C. de accu. l. ea quidem. ubi ple
ne per docto. & C. de proba. l. iubemus. per gl. N. Azo.
Ac. & Bald. nulla autem fama, ſuſpitio, vel indicia ex
prædictis apparent contra ipſum B. licẽt. n. teſtes dicãt
notarium plus vel minus ſcripſiſſe, non tamen præſu-
mitur ipſum B. auctorem uel participem fuiſſe, vel in
ſuſpitionem criminis incidiſſe, cùm nec inſtrumentũ
in iudicio produxerit, licẽt eius vtilitatem contineat,
ut not. de exce. præla c. inter dilectos. §. præterea. ibi,
quia tamen fides &c. & C. de fal. l. maiorem. vbi eo ꝙ
apparet qui falſum commiſit. ſ. notarius allegans ſuã
innocentiam, excuſatur. ad hoc facit eo. tit. l. ſi falſos.
& quod ibi no. & C. de fide inſtr. l. 2. & 3. ubi eo quod
quis proteſtatur ſe non vſurum inſtrumento vel teſti-
bus falſis, quamuis illa falſitas tenderet ad eius vtilita-
tem, excuſatur niſi probetur eum fuiſſe auctorem il-
lius falſitatis, deficit ergo luculẽter quo ad ipſum B. in
ſuo fundamento ſubſtantiali, & conſequenter eſt nul-
la, ut in iuribus præalleg. & in d. §. 1. in princip. in Spe.
de inquiſi. & arg. C. qui accu. non poſ. l. non ignorat. cũ
ſi. Quantum aũt ad Blaſium notarium pluſculum du-
bitationis videtur, ut. n. omittam primum teſtem quẽ
conſtat falſum dixiſſe, & contra ipſam inquiſitionem
& depoſitionẽ C. principalis, & querelã ſeu informa
tionem ipſius A. cum ſecundus teſtis contradicat ipſi
inſtrumento, ipſum inſtrumentum redditur ſuſpectũ,
ita ut ſecundũ unam opinionem non probet niſi ei fi
des impouatur ff. quemad. teſt. aperi. l. 1. in fi. & ibi no. &
per Inn. de fide inſtru. c. cum Ioan. & per gl. & docto.
C. de fide inſtru. l. in exercendis. Aut ſaltem ita ſuſpe-
ctum reddit ut de eius veritatẽ & falſitate inquiratur,
& fiat optima indagatio per iudicem, & tangit Inno.
in d. c. cum Ioan. per l. 2. C. de fal. & l. iubemus C. de ꝓ
2 ba. & ſic patet, † quod unus teſtis eſt ſufficiẽs ad inqui
ſitionem. Si. n. fama publica ſufficit, ut in iuribus pręal
leg. quam conſtat nõ plene ſed ſemiplene, vel minus
probare, ut no. de iureiur. l. admonendi. de teſta. l. 3. §.
eiſdem. ita & fortius unus teſtis in inſtrumento deſcri
ptus, & præcipue inſtrũmentarius primo ſublato, aut
duo, ſi primum iungimus, licẽt non omnino cõteſtes,
& hoc voluerũt Nic. Mat. & Bald. in d. l. iubemus. vbi
etiam per teſtes teſtificantes debet procedi ad inquiſi-
tionem præcipue contra tabelliones & ſimiles contra
quos debet quacunque ſuſpicione interueniente poſſe
inquiri. per l. 2. de ſpor. & l. nullũ. de teſti. & de ſuſpec.
tu. l. 3. § præterea. pręcipue cum adſit depoſitio C. con
formis ſecundo teſti, qui quidẽ videtur teſtis idoneus
etiam in facto proprio. cum poſt ceſſionem ſua non
interſit, nec de euictione teneatur. ut no. in Spe. de te-
ſte. §. 1. ver. ſed pone mutuaui, & videtur ſentire glo. in
ratione ſui. C. de teſti. l. omnibus. Cæterũ non obſtan-
tibus iis dicendum videtur non potuiſſe ad inquiſitio-
nem procedi ſtantibus iis quæ pro parte notarii ante
formatam inquiſitionem oſtenſa & verificata dicun
3 tur, ubi notabiliter aduertendum, † ꝙ ubi per notariũ
reperitur aliquid plus ſcriptum quàm a partibus dictũ
ſit, non præſumitur falſo & doloſe, ſed errore, niſi ex
aliis circunſtantiis aliud appareat, ita eleganter & for
maliter dicit Barto ff. de hære inſti. l. quotiens. ver. ſed
ſi non in corpore per illum tex. & probatur etiam C.
de teſta. l. errore. & idem voluit Bald. in d. l. quotiens.
dicens conſiderandum eſſe qualitatẽ tabellionis. Nã
ſi alias non fuit bonus, ſed malus, præſumitur qđ ma-
le ſcripſerit, ut not. de eden. l. ſi quis ex argentariis. §.
2. & C. de proba. l. iubemus. & arg. de re. mi. l. non om
nes. §. a barbaris. & pro hoc facit de præſump. c. illud.
in fi. & hæc fuit intentio Bar. cum dixit, niſi ex aliis cõ
iecturis &c. Præſumitur. n. pro notario ꝙ officium ſuũ
fideliter ſolet exercere. ad idẽ de præſum. c. ad audien

tiam

tiam, & optime eo tit.de præſumpt.ca.cum in iuuen-
tute.Cum itaque conſtiterit de conditione & lauda-
bili ſama notarii,nec ulla ex tenore inſtrumenti, vel
prothocolli inſurgat ſuſpicio. & ſic nec ratione perſo
næ nec ratione inſtrumenti,ſm ea quæ no.per glo. &
doct in d.l.iubemus.nõ præſumitur falſitas ex propo-
ſito,ſed potius errore cõmiſſa,& ſic non cadit in pœ-
nam ſtatuti,aut etiam iuris cõmunis, quia exigitur do
lus.C.de ſal.l.nec exemplum,& ff. eo. l. 1. & l. quid ſit
falſum. & ibi plene per Bar.hic ẽt error potius,quàm
dolus in præſentiarum ex eo euidenter colligitur, &
præſumitur, ꝙ ex forma inquiſitionis & depoſitione
ſecundi teſtis.& C.principalis apparet partes rogaſſe
inſtrumentum de abſolutione a libr.45. & duobus in
ſtrumentis rogatis per Blaſium & Marcum, & a qui-
buſcunq; lib.apothecæ dicti C.vnde licèt notarius ſcri
pſerit liberationẽ generalẽ,facile potuit credere hoc
ſibi commiſſum ex generalitate illorum verborum a
quibuſcunque lib.apothecæ dicti C.quaſi non debue-
rit diuinare ipſum C.alios libros rationum habere,&
conſequenter illud creditũ.Nam & per locum a cõ-
muniter accidentibus ſi aliud creditum fuiſſet,ipſe C.
veriſimiliter excepiſſet & reſeruaſſet,facit ad hanc cõ
iecturam erroris & generalitatis, de pac.l.emptor. §.
Lutius.& de ſolu.l.ex pluribus. in princip. Cum itaq;
ex ſuppoſita falſitate inſtrumenti in eo quod plus ad-
diderit nõ præſumatur dolus aut falſitas, ſed error no
tarii,& hoc iudici conſtiterit ante inquiſitionẽ, patet
illam inquiſitionẽ errore iuris & ſine vllo fundamen
to & ſuſpicione proceſſiſſe, & male. Nam etſi quidã
probarent infamiam, & alii potiores numero vel di
gnitate probarent bonam famam, non poſſet iudex
ad inquiſitionem procedere.de ſymo.c.licèt Hely. &
not.Specu. in titu.de inquiſi.§.nunc tractemus. verſi.
quid ſi plures teſtes dicunt. Amplius dicit Bald ſecun-
dum Gandinum in d.l.ea quidem.verſicu itẽ quæro,
an infamatus ꝙ† infamatus de crimine ſpeciali probã
4 do bonã famam releuatur ab inquiſitione, ad quẽ ſuf-
ficiat remiſſio,quanto ergo hic fortius,cum hic nulla
infamia probata ſit,& ſuſpicio ſi qua inſurgeret ex di-
ctis teſtium,ſit ſublata per bonam famã, & ex autho-
ritate notarii non potuit ad inquiſitionẽ procedi. Ac-
cedat ꝙ ſi animum habuiſſet falſum cõmittendi, nõ
adhibuiſſet illos teſtes,nec poſtea veriſimiliter poterit
cõmittere,cũ reperiatur in libro,ita ut dicitur, ordi-
narium inſtrumentum,ut veriſimiliter ex interuallo
ſcribi non poterit.Præterea cũ conſtet primũ teſtem
eſſe falſum,& ſecundus non ſit inſtrumentarius,cùm
in inſtrumento duo ſufficiant.in Auth.de fide inſtru.
§.ſed ſi inſtrumenta.& ibi not.communis opi. habet
ſtandum inſtrumento,ut no.in d.l.1.in ſi. quemad. te.
aperi. & in l.in exercendis, præcipue cùm ille teſtis ſe
cundus nõ ſit omni exceptione maior,eo ꝙ ſit & fue-
rit diſcipulus illius C.& ſic veriſimiliter non careat ſu
ſpicione,iuxta ea quæ habentur C.de teſti.l.eos.& l.ẽt.
& l.parentes.& præcipue per Bald.nec ipſe C.eſt ido-
neus teſtis etiam ſi non ageretur de eius cõmo. vt ple-
ne not.per doct.in d.l.omnibus.& Ioan.An.eod. titu.
Inſuper & pręcipue cum ipſe C. dicat ſe comminatũ
de petendis ducatis noningentis,ſatis eſt veriſimile ꝙ
poſtea fecerit liberationem generalẽ, cum illis ſolu-
tis nihil aliud prætenderet debitum,nec ſua intererat,
tum quia non erat verus creditor de maiori quantita
te,licèt nomen ſuum eſſet in inſtrumento appoſitum.
iuxta ea quæ habẽtur C. ſi quis alteri, uel ſibi.per totũ
tum quia ceſſerat ius ſuum,& ſic ſua nõ intererat, nec
præiudicabat ceſſionario, ut plene per Bart. ad treb.l.
facta.§.ſi hẽs.& ſatis arguit ſimulatio ſiue rectius inter
poſitio ipſius C.tam ex ratione qua tenetur ipſe B. debi
tor cum ipſo A.quàm ex ipſa ceſſione facta poſt mor
tẽ fratris dicti A.iuxta ea q̃ hñr in l.ſi is qui in bonis.de
acqui.hę.& C.de rep.hę.l.2.de iis qui.ut indig.l.ſi.cũ ſi:
Ex quibus veriſimile eſt ipſum C.feciſſe liberationem
generalem,& ſic ex multis indiciis purgata fuit ſuſpi-
cio ſi qua fuiſſet contra notarium, & cõſequenter nõ
debuit nec potuit ad inquiſitionem procedi Nec ob.
dictum Innocen. ꝙ vnus teſtis contradicens ſufficiat
ad inquiſitionem,quia verum eſt ad inquiſitionem ci-
uilem,videlicet vt quæratur de veritate inſtrumẽti &
falſitate,& propterea loquitur de inſtrumento produ
cto in iudicio quod falſum dicitur,& teſtes ita contra
dicunt ꝙ non præſumatur error ſed potius falſitas, &
eſt intelligendus ſecundũ leges quas allegat.in propo-
ſito autem ſufficiat illa principalis cõſideratio, ꝙ om-
nis ſuſpicio falſitatis ſaltem doloſe amota eſt & pur-
gata.& pro hoc videtur tex.in prealle.c.cum in iuuen
tute.ſi bene inſpiciatur.Nec ob.ꝙ dicebatur vnum te
ſtem ſufficere,quia hic non eſt teſtis aliquis arguens
falſitatem doloſam,dato ꝙ argueret errorem, vt ſu-
pra & dato ꝙ argueret falſitatem,eſt tamen illi ſuſpi-
cioni derogatum per coniecturas prædicta & alium
teſtem ponentem fidem inſtrumento:illud autem di-
ctum Nic Mat.& Bar.contra tabelliones & ſimiles ꝑ-
ſonas vel officiales poſſe ex qualibet ſuſpicione inqui-
ri,loquitur quoad inquiſitionem generalẽ reſpectu of
ficii,non quoad pœnam ex ſpeciali falſitate imponẽ
dam,ſi uerba eorũ inſpiciantur. Non proſequor illũ
articulum, an de iure ciuili poſſit iudex regulariter in
quirere,vbi communis eſt opi.ꝙ nõ.Sed poſito ꝙ poſ-
ſit,vt communiter videtur obſeruari, tamen conſtat
ꝙ non niſi ex legitimis indiciis,ut ſupra.ſi tamen ſine
præiudicio veritatis inquiſitio formari potuiſſet & te-
nuiſſet,veniendo ad ſecundum,non erit dubiũ inqui-
ſitos comparentes alio non probato prorſus abſoluẽ-
dos.de B.debitore conſtat per prædicta,de notario ẽt
conſtat ex prędictis,& quia unus teſtis non inſtrumen
tarius non derogat inſtrumento,præcipue attenta bo
na fama notarii,diuturnitate tẽporis,& veriſimilitudi
nibus ar.l.hoc carmen.§.t.de teſti. nec.n.eſt veriſimi-
le, ꝙ notarius ſiue ſentiebat aliud debitũ ſiue ſciebat
ceſſionem,& veritatem, clauſulam illam generalem
fruſtratoriam falſo appoſuerit. Eodem modo nec ve
riſimile eſt, ꝙ ipſe B. qui debitũ agnoſcebat reſpectu
A.ante ipſam inquiſitionem fieri fecerit, præcipue cũ
nihil ſibi prodeſſet, non ſolent.n. falſitates fruſtra cõ-
mitti,iuxta ea quæ habentur C. de ſal.l.pe.per gloſſ. &
doc.per Bar.in l.in rationibus.nam & multa veriſimi
lia indicia ſufficiunt ad probationem plenam.de teſti.
l.3.§.eiuſdem.per Bar.C.de rei ven.l.iudicia.præcipue
cum in criminalibus exigantur probationes luce cla
riores.C.de proba.l ſi.de pœn. l. qui ſententiam. cũ ſi.
Nec rurſum eſſent indicia ſufficientia ad torturam in-
ſpectis prædictis,quamuis illa ſint arbitraria, ut colligi
tur ex notatis per Batt.de quæſtio. l ſi.per Cy.& alios.
C.eod.& l.fina.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun
dis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Statutum ſi extet dans executionẽ paratam lau-
do arbitri uel arbitratoris non obſtante appellatione
uel reductione,an cenſeatur ſublata appellatio vel re-
ductio,& an ante liquidationem poſſit peti executio
ex forma ſtatuti,& an libri mercatorum probent tam
pro ſcribente quàm contra.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum, & laudum ope exceptionis qualiter poſſit an-
nullari.*
2 *Rationum natura eſt, ut inuicem accepta, & data contri-
buantur.*
3 *Diſpoſitio quæcunque non debet intelligi paratam executionem
habere priuſquam conſtet de uero.*
4 *Statutum an appellandi facultatem tollere poſſit.*
5 *Mercatorum ſcriptura inter quos fidem facere dicantur.*

CONSILIVM CXXXVII.

VISIS inſtrumentis tam compromiſſi fa
cti inter ſer Albertũ & ſer Bartholomæũ
della Spada in duos arbitros qui tertium
elegerunt, quàm laudi lati per dictos ar-
bitros. uiſa etiam copia quorundam ſta
tutorum, præcipue ſtatuti ſub rubrica delli compro-
miſſarij da eſſere eleti in le quæſtioni delli parenti, qd̃
incipit. iocundamente &c proponitur ꝙ ſer Albricus
repugnat parere dicto laudo quaſi coactus fuerit ad
compromiſſum ad quod non debebat compelli ex
forma dicti ſtatuti, quia erat quæſtio ex debito ex ſcri
ptura manus propriæ ſer Bartholomæi, dicens &c.
arbitros non potuiſſe fidem adhibere libris, & ſcri-
pturis ſcriptis manu ſer Bartholomæi, cuius gratia
in facto proponitur Antonium della ſpada apud ſe
ſemper tenuiſſe librum manu ſer Bartholomęi fa-
ctoris ſui, & in ipſo libro ſic apud ſe exiſtente dictum
ſer Bartholomęum ſcripſiſſe ea quæ accipiebat ab ip
ſo Antonio, & ea quæ ei dabat, qui liber poſt mor-
tem Antonij peruenit ad ſer Albricum, mortuo
autem Antonio ipſe ſer Batholomæus continuando
adminiſtrationem ſcribebat accepta & data in duo-
bus libris, quorum unus remanebat penes ſer Albricũ
alium retinebat, quos libros tam confectũ viuo Anto
nio q̃ cõfectũ eo mortuo prædictus ſer Albricus corã
arbitris inquantum faciat pro ſe produxit. vnde quæri
tur primo, an compromiſſum & laudũ infringi poſ-
ſit eo ꝙ non tenebatur ſer Albricus compromittere.
Secundo an ſaltem poterit appellari, vel reductio pe-
ti, quaſi arbitri doloſe fuerint arbitrati, & poſito quod
potuerit, an dictum laudũ poſſit dici doloſum & ini-
quum ex eo quod arbitri adhibuerunt fidẽ prędictis li
bris tam pro ſer Bartholomæo, quàm contra eũ. Ter-
tio, an dictus Albricus poſſit conſtringi ad faciendum
ſecundum ꝙ in laudo continetur, & nihilominus te
neatur ad pœnam quia contrauenit.

1 ¶ † Ad primum, videtur compromiſſum & laudũ
ſaltem ope exceptionis annullari poſſe, quaſi factum
fuerit compromiſſum per vim & iniuriam iudicis ff.
quod me. cauſa. l. 3. § ſi quis, cum ex forma ſtatuti nõ
teneretur compromittere, quia erat q̃õ ex debito cõ-
tẽto in ſcriptura manu propria ſer Bartholomæi, prę
cipue ſtante ſtatuto ſub rubrica &c. ꝙ ſtatuta intelli-
gantur groſſo modo vt iacent. Hoc tamen non obſtã
te dicendum puto compromiſſum fieri debere, & lau
dum firmum manere, ſtatutum. n. excipit ſcripturam
manu propria quę habet paratã executionẽ tanquam
inſtrumenta guarentigiata, ut dicitur caueri alio ſta-
tuto, & ſic vbi q̃õ eſſet vigore ſcripturæ manu propria
confectæ, habentis paratam executionem, quia non
voluit ſtatutum quem aſtringi ad compromittendũ
de eo quod habet executionem paratam, ut patet ex
illis verbis, quali haueſſeno eſecutione apparechiata,
quę referuntur ad inſtrumentũ & ſcripturã manu pro
pria, & præceptum, & ſententiã. C. de ſi præte. l. 1. ff. de
re. du. l. ſi. cũ ſi. Cum. n. compromiſſum ſit quædã tran
ſactio, ut in Auth. ut diff. iudi. in prin. cum gl. ſua, quẽ
admodum poſt rẽ iudicatam quæ habet paratam exe
cutionem non poteſt tranſigi. ff. de trãſac. l. poſt rem.
& ff. de condi. inde. l. eleganter. §. 1 ita nec voluit ſtatu
tum compromitti. Sed hic non erat q̃õ inter iſtos de
ſcriptura manu propria quæ haberet paratam execu-
tionem, licèt. n. dicti libri continuiſſent ſolummodo
accepta per ipſum ſer Bartholomæum, & ipſum fore
debitorem, & eodem modo alijs computatis datis ac
ceptis per eum reperiretur debitor. talis ſcriptura, &
tales libri haberent executionẽ paratam, nec de hoc
erat quæſtio, nec dubitatio, cum in quantitate ex ipſis
libris apparebat eum recepiſſe nõ computatis ijs quæ
uerſa uice ſcripſerat dediſſe Antonio, & ſer Albrico
non habet paratam executionem, cùm liber rationũ
non probet cõtra ſcribentem niſi computatis ijs quæ

2 verſa vice cõtinentur pro eo, cùm hæc ſit natura rõnũ † ut
inuicem accepta & data contribuantur. ff. de eden. l.
1. §. rationes, & l. ſi quis ex argentariis. §. rationum. de cõ
di. & dem. l. cũ ſeruus. & l. pe. de ver. ſig. l. cognitio. in
prin. cum concor. ibi in glo allegatis, alioquin magna
eſſet captio procuratorum & ſimilium gerentium ne
gotia aliena ff. de eden. l. 1. in prin. de tute. & ratio. di. l.
de officio. ſi contra eos tantum parata eſſet execu-
tio, & non pro eis, quod patet manifeſte, quia quate-
nus verſa vice ſoluerunt, conſtat eos nõ debitores eſ-
ſe, merito ergo donec fuerit cognitum de iis quæ con
tinentur ipſum ſcribentem dediſſe, non debet fieri e-
xecutio, quia non apparet ex ſcriptura de debito eius
quod ſcripſit recepiſſe, immo potius apparet cõtrariũ
iſpecto toto tenore. ff. de legi. l. inciuile. facit de admi.
tu. l. cùm q̃ritur cum ſi. & i ſequẽti quæſtione plene de
clarabit. nunquã. n. debet intelligi ſtatutũ, † ꝙ inſtrm,
vel ſcriptura, vel aliud habeat executionem paratam,
niſi certum ſit de debito, cùm prius debeat conſtare,
alioquin non eſſet de quo fieret executio ſecundũ ple
ne nota per Barto. C. de pig. l. creditores. ver. 3. quæri-
tur. & in l. 1. ff. de leg. 2. & ibi Bald. verſi. ſed an execu-
tio. vbi non ſolũ non conſtat de debito, verum ẽt ſi nõ
eſſet liquidũ vult non habere paratam executionem
antequam liquidetur, & licèt ſtatutũ uelit ſcripturam
manu propria habere paratam executionem, ſecus in
ſtrumenta guarentigiata, ſi ex eis non apparet debi-
tum, tamen conſtat intelligi quando ex ipſa cõſtat eſ-
ſe debitum, quia nec inſtrumenta guarentigiata, ſi
ex eis non apparet debitum, haberent executionem
paratam, nam fundantur ſtatuta ex quaſi notorio re-
ſultante ex ſcriptura ut in ſi. C. de edic. di. Adri. tol. l.
ſi. ſed ex iſtis libris potius conſtat non eſſe debitum,
quatenus ſer Bartholomæum dediſſe &c. & ſic non
receditur a uerbis ſtatuti, quod ſtatutũ ſolum effectũ
tribuere voluit ſcripturę manu propria, quem habent
inſtrumenta guarentigiata, & illud ſtatutum ꝙ ſta-
tuta intelligantur vt ſunt ſcripta & groſſo modo non
excludunt intellectũ qui colligitur ex verbis, nec aliũ
iuſtum & veriſimile, ut no. Bald. l. non ſiue. C. de bo.
quæ lib. ff. de iuſti. & iu. l. omnes populi. præcipue cùm
dictus Antonius & ſer Albricus videantur conſenſiſ-
ſe & approbaſſe ea quæ ſcripta ſunt etiam in fauorem
ſer Bartholomæi, quod ut proponitur ſer Bartholo-
mæus ſcripſerit in libro qui erat apud Antonium,
& in illo libro qui erat apud Albricum, ita quod
non potuit ſcribere niſi eorum uoluntate & manda-
to, unde uidetur conſcripſiſſe, ſm ea quæ habentur. ff.
ad macedo. l. ſi filius ff rem ra. habe. l. quo enim. §. 1. &
ibi per glo. & Bar. facit quod no. de pig. ac. l. Gayus. &
plene per Bar. ſolu. ma. l. quæ dotis vnde apparet eui-
denter illos libros non habuiſſe paratam executionẽ
contra ſer Bartholomęum niſi quatenus computatis
ijs quæ ſcripſit ſe dediſſe, reſtaret debitor: nec poteſt di
ci ꝙ habuerit paratam executionem in eo ꝙ cõtinet
Antonium & ſer Albricum habuiſſe a ſer Bartholo-
mæo, cùm tamẽ ſit ſcriptura manu propria ipſius An
tonii & ſer Albrici, & ſic ceſſant verba ſtatuti, & pro-
pterea ſi hoc confitetur ſer Albricus, iam non eſſet
quæſtio, & ex confeſſione ſua ſeipſum condemnaret,
& ſententiam arbitrorum iuſtificaret. Quia igitur q̃-
ſtio erat, an deberet ſtari libris tam pro ipſo ſer Bartho
lomæo quàm contra ſe, liquet prædictos libros nõ ha-
bere paratam executionem contra eum, cũ dubium
eſſet an eſſet debitor, & ex ipſorum librorum tenore
apparet non eſſe debitorem quatenus ſcripſit ſe dediſ
ſe. Præterea dato quòd non teneretur ſer Albricus cõ
promittere, licèt cõtrarium ſupra patuit, tamẽ ex quo
compromiſit, non poteſt contrauenire, quamuis erro
re iuris hoc fecerit, quia iudex non cõpulit eum præci
ſe, aut etiam iuſto metu illato, ſed ſolum negando adi
tum litigandi, ea ratione quia ſtatutum vrgebat ad cõ
promiſſum. ut patet ex tenore ipſius inſtrumenti cõ-
promiſſi, imputet ergo ſibi qui non allegauit ſtatutũ
obſtare

obſtare, & non contradixit pcepto & interlocutioni
iudicis, quod poteſt ſm ea quæ habentur de regu.iur.l.
non videtur.§.qui iuſſu.& in regula, quod quis mandā
te.lib.6.per glo.& Dy.vnde videtur conſenſiſſe & cō-
ſenſit qui compromiſit.C.de re iud.l.ad ſolutionem.
cum non videtur poſſe prætendere iuſtum metū, ut in
d.l.3.quod me.cauſa.nec negat ſe fore patruū, quod
in ipſo inſtrumento confeſſus eſt, & in inſtrumento
procuratoris confecto anno 1317.iuxta ea quę habē
tur C.de contrahen.& con.ſtip.l.optimam, vnde quā
rum ad valorem compromiſſi non poteſt contrauení
re, & ſic patet reſponſum ad primum quæſitum.

¶ Ad ſecundū, cùm ſtatuta velint ſententiam arbi-
trorum executioni mandari non obſtante appellatio-
ne & petitione reductionis, quas voluit nullius eſſe vi
goris, & ſic videtur appellari vel reductionem peti. cō
4 ſtat.n.† ſtatutum poſſe tollere facultatem appellandi,
quando appellatio veniret fienda ad iudicem ipſius
ciuitatis.ff.de orig.iu.l.2.§.exactis, & p Bart.ff.de iuſti.
& iu.l.omnes populi. præcipue cùm a ſentētia arbitri
de iure cōmuni non appelletur.C.de arbi.l.1.ubi Bal.
vult ꝙ eo ipſo ꝙ ſtatutum vult laudum arbitrorū me-
reri executionem tanquam ſententiam quæ tranſiuit
in rem iudicatam, non poteſt appellari, eodem modo
non poterit peti reductio obſtante ſtatuto.licèt.n.cō-
muniter teneatur non poſſe partes renunciare redu-
ctioni illi, pōt tamen ſtatui ꝙ nō poſſit peti reductio,
& quod oīno ſtetur dicto arbitratoris, quemadmo-
dum ꝙ ſtetur dicto alicuius officialis, vel ſaltuarij, vel
ſimilium, ut no.Cy.ſm Ia.de Are.in l.1.C.ſi aduerſus
lib.Bal.tñ in l.cùm antea.C.de arbi.verſ.ſed qd ſi per
ſtatutum dicit illud ſtatutum intelligendū vbi dolus,
vel lata culpa non interceſſerit arbitrorum, quemad-
modum.n.iure communi cautū eſt ſtandum ſenten-
tiæ arbitri.l.diem profer te.§.ſtari.ff.de arbi.& tamen
intelligitur dummodo dolus arbitri nō interceſſerit.
C.de arb.l.3.ff.eo.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.
& l.ita demum.ita debet intelligi ſtatutum, ſed iura
Bal.loquuntur quādo ſordes uel euidens gratia inter-
ceſſerit uel interuenerit dolus partis, nō aut ꝙ ex ſim
plici allegatione doli uel latæ culpæ dēat admitti con
tra illum §.ſtari.cū dicit, ſiue æque ſiue inique, alioqn
ſtatutū parum operaretur, cum reductio petatur ſolū
modo ex magna læſione.l.vnde ſi Nerue.ff.pro ſocio.
quę arguit dolum præſumptum, vel ſaltem latam cul-
pam.C.de dolo.l.ſi ſuperſtite.& nota.in d.§.arbitro-
rū, & in d.l.cum antea. Cæterū poſito ꝙ reductio peti
poterit ratione doli, aut appellari, quamuis Bal.nō lo-
quat̄ de appellatione, ſed de reductione, & reductio
tūc demū locū haberet cū ſecuti fuiſſent viam arbitro
rum: vnde eſſet videndum an pronuntiaſſent de iure,
& ſecuti eſſent viā arbitrorū, & non eſſet locus redu-
ctioni, ſecundū ea quę no.Bar.in §.arbitrorum, & de
iureiu.c.qualis. ſuccedit tūc illa qō, an ex eo poſſet
dici laudū doloſum & iniquū & ſic corrigēdū ꝙ arbi-
tri adhibuerunt fidē prædictis libris tam pro ſer Bar-
tholomæo quàm contra eum, ubi apertiſſime dicen-
dū eſt ꝙ non, immo iuſte fecerunt, cum vt in prima
quæſtione dictū eſt, conſenſiſſe uidenť tā ipſe ſer An-
tonius quàm ſer Albricus faciendo ſiue patiendo ſæ-
pe dictum ſer Bartholomęum ſcribere pro ſe in libro
qui erat penes eum, unde credendum eſt etiam cōtra
eum.l.Publia.in fi.cum gl.ff.depoſiti.& in iuribus præ
alleg.præcipue cum dicatur in ijs libris contineri data
per ipſum ſer Albricum ipſi Antonio & ſer Albrico,
ita ꝙ in facto ſuo non potuerunt prætendere ignoran
tiam. hoc etiam coadiuuat diuturnitas temporis, quia
cum diu apud ſe libros tenuerūt, & ſæpius ſm ꝙ occur
rebat ſcribi fecerunt ſiue paſſi ſunt, & nunquam con-
tradixerunt, vel conquæſti.ff.de proba.l.procula.quæ
eſt notabilis ad hoc, & qđ not.de ali.leg.l.libertis quos.
§.fi.improbe igitur veritas illius ſcripturæ reuocatur
in dubium, quinimmo dato ꝙ liber non fuiſſet apud
eos, ſed vt moris eſt Bartholomæus tanquam procu-
rator librum cōfeciſſet acceptorum & datorū, quam-
uis ſoleat dici ꝙ creditur contra ſe, & nō pro ſe.C.de
proba.l.inſtra.& l.rationes cum l.ſe.niſi eſſent alia cō-
nexa, ut per Cy.C.de confeſ.l.vnica.in 13.q.& per Bar
to.de libe.leg.l.Aurelius.§.idem quæſijt.ad quod etiā
facit d.l.Publia.in fi.cum ibi no.tamen ſecundū ꝙ ele
ganter noluit Nic.Mat.in d.l.rationes.& in rubrica de
fide inſtru.& utrobique Bal.quando liber continet ve-
riſimile.item ꝙ continet formam rationis, & ea quæ
ſcribit pro ſe ſunt ſatis verificabilia, attēta etiam qua-
litate perſonæ ſcribentis, & hoc modo intelligitur l.
inſtrumenta.dum dicit, ſi non aliis quoque adminicu-
lis adiuuetur &c.eo enim ꝙ continet diſtincte ea quæ
ipſe ſer Batholomæus dedit, ita ꝙ liquid falſum ſcri-
pſiſſet poterat probari, creditur de quantitate ſatis ve
riſimili, & erit locus delationi iuramenti ipſi ſcriben
ti, pro ut iudici videbitur, ut plene per Nico.Mat.Bald.
in d.l.rationes.ver.reuoco in dubium, & ī dicta rubri-
ca.de fide inſtru.ver.ſed quæro quid ſi in libro merca-
torum, & verſi.ſequitur videre de ſcripturis quorun-
dam officialium.tangit etiam Bal.C.de confeſ.l.1.verſ.
quid ergo eſt in codicibus mercatorum, alioquin ab-
ſurdum eſſet ꝙ talis procurator teneretur conficere
librum rationū.ut d.l.quædā.& d.§.de offi.de tute.&
ratio.di.& omnia quæ diceret egiſſe vel expēdiſſe, ege
rent probatione, ad quod etiam facit.C.de dona.l.ſi
quis pro redemptione.& de epi.& cle.l.nulli.vbi cre-
ditur libro executionis vltimæ volūtatis.& no.in Spe
cu.de inſtr.edic.§.nunc aliqua.ver.quid ſi executor, &
ver.nunquid ſm dictū.& vtrobique per Io.An.& facit
de epi.& cle.l.id quod pauperibus.& ibi Bal.& d.l.nul
li.& tenet Bar.in l.ex ſententia.ff.de teſt.tu.hoc etiam
ſequitur Alberic.dicens communiter uidiſſe ſeruari
ꝙ credatur ſi sūt expenſæ veriſimiles & moderatæ cū
iuramento, facit etiam quod no.in Spe.de inſtru.edi.
§.nunc autem dicendum reſtat.ver.licèt autē.quintm
modicit Alberi.in d.l.rationes.Odof.& Mar.in d.l.fi.
5 de eden.tenere ꝙ † ſcripturæ mercatorum fidē faciāt
inter eos, & inter alios cū quibus habent tractare, & cō
munis concluſio & æqua & iuſta eſt, ꝙ ſcripturæ pro-
curatoris & ſimilium facientium librum rationū cre-
datur etiam pro ſe in ijs quæ ſunt ſatis veriſimilia, īſpe-
cta maxima qualitate perſonæ ſcribentis, ſi erat perſo
na bonæ reputationis, & in eis ſcripturis non ſolebat
reperiri error vel falſitas, præcipue cū delatione iuri, il
lud etiam multum attendendum, an ſit conſuetudo ꝙ
talibus libris fides adhibeatur.nam illi cōſuetudini ſtā
dum eſt.de conſti.pe.l.2.in fi.& in l.quædam.& in au-
then.de fide inſtrum.§.fi.& per Alberi.in d.l.2.& l.ra-
tiones.hæc oīa conſiſtunt in arbitrio iudicis vt uolue-
runt prędicti doc.merito igitur dicti arbitri tanquam
boni uiri potuerant adhibere fidem dictis libris in fa-
uorem ſer Bartholomæi, & in iis quæ videbantur eis
veriſimilia, ſed cum ſupra potuerit Antonium & ſer
Albricū approbaſſe, ſuperuacuū eſt quærere an fidē fa
ciant pro ſer Bartholomæo.

¶ Ad tertium breuiter reſpondetur ꝙ ſic, cum lau-
dum mereatur executionem ex forma ſtatutorum, ut
propterea illud ſit iuſtum, ut ex redditis ſibi rationib⁹
& ſoluto debito cogatur dictum inſtrumentum face-
re, conſtatq; etiam eum incidiſſe in pœnam contraue-
niendo, & ſic poſſe peti, cum ſit appoſita clauſula, ra-
to manente pacto ff.de arb.l.a.de tranſ.l.qui fidem, &
hoc ſuppoſito valore & æquitate laudi, vt in præcedē
tibus dictum eſt, quæ æquitas præſumitur ex perſona
ipſorum arbitrorū, quos audio eſſe venerabiles viros,
& optimæ reputationis.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymun-
mundis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Feudum fœmineum quomodo probetur, & an p
ſolam inueſtituram transferatur dominium vel poſ-
ſeſſio,

teſſio, & an procurator arbiter uel iudex poſſit eſſe te
ſtis in cauſa in qua fuit procurator arbiter uel iudex.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.*
2 *Feudum qualiter inſtituatur, & qualiter illius dominium ac-
quiratur.*
3 *Arbiter & iudex non teſtificantur de geſtis coram eis, & quid
de aduocato patrocinante.*
4 *Probatio quæ dicatur legitima & quæ illegitima.*

CONSILIVM CXXXVIII.

CONSVLTATIONIBVS ut infra
ſcriptis cum ſigillo reſpõdeam, quid ar-
bitri ſecundò electi iudicare debeãt, ſu-
per iis quę dicenda, vel ſaltem legitime
probanda incumbebãt dominæ Annæ
vigore cuiuſdam mandati eidem facti per primos ar-
bitros, prout in 13. cap. ſententiæ arbitrorũ plene con-
tinetur, viſo compromiſſo poſt facto taliter ſenten-
tiantes & mandantes, probationibus per dictam do
minam factis, & oppoſitionibus tam in dicta quàm in
perſonas teſtium, confeſſionibus &c. videtur, ꝙ ut ſa-
tisfactum eſſet mandato facto per primos arbitros di
ctæ dominæ Annæ cõtento in 13. cap. oportebat dictã
dominam morem gerere alteri parti diſiunctiuè con
tente in d. c. ut intentio eiuſdem dominæ fundaretur.
& pro ſufficientia iuris ſui pro talibus bonis in capitu-
lo denominatis. tex. eſt in l. ſiquis ita ſtipulatus. in fi. de
verb. ob. l. cũ qui ita. §. qui ſibi ff. eo. & hoc † ꝙ ly vel,
1 coniũctio, & ly, ſaltem aduerbium. poſita in dicto mã
dato debeant ſignificare ſecũdũ ſubiectam materiã,
notabiliter dicit glo. in l. eas cauſas. ff. de cõdi. & dem.
& ſic alternant intentionẽ arbitrorum mandantium
ut alternatiue ſatisfaciant ei, uel in prima parte man-
dati. ſ. ꝙ dicta bona denominata in capitulo docean-
tur feudalia fœminea, ſiue ut fœminea dimiſſa ipſi do
minæ Annæ, per tractantes vel per amicos, uel per ar
bitros uel mediatores aſſumptos, ꝙ dummodo actum
ſit per aliquos aſſumptos per partes, non curandũ eſt
de nominibus. His præmiſſis inſpiciẽdum eſt an alicui
parti diſiunctiuæ ſit ſatisfactum per dictam dominã,
& quãtum ad primam partem mandati longæ eſſent
ambages, probare rem eſſe feudalem & fœmineam,
quia † feudũ inſtituitur per inueſtituram & non aliter
2 ſine cauſa, etiam ſi dominus iuberet me tenere rem tã
quam feudum, ſi non interueniret inueſtitura, non eſ-
ſet feudum. caſus eſt in c. ſciendũ quib. mod. feud. con
ſti. pot. unde oportet probare conſtitutionem feudi &
poſſeſſionem, quia per ſolam inueſtituram factam in
abſentia rei donatæ nõ acquiritur domiũ neque poſ
ſeſſio rei feudalis extra de præben. c. cum illorum. per
Bart. de conſue. c. a. de iis quæ fi. a ma. par. c. ex ore. de
do. c. per tuas ſed ſi facta eſſet in præſentia rei donatæ,
donator transferret poſſeſſionem ſi haberet. C. de do.
l. 1. de rei uen. l. quædam mulier. & per conſequens do
minium, ſi erat dominus, de acqui. poſ. l. quod meo. §.
ſi uenditor. de contrahen. emp. l. clauibus, & de peri.
& con. rei ven. l. ꝙ ſi neque. §. 1. de hoc dicitur in ſum-
ma. qualiter feu. acqui. & de conſue. rec. feu. cap. 1. in
prin. hoc dictum ſit, quia ſine tranſlata poſſeſſione &
dominio res nõ eſſet feudalis. propterea quia licèt de
iure cõmuni fœminæ ſuccedant, nõ tamen ſuccedũt
in feudo niſi ſit dictum. vt in c. hoc autem notandum.
qui. mo. feu. acqui ad quæ probanda oportebat proba-
ri inueſtituram, quæ noua uel antiqua debet probari
per partes ut plene legitur in c. quid ſit inueſti. & in c.
1. qui teſtes ſunt neceſſarii ad probandum inueſti. &
certe hoc probatum non eſt per dictam dominam,
niſi per certum aliquod inſtrumentum in quo conti-
nebatur rem eſſe feudalem, quæ probatio non ſuffi-
cit, ut plene per doct. in auth. ſi qs in aliquo. C. de edẽ.
& p canoniſtas. in c. cũ olim. extra de priuile. cũ potue
runt non intelligere inſtrumẽtum. Nec conſtat ꝙ per
mediatores, uel tractãtes dictum ſit ſe dictũ inſtrumẽ-
tum plene intellexiſſe, & examinaſſe, & ꝙ dicti media
tores fuerunt idonei, & literati ſecundum notata in
d. c. cum olim. &c.

¶ Quantum uero ad ſecũdam partem mandati, vi-
delicet ſaltem non legitime probat per mediatores ꝙ
fuerint dicta bona pro feudis fœmineis declarata ſeu
pro feudis fœmineis dimiſſa ipſę dominæ Fãtinæ, an
ipſa domina hoc legitime probauerit, multa videntur
obſtare in dictis ſer Franciſci & ſer Virgilii hoc depo
nentibus & probantibus circa eorum perſonas potius
quàm circa dicta. & primo circa perſonam ſer Franci
ſci, quia procurator erat quando depoſuit, & quod p-
curator non poſſit eſſe teſtis, Spe. arguit in titu. de teſti.
uer. item quod fuit. & videtur probari per allegata ibi
per eum, & hoc videtur tenere gl. in l. deferre. §. itẽ de
creuerunt. de iure fiſci. Dy. videtur idem ſentire qui
diſtinxit inter procuratorem ad negotia, & idẽ dixit
eſſe in teſte & procuratore ad iudicia, quem dixit nõ
audiri. Bar. in l. ſi ff. de teſti. remittit ad Cy. in l. quoniã
liberi. C. de teſti. ubi Cy. dicit ſe dubitare. facit quod dr̄
aduocatos nõ poſſe teſtificari in cauſa in qua patroci
nium pręſtiterint in d. l. fi. ff. de teſti. & Bar. plene de du
bio noſtro in d. §. item decreuerunt. in perſona autem
4 l gallus in princ de lib & poſth.& ibi Bal.dicit ꝙ † verbū poteſt,ubi lex procedit tradendo regulam,uel dādo formam, inducit neceſſitatē. & ſic videt caſus noſter, quia ſtatutum procedit dando formam reuocationi mandati,ad hoc idem facit Bar.qui vult, ꝙ poſitum in l.importet neceſſitatem cautatiuā, licèt non præciſam per l.ſæpe cum gl.ſua de off præſi.alioquin ſtatutum ipſum admodū uideretur ſuperfluū ſi intelligeret ſolā poteſtatem nō neceſſitatē cautatiuā.nā ſi intelligatur de mādato generali dari eſt ꝙ de iure cōmuni hoc modo pōt reuocari,ſi de mandato contra certam perſonam,nō eſt credendum ſtatutum tūc uoluiſſe ſufficere generalem notificationem,ex quo certus eſt aduerſarius.cū & ſtatuta ſint reſtringenda ſm ius cōe,extra de conſuet c.cū dilectus.& no.C.de iure deli.l.ſi §.in computatione.& in materia ſtatutorum in l omnes populi nec obſtat ſinis ſtatuti,quia intelligitur ſaluare modos finiendi mādatum circa reuocationē puta per mortē & alios modos ſimiles.ex aduerſo autem quod ſtatutū non impediat reuocationē,de qua agitur.primo facit, qa uerba ſtatuti ſunt propriè & ſtrictè intelligenda, ut legitur & no de uer.obl.l.quicquid aſtringendæ.ſol.mat.l ſi uero. §.de uiro.& no.in l.omnes populi.de iuſti.& iur.uerbū poſſit,poteſtatem concedit,non neceſsitatem inducit. ut d.l.ſæpe. & de iud.l. non quicquid.cum ſi. Præterea ut dictum eſt,ſtatutū ita intelligendum eſt,ut, quo fieri poteſt,iuri cōmuni conueniat,per iura ſupra allegata. & nota Bar.in l 4.§.totiens de dam.inſec. cū ergo ſtatutū poteſt operari in facultate concedenda, cur exigitur ſpecialis notificatio procuratori,iudici,uel aduerſario? non debet extendi ad eum caſum.quo potius facultatē reſtringit,quàm ampliet.ſ.vbi interuenit ſpecialis notificatio in perſona procuratoris. & de iure cōi ſufficiat vt præmiſſum eſt, ꝙ ultra eam exigatur etiā generalis notificatio.Cæterum inueſtigatio huius ſtatuti in præſentiarum redditur ſuperuacua nō ſolū ex dictis in præcedenti quæſito,uerum ēt ex eo,ꝙ Vrbanus & Ioannes clerici ut proponitur,ſtatuto ſæculari non ligantur,ex tra de conſti.c eccleſiæ Sanctæ Mariæ. & plene per Hoſtien.in ſumma & Bal.C.de ſum.Tri.l.1.licèt ibi Barto. videatur contra,et male.tamen, quia apparet hāc inueſtigationem ſuperuacuam,ſufficiat cōcluſio. ꝙ factum domini Oliuanis fratribus non præiudicat,&c.

¶ Ita dico et conſulo Ego Raphael de Raymundis de Cumis iuris utriuſque doctor minimus vnà cū Raphaele Fulgoſio iuris utriuſque doctore.Et ita ſenſim⁹, & ad maiorem fidem ſigillum noſtrum appoſuimus.

ARGVMENTVM.

¶ Præſtatio cenſus, quæ fieri ſolet per parochianos quanto tempore præſcribatur per rectores capellarū aduerſus eccleſiā maiorē, & quomodo cauſetur dicta præſcriptio, & poſsidentes bona exiſtentia & in parochia principali,& in parochia capellarum,cui teneantur ſoluere cenſum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia baptiſmalis in materia decimarum fundatur ſuper iure communi.*
2 *Plebs ſine titulo poteſt contra eccleſias capel ius parochiale præſcribere præcipue conſuetudine & lapſu tanti temporis cuius initij memoria non exiſtat.*
3 *Decima debētur matrici eccleſiæ.*

CONSILIVM CXLVIII.

IN quodam caſtro eſt una plebs,& ſunt aliæ eccleſiæ capellæ plebis,quibus capellis ſēper miniſtrauit plebs ſacramenta, videlicet baptiſma, oleum ſanctum, & eucharíſtiam. Cuius plebis rector ſtetit per aliquot tempus, quo non petit quarteſe, vt ita loquar, ab illis capellis.Quæritur nunquid illi ſit præſcriptum. Itē illarū eccleſiarum ſeu capellarum aliqui parochiani habent aliqua eorum bona in parrochia plebis,& ecōuerſo aliqui parrochiani plebis prædictæ habēt omnia eorum bona in parrochijs dictarum eccleſiarū & capellarum,& hoc dicunt ipſi capellani de cōſuetudine ſore, & ſic eccleſiarū rectores dicunt illos exiſtētes in ſuarū eccleſiarū parrochijs,& eorum parrochianis.& rector plebis de ſuis dicit. Quæritur an plebi per tales exiſtentes in parrochijs eccleſiarū præiudicet.& econtra,&c. Itē dicit, dictum caſtrum fuiſſe fabricatū in parrochia vnius illarum eccleſiarum, & ideo illius rector dicit totum caſtrum ſuæ exiſtere parrochiæ. Quæritur quid iuris,cùm

ris,cùm plebs poſſederit tanquam plebis habentis par
rochiam ſuam.&c.
1 ¶† Ad primum reſpondetur q annis 40. præſcribit
præſtationi huiuſmodi cenſus.quod quartele dicit, de
præſcri.c.de quarta.& c.ad aures.c.illud, & per totum.
hæc autem præſcriptio liberationis & libertatis ab hoc
cenſu non currit ſine quaſi poſſeſſione libertatis & bo-
na fide.co.ti.c.ſi diligenti.c.quoniam.& c.vigilanti de
cauſa poſ & proprie.c.cùm eccleſia.Titulus autem nō
exigitur cum ius commune non faciat contra præſcri
bentem hoc quarteſe, quod iure communi non præ-
ſtatur.iuxta ea quæ no in d.c.ſi diligenti.& eo.ti c.1.lib.
6 Illa autem quaſi poſſeſſio libertatis non quæritur, eo
q plures non petierint quarteſe, ſed cum petenti nega
tum fuit,reſtitutum,ſicque plebs priuata fuit poſſeſſio-
ne iuris ſui.de elec.ca. querelam. & ibi per Inn. ſicut &
dicimus in libertate ſeruitutis urbanæ ff de ſer.vr.pd.l.
hoc autem iure.& no.eo tit.l.qui luminibus. quemad.
ſer.amit l.ſi quis alia.§ fi.legitur & no.C.d ſer & aqua.
l.1. Tunc enim ſumpſit exordium huiuſmodi præſcri-
ptio,cum bona fide rector eccleſiarum capellarum ne
gauit,qui ſuccederat ei,qui nō præſtiterat dictum quar
teſe,uel aliam cauſam ignorantiæ habuit.ar.de reg.iu.
c.qui in alterius.& per Inn.in d.c.de quarta. deberet iñ
ſubduci tempus, quo etiam plebs vacaſſet.de præſcrip.
c.j.c.de quarta.& cap.auditis. & hæc de primo quæſito
ſufficiant.
¶ Ad ſecundum reſpōdetur,q cum ſupponatur ple-
bem miniſtraſſe ſemper ſacramēta,& in ea eſſe baptiſ-
male,quantū ad decimas percipiendas non refert vtrū
homines & bona eorum ſint in eccleſijs capellis, an in
eccleſijs ipſa plebe, cùm & ipſæ eccleſiæ ſint intra
2 limites plebis, vnde † eccleſia baptiſmalis fundat in-
tentionem ſuam de iure communi.16.quæſt.1.capitu.
d decimis extra eo.c.cū cōtingat.& ibi no.eo.ti.c.dudū.
& no.d pſcr.c.j.lib 6. nec pſcribere poſſet hoc caſu ſine
titulo,cum ius commune ſit cōtra pręſcribentē & pro
ea contra quam præſcribitur.ut in d.c.1.& no. in d.c. ſi
diligenti.quantum autem ea,quæ ad ipſas eccleſias ca-
pellas priuilegio,conſuetudine, vel præſcriptione, vel
conceſſione ſpectarent.nam,vt ex facto percipio, par-
rochiales ſunt quo ad quædam, quamuis ſacramenta à
plebe recipiant, & habent limites ſeparatos quantū ad
curam ut ſæpe videtur, & tamen capellæ dicunt ēe ſub
plebe de iure communi,& quo ad ea,quæ ad alterū mo
dorum conceſſa non reperiantur,dicendum eſt,inten-
tionem dictarum capellaru fundari reſpectu perſona-
rum,& bonorum intra limites ſuos cōſtituta &c. & cō
ſtitutos,ſic & verſa uice intentionem plebis fundari re
ſpectu perſonarum & bonorum exiſtentium intra ter-
minos ſuos ſpeciales per iura præallc.& no de parroch.
c.fi.ſi tamen probarunt,vt dicitur,conſuetudinē. q quā
uis aliqui eſſent,& bona haberent in parrochia plebis,
tamē eccleſiæ capellæ ius parrochiale exercuiſſent in
eos,non eſſent primo priuādæ huiuſmodi quaſi poſſeſ-
ſionē.donec eſſet de iure proprietatis cognitum,ſed cō
modum quaſi poſſeſſionis habere deberent.vt d.c.que-
relam.no.26.q 4.c.uolumus de cauſa poſ.& propri. ca.
cum olim.de iure pa.c.cōſultationibus. & in iure ppri͂e
tatis poſſet plebs contra eccleſias capellas tueri præſcri
ptione quadr.denaria,& econtra. hac ſola differentia,
3 quia † plebs ſine titulo parrochiali contra eccleſias ca-
pellas poſſet præſcribere, & ad ius commune redire,
non econtra, quia quamuis commune præſcriberet,
vt eſt prædictum, poſſet ēt ex conſuetudine legitime p
ſcriptio hæc induci, & multomagis ſi eſſet præſcriptio
tanti temporis,cuius non extiterat memoria,vt d.c. 1.
de præſcrip.li 6.Et per hoc patet ſolutio tertij dubij. vbi
per omnia idem dicendum,& prædicta videntur mihi
de iure concludere, & fundamentum quæſtionum fiē
darum ſuper hac materia & conſimili ſtat in hoc, quia
capellæ in parrochia matrici ſoli baptiſmalis eccleſiæ
fundatæ ſubſunt de iure communi ipſi matrici eccleſię
in baptiſmate,ſcrutinijs,& alijs capitulis ſimilib⁹,& ip-
ſe capellæ habent ius circa prædicta & ſimilia, quaten⁹
apparet ex conceſſione ſibi facta per ordinarios haben
tes poteſtatem,vel priuilegio,conſuetudine,aut pręſcri
ptione ipſas habere ut c.dilectus.de capel.mo.& c.con
4 ſtitutus.& c.2.de relig. do.& ideo decimæ ratione per-
ſonarum,uel rerum ſituatarum in parrochia matricis
eccleſiæ debentur ipſi matrici eccleſiæ.& c.cum in tua.
in fi.& c.cùm contingat.extra de deci.cū ſi. Nec capel-
læ iſtæ dicuntur habere parrochiam nec limites, q pa-
tet ex dictis iuribus,cum ædificatio talium capellarum
ius non auferat matrici eccleſiæ,ut in d.c.2.in fi de reli.
do in fi.quatenus conceſſum,&c.vt ſupra,& patet in c.
cum & plantare.§.in eccleſijs.& c.quoniam. de priuil.
Iſtis ſuppoſitis & adiunctis ei,quod ſupra de præſcri.no
tatum eſt,concludi poteſt ſolutio ad dubia & articulos
de quibus ſupra quæſitum,& reſponſum exiſtit.
¶ Et ita dico & conſulo, Ego Raphael de Raymundis
de Cumis iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Debitor conſtituens ſe precario nomine poſſidere
an intelligatur etiam de poſſeſſione bonorum, quæ nō
ſunt tunc debitoris, & agens hypothecaria contra ter-
tium poſſeſſorem & quid debeat probare,& an ſufficiat
ſola poſſeſſio ad probationem dominij.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei de præſenti poſſeſſa quando præſumatur in poſ-
ſidente.*

CONSILIVM CL.

QVAMVIS in præmiſſa quæſtione & plu-
rimi paſſus & copioſe tacti ſint per excellē
tem docto.do. Ambroſium, vnum ſolum
attingam quod uidetur intentionem acto-
ris excludere ſaltem pro parte dimidia, ſi-
quidem agens hypothecaria probare debet rem in bo
nis debitoris tēpore obligationis fuiſſe,uel ſaltē poſtea.
ff de pig.l.quæ nondum.§.quod dicitur.C. quæ res pig.
l.ſi.hæc autē.ſ.fuiſſe in bonis debitoris,tunc intelligitur
probari,cùm dominium directum, uel utile, uel quaſi
dominium,vel aliud ius,per quod ipſi debitori actio vł
retentio daretur,probatum eſt,non autem eo ſolo, q
probata eſt poſſeſſio debitoris, iuxta ea quæ traduntur
ff.de pig.act.l.rem alienam.& ibi plene per Barto. C.de
ſalui.inter.l.1 ſi res ali.pi.da.ſit.l.cum res.Inſti. de act. §.
item Seruiana.nec mirum. nam cum debitor ratione
ſolius poſſeſſionis,quam habuiſſet, non poſſet rem ab
alio nouo poſſeſſore auocare iuxta ea quæ tradūtur.ff.
de acqui.poſ.l.rem quæ nobis.& C.de fur.l. in ciuilem.
nō plus iuris potuit cōſequi creditor,q̄ debitor haberet.
de pig.l.ſi ab eo.& l.ſi ſuperatis.in fi.ac in propoſito nil
tale uidetur eſſe probatum, niſi p parte dimidia.nam
etſi debitor titulum diuiſionis quæſierit à fratre ſuo, ti-
tulus ille ſolummodo partem reſpicit dimidiam, non
illam quam prius debitor habebat. C. fa.erciſ.l.ſi fami-
liæ no.de uer.obli.l.qui Romæ.§.fi.ff.fa.hærc.l.cum pu-
tarem.de uſuca.l.ſi per errorem.& l.cum ſolus. vbi ex-
preſſum.Pro illa autem parte,quam debitor non quæ-
ſiuit titulo diuiſionis, nihil aliud quàm poſſeſſio eius
& patris probatum eſt, & ſic deficit titulus, quoniam
filius in poteſtate, & alius ſuus à patre non prętendant
titulum pro hærede.C.de uſucap.pro hærede.l.nihil.vł
etiam tale probatum eſt,q iuſtum errorē tituli habeat
ad præſcribendum faciat præſumi ſm doctrinam Bar.
ff.de uſuca.l.celſus.cęterum nec uigore ſtatuti poteſt vi
deri poſſeſſio debitoris creditori data, ut ſic illa poſſeſ-
ſio ueniat quaſi non uacans expedienda. nā ſtatutū ſm,
de quo ſupra eſt facta mētio, loquitur de poſſeſſione re
rū debitoris, vt ex eius tenore apparet, & exceptionib⁹
cōtentis in eo.ſic primum uidet intelligi,alioquin eſſet
abſurdum,q in rebus alienis fieret executio,hoc etiam
apparet,quia loquit de poſſeſſione data pacto cōtrahē-
tium,

tium,uel habita pro data,ſm formam ſtatuti,& ſic ſtatutum ipſum ubi pactum contrahentium deeſſet illud repræſentant,& eundem effectum inducit,ſed conſtat quod pactum cõtrahentium & præſertim in huiuſmodi contractu & inſtrumentum refertur ſolum ad bona debitoris qui conſtituit ſe & omnia bona ſua precario nomine poſſeſſoris tenere & poſſidere.igitur non refertur ad rem, cuius debitor ſolam poſſeſſionẽ habebat; quia illa non dicitur res debitoris nec in bonis eius. ut apparet ex prædictis coniuncta l.rem in bonis.de acqu. re.do.de relig.l.2.in pi in.quemadmodum enim hypothecharia non refertur ad eam rem, cuius debitor ſolã poſſeſſionem habeat ut ſuperius eſt probatum. Ita nec poſſeſſio ex pacto contrahentium,uel ex forma ſtatuti in ipſius hypothecæ executione data,debet extendi ſm ea quæ plene in ſimili traduntur per Barto.de pacto ingrediendi propria authoritate appoſito ĩ executiõe iuris perſonalis.C.de pig.l.creditores. his non obſtãtibus exiſtimo de iure concludendum in totum pro actore. primo, quia in parte iure diuiſionis obueniente cõſtat de titulo ipſius debitoris & poſſeſſione, unde quamuis probata ſint ſufficientia ad hæreditatem, quamuis & de tempore ſufficienti ad præſcribẽdum ſit probatum præſcriptione decennij uigore cuiuſdam ſtatuti, quod dicitur uigere, ꝙ ex poſſeſſione præſumatur dominiũ, quod quidem ſtatutum,ut dicitur,non uigebat tempore poſſeſſionis debitoris & patris eius,ampli⁹.& ceſſante dicto ſtatuto,uideretur poſſe defendi ſolam poſſeſſionem debitoris iunctis præmiſſis ſtatutis de poſſeſſione data & habita pro data diſbriganda.&c.ad fundandam intentionem actoris ſufficere, quamuis hoc ſub dubio
1 dixiſſe velim. Nam † ſecundum maiorum doctorum theoricam,vbi dominium non principaliter, ſed incidenter in iudicium per modum actionis deducitur, ex poſſeſſiõe de præſenti præſumitur dominiũ,vt ſeqitur & not.l.ſi ſerui ueſtri.de noxal.& l.ſicuti.§ ſed ſi quætat. & l.t.fam.her.ex poſſeſſione uero de præterito nõ præſumitur,ut d.l.quæ nondum.§.ꝙ dicitur,ut hæc theorica traditur.ff.de condi.inſti.l.quidam in ſuo.§.fina. per Bar.quãuis igitur inſpecto iure cõmuni creditor agens hypothecaria contra extraneum poſſeſſorem ex ſola poſſeſſione,quæ fuit debitoris,& ſic detenta, nõ probet dominium debitoris,iuncta tamen diſpoſitione ſtatuti,per quam poſſeſſio intelligitur continuata ipſi creditori, cùm uitiatur ex uera ſeu ex ficta poſſeſſione debet huiuſmodi poſſeſſio ſufficere ad probationem dñii, hoc tamẽ vt prædixi non aliter firmo, quia ſi poſſeſſio data intelligitur de reb⁹,quæ ſunt debitoris,vt præmittebatur,dici poſſet huiuſmodi rei poſſeſſionem non intelligi datam,quæ non aliter probaretur in bonis debitoris,& ſic effect⁹ ſtatuti ceſſaret,quãuis ad ſtatutum,ꝙ intelligatur de rebus debitoris etiam ratione poſſeſſionis,faciant no.per Bar.in rubr.de no.ope.nun. quod legitur & no.de re ind.l.à diuo pio.§.ſi ſuper rebus. quicqd autem ſit de hoc,concludendum eſt pro actore, ut patet ex præmiſſis.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis de Cumis iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Villa uel caſtrum quando teneatur pro delicto, vel robaria,furto uel ſimili ibi commiſſo, & quid prius faciendum ſit,antequam agi poſſit contra uillam vel caſtrum,& quid ſi ſuperueniat ſciẽtia de delicto commiſſo an tunc teneatur villa vel caſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Sciens maleficium & non impediens an teneatur.*
2 *Locus in quo eſt robaria,ipſam robariam emendare tenetur.*
3 *Ciuitas vel dominus negligens vel recuſans facere iuſtitiam debitor efficitur iuſtitiam poſtulantis.*
4 *Quando repreſalia concedenda ſint.*

CONSILIVM CLI.

IN cauſa vertẽte coram magnifico milite domino Ioanne de monte Lupello.domino Ioanne Tag.capitis Pedemontium.ſpectabili & Egregio doctore domino Martino de Soleriis collaterali eius & locum tenẽte,inter Baptiſtam Claptoſij procuratorio nomine dominici patris ſui agẽtium.& Andream de Feraldis ſyndicario nomine hominum Foſſati defendẽtem, cuius acta cum allegationibus partium in duobus ſacculis ſigillatis à præfato domino Martino mihi trãſmiſſa ſunt vt conſulam,quæ ſint partes eius in pronunciando. Viſis & diligenter examinatis omnibus & ſingulis actis & allegationibus partium, debitaq; conſideratione præ-
1 habita † primo dubitari poſſet,an primo probatum ſit Adonum fuiſſe captum in territorio Foſſati,cum ſolus Raymundus teſtificetur,cum iam captum uidiſſe.Cæteri autem teſtes de auditu,aut de fama,aut de generali confeſſione deponant, nec enim in ſupplementũ ꝓbationis deferri poſſet iuramentum actori, qui de certa teſtificari ſcientia non poſſet,ſi minus plene probatetur,per ea quæ plene habentur, præcipue per Bart. in l. admonendi,vt allegatum eſt pro parte communis,ſed in hoc non inſiſto cũ ex alijs hæc cauſa plenius examinari poſſit vel terminari. Secundo dubitari poſſet vtrũ ipſo Adono capto in dicto territorio, eo ſolo teneatur commune Foſſati quaſi nõ cuſtodierit,& ſecurum præſtiterit territorium ſuum tranſeuntibus vbi pro parte actoris multi doct.allegati ſunt,Bal.l.in tit.de pac.iura. fir.§.conuenticulas.& quæ ſint reg. Hoſtiẽ.in ſumma de cenſi.ver.breuiter puto,ꝙ quidam loquuntur de colligente pedagia,quæ præſtantur ratione territorij.Conſtat autem ꝙ cõe Foſſati non aliter ipſa pedagia colligebat,ſed præfatus dominus princeps, ad quẽ regalia ſpectabant,ut in d.tit.quæ ſint re.& propterea, ut Hoſt.dicit colligens pedagia tenetur ſeruare tranſeuntes iuxta poſſe,& ita vult Bal.dum allegat l.ne quid. de incen. & ru nau.vbi gl.exigit ſcientiam domini.& Bar.addit potentiam prohibẽdi,non debuit autem commune Foſſati nec potuit cuſtodire territorium ſuum ab armigeris ibi degentibus mandato ſuperioris, præcipue ab eorum occultis inſidijs.facit ff.loca.l. ſed de damno. & l.ſi fundus.in ſi.commo.l.argentum. cum ſi. & ſatis eſt euidens.Tertio, quia in libello actoris dicitur communitatem Foſſati ſciẽter paſſam fuiſſe Adonũ ſuper eius territorio capi,& in multis poſitionibus conſiderãdum eſt,ꝙ hoc nullo modo probatum eſt, aut etiam capitulatum.Nam conſtat in alieno facto ignorantiam ꝓ præſumi.ff.pro ſuo.l.ſi.de acqui.hære.l.cum falſum.cum ſi. vulgaribus.& hoc actor ſatis profiteri videtur, cùm inquit,cum in abſcõdito detentum per ſpacium triũ mẽſium,& in primo capitulo,& ex dictis teſtium idem colligitur, & quamuis fama fuerit poſt capturã de eius captiuitate,nullo tamen modo probatum eſt fuiſſe famã & notitiam,ꝙ detineretur palam, uel occultè in territorio Foſſati,ſi bene teſtes inſpiciãtur, ſed ſolum deponunt de auditu & de fama captiuitatis factæ in dicto loco,ſicèt quidam dicant audiuiſſe eum fuiſſe latenter in Foſſato,non ꝙ de hoc eſſet fama.non ergo ratione ſciẽtiæ & potentiæ prohibendi tenetur dicta communitas per glo.& Bar.in d.l.ne quid. quamuis etiam ſuppoſita ſcientia difficile potuiſſet prouidere contra armigeros qui illud delictum committi mandarunt. Poſſet etiam in dubium reuocari,an commune Foſſati etiam ſi ſciſſet & prohibere potuiſſet,ex huiuſmodi delicto cõmiſſo in territorio ſuo teneatur.tex.n. cum glo. in authen. vt nulli iud.§.quoniam vero,qui allegatus eſt pro parte communis.& ibi Iac de Bel.probat,quòd non,nec contra facit d.l ne quid.quam gl.intelligit de ipſis poſſeſſoribus & rapientibus,aut delinquentibus,aut illis,quorũ opera poſſeſſores vtũtur. & ſi de delicto extranei velit glo.poſſeſſorem ſcientem teneri in ſimplum nõ in quadruplum,non per illum tex.qui loquitur de pœna quadrupli.

drupſi,nt apparet ex prin.glo. & ex l.j. ſed per alia iutaq̃
allegantur in gl.tamen non attingit caſum propoſitum
ſine quia tex. & gl. loqnitur de poſſeſſore & domino lo
ci,ubi delictũ commiſſum eſt. At cõmune Foſſati ſub-
ditum domino principi nõ poteſt dici poſſeſſor,vel do
minus loci,vbi captus fuit Adonus, ſiue conſideremus
dominium ſingulare, ſiue vniuerſale ratiõe imperij &
iuriſdictionis,quod imperium & quæ iuriſdictio ſunt ſu
perioris,non ipſius communis,quamuis ergo Bart. ibi
dem videatur loqui de caſtro & uilla,exponens intra fi
nes agri.i.villæ.cùm tamen mouetur ex verbis text. &
glo.intelligens de domino poſſeſſionis.i.agri,& de do-
mino uniuerſali caſtri nel uillæ,vel de ipſa uniuerſitate
intellexiſſe videtur de ipſa uniuerſitate,quæ domina ẽ.
non alijs ſubdita:alioquin tex.& gl.nihil facerent , ſiue
etiam,quia tex.& gl. loquentes de rapina ex incendio,
ex qua granius quis punitur,& in qua pluta ſunt ſpecia
lia,ut patet in gl.d.l.ne quid,quæ incipit no.ſpeciale. &
gl.ſeq.non debent extendi ad rapinam aliam,cum ſpe
2 ciale ſit,& ſm Bar.ibi mirabile,† vt ex ſola ſcientia quis
teneatur de maleficio nõ ſubditi poteſtati ſuæ,cũ regu-
lariter non teneatur quis alium tueri, vt plene probatũ
eſt pro parte communis, & conſequenter non extẽdẽ-
dum ff.ſol.mat.l.ſi uero.§.de utro.cum ſi. & ideo Dyn.
ibi ſuper uel poſſeſſoribus dicit no.arg.ex hæc litera, ꝙ
3 † ſi robaria fit in aliqua uilla vel caſtro , vel territorio
alicuius ciuitatis,locus ille robariam emendare tenea
tur,pro hoc in §.à domino. ſed gl.videtur hoc intellige-
re quando ipſi poſſeſſores dant damnũ,ſed ſi extraneꝰ,
videtur dicere gl.ꝙ tenetur,ſi fuit ſciens, alias non qua-
ſi cuſtodiam debet præſtare,& in ſubſidium reipublicę
ut ſupra ad Sylla.l.l lege Cornelia.arg. contra in Auth.
ut nulli iudi.§.quoniam.coll.9.& quod ibi no.Ecce ver
ba Dy.inducentis illam l.in ar.non pro caſu ſeu deciſio
ne.nec quicquam firmat , licet poſtea quærat nunquid
in capita tenebuntur &c.& ibi Ray.referens Dy.& quẽ
dam doctorem ſuum,qui hanc quæſtionem diſputauit
dicit verius eſſe,ꝙ non teneantur caſtra, uel uillæ de de
licto commiſſo in territorio. hoc idem tenuit Albertꝰ
Papiẽſis,vt ego reperio in quadã apoſtilla lecturæ Ray,
C.vnde ui.l.ſi quando.& Bal. ſatis innuit in l. ſi quis nõ
dicam rapere.ver.& ideo iuxta prædicta.C. de epiſc.,&
cleri. cum dicit ſtatutum hoc diſponens circa æquum
per l.ne quid,ꝙ fruſtra diceret,ſi ius commune dictaret
nec Spe.qui in contrarium allegatur in Spe. de cenſi.§.
nunc dicendum.ver.quid ſi damnũ, dicit contrariũ,q̃a
non quærit an uilla teneatur,ſed habito reſpectu ad ſta
tuta communiter hoc dictantia format quæſtionẽ , an
damnum paſſus debeat contribuere , & hoc ſatis colli-
gitur ex nota.per eũ in tit.de rap.ver.ſed pone inter ſta
tuta.fruſtra enim ſtatuta hoc dictarent, ſi à iure cõmu-
ne tactum eſſet,ar.ad munici.l.1.in fi.de iuſtit.& iur. l.
ius autem ciuile.& nota.per gl.in c.1.de conſti.lib 6.nec
Albericus in prima parte ſtatutorum.q.8. & in mate-
ria repreſalliarum contradicit,ſed quoniam hæc inqui
ſitio impertinens eſt,cũ nec ſcientia, nec poteſtas pro-
hibendi ſæpe dictæ vniuerſitatis Foſſati probata ſit,hũc
articulum in medio relinquo &c.¶ Quartò igitur con-
ſiderandum, nũquid commune Foſſati ex eo teneatur
ꝙ poſt habitam notitiam captiuitatis Adoni non cura
uit liberationem eius.cum delinquentes moram trahe
rent in dicto loco vbi durante captiuitate refugiũ, par-
ticipationem,& refreſcationem haberent,tenentes di-
ctum Adonum in nemoribus donec adduxerunt &c.
vt in j.cap.continetur, & eo magis, ꝙ cùm Ioannes de
ſancto.Natus ſecundo,& alij de mandato domini prin
cipis tenerentur in caſtro, liberati fuerunt ipſa vniuerſi
tate ſciente & patiente.nec vllam diligentiam, nec cu
ram adhibente pro liberatione Adoni.vbi quidem , cũ
ut præmiſſum fuit,non ſit probatũ quouis mõ vniuerſi-
tatem Foſſati in eo, ꝙ ſciuerit Adonum captum fuiſſe
& eum detineri tunc in territorio ſuo, quinimo nec ꝓ-
batum eſt,ꝙ in ipſo territorio detineretur tẽpore, quo
dictum commune dicitur notitiam habuiſſe dictæ ca-
ptiuitatis,nec ꝙ de hoc eſſet fama, ſi bene aduerteretᷣ,
licèt nonnulli teſtes de auditu deponant,nec libellus a-
ctoris hoc neceſſario concludat,cùm ſimpliciter dicat
eum ductum in nemora circunſtantia & in abſconſo
detẽtum,licèt capitulum primum exprimat de nemo-
ribus Foſſati,non puto teneri,neque delictum non poſ
ſet amplius prohibere in territorio ſuo , & quãtum ad
dictum territorium eſſet conſumatum, vt conſtat , &
no per Bal.in d.l.ſi quis non dicam,rapere. quamuis igi
tur vniuerſitas ſciens & prohibere ualens capturam eiꝰ
territorio fiendam, vel prius factam in eodem territo-
rio perſeuerantem teneretur poſt cõſummatum tõ de
lictũ quo ad territorium ſuum,ſiue vt præmittitur , cũ
ignoret in territorio continuari,non imputetur ei cur
non obſtitit , nec rurſum cur paſſa fuit captos dimitti ,
1 cũ prius debuiſſet eadem uniuerſitas de iuſtitia requiri.
23.q.2.c.dominus noſter.de reſti.ſpo c.cum olim. p In-
no.& omnes ſcribentes in materia repræſaliarum . Ia
co.de Bel.in Auth. vt non fiant pig.Cy.ne fi.pro pa. au
then.habita.Io.And.in regula non debet.li.6.Bar.in pri
ma q.tractatus ſui Albri.& Al.C.ne ux.pro ma. authẽt.
ſed omnino. Et idem Albe in prima parte ſtatutorũ.q.
8.vbi omnes uolũt,ꝙ qui rapinã paſſus eſt ab aliquo pri
uato,non poſſit contra eius ſuperiorẽ uel uniuerſitatẽ
repreſalias impetrare,niſi prius petita & denegata iuſti
tia,illa.ſ.ratione vt Bar.inquit in dicta prima q.uerſi.ad
4 ſecundum.circa fi.quia † ciuitas.vel dominus negligẽs
facere iuſtitiam,vel recuſans,efficitur debitor iuſtitiam
poſtulantis.Ex quo patet non teneri nec obligari , niſi
poſt requiſitionem, ad quod etiam poſſent adduci iura
exigentia interpellationem.ff.quãdo di.le.ce.l. ſi penũ:
de fideiuſſ l.fideiuſſor obligari.§.fi.cum ſi.& aduerten- 5
dum ꝙ communiter doct.formant q.in eo,qui ſpoliatꝰ
eſt in alterius territorio, ut prius debeat petere iuſtitiã
à iudice vel uniuerſitate illius loci,vbi ſpoliatus eſt in al
terius territorio,antequam de his conqueri poſſit, & re
preſalias obtinere. Quinetiam cùm ad uniuerſitatẽ Foſ
ſati non ſpectaret iuriſdictio & compulſio eorum , qui
Adonum ceperant,ſed ad officiales principis,qui ratio
ne delicti de crimine cognoſcere potuiſſent . C.ubi de
cri.agi oportet.l. 1.cùm non poſſet eidem vniuerſitati
iuſtitiæ denegatio imputari,quauquam petita foret.ar,
quod cuiuſque iur.l.a.de fo.compe.c.Romana. in fi. li.
6.quamobrem Iac.de Bel.& Io. An.in locis præal. pro
pter denegationem iuſtitiæ denegant poſſe fieri repre-
ſalia,ſed contra magiſtratus officiales,conſiliarios. uni
uerſitatem denegantes iuſtitiam, dominum aut ſubdi-
tos præbentes auxilium ad iniuſtitiam.de ſent. ex com.
c.ſi ſententia.§.1.li.6.& C.de hære.auth.ſi uero domiꝰ.
licet Bar.& Bal.diſſentiant , in hoc tamen cõcordant oẽs
5 † ꝙ ad repreſalias concedendas contra ſubditos ꝓpter
denegatam iuſtitiam exigitur,ꝙ non ſit aditus ad ſupe-
riorem iuſtitiam negantis,per iur.alle.in Auth. ut diffe.
iud.& in Auth.ut nulli iud. de quibus ad eas ſufficit re-
miſſio,liquet ergo commune Foſſati ex negligentia,de
qua hoc quarto loco agitur,non teneri, tum quia ad ip
ſum non ſpectabat iuriſdictio & adminiſtratio iuſtitiæ,
tum quia poterat haberi regreſſus ad ſuperiorẽ officia-
lis iuſtitiam denegantis , tum etiam quia non cõſtabat
ei de delicto eorundem ibi commorantium , cũ Ray-
mundus de uiſu deponens non atteſtetur de certa per-
ſona ibi delinquentis,nec probatũ ſit , ꝙ capientes vel
mandãtes moram traxerint in dicto loco poſt delictũ,
ſi diligenter aduertatur,ut illud prætercam, ꝙ in libello
non agitur ex hoc capite,ita ut nec ſit qui poſſet cõdem
natio,iuxta iura vulgaria.communt di.l.vt fundo.C.de
fideicom.li.l.fin.Illud & quinto loco cõſiderari poſſet,
ſi cõe teneretur;an prius conueniendi forent delinquẽ-
tes,cum in proceſſu non appareat eorum abſentia vel
difficultas conueniendi.de quo uidetur text.de his qui
deie.vel effu.l.ſi uero.§.interdum.& gl.eo.ti.l.2.Bar. ex-
preſſum hoc uidetur uelle.de duo.re.l.fi.in 4.q. Dy.etiã
& Ray.hoc uidentur uelle in d.l.ne quid. de incen. rui.
& nau.vt patet ex uerbis ſupra relatis. Ex quibus omni
bus

bus patet Andream de Feraldis ſyndicario nomine & homines & commune Foſſati abſoluẽdos eſſe tam de rigore iuris, quàm de iure naturali & ciuili æquitate.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis de Cumis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Fratres minores Carmelitani, prędicatores, & ſimiles an ſint capaces rerum immobiliũ, & annuorũ redditnum, & an facultas hæredi conceſſa de emẽdo rem legatam, caſu quo legatarius vẽdere voluerit, inducat fideicommiſſum ſi alieri uendatur, & agens hypothecaria quid debeat probare.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum tã Carmelitis quàm prædicatoribus an valeat.*

2 *Facultas mendicantibus vendendi eis à defuncto relicta an neceſſitatem vel fideicommiſſum inducat, & quid de facultate emendi hæredibus data.*

3 *Actio hypothecaria præſupponit moram debitoris. & an emptor petens rem emptam neceſſario probare debeat ſolutionem.*

4 *Non expedit allegare in hypothecaria, nec probrare executionẽ.*

CONSILIVM CLII.

IOANNES dictus Polla de Rubertis, habens quendam fictum perpetuum lib. 18. ſibi debitarum ſingulis annis, reliquit cõuentui Carmelitarum li. 4. cũ dimidia ex dicto ficto, ꝑ anima & maxime pro miſſis & diuinis officijs celebrandis, addens, ꝙ ſi fratres nõ uellent tenere & gaudere dictum fictum, & hęredes teſtatoris vellent emere, ꝙ dicti fratres poſſent vendere, & ipſi hr̃des à dictis fratribus emere dictũ fictũ, ipſis hr̃dib⁹ dãtibus fratrib⁹ ad terminũ, de quo eẽnt ꝯcordes, lib. 25. & fictũ nõ ſolutũ & ipſis hr̃dibus dãtibus dictas lib. 75. & fictum præteritum non ſolutum fratres teneã tur celebrare tot miſſas, &c. & ꝙ non poſſint fratres vẽdere, donare, vel alienare ſupraſcriptum fictum alicui ꝑſonæ exceptis dictis hæredibus teſtatoris, & caſu quo venderent dictum fictum contra formam prædictam, deueniat ad fratres prædicatores minores & eremitas, & ſi ipſi prædicatores minores vel eremitæ uellent vẽdere, poſſint vẽdere dictis hæredibus pro dicto pretio, & fratres teneantur celebrare tot miſſas &c. onerãs cõſcientias fratrum, ut pro omnibus & ſingulis attendendis & obſeruandis ſingula ſingulis obſeruando & referendo. & eo modo, quo relinquit fratribus Carmelitanis quartam partem dicti ficti, relinquit etiam fratribus prædicatoribus minoribus eremitis alias tres partes ſeparatim ſub forma prædicta. mortuo teſtatore fratres prędicatorum quatuor ordinum uendiderunt euidam Tonello extraneo concorditer dictum fictum, hæredibus teſtatoris tunc expulſis de ciuitate Pergami tanquã gibellinis, q hæredes poſtea reuerſi à dicto emptore vẽdicauerunt dictum fictum tanquam ſibi relictũ à teſtatore rei uen. & ſuccubuerunt, deinde agunt hypothecaria, quaſi ex tacito fideicõmiſſo à fratribus, ſibi relicto, Quæritur quid iuris ſit.

1 ¶ † In præmiſſa quæſtione ante omnia conſiderãdũ eſt, an valeat legatum factum fratribus tam Carmelitis quam prædicatoribus &c. videtur enim fratres ſiue eorum conuentus incapaces talium immobilium & redituum annuorum, vt de fratrib⁹ minorib⁹ expreſſum eſt de uerb. ſign. cle. exini §. cumque annui redditus. & de alijs no. in Spe. de ſta. mo. ner. 3. quæritur & te. & plene per Bal. C. de ſac. ſan. eccle. auth. ſi qua mulier. verſi. ſed modo reſtat quæſtio, ubi concludit omnes mendicãtes incapaces de iure. Aut ſi ſunt capaces de conſuetudine, capiunt vt uendant, non ut retineãt. Aut ergo ſuppoſita conſuetudine & opinione Spec. grauamẽ de nõ alienando tãquam impoſſibile de iure reijcitur. vt ipſum legatum etiam inualidum reddat, & ſi ipſum legatum eſſet inualidum, non poſſent hæredes agere hypothecaria, ſed rem tanquam hæreditariam petere, quia tamen de hoc non quæritur, poſito ꝙ legatum ualuerit, ſequenti loco quærendum eſt. an per illa uerba ꝙ ĩ caſu, quo ipſi fratres non vellẽt tenere nec gaudere, & hæredes vellent emere ipſum fictũ, poſſent ipſi fratres vendere, & ipſi hæredes a dictis emere &c. videanť grauati ipſi fratres eo caſu, quo uendere uoluerint, qui caſus extitit, cùm iam vendiderunt, grauati dico videantur vendere dictis hæredibus. Ita ut ex hoc capite hæredes poſſint petere dictum fictũ ſibi vendi pretio, quod teſtator præfixit. quod quidem prima facie videretur.

2 eo ꝙ † licèt facultas fratribus conceſſa vendendi hæredib⁹, nõ importet neceſſitatem nec fideicommiſſum. de offi. præſi. l. ſæpe. de iudi. l. non quicquid. cum ſi. facultas tamen conceſſa ipſis hæredibus emendi uidetur neceſſitatem inducere fratribus, & fideicommiſſum inducere, de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. hæc uerba. de leg. 2. l. peto. in prin. & hoc importat verborum ſignificatio. ſi enim conceditur hæredibus poteſtas emẽdi à fratrib⁹, neceſſario ſequitur à fratribus neceſſitas eis uendendi. Alioquin non eſſet in poteſtate hæredum emere, cùm uenditio pendeat ex conſenſu emptoris & uenditoris, tamen hæc interpretatio dubia eſt, nec multũ veriſimilis, cùm teſtator addiderit, ꝙ fratres non poſſent uẽdere, donare, vł alienare alicui ꝑſonæ, exceptis hr̃dib⁹ ſuis. in caſu quo uenderẽt contra formam prædictam, deuenire debeat in fratres prædicatores &c. Si enim uoluiſſet fratres alienare uolentes aſtringi ad alienãdum ab hæredibus, non dixiſſet, ꝙ eis vendẽtibus contra formã prædictam deueniret ad fratres prædicatores &c. ꝙ ita aperte deducitur, quia aut fratres venderent hæredib⁹ uolentibus emere, & eo caſu nõ uidetur teſtator uoluiſſe eos priuare, nec pœnam incurrere, ſed demũ vetuiſſe alienationẽ in alios eo caſu quo hæredes tenere nollent. de uerbo. obl. l. qui Romæ. §. cohæredes. & ibi per Dy. & Bar. aut uenderent non explorata uoluntate hæredum, aut eis emere uolentibus, & eo caſu non uocaſſet alios fratres ad dictum fictum, quod uoluiſſet hæredibus vendi & alienari deberi. Aut ſaltem videreť trãſlatum legatum ſeu fideicommiſſum ab hæredibus ad fratres prædicatores & cæteros, vt quamuis deberet uẽdi hæredibus, ſi tamen alijs uenderetur tranſirent ad fratres prædicatores, cum nõ ſit veriſimile voluiſſe, eam rem uẽdi hæredibus, & fratribus gratis deberi eo caſu. de adi. le. l. ſicut, cum duobus ſeq. facit de leg. 1. l. ꝙ in rerũ. in fi. l ibi magis eſt. Cum itaque ex ſequentibus declarentur præcedentia. de le. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de de teſta. l. hæredes. §. 1. in fi. Nec veriſimile ſit in pœnam uenditionis relictum fratribus prædicatoribus, & cæteris eo caſu, quo hæredibus deberetur. de adi. le. l. 3. §. 1. in fi. l. ita autem. in prin. ff. ad turpil. in prin. de ſtipu. ſer. l. 1. in fi. ea iuſtior uidetur interpretatio, vt facultas conceſſa hæredibus emendi intelligitur ipſis fratribus uolẽtibus eiſdem hæredibus uendere, cum ſimul concedat fratribus facultatem uendendi & hæredibus emendi, & ipſos hæredes recepiſſe à generali prohibitione alienationis & uenditionis, non autem videatur fratribus obligaſſe ad uendendum ipſis hæredibus, tum quia, ut dictum eſt, in caſum alienationis factæ in alium alijs ꝙ̃ hæredibus reliquit, & alijs rationibus præallegatis, tum quia nõ ſimpliciter conceſſit hæredibus facultatẽ emẽdi, ſed per modum cuiuſdam correlationis, cum fratribus concederet facultatem uendẽdi hæredibus, ſequebatur, dato ꝙ non exprimeretur, facultas hæredibus emendi, quo fit, vt illa facultas hæredibus emendi nõ inducat fideicommiſſum, nec principaliter concedatur. Illud autem nulla ratione defendi poſſe uideo, ꝙ eo caſu, quo omnes quatuor conuentus fratrum ſi ſimul uẽdiderint, & ſic fideicommiſſo inuicem relicto excludantur ex coniectura mentis teſtatoris, uideantur hæredes vocati, licèt enim dederit facultatem emendi ipſis hæredibus, cum tamẽ nullo caſu alienationis eos uocauerit ſed fratres inuicem, nulla ratio ſuggerit præſumẽdi in defectum fratrum hæredes ipſos uocati, pręcipue cũ uenditio fratrum cõtra prohibitionem teſtatoris facta

nulla

nulla ſit, i Auth. de alie. & emphy. §. ſanctiſſimas. coll.
8. quemadmodum ſimplex prohibitio alienationis fa-
cta minori valet. C. ꝑ empto. l. 2. Ita & facta huiuſmo-
di ꝯuentibus ſiue capitulis, unde ipſimet fratres poſſint
reuocare. C. de ſac. ſan. ece. l. iubemus. § œconomus. &
not. Bal. C. de fideicom. l. quotiens. Non eſt igitur dicen
dum uocari hæredes, cùm ipſimet fratres remaneāt do
mini, & reuocare poſſint & debeant. Cæterum etſi hæ-
redes vocarentur iure fideicommiſſi circa hypothecariam intentatam, duo occurrerēt dubia, unum, quia hę
redes agendo hypothecaria ex eo ꝙ fratres vidētur gra
uati ſibi uendere, cum non valeant pro ſe retinere, de-
buerunt prius interpellare ipſos fratres, ut ſibi fieret vē-
3 ditio. Non enim † peruenitur ad hypothecariam, niſi
præcedente mora debitoris. C. de pig. l. debitores. & ibi
gl. & Bar. de pig. ac. l. ſi rem alienam. de leg. 1 l. ſi res obli
gata. & l. prædia. C. de fideicom. quamuis in d. l. debito-
res videatur aliter ſenſiſſe, & licèt non ſit oppoſita exce
ptio, tamen cùm iſta exceptio inſit, videtur habenda ra
tio exceptionis huius ſm Dy. & Bar. ſi cer. pe. l. lecta. tñ
hoc eſt ſatis dubiū, quia in hypothecaria non ſolet alle
gari mora debitoris in libello, vt no. de pig l. 1. per totū
ſic nec emptor petens rem uenditam neceſſario habet
allegare pretium ſolutum, quamuis illa exceptio inſit
per gl. Inſti. de ac. in prin. in gl. a Cyn. C. de act. empt. l. ſi
traditio. & in Spe. de emp. & uen. §. in anterioribus nec
expedit allegare in hypothecaria, nec probare excuſſio
nem, niſi opponatur per Dy. & Bar. C. de pig. auth. hoc
ſi debitor. quamuis illa exceptio excuſſionis non ita in
ſit, nec omni caſu locum habeat. Secūdum dubium
eſt, quia non videtur probatum dominium, vel quaſi ip
ſius teſtatoris, ſed ſola poſſeſſio, quæ probatio non vide
tur ſufficere ad hypotecariam, iuxta ea quæ traduntur
præcipue per Bar. de pig. act. l. ſi rem alienam. & per Cy.
C. ſi alie. res pign. da. ſu. l. cum res. & in hoc non inſiſto.
Poſſet & tertio dubitari, an ſententia lata in re. uen. ꝑ-
iudicaret agenti hypothecaria, ſi forſan fuiſſet reus ab-
ſolutus ex defectu legati vel fideicommiſſi relicti hære
dibus ab ipſis fratribus ꝑea, quæ no. Dy. de reg. iu. c. nul
lus pluribus. lib 6. & Bar. de exce. rei iud. l. fin. conſultius
igitur facient hæredes curare, ut fratres reuocēt fictum
alienatum, & poſtea ipſis hæredibus vendant ſi uelint
ex permiſſione teſtantis.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
iuris vtriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Rebellio facta vicario imperiali, vel ei qui pro domino vero ſe ge-
rebat an inducat crimen læſæ maieſtatis & an vicarius vel do
minus poſſit donare rem alienam, & quod remedium competat
vero domino.*

C O N S I L I V M C L I I I.

1 AD primum reſpondetur † ꝙ ſic. Nam cum
dominus Conſignorus de la Siella cēt do-
minus & Vicarius imperialis, rebellio ſibi
facta incidit in crimen maieſtatis & rebel
lionis imperij & principis. C. ad l. Iul. ma-
ieſt. l. quiſquis, & in conſtitutione Feder. qui ſunt rebell.
paria enim ſunt rebellare principi, & eius vicario. C. de
offi. eius qui ui. al. l. 2. de le. 3. l. 1. §. deportatos, vnde tales
rebelles impune poſſent occidi. ff. ad l. Cor. de Sica. l. 3.
§. fin. de re mili. l. proditores, & ad mortem damnari. de
pœnis. l. ſi quis aliquid. §. 1. & ꝯſtat, cum ſit crimen ma-
ieſtatis. vt d. l. quiſquis. & per conſequens bona eorum
ſicut damnatorum publicantur. ut d. l. quiſquis. & l. fin.
C. de bo. proſcri. auth. bona damnatorum. & in corpo-
re vnde ſumitur. Potuit ergo dictus dominus tāquam
dominus & Vicarius habens regalia & omnia emolu-
menta fiſcalia, ſm ꝙ conuenit concedi huiuſmodi do-
minis & vicarijs, quibus regalia conceduntur & plena
poteſtas atque libera, quemadmodum ipſe princeps hu
iuſmodi bona tanquam ſibi acquiſita per dictam con-
ceſſionem regalium. de feudis quæ ſint reg. donare, le-
gare & pro libito diſponere. C. man. l. in re mādata, &
hæc ſunt ſatis notoria, ꝙ dictus dominus Conſignorus
tanquam princeps habebatur & omnia faciebat & ſic
geſta per eum, etiam ſi non fuiſſet uerus princeps vel vi
carius, debent valere. de off. præto. l. Barbarius. C. de ſen
tē. & interlo. l. 2. quinimo ſi priuilegium Vicariatus ple-
niſſimum erat, vt moris eſt, ita ꝙ priuilegijs principis
omnino potiretur, etiam ſi deſignaſſet bona aliena, fuiſ
ſet tutus donatarius, ſed priori domino daretur regreſ
ſus contra fiſcum intra quadriennium. C. de quadrien.
præſcrip. l. 2. & 3.
¶ Et ita dico & conſulo, Ego Raphael de Raymundis
iuris utriuſque doctor.

A R G V M E N T V M.

¶ In terris eccleſiæ in pœna imponēda an ſeruari de
beat ius ciuile vel canonicum, & quæ olim fuerit & ho
die ſit pœna adulterij, & an eadem pœna ſit ponenda
in inceſtu. & quid iudex facere debeat quādo ſunt plu-
res pœnæ, vel aliter res eſt dubia.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuitas Piſauri eſt de terris eccleſiæ.*
2 *Nuptias inceſtas coitu ſequente, quæ pœna ſequantur.*
3 *Maſculi in maſculos nephandam libidinem exercentes qua pœ-
na veniant condemnandi.*
4 *Pœna corporalis non imponitur ex ſola & ſimplici confeſſione.*
5 *In ambiguis benigniora ſunt eligenda.*

C O N S I L I V M C L I I I I.

VISIS in inquiſitione formata contra Fra-
ciſcum Guillea & Maſiam Michaelis per
dominum poteſtatem Piſauri, eiuſque Vi-
carium, confeſſione inquiſitorum, conſilijs
in fauorem reorum, & allegationibꝰ hinc
inde, quia in dubium uertitur an prælatus Franciſcus &
Maſia recte ad mortem condemnati ſint. Ante omnia
1 conſiderari poteſt, ꝙ † cum ciuitas Piſauri ſit de terris
eccleſiæ, ſecundum ius canonicum, non ciuile punien
di ſint, cùm leges ciuiles non poſſunt ligare ſubditos ec
cleſiæ. de conſti. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de teſta. c. rela
tum. de ſent. & re iud. cle. paſtoralis, cum infinitis ſi. ni-
ſi quatenus de iure canonico receptæ ſunt ſm ea, q̄ hñt
de no. ope. nun. c. 1. Iure autem canonico pœna adulte-
rij, quæ pro inceſtu dicitur imponenda, videtur altera-
ta & minor, quàm iure ciuili etiam in laicis, iuxta ea. q̄
habentur de adul. c. 1. & 2. & per Hoſt. in ſum. eo. tit. §. q
pęna. l prin. facit de iud. c. at ſi clerici. & de adulterijs, ubi
reputatur inter minora crimina adulterium. & qđ ibi
no. Nec ex ęo videtur pœna, quę per leges ciuiles pro in
ceſtis nuptijs cōſtituta eſt iure canonico approbata, ꝙ
de ea, ſiue eius parte fiat mentio. de hæreti. c. cum ſecū-
dum. lib. 6. vt patet ex gl. ibi ſuper uerſic. humanam. Sed
etſi pęna iure ciuili pro adulterio & inceſtu impoſita et
in terris eccleſiæ recepta videatur, conſiderandum eſt,
ꝙ quamuis inceſtus maior ſit, quàm adulterium uel ſal
tem æqualiter puniatur. de adul. l. ſi adulterium cū ince
ſtu. & ibi per gl. & doc. ff. ad l. Iul. de adul. l. ſi adulterium,
32. q. 7. c. adulterii tamen illud uidetur intelligendū cū
non ſub colore matrimonij committitur, hic enim ui-
detur proprius intellectus illius l. ſi adulterium. ibi, quā
quā grauiora ſint natura, & in ſequentibus uſque ad §.
imperatores. Alioquin mentiretur lex in Auth. de ince
ſti. nup. dicens. pro inceſtis nuptijs dudū ſcriptas ab im-
peratoribus leges non perfectę ſe habere iudicamus, q̄
eos quidem, qui inceſtis nuptijs copulantur, impunitos
ſinunt, non imponit pœnam exilij, &c. cum pœna a-
dulterij reperietur impoſita, & fruſtra minorē pęnam
imponeret. niſi forſitā dicātur ſm Cy. C. de inceſt. nup.
l. qui contra. & l. ſi quis inceſti. & Bar. in l. ſi adulterium
cum inceſtu anthē. illam. loqui de pęna certarū nuptia
rum, non autem ratione inceſti coitus, cum negari nō
poſſet

poſſet† ex inceſtis nuptiis ſecuto coitu pœnam adulte-
rii, vel ſaltem ſtupri imponi. de adul.l.qui pupillam.&
l.miles.§.j.quæ tamen ratio defectum arguit illā Auth.
de mendacio,cū pęna illius Auth.exigat dolum ſecun-
dum Cyn.Bar. & oēs doct.ſ. & tamen illa Auth.loquit
ſtāte coitu,immo & liberis ſuſceptis.Ita φ ſi inceſti coi
tus erat pęna impoſita, cum fuit neceſſaria illa proui-
ſio,ergo erit intelligenda de pœna inceſti coitus, vbi
non ſunt inceſtæ nuptiæ, nec color matrimonii, licèt
Bar.in d.l.ſi adulterium. expreſſim velit etiam eo caſu
puniri de ſtupro & inceſtu contra mentem illius auth.
& l.ſi quis de inceſti.nup.& gloſſ in d.auth. & Inſtit.de
nup.§.qui autem.Nec obſt.l.qui pupillam.quia licèt ibi
dicat puniri de adulterio & ſtupro ſecundum gloſſ.ta-
men tex.in l.non eſt matrimonium.de ritu nupt.decla
rat puniri extra ordinem.nec enim par delictum eſſet
cum ſub colore & velamento matrimonii inceſtus co-
mittitur,vbi lex non expreſſim contemnitur, quem-
admodum dicimus in contumace expreſſo, & non ex
preſſo licèt vere,vt no. ff.de in integ.reſti.l.fin.ſic & ad-
uerſus parentem & patronum licèt dolus ex facto col-
ligitur, verbis tamen velatur & temperatur. de dolo.l.
non debet. Et ſi dixerimus eandem pœnam pro ince-
ſtu etiam ſub colore matrimonii commiſſo imponen
dam quæ pro adulterio imponitur, nec huic deroga-
tum per nouam pœnam auth.de inceſt.nup.ff.de ac.&
obl.l.quotiens. C.de fur.l.in eum.& de ſepul. vio.l.qui
ſepulchra.vbi plene.& Barto. ff.vi bo.rap.l.j. Conſide-
randum quæ olim fuit,& hodie ſit pœna adulterii. cō-
munis opin.eſt,quòd olim fuit pœna deportationis, iu-
re vero Codicis pœna vltimi ſupplicii, per l.quamuis.
C.de adul.& C.de tranſac.l.tranſigere.vbi ſatis conſtat
olim non fuiſſe pœnam mortis.vt no.glo.de his qui.vt
indig.l.claudius, & ſecundum illam opin. ff.de his qui
no.infa.l.2.§.miles.& de re mili.l.qui cum vno.§.adul-
terij.quæ leges aperte probant, & non ſolum mortis,
ſed nec deportationis, vt aperte probat.l.ſi quis viduā.
ff.de quæſtio.dicens committentem inceſtum & adul-
terium, vel ſtuprum propter duplex crimen deportan
dum.& ſic aperte innuit non debere mori,nec patitur
illa lex diſtinctionem dignitatis & nobilitatis,cùm per
viam regulæ procedat,& ſic ex ſolo adulterio non vo-
luit imponi pœnam deportationis.Ad quod etiam fa-
cit de mino.l.auxilium.§.fin.vbi punitur ducens vxo-
rem damnatam de adulterio, ſi regulariter debuiſſet
mori.de legi.l.ex his.cum duabus ſequen.legib.& l.ca-
ſtitati.C.de adul.& licèt text. Inſti.de pub.iudi.§.item
lex Iulia.dicat legem iuliani gladio punire temerato-
res alienarū nuptiarum, intelligendus eſt de lege Iulia
ſuppleta per binas conſtitutiones, quod patet, quia in
eodem §.item l.Iulia.dicitur quòd non ſolum temera-
tores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed etiam
3 †qui cum maſculis nephādam libidinem exercere au-
dent,quę tamen pœna videtur impoſita per l.cum vir.
C.de adul.Nam ſm Bart.ff.de pub.iudi. l.1.ver.vlterius
quæro,ſi per ſtatutum pæna,quæ imponebatur iure cō
muni nunc alteretur, dicitur accuſari ex lege antiqua,
non noua, & ſic non eſt abſurdum ita exponere §.itē
lex iulia,ne aliis iuribus contradicat.C.de inoffi.do.l.j.
& de nouo Co.comp. §.quibus.hoc autem admiſſo li-
cèt l.quāuis. intelligamus de gladio materiali & mor-
te naturali, incidimus in illam vulgarem & difficilem
quæſtionem.An lex noua corrigens & imponens pœ
nam pro adulterio a paritate, vel maioritate rationis,
extendenda ſit ad inceſtum, & ſic gloſſ. in l.ſi adulte-
rium cum inceſtu.intelligi poſſunt de pœna antiqua
adulterii, licèt Bart. in prædicta l.ſi adulterium. verſic.
quid releuat teneri de vtroque,videtur ſe referre etiam
ad iura noua,qui tamen Bart. poteſt ita probabiliter in
telligi, quòd eadem pœna imponitur iure antiquo &
nouo,cum dicit.Item ſi ſequatur condemnatoria pro
delli in hoc φ ſm hæc tempora non erat pœna capitis,
ſed minor, & eodem modo erit intelligendus Cyn.in
l.qui contra. ſiue in l.ſi quis inceſti,dicens,contrahen-
tes inceſtas nuptias ratione inceſti, coitus pœna adul-
terii puniri. Et ſi diceretur, ſi cum matre commiſiſ-
ſet inceſtum, vel ſorore, abſurdum eſſet minus quàm
pro adulterio puniri, reſpondetur tunc non ſolum in-
ceſtas,ſed nepharias eſſe nuptias,vt Inſtit.de nupt.§.er
go.& in rub. C.de inceſt.nup. Nec poſſet vllo velami-
ne talis inceſtus palliari.Fuit alia opi.quod l.quamuis.
intelligatur de gladio ciuili. de qua ibi per Cyn. poſſet
multipliciter colorari per ea,quæ habentur.10.diſtin.c.
quoniam.de priui.c.ex ore.cum ſi. Sed videretur refra
gari illa l.tranſigere.& ſecundum hoc,cum pro adulte
rio non eſſet pœna mortis, reperiretur etiam pro ince-
ſtu. Tertius vero intellectus gloſſ.in ſeprædicta l.ſi quis
viduam.& ibi Bart.quem & Cyn. & alii videntur velle
in d.l.quamuis non iudicet pœnam mortis in his de q.
bus agitur.Nam cùm gloſſ.dicat in l.ſi quis viduam.nō
obſtare l.quamuis.in fi.quod poteſt eſſe quod ex digni-
tate,& nobilitate deportatio ſufficit. vt ſ.de ſicca.l.eiuſ
dem.§.pen.videtur intelligere dignitatem & nobilita-
tem ſecundum d.l.eiuſdem, vbi honeſtiores vult in in-
ſulam deportari,humiliores beſtiis ſubiici.humiliores
autem intelliguntur ſecundùm l.humilem.C.de inceſ.
nup.vt no.glo.in dicto §. item l.Iulia.Inſti. de pub.iud.
ſuper ver.humiles.& Inſti.de iniur.§.atrox. ſuper ver.
humili.& ſecundū has omnes opi. non eſt pœna mor
tis in caſu noſtro, ſed deportationis. Sed nec illud ne-
gligēdum eſt, quod etſi iure Codicis & ffdorum pro in-
ceſtu commiſſo ſub colore matrimonii fuiſſet impoſi
ta pœna mortis, cùm tamen hodie per Authen. de in-
ceſt.nup.imponatur pœna exilii, debebit videri receſ
ſum a pœna antiqua,quemadmodum & hodie dicitur
receſſum a pœna adulterii in muliere, quia noua pœ
na eſt ſtatuta per authen. ſed hodie. C.de adulte.& ibi
notatur, & quamuis dictum ſit per nouam legem im-
ponentem minorem vel aliam pœnam, non tolli pri-
mam antiquam, iuſtius eſt ex quo ambæ pœnæ nō poſ
ſunt imponi, ſecundum ea quæ ibi no. & de accu.l.Se-
natus,iudicem inquirentem minorem pœnam eligere
arg.de pœnis.l.ſi de interpretatione.& l.ſi præſes.præci
pue cum probabiliter dubitetur, quæ fuerit pœna anti
qua, putans ante.ſ.illam Authen.de pæna autem illius
authen.nullum ſit dubium. vnde potius tenendum eſt
ar.l qui ita inſtitutus.§.j.ad Tre.& in c.accedens.vt lite
non conte.Illud etiam conſiderandum eſt, φ licèt cō
feſſi ſint rei omnia & ſingula in inquiſitione contenta
cū ſatis patet eos erraſſe, nec verū confeſſos, cū inquiſi
tio diceret,eas cōtraxiſſe ſponſalia clam & occulte, &
per teſtes probatur in præſentia plurium teſtium palā
& publice fuiſſe cōtracta, & eam traductam ad domū
ipſius Franciſci ſm conſuetudinem viduarum, non va
let cū proponatur veriſimile,eam ſtetiſſe publice tanq̃
vxorem. Cum itaque in vno conſtet, eos nō dixiſſe ve
rum,ſed erraſſe,ſatis etiam in aliis credi poſſunt erraſſe
quemadmodum non creditur teſti, quem in vno con
ſtat falſum dixiſſe.vt not.C.de tranſac.l.ſi ex falſis.& p
Innoc.de hær.c.fraternitatis.præcipue,cum per procu
4 ratores ſuos reuocauerint confeſſionem. Cumque† in
iſtis criminalibus vbi uenit imponenda pæna corpo-
ralis, non ſit ſimpliciter ſtandū confeſſioni, ſed iudex
de innocentia quærere debeat. de quæſti. l.j. §.ſi quis vl
tro. Apparet ipſos de clandeſtinitate falſum fuiſſe con
feſſos,& omnia indicia ſint,quod non doloſe fecerint,
quia palam, & interuenientibus patre & matre ipſius
Mafiæ,quorum conſenſus multum excuſat. de his qui
no.infa.l.j.in fi.aliiſque cōiunctis, quorum etiā præſen
tia ſuſpicionem tollit.C.de tranſa.l.tranſactionem. Ex
quibus omnibus non ſolum pæna adulterii,verum etiā
pæna antedictæ auth.excuſarentur.Præſertim cum ru
ſticitate palliari potuit, & ignorantia iuris,cum nec iu
re ciuili,tale matrimonium reperiatur prohibitum,vt
3 † & ratione oneris iniuncti declaratur cōceſſio dubia,vt ei proportionetur.vt de reg.iu.l.ſemper in ſtipulationibus.per gl.de re.du.l.1.& l.vtrū §.fin.ad Treb.l.quoſ.& l.ſe.quod & naturale eſt.de re.iu.l.ſecundum. Hi aūt domini vicarij tenentur ex fructibus &c.loca commiſſa cuſtodire,& onera ſupportare in totum,& præterea certum cenſum dare quæ quidem onera,vt experiētia docet,plerumque redditus excedunt,nec ulla ratio eſt cur magis ſalinas quàm alia regalia uoluerit excipere.ad l.aqui.l.illud.de ver.ob.l.a Titio. Præterea terminus acquiſitionis declaratur ex forma traditionis,vt tantum videatur conceſſum, quantum poſtea traditum eſt.pro empt.l.2.§.cum Sticum.& ibi Bart de ac.emp.l.& Titius hæres.Parique modo ex patientia, quæ titulo præcedente pro traditione cedit. C.de ac.poſ.l.2.facit quod no.ff.de rei ven.l.quædam mulier.Conſtat autem quòd præfati domini vicarij non autem eccleſia Romana abinde citra ſemper ſalinarum redditus habuerunt.Ad hoc etiam facit,quia ex ſequentibus declaratur animus in præcedentibus,ad maced.l.item § proinde.de priui.cre.l.ſi vētri.§.fi.& ex patientia longi temporis præſumitur conceſſio.vt legitur & not.de vſu.l.cum de in rem uerſo.de ſerui.l.ſeruitutes. C.communi di.l.pe.& de acqui.hære.l.qui in aliena.in prin.Nec in hoc poteſt prætendi ignorantia principi, qui & legatos in partibus illis ſolet mittere ſeu habere, cuius ſcientia ratione vicinitatis & notorietatis præſumitur, de uicinitate probatur de ſun.inſtru.l.ſi ita.in fi.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l.alium.extra de præſum.c.quoſdam & c.ſe.de notorietate.C.de peric.tu.l.ſi tutor,& qui ma.ac.poſ.c.cum in tua.& ſufficit ſecundū Bart.l.ſi publicanus.§.fi.ff.de publicanis.facit de dam.inſe.l.4.§.totiens.quod enim ſcit procurator,præſumitur domino notificatum,& ob eam cauſam ſufficit citatio ad domum procuratoris & ſimilium,quia præſumitur domino nunciatum, quamuis & uериſimile ſit principem,qui cum tanta diligentia hanc conceſſionē fecit,non ignoraſſe quæ concedebat, & quamquam cum onere conceſſerit, tamen ex præfatione meritorum,quibus mouetur, patet principalem cauſam fuiſſe beneficij.de hęre.inſti.l.fi.de tranſ.l.cum hi.quamuis & ipſe commodū ſentiret,quæ attendēda eſt,ſi cer.pe.l.rogaſti,et l.ſi quis nec cauſam,& de condi.inde.l.qui exceptionem.& ideo pleniſſime interpretādum, vt in iuribus præalle.præcipuè propter merita & excellentiam eorum, quibus fiebat conceſſio.de iudi.l.ſed etſi.ſuſcepit.§.ſed ſi proponas.de au.& ar.le.l.titiā.§.fi.& excellentiā concedentis, vt plene tangit Ioā.An.in d.ver.quæ autem.Quid plura,per locum à ſolitis,ex quo licet arguere,ſi cer.pe.l.certi condictio.§.ſi nummos.ne quid in loco pu.l.2.§.meritò,ſatis conſtat hos uicarios ſummi pontificis ac Imperatoris,quos multos per Italiam uidemus,huiuſmodi regalia plene habere.qđ etiam uoluit Barto.in ſuo tractatu de tiranno allegando dominum Clementem ſextum conſtituiſſe Tadeū de Pepulis uicarium in ciuitate Bononiæ, & dictum Charolum magnum imperatorem,alios in marchia.Illud etiam omittendum non eſt,quia etſi regalia principi reſeruata ſint quantum ad acquiſitionem quędam etiam ex eis ut uectigalia quantum ad nouam impoſitionem.C.noua uect.per totum.& d.c.ſuper quibuſdā.§.præterea.quantum tamen ad exactionem uectigaliū auctoritate principis, uel antiqua conſuetudine inductorum non habet locum principis reſeruatio,exiguntur enim,alias fiſci nomine locantur uenduntur,priuātur,ut in toto tit.pub & C.de uecti.& commiſ.Eodem modo, mulctæ, pęnæque & bona,quæ publicantur ex delicto, quæ regalia ſunt 10.coll.quæ ſint reg.non ſolum exiguntur, uerum etiā imponuntur per habentes merū imperium. Non eſt igiť dubitandū,redditus & exactiones ſalinarū & hæc uicario cōcedit, quāuis regalia ſint,& cum omne compendium in eos translatum ſit nulla ratio eſt cur hos redditus uoluerit ſibi reddi princeps magis,quàm aliorum regalium,ut ſupra,cum hi,ut præmiſſum eſt,uicarij domini utiliter facti ſunt,aut ſaltem uſufructuarij,& procuratores in rem ſuam, ut ſic differant a præſidibus alijs habentibus merum imperium ad utilitatem publicam & principis,non ad propriam,quitāquam ſimplices adminiſtratores omnia huiuſmodi compendia & regalia ad principis utilitatem exigunt & imponunt,ut in d.tit.quæ ſint rega.Sin autem ageretur de nouis uectigalibus imponendis

dis & redditibus nouis ſalinarum, tunc hæc eſſent rega-lia, quæ videri poſſent principi reſeruata per d. tit. C. de vecti. iuncta d. l. inter publica. de ver. ſig.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtator an poſſit in teſtamento præferre vnũ ex conſanguineis in bonis feudalibus debentibus venire in proximiores, & an conſuetudo poſſit mutare naturam feudi, & an in bonis feudalibus poſſint creditores teſtatoris ſibi ſatisfieri, & an talia bona computentur quantum eſt ad conſiderationem legitimæ filij vel filiæ.

SVMMARIVM.

1 *In feudis non attenditur ordinatio defuncti,*
2 *Conſuetudo quid in diſpoſitione feudorum operetur.*
3 *Generalis conſuetudo poteſt tolli per ſpecialem, & in materia feudorum.*
4 *Bona feudalia an poſſint in ſolutum creditoribus dari per hæredes in feudum non ſuccedentes.*

CONSILIVM CLXIII.

GVARNERIVS Deceſsit condito teſtamento, in quo inſtituit in medietate bonorum tam feudaliũ quàm non feudaliũ filium fratris patruelis præmortui excluſo fratre patruele viuo. In alia dimidia filiũ fratris patruelis inſtituit pro vna parte, pro alia verò parte duos ſuos amicos. Itẽ inſtituit filiã ſuam legitimam in minus, quàm ſit legitima. Item vult ſatisfieri creditoribus omnibus & in primis ſuis amitinis fratribus hæredibus inſtitutis. Item priuat filium fratris patruelis tota hæreditate, ſi voluerit diuidere bona feudalia, vel ſi in alijs contradixerint, quæ ſuperius teſtator diſpoſuerit. hæredes omnes hæreditatem adiuerunt cum beneficio inuentarij, & amitini teſtatoris creditores & hæredes obtinuerunt per ſententiã vt admitterentur in poſſeſsionem bonorum attingentium ſummã crediti ſui, à qua ſentẽtia appellauit filius fratris patruelis pmortui.

¶ Quæritur primò vtrum filius fratris patruelis admittatur ad bona feudalia tãquam hæres inſtitutus, an verò excludatur per fratrem patruelem viuentem.

¶ Secundo quæritur, poſito quòd non admittatur, vtrum de conſuetudine tanti temporis, cuius initij memoria nõ exiſtit, obtinere poſsit vel ſaltem decennio, cùm per ſententiam hoc obtentum ſit in iudicio.

¶ Tertiò vtrũ filia poſsit petere, vt creditoribus patris ſatisfiat ex bonis feudalibus, & vt ex bonis non feudalibus ſuppleatur legitima, cum vix ſufficiant pro legitima ſupplenda. ¶ Quartò vtrum priuetur tota hæreditate filius fratris patruelis præmortui, eo quòd appellauerit propter generalitatem pœnæ impoſitæ ſibi per teſtatorem.

¶ Ad primũ reſpondetur, quòd filius fratris patruelis præmortui non admittitur ad bona feudalia, ſed excluditur à fratre patruele viuente, qui eſt proximior
1 in gradu, † cum in feudis non attendatur ordinatio defuncti, ſed vocentur in gradu pximiores. x. coll. de ſuc. feu. c. ſequitur. in prin. & de gradi. ſuc. in feu. c. per ſucceſsionem. & de natura. ſuc. feu. c. ſucceſsionis. & hæc de primo ſufficiunt.

2 ¶ † Ad ſecundũ reſpondetur, quod conſuetudo temporis cuius initij memoria nõ exiſtit, aut ſaltẽ decennij bis obtenta p ſentẽtiã poterit facere, vt de feudo potuerit qs teſtari, & pferre vlteriorẽ in gradu, vt plene legit & no. de legi. l. de qbus. & C. eo. in rubrica. & l. 2. eo magis, qꝛ iſta iura feudalia à conſuetudine originem ſumpſerunt, & appellantur potius vſus, quàm ius feudorũ,
3 & ſic † vna cõſuetudo generalis tollitur per ſpecialem, de iuſti. & iu. l. omnes populi. cum ſua materia. de le. 3. l. vxorem. §. felicisſimo, & in regula generi. lib. 6. & hæc ſufficiant de ſecundo quæſito.

4 ¶ Ad tertium reſpondetur, † quòd filia non poteſt petere ſatisfieri creditoribus paternis de bonis feudalibus inſpecto iure communi, cùm vt in primo articulo dictum eſt, bona feudalia non ſpectent ad hæredes inſtitutos, ſed ad fratrem patruelem. Et dato quòd ſpectarent ad filium fratris patruelis tanquã proximiorẽ, non tenerẽtur de eis ſoluere creditoribus hæreditarijs confecto inuentario, quemadmodũ non tenerentur ſi repudiaſſet hæreditatem vt probatur. C. de iure delib. l. fina. §. in computatione. iuncto cap. ſi contigerit. an agna. vel filius. & c. x. coll. Suppoſita autem conſuetudine, de qua in ſecundo & proximo articulo dictũ eſt, conſiderandum eſt, quomodo conſuetudo ſe habeat, ſi. enim cõſuetudo habet quòd vaſallus poſsit de feudo diſponere cui velit & relinquere, idem iudicaretur de alijs bonis allodialibus, & debet creditoribus ſatisfieri etiam de illis, ſed ſi conſuetudo habet quòd poſsit teſtari ſolummodo inter agnatos, tũc filius fratris patruelis non diceretur habere ipſa bona feudalia à teſtatore, qui eum elegiſſet, nec teneretur eius creditoribus, vt in ſimili probatur de le. 2. l. vnũ ex familia. in princ. & hæc de tertio quæſito.

¶ Ad quartum reſpondetur, quòd filius fratris patruelis appellando & contradicendo, ne amitini mittantur in poſſeſsionẽ bonorum feudaliũ eo caſu, quo bona feudalia non teneantur creditoribus, vt in proximo quæſito dictum eſt, non venit priuandus hæreditate. cùm teſtator non potuerit adijcere pœnam diſponi ſuæ à lege prohibitæ, & ſic de iure impoſsibili. C. de his quæ pœ. no. l. 1. Inſti. de le. §. fi. Vbi autẽ de bonis feudalibus creditoribus ſatisfiendum foret, ſecundũ dicta in præcedenti quæſito, vel miſsio in poſſeſsionẽ fieret in bonis non feudalibus, tunc poſſet dictus filius fratris patruelis priuari, quia contradixiſſet his, quæ de iure teſtator diſpoſuiſſet, & accreſceret hæredibus portio ſua iure fideicommiſsi, non directo, per iura præall. & per Bar. de hære. inſti. l. paterfamilias. in fi. & per eundem de leg. 3. l. vxorem. §. hæres.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Feudatarius vel emphyteota non ſoluens cenſum an ipſo iure priuetur, an vero requiratur ſententia. & an talis pœna tranſeat ad hæredem feudatarij vel emphyteotæ maxime minorem, & qui in feudo non poteſt ſuccedere, niſi ſit ciuis originarius, cui incumbat onus probandi, & quando feudum eſt conceſſum vt fœminæ poſsint ſuccedere dummodo nubant ciui, an inducatur aliqua conditio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum pro cenſu non pro ſeruitio datum proprius emphyteuſis dicitur, quàm feudum.*
2 *Conſuetudo in materia feudali conſideranda potius eſt quàm ius ſcriptum.*
3 *Actio iniuriarum vel vindicta ſeu pœna non debet contra hæredes tranſire.*
4 *Contractus debent verbotenus obſeruari.*

CONSILIVM CLXIIII.

PRAELATVS Certæ eccleſiæ cũ conſenſu capituli & alijs ſolennitatibus debitis iam lõgisſimis tẽporibus inueſtiuit in feudũ perpetuũ & antiquũ B. & C. fratres de nobili parentela de quodã caſtro cum iuriſdictione & honorantijs ac poſſeſsionibus iacentibus in territorio dicti caſtri ampliſsimi valoris procenſu minimo vnius paris perdicum ſingulo anno in feſto Sancti Martini per ipſos nobiles & eorũ hæredes præſtando dicto prælato & eccleſiæ & cum pacto ſpeciali, quòd ipſi nobiles & ipſorum hæredes maſculi & fœminæ legitimè ab eis deſcendentes tantum, qui ſint & eſſe debeant Ciues Alexandriæ & diſtrictus & iuriſdictionis

dictionis ſi ipſius ciuitas. & q̄ mulieres ſint & eſſe de-
beant nuptæ & maritatæ in ciuitate ſupraſcripta, vel
eius diſtrictu, & qui mariti earum ſint & eſſe debeant
ciues de diſtrictu & iuriſdictione ciuitatis origine ha-
beant, teneant, gaudeant, & poſſideant &c. cum clau-
ſulis oportunis ſolitis &c. Poſteaque mortuis dictis no-
bilibus, qui in tempore longiſſimo dicta bona feuda-
lia tenuerunt, fuerunt per alium prælatum ſucceſſo-
rem inueſtiti de ipſo feudo cum ſimilibus pactis, quo-
rumque deſcendentiū vnus ex eis deceſſit relicto vno
filio maſculo & vna filia impuberibus, quique impubes
maſculus deceſſit in ætate pupillari, relicta eius ſorore
ſimiliter exiſtente in ætate minori & non maritata,
quæque poſtea viri potens facta nupſit cuidam ciui di-
ctæ ciuitatis & in dicta ciuitate commoranti, ſibique
in dotem tradidit ipſa bona feudalia & quæcunque
alia bona propria & fraterna inæſtimata, ſubſequen-
terq; apparet q alius nouus prælatus ab annis decē cir
tra vel circa qui in omnes maſculos & fœminas de-
ſcendentes ex præmiſſis nobilibus fecit inueſtituram
nouam de dicto feudo & bonis feudalibus, antiquam
& antiquos reuouando & confirmando ex certa parte
feudi prædicti. & bonorum feudalium quarta contin-
gente patri & fratri ipſius mulieris minoris, quique
prælatus videtur illam partem quartam cuidam alte-
rius progeniei titulo feudi contuliſſe, ipſa muliere mi-
nori inſcia & ignorante, ipſoque feudo paterno non
aliter iudicialiter priuata. Nouiſſime autem ipſe nouus
prælatus & habentes cauſam ab eo vidētur ipſi mulie-
ri & marito poſſeſſoribus partem bonorum feudaliū
contingentē patri & fratri ipſius mulieris quæſtionem
inferre, prætendentes partem prædictam tangentem
patri ipſius mulieris & fratri ad ipſum prælatum mul-
tipliciter deuolutā. Tum primo rōne cenſus non ſolu-
ti tam per ipſam mulierē, quàm per ſuos præceſſores,
quāuis de ipſo cenſu debito vi. s̄. appareant ſolutiones
in perſonam patris ann. 8. vel circa, & præcipue conti-
nuorum ac contiguorum morti patris ipſius minoris,
ac etiam poſt mortem patris appareant ſolutiones
de dicto cenſu facto nomine dictæ minoris & conſor-
tum de dicto feudo in duobus annis in duos annos, &
aliquæ continuo, & quamuis ſimiliter conſortibus ip-
ſius minoris dicti feudi nulla moleſtia inferatur reſpe-
ctu ſolutionis dicti cenſus nec aliquo alio reſpectu,
quinimmo ab ipſis recepit & recipit ſolutionem cen-
ſus pro earum portione contingentis, tum etiam quia
tempore mortis patris ſuperuiuebat frater qui illā ex-
cludere habuit. Tum quia tempore mortis fratris non
erat nupta & maritata, prout vidētur ſonare verba pa-
cti. Tum & quarto quia etſi nupſit ciui prædicto, nō ap-
paret, q fuerit & ſit ciuis originarius, vt ſimiliter verba
pacti videntur innuere. Et his ſic in facto ſuppoſitis,
primo & principaliter dubitatur, vtrū feudatarius ra-
tione cenſus non ſoluti cadat à feudo. Secundo etſi ca-
dat, an ipſo iure, an vero requiratur ſententia. Tertio
an ſolutiones factæ de dicto cenſu tam in perſonam
patris q ipſius dominæ & conſortiū, inter quas ſunt cō
feſſiones duæ de recepto videlicet anni 1409. & 1410.
factæ per canonicum reſidentem & proteſtantem fere
preſentare totum capitulum dictæ eccleſiæ & dicti præ
lati propter abſentiam dicti prælati, qui re vera in ſpa-
cio dictorum duorum ann. abſens fuit & ſtetit à dicta
ciuitate, & in quo temporis ſpacio ipſe canonicus bo-
na eccleſiæ ſolus adminiſtrauit.

¶ Secundo principaliter dubitatur, vtrum dicta mi-
nor per fratrem ſuum ſuperuiuentem tempore mortis
patris fuerit adeo excluſa à ſucceſſione bonorum feu-
dalium, vt poſtea mortuo fratre in pupillari ætate ſuc
cedere in dictis bonis non potuerit.

¶ Tertiò vtrū ipſa domina, eo q tēpore mortis pa-
tris & fratris nupta non erat, fuerit adeo excluſa, quod
poſtea nubendo primo loco ciui originario, iuxta for-
mam memorati pacti, in feudo prædicto ſuccedere
non potuerit. ¶ Quartò, quia ipſa nupſit ciui prædi-
cto commoranti in ciuitate prædicta, & eius mariti
patrem conſtat eſſe ciuem, licèt non originarium di-
ctæ ciuitatis, vtrum ipſis iugalibus conuentis incum-
bat onus probandi ipſum maritum eſſe originarium
ciuem, An vero ipſi prælato agenti & petenti ipſam
fore priuatam, ex eo quia contra formam pacti nupſit
in ciuem non apparentem originarium &c. ¶ Quia
pleniſſime ac accurate diſcuſſa omnia dubia ſunt ad-
eo, vt nihil quodammodo adijci poſſit, non multum
inſiſtam ſuperfluis allegationibus.

Sequendo igitur ordinem præcedentem circa primū
quòd ratione cenſus non ſoluti à feudo cecideri, vi-
detur expreſſum x. coll. quæ fuit prima cauſa benefi.
amit. §. ſed non eſt. vbi qui ſeruitium, pro quo benefi-
cium datum fuerit, recuſauit, beneficium amittit. & il
la reputatur inter iuſtiores cauſas amittendi. Eſt enim
verbum amittit, præſentis temporis, & ſic denotat ip-
ſo iure perdi. C. de ſa. ſan. ec. l. iubemus. §. ſane. & ibi no-
1 ta. Ad idem facit, quod † feudum hoc, quod pro cen-
ſu nō pro ſeruitio datur, potius emphyteoſi, quàm feu-
do comparatur ſecundū Bal. C. de oper. lib. l. liberti
circa finem. verſi. item not. q ſi inſtrumentū. Ad idem
facit, quòd feudum & emphyteoſi eiuſdem naturæ
ſint. vt not in d. auth. ingreſſi. & in Spe. de feu §. quoniā.
verſi xl. ad fi. ſicut ergo emphyteota ipſo iure cadit, ſic
etiā vaſallus. Nec videtur curandum de modicitate
cenſus. Nec enim eo minus res in commiſſum ca-
dit, vt plene legitur & not. C. de ſac. ſanc. eccleſijs. l. q rē.
præcipue cum in emphyteoſi minima penſio annua-
tim præſtanda veniat in ſignum recognitionis, potiuſ-
quàm in fructuum compenſatione, ſed à principio ſo-
let dari maior quātitas ſm Azo. in ſum. C. de iure em-
phy. & Bart. & alios. eo. tit. l. 1. Rurſum nec oblatio ſola
videtur ſufficere ad probandum ſolutionem in præ-
teritū, licèt ſufficeret ſolutio, & receptio. ¶ His tn̄ non
obſtantibus, & verior & iuſtior eſt diuerſa ſententia,
q̄ expreſſe tenet Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ.
octuageſimoquinto. & Io. And. ibi in 50. diſt. tacite vi-
detur approbare, & apparet ex eius prohemio, quia
2 † in feudis potius conſueduto, quàm ius ſcriptū inſpiciē
da eſt de feudi cognitione, iuncta l. de quibus. ff. de leg.
Nec huic contradicunt Hoſt in ſumma de loc ad fi. &
Io. And. in c. cōſtitutus de reli. do. nō enim loquunt̄ in
feudo, ſed in ēphyteoſi expreſſa vel tacita, eo enim q
cenſus ſoluit̄ ratione dominij eius, cui præſtat̄, vnde cō
tractus empphyteoticus, ſecus ſi nō præſtat̄ ratione do
minij, ſed in ſignū recognitionis, ut in d. c. cōſtitutus. &
hoc volunt iura per eos allegata. nā & Spe. idem dixit,
& verba Hoſti. formalia retulit in ver. 86. cū immedia
te de feudo dixiſſet. Nec huic obſtat quod dictū eſt, tale
feudū habere naturā emphyteoſis, q̄a hoc admitti pōt.
quantū ad ſucceſſionem, vt ſuccedat fœmina, vt dice-
tur in ſequentibus, & quantum ad ceſſandum à iuramē
to fidelitatis, eo q ceſſent rationes feudorū quæ pro ſer
uitio perſonali conceduntur, nō autē quantū ad hoc vt
ipſo iure priuetur pp̄ cenſum non ſolutū, vt expreſſe
determinat Spe. vbi s̄. qui de tali feudo loquit̄. Non ob-
ſtat etiā §. ſed nec eſt, quia ibi loquit̄ de reculante. & ſic
de interpellato. nec debet intelligi ipſo iure illa euiden
ti ratione, quæ ſupra notabiliter allegata eſt, quia. ſ. feu-
dararius ratione culpæ etiā in faciendo, quæ maior eſt,
nō priuat̄ ipſo iure, ſed per ſententiā, vt no. de pbi. feu.
alie. p Fride. §. callidis. Ex hoc ergo, q non eſſet ſolutus
cenſus per præceſſores mulieris, cùm dominus per hu-
iuſmodi culpā feudi non abſtulit, talis reuocatio non
extenditur contra hæredem, iuxta no. C. de reuo. don.
l. fina. per gloſſ. & extra eod cap. fin. & C. de inoffi. teſta.
l. omnimodo. quiſi. mo. feu. amit. in gloſſ. ſuper verſic.
concubuerit. & ita poteſt intelligi gloſſ. quæ fuerit pri-
ma cauſa benefi. amit. §. præterea. de prohi. alie. per
3 Frider. ca. inſuper &c. Actio † enim ad pœnā & ad vin-
dictam contra hæredem non tranſit. ſi quis caut. l. ſi
eum. §. iniuriarum. de in ius voc. l. pen. de pri. delic. l. pri
ma C. ne ex delic. defun. l. vna vū nec ſi meretricat̄, hæ-
redi

redi mulieris culpam obijcit,propter quam mulier do tem perdiderat,vel perdere debuerat.C.de adul.l.ſi.ff. ſolu.mat.l.rei iudicatæ.§ j.& quod ibi not. Ad hoc etiã facit ff de iure fiſci l.eius qui delatorem. Quinimmo 4
etiã ſi hic eſſet emphyteuſis, dubitari poſſet, an ex eo quod præceſſores ſui non ſoluiſſent,poſſet ipſa mulier excludi propter canonem non ſolutum,non cadit emphyteuta ipſo iure, ſed ita demum ſi dominus velit eũ expellere, ut not.ſi ager vecti.vel emphyte.l.2.& C.de iure emphy.l.ij.quinimmo plures exiſtimant etiam sẽ tentiam exigi. Cùm igitur illa conditio non extiterit in vita præceſſorum,hæc pœna,quæ nondum commiſſa erat,ſed veniebat cõmittenda,non debet ad hæredẽ tranſire,quemadmodum ſi veniret committenda per ſuiam a paritate rationis, & apparet ex iuribus præalleg. Amplius conſiderari poteſt,ꝙ cùm feudum hoc auitum & antiquum quamuis reuocatum in perſonam deſcendentium retineat originalem naturam.qui ſenda da.poſ§.cum uero cõrad. de duo.fra.de no.benefic. inueſti. §.1.etiã ſi poſtquam cecidiſſent a feudo facta eſſet inueſtitura,vt per Bar.ff.de ver.ob. l.ſi mihi & titio. & Bald.C. quando non pe.l.vnica,per prælatum, qui ab alijs pro tribus partibus cenſum recepit annis,ꝓximis præſumitur & in præteritum habuiſſe.per no. in l.2.C.de iure emphy.quod quidem eſſe non potuit ꝓ parte,cùm non ſufficiat vni hæredi partem ſuam ſoluere ad euitandam pœnam,& vnius ſolutio videatur facta etiam pro alio, ut legitur & not. ff. cõi diui.l.cõi. diuidundo.per Guil.de pig.ac.l.ſi neceſſarias.§.ſi vnus. per Bar. de publi.l.fraudati. quos etiã inueſtiuit cõfirmando antiquam inueſtituram, ut proponitur. Præterea ſiue etiam pro parte præceſſorum ipſius mulieris eſſet ſolutum ruſum oblationes ſæpius factæ morã purgare debuerunt,ut ſupra bene allegatum eſt. Porro ip ſi mulieri non obſtat,quod canonem non ſoluerit,vel propter abſentiam prælati, cui debebat ſolui.ar.ff. de vſu.l.pecuniæ.in fi.& quod not.de conſti.pe.l.item illa, vel ratione ætatis ſaltem beneficio reſtitutionis.

¶Circa ſecundum. Breuiter vt ſupradictũ eſt, cùm hoc feudum ad certum ſeruitium explicabile per mulierẽ datũ ſit mulier ipſa dẽt ſuccedere, ſecundum Ia. de Bel.& Bal.in tit.epiſcopum,vel abbatem.verſi.quan do et.& hoc ſentit Cy.in præalleg.auth.ingreſſi.& Bal. in d.§.libellorum.& d.l.liberti.& hoc argumento ſum pto a nomine legis,nõ ſuccedit enim mulier in feudo, quia non poteſt ſeruitia præſtare,ut no.qui feu.da. poſ. §.hoc autem notandum,quæ ratio ceſſat hoc caſu.

¶Circa tertium pro parte affirmatiua facit,quia de monſtratio eſt incertæ perſonæ ex futuro euentu declarandæ.de au.& arg.leg.l.ſcribit.§.ſi de leg.1.l.ſtichũ. vocantur ergo mulieres illæ quæ nuptæ reperientur ci uibus originarijs. hæc autem conditio & demonſtratio debet intelligi.de nu. tempore mortis & tempore ſucceſſionis in feudo,vt ſupra bene allegatũ eſt,& videtur probari. de regu. cato.l.2 facit de leg.ij l.omnia. §. ij.cum glo. Tamen veriorem puto diuerſam ſententiã. Primo quia eſto ſine præiudicio veritatis, quod verba illa,quæ ſint & eſſe debeant nuptæ &c. cõditionem faciant & demonſtrationem in futurum, nõ tamen sũt reſtringenda ad tempus mortis immo ſm regulas cõ munes,cum iſta conditio nõ ſit determinata reſpectu certi tẽporis,ſufficit quãdocunque impleri. C. de inſti. vel ſubſti.l.ante pe.quando dies.leg.ce.l.cum vxori. legitur & no.ff.ad treb.l.ex facto,§.pe.præcipue ꝑ Iac.de Are.facit de condi.& demon.l.hæc conditio.de vulg. & pup. l. in ſubſtitutione.in prin.& per Bar. de vulga. & pup.l.ex facto in principio. Nec obſtat §.proximus. quoniam verba legis duodecim tabularum vocantis proximos ſe referebant ad tempus, quo quis teſtatus deceſſit.ut patet in d.§.proximo.iuncto Inſti.de hære. ab inteſt.facit de liũ.& poſth.l.ſi quis poſthumos.§.ſi ſi lium.de ver.ſig.l.pronunciatio.§.familiæ. Hic autem uerba illa,quæ nuptæ ſint, reſpiciunt futura & indeterminata, habeant, teneant,gaudeant,&c. Non ob. etiã l.ij.de regula.eo quia illa lex ibi ſuppletur per glo. & doctores quod addiderit teſtator me viuo alias ſufficeret quandocunque impleri,& maxime cum hic loquatur in contractu †vbi non eſt a forma verborum recceden dum.de verbo.obligation.l.quicquid aſtringendæ, & potius fienda interpetratio contra eum, qui potuit apertius legem dicere. ff. de pact. l. veteribus. cum materia ſua. Cæterum probabilius dici poteſt huiuſmodi verba non ſuſpendere, ſed potius quandam determinationem ſeu diſpoſitionem adieciſſe. Nam inueſtitura cum præceſſerit pro ſe & hæredibus ſuis,quæ vt iam dictum eſt, in huiuſmodi feudo mulieres comple ctitur,poſtea per modum pacti adij citur & declaratio nis, quod mulieres illæ nuptæ &c.Vnde hæc verba nõ ſupponunt conditionem quantum ad ſucceſſionem feudi,vt probatur C.quando di.le.ce.l.ex his, & ibi no. de leg. 1. l.qui teſtamẽto. nec propterea dicendum eſt, quod ſaltem executionem ipſius feudi differant & ſuſpendant per d.l.ex his. Nam ibi verba expreſſim ſuſpendebant executionem legis, hic quandam indeterminatam neceſſitatem videntur imponere mulieri, vt ſint & eſſe debeant nuptæ. Nec propterea requirit, quod eo tempore quo habere debẽt,nuptæ ſint,ſen ſus, eſt enim, quod mulieres habeant & teneant, quæ mulieres ſint, & eſſe debeant nuptæ &c. Vnde ſufficit quandocunque verificari. vt in iuribus præalle. & per ea quæ not.de preci.impera.offe.l.vniuerſis.quinimmo rectius hæc verba intellig enda ſunt,ſint & eſſe debeãt nuptæ.ſ.ſi quando nubere voluerint,vt ſic eas, quæ extra iuriſdictionem nupſerint,voluerit excludere.ar.ff. de hære.inſti.l.ij.C.de inſti. & ſubſti.l.pen ff de ꝯdi. inſti.l.qui ex fratribus, & hæc eo veriſimilius ex mente cõtrahentium colliguntur, ꝙ vt bene allegatum eſt, non ſit veriſimile,mulieres,nõ nubiles tempore mortis excludi,foret quippe abſurdum in huiuſmodi ſucceſſionibus eas fore deterioris cõditionis iam nuptis, & cum iam probatum eſt ꝙ huiuſmodi pactum nõ faciat ſucceſſionem mulierum conditionalem, ſed potius eis modum nubendi addicat, quod maxime indicat verbum debeant, quod neceſſitatem potius quàm conditionem importat, recte apparet ꝙ huiuſmodi onus nubendi quandocunque impleri poteſt, faciunt no.ꝑBar.de vulg.& pu.l.ex facto.in pri.n.& ꝙ leg.& no. in ꝑa.l. vniuerſis.C.de preci. ĩper.of. &c.de hoc tertio.

¶Circa vltimum cùm in præcedenti articulo iam concluſum ſit mulieres etiam priuſquam nubant vocari.& ſic a beneficio iam obtento eo quod extra iuriſdictionem nupſerint, petentur excludi, indubitatũ relinquitur agenti incumbere onus probandi C. de ꝓ feſ.& medi.l.ij.facit de ſer. expor.l.ſi uenditor. & no. ꝑ Cy.de proba.l.actor.eo ſi magis quod hic agitur de pœ na.ſ.de amiſſione beneficij iam quæſiti.at.C.de peti.hæ re.l.ij.& quod no.Bar. in præalleg.l.non ſolum.§.ſed vt probari.nec iſta negatiua improbabilis eſt, cùm inclin dar in ſe affirmationem , maritum. ſ. eſſe alterius loci originarium origine propria,quia de paterna conſtare dicitur,iuxta ea quæ plene traduntur.C. de proba.l. actor.& de codicil.l.ne codicillos.

¶Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis.

SVMMARIVM.

1 *Filius tanquam hæres patris accipiens rẽ ab eccleſia in emphyteuſim tanquam eccleſiæ ſpectantem,cum re vera non eſſet eccleſiæ,ſed propria ipſius filij,an eccleſia ſit acquiſitum aliquod ius per talẽ inueſtiturã tã reſpectu dominij quàm poſſeſſionis.*

CONSILIVM CLXV.

GASPAR quondam Iacobi de Cornedo vnà cum ſer Facio Galuano, & Antonio inueſtituram feudalem petijt, & obtinuit a domino vicario Reuerẽdi in Chriſto patris domini Domini epĩ Vincentini omnium terrarum poſ.& decimarum earũdẽ infraſcripta

rum quas olim dominus Peregrinus de Cornedo recognoſcebat ab epiſcopatu Vincentino iure ſeudi primo videlicet terrarum & poſſeſſionem poſitarum in villa & pertinentijs de gñauenta, quæ fuere quondam Iaco. de Caſtel. Gamberto. Item de ſeudo &c. prout conſtat in inſtrumēto confecto per Hieronymum de poſtilla notarium in 1382. Auguſti, per hæc apparet, quòd terræ etiam poſitæ in villa, & pertinentis de gñauenta, quæ fuere dicti quondam Iacobi, reuera erant propriæ & allodiales dicti domini Iacobi per dictum dominum Peregrinum, non autem curiales ſicque pleno iure deuenerunt in dictum Gaſparem filiū, & hæredem dicti domini Peregrini. Quæritur an per huiuſmodi inueſtituram effectæ ſint directæ res feudales, & aliquod ius ſit quæſitū pro dicto epiſcopatu Vin
1 centino. ¶ Et reſpondetur ſine diſputatione, † quia res clara eſt talem inueſtituram nihil valuiſſe, nec aliqđ ius dominij nec etiam poſſeſſionis ciuilis quæſitum eſt epiſcopatui. Nam præſumitur, Gaſparem per huiuſmodi inueſtituram errorem accepiſſe, cum non ſit veriſimile, ſcienter eum voluiſſe proprium diminuere, & donare, arg. ff. de proba. l. cum de in debito. præſumitur enim erronea confeſſio dominum Peregrinum recognoſcere ab epiſcopatu, eo quod apparet confeſſionē eſſe falſam, eo ꝙ quia iſta confeſſio eſt in facto alieno, in quo facile præſumitur ignorantia, & quia ſucceſſit in locum patris, unde probabilē habet ignorantiam, & tractat de damno uitādo iuxta ea, quæ habentur. C. de iur. & fac. igno. l. ſi poſt diuiſionē. ff. de no ua. l. ſiquis delegauerit. pro ſuo l. fi. de reg. iur. l. qui in alterius. & per Bar. plene de confeſ. l. 2. Non valuit ergo huiuſmodi inueſtitura de re propria inueſtiri ignorantia nec vllum ius quæſiuit eccleſiæ. C. loca. l. qui rem. & l. ad probationem. ff. depoſiti. l. qui rem. & de vſuca. l. ſi a quo. de acqui. poſ. l. ſi aliquam. de regu. iur. l. neque pignus. Quinimmo dubiū eſſet ſi dictus Gaſpar ſciuiſſet rem eſſe ſuam, quamuis contrarium præſumatur ut prædixi, cùm dominium non perdidiſſet, nec fuiſſet quæſitum eccleſiæ cum ipſarum rerum inueſtituram accepiſſet tanquam rerum antea feudalium eccleſiæ, non tanquam propriarum, vt apparet ex tenore inueſtituræ. immo etſi ſimiliter accepiſſet inueſtituram, non intelligeretur tanquam de rebus proprijs, ſed tanquam de rebus alienis, dato quod ſciſſet ſuas, niſi aliud probaretur ſecundum Barto. in d. l. ſi aliquam. cùm enim quis conduxit, vel precario rogauit, & eodem modo in emphyteuſim, vel ſeudum accepit rem ſuam, tanquam alienam, licèt ſciſſet ſuam, non perdit nec transfert dominium, & contractus redditur nullus. de poſſeſſione, an perdatur vel non, eſt aliqualis varietas, ut in d. l. ſi aliquam. & ibi per glo. ſuper verſicu. quaſi non meam. & glo. fi. & ibi plene per doc. in d. l. ei à quo. & plene per Cy. in d. l. qui rē. & l. ad probationem, & ſiquis recte inſpexit. Caſus eſt apertus in d. l. ſi aliquam. vbi iuriſconſultus eo caſu vult valere contractum, & aliquid operari, cùm dominus ſciens rem ſuam ſpecialiter reſpectu ſolius poſſeſſionis eam conduxit, vel precario rogauit. Alijs autem omnibus caſibus innuit nihil operari, quod multipliciter probaretur ſi eſſet expediens, & hoc ad propoſitum determinat Barto. in d. l. ſi aliquam. dicens quòd cùm quidam nobilis recipiſſet in emphyteuſim certum podere, vel ab abbate cuiuſdam monaſterij, & poſtea illud podere reperiretur antea fuiſſe proprium ipſius nobilis, talis emphyteuſis nihil valuit, nec vllum ius quæſiuit eccleſiæ. Ideo potuit dictus nobilis pro libito voluntatis alienare eccleſia irrequiſita, dicens ſe ita cōſuluiſſe & omnes doct. Peruſinos cum eo. vnde me vlterius I rationibus allegandis non extendo.

¶ Et ita conſuluimus Ego Raphael de Raymundis & etiam ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Pater recipiendo feudum vel emphyteuſim pro ſe & filiis, an videatur recipere pro filiis vt filiis, an etiā vt hæredibus, & an maſculinum concipiat fœmininū. & an pater poſſit præiudicare filiis teſtando, vel aliter diſponēdo de dicta re.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis ſimpliciter conceſſa tranſire ad hæredes ſucceſſiue.*
2 *Bona, quæ tranſire poſſunt ad filium vt filium, & vt hæredem debent ex præſumpta voluntate patris tranſire ad filium ordine ſucceſſiuo.*

CONSILIVM CLXVI.

VISA copia teſtamenti Nicolai quondam ſer Iacobi Lau. de vrbano, q vt dicit̄ in emphyteuſim obtinuit pro filijs, & ſuis nepotibus a domino epiſcopo quaſdā res, quas prius habuerat genitor ſuus iure emptionis, non tamē fuerat inueſtitutus, nec canonem ſoluerat, & eodem modo obtinuit alia bona exphyteutica, quorum emphyteuſis prius fuerat in perſona quorundam attinentium ſuorum ex linea materna, & finita erat, quæritur an in filiam ſeu filias dicti Nicolai inſtitutas in certa quantitate, an verò in hæredes vniuerſaliter inſtitutos fieri debeat nonario & Inueſtitura. Vbi tria inueſtigari poſſent. An appellatione filiorum & nepotum comprehendantur filiæ, & neptes, & ſic maſculinum cōcipiat fœmininum. Vbi licèt communiter dici ſoleat, quòd prolatum ab homine in materia fauorabili comprehendat fœmininum ſecus in materia odioſa, tamē Guid. de Suz. ff. de iuriſd. om. iu. l. ſiquis id quod. quem refert & ſequitur Arc. 17. quæſt. 4. c. ſiquis ſuadēte, ad quem etiā remittit Io. And. in Spe. de diſpu. & alleg. §. poſt hæc. ver. vel ibi maſculinum. vbi dicit quod in contractibus maſculinum non comprehendit fœmininum, cum in eis non fiat ita plena interpretatio, quemadmodum in teſtis, ſed imputandum ſit ei in cuius fauorem fit contractus, cur legem apertius non dixit. de pac. l. veteribus. & ibi no. hoc in præſentiarum poteſt ea ratione iuuari, cum cōtractus emphyteuticus ſit ſtricti iure, cum actio competēs nō contineatur in §. actionum. Inſti. de acu. Contractus autem ſtricti iuris non recipiunt interpretationem extenſiuam quemadmodum nec ſtatuta. de ver. ob. l. quicquid aſtringendæ. & l. ſi mihi & titio. §. fi. & in eis nor. Cum itaque maſculinum non comprehendat fœmininū de proprio ſignificato, ſed interpretationem extenſiuam, & ideo non habet locum extenſio in ſtatutis ſecundum Dyn. & Barto. de verb. ſig. l. j. ſequitur ꝙ nec in contractu ſtricti iuris, ſi tamē hæc opi. & auctoritate & ratione prædictis ad ſtatuta minus forſitā dura videatur. Occurrit ſecūda cōſideratio videlicet ꝙ Nicolaus accipiendo emphyteuſim pro ſe filiis, & nepotibus, intelligatur pro ſe, filiis nepotibus & hæredibus, licèt Barto de oper. lib. l. ut iuriſiurandi. de verb. ob. l. qđ dicitur & Bal. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. liberti. C. de oper. li. videantur velle contrariū, quorum opinio vr̄ confundi per rationem & regulam
1 ab ipſiſmet approbatam. Nam conſtat † emphyteuſim acceptā ſimpliciter conceſſam tranſire ad filios & hæredes. in Auth. de non ali. §. emphyteuſim. colla. 2. ibi & i duobus eiuſdē pſonæ hæredibus deinceps filijs &c. & ita Barto. allegabat dictum § in d. l. vt iuriſiuran. hoc
1 ſaltem conſtat ſecundum eum ibi, & Bald. in d. l. liberti, poſſe ita concedi emphyteuſim eccleſiaſticā, vt tranſeat ad filios, & deſcendentes, ita demum ſi ſint hæredes. Cùm igitur potuerit pater accipere emphyteuſim pro filijs & nepotibus vt hæredibus, dato ēt quòd potuerit accipere pro filiis vt filijs tātum, potius creditur conſuluiſſe filiis & hæredibus, quàm vt filiis ſm not. gl. & doc. de pac. l. ſi tibi. §. pactus. & Barto. in d. l. quod
2 dicitur. vbi dicitur quod † in his quæ poſſunt pertinere ad filium vt hæredem, & ad filium, præſumitur pater prouidere filio & hæreditati in his, in quibus prouideret ēt ſibi vt intelligat̄ ordine ſucceſſorio. Nec ob. l. qđcunque

cunque.§.2.de verb.ob. vbi pater ſtipulando filio poſt
mortem non videtur ſtipulari filio vt hæredi, cùm nũ-
quam patri fuit quæſitum Erraſſe igitur videtur Bart.
dicens in emphyteuſi, eccleſiaſtica patrem accipientẽ
pro ſe & filio, intelligi accipere & ſtipulari filio vt filio,
cùm non tranſeat ad extraneos hæredes, debet videri
prouiſum filio ut filio, cùm.n.poſſet prouideri, vt hære
di, & ꝙ emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter accepta
tranſeat ad filios vt hæredes, videtur velle Iac.de Bel.in
d.§.emphyteuſim. & Bald.in 10.col.an.agri.vec. ad qđ
etiam facit, ꝙ ſi Intelligeretur conſuluiſſe filiis, quærẽ
ſolum vtilis, per d.l.quodcunque.§.ſiquis ita.Si vero vt
hæredibus, quæreretur directum ius & directa actio. &
ideo debet potius intelligi, vt valeat iure directo, quàm
vtili.argu.ſi ager vec.l.1. §.qui in perpetuum, & per gl.
de excep.rei iudic.l.ſi mater. §. eandem. ſi ergo filijs vt
hæredibus videtur conſultum, non vocabitur filia in-
ſtituta in certa quantitate, licèt Barto. in d. l. iuriſiur.
ꝯtrarium velit, quem Bal.reprehẽdit in d.l. liberti.etſi
bene inſpiciantur rationes, loquitur in acceptis pro fi
liis vt filijs, non hæredibus &c. Tertia ꝯſideratio eſt, po
ſito quòd filiæ contineantur appellatione filiorum, &
intelligatur prouiſum filijs vt filijs. An potuerit pater
excludere filiam, vbi Barto.voluit quod non in ſæpedi
cta l.iuſiuran. Bald. verò contra in authen. ſi quas rui-
nas.verſicu. iuxta hoc quæro.Pro cuius Bald.ſententia
videtur l 3.de ſer. expor. & ipſemet Bart. videtur hoc
velle.de ver. ob.l. qui Romæ.§. Flauius. Nam cùm ex
æquitate ex ꝯtractu patris volentis filio donare quęra-
tur vtilis, ex ęquitate illa vtilis poteſt tolli volũtate do-
natoris, per d.l.3.de ſer.expor. & ita limitat Bart.l.quo
tiens.C.de do.quæ ſub modo.Conſtat autem patrem
non voluiſſe ad filium tranſire, ſed ad hæredes inſtitu-
tos, cum in inſtitutione etiam expreſſerit bona em-
phyteutica, & licẽtiã de eis diſponendi impetrauit. Et
ſi diceret ẽt ſi filiæ non comprehẽderentur, tñ deficien
tibus maſculis debuiſſe eis concedi, & iniuriam eſſe ſi
non concedatur.ar.de aqua quott. & æſti. l.1.§. permit-
titur. & ibi Barto. hoc colligitur, per præſentiam & vo
luntatem patris, ut maxime dictum eſt, potius fauẽdũ
eſſe voluntati patris quàm filiarum. de inoffi.teſta. l. ſi
pars. & præcipue ut conſeruetur agnatio & ordo fami
liarum. de uen. inſpi.l.1.§.fi. Ex his omnibus, vel ſaltem
quibuſdam potius videtur fienda renouatio in perſo-
nam hæredum inſtitutorum & agnatorum, quàm filiæ
& filiarũ, cùm etſi dicti hæredes ex forma inueſtituræ
non ſuccederent, tamen teſtatori fuit commiſſa licen
tia diſponendi de dictis bonis.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Feudatarius Ingrediens religionem aliquam ſiue
repudians rem feudalem an poſſit præiudicare proxi-
mioribus agnatis, ad quos debet deuolui feudum, &
an fructuum ſequeſtratio fieri poſſit iudicio pendente.

SVMMARIVM.

1 Feudatario religionem intrante ad quem deuoluetur feudum.
2 Sequeſtratio fructuum quando fieri poſſit.

CONSILIVM CLXVII.

IOSEPH & Antonius inueſtiti fuerunt
a domino epiſcopo Veron.de feudo ho-
norabili & auito pro ſe & hęredibus ſuis
vtriuſque ſexus, mortuo Ioſeph Ioannes
vnicus filius iueſtitus fuit de feudo pater-
no, pariter & mortuo Antonio Falconeta eius vnica fi
lia inueſtita fuit de dicto feudo, poſtea Ioannes carens
prole volens religionem ingredi, cum haberet vxorẽ
obtenta diſpenſatione communi conſenſu ingreſſus
eſt monaſterium ſancti Leonardi, in quo ſunt canoni-
ci regulares. & vxor ingreſſa eſt monaſterium monia
lium iam anno exacto. In quo loco ſancti Leonardi
exiſtens idem Ioannes partem ſuam feudi cuidam ex
traneo cõſenſu domini epiſcopi alienauit, ſiue in ma
nibus domini epiſcopi, ut eum inueſtiret prout ſequũ
tum eſt, renunciauit. Prædicta Falconeta petit dictam
partem feudi quaſi ad ſe reuerſam, cùm ex forma in-
ueſtituræ antiquæ & ex conſuetudine curiæ Veron. ip-
ſa in feudo paterno ſucceſſit pariter cum domino Ioã
ne. Quæritur quid iuris. Item an Falconeta admitti
debeat ad poſſeſſionem & fructuum perceptionẽ non
obſtante inueſtitura extranei, vel ſaltem debeat fieri
ſequeſtratio poſſeſſionis & fructuum &c.

¶ Cùm proponitur Falconetam cõſuetudinario iu-
re in feudo ſucceſſiſſe, quamuis Ioannes frater patrue-
lis extaret, non expedit in dubium reuocare. An extan
tibus maſculis filia potuerit in feudo ſuccedere, cùm
in feudis diuerſimode ſecundum diuerſas regionum
conſuetudines iudicandum ſit.1 a.diſt.c.illud.ff de lega.
l.de quibus & 10 collat.de feud.cog.c.obertus.de orio.
Reſtat ergo ſolum videre, an hoc feudum finitum per
ingreſſum alienatis ſiue per repudiationem ad ipſam
Falconetam velut proximiorem agnatam reuerſum
ſit. Vbi concluſiue dicendum, ꝙ ſi votum profeſſionis
emiſſit expreſſe aut etiã tacite, qđ ex lapſu anni præſu-
mitur vbi habitum tulerit canonicorum ab habitu ꝓ
feſſorum patenter diſtinctum, & aliud proteſtatus fue
rit de regula cle. ſuper eo, & eod.tit.ca.1. lib.6. hoc ipſo
feudum amiſit, & ad agnatos, & ſic ad ipſam Falcone-
tam reddit, quemadmodũ per mortẽ.10.coll.ſi de feu.
defun.ꝯtentio.c.qui clericus & de milit.vaſal.qui arm.
1 bel.c.miles.& plene per Bal. in d.c.clericus.Sed q a † ꝓ
ponitur renunciatio ſiue alienatio ſi illa manaſſet poſt
profeſſionem prędictã nihil operaretur, cum vt præ-
miſſum eſt, per profeſſionem ipſo iure cecidiſſet a feu-
do. Sin autem antea, ſunt opiniones variæ ſiue an vaſal
lo repudiãte feudum anitum in manibus domini ſine
cõſenſu proximorum agnatorum, vel alienãte ſtatim
reuertatur ad agnatos proximiores. In hoc tamẽ om-
nes concordant, vt quamuis repudiatio, vel alienatio
teneat, non tamen amplius duret in præiudiciũ agna-
torum, qua non facta feudum remanſiſſet apud ipſũ
alienantem, uel repudiantem.arg. de leg.2.l.peto. §.ꝓ-
dium.de pigno.l.lex vectigal.& legitur & not. de alie.
feu.pater.c alienatio.per glo.& Bal.& alios.de ſuc. feu.
c.ſequitur.ubi glo.plene tangit de alienatione, quali-
ter olim.feu. po.alic.c.eſt autem.§.porro.quæ fuit cau
ſa benefi.amit. c.poſtea autẽ. & §.fi.li de feu.defun. cõ
tentio.c.titius filios & ſi val.feu.pri.c.vaſalli.& in mul-
tis aliis iuribus. Cùm igitur per profeſſionem ſæpe di-
ctam feudum ad Falconetam rediturum fuiſſet, eodẽ
modo redibit præcedente alienatione, cùm & plu-
les in hac opinione fuerint, ex ipſa alienatione con-
ſenſu domini, vel ſine repudiatione ad agnatos reuer
ti illico. Ad hoc etiam facit, qui ahuiuſmodi aliena-
tio ſiue repudiatio in fraudem Falconetæ, ad quam
debebat reuerti per ingreſſum, facile proceſſiſſe vide-
tur, cum proceſſerit poſt habitum aſſumptum, & fir-
mam intentionem profitendi. argum. optimum.ſo.
matr. l.filiæ, & videtur expreſſum de renun. cap. 2.
lib.6.ibi vel aliud eminebat, & ſic non debet præiudi-
care eidem Falconetæ.ut dictis iuribus. Poſſet etiã cõ
ſiderari, quia proponitur obtentam diſpenſationem
per vigilesa domino epiſcopo ingrediendi religionẽ,
& præterea dicitur eum admiſiſſe diuortium inter
eos, nunquid in hoc ipſi voluiſſent, cùm aliter non de-
buiſſet diuortium admitti, vt ſaltem ipſa vxor profeſſa
foret, ita vt & ipſe Ioannes, dato quod profeſſus non
eſſet, cogeretur profiteri, ſecundum ea. quæ habentur
de conuer.coniu.c.cum ſcis.& c.ad apoſtolicam, cum
ſim.multis &c.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ ſi extraneus poſſeſ-
ſionẽ adeptus eſt, quam videtur adipiſci ꝑ inueſtiturã,
ſequuta apprehẽſione ꝑ ſnn.de ꝯſue.c.ex lrs, nõ debet

priuari emptor poſſeſſione ſua ſine ordine iudiciario.
C. vnde vi. l. meminerint. & l. ſeq. niſi fortan tẽpore in-
ueſtituræ res fuiſſet litigioſa, quo caſu perinde procedẽ
dum eſſet in primo iudicio, ac ſi non fuiſſet translata
2 poſſeſſio. C. de liti. l. 1. & fi. † Sequeſtratio autem fructuũ
non debet fieri, niſi timeatur rixa, vel alia iuſta cauſa
ſubſit, ut no. in l. 1. C. de prohib. ſequeſtr.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Filius legitimatus ad feudũ, an in eo ſuccedat, &
an Papa poſſit legitimare filium laici in terris imperij,
& an in legitimatione requiratur citatio agnatorum,
vel quorum poſſit intereſſe ſaltem ratione ſpei, & an
ſufficiat clauſula generalis non obſtantibus quibuſcun
que legibus, & an legitimatio valeat ſi non fiat mẽtio
de partium conuentione, ſi qua ſubeſt.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non debet ſine iuſta cauſa iuri gentium contrauenire.*
2 *Papa non poteſt legitimare ad iuris ſecularis derogationem, vel iniuriam.*
3 *Princeps poteſt illegitime natos ad feudi ſucceſſionem ſpecialiter habilitare.*
4 *Summus Pontifex quantam habeat poteſtatem in materia diſpẽſationis.*
5 *Conditio adiecta diſpoſitioni intelligenda eſt ſecundum naturã diſpoſitionis.*
6 *Citatio an & quando in legitimationibus ſit neceſſaria.*

CONSILIVM CLXVIII.

REVERENDVS Pater dominus epiſco
pus Vincentinus inueſtiuit quendam B. de
quadã portione feudi ad ſe deuolutã pro
ſe & hæredibus ſuis legitimis vtriuſque ſe-
xus, vt extantibus maſculis fœminæ non
ſuccedant, ſed maſculis deficientibus admittãtur, hoc
pacto, ut ipſo B. decedente ſine liberis legitimis, & natu
ralibus dictum feudum reuertatur in ipſum epiſcopũ,
& ſucceſſores, nulla ex p̃cedentibus inueſtituris obſtã-
te, ſed hæc ſolũ pro noua & nouiſſima inueſtitura repu
tatur &c. Deinde idem B. renunciauit medietatem di-
cti feudi ſui in manu, ſcilicet præfati domini vt S. inue-
ſtiatur de dicta medietate &c. Sed dominus epiſcopus
inueſtiuit de medietate dicti feudi S. & ipſum B. pro
indiuiſo de alia medietate pro ſe & hæredibus ſuis, tã
maſculis, quàm fœminis, ita ꝙ ſuperuiuẽtibus maſcu-
lis legitime deſcẽdẽtibus, ad fœminas non trãſeat, ſed
maſculis deficiẽtibus, fœminis acquiratur, & vno iſto-
rũ vaſalorum decedente ſine filijs, vt dictum eſt, alter
ſuperuiuens ſuccedat. Poſt hæc piæ recordationis Ale
xander. V. ad ſupplicationem P. filij dicti S. de medieta
te feudi, vt S. inueſtiti illegitime nati ex dicto S. coniu-
gato & ſoluta, & ad ſupplicationẽ dicti S. patris diſpen
ſauit, ut non obſtante prædicto defectu natalium, cõſti
tutionibus, capitulis, legibus Imperialibꝰ, ſtatutis mu-
nicipalibus, & alijs quibuſcunque contrarijs dictus P.
libere & licite ſuccedere valeat in quibuſcunque bo-
nis feudalibus duntaxat, quæ idem S. genitor ab eccle-
ſia Vincen. in feudum tenet, etiam cũ præiudicio illo-
rum, qui in huiuſmodi feudis debebãt de iure ſuccede
re, ſi dictus B. genitor decederet, quibus in hoc voluit
ſpecialiter derogare, perinde ac ſi legitimo matrimo-
nio procreatus eſſet, vt in eius literis plenius contine-
tur. Nouiſſime ẽt ſanctiſſimꝰ dominus Martinus Papa
præſens ad ſupplicationẽ dictorum S. genitoris & P. fi
lij mentionem facientem in diſpẽſatione domini Ale-
xandri ratam habuit, & confirmauit prædictam diſpẽ
ſationem non obſtãtibus omnibus illis, quę dictus Ale-
xander non obſtare voluit cæteris contrarijs quibuſcũ
que, ut in eius literis plenius ↄtinetur. Quæritur nũc
an ſæpe dictus P. virtute literarũ diſpenſationis, & cõ-
firmationis apoſtolicarum poſſit in huiuſmodi feudo
paterno ſuccedere, non obſtantibus inueſtituris de qui-
bus ſupradictum eſt &c.
¶ Cum conſtat ſpurios huiuſmodi patri non ſucce-
dere. in Auth. qui mo. na. effi. ſui. § fi. coll. 7 & C. de in
ceſt. nup. auth. ex complexu, & quod etiam fortius eſt
in hmõi feudis etiam legitimatis nõ ſuccedũt, ſi de feu-
defun. fue. cont. c. naturales. collat. 10. Recte q̃ritur, an
ſępe dictus P. virtute diſpenſationis, & confirmationis
apoſtolicarum poſſit in feudo paterno ſuccedere, &
videtur, ꝙ non, primo ex eo ꝙ ipſe ſit laicus, & in ter-
ris Imperij non potuit per ſummũ Pontificem legiti-
mari, ſm ea, quæ plene habentur, qui fi. ſint leg. cap per
venerabile. & per Bal. C. de iure annu. au. l. 1. quod con-
firmatur ex illa vulgari doctrina, de qua præcipue per
Bar. & Bal. in l. 1. in fi. C. de ſum. tri. videlicet quod ſtatu
tum ciuitatis non poteſt perſonã non ſubditam arcta-
re. ar. l. j. in fi. de tu. & cu. da. ab his. l. etiã, de inte. & ibi
no. Secundò, quia etſi Papa eũ legitimare poſſet, nõ tñ
ius alteri cõpetens ex conuentione, & forma inueſtitu-
1 ræ debuit poſſe tollere, cùm cõpetat de iure gentiu, † q̃d
quidem non poteſt princeps ſine iuſta cã tollere. Inſti.
de iure na. §. ſed naturalia. & no. per glo. C de precum
pe. of. l. quotiens. & ibi per doc. & in l. reſcripta. eo. tit.
& l. fi. C. ſi ↄtra ius vel vti. pub. & per Inno. de cõlli. c q̃
in eccleſiarum. Tertiò, quia poſita ẽt p̃tãte Principis ci-
tari debuerunt, & conſentire hi, de quorũ præiudicio
agiẽ, vt ff. de nata reſtitu. l. pen. & fi. & no. Bar. de liber.
& poſth. l. gallus §. & quid ſi tantum, & Bal. in rubr. C.
de no. Cod. cõpo. ver. iuxta hoc quærit, dicẽtes ꝙ vbi
legitimatio fit poſt mortẽ patris, quàuis eſt quæſitũ ius
in ſpe proximioribus ab inteſtato, ꝙ non poterat aufer
ri, exigitur tñ citatio. & cõſenſus, ſecus aũt ſi legitima
tio fiat in vita patris, illa. r. rõne, quia ius nõ erat quæſi-
tum proximioribus ẽt ſpe, cum poſſet pater teſtando,
diſſipãdo, vel in mari p̃ijciẽdo auferre: hic autem, etſi
pater tpe legitimationis extiteret, & ↄſentiret, tamen
cum non poſſet alienare, & diſponere in p̃iudicium ip
ſius B de alie. na. feu. c. 1. de ſuc. feu. c. 1. § 1. ſequitur ꝙ de
beat exigi citatio, & ↄſenſus ipſius B cui erat ius quæſi-
tum ex forma inueſtituræ ſaltẽ ſpe eccleſię Vincen. ad
2 quã dẽbat reuerti in ſubſidiũ. Ad hoc ẽt facit, q̃a † B. lai
cus nõ ſubeſt iuriſdictioni Papæ diſpenſantis, & ſic nõ
potuit eius iuri derogari. de iudi. c. nouit. de appe. cap. ſi
duobus, cũ ſi Quarto, q̃a Papa non intelligĩ per ſuũ re
ſcriptũ ↄuentioni partiũ derogare, aut ius ex cõuentio
ne quæſitũ tollere, niſi de ea faciat mentionẽ. extra de
deci. c. ex multiplici. Hic aũt nullã fecit mentionẽ, licèt
ſub generalitate dixerit. ẽt cũ præiudicio illorũ, qui in
hmõi feudis deberent de iure ſuccedere, ſi dictus S. ge
nitor decederet, quibus in hoc voluit ſpecialiter dero-
gare &c. Cum n. p̃ſumptio ſit non velle derogare con-
uentioni, niſi ↄtineatur de ea fienda ſuit ſpecialis men
tio. iuxta ea quæ hñt de leg. 3. l. ſi quis in prin. eo magis
ꝙ huiuſmodi diſpenſatio, quæ eſt contra ius, ſtricte ve-
nit interpretanda. de fil. presby. c 1. lib 6 debuit ergo in
telligi de his, qui in huiuſmodi feudis deberent de iure
ſuccedere. ſ. ex natura feudi. ſ. d. fratribꝰ, & alijs, cùm feu
dum eſſet auitum, non aũt de his, qui ex conuentione,
præcipue quia ipſe B non venit iure ſucceſſionis, ſed ac
creſcendi. io. col. de fra. de no. benefi. inue c 1. & p Bar.
de verb. oblig. l. ſi mihi & titio, & ipſo B decedente ẽt
Vincentina eccleſia venit, quaſi feudum finiatur, & vti-
le dominium directo conſolidetur, non iure ſucceſſio
nis, & ſic illa clauſula derogatoria eorum, qui deberẽt
ſuccedere in feudum, non comprehendit hunc caſũ,
& conſequenter diſpenſatio non debet extendi ad al-
terius præiudicium. quatenus non eſt expreſſum. C. de
emanci. li. l. nec auus. ff. ne quid in loco pub. l. 3. §. ſi q̃s
a principe. & §. merito. Poſtremo in huiuſmodi diſpẽ
ſatione, quæ regulariter prohibita eſt, cùm prohibean
tur tales ſpurij, & adulterini etiã per reſcriptum princi
pis legitimari. in Auth. qui. mo. nat. eff. ſui. & ſic non vr̃
ſufficere generalis cl̃a derogatoria cõſtõnis legũ, ſtatu
torũ &c. ſed debuerat interuenire ſpecialis derogatio

Auth.

Auth.qui.mo.na.effi.ſui.& in Auth. quib.mo.natu. ef
fi.legit & C.de natura.lib l.1.& per totum. de inceſt.
nup.l.ſiquis & maxime auth ex complexu.& d.ca. na-
turales.ſi de feu.deſun.cont. & poſtea ſubiici clauſula
generalis,qđ videtur ſentire glo.2.in d.auth.ex cõple-
xu.& in l.ſiquis in prin. de leg.3 C.de teſt.authen.hoc
inter liberos.de tranſac.l.cauſas,vel lites. & in plurib⁹
locis.& Bald.C.de fideicom.l.eam quam.& Albe.po-
liſſe videtur in Paulum per donationem cum conſtitu
4 to per d. l. ꝙ meo. præterea illud ſtatutum ꝙ † poſſeſſio
defuncti intelligatur continuata in hæredem, debet in
telligi de huiuſmodi poſſeſſione naturali coherenti iu
ri perſonali feudi, cũ. n. in peri. hære. extranei hęredis
talis res veniat. vt no. de pe. hære. l. item videndum, ta-
tione non debet intelligi tranſire poſſeſſio, ſic. n. regu-
lam habemus ꝙ hæres ſuccedit in omne ius defuncti,
tamen excipitur ius perſonale. de acqui. hær. l. hæres.
vnde ſtatutum ꝙ poſſeſſio trãſeat, debet intelligi d ea,
quæ non coheret iuri perſonali, cum recipiat interpre-
tationem a iure communi, iuxta quæ not. in l. oẽs po-
puli. de iuſti. & iu. l. fi. §. in computatione. C. de iu. deli.
& l. 2. C. de noxa. & extra de conſue. c. cum dilectus, ſed
etſi poſſeſſio qualis erat apud Galuanum trãſeat ad hę-
redem. non dubium tamen erit ſæpe dictum Iacobum
& Antonium ratione ciuili præferendos eſſe in poſſeſ-
ſorio, cũ naturalis ammodo finita cauſa ſit iniuſta. iux
ta ea. quæ habentur de acqui. poſ. l. clam poſſidere. §. fi.
& cum proprietatem conſtat eſſe apud Iacobum, &
Antonium, dato ꝙ poſſeſſio foret apud hæredem Gal
uani effectum proprietatis prçualere, de cauſa poſ. &
propri. c. cum dilectus. & c. cum eccleſia. Ex quibus om
nibus concludendum, res ipſas donatas eidem Iacobo
& Antonio ad eos, ſiue agant ſiue excipiant, integro iu
re ſpectare reiecta contradictione Pauli ſecundi dona
tarij, & Antonio hæredis Galuani &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun-
dis iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Separatione facta de duabus eccleſiis, vel vna capella, an ſi con-
tingat expenſa neceſſaria fienda in capella ſeparata, eccleſia,
cui erat vnita, teneatur ad contributionem talis impenſæ.*

2 *Exceptio in regulis, priuilegijs, exemptionibus &c. quid opere-
tur, & cuius ſit natura.*

CONSILIVM CLXXIIII.

VISIS literis quondã ſanctiſſimi domini
Alexandri tunc epiſcopi Vicentini finali
ter diuidentibus eccleſiam ſeu capellam
ſancti Sebaſtiani de Mõte de malado ab
eccleſia & parochia S. Mariæ de malado
in 1378. die 24. Auguſti, viſis etiam literis, & ſententia
reuerendi in Chriſto patris. & domini Ioannis de Ca-
ſteliono delegati Apoſtolici. 1417. die Martij confirma
torijs dictæ diuiſionis, & ſeparationis cum certa mode
ratione, necnõ compromiſſio facto 1410. die 4. Apri-
lis in reuerendum in Chriſto patrẽ & dominũ Petrum
Aemilianũ præſulem Vincentinum, & eius arbitrali sẽ-
tentia eiuſdem anno, & menſe die 8. & hic de eiſdem
omnibus apparet per publica documenta cum ſigillis
1 epiſcopalibus in dubium vertitur † an cum expediat
quandam campanam fieri in dicta eccleſia. & plebe S.
Marię de malado, teneatur eccleſia ſancti Sebaſtiani,
& eius rector, & commune & homines dicti de Mon-
te Maladi conferre ad huiuſmodi expen. & ad alias ſi-
miles. vbi ſine diſputatione dicendum eſt, non teneri.
Nam cum ex iuſta cauſa fuerit dicta eccleſia ſancti Se
baſtiani ſeparata ab eccleſia ſanctæ Mariæ, & ſic de u-
na parrochia effectæ fuerunt duæ. abſoluitur dicta ec-
cleſia ſancti Sebaſtiani omnino a ſubiectione eccleſiæ
ſanctæ Mariæ, niſi quatenus fuit reſeruatum in dicta di
uiſione, & excepmtione, extra de eccl. ædi. c. ad audiẽtiã.
vbi directo videtur caſus ille 16. q. 1. cap. præcipimus. &
plene no. extra de præbẽ. c. tuæ, ſicut ecõtra epiſcopus
poteſt

poteſt diuerſas eccleſias vnire. 20. q. 1. c. & temporis, & ibi no. ne ſede vacan. cap. 1. de excel. præla. c. ſicut vnire, cum ſi. multis. & cum huiuſmodi exemptio fuerit confirmata auctoritate apoſtolica, & per ſententiam præfati domini Ioannis a partibus approbata, ridiculū eſt eam in dubium reuocare. extra de confir. vti. c. 2. & per totum. hanc etiam ſententiam arbitralem præfati domini Petri, ita ꝙ huiuſmodi exemptio nititur auctoritate ordinaria approbata, & partium conſenſu, nec huic ob. quod in quibuſam reſeruatum ſit ius ſubiectionis eccleſiæ ſanctæ Mariæ. ſm ꝙ apparet ex tenore dictarum ſententiarum. nam quando non reperitur ſpecialiter ius reſeruatum, ſtandum eſt exceptioni, fuit. n. exceptio vniuerſalis, vt apparet tam ex ratione exemptionis quàm ex ipſis verbis latiſſimis, ibi eximentes, & excipientes, &c. & ibi ita ꝙ dicta eccleſia, cum dicit, in nulloque ſubiecta exiſtat. Et paulo poſt ibi, itecidē presbyter. Ex quibus apparet quod regulariter, & vniuerſaliter dicta eccleſia eſt exempta, & vbi contrariū reperitur eſt exceptio & caſus ſpecialis, & ideo quādo non reperitur exceptum, ſtandum eſt regulę tanquā carotio. vt no. de reg. iur. l. omnis diffinitio. Quinim-
2 mo † exceptio in quibuſdam cōfirmat regulam in caſibus non excep. ut no. de regu. iur. l. 1. cum ergo excepti ſunt quidam caſus, in quibus remanet quædam ſubreptio in ſignum antiquæ recognitionis, in reliquis intelligitur regula confirmata. Nam & huiuſmodi priuilegia & exemptiones ſm tenorem ſeruari debēt, de priuile. c. porro. & c. cum & plantare. cū ſimilibus multis. Et ſic reſtat concludendum quod dicta eccleſia ſancti Sebaſtiani, & commune & homines dicti montis Maladi non poſſunt ad aliquam contributionem dictæ campanæ nec alicuius alterius expenſæ vrgeri, niſi quatenus reperitur ſpecialiter expreſſum in prædictis literis &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis iuris utriuſq; doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Vxor auſugiens aut recedens de domo mariti ex iuſta cauſa an alimēta conſequi poſſit a marito. & quæ dicatur eſſe iuſta cauſa, & an marito retinente concubinas, vxori ſit nata actio dotis ad eam repetendam.

SVMMARIVM.

1 *Mulier debitum obſequium marito non impendens, ipſius mariti obſequium non meretur.*
2 *Mulier ob ſæuitiam vel culpam viri fugitiua non imputatur, quamuis vtatur bonis ſua domus, acſi non fugerit.*
3 *Fuga reddit ſuſpectum fugientem ante accuſationem.*
4 *Maritus tenetur ad alimenta, & expenſas vxoris non exiſtentis ſine ſua culpa in obſequio ſuo.*
5 *Dos an & quibus caſibus conſtante matrimonio repetatur.*
6 *Maritus ob fornicationem debet dotem reddere, & donationem propter nuptias perdere.*

CONSILIVM CLXXV.

DOMINA Andreiola Bonazonte de Penſauro contraxit matrimonium cum Frāciſco vici de dicta ciuitate, deditque in dotem ducatos quingentos, poſt matrimonium cōtractum & conſummatum fuit habitatum Venetiis, & ſecum duxit vxorē. Cùmque ibi aliquandiu prædicta domina cum marito, & fratribus mariti habitaſſet, & cum eis etiam Ioannes Antonii Bonazonte ipſius dominæ nepos, per non nullos amicos eidem Ioanni dictū fuit, & cōſultum, quod ipsā dominam Amitā ſuam de domo abduceret, & cōduceret Pēſaurum, eo quod fratres mariti in manibus cōmunis ipſam dominā ponere volebant ſub prætextu, ꝙ maritum, qui interfectus erat, venenaſſet. Quibus dictus Ioannes fidem non dedit, donec fratres mariti cōminatum dederunt dicto Ioanni dicentes eidem, ſe velle prædictā dominam occaſione prædicta in manibus communis ponere. Tunc videns quod Amitam ſuam odio capitali perſequerentur, abduxit eam Penſaurū. Poſt hoc maritus, & fratres Penſaurum venientes quæſierunt cum magnifico domino Penſauri ſub eodem colore facere eam mori, non tamen per viā ordinariæ actionis, tandem inquiſita veritate per pręfatū dominum prędicti maritus, & fratres non vltra proceſſerūt. Idemque maritus poſt diceſſum dictæ dominæ de domo amicas, & concubinas tenuit, & tenet. Quæritur an dicta domina petere poſſet alimenta, & expenſas ꝓteriti temporis. ſecundo, an poſſet dotem repetere.

¶ Ad primū prima facie videtur dicendum, ꝙ non, cum ipſa domina non fuerit in obſequio viri, ſed propria temeritate receſſit. nec vnquam ſibi virū ſiue quaſi poſſeſſionem matrimonij reſtitui petierit per gl. 1 in fi. in c. ſignificaſti. extra diuor. not. etiam Hoſti. in ſumma in tit. qui ma. accu. poſ. §. mulier. ver. quid ergo, & Spe. de ſpon § fi. verſ. quid de expenſis hæc idem not. Cy. & doc ſm Iac. de Are. C. de neg. geſt. l. quod in vxo-
1 rem. † Cum. n. mulier debitum obſequium marito nō impenderit, fruſtra ab eodem debitum petit. arg. de acti. emp. l. iul. §. offerri. & l. qui pendentem. Quinimmo ipſa de domo fugiēdo facit ſe ſuſpectam de ueneficio, cum ſicut proponitur fugerit timore accuſationis. ad ſille. l. lege corne. & no. de iureiu. l. admonendi. ꝓpter quod veneficium perdit dotem. C. de repu. l. cōſentu. præſertim cum non fuerit ſolicita circa curam & ſalutem infirmitatis mariti, ſecundū ea, quæ not. in l. ſi ab hoſtibus. § fi. ff. ſo. ma. ¶ In oppoſitū autē facit, quia licèt mulier non fuerit in obſequio mariti, ſi tamē hæc
2 accidit † culpa, vel temeritate mariti vel ſæuitia, perinde habendum eſt ac ſi in obſequio ſtetiſſet, cum ſteterit per eum, in cuius perſona debebat exhiberi, ar. C. de inſti. ſubſti. l. 1. & no. Cy. & alij in d. l. ꝙ in vxorē. & ꝓ hoc optime. de ali. leg. l. Gayo. § imperator. in fi. de condi. & de. l. pater ſeuerinam. §. pe. & fi. de anna. leg. l. meuia. in fi. & ibi no. per doc. in preſentiarum autem ſi nō ꝓbetur, qd' obijciebatur ꝑ ipſum maritū. ſ. veneficiū. vel iuſta ſuſpicio, & coniectura veneficij, potius culpa mariti quàm propria videtur abijſſe, qui metum ſibi intulit aut conſenſit inferri in quālibet conſtantem mulierem cadentem, merito alimenta cōſequi debet: quod autem hic metus in ipſam dominam cadere debuit, ſatis euidens eſt, cum eſſet remota a patria, & à ſuis, & expelleretur nepos, quem ſolum de ſuis ſecum habebat, & in diſcrimine vitæ, & capitis vocaretur, dato ꝙ ſe innocentem eſſe ſciret, timuit horrorem carceris, quem a principio vitare non poterat, ex quo de crimine capitali incuſabatur. & ſic erat carcerandi, vt not. ff. de cu. & exhi. re. l. 1. timuit etiam falſis ſuggeſtionibus ſuorum auxilio deſtituta ne opprimeretur, quem iuſtum fore timorem cōſtat. ff. ex quibus cauſa maio. l. metus. & quod ibi not. ff. quod me. cauſa l. fin. §. ſi iuſto. & §. ſeq. de bonis eorum, qui mor. ſi conſciue. l. 1. & l. nec timorem. ibi, ſed potuit, vel non iure occidit. Hoc. n. ut utar verbis cle. paſtoralis. de ſen. & re iu. de iure timetur. præcipue a mulieribus. & forenſibus, & refugit ratio, & abhorret natura, cū nemo fuiſſet, q mulieri in tali diſcrimine conſtitutæ Venetiis ſuccurriſſet, ex quo ſequitur, ꝙ fuga non reddit eam ſuſpectā, quia vt elegā-
3 ter dicit Bar. in d. l. 1. de bonis eorū ſibi mor. † fuga reddit ſuſpectam fugiētem ante accuſationem, non poſt, quia tunc iuſte timet. vnde licèt Bar. faciat differentiā ante accuſationem uel poſt, tamē inſpecta ratione ſua potius fienda eſt differentia, an fugerit ante ſuſpicionē de ſe habitam, quo caſu videtur fugere ſola cōſcientia ſceleris, an non poſt ſuſpicionem. Si. n. expectaret accuſationem, iuſta eſſet fuga, & maxime quia non dicitē fugiſſe. quæ ſe in propriam & mariti patriam contulerit vbi competebat facultas accuſandi, ſed ipſa melius poterat cauſam ſuam tueri, pro hoc de ædil. edi. l. quis ſit fugitiuus. ꝑ totā legē vbi ſunt multi caſus huic ſimiles. Quinimmo magna eius innocentiæ præſumptio eſt, & con

& contra maritum ſuſpicio, ꝙ cùm eam accuſauerit
apud dominium, & non fuerit proſequutus accuſatio
nem. C. vt intra certum tẽpus. l. 1. & qui accu. non poſ.
l. 1. & l. qui crimẽ, & cũ conſtat cauſam receſſus mulie-
ris maritum & fratres præſtitiſſe, & multo plus eos fe-
feliſſe, qui cauſam præbuerunt quàm eam, quæ timo-
re receſſit, potius debet eis receſſus aſcribi, quàm mulie
ri, & ſic dolus ſine culpa eorum grauior debet præpon
derare facto mulieris et ſi aliqua culpa fuiſſet ad l. aqui.
l. item ſi obſtetrix. in fi. & plene no. extra de adul. c. in-
tellex imus. nec mulieri debet vir imputare fugam, cu
ius cauſam præbuit. ar. de nego. geſt. l. cum mandato.
ſo. mat. l. cum mulier in fi. Aequitas igitur dictare vide
tur maritum ad expenſas, & alimenta vxori condem-
nandum, ne dotis fructus lucro habuerit, cum mulier
tali metu diſceſſerit, cuius cauſam maritus, & fratres p̃
buerunt, ſi de veneficio mulieris, vel iuſta ſaltem ſuſpi-
cione non doceat, quãquam mulier ſe viro reſtitui, nõ
perierit timẽs eius, & fratrum ſæuitiam qui videban-
tur machinare in eius mortem. de reſt. ſpo. c. ex tranſ-
4 miſſa, & c. literas. in fi. C. de repudijs. l. ꝯſenſu. † cũ enim
maritus teneatur ad alimenta, & expenſas vxoris ẽt ſi
ſine culpa mariti. & vxoris non eſſet in eius obſequio.
ff ſo. ma l. ſi cum dotem. §. ſin autem. & no. in d. l. ꝙ in
vxorem, multo fortius tenebitur hoc caſu, & circunſpe
ctus iudex & cauſam receſſus mulieris, & quare ad ma
ritum non redierit, & animum mariti erga eã, & om-
nia circunſpiciens recte, cui magis imputandum ſit
eliciet, præcipue cum maritus alienis mulieribus iugi
ter ſe poſtea immiſcuerit.
5 ¶ † Ad ſecundum videtur dicendum, mulierem nõ
poſſe dotem repetere. cum regula ſit quod conſtante
matrimonio dos non repetatur, niſi in caſibus de qui-
bus no. ff. ſol. mat. l. 2. in prin. Nec videtur poſſe mulie-
rem marito imputare, quod amicam, & concubinas
tenuit, & ſic ſtuprum, vel adulterium commiſerit nã
ipſius receſſus cauſam huius pbuiſſe videt. 27. q. 2. c. ſi tu
6 abſtines † Tamen contrarium dicendum puto, quia
ob talem fornicationem debet maritus non ſolum do
tem reddere, verum etiam donationem propter nu-
ptias perdet. C. de repu. l. conſenſu. extra vt lite non cõ
teſt. c. 1. nec ob hoc excuſatur maritus, quod ipſa de do
mo receſſerat etiam ſi ſine iuſta cauſa receſſiſſet. extra
de diuor. c. ſignificaſti. & ibi notatur. & not. in d. cap. ſi
tu abſtines. nec n. ob hoc debuit relinquere & mortali-
ter peccare. facit de dona. inter vi. & vxo. c. plerunque
in glo. x. vbi receſſus mulieris de domo do non nocet
ſibi i dote. & maxime hoc caſu vbi mulier habuit cau
ſam recedendi, vt ſuperius eſt deductum accuſabit igi-
tur mulier virum de fornicatione non criminaliter,
ſed ciuiliter ad ſeparationem thori, & vt dotem reci-
piat, & donationem propter nuptias lucretur, ut habe
tur in d. c. 1. ut lite non conteſtata. & no. C. de adult. l. j.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun
dis iuris utriuſq; doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Statuto diſponente mulierem maritatã nõ poſſe
ſe obligare, nec contrahere, vel quaſi ſine conſenſu pro
ximorum an eo caſu poſſit mulier hæreditatem adire
ſine ſolennitate ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis hæredum obligat ex quaſi contractu.*
2 *Pupillus an poſſit tutori obligari eo auctore, & de hæreditatis a-
ditione.*
3 *Contractus appellatio vel interpretatio qualiter ſit ſumẽda, et an
in dicto contractu, non impeditur hæreditatis aditio.*
4 *Argumentum de obligatione ad alienationem & econtra an ſit
validum.*
5 *Alienationis prohibitio an ad pignus & vſumfructũ extẽdatur.*
6 *Qui obligari non poteſt quatenus locupletior eſt tenetur obnoxius.*

CONSILIVM CLXXVI.

STATVTO Papienſi cauetur. Itẽ ſtatui-
mus. & ordinamus, ꝙ fœmina maritata
poſſit facere teſtamentum & codicillos
etiam ſine voluntate mariti, ſed inter vi-
uos nõ poſſit alienare, nec ſe obligare ex
contractu, vel ſine licentia mariti & duorum ſuorum
attinẽtiũ omnino maſculorum maiorum ann. 25. &c.
Accidit ꝙ quædam dña Agneſina de Orſonibus uxor
Ioannis de Sitterijs abſque prædictis ſolẽnitatibus adi
uit hæreditatem matris ſuæ, videlicet nominnado ſe
hæredẽ. & apprehendendo & poſſidendo aliqua bona
dictæ matris ſuæ, poſtea per ſpacium aliquorum anno
rum cõparuit quidem Bungella creditor dictæ matris
de flore. 100. Et eos petit a dicta domina tanquam hæ-
rede dictę matris ſuę Econtra domina aſſerit, aditionẽ
non eſſe ſolẽniter factã quoniam nõ fuit adhibita ſolẽ-
nitas Et primo videtur ꝙ iſta aditio fuerit nulla, & con
1 ſequẽter nõ obligauerit dictã dñam, quia † aditio hære
ditatis hæredem obligat ex quaſi contractu. l. apud iul.
in fi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Ipſa ergo aditio. cũ ſit omiſ
ſa ſolẽnitas ſubſtantialis, non valuit. l. cum ij. §. ſi præ-
tor ff. de tranſ. & l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acq.
hę. cum ſi. cùm ſimus in caſu ſtatuti, pro hac ẽt parte vi
detur tex. in l. more. eo tit. & ibi Bart in terminis iſtis,
& idem Bar. in l. mutuum. § 1. eo. tit. de acqui. hæred. &
ibi Bal. Sed in contrarium facit, quod aditio valuerit ẽt
2 ſine dicta ſolẽnitate, quia regula eſt † quod pupillus nõ
poſſit tutori obligari eo auctore. l. pupillo. de aucto.
tut. ſed illud non procedit in hæreditatis aditione. l. 1.
de aucto. tuto ergo nec regula iſta de ſtatuto ad aditio-
nem hæreditatis debet extendi, cum uulgo conſtet, ſta
tuta recipere a iure communi interpretationem reſtri
ctiuam & declaratiuam ut no. C. de nox. l. 2. per glo. &
doc. & l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & notãt
doc. in materia ſtatutorũ. facit ad l. falci. l. 1. § ad eos. &
huius quidem ratio eſt in aditione hæreditatis princi-
paliter hæres agit de acquirendo per d. l. 1. & l. quod di-
cimus. ff. de auct. tut. licèt in conſequentiam obligari
poſſet, in contractibus non, de quibus videtur intelli-
gẽdum ſtatutum æque principaliter etiam agitur obli
gatio vt conſtat. & ad hoc etiam facit quod no. gl. in l.
ſi infanti. C. de iure delib. in glo. ſuper verbo quæſita in
fine, etiam facit quod habetur per Dy. & alios in d. l. 1. ff.
de auct. tuto. vbi dicunt doc. ꝙ prohibitum in conſequẽ
tiam alterius &c. Quæritur quid iuris.
¶ In quæſtione præpoſita exacte multum pro vtra-
que parte allegatum eſt, ſuperfluis propterea, & cadu-
cis argumentis non puto inſiſtendum, id tamen in par
tem affirmatiuam videtur inclinare, quod vbi lege etiã
municipali prohibetur quis rei alicuius commercium
habere ex implicatione vniuerſalis acquiſitionis obue
niens puta, per hæreditatis aditionem, nõ prohibetur.
de acqui. rerũ do. l. quędam. de re mil. l. milites. la 1. §. fi.
facit de decu. l. decurio. no. gl. non lice. habi. me. l. vna.
lib. 11. quicquid notauerit Dyn. de leg. 3. l. pater §. iulia-
nus. & Bar. de verb. ob. l. ſi ita quis. § ea lege. & de lega.
2. l. peto. § fratre, quorum opinio recte intuentibus per
iura præalleg. penitus cõfunditur, nec vrgent §. fratre.
& § ea lege. aliaque iura ſimilia. ſi foret articulus diſpu
tandus Simplex itaque obligatio alterius actus prohi-
biti ad obligationem per transfuſionem vniuerſitatis
neceſſario obtingẽtem non porrigetur, abſonum quip-
pe foret, ut acceſſio obligationis inſeparabilis princi
palem acquiſitionem infirmet, quam confirmare nõ
ſufficeret. ar. de iure codic. l. quod per manus. de vulg.
& pup. l. ex pupillari. & l. ſi quis eum §. 1. & hoc ſuadet.
l. ſi is, qui duos. de lib. lega. cum ſi. & de his quæ not. in
præalleg. l. 1. de aucto. tu. Etiam forſan dixerit quis, &
in caſu hoc ſtatuti verba ceſſare, quãquam enim obli-
gatio, quæ legatarijs hæres aſtringit, ex quaſi cõtractu
ortum habeat, non idem in ea, qua obnoxius eſt credi
toribus, nulla namque noua naſcitur ex aditione obli-
gatio

gatio,ſed ea,qua defunctus obligatus fuerat,in hæredē
transfunditur, de reg.iur. l.hoc iure.§.fi. & l.ad ea.§.fi.
cum ſſ. multis. & hoc videtur glo. ſenſiſſe in d.l. apud
iul.§.fi.ex qui. cau in poſ. ea. ſuper verbo contrahere,
nec moueat tex. ille ſecundum intellectum cōmunē,
fatebor enim etiam cum creditoribus quaſi contrahi,
vt prior obligatio transfundatur, non tamen ex illo
quaſi contractu debet oriri,vnde vocantur tantum iu-
re communi,de legatarijs diſſeruit cum de obligatio-
nis ortu tractaret. de act. & oblig.l.ex maleficijs.§. hæ-
res.porro ſtatutum inhibens obligari ex quaſi contra
ctu de obligatione cuius cauſa originalis ſit quaſi con-
tractus venit exaudiendum,non de ea quę aliunde ꝓ-
pter quaſi contractum porrigitur.ar. de condi. & de-
mon.l.conditionibus.de fideiuſ.l.tutor. facit etiam.d.l.
3 decurio.de cur. poſſet etiam & id adduci † quod licèt
contractus appellatio ſaltem ex interpretatione quaſi
contractum in iure comprehendat.de accu. & ob.l.ex
contractibus. & l.j.in prin. cum ibi not.in qui.can. pi.
ta.contra.l.fi. & d.l.apud iul.in fi.veruntamen ſi inter-
dicitur contractus a iure communi, nō impeditur hę
reditatis aditio.de ſal.l.1.§.tutores.in præmiſſo ver. ſed
ſi iure non ſententia ēt teorare, ſi fort eſt ſtatutū cū al
ternatiue prohibeat alienare vel obligare,de obligatio
ne rerum, non perſonæ diſponat,& hic verborum di-
ſiunctio alienare, vel obligare, ſenſum tamen coniun
gens,cum ſit legalis diſiunctio,quæ in copulam reſol-
uitur.de au.& arg.leg.l.coniūctus.no.per doc.C.de ver.
ſig.l.cum quidam.de re.du.l.ſi is qui. §. vtrum. facit C.
de in lit.dan.tu.l.ad protegendam.vniformiter intelli
gatur & circa idem, ex quo rerum nō reperitur facta
diſiūctio.ar. de vulga.& pup.l.iam hoc iure.& l. Lucius
4 cum ſi. Alienare † autem conſtat res eſſe prohibitum,
ergo pariter & obligare. Accedat ad hoc quòd verba
æquiuoca ſenſum benignitati conſonum accipiūt. de.
reb.du l.cum in teſtamento.de reg.iur.l. ſemper in ob
ſcuris leges etiam municipales reſtrictiuam interpre-
tationem aſſumāt,ne quis damnum indebite patiatur.
de iure pa.l.adigere. §.quāuis.C.de noxa l.2.& no.Bar.
in l.omnes populi.Cæterum ſi ſtatutum ſic accipimus
ex quaſi cōtractu mulierem perſonaliter vetuerit obli-
gari,iam mulier indebitum recipiens non tenebitur,ſi
niſi modo ex tutelæ negocio vel geſto cum alterius ia
ctura dictabitur, cum per hęc omnes obligationes ex
quaſi contractu cenſeantur oriri,quæ cōtra ſtatuti mē
tem dici nemo dubitauerit,præſertim cum ex quaſi cō
tractu nō iam mulier dicatur ſe obligare, quam lex o-
bligationem præter principale obligati propoſitum in
ducere,vt patet in § hæres.& l.1.in prin.de accu & ob.
Ad l.morem.patet reſponſio ſecūdum primum intel-
lectū gl. ac etiam ſm ſecūdum, quoniam in ſtatuto de
ſimilibus ad ſimilia non procedimus.

¶ In oppoſitam tamen ſententiam iura magis viden
tur aperta,ſuadent primo verba ſtatuti generaliter in-
telligenda,qui & a quibus l.proſpexit.de leg præſtan. l.
1.§.& generaliter.Conſtat autem ex hoc quaſi contra-
ctu aditionis cauſa,immediatam obligationem in hæ-
redem transfundi, etſi non noua nata ſit obligatio. il-
la etiā l.more.ſi tex.glo. præualet auctoritas,irrefraga-
biliter hoc concludit ſyllogiſtice. quippe ibi iuriſcon-
ſultus maiorem & minorem proponens explicuit qui
bus indubitatam concluſionem vnuſquiſque poſſet in
ferre.vnde ſecundum verum Bar.intellectum & ſeruā
dum, cum gloſæ non aduerſetur auctoritas, licèt ipſa
non ſenſerit,illa ibi inſurgit regula, qđ prohibita obli-
gare prohibetur adire,quæ quidem regula ad nouas ēt
leges municipales porrigitur. de mune.& ho.l. 1. circa
prin.ad l.fal.l.1.§. t. & no.de fur.l.ſi quis ſeruo.eo magis
quod hic non ſit extenſio, ſed verba conueniūt. Idem
etiam probat l.conditionibus.de condi.& demon.vbi
conditionis implementum admittitur,quia non eſt cā
immediata obligandi:vbi autem eſt,immediata,ut adi
tio,ſecus includit,quibus etiam congruit vulgaris illa
regula,prohibito conſequente & antecedēs, per quod
ad id deuenitur,intelligitur reprobari, iuxta no.de iur
om.iu.l.2.C.ſi rector prouin.l.1.per Cy.de fideiu. l. cum
l.per Bar.poſſet etiam adduci ex opi.Barto.ſupradicta
in §.fratre,ſi forſan quis eum vellet amplecti. & in hāc
partem negatiuam procliuior ſum rationibus prædi-
ctis,tamen auctoritatibus Barto. & Bald. & quæ, ut di-
ctum eſt,probabiles ſunt in dubio eam ſequēdo, iuxta
no. per Butr.in l.1.C.qui pro ſua iuriſ. per Barto. in l. 1.
ff.ſi cer.pet. & per Hoſt.de conſti.ca. 1. facit quod not.
de re iu.l.cum prolatis.nec me mouet l.1.de auctori. tu
to.ibi enim prohibetur in rem ſuam auctor fieri, res
vero ſua dicitur, quæ principaliter eius commodū re-
ſpicit.de leg.3.l.hoc legatum.de teſta.l.qui teſtamēto,
iūcta l.omnibus.C.de teſti. & no.Guiel.ff.de teſti.l. nul-
lus.de re iud.l.ſi quis ita.& ratio eſt manifeſta.lex enim
propter ſuſpicionem,auctoritatem in rem ſuam, ſcili-
cet tutoris inhibuit, quę ſuſpicio eo caſu ceſſat, longe
itaque differunt iſti caſus,cum & ibi prohibitio aucto-
ritatis ſit circa factum,non enim effectu iuris.ſed facto
fit tutor auctor quod quis facto rem.pupilli reſpicit,hic
autem prohibitio iuris reſpicit effectum, ſcilicet obliga
tionem. Nec obſt.l.pupillus,quoniam illa lex ex regu
la l.1.proceſſit,& ſecundum eam iudicanda eſt,rurſum
& ſi illa regula iuris fuiſſet,quod pupillus obligari tuto
ri auctori non poſſet, eamque interpretationem acce
piſſet,ut de principali obligatione exaudiretur, nequa
quam id ad ſimile auſus fuerim extendere hoc caſu, cū
illa iuris communis reſtrictiuam interpretationem re
cipiat, nō hoc iure ſingularum, ad quod optime facit
5 C.de reb. alien. non ali.l.fin.cū ibi no. vbi † prohibitio
alienationis ad uſumfructum,& pignus porrigitur, no
ſic tamen iure municipali prohiberetur,ut & gl. & do
cto.volunt, præſertim cum diſpar ſit ratio, vt iam pa-
tuit. Quod autem ſtatuta interpretationem a iure cō-
muni allegatur aſſumere,nō tam late procedendū exi-
ſtimo,vt de ſimilibus ad ſimilia procedatur. Cæterum
iure communi interpretationem paſſiuam accipiūt,
vt ſiſub iure communi regulæ verbis contineantur, ꝑ
regulam viridi obſeruantia vrgentem decidantur. Ec
ce regula eſt,ut ex delictis ſeruorum cum noxæ facul-
tate in dominū dentur noua actio ex delicto per ſtatu-
tū inducta per regulam ſemper loquētem. C. de hære
ti.l.ariani.not.de cōdic.ex leg.l.1.cum eadem qualitate
intelligetur, vt l. 2. de noxa. eodē modo ſi ſtatutum id,
quod ius commune diſponit,interpretationem parem
recipit,iuris communis quippe regula dictat hæredem
contra obligationem, & factum defuncti venire non
poſſe, limitatur ſi fecerit inuentarium C. de rei ven-
di.l. cum a matre C. de iure delibe. l. ſcimus.iuncto §.
in computatione, ita & ſtatutum.Si itaque lex cōmu-
nis dictaret, ut prohibitus obligari non prohibeatur
adire, ſtatutum, iſtud per illam limitaretur,in qua ma-
teria non vltra progredior, quia temporis arcet angu-
ſtia, ad hoc nihil facit theorica doc.in l.1. quā de plano
confiteor, porro non hic aditio eſt permiſſa, immo
quoniam obligationem includit, prohibetur, ut pro-
hibito conſequente prohibeatur antecedens. Nam
quamquam dici poſſet, ſi foret hęreditas opulēta, quæ
obligationem non trahit,ut no. de acquiren.hæredi.l.
ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus fiſci,quia obligationem nō
includeret valere,quem caſum vt raro contingentem
iuriſconſultus conſiderauit in l. more.ubi vero regula-
riter actus nihil prohibitum includit, ſicuti pupillo in
hæreditatis aditione auctorari, regulariter enim nihil
prohibitionis includit. Ideoque permittitur debitorē
etiam liberare,ſi caſu aliquid prohibitum trahat. doc.
regula procedet,vno enim regulariter promiſſo me-
rito potentius & principalius præualeat. Ad hoc etiam
ſi vſufruc.pe.l.1.§.1.iuncto §.diſponat. in auth. de nupt.
magis tamē videretur vrgere l.ſi vnus.§.illud.de pactis.
quē ꝑ varias in eo oppoſitiones non attingo,per hoc
tollitur, quod de alienatione pro parte alia dicebatur
per l.quædam. cum ſi.cum hæreditatis aditio regulari-
ter res illas prohibitas non includit, ſi autem prohibi-
tio

tio poſſeſſionis & dominii vtilis foret,non foret dubiū
quod cum hæreditas regulariter acquiſitionem inclu-
dat,eius etiam aditionem includi:ne antē vlterius bro
cardorum periculoſis nodis inuoluar, aduertendum,
quod ſtatutum ex quaſi contractu obligationem ex-
preſſe complectitur, quæ quidem obligatio potiſſimū
in conſequentia non principaliter ex eo quòd agitur,
emergit, ſi ſingula text. & glo. reuoluātur exempla,
quinimmo nulla ex quaſi contractu obligatio ex prin-
cipali propoſito oritur, quàm ea quæ per hæreditatis
aditionem exoritur. Sileat igitur illa allegatio, quod in
conſequentiam obligatio non contineatur, ne ſtatuti
ſpecifica diſpoſitio reprobetur, taceat ēt auctoritas no.
in l.ſi Infanti, gloſſ. dixit reſpondeo quia hic potius eſt
commodum. Prudenter vero dixit Accur.ſi fuerit in-
tellectus, & id quod voluit Barto.in l.fi.de verb. ob. vbi
patris auctoritas ſufficit in his,in quibus a l. administra-
tio eſt conceſſa.vnde in hęreditatis aditione,quæ veri-
ſimiliter acquiſitionem continet, ſufficit, nec curatur,
ꝙ obligetur.Nam & contrahendo ſuper rebus aduen
ticij peculij conſtat patris auctoritate obligari.vbi autē
nulla includi poſſet acquiſitio, non eſt adminiſtratio,
Ideoque eius non ſufficit auctoritas, ſic §.ille pupillus.
dictæ l. fi. qui tempore ſuo indiſtincte proceſſiſſet, per
noua iura limitatur.debet igitur Accur.in caſu ſuo præ
dicta ratione ſaluari, non autem ex eo regula fallax eli
ci,quòd obligatione prohibita non contineatur actus
obligandi & principalius commodū continens. Alio-
quin ex contractu procederet obligatio,vbi principali
ter commodum prohibiti verſaretur, quod aperte fal-
ſum eſſet conſtat: pari ergo modo quòd Bald. auctori-
tas intelligenda eſt,vt ad caſum iſtum ratione admi-
niſtrationis reſtringatur. Alioquin auctoritas contra-
ria & apertiori eiſdem auctoritate depellitur,nec iura,
quibus mouetur, probant,ut ſuperius apparuit. Scio
poſſe dubitari, quomodo procedat verſi ea not. in l.ſi
infanti.cum pater emancipati non ſit legitimus admi-
niſtrator, ſed dicā eum eſſe legitimum tutorem, &
ita debere intelligi, ſuadet quòd prius de tutore dictū
fuerat, patet etiam ex fin. verſi. in maiore infante ſui
iuris non patris, ſed tutoris exigitur auctoritas, ſic etiā
in infante, vt quod de patre dictum ſit, de tutore eo ca
ſu quo infans ſui iuris eſt,intelligatur. Supereſt rationi
culis, quas pro alia parte feci, reſpondere quibus bre-
ui ſolutione tranſibo quòd enim dicitur ex quaſi con-
tractu obligationem hanc non naſci,admitto,id tamē
verum ex hoc hæredem obligari,qui antea non tene
batur, quoniam illa interpretatio tunc procedit cum
eadem ratio dictat, quæ ibi non eſt ratio,nec aditionē
continet. Ad abſurdum vero nouiſſime illatum pri-
ma fronte dixerim,ſtatutum intelligi de obligationi-
bus ex quaſi contractu. In quo propoſitum mulieris
principaliter uel conſequenter ad obligationem ten-
dit,vbi vero ſola naturali ratione, ne cū alterius iactu-
ra locupletaretur, ſine alio conſenſu quis obligatur
vt in indebito, & in eo cuius negocia gerūtur,ſtatuti di
6 ſpoſitio c. eſſet † Nā ea iuris regula eſt, ut qui obligari
nó poteſt quatenus locupletior eſt teneatur obnoxius
de auc. tu.l.pupillus.circa prin.commo.l. 3. in princi.
quam regulā in quolibet alio de iure procedere exiſti-
mo, merito ſtatutum ſæpe dictum limitationem ean-
dem, ut apparuit ex iam dictis, accipiet. Poſtremo ne
ab auctoritate iuris ſcientiæ perniciose erretur, ſitque
conſuetudo optima legum interpres, quod hactenus
de iſtillo obiētum foret, in hac dubitatione ſeruarem.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis
iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

Recipiēs literas alterius an uideatur approbare om-
nia in eis contenta, & an poſſit pro parte aliqua acce-
ptare, aliqua uero non, & an ciuilitas ſuperueniens re-
tro ſ[illegible]; quo ad contractus celebratos ante ciuilita
tem, vel quo ad obſeruantiam ſtatutorum.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo fides adhibeatur Epiſtola.*
2 *Suitatis & proximitatis habilitas qualiter ſit in caſu ſucceſſionis ab inteſtato conſideranda.*
3 *Præſcriptio ex negligentia quando currere incipiat, & quando quis dicatur negligens ad hoc, vt prætextu negligentiæ contra eum præſcribatur.*
4 *Locus quando ſit in cauſa contractuum conſiderandus.*
5 *An receptio Epiſtolæ faciat præſumi conſenſum.*
6 *Confeſſio partis admittenda eſt in dubio etiam contra iuris præſumptionem.*

CONSILIVM CLXXVII.

SVPPOSITIS ſtatutis Mediolani, &
Cumarum, & quòd qui habet & de cæte
ro habebit ſcriptum manu debitoris fa-
ctum vel ſubſcriptum,debeat illud pete-
re, vel requirere in iudicio vel extra in-
tra ann.12.a die confectionis ſcripti illius, alioquin tale
ſcriptum nullius ſit valoris & momenti, & præſuma-
tur facta ſolutio, & prædicta locum habeant tam in
ſcriptis hinc retro factis,ꝙ de cætero fiendis. Quidā Ma
fiolus Raymundum præſenam origine & domicilio
Cumarum, Mediolani tamē natus eo, quòd mater ꝑ
pter partum, vt moris eſt, Mediolanum, vnde eius o-
rigo erat vt pareret,iuit, Mediolani etiam ab īfantia e-
ducatus cum eſſet Mediburgi ſcripſit amico, ſe quoſ-
dam eius fardellos recepiſſe, ſed ipſos fardellos ad in-
ſtantiam tertij prætendentis ſe creditorem Ianini,ſuiſ
ſe penes alios ſequeſtratos, & hæ literæ fuerunt 1385.
deinde 1400. Illuſtriſſimus dominus Dux Mędiola-
ni &c. ex certa ſcientia omnimodo, quo melius pote
rat, & de plenitudine poteſtatis, quondam dominū
Franciſcolum antedicti Maſioli genitorem eiuſque de
ſcendētes Mediolani ciues creauit,decernens ipſos fun
gi omnibus priuilegiis, & gratijs exemptionibus im-
munitationibus, ꝓrogatiuis & honoribus,quibus veri
ciues & originarij, perinde ac ſi veri naturales ciues,
& originarij exiſtiſſent,non obſt. aliquibus legibus, ſta-
tutis, &c. Eodem modo ſapientes prouiſionis præfa-
tos dominos Franciſcolum & deſcendentes ad caute-
lam ciues fecerunt, poſt hoc Ianinus Maſiolum Me-
diolani ratione ciuilitatis prædictæ ad prędictos fardel
los ratione ſuæ epiſtolæ conuenit, excipitur tàm vigo-
re ſequeſtri. quàm ſtatutorum. Quęritur quid iuris.
1 ¶ † Ad partem actorum arguitur ſic, epiſtolæ contra
ſcribentem nō pro eo fides adhibetur.ff.depo l. publia.
§.fin. & ibi not.legitur & not. de conſti pen.l.titius.&
de dona.l.unda ratio per docto. per memoratam igi-
tur epiſtolam fundata eſt actoris intentio, non rei.
Nam cum exceptio fardellorum, & eorum ſequeſtra
tio diuerſa facta & conſequenter diuerſa capitula ſint
ac ſeparata, licèt acceptare vnum, non aliud.C.de ex-
cep. l.ſi quidem. legitur & not.C. de confe.l. vnica. in
13.q.per Cyn. & Barto.de libe.leg l.aurelius.§.idē quæ
ſijt. Nec obſt. literarum acceptio quòd ſine expreſſa
contradictione tacitam acceptionem totius epiſtolæ
videatur induxiſſe.ff.ad mace.l.ſi filius.C.ſi cer.per.l. ſi
abſentis. legitur,& not.de conſtitu. pec.l.titius. & doc.
in l.quo enim.§.1.rem rata habe.quin id verū eſt in his
quæ in tuuito ſuum ſubeunt effectum, argum.ff. de
re iudic.l ſæpe, & quod legitur & not. in l. Gayus.de pi
gno.act. Rurſum etiam ſi acceptaſſe videtur, non pro
pterea ſequeſtratio prouatur vere, nam tacita acceptatio-
tione inducta eſt quædam approbatio geſti per ſcriben
tem,ut in iur. præællega. non autem confeſſio quod
ita factum ſit. Quo pacto enim abſens, & ignorans fa
teri poterit ita factum conſiſtere, alioquin ſequeret
quòd ſi procurator domino ſcriberet, ſe eius nomine
titio pecuniam donaſſe, dominus recipiens literas ſi-
ne expreſſa contradictione,non poſſit poſtea quærere
au mu-

an mutuaſſet, qđ conſtat abſurdum cõſenſum igitur &
ratthabitionem geſta recepito probat, nõ ipſum geſtũ,
vñ remanet ſequeſtratio aſſerta non ꝓbata. non ob. ẽt
ſtatutũ Mediolani. Cuius gratia aduertendum, qđ vbi
lex certo tpe aliquid defert, vel aliter cõmodum affert
ꝑſonæ habilitatis, eo tpe inſpicienda eſt, quo lex deffert
cõmodũ illud, nec habilitas ſuperueniens attẽditur. vn
2 de † in ſuitate & proximitate ab inteſtato habilitas tpe
mortis inſpicitur, quia tunc hæreditas defertur, nec
habilitas ſuperueniens patrocinatur, ut legitur & not.
ff de hære. inſti. l. ſi alienum. §. in extraneis. per gloſ. &
docto. maxime per Bald. inſti. de hęre. qua. & diffe. §.
ſui, & legitur & nota. de lib. & poſth. l. gallus. §. & quid
ſi tantum ad propoſitum lex municipalis annullando
ſcriptum affert liberationem debitori ſtatim comple
tis duodecim annis a tempore ſcripti confecti, ergo ip-
ſius debitoris habilitas tempore complementi illorũ
12. ann. debuit inſpici, nec ſuperueniens poſtea ope-
ratur, ſed quando completi fuere duodecim Maſiolus
non erat capax beneficij ſtatuti Mediolani, cui nõ ſub
ditur. de iuſt. & iur. l. omnes populi. cum ibi not. C. de
ſum. trin. l. j & patet ex ſtatuto Mediolanenſi faciente
non ſubditos exitos, ergo habilitas & ciuilitas ſuper-
ueniens non proderit. hac etiam alia ratione monſtra
tur in his, quæ ratione moræ, vel negligentiæ proce-
dunt, quòd locus eiuſque ſtatuta, & conſuetudines in
ſpici debent, vbi mora talis & negligentia commiſſa
eſt, vt iſta probantur ff. ſi cer. pet. l. vinum. prout ibi lo
quitur etiam de petitione extra iudiciali. de cõdict. tri.
l. fin. & plene legitur & not. ad propoſitum. C. de ſacr.
ſanct. eccle. l. 1. per Guil. & Barto. & Bald. Cum ergo
ſtatutum creditorem ratione negligentiæ duodecim
annorum excludat, ſolum vbi negligentia Mediola-
ni contracta eſt locum vendicabit. Conſtat autem ne
gligentiam non eſſe contractam Mediolani agendi cõ
tra Maſiolum qui ante 1400. nulla ratione poterat Me
diolani conueniri, ergo &c. Ex hoc infertur, quod etſi
ante completos ann. 12. ciuis fuiſſet, ſi tamen non toto
tempore 12. an ſtetiſſet, nõ erit ſtatutum mediolani ſee
uandum. Quæ enim negligentia creditori poteſt impu
tati quo ad tempus, quod ante ciuilitatem fluxit, qui di
uinare non debuit ipſum ciuem futurum. C. de teſti. l.
iubemus. in auth. vt fa. non conſti. §. ſancimus. cum ſi.
quique ſciebat ius ſibi vſque ad ann. 30. conueniendi
in loco contractus durare, arg. quib. mod. pig. vel hy-
3 po. ſol. l. ſicut. §. non videtur. Accedat etiam quia † præ-
ſcriptio ex negligentia currens tunc demum incipit,
cum negligentia poteſt aſcribi. C. de præſcri. 30. ann. l.
cum notiſſimi. §. illud. & § pen. & C. de anna. excep l. 1.
in fin. ſed hic Ianinus non poteſt dici fuiſſe negligens
ante ciuilitatem, cum ante ibi agere non poſſet, ergo
vigore ſtatuti Mediolani non currit ante ciuilitatem
præſcriptio. verum etiam euidens argumentum eſt.
quia ſi dixerimus tempus ante ciuilitatem computari,
aperta erit via fraudibus, quia debitor hoc beneficio
ſtatuti patietur, ſe ciuem in fine 12. ann. crearit, ſicque
nõ tã continuata negligentia, q̃ momentanea ciuilitas
creditorem eluderet. Præterea talis principis conceſ-
ſio ſi creditori præiudicet, eo citato debuit emanare,
nec aliter valuit. ff. de iur. au. anul. l. diuus. de na. reſti. l.
a. & l. pe. ſicut etiam dicimus in legitimatione. ut no. de
libe. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Non ob.
ꝙ Mediolani natus fuerit ipſe Maſiolus, ſicque ratione
originis ciuis eſſe videatur. nam cum pater ſuus domi
cilium haberet ratione originis in loco originis iure
forum non ſortitur C de mu. & orig. l. 10. l. filios. & ibi
Bar. elegãter. & C. de captiuis. l. 1. & probatur ratione,
cum n. quamuis ex patris voluntate Mediolani natus
ſit, ea tamen erat patris intentio, vt poſtea Cumis cũ
eo moraretur, vt veriſimile & ex poſtfacto apparuit,
non tamen Mediolani ortus ciuis eſſe videtur, de leg.
1. l. huiuſmodi. §. legatum & ibi Bal. de ſun. inſtr. l. ſeyæ.
§. prædia. de pignori. l. debitor, de hære. inſti. l. ex facto.
cum ſi. Nec ob. glo. in l. filios, prꝗallega. quæ contra
tex. eſt. Non ob. etiam ſtatutum Cumanum. nam ſicut
poſſet ratione contractus Medilburgi conueniri. ff. de
iud. l. hæres abſens. & ſic erat actoris electio ratione do
micilij, & originis, an ibi ratione contractus conueni-
ret, vbi talis ſtatuti vigore propoſiti non poteſt dici ne-
gligens ratione facultatis, per quam actionem ſuã po-
terat habere perpetuam, arg. de eo quòd certo lo. l. nõ
vtique. in princi. & l. 2. §. fin. de ſolu. l. ſtichum. in prin.
cum ſi. Ex quo videtur inferri, quòd etiam ſi origina-
rius ciuis Mediolani fuiſſet, adhuc ſtatutum non patro
cinaretur ratione contractus alibi celebrati.

¶ Ad partẽ autẽ rei arguitur ſic, qui recipit epiſtolam
videtur contenta in ea conſentire. ad macc. l. ſi filius.
& ſuperius allegatum eſt, ſed vbi epiſtola continet ali-
quid pro ſcribente, aliquid contra eum in d. l. publia.
4 §. ſi. cũ glo. ergo illæ literæ probant ſequeſtrationẽ. † Se
cundo arguitur ſic, in his, quæ extrinſecus poſt contra-
ctum veniunt, & quæ ad eius liberationem, & reſciſ-
ſionem tendunt, locus vbi agitur inſpicitur, ut elegan-
ter no. Accur. ff. de eo quod cer. l. a. in prin. & ibi per
docto. & per eoſdem etiam l. 1. C. de ſum. tri. Cum. n.
nec locus contractus inſpici debeat in hoc quòd ex-
trinſecus venit, & opus ſit ſecundum alicuius loci le
ges iudicari, inſtitutus ille, quem actor elegit, in ſuum
præſertim damnũ inſpici debet. Tertio probatur ſic.
ratione contractus ita demum quis poteſt conueniri,
ſi ibi non vt tranſiens ſit, ut pergulam vel armarium
& ſimilia habens contraxit, tunc etiam ita demum ſi
ibi fuerit inuentus, cum in contractibus non ſit remiſ
ſioni locus, ut ff. de iudi. l. hæres abſens C. vbi de cri. agi
oportet. auth. qua in prouincia extra de ſo. cõpe. c. Ro
manæ. §. contrahentes. lib. 6. Cũ ergo Maſiolus a mul-
tis annis citatus Modilburgi fuiſſe non probetur, &
cum fardellos recepit, vt puto, non tam ibi Burges mo
ram trahere neceſſitas fuit, cum fuerit Cumis ante ci-
uilitatem Mediolani. ſi ergo nõ probat hoc, quod Me
dilbergi fuerit, neceſſario Cumis conueniẽdus fuerat,
cum non probetur alibi forum habuiſſe, ſequitur ꝙ ſta
tutum Cumarum fuit ei auxilio, & per illud ſcriptum
annullatũ eſt, quaſi a tẽpore ſcripti uſque ad tẽpus no-
uæ ciuilitatis ann. 12. currerant, quãuis igitur nouũ forũ
poſtea ſortitus ſit, cum iam liberatus eſt, non potuit o-
bligatio extincta ſuſcitari. de ſolu. l. qui res. §. aream. de
verb. obl. l. inter ſtipu. §. ſacram. & de le. ij. l. mæuius. §.
duobus Quarto ad idem arguitur ſic, ea, quæ ad vnum
finẽ inducuntur, non debent operari contrarium etiã-
ſi in conſequentiam veniãt. de Adi. leg. l. legata inutili-
ter. de condi. & demon. l. cum tale. §. falſam. & de le-
gi. l. quod fauore, ſed ſi Maſiolus nec beneficio ſtatuti
Mediolani, nec Cumarum poſſet vti, iam ciuilitas con
tracta ut priuilegio Mediolanenſium frueretur, nedũ
non prodeſſet, ſed obeſſet. quia non cõtracta vſus fuiſ-
ſet beneficio ſtatuti, cum alibi non potuiſſet ut dictum
eſt merito conueniri, ergo alterutro debet vti, abſurdũ
nempe foret neque quaſi Cumarum neque quaſi Me-
diolanenſium ſtatutorum beneficio vti, contra l. illud.
§. fi. de acquir. hære. l. ventre. in fi. & ſtatutum vnum de
bet beneficium alterius fouere. l. de vulga. pupil. l. ſi fi-
lius §. qui patri. verſi. præſertim. & ſi alterutrum de per
ſe non fuiſſet, vtrunque ut proſit eſt iungendum, cum
ad eũdem effectum fuerint inducta, cum tempus, quo
inſpici debet ſtatutũ Mediolani potuerit, ſcilicet poſt
ciuilitatem, & pro parte tempore, quo inſpici debet
ſtatutum Cumarum, ſcilicet datę ciuilitatis. arg. ad hoc
in l. gallus. §. ille caſus. & ibi per Bal. ff. de lib. & poſth.
& dato quod dubium eſſe vtrum Cumarum, an Me-
diolani deberet attendi ex quo idem eſt vtriuſque di-
ſpoſitio, non debet de hac ſubtilitate curari. vt in d. l.
gallus. §. ſi eius. & de acquiren. hære. l. quòd ſi dubitet.
& ibi nota. Quinto probatur ex forma ciuilitatis. nam
princeps ex certa ſcientia vult dominum Franciſcum
& filios perinde ſtui priuilegijs, gratijs &c. acſi origina-
rij fuiſſent, quibus verbis per omnia originarijs æquã-
tur. de leg. 1. l. 1. & ibi per Barto. ſed conſtat quòd origi-
narij

narij tuti eſſent beneficio ſtatuti, ergo & iſti. ad quod
facit quod etiã dicitur de legitimatione facta ex certa
ſciẽtia principis in ſæpedicta.l.gallus.§. & quid ſi tñ. &
probatur de na.reſti.l.fi. Nouiſſime probatur ex origi-
ne ꝓpria.qa ciuis.ff.ad munici.l.1.C.eo.l.origine. & C.
de incolis.l. ciues cuius originis veritas immutari non
põt. ff.ad municip.l.aſſumptio.cum ergo Maſiolus me-
diolani natus ſit ciuis, conſtat eum ſtatuti mediolani
auxilio potiri, & in hanc partem procliuior ſum, cuius
apertior veritas ex ſolutione contrariorum apparet.
Non obſtat igitur quod primo non videtur hic recipiẽ-
tem conſentire, quia eo inuito ſequeſtratio fit, nã non
prorſus eo inuito, cum licuit præſtita ſatiſdatione re-
uocare. qui ſatiſd.co.l.ſi fideiuſſor.§.fi. Non ob. quod re-
ceptio inducat præſumptionem conſenſus, non tamen
factum probat, hoc namque fateor, ſed ſuppoſito con
ſenſu ex ipſa epiſtola factum probatur. vt in ſæpedicta
l.publia. vnde gl. in d.l.publia. & etiam tex. quærunt an
epiſtola pro ſcribente probet, & dicitur ꝙ ſic ſi conſen
ſit, ſed ſi conſentiendo daretur factum confiteri, neq;
non epiſtola, ſed ipſe conſenſus partiſq; confeſſio pro-
5 baret † Erunt ergo tres caſus fiendi. ſcilicet ſi quæritur
an receptio epiſtolę faciat præſumi conſenſum, reſpõ-
detur quod ſic vt ſuprà. ſi quæretur an probet, certe ſic,
ſi aliquid geſtum per ſcribentem cum recipiente, vel à
recipiente ſcribenti debitum councietur. Si aliquid ge-
ſtum cum alio, tunc ſi ſolum contineret recipientem
non probat, ne ſequatur abſurdum antedictum. Si ve-
ro partim pro ſcribente, partim pro recipiente, tunc
epiſtola cum conſenſu probat, vt in caſu noſtro. Non
ob. ſecundum, primo quia dato ꝙ tempore completi
12. an. fuerit inhabilis quo ad ſtatutum Mediolani, fuit
tamen habilis quo ad ſtatutũ Cumarum vt ſupra pro-
batum eſt, ſed quia etiam ſtatutum Mediola. prodeſſe
poſſit probatur ſic, non eſt dubium ꝙ cum Maſiolus
conuentus fuit, Cumis erat. Et qui beneficio ſtatutorũ
potiri debuit, verum eſt etiam creditorem ſtetiſſe per
12. ann. quia ſi pluribus ſtetit, ergo & 12. quia quod plu-
ris eſt, vtiq; tanti eſt ff. de in lit. iur. l. cum furti. Cum er-
go verba ſtatuti ſint à quibus non debet recedi. de leg.
3.l. non aliter. de exerci. l. 1.§.is qui nauem. & perſona
ſit habilis, non eſt vltra dubitandum. ad contrarium
autem quamuis videatur coloratũ truffa eſt, & reſpon-
detur id verum quando lex tempus certum per modũ
quoddam de præſenti reſpicit, itaq; in omnem euentũ
alicui beneficium ſuum tribuit, ita ꝙ qui non reperitur
tunc habilis, licèt poſtea efficiatur habilis, reperit l. alte
ri detuliſſe, quod ipſe habiturus erat ſi habilis fuiſſet,
vt reſpicientibus iura prædicta apparebit. Sic ibi lex ali
quem certo tempore excludit, quamuis in puncto cõ-
pleti temporis aliquo impedimento perſonæ alterius
excludi non potuerit, tamen quotiens tollatur poteſt
allegari excluſo, quoniã ſemper & immutabiliter erit
verum dicere tempus lapſum, vt in propoſito ſemper
verum eſt dicere intra 12. ann. non petiſſe, cum veritas
negatiue tractum ſucceſſiuum continuum habet. de
verb. obl. l. quicquid aſtringendæ.§.fi. & l. ita ſtip.§. ſab.
hoc autem eſſe verum petens perſuaderi poteſt. quia ſi
ſecus dixerimus, ſequetur ꝙ ſi aliquis ciuis Mediolani
ante ſtatutũ conditũ non petiſſet ꝑ ann. 12. ab alio ciue
debitore quãuis etiã per alios ann. 12. vel plures poſt ſta
tutũ ſtaret, non excluderetur. Nã ſtatutũ annullat lapſum
ann. 12. à tempore ſcripti. Sed tale debitũ nõ potuit tũc
tẽporis per ſtatutũ, quod nõ erat, annullari, nec poſtea,
quia ſtatutũ illud tẽpus punctualiter reſpicit, quod eſſe
falſum euidentiſſime conſtat. eodẽ modo ſequeretur,
quod ſi Ianinus poſt ciuilitatẽ Maſioli alijs ann. 12. pete
re diſtuliſſet, non excluderetur, eo quia in puncto cõple-
torũ ann. 12. à tempore ſcripti nõ ſit excluſus, ergo nun-
quã poſtea, quod ſimiliter cõſtat falſum & abſurdũ, ſe-
queretur etiã ꝙ peioris cõditionis eſſet Maſiolus, quia an
te ciuilitatẽ totũ tẽpus 12. an. lapſum, quàm ſi non totũ,
ſed fuiſſet ꝯtracta ciuilitate cõtractũ, & ſic creditor ma
gis negligens melioris cõditionis eſſet. Non ob. tertia,
vbi aduertendum, ꝙ ſtatutum nõ ratione negligentiæ
creditorem excludit, ſed quia tanti tẽporis negligentiã
non credidit, præſumptionem ſolutionis induxit, vt
eius verbis apparet, cum dicit præſumatur eſſe ſolutũ.
vnde ſi debitor confiteretur ſe non ſoluiſſe, ſed præſcri
ptione temporis niteretur, male exciperet. iuxta ea, quæ
habent. ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. de ſerui. l. ſerui-
tutes. de aqua plu arcen. l. 1. in fin. de aqua quo. & æſti. l.
6 hoc iure.§. ductus aquæ. nam † cõtra præſumptionem
iuris & de iure per ſtatutum inductam partis confeſ-
ſio admitteretur, vt legitur & no. C. de do. an. nupt. au-
thẽ. ſed iam neceſſe. ff. de condi. inde. l. Iul. ex hoc ſe-
quitur, ꝙ medij temporis habilitas debitoris prodeſt,
quæ in præſcriptione exigeretur, vt in iuribus prędictis
plene not. Cum igitur non ratione negligentiæ, ſed ꝓ-
ſumptionis, quæ nunc inſurgit excludatur, nihil de prę
teriti tẽporis habilitate vel negligentia tractandum. vt
autẽ huius apertior veritas appareat, notãdũ arbitror,
ꝙ ſtatutũ vult tempus 12. an. computari à confectione
ſcripti. Item vult habere locum in ſcriptis, etiã ante ſta
tutũ cõfectis, vt patet ex principio ꝙ dicit, ꝗ habet, &
ſic iam, & ſubdit, vel de cetero hẽbit, & apertius ex fine
cum dicit, in ſcriptis hinc retro confectis, ex hoc ſeqni
tur ꝙ ſi ante ſtatutum creditor per ſcriptum ſtetiſſet ꝑ
anno. 12. condito ſtatuto eſſet excluſus, quamuis credi-
tori, qui futurum ſtatutum diuinare non debuit, nulla
poſſit negligentia imputari. Nec ob. mihi ꝙ ſtatutum
dicat, ꝙ petere debeat & ſic in futurum, ꝙ non poſſet
ſi ſtatutum ad illum caſum extenderetur, nam illa ver
ba, petere debeat, & in præteritum & futurum accipi
poſſunt, cum verbum infinitiui modi petere ad omne
tempus habile ſit. vt legitur & not. de verb. obli. l. 5. §.
ſtipulatio. ſicut ergo ſi diceret debeat petijſſe in præte
ritum, extenderetur ita & nunc, præſertim quia & ver
bum debeat, ad præteritum ſubiunctiui modi conue-
niant. aut ſi cuipiam hoc durius videatur, quanquam
ſit verum, negari tamen non poterit, quin ſaltem ſi an-
te ſtatutum per aliquod tempus factum ſit ſcriptum in
ann. 12. non ſolum tempus poſt ſtatutum lapſum, ſed
ante etiam computetur, alioquin impoſſibilis eſſet
ſtatuti diſpoſitio. quod qui habet ante ſtatutum ſcri-
ptum excludatur ſi non petat intra ann. 12. à tempore
ſcripti, ſed debuiſſet dicere in ſcriptis ante factis à tem-
pore ſtatuti, in fiendis à tempore ſcripti. Si igitur tem-
pus ante ſtatutũ vt dictum eſt computetur in quo non
potuit negligentia imputari, remanet indubitata
concluſio, quod non ex negligentia, ſed ex præſum-
ptione ſolutionis creditor excluditur, & conſequen-
ter ineptam allegationem, per quam dicitur, non poſ-
ſe Ianino negligentia imputari Mediolani niſi poſt ci-
uitatem, cum minor imputari poſſit quàm ante ſta-
tutum, & tamen illi computatur. Ex hoc etiam niti-
tur fruſtra de ciuilitate debitoris toto tempore xij. an.
quæri. Nam & ſi creditor Mediolanenſis ante ſtatu-
tum conditum habuiſſet debitorem non ciuem, qui
lapſis aliquibus annis ante ſtatutum eſſet ciuis effectus,
non dubium eum vti ſtatuti beneficio à conditione ſta
tuti, cum ciuis eſſet, quamuis non toto tempore xij.
ann. ciuis fuiſſet. Non ob. quod ſecundum hoc aperta
erit via fraudibus, quæ enim fraus poteſt hic excogi-
tari, cum per talem ciuilitatem non tollatur credito-
ri in alijs locis, quam habebat antea, conueniendi fa-
cultas, ſed noua adijciatur. agere igitur alibi, ſi puta-
bat vtilius, debuerat, aut ſi contra eum beneficio ci-
uilitatis debitoris, vt Mediolani ageret, vti voluit,
non putet iniuriam cum ſuis qualitatibus & conditio-
nibus vti, & quod per ſe recipit, etiam contra, ſe ad-
mittat, quis enim illam impudentem variationem ad-
mittat, vt ciuem pro me, non contra me haberi volo,
contra l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. quis approbatam ci-
uilitatem reprobans audietur. contra l. ſi vxor. §. fina.
de adul. Item non ne remota ciuilitate idem benefi-
cium habuiſſet debitor ex ſtatuto Cumano, vt extitit
ſuprà probatũ. Item poſito ꝙ creditori præiudicaret,

nõ tam facilis ſequeiut abſurditas, cũ enim hoc ex pri-
cipis poteſtate dependeat, non tam facile reputatur,
cum princeps facile hoc non concedat. de leg. 1. l. apud
Iul. §. fin. & ibi not. aut ſi dixerimus fraudem fieri poſ-
ſe, tunc ciuilitas non proderit, cum fraudis poſſit eſſe
præſumptio. ff. ad munici. l. ordine. §. in fraudem. & l.
Incola. la. 2. facit optime de queſt. l. 1. §. ſi ſeruus ad hoc.
& ibi per Bart. & §. cum quis. non ob. quòd beneficiũ
principis non debeat ius alterius tollere eo non citato.
Nam vt ſtatim dictum eſt non præiudicat creditori,
qui alibi potuit agere. Item dato quòd præiudicaret,
cum princeps ex certa ſcientia fecerit, ſufficit. ut d. l. fi.
de natal. reſti. & not. p Bar. in l. gallus. de li. & poſthu. in
§. & quid ſi tantum. & not. in materia reſcriptorum,
præterea non dicitur præiudicium auferre, ſi eam ci-
uilitatem princeps concedit, quam & ciuitates conce-
dere ſolent, vocant enim forenſes in ciues, vt onera
ſuſtineant. vt dicta l. 1. ad muni. & l. ciues C. de incolis.
Item non directo, ſed per indirectum præiudicaret.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis
de Cumis iuris vtriuſq; doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Deputatus à principe vel ab alio domino ſuper
monetis cum poteſtate poſſendi facere reſtaurum the
ſaurario ex iuſta cauſa an extendatur ad cauſam, quæ
erat tempore incanti, & an ſi theſaurarius lucratur in-
iuſte, cui acquirat, & an debitores poſſint iterum co-
gi ad ſolidãdam rationem, quæ ſolidata erat cum the-
ſaurario.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratores non poſſunt facere reſtaurum in præiudicium domini.*
2 *Conceſſum ex iuſta cauſa intelligendum eſt de ea cauſa, quæ de nouo ſuperuenerit.*
3 *Creditor pecuniam minutam in ſolutione accipiens videtur quod deeſt dare.*
4 *Ratihabitio ſufficere non dicitur, vbi licentia eſt neceſſaria.*
5 *Ratihabitionem mandato comparari qualiter intelligatur.*

CONSILIVM CLXXVIII.

THESAVRARIVS Incantauit theſau
rarium cum pacto, quòd licèt ei facere ſo
lutionem omnium denariorum ſpectan-
tium ad cameram domini cuilibet perſo-
næ pro tertia parte in imperialibus, ſaluo
ſi magiſtri monetarum mandarent ei ex aliqua cauſa
iuſta vel expedienti de qua eis credatur, quod ſolueret
totum in argento. Item quòd licèt portentur ei bulle-
tæ, non ſoluat ſine licentia magiſtrorum expreſſa ſub
pœna arbitrio magiſtrorum imponenda. Item quòd
credatur libris dicti theſaurarij ipſo iurante vera eſſe
contenta, & hoc in ſolutionibus fiendis per ipſum tã-
tum, accedit quòd theſaurarius mandato magiſtrorũ
ſoluerit in argẽto ficticio ſalarium, quod dabatur tem-
pore incanti, & fuit ei factum reſtaurum propter ter-
tiam partem, quia non ſoluit in imperialibus, nunc
mutatis magiſtris repetitur reſtaurum tanquam inde-
bite ſolutum, obijcitur, quòd cùm deberet ſoluere duas
partes in moneta argentea, ſoluit ſolùm in imperiali-
bus, ideo aduentagium debet reddere. Tertio dicit,
quòd in bulletis ſolutis non apparet licentia magiſtro-
rum, ideo &c.

1 ¶ † Circa primum clarũ eſt ꝙ magiſtri in præiudiciũ
domini non potuerunt facere reſtaurum ſi non venie
bat, quoniam eſſèt donatio, quæ non intelligitur huiuſ-
modi adminiſtratoribus conceſſa. C. de trãſa. l. præſes.
ff. de cõdi. inde. l. ſi ꝓcurator. de pac. l. cõtra iuris. § fi. &
imperatores. de decret. ab or. fa. l. ambitioſa. venire aũt
nõ videt̃, quia mãdauerit ex cauſa iuſta & expedienti.
In contrariũ, quia cauſa illa ſuberat tempore incanti,
ideo in generali exceptione nõ debet cõprehendi, ſed
intelligi de cauſis de nouo ſuꝑuenientibꝰ. ff. de priu. cre
di. l. ſi creditores. iũcta l. in omnibus. de iudi. de dãno in-
fecto. l. q bona. §. de illo. iuncta l. habitatores. in fi. ff. loci
C. de ſpon. l. fin. ff. de interro. act. l. de ætate. §. ex cauſa.
2 cum infinitus ſi. vbi † quotiens quid reperitur cõceſſum
ex iuſta cã, intelligit̃ quæ de nouo ſuperuenit. pro hoc
videtur tex. not. de ver. ob. l. ſtipulationes commodiſſi-
mũ. rẽ ra. ha. l. ſi ſine. §. ſi ſtipulatione, vbi clauſula proui-
ſiua refertur ad ea, de quibus perpendere non potuit.
Præterea cũ illud pactũ ad remunerationem theſaura-
rij appoſitũ ſit, vt liceat ſoluere tertiã partẽ in imperiali
bus ne ſequatur captio eius, illa exceptio non debet re-
ferri ad eas cauſas, quæ magiſtri & ponentes ad incan-
tum ſcire veriſimiliter potuerunt, tex. eſt not. ff. de ac.
emp. l. quæro. Id etiã videtur aduertendũ ꝙ licèt magi
ſtri fecerint ſolui, tamẽ cũ fecerint reſtaurũ, apparet ꝙ
non reputarunt cãm talem, ꝑ quã mandarent ſimpli
citer. ff. de ver. ob. l. cũ ſtipulatus ſim mihi à proculo.
ibi, eũ ipſe arbitrio meo &c. Nã ex actu ſequenti reſtau
rari declaratur in poſterum. ff. ad macedo. l. ſed Iul. §. ꝓ
inde. de pri. cre. l. ſi vẽtri. §. fi. & proprie ad propoſitũ ff.
de ne. ge. l. Neſennius. ibi, ſi etiã in rõnẽ impenſarũ &c.
quaſi ergo nõ fuerit mandatũ, & magiſtri, qbus credi
debet, nõ eſtimauerunt, ergo &c. nec enim à ꝑſona re-
cedendũ fuit, ſi nõ fuerint arbitrari. C. de cõtrahẽ. emp.
l. fi. de ver. ob. l. ſi qs arbitratu, cũ ſi. iſta iñ ratio nõ ꝯclu-
dit, cũ ꝯtractus ſit firmatus, vt ibi no. per Bar. poſſet enĩ
allegari, quia regula amplianda, exceptiones quaſi ex-
orbitantes reſtringendæ. de te. mi. l. tribunus. §. fi. & in
dubio debet fieri interpretatio contra eum, qui potuit
legem apertius dicere, vt in iuribus vulgaribus.

¶ Ad ſm non eſt dubiũ, ꝙ theſaurarius habet funda
tã intentionẽ ſuã, quod ſoluerint, ex quo habet inſtrm
publicũ à creditoribus redditum. ſ. bulletas. ff. de proba.
l. ſi chirographũ. & not. de pac. l. labeo. & l. ſe. item cũ in
libris ſuis contineatur eũ ſoluiſſe, quibus libris creden-
dũ eſt ex forma pacti. necnon probat̃ quod ſoluerit pe-
cuniam, quam debebat. ff. de ſol. l. ſolutionis. de verb.
ſig. l. ſolutionis, præſertim cũ rationes ſint expunctæ &
cõcluſæ per magrõs, vnde non debet amplius inquieta
ri, poſtquã magri, ad quos ſpectat, confeſſi fuerint ꝯclu
dẽdo rationẽ. C. de quadri. pſcri. l. 2. ad fi. ſed ſi ꝓbaret̃
ꝙ ſoluiſſet in extorquendo, videndũ eſt, an ſuũ an do-
mini eſſe debeat lucrum, & videtur ꝙ domini, quia lu-
crũ omne, quod ipſe quaſi miniſter & ꝓcurator domi-
ni ad ſoluendũ conſequitur, ſiue iuſte, liberaliter remiſ-
ſum, ſiue iniuſte propria autoritate retentũ, æquius do-
mino quàm ſibi prodeſt. ff. de diſtrac. pig. l. reſcriptum.
§. 1. ff. man. l. idemq; §. fi. In contrarium, quoniam hæc
potius theſaurario per recipientes, quàm domino vide
tur, tribui & remitti, nec cõtemplatione ſui dimittitur,
quamuis officium ſit cauſa ſiue occaſio. ff. pro ſocio. l.
ſocium qui in eo. & not. in q. ambaſiatorum. in d. §. pro
curator. per gl. & doc. C. de fur. l. fi. §. ſed cum in ſecun-
3 dam. qui enim † acceperunt pecuniã minutam, cũ nõ
tenerent̃, vñt donaſſe, de re. iur. l. ſi qs obligatione, &c.

¶ Circa tertiũ videret̃ non faciendas bonas, quia de
licentia nõ apparet, nec ꝑſumit̃. ff. de publi. l. quæcunq;.
§. fi. extra de his, quæ fi. à præla. c. ea noſcit̃. & no. de ver.
ob. l. ſciendum. rem ra. ha. l. ea actor. nec liber theſaura
rij aliqd operatur, quia in eo non cõtinet̃ licentia, nec
videtur opitulari, quod rõnes cum magiſtris concluſæ
4 ſunt, quia † ratihabitio nõ ſufficit, vbi lĩnia exigit̃. extra
de elec. c. cum in veteri. de reg. c. licèt. C. de ſa. ſan. ec. l.
1. de epi. & cle. auth. licentia. no. de re ec. nõ alie. c. dudũ.
li. 6. ꝑ Bar. de aqua plu. ar. l. ſi aũt. Bal. C. ad mace. l. fin. de
bo. quæ lib. l. fi. §. non autem. de acqui. hære. l. ſi quis mi
hi bona §. iuſſum. In contrarium, quiam cùm reperi-
untur rationes expunctæ, & ita ſucceſſiue voluntas ma
giſtrorum præſumitur ab initio voluntatem affuiſſe.
iuxta ea, quæ habent̃ de acqu. hære. l. qui in aliena. &
ibi per Bartol. & per Bald. C. de peti. hære. l. ſi filius.
5 Item † cùm ratihabitio æquipareretur mandato in a-
ctibus, in quibus pro forma non exigitur aliquid,
ſed ſolum vt alteri præiudicet. C. ad mace. l. fina.
poſſet

poſſet etiã dici, ꝙ ſolutio nõ reddiť nulla, cũ ſit aliàs debitũ ratione bulletæ, ſed incurreret pœnã iuxta ea, quę plene tradunť p Bar. de no. oper. nun. l. ꝑtor. §. 1. qđ ex eo apparet euidentius, cũ illi eſſent creditores, & ꝑter voluntatẽ ſoluendo eſſet tutus exceptione. de ex. do. me. l. ſi opera. & poſſet repetere, quaſi geſſiſſet negotiũ ipſo geſtu, immo cogitur habere vt ibi not.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphel de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Pactũ appoſitũ in tranſactione, ꝙ ſi non ſoluať pecunia ꝓmiſſa intra certos terminos, liceat actori ingredi ꝓpria auctoritate quandã poſſeſſionẽ an ſit reprobatũ tanquã legis commiſſoriæ, & cenſeatur in fraudẽ vſurarũ, & an pęna in totũ cõmittať nõ expectato lapſu omniũ terminorũ, & an admittatur moræ purgatio.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ diuerſimode conſideratur.*
2 *Prohibitio ſpecialis non debet contra legem generalem extendi. Et regulæ potius ſtandum eſt, quàd exceptioni.*
3 *Pluralis locutio non eſt vnius.*

CONSILIVM CLXXIX.

1 PACTA Fuit quædã trãſactio † inter dominã Vannarellã ſiue eius maritũ ſuo nomine & Anthoguineũ & quoſdã alios cũ ꝓſtatione, ꝙ aſſeriť p partes ipſas ipſã dñam petere ducatos, 150. in qbuſdã bo. poſ. p d. Anthoguineũ & alios, quæ bona dicunť ad dictã dominã pertinere vi certorũ inſtrumẽtorũ emptionis factæ de dicti bonis per quendam Bartoldũ, & ꝙ erat cœpta lis, idcirco volentes cedere liti & parcere ſumptibus cõuenerant, ꝙ pro toto dicto debito dictus Anthoguineus & cæteri promittãt ſoluere centũ ducatos in duobus terminis, prædictis ſolutionibus nõ factis modo ꝑdicto, licitũ ſit dominæ intrare & capere poſſeſſionẽ dictorũ bonorũ & retinere ꝓ dicto debito ſine aliqua cõtradictione fienda p illos, & ſi ſolutiones fierent in terminis prædictis, ipſa domina debeat dare inſtrumentũ & omnia iura, quæ habet in dictis bonis eiſdẽ, & interuenerũt ꝓmiſſiones, obligationes, renũciationes, & iuramẽta. In primo termino nõ ſoluiť. in ſecundo termino, qui diſtabat p annũ à primo obtulerũt, & ſignurauerunt & depoſuerunt cẽtũ, petitur dominã mitti in poſſeſſione. Quæritur primò an ſit pactum legis cõmiſſoriæ, & obſit dictæ dominæ. Secũdò, an nõ ob. prædictis ſit quæſitũ ius ingrediendi & retinendi dictæ dominæ. Tertiò, an ſit quæſitũ in totum, vel ſolũ pro parte, &c.

¶ Ad primũ poteſt dici circa pactum legis commiſſoriæ generaliter ſumptũ, quẽadmodũ ſumitur in venditione, quia nõ ſolutis centũ receditur à tranſactione, quemadmodum à venditione. ff. de le. cõmiſ. per totũ, tamen nõ põt obeſſe dictæ Vannarellæ, quia pactũ illud reperiẽ niſi in pignoribus, cũ debitor mutuã pecuniã recipiens paciſcitur, vt certo tẽpore pecunia nõ ſoluta creditor habeat pignus pro debito, hoc enim ea ratione reprobatum eſt, quia debitor cupiditate pecuniæ omne pactum apponeret, vnde reprobatur tempore mutui, non ex poſt facto ſaltẽ quo ad retentionem ſm ea, quæ habenť C. de pac. pi. l. fi. & l. 2. quod qdẽ pactum licèt appelleť legis cõmiſſoriæ, eo ꝙ pignus in creditorẽ cõmittiť ex mora ſolutionis. ff. de l. cõmiſſ. l. de le. cõmiſ. & no. Cy. in d. l. fi. tñ diuerſum eſt pactũ legis cõmiſſoriæ in vẽditione, vbi p morã cõtractus reſoluiť, & ſimiliter à caſu ꝓpoſito, vbi à tranſactione recediť, & bona, in quibus dicta domina ꝑtẽdebat ius quo ad ingreſſum poſſeſſionis ſibi reſeruata ſunt cũ debito, quod ꝑtẽdebat. & ſic cũ hic nõ agať de pignore debitoris acqrẽdo ipſo iure ipſi dominæ, nec ſubſit illi ratio, p quã ꝓhibetur lex commiſſoria in pignoribus, quæ regulariter permiſſa eſt, remanet concludendum tale pactum nõ vitiari, eo ꝙ ſit legis cõmiſſoriæ, potius tamẽ ſtandũ eſt regulæ ꝙ̃ exceptioni, per gl. de re. iur. ꝗ. omnis diffinitio.

2 & † prohibitio ſpecialis nõ debet extendi contra legẽ generalẽ. de legi. quod not. ſo. ma. l. ſi vero. §. de viro. cũ ſi. poſſet tamen ꝓbabiliter dubitari, an qa dationi quãtitatis pecuniæ adiecta eſt huiſmodi cõuentio & pęna, nõ teneat quaſi adiecta ĩ fraudẽ vſurarũ. C. de vſur. l. cũ allegas. & ibi no. ff. de ac. empt. l. Iul. §. idẽ papi. cum ipſa domina in pœnam paciſcitur ingrediendi ꝓ maiori quãtitate. i. 150. ducatorũ. Cæterũ nec tenet illa ratione hanc cõuentionẽ irritãdam puto ſiue ex eo, quod per hoc nõ conſequitur ipſa mulier maiorẽ quantitatẽ aut rẽ maioris æſtimationis, nec vllũ aliud ius, ꝙ̃ facultatẽ ĩgrediẽdi poſſeſſionẽ, & retinẽdi ſine ꝯtradictione &c. pro debito, poſito, ꝙ debitũ eſt verũ, ſiue quia l. cũ allegas. cũ ibi not. nõ habet locũ in pœna adiecta trãſactioni. C. de tranſ. l. ꝓmiſ. & ibi p Iac. Bu. & Bal. in d. l. cũ allegas. quod qdẽ indubitatũ exiſtimo, cũ apponiť nomine pœnæ, id quod antea p actorẽ petebať in caſu, quo reus nõ ſoluat promiſſum ex cauſa trãſactionis. videť enim conueniſſe in pœnã rei non ſoluentis, quod ius actoris habeať ꝓ explorato, & eo caſu reus confiteri videť. nec enim dubiũ eſt ſciuiſſe paciſci, ꝙ ius ipſius dominæ remaneat integrũ nõ facta ſolutione tẽpore debito, ꝙ quidẽ eſſet etiã ſine pacto, licèt reus poſſet morã purgare. iuxta ea, quæ habenť. C. de trãſ. l. ſine apud acta. & l. ſi maior nec reprobabiť iſta cõuentio, qñuis id multo plus ſit, ꝙ̃ id quod erat dandũ ex cauſa tranſactionis, cũ iuſtũ ſit, frangẽtẽ fidẽ nihil ex tranſactione cõſequi. C. de trãſ. l. cũ proponas. pari etiã ratione valet cõuentio, vt illud quod actor petebat habeať ꝓ vero debito, ſiue etiã quia ſm Bar. & Bal. & ſequẽtes opinionẽ Bal. in d. l. cũ allegas, vbi nõ eſt ꝑſona, quæ cõſueuit fœnerari, pœna adiecta ſolutionis quãtitatis nõ ꝓſumiť appoſita in fraudẽ vſurarũ ſm canoniſtas. vt no. de pig. c. illa nos, ſed ꝓcedẽs ratio vř tutior, qa p morã recediť à trãſactione, & reduciť ad primæuũ ſtatũ cũ cõſeruatione iuris actoris ſiue renũciatione litis. vt ſicut actor liti renũciauit ꝓ certa pecunia ex cã trãſactionis, ita & verſa vice reus non ſeruata tranſactione. Præterea propter iuramentum non poſſet obijci iſta receptio ante, niſi impetrata abſolutione de iureiur. c. debitores.

¶ Ad ſecundũ breuiter reſpondeť quòd ſic, propter illa verba quòd elapſis prædictis terminis, ſolutionibus nõn factis prædicto modo. &c. licèt enim non videatur competijſſe facultas ingrediendi ex ſolo lapſu quinquennij, quia nondum verum eſt dicere lapſos terminos non toto lapſo, quia † pluralis locutio non eſt vno contenta. ff. ad treb. l. fi. ff. de teſt. l. vbi numerus. & ad 3
illa verba, modo prædicto non eſſent adiecta, poſſum reſpondere, ꝙ nõ ſuffeciſſet in vltimo termino totum ſoluere, per l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. de pig. ac. qui text. multum æquiuocus, propter illa verba, modo prædicto, patet quod tranſactis duobus terminis ſi ſolutio non fuit facta mõdo prædicto, & ſic quinquaginta in primo, & quinquaginta in ſecundo, licere debet dictæ dominæ apprehendere &c. Nec mirum quòd illa facultas nõ cõuenit elapſo primo termino, quãuis omnino cõpetitura ſit, qa cõuentio habet ꝯditionẽ & diẽ, quãuis conditio efficiať neceſſaria, quia neceſſariũ eſſe incipiet lapſo primo termino non poſſe fieri ſubſequẽtẽ ĩ dictis terminis modo ꝑdicto, tñ inter elapſũ omniũ terminorũ non eſt impleta, ſi illa cõditio, ſi ſoluetur, ſi titius morieť, eſt neceſſaria, non tamẽ impleta, ita etiã iſta conditio, elapſis terminis ꝑdictis ſolutionibus non factis modo prædicto, neceſſaria elapſo primo termino, non tamen vere impleta. & hæc probantur. ff. de verb. obli. l. in illa ſtipulatione ſi Kalẽ. & l. cũ ſtipulatus ſim mihi à ꝓculo. & hoc modo põt ſubtiliter intelligi §. ſi annua. qa ante elapſum omniũ terminorũ non eſt verum dicere non ſolutum ſua quaq; die, ſed quicquid ſit. in illo. §. verba ſatis æquiuoca ſunt, licèt ſolutio in vltimo termino ſufficeret ad impediẽdã venditionẽ pignoris quaſi admitteretẽ moræ purgatio, qa nullũ ius q̃ſitũ creditori ex illa ꝯuẽtione. in ꝓpoſito tñ verba sũt clara, nec moræ purgatio admitteretẽ propter diẽ & pœ-

nam.ff.de arbi.l.Celſus.& plene per Bar. de ver. obl.l.
ſi inſulam.& propter iuramentum.C.de tranſac.l.ſi qs
maior.& ibi per Bart.&c.

¶ Ad tertiũ reſpondetur, ius ingrediendi quæſitũ in
totũ ex forma cõuentionis.de ver.ob.l. eadẽ.§.cato.&
l.5.§.ſi de re.du.l.ſi his ducenta.§.cũ ita.de æquitate ta-
men canonica dubiũ eſt per c.ſuam.de pœnis,ſed illud
loquiť quando pœna erat apposita laudo arbitri, quę vi
detur nimis exceſſiua. In caſu autẽ iſto, vbi pœna redi-
git ad ius primæuũ, videť ceſſare ratio illius capituli per
ea,quæ in primo capitulo dicta ſunt, & de intellectu il-
lius capituli ſufficiat remiſſio ad canoniſtas, omitto il-
lam ſubtilitatẽ, ꝙ iſta pœna ingrediendi & apprehen-
di ſit indiuidua p l.ſtipulationes nõ diui. in prin. de ver.
obl.& ſic non poſſit pro parte cõmitti & exigi. de quo
per Bar.in d.l.ſtipulationes.& d.§.Cato.in 1.q.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Minor renuncians beneficio l.2.C.de reſcin ven.cũ
iuramẽto,& omni læſioni etiã enormiſſimæ, ſi ſit dece
pius enormiter vel enormiſſime,an poſſit ꝯtrauenire,
& an & quando iuramentũ validet contractũ nullum.

SVMMARIVM.

1 *Minor promittens cum iuramento ſe perpetuo firmum & ratum*
habiturum.&c.repræſentat ſe maiorem.
2 *Quando dicatur iuramentum ſponte præſtitum.*
3 *Emptor ille non poteſt dici bonæfidei,qui emit à minore,quem ſcie*
bat in malum vſum conſumpturum, & habendus eſt ac ſi eme
ret à prodigo,nec validatur talis venditio iuramento.
4 *Dolus excludit conſenſum iurantis.*
5 *Iuramentum dolo extortum non validat contractum, nec repræ-*
ſentat quem maiorem, cum nullius ſit efficaciæ.
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.

CONSILIVM CLXXX.

VIDETVR Prima frõte dicẽdũ ꝙ no. Nã
cõſtat beneficiũ l. 2. p renunciationẽ etiã
generalẽ excludi,vt ibi not.per Cy.& alios,
& Bar.de ver.obl.l.ſi qs cũ aliter, & fuit de
mẽte gl. Auguſtinus etiã citra iuramẽtum
bñficiũ l.2.renunciauit,cum pmiſſit rata habere, & in
nullo cõtrafacere aliqua ratione vel cauſa,& inſup re-
nũciauit allegationi doli metus, ꝯdictioni indebiti,ſine
1 cã,& omni auxilio &c. Cũ itaq; iuramẽtũ ſubſequẽs.† ſe
perpetuo firma & rata habere &c.repreſentet eũ maio
rẽ.C.ſi aduer.ven. Auth. ſacramenta, & in corpore vñ
ſumiť,& no.in d.l.2.tanquã maior factus ſeu reputatus
à iure renuncians prorſus videť excluſus,tametſi ceſſante
etiã renunciatione pdicta etiã iuramentũ renunciãtis
includat,cũ iurauerit nõ cõuenire occaſione dãni mo-
dici vel enormis de iure cõi, & non ſolũ ratione ætatis
minoris,ſed alia qualibet,vt ibi de expreſſium volunt gl.
& doc. Nec ob.ꝙ illa verba rõne modici dãni vel enor-
mis nõ debeãt cõtinere ſuperlatiuũ.ſ.enormiſſimũ, qa
non põt dici damnũ enormiſſimũ, cui dari poſſit ma-
lus dãnũ, pcipue cũ hic ſubijciať de iure cõi minoris æ-
tatis ſeu qualibet alia rõne, vel cã. Iure aũt cõi ꝯſtat nõ
poſſe cõueniri rõne dãni enormis,niſi beneficio illius l.
2.vel ſimili. Et pterea illa verba, ſeu qualibet alia ratio-
ne vel cauſa,denotãt enixã volũtatẽ, vt omni remedio
renũciatũ ſit.ar.de leg.ij.l. cũ pater.§. filius ita. vt ſi qua
forte dubitatio qualiter intelligiť verbũ enormis, appa
reat latiſſime interpretandum. Cæterũ non obſt.his, æ-
quius videtur.eidem Auguſtino ſubueniendũ. illa.ſ.cõ
2 ſideratione,quia † iuramentũ tunc demũ cõfirmat cõ
tractũ alliàs inualidum.& beneficiũ reſtitutionis & alia
ſimilia excludit.cũ ſpõte pſtitũ eſt, ſine vi.ſ.& dolo, ex-
tra de iureiu.c.cũ ꝯtingat. & eo.ti.c.licèt.& c.quãuis de
pac.in 6.& ita intelligať verbũ ſponte,poſitũ in auth. ſa
cramenta.C.ſi aduer. ven. & in corpore vñ ſumiť. do-
lus aũt præſumitur in contrahente cũ minore propter
enormẽ læſionẽ. vt probatur C. de dolo. l.ſi ſuperſtite,
vbi l.notabiliſs.de his,quę in frau.cre.l.omnes.§.lucius.
de proba.l.qui teſtamentũ.& per Bart. p ſocio.l. ſi ſocie-
tatem. §. arbitrorum. verſi. quæro nunquid poſſit re-
nunciari.de præto.ſtip.l.fin.& Bald. expreſſim in §. ſa-
cramenta. in l.hac ædictali.de pa.iur.fir.verſi.4. quæro.
tenet ex enormi læſione præſumi minorẽ iurantẽ do-
lo circumſcriptũ,& licèt videať dicere, hæc non ſerua-
ri de conſuetudine,quia minorem faciunt refutationẽ
tutoribus eorum & tales refutationes ſeruantur,vt no.
in l.3.§.cõtrariũ.de contra.iudi.tu.in declaratur cõſue-
tudinem procedere, vbi non arguitur dolus & fraus,
ſubdit tamen ibi gloſſ.dicit,quòd valet refutatio,quan-
do non interuenit fraus & dolus,& quòd præſides talia
iuramenta faciunt relaxari &c. puto fuiſſe mentẽ Dy.
dicentis iuramentũ nõ obeſſe, niſi minor ſit certioratꝰ
de beneficio reſtitutionis, quaſi pſumať dolo deceptꝰ.
cuius opi.ſecutus eſt Cy & Io.An.in c.ſi.de emp.& vẽ.
& pro hac ſententia videtur optime facere ff. pro.em-
pto.l.ſiquis cũ ſciret.ſm intellectũ Io.de Aret. cõiter ap
3 probatũ,vbi † non videť bonæfidei emptor, qui emit à
minore, quẽ ſciebat protinus in malũ vſum cõſumptu-
rum,& illa venditio inualidať tanquã prodigi nec vali
datur iuramẽto,ſm ea quæ no.de ver.ob.l. is cui bonis.
per Bar.de fideiuſſ.l. ſi quis pro eo. quanto ergo fortius
debet videri malæfidei,qui cõtrahit cũ minore, quem
cognoſcit cõtrahendo cõſumere, & enormiter lædi,
& cõtractus ille debet reprobari,nec validari iuramen
to,ſaltẽ ad tollendũ beneficiũ reſtitutionis. & hanc ſen
tentiã ſequiť d. Ant.de Bu.in d.c.cũ cõtingat.ver.quartꝰ
caſus principalis in minore iurante nõ cõtrauenire ra
tione enormis læſionis, dicẽs ſe ex facto ita cõſuluiſſe.
licèt videať ibi dicere poſſe peti abſolutionẽ à iuramẽ-
to, tamen cùm talia iuramenta ſoleant etiam ſm eun-
dem exigi à minoribus & mulieribus nõ cõſiderãtibus
4 de læſione,non videtur neceſſaria abſolutio † cũ dolus
excludat cõſenſum iurãtis,& iura volentia iuramenta
ſeruari. exigunt iuramẽta ſine dolo vel metu vt paulo
ante dixerat. quamuis tutius ſit abſolutionẽ petere. ad
hoc etiã facit ſm eundẽ gl.ſi.in c.veniens.eo.tit. & iura
in ea allegata. Nec huic ob. decretũ iudicis excludens
allegationẽ doli.C.de prædi.decuri.l.1.lib. x. & ibi Bar-
to.hic autẽ nulla apparet cauſæ cognitio, & ideo nihil
operatur ff.de tranſa. l. cũ ij. ſed præterea nec potuerat
interuenire tam breui tempore. iuxta not. per Bart. C.
de ſen.l.prolatam.in fine apparatus,& ideo non præſu
mitur, præcipue cum in decreto de cauſæ cognitione
non exprimatur.de re.eo.l.magis puto.§.ſi æs alienum.
& C.de prædi. mi.l. minorum. & Alb.& Bald. in d.§.
ſed prætor. & ita debet intelligi Specu de empt.& ven.
§.nunc videndum. verſiu. breuiter de pro.§.1.verſic.
ſed quid ſi ſolũ nec loquiť illa l.1.in minore,quẽ conſtat
reſtitui,quãuis decretũ ſolenniter interuenerit.C.de p-
di.mi.l. ſi qdẽ. in decurionibus ſpeciali priuilegio pro-
hibitis. forſitan dixerit aliquis hanc conſiderationem
in præſentiarũ minime prodeſſe,cùm proponatur, Au
guſtinũ egiſſe ad reſciſſionẽ cõtractus uel ſupplementũ
iuſti precij,& ſic intentaſſe beneficiũ l.2. de quo etiam
beneficio quæriť, à quo etiã de iure cõi excluſus eſt per
renunciationẽ quãuis poſſet reſtitui,aliud beneficiũ re-
ſtitutionis nõ videť intentaſſe, & pterea nõ apparet, eũ
allegaſſe dolũ auctoris, & ita demũ debet pſumi ſi alle
geť. de adul.l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.idẽ Polloni. Sed
5 reſpondeť, † ꝙ iuramentũ dolo extortum non ualidat
contractũ,nec repræſentat eũ maiore, cũ non ualeat;
ut no.gl.in d. §.itẽ ſacramenta in uerbo, querimoniã.
& ibi Bal.qa iuramentũ nõ debet eſſe uinculũ iniquitatis
ut no.Bar de ſacramẽto p metũ interpoſito in d. auth.
ſacramẽta.in fi.& uideť probari per c.cũ contingat, cũ
alijs.ſ.alle. quamuis enim dolus non uitiet uenditionẽ,
niſi cauſam ei dederit, ſm ea quæ habeť de dolo l.ele-
ganter.in princip.& C.de reſcin.uendi. l. dolus.tamen
iuramentum ſaltem ad confirmandum nitiat, ut præ-
miſſum eſt, quia lex cum loquitur de iuramento con-
firmatorio, exigit dolum & metum abeſſe, reperi-
tur

tur ergo minor alienaſſe rem immobilem ſine debi-
ta ſolemnitate, quia licèt decretum interuenerit, non
valuit interpoſitio decreti ſine cauſæ cognitione per
dictas, l. magis puto. §. ne paſſim. & §. ſi his. & l. minorũ.
tñ ſi contractus valuit, non videtur poſſe defendi rectè
actum alternatiue ad reſciſſionem contractus vel ſup-
plementum iuſti precij, ſed debebat contractus decla-
rari iniuſtus, & quatenus de facto proceſſit, reſcindi,
& conſequenter veniet reus abſoluendus, cùm alte-
rum tantum ex petitis peti debuerit, arg. de verbo. ob-
lig. l. inter ſtipulantem. §. 1. debebitq; iudex abſoluere
ab obſeruatione iudicij ea ratione, quia contractus nul-
lus fit, quemadmodum cum appellatur à ſententia
nulla, & ſic petitur reſcindi, & ſi iudex verum reperit,
pronunciat ſententiam nullam. fa. her. l. quædam mu-
lier. ff. de iu. pa. l. fin. & no. C. quando prouo. non eſt ne.
l. 1. ff. de ap. l. ſi expreſſim, vel dici poteſt cũ contractus
ſit nullus fauore decepti, poſſe eum agendo approba-
re, ita vt reſtituatur, & ſic agere forma prædicta per l.
1. ff. de pig. ac. & ibi per gloſſ. & doct. & in l. eleganter
in princ. ff. de dolo. vt per Inno. de his quæ fiu. à præla.
cap. 2. Sin autem dixerimus contractum valere, ſolũq;
reſtitutionem in integrum ſupereſſe remedium, vide-
ri poterit illud intentatũ, cum & ad hoc competat, vt
vel reſcindatur cõtractus, vel iuſtum preciũ ſuppleatur, cũ
allegetur deceptio ſolũ in precio, non in eo quod vendi-
dit. ff. de iu. do. l. ſi res. §. 1. & nota. C. de prædi. min. l. ſi q.
dem. & ff de mino. l. 2. §. 1. per gl. & Bar. in d. l. ſi res. §. 1.
& licet non fiat expreſſa mentio doli, cum tamen alle-
gatur enormis læſio, ex qua dolus præſumitur, ſufficit li-
bellum concludere præſumptiue. de his, quæ in frau.
cred. l. omnes. §. lucius. & ibi not. & C. de eden. l. edita.
& pro hoc Bar. in d. §. idem Pollioni, præcipue cùm iſta
præſumptio ſit in facto alieno, iuxta notata per eundẽ
Bar. ſi cer. pet. l. cum quid, præcipue cum ad actorem
ſpectet declarare petitionem ſuam. de iudicis. l. ſi quis
intentione. de verb. obl. l. inter ſtipulantem. §. 1.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis.
¶ Et idem Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Emens annuos redditus ꝓ certa quantitate pecu-
niæ ad vitam an dicatur contractus vſurarius. & an in-
famia in vno loco impoſita noceat alibi. & quæ ſit ꝓſum-
ptio vt dicatur cõtractus factus in fraudem vſurarum.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo contractus præſumatur, factus in fraudem vſurarũ.*
2 *Mutuum dici non debet, vbi non idẽ in genere recipitur. Et quid ſit illud dictum Lucæ. 6. mutuum date nihil inde ſpectantes.*
3 *Vſura an in venditione pura redditus annui ad vitam incertam perſonarum facti poſſit intelligi.*

CONSILIVM CLXXXI.

PROPONITVR Quòd commune
Thaurini vrgentibus debitis & creditori-
bus pecunia indigens in 1393. de menſe
Septembris pro florenis mille auri vendi
dit nobili viro Franceſchino de villa red-
ditum florenorum cẽtum annuorũ, quem redditum
conſtituit dictum commune ſuper bonis, iuribus, & re-
bus dicti communis, & hoc in vita, & ad vitam dunta-
xat ipſis Franciſcini, necnon Thomæ eius filij, qui tunc
erat ætatis duorum annorum, & Nicolini de villa filij
primi, tunc ætatis annorum 17. vel circa, & cuiuslibet
eorum, cum clauſulis, renunciationibus, & remiſſio-
nibus oportunis, vt plenius conſtat inſtrumentis inde
rogatis, quos florenos mille dictum commune ſtatim
recepit, & in vita dicti Franciſchini & Thomæ ipſius
filij, & per duos annos poſt eorum mortem ſoluit di-
ctos flo. c. annuos. Nunc vero licèt ſuperſit dictus Ni-
colinus, dictum commune recuſat ſoluere, allegans ꝯ-
tractum fœneraticum & Franciſchinũ fuiſſe publicũ
vſurarium, qui Franciſchinus per ſuos factores vltra
montes fœnus publice exercuit, non autem reperitur
publice vel occulte citra montes exercuiſſe.

1 ¶ † Prima facie videretur dicendũ, dictũ contractũ cen-
ſendũ vſurariũ & in fraudẽ vſurarũ, ex eo quòd veriſi-
militer excederet ille redditus annuus non ſolũ iuſtũ
preciũ, ſed duplũ iuſti precij. ex quo præſumitur hic cõ-
tractus in fraudẽ vſurarũ, & mutuũ ſine tẽpore, vt ꝓp
dilationẽ plus accipiat ſm Pe. & Cy. & Bal. & Ang. C. de
vſur. l. ſi ea pactione. hæc etiã videtur ſententia canoniſta-
rũ Ray. & Gof. vt refert Hoſt. i ſum. de vſur. §. an aliquo
caſu, vbi inquit de his, qui emunt, & Inn. & Io. And. eo.
tit. c. in ciuitate, vbi cõſulunt fidelibus, ꝙ ab huiuſmo-
di contractu abſtineãt. ideſt ꝙ de nouo propter hoc cõ-
ſtituãt reddituũ, vel actionẽ emant & ſubſidiũ, illud au-
tẽ penitus videtur illicitum, ꝙ ille idẽ, qui dicitur emptor
in ſe ipſo ꝯſtituat reddit⁹ vel actũ, quo ſe obligat ad bis
dandum vel in pecunia vel in ſpẽ, quã accepit. In pro-
poſito autẽ dictus redditus de nouo cõſtitutus cẽtũ flo-
renorum, & ipſum tunc dictum redditum in ſe conſti-
tuit, & ad ſtatum ſe obligauit, hanc etiã præſumptionẽ,
vt dictũ eſt maxime coadiuuat qualitas perſonarũ Frã-
ciſchini publici, vt ꝓponitur, vſurarij, vt ꝓbatur extra de
pig. c. illa vos. & de empt. & ven. c. ad noſtrã. & per Ioã.
And. in Specu. de vſur. in fin. primæ additionis. nec ad
rem videtur pertinere, ꝙ vltra montes tantum fœnus
exercuit, quia ex hoc apparet, ꝙ potius pudore, q̃ con-
ſcientia citra montes ab vſura ceſſauit. & ſic facile frau-
dem commiſſit, putans infamiã euitare. In cõtrariũ au-
tem videtur probabiliter dici poſſe hunc contractum
licitum eſſe cenſendũ. nam vſura eſt hic lucrũ ex mu-
tuo facto proueniẽs. 14. q. 3. c. vſura. & in Euangelio Lu-
2 cæ. 6. Mutuũ dantes, † nihil inde ſperante, lucrũ autem
eſt qđ accedit ſorte manente. ff. pro ſoc. l. Mutuus. con-
ſtat autem in propoſito non eſſe mutuum, cum non
idem in genere ſit recipiundũ, imo poſſunt ſtatim om-
nes mori. ff. ſi cer. pe. l. 2. & plene declarat Inno. & alij in
d. c. in ciuitate. declarante quomodo iſta eſt venditio.
pro hoc facit C. de dona. l. ſancimus. §. pe. & de vſur. l. ſi
ea lege. l. ſi ea pactione. & extra de vſur. c. ſi nauiganti.
§. 1. & ibi gloſſ. hoc etiam firmat Hoſti. in d. §. an aliquo
caſu. verſi. quid de his, qui emunt. & Inno. & Io. Andr.
in d. c. in ciuitate & idem Io. And. in præalleg. addi. Spe.
nam Inno. diſtinguit vtrum pure emat redditum con-
ſtitutum ante contractum, vel redditum etiã de nouo
conſtitutum in perſonis vel rebus alijs à contrahente,
3 puta dicit emptor tu conſtituis tales redditus in tali poſ-
ſeſſione vel fundo, facias, quod aliquis confiteatur ſe
debere tibi mille vſque ad annũ. Ego de illis mille, vel
magis de actione pro illis mille competendi dabo tibi
quinquaginta &c. quo caſu valet, quia non mutuũ ſed
emptio, licèt cõſulat abſtineri quãdo conſtituitur nouus
redditus, an autẽ ẽptor ideſt venditor ut ſum⁹ ẽ in l. uete-
res. de ac. emp. in ſe cõſtituat act. uel redditus, quo obli-
get, quo caſu reputat illicitũ, ut. ſ. relatũ eſt. Cõmune
autem Thaurini in ſe non conſtituit redditum uel a-
cti. quo ſe obligauit, ſed in & ſuper bonis, iuribus, & re-
bus dicti cõmunis, quemadmodũ ergo ſi conſtituiſſet
redditus certæ poſſeſſionis, ita & hoc caſu, quia non te-
netur commune, niſi de reddittu bonorum, iurium, &
rerum ſuarum, uel melius tenetur de iuribus, bonis, &
rebus ſuis redditus ꝓſtare, ut patet ex forma huius ꝯtra-
ctus. quamuis ſm Io. in d. c. cum in ciuitate. etiam ſi uẽ-
ditor conſtituat in perſona, etiã ualebat cõtractus. quẽ
& ſimpliciter uidetur ſequi Io. And. in d. addi. Spec. &
hãc opi. ſequutus eſt Old in opere ſuæ. q. Riz. in lib. ma-
gno quæſtionũ diſputatarũ, etiã qñ redditus conſtituit
in perſona, dicens ita obtentum fuiſſe in Romana Cu-
ria, prout refert Albe. de ſa. ſan. ec. l. iubemus. in fin. in
q. abbatis Sancti Dyoniſij Pariſienſis, qui conſtituerat
penſionem annuam, ſeu redditus lib. mille Pariſienſi
archiepiſcopo ſingulis annis ad uitam illius archiepiſ-
copi precio quatuor milliũ due. & idem dicit Alb. obtẽ-
tũ fuiſſe in collegio Pergami, licèt Cy. cõtra in d. l. ſi ea.
hanc etiã ſententiam ſequutus eſt famoſus doc. d. Pet.

de Anch. in q. per eum diſputata, quæ incipit iniquis &
moernis temporibus circa 4 vel vltimum membrum
referens determinationem Old. dicentis venditis red-
ditibus quadraginta rum librarū pro libris duobus mil
libus quadringētis, qui q̄dē redditus videtur exceſſiuus,
& alle. Io. And. in addi. Spe. & ſecundū Oldr. vt ipſe re-
ſert totus mundus ferè hoc obſeruat, vt etiā valent in-
præſtitis Venetorū, Ianuenſiū, & Florentinorū nobis
miſſis multis allegationibus, quæ poſſunt fieri & ſumi
locis prealle. ex his, quæ tradunt per Io. And. in regula
3 peccatū in mercu. cōſtat † ꝙ illud non eſt proprie mu-
tuū, nec vſura, cū ſit venditio, vt d. c. in ciuitate. & ſi di-
ctā rē vendidiſſet pro redditu quinquaginta flo. aureo-
rū annuorū in perpetuū, nulla foret ſiniſtra ſuſpicio cū
ex poſſeſſionibus percipiant quinq; pro cētenario, imo
ſi forſan in territorio Thaurini poſſeſſiones ſolerēt vē-
di ad cōputū reddituū tantæ quantitatis perpetuæ, pari
ergo ratione aut fortiori non debet præſumi fraus &
vſura ad vitā incertā pſonarū, quæ poſſent ſtatim mo-
ri, redditus annuos vendiderit, ſi recte æſtimetur ille du
plex euentus, & licèt l. hæreditatiū. ff. ad leg. falc. quæ præ
ſumit hominē viuere vſq; ad centū annos, non extēn-
datur vltra terminos ſuos, vt ibi plene not. tamen mul
tominus reputatur valere debitum in diem. quàm pu-
rum. ff. ad le. ſal. l. qui quadringenta. §. fi. & in l. iniquita-
te. Nec ob. ꝙ conſueuerit fœnerari, quia ex quo non cō-
ſueuit fœnerari citra montes, licèt non cōſcientia, ſed
pudore, veriſimile eſt eū pudorē etiā obſeruaſſe in hoc
cōtractu, qui cū magna diligentia videtur celebratus
& cōſilio peritorū, ex conſuetudine enim præſumitur
animus cōtrahētis, vt d. c. illa nos. de ſe. i. l. ſi ſeruus plu-
riū. §. fin. & Inſti. de re. diui. §. ceruos. & tamen iſta ſen-
tētia videtur fortiori ratione ſubnixa & maiori aucto-
ritate, vt ſ. patuit, cū iſte redditus non ſit conſtitutus in
perſona cōis. non videtur rō differentiæ ampiectenda
propter dubiū inſpecta etiā qualitate perſonæ, vt præ-
miſſum eſt, poterit ergo cōueniri actione ex empto ad
ſolutionē dicti redditus, p tēpore præterito & futuro. ſm
ea quæ habent C. de ſent. quæ ſine cer. quan. l. 1. & C. de
fideicom. l. 1. quemadmodū ſi aliā rem vel redditū an-
nuum iā conſtitutū vendidiſſet. & Pe. Cyn. & alij doct.
præallegati poterint ſane intelligi cū reprobatione cō-
tractus, quando veriſimile eſt emptorē recipere multo
vltra cōem valorē, videlicet deducens primo redditib⁹,
qui ex reæquiualenti precio veriſimiliter perciperent.
Alioquin ſi quis pro mille ducatis emeret redditus qn-
quaginta ducatorū ad annos 40 vel 50. reputaretur cō
tractus vſurarius, quia multo plus acciperet, vel ſi emiſ
ſet ad vitā, cū exiſtimaret viuere ad 30. annos, & tamē
ſi emiſſet rem eiuidem redditus vel ſimilem redditum
perpetuū, eſſet licitum, quod videtur abſurdum. Nec
ob. ꝙ per conſtitutionē huiuſmodi redditus non cōſti-
tuatur aliquod ius in re ēptoris, ſed ſolū obligatio per-
ſonalis, & ſic aurū ex auro naſcitur, contra c. ſicut. diſt.
47. & ſic artificialia generent contra naturā, quia non
eſt de ſubſtantia venditionis, vt ematur ius reale, poteſt
enim emi debitum & obligatio perſonalis. ff. de hære.
vel act. ven. l. emptori. nec dicitur aurū parere vel gene-
rare aurū, quia preciū datū non debetur, ſed redditus
annuus, & oblatio licitæ permutationis ſubrogatur, vn
de non poteſt dici vſura. Nam & omnipotenti Deo in ſi-
gnum vniuerſalis dominij debetur cenſus, ſiue tribu-
tum, & decima. de deci. c. tua nobis. & multis caſibus
reperitur, quem obligari ad annuum cētum. de reſtitu.
ſpo. c. olim lib 6. 15 q. 2. c. Eleuterius x. q. 3. c. nec nume-
rus. & in infinitis iuribus.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphel de Raymundis
communicato conſilio cum excellentiſſimo I. V. D.
Raphaele Fulgoſijs.

¶ Et idem ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Stipulatio ſimpliciter facta per iudicem vel aliam
publicam perſonam an proſit abſenti parti, pro qua fa
cta eſt dicta ſtipulatio, & an fides data æquiparetur iura
mento, & illi poſſit ꝯtraueniri prætextu ſaltē ignorātiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudices poſſunt alteri ſtipulari.*
2 *Notarij poſſunt quibuſcunque ſtipulari & quid de officialibus.*
3 *Pactum dicitur à palmarum percuſſione & eſt quaſi fidei datio.*
4 *Iuramentum an ſtipulationem alteri factam valedet, quæ alias defectu intereſſe eſſet inualida.*

CONSILIVM CLXXXII.

VISA Copia proceſſus inter ſer Bartholo-
meum de la Spada agentem, & ſer Albri-
cum defendentem, videtur prima fronte
dicendum, reum abſoluendum, quia pro-
miſſio facta domino capitaneo & iudici-
bus quorum non intererat, non videtur obligare ſer
Albricum. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & l.
inter ſtipulantem. in princip & Inſti. de inuti. ſtip. §. al-
teri, tamen verius eſt ſtipulationem illam valere & te
nere. Nam cum ibi interuenerit interrogatio dictorū
dominorū capitanei & iudiciū, & reſponſio ſer Albri-
ci, interuenit forma ſtipulationis. de ac. & obli. l. obli-
gamur. §. verbis. cum ſi. nec ipſa ſtipulatio fuit facta al-
teri, ſed ipſiſmet ſtipulātibus, promiſit enim proroga
re compromiſſum & ſic factum, videnturq; ſtipulati no
mine ſer Bartholomei ipſo ſer Albrico hoc intelligen
te & ſcire debente, cùm hoc negocium ſpectaret ad ip
ſum ſer Bartholomeū, & ipſe ſer Albricus antea eſſet
requiſitus p iudices ad inſtātiam dicti ſer Bartholomei,
vt prorogaret, & recuſaſſet, prout deponunt ſer Filio-
lus & ſer Chriſtophorus, ex quibus patet, quòd nomine
ſer Bartholomei & ad eius vtilitatem fuit facta inter-
rogatio prædicta, cum ad eum tantum ſpectaret nego
cium. ff. quando ex fac. tu. l. poſt mortem. §. 1. & not.
Bart. de nou. oper. nun. l. 1. §. nuncio. verſ. quæro quid
ſi procurator. Sufficit ergo intereſſe eius, cuius nomi-
ne facta fuit ſtipulatio, quamuis non interſit ſtipulantiū
nomine alterius. de verb. oblig. l. quotiens. §. fin. ſi quis
cau. l. ſi procurator. & ſi dicatur quamuis valeat ſtipula
tio, non tamen competit actio ſer Bartholomei. de ac-
qui. poſ. l. & ſi poſſeſſio. arg. infrà reſpondebitur. Sed ſi
diceremus dictā ſtipulationem factam per dictum ca-
pitaneū & iudices ſer Bartholomeo nō ſibi acquirere,
quod tamen, vt ſ̄ patuit, non eſt verū, cū nihil ſibi dari
1 cōtineat, ſed factū eius perſonæ nō cohærens † tñ cùm
dñs capitaneus & iudices eſſent pſonæ publicæ haben-
tes imperiū & iuriſdictionē, quāuis ipſi iudices habeant
limitatam, potuerunt alteri ſtipulari, quemadmodum
notarius rem pu. ſal. fo. l. 2. §. 1. cū duabus ſeq. de adopti.
l. non aliter. & quāuis fuerint opi. vtrum hoc habeat lo-
cum ſolummodo in ſtipulationibus prætorijs, non etiā
in conuentionalibus, per ea quæ no. Io. de conuet. con
iug. c. dudū. & Io. And. de vſuris. c. quāquam. lib. 6. tamē
gl. Inſti. de inuti. ſtip. §. ſi quis alijs. Dy. de magiſt. cōue. l.
1. § exigere. Guil. de adop. l. non aliter. & ibi Bald. Bart.
in d. l. 2. rem pu. ſal. fo. & ibi Angel. & idem Bald. C. per
quas perſo. l. 1. uolunt tamen in conuentionalibus ſuf-
ficere ſtipulationem notarij uel alterius officialis, & ita
2 conſuetudo ſeruat, quia † uidemus notarios ſtipulari
quibuſcunque, & de officialibus pbatur in Auth. ut ſi-
ne prohi. §. quia uero de execut. & de his qui conue. &
reconue. c. 1. de litig. §. ad excludendas. de hære. ab inte.
§. ex his. & plene per Bar. in præalleg. l. 2. & licèt Bald.
& Ang. in præalle. l. 2. uideantur dicere hoc procedere,
quando perſona publica ſtipulatur in his, quæ ſpectant
ad eius officiū, tamen ad officiū domini capitanei, q ha
bet īperiū & iuriſdictionē ſpectat illud, qd in ſtipulatio
nē deductū eſt, videlicet lites dirimere, & partes ad cō
cordiā reuocare, de no. op. nun. l. 1. §. inde quærit. ſi cer.
pe. l. qdam extimauerunt. & ad hęc debet iudex ortari,
imo & quādoq; compellere partes, ſm ea quæ no. Bar.
de of. præſi. l. cōgruit. & Bal. de uſufr. l. ſed & ſi qs. §. ſi in-
ter duos, & licèt dicant teſtes, ꝙ ad eum, cum uicario
ſpectet

ſpectet iuriſdictio & imperiũ nihil ad rẽ, tamen vica-
rius etiã repreſentet. C. de offi. eius, qui vic. alte. obti. ꝑ
totũ. de leg. 3. l. 1. §. deportatos. C. de appe. l. pręcipimus.
Nec hoc caſu curatur, cũ notarius vel officialis publi-
cus ſtipulatur, vtrũ ſibi nomine alterius, an alteri ſtipu-
lefi, quia omni caſu valet, & datur vtilis ei, ad cuius vti-
litatẽ ſtipulatus eſt. vt probatur in præalleg. c. quanquã
verba executiua cõferuntur in aliũ, vt de adop. l. ex his
& l. non aliter, videntq; ſępe dicti capitaneus & iudices
hoc feciſſe tanquã officiales publici, cũ ad eos, vt præ-
miſſum eſt, ſpectaret lites dirimere, & pacẽ & concor-
diã quærere. vt not. Bart. in d. l. a. rẽ pu. ſal. ſo. Amplius
cum fidem ſer Albri. dederit in manibus dictorum
dominorũ capitanei & iudicum, quamuis ſolum pactũ
videatur eſſe fideidatio. de conſtit. pec. l. 1. in prin. & di-
3 catur pactum † à percuſſione palmarum. de pac. l. 1. in
princ. tamen cũ poſt promiſſionẽ verbalẽ fidẽ dederit
in manibus, vel iuraſſe videtur, vel ſaltẽ perinde eſt, acſi
iuraſſet. extra de ijs, quæ vi. me. c. cũ ad aures de fideiuſ.
c. peruenit. de ſepul. c. 1. lib. 6. de appel. c. conſti. cũ ſi. mul
4 tis. Iuramentũ † autem validat ſtipulationẽ factã alte-
ri ex defectu intereſſe inualidam. vt no. Bar. de fideiuſ.
l. ſi quis pro eo. verſi. 6. dixi quod eo manifeſtius patet,
quia iure canonico valet ſtipulatio facta alteri ſecun-
dũ gl. 1. q. 7. c. quoties cordis. vnde multo magis debet va
lere iuramentũ. Quinimo & iure ciuili iuramentũ va-
lidat contractus alias inualidos, puta pacta nuda. C. de
tran. l. ſi quis maior. & iuramentum operatur, vt ad fa-
ctum quis præciſe poſſit compelli. de elec. c. venerabi-
lem. in fi. de iureiur. c. ad noſtram. cũ iuramentũ. quod
poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſit ſeruandũ.
de iureiur. ca. cum contingat. cùm ſi caueat dictus ſer
Albri. de periurio arguatur, cùm & ſi dicat ſe non re-
cordari, non creditur in facto proprio & de propinquo
præcipue tam publice & aperte. ff. ad velle. l. quanquã.
ff. de leg. 1. l. ſi res obligata. de nouationibus. l. ſi quis dele
gauerit. Quin etiã ſi prædicta omnia ceſſarent, quæ ta-
men manifeſta ſunt, non poſſet negari ſer Albri. cùm
ſaltẽ naturaliter domino capitaneo & iudicibus ex hac
promiſſione obligatũ. & ideo ſi poſt primã litẽ proſe-
queretur contra huiuſmodi promiſſionẽ dominus Vi-
carius, qui vt præmiſſum eſt, dominiũ capitaneũ repre-
ſentat, de cõſue. c. 2. li. 6. cũ alijs iuribus ſ. allegatis, debe-
ret eũ repellere & nõ audire, cũ obligatio naturalis ſit
efficax ad excipiendũ & repellendum. de fideiuſ. l. fide-
iuſſor obligari. §. fideiuſſor, nã & cũ videt index quẽ ca-
lumnioſe litigare, denegat audiẽtiã. de ſolu. l. ſi debitor.
Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶Si vnus ex pluribus reis debendi totum ſoluit, &
ei ſint ceſſæ actiones contra vnum ex correis an com-
petat aliqua actio ſoluenti contra alios correos, cõtra
quos non ſunt ceſſæ actiones, & an pecunia accepta
per plures præſumatur conſumpta in vtilitate vniuſcu
iuſque.

SVMMARIVM.

1 *Debitum dicitur ſolutione ſublatum, quapropter per euictionem
tolli non poteſt.*
2 *Ceſſio facta vni contra vnum an poſſit fieri alteri contra alte-
rum.*

CONSILIVM CLXXXIII.

VICTOR Et Santinus fuerunt mutuati à
Ioſepho iudæo duc. 50. & quilibet ſe in ſoli
dum obligauit. deinde Victor Sanctinus &
Leonardus fuerunt mutati ab eodem Io-
ſeph duca. 110. & quilibet etiam ſe in ſoli-
dũ obligauit. deinde Victor emit à Leonardo, quod-
dam pratum pro precio 105. ducatis, & in præſentia ip-
ſius Leonardi & Sanctini ſoluit dictam quantitatem
105. ducatorum dicto iudæo. forma autem ceſſionis ip-
ſi Victori à iudæo contra Leonardum fuit de omni iu
re, quod haberet contra dictum Leonardum vendidit
deinde Victor ipſum pratum Colletto, à quo Collet-
to ipſum pratum fuit ſe motum per quẽdam nobilem
Venetum. facta tamen prius denunciatione Leonar-
do, vt ipſum defenderet, deinde Victor facta remiſ-
ſione contra Leonardum ratione iurium ſibi ceſſorũ
per iudæum reperit ipſum non ſoluendo. Quæritur
ergo an in aliquo poſſit Victor agere contra Sanctinũ,
& qua actione an negociorum geſtorum, vel manda-
ti, vel alia &c.

¶Non videt tenere ceſſio facta Victori contra Leo
nardũ in effectu ſaltẽ in ducatis 100. cũ Victor emiſſet
ab eo Leonardo pratum eo pacto, quod iudæo credi-
tori ſolueret dictos duca. 100. debet ergo Victor illos du
ca. 100. dicto Leonardo pro precio dicti prati, nec po-
tuit impetrare ceſſionem vt non ſolueret de ſuo, ſed de
pecunia Leonardo debita ſolueretur, ceſſat enim ratio
ceſſionis impetrandæ, de qua de fideiuſ. l. cum his. de
ſolu. l. modeſtinus. vbi non valet ceſſio facta vni ex ob-
ligatis, quia de ſuo ſoluit pro alio & ſubſtinetur obliga-
tio ex æquitate, quæ eſt inutilis creditori cedendi, quæ
ratio hic ceſſat. Nec ad hanc ceſſionem ſubſtinendam
prodeſſe videtur, ꝙ pratum poſtea fuit euictum, ita ꝙ li
cẽt proponatur euictum ipſi Victori, potius veriſimile
ſit euictũ Colletto ſecundo emptori, & quomodocun-
que ſit veriſimile ducatos centu ſic iudæo ſolutos fuiſſe
de pecunia ipſius Victoris, aut ſi fuerint de pecunia Col
letti ſibi poſtea reddita per Victorẽ, & ſic effectu iudæo
ſolutos de pecunia Victoris, quę quãuis à principio Leo
nardo debita foret, tamen euictione ſequuta videtur
facta indebita. Nam non propterea debet validari ipſa
ceſſio ab initio inutilis de reg. iu. l. quod ab initio. cum
nec propter euictionem deſierit eſſe debitor, tum quia
1 † debitum erat ſolutione ſublatum, ideo non potuit
propter euictionem tolli. de ver. ob. l. dotẽ. tum quia ꝑ
euictionem non deſinit emptor debere precium ipſo
iure, ſed per excep de ac. em. l. Iul. §. offerri. ſed & ſi po-
namus ceſſionem contra Leonardum tenuiſſe, ſuberit
alia quæſtio, cùm dicta ceſſio ad Sanctinũ extendatur,
Barto. enim de duo. re. l. ex duobus. in 8 q. videtũ ſentire
quod non. Ia. autem de Aret. de leg. 2. l. qui duos ibi Al-
bri. volunt ceſſionem factam contra vnum ex reis de-
bendi, factam contra aliam videri. argu. ff. de hære. vel
act. ven. l. qui ſibi. de leg. 3. l. nomen. C. de act. & oblig. l.
inſolutum & hac ratione procedit ſingulariter illa l.
2 qui duos. & quod † ceſſio facta vni contra vnum non
poſſit fieri alteri contra alium reum, probatur de leg.
1. l. non quodcunque. §. qui gaium & hoc maxime pro-
cedit ſi ille, contra quem eſt facta ceſſio, erat principa-
lis, quia ſi pecunia erat verſa in vtilitatẽ ipſius Leonar-
di, ita quod alij erant potius effectu fideiuſſores, ſecun
dum ergo primam opi. clarum eſt virtute ceſſionis nõ
poſſe agi contra Sanctinum, contra quem nõ eſt facta
ceſſio. ſecundũ not. opi. ſecundam ſcilicet Iaco. de Are.
videretur poſſe agi virtute ceſſionis, quæ opinio videt
de mente legum. Sed occurrit alia dubitatio, quia cum
iudæus inſtrumenta cancellata Leonardo reſtituit præ
ſente Victore, qui præſumatũ conſenſiſſe per ea quæ no.
de pig. ac. l. Gayus. videtũ liberatus ipſe Leonardus tam à
iudæo, quàm à Victore per reſtitutionẽ ipſius inſtrumẽ
ti & debitũ cancellatũ. ff. de proba l. ſi chirographũ. ff.
de pac. l. labeo. & vtrobiq; no. niſi forſan diceret, quod
cũ immediate an ſolutionẽ ceſſæ forẽt actiões Victori,
nõ intelligatũ illa reſtõ & cãcellatio facta animo oĩno li
berãdi Leonardũ, ne videatur eos ceſſionis pœnituiſſe
tãcito, quod nõ eſt ueriſimile. arg. ff. de cõdi. & demon
ſtra. l. non ad ea, ſed ad notandũ liberationẽ ab ipſo cre
ditore, non à Victore ceſſionario, quaſi hæc ſit mani-
feſta probatio ad tollendam præſump. liberationis. d. l.
ſi chirographũ, ubi uidetur probari. Cæterum uidendũ
eſt, an prætermiſſa ceſſione dictus Victor ullã actionẽ
habeat contra Sanctinium quaſi ſoluendo geſſerit eius
negociũ, ubi cùm ante dictũ ſit, Victorẽ non ſoluiſſe de
ſuo, ſed eo qd Leonardo debebat, nulla cõpetit actio

niſi forſan tāquam creditor Leonardi propter euictionem dicti prati vellet conuenire ipſum Sanctinum tāquam debitorem ipſius Leonardi pro parte duc. 50. in quibus Leonardus & Sanctinus erant obligati & pro parte circa du. 60. ſiue pro parte tertia duca. 50. ex illis 60. in quibus ipſi tres erant obligati, cum iudæus nō habuerit ducatos 110. ſed ſolummodo. c. Nam cùm Leonardus ipſe videatur ſoluiſſe dictos duca. 10. vt ſ. patuit pro rata tangente Sanctino, valet pro dimidia illorum duc. 50. in quibus ipſi duo erant obligati, & pro tertia alterius debiti, in quo erant obligati tres, videtur geſſiſſe negocium ipſius Sactini, & ſic ab ipſo Sāctino poſſe repetere, vnde Victor vel impetrata noua ceſſione a dicto Leonardo, vel ſine ceſſione facta excuſſione, vt præmittitur poſſet vtili actione conuenire dictum Sāctinum tanquam nomē ſuum eſſet ſibi obligatum. C. quæ res pi. ob. poſ. l. nomen. quia in inſtrumento venditionis Leonardi continetur obligatio bonorum, & dato etiam ꝙ non eſſet obligatio bonorum capietur nomen ipſius Sanctini in debitum ſecundū formam l. a diuo pio. §. ſi quoque. de re iud. & not. C. quando fiſ. vel priua. l. 2. & hæc ꝓcederent, ſi dictum debitum tàm. 50. quàm 60. duca. pro vtilitate etiam ipſius Sanctini fuiſſet contractum. Si autem cōtractū foret ſolum ꝓ vtilitate Leonardi, vt prima facie veriſimile videtur, cùm ipſe Leonardus de precio ſibi debito conuenerit ſolui iudæo, & præterea Victor contra eum ſolum ceſſionē impetrauit, nulla competeret actio Leonardo, qui fuiſſet effectus principalis contra Sanctinum, cùm etſi Sāctinus ſolueret, ab eo repeteret per ea quæ plene habētur per Bart. de duo re. l. reos, ad quem ſufficiat remiſſio. & hac ratione apparet, ꝙ ſi dictus Victor de ſuo ſoluiſſet eo modo & non aliter, haberet actionem, quam dictum eſt Leonardum habere contra Sanctinum, videlicet quaten⁹ pecunia perueniſſet ad Sanctinum, aliter enim non poteſt videri ſoluendo iudæo geſſiſſe negocium Sanctini. nec actionem contra eum competere. de fideiuſ. l. vt fideiuſſor, virtute impetratæ ceſſionis de qua ſupradictum eſt. in dubio tamen vbi non apparet ad quem perueniſſet pecunia mutuata, præſumeretur æqualiter ad omnes perueniſſe. C. duo. re. l. 1. & no. in d. l. reos. & ad velleia. l. vir vxori. in fi. Quia ergo res iſta ſcrupuloſiſſima eſt, conſultius faciet dictus Victor potius litem vitare, & cōcordiam quærere, q̄ litigare.

¶ Et ita dico & Cōſulo Ego Raphael de Raymūdis.

ARGVMENTVM.

¶ Conuentio de vendendo cū ſolutione partis ꝑcij, transferat aliquod dominium in emptorem. & an talis emptor poſſit recipere fructus, an vero dicatur vſura, & quæ faciant præſumi contractum ſimulatum maxime pacto de retro vendendo ex interuallo facto.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de vendendo rem & traditio eiuſdem rei, an poſſint eſſe ſimul & ſemel.*

2 *Venditio quando præſumatur ſimulata.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

MCCCLIX. die 5. Aprilis Ioannes promiſit Petro filio Martino notario ſtipulante &c. vendere & tradere eidē Martino hinc ad 10. annos vnam domum ipſius Ioānis pro precio lib. 850. Boñ. de qua quantitate ſolum habitatim lib. 800. nomine arrharū & pro parte ſolutionis ꝑcij conuenti, reſiduū aūi dictæ quantitatis promiſit ſoluere hinc ad x. annos, vel ante, quando fieret inſtrumentum dictæ venditionis, & conuenerunt, ꝙ penſiones & redditus dictæ domus pro dicto tempore x. an. ſpectarent ad dictum Martinum habito reſpectu ad precium conuentū dictæ domus, poſtea reperit quædā ſcriptura priuata ipſius Martini ſub die 12. Maij huius tenoris. [Sia manifeſto a chi vederà queſta ſcripta come à di 5. de aprile proximo paſſato concioſia coſa che Ioānes fecerit promiſſionem de vēdere à me Martino vna caſa &c. come apparet per inſtrumentum &c. & per fare ſeruitio à dicto Ioāne, che mi è parente, gli prometto de rendere & reſtituire la detta caſa à ſua voluntade, dagandome lui lib. 80. ſi come lui ha receuute da me, ſi romagna la penſion & frutti che ſe haueranno della ditta caſa, debeno peruenire à mia mano, intendando ſempre che la reſtitutione de nouo ſi debia el tempo reguagliare zoe meſe ꝑ meſe ſi di per di, ſecundo che lui me feſſi el pagamento.] Modo dictus Martinus penſiones dictę domus continue recepit tanto tempore, quòd vltra quantitatem dictarum librar. 80. recepit. Quæritur ergo, an illas teneatur computare in ſortem & reſiduum penſionum & etiam domum reſtituere &c.

¶ Sine diſputatione ſtudio breuitatis dicendum puto, poſſe Ioannem domum, de qua agitur, repetere pēſionibus in libris octingentis computatis, & ſi forſan dederit libr. 80. pariter repetet. Nam primum non fuit hic acta venditio, ſed ſolum promiſſio de vendendo, tradendo hinc ad decem annos, quæ verba cauſa differendæ ſolutionis videntur appoſita, vt ſic Ioannes non potuerit ante lapſum decem annorum ad venditionem compelli. ff. man. l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpondit. de verbo. obl. l. ad diem. & plene per Bar. eod. tit. l. eum qui. §. quamuis. & ſi illa verba, hinc ad decem annos cauſa limitandæ & finiendæ obligationis, adiecta fuiſſent, nihilo magis venditio perfecta fuiſſet, ſed duntaxat promiſſio. Quamuis igitur Martinus penſionem percepit ex conuentione, non tamen dominium domus in eum translatum præſumitur. tum quia nulla apparet traditio, ſed ſolum conuentio de penſionibus percipiendis, quæ ſeparata eſt à traditione, & ſic non infert de mino. l. papi. exuli. C. vnde legi. l. non hoc. cum ſim. & quamuis Martinus in ſcriptura priuata ſupra relata promittat reddere & reſtituere dictam domum quaſi ſibi traditam, quamuis & ſi traditio, interueniſſet, de qua nihil proponitur nec apparet, videri poſſet precaria, non animo transferendi dominium, cùm nec precium integrè ſolutum foret. de act. empt. l. Iul. §. ex vendito. de contrahen. empt. l. quod vendidi. & vt ſ. præmiſſum eſt ſimul & ſemel facta ſit promiſſio
1 vendendi & tradēdi. † quæ ſi eodem momento fieret, traditio contineret impoſſibile & repugnantiam, conuenit ergo vt Martinus penſionem lucraretur rei alienæ propter commodum precij, vt apparet ex verbis conuentionis, quæ etiam conuentio indicat, non fuiſſe translatum dominium cum eo translato fuiſſet ſuperuacua illa conuentio contra l. ſi quando. de lega. j. cum concor. niſi intelligerentur illa verba habito reſpectu ad pretium conuentum dictæ domus, vt pro rata pretij ſoluti cederent lucro eius, non in totum, quæ quidem conuentio non tenet, vt pro pecunia ſoluta lucretur fructus rei alienæ vel pignoris quaſi hæc ſit ſpecies vſurarum. extra de vſur. c. conqueſtus. & ibi plene not. & C. eo. l. ſi ea pactione. & l. ſi ea. l. quamuis nomine ſolutionis precij octingenta lib. datæ ſint, quia tamen in ſolutum emptionis nondum ſequutæ cedere non poterunt. de ſol. l. ſub conditione. de accep. l. quod in diē. & interim potius mutuum reputatur ob commodū pēſionum datum, & ſi fuiſſet ſolutio ꝑcii ſine vllo alio commodo, videretur eſſe interim donatio, aut ipſius pecuniæ vſus. de colla. bo. l. pe. & quod plene legitur. ff. de fideicom. l. poſt mortem. de leg. 1. l. filius. §. diuus. & d. l. ſub conditione, quocunque enim noīe cenſeatur, conſtat ex pecunia, cuius dominium in ipſum Ioannem translatum eſt & periculum, conueniſſe præmium accipere, & ſic vſuram eſſe. xiiij. q. 4. c. pen. & fi. nec cuipiā durum videatur Martinū ſoluto precio non poſſe etiā ex conuentione penſiones lucrari, quas lucraturus fuiſſet emptione ꝑfecta, cū ex parte ſua impleuerit, cū non in totum

in totũ impleuerit, qđ fieri debuerat. de ac. emp. l. Iul. §.
offerri. & ſi domus ipſa ante perfectã vẽditionẽ quouis
modo periſſet damno ipſius Ioannis, non Martini. de
peri. & cõmo. rei ven. l. minor. quod foret abſurdũ, vt
tã res, quàm preciũ damno fuiſſent promiſſorũ, & ſti-
pulator emptorque futurus penſiones rei lucraretur
inſpecta ratione vſurarũ prohibitarũ. de quibus per Io.
And. in regula peccatũ li. 6. Quinimo etſi dominiũ do-
mus videretur ſtatim tranſlatũ, poſſet videri hoc factũ
in fraudẽ vſurarũ, & potius ſimulatũ, quàm verũ, cũ vẽ
ditio non fuerat perfecta, nec videretur perficienda cũ
ex ſcriptura priuata promiſerat Martinus reſtituere do
mũ Ioanni ſoluens ſibi li. 800. nulla facta mentione de
alijs ſoluẽdis. Nec fere ſcio ex cõuentione fuerit potius
per inſtrumẽtũ facta promiſſio vendendi, quàm vendi
tio ſoluto fere toto precio, niſi ſub præmiſſo colore fu
turæ venditionis interim vnus pecunia, alter re gaude-
ret, arg. C. plus vale. quod agitur. per totũ extra de em-
pt. & ven. c. ad noſtrã. de pig. c. illa vos. liquet igitur em-
ptione non perfecta penſiones ad dictũ Ioannẽ perti-
nere, & in dictis lib. 800. cõputandas, nec eũ ex promiſ
ſione ad vendendũ amplius aſtringi poſſe, cui ſi vende
ret, cogeretur dictus Martinus ex pacto retrouendere
de excep. do. l. dolo. de re. iu. l. inuitus. §. cui damnus ſo.
matri. ſi l. ſocer. §. Lucius. Et ipſum Martinũ, ſi poſſeſſio
nẽ vel tenutã habet, ad reſtitutionẽ teneri, Quę omnia
multo clariora forent, ſi dato quòd in inſtrumento cõ
tineretur non promiſſio vendendi, ſed venditio ipſa,
ex pacto reddendi præſumeretur ſimulata & in fraudẽ
vſurarũ, de quo ſtatim dicerẽ, tunc nõ deberet eſſe me
lioris conditionis ſtipulator venditionis fiendæ, quàm
emptor. de condi. indi. l. Iul. Poſſet ergo vlterius proce-
di & quæri quid iuris, ſi in præfato inſtrumento vendi-
tionis contineretur, an perinde iudicandũ de promiſ-
ſione, quod de venditione, an dicta venditio præſumẽ-
2 da ſit ſimulata † propter pactũ poſtea poſitũ de reddẽ-
do. vbi conſtat ꝙ non, ex ſolo pacto. C. de pac. inter ẽpt.
l. 2. Sin autẽ domus ipſa multo maioris valoris fuiſſet,
& dictus Martinus fœnerari conſueuiſſet, vel ſimiles
contractus facere, & pactũ de reddendo fuiſſet inconti
nenti appoſitũ, ex concurſu horũ triũ præſumeretur ſi-
mulata venditio, & in fraudẽ vſurarũ, fructuſq; com-
pẽſarẽtur in ſortẽ, per d. c. ad noſtrã. de pig. c. illa vos. &
nota. de vſur. c. conqueſtus quãuis doct. iuris ciuilis. C.
plus vale. quod agi. l. fin. Ia. F. de Are. Cy. Bald. reſpon-
dentes ad capitula ſuprà allegata contra velint. Cùm
autẽ pactũ, de quo agitur, ex interuallo fuerit appoſitũ,
pluſculũ dubitationis eſt, quia non tã videtur ex eo fi-
ctio & fraus præſumi ꝑ ea quæ in ſimili habenẽ de ſol.
l. quãuis, alias incipit Caſipodius. vbi plene per Bart. de
pig. ac. l. titius. C. plus va. quod agi. l. 2. ſm illũ intellectũ,
licèt ſi dictus Martinus conſueuiſſet fœnerari, non vi-
deretur ex interuallo vnius menſis vel paulo pluri ſub-
lata præſumptio ſimulationis, cùm vſurarij omnes cau
telas excogitent ad circunueniendã iuris præſumptio-
nem, & ex interuallo promiſſiones ipſas faciant, & in
alio inſtrumẽto. vt plene per Io. And. in d. c. ad noſtrã,
ita vt facile pręſumendũ ſit contra eos, vt not. C. de vſu.
l. cum allegas. & tutior via eſt eligenda pro ſalute ani-
marũ ſuarũ. vbi verò non appareret Martinũ ſolitum
fœnerari vel facere ſimiles contractus, res tamen foret
multo maioris valoris & pactũ retrouendendi gloſſ. in
d. c. conqueſtus innuit præſumi contractũ ſimulatum,
cum dicit, & præcipue ſi emptor conſueuit exercere
vſuras Nam non poteſt. videri alienatio eius, quod ſem
per recuperari poteſt. de ver. ſigni. l. alienatum. in prin.
iuncta l. qui actionẽ. de reg. iur. & magnã habet ſimili-
tudinem cauſa pignoris, quod ſemper recuperari po-
teſt, vbi cadet illud dubium, nunquid glo. illa procedet
etiã in pacto ex interuallo appoſito. & quia hic articu-
lus non videtur neceſſarius in quæſtione præmiſſa per
ea, quæ ſuperius dicta ſunt, cum hic nulla venditio in
inſtrumento contenta ſit, vltra non proſequor, præci-
pue cùm variæ forſan ſint cõſuetudines locorum, vbi
magis vel minus huiuſmodi formæ contractuum fre-
quentantur, multiſq; exiſtentibus præſumi poſſint ex
alijs coniecturis religioni iudicantis relinquendis.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun-
dis. iuris vtriuſque doct.

¶ Idem Raphael Fulgoſius conſuluit.

ARGVMENTVM.

¶ Depoſitarius coactus ſoluere alieni tanquam cre-
ditori deponentis, an ſit liberatus, & an debeat litem
facere, vt ſit excuſatus, & quam formam debeat ſerua
re, quando ita cogitur ſoluere, vt ſit tutus contra de-
ponentem, & an teneatur de caſu fortuito.

SVMMARIVM.

1 *Exactio iniuſta quo caſu fortuito caſui comparetur vel aſcriba-
tur.*
2 *Creditore defuncto an debitor procuratori ſoluendo liberetur.*
3 *Iniuria & exactio debiti facta fideiuſſori an & qualiter debito-
ri principali noceat, & quid de facta procuratori.*

CONSILIVM CLXXXV.

SER Laurentius Onoſum de Aſſiſio. in
1324. die 15. ſeptemb. depoſuit certã quã-
titatẽ ducatorũ apud Coſmã Laurentiũ
& ſocios de Medicis in ciuitate Venetia-
rũ nomine dominæ Bartholomeæ de Ba
niã, ita vt dicti denarij eẽnt dictæ d. Bartholomeæ & c.
promittentibus dictis de Medicis tenere, & conſerua-
re omni ſuo riſigo, periculo, & fortuna dictos denarios.
Poſt hoc ſequeſtrati funt dicti denarij illis de Medicis
mandato ſupraconſulum, & eis mandantes, ꝙ intra
tres dies debeant eos præſentaſſe, cũ paraſſent vt domi
ni Aduocatores & ſequeſtrũ & mandatũ intromitte-
rent, & cauſam quærerent, reſponſum fuit quod quidã
olim Brachus quoſdã damnificauit, repreſaliã in bo-
nis eius impetrarunt, & poſtea impetrarunt, ꝙ dena-
rij, qui reperiuntur, ad dictũ d. Brachũ ſpectare iudicen
tur fuiſſe dicti Brachi & in dictis repreſalijs contenti,
& tàm dictæ repreſaliæ, quàm ſentẽtia emanarunt abſ-
que aliqua citatione d. Bartholomeæ dictæue ſocieta-
tis, deinde conuenit inter dominã Bartholomeã & de
poſitarios, ꝙ cũ ſequeſtrati fuerint dicti denarii, & ex-
pediat prouidere ſcribendo & mandando Venetias,
mittendo procuratorẽ, & alia acta neceſſaria faciendo
ad expediendũ, & disbrigandũ dictos denarios, ꝙ per
quãcunque rẽ fieret & facta fuiſſet per dictas partes cau
ſa ſaluandi & disbrigandi dictos denarios, non intelli-
gatur, nec ſit, nec eſſe poſſit præiudiciũ, vel dãnum ali-
cuius dictarũ partiũ de eo, ꝙ primo die fuerint concor
des, & inuicẽ obligatæ, & remaneant ſingulæ partes in
ſuo priſtino ſtatu. quẽadmodũ ſi nulla procura, literæ,
vel inſtrumenta, vel alia acta nõ interueniſſent, produ
citur depoſitũ pro disbrigando dictũ ſequeſtrũ. Quæri
tur ſi dicti depoſitarij cogantur dictũ depoſitũ reddere
his, ad quorũ inſtantiã fuit dicta ſequeſtratio, quæ for-
ma ſeruanda ſit per eos in ſolutione ſiue præcepto pri
mo, ſiue poſtea, vt poſſint ſe tueri à dicta d. Bartholo-
mea. Item cũ depoſitum & obligatio fuerit Venetijs,
an poſſint à dicta domina alibi conueniri cùm Coſma
& Laurentius ſint Florentiæ.

¶ Pro declaratione primi quæſiti ante omnia eſt vi-
dendũ, nunquid per exactionẽ abſq; culpa dictorũ de-
poſitariorũ liberentur. & ſi liberanẽ, conſequenter vi-
debiẽ, quæ per eos ſeruanda ſint vt à culpa excuſentur.

¶ Circa primũ videtur prima fronte dicendũ, cùm
dicta exactio nullo iure fieri poſſit non præcedente le-
gitima ſententia contra dominã Bartholameã credi-
tricẽ dictæ ſocietatis, & facta diſcutione bonorũ mobi
liũ & immobiliũ ſecundũ formã l. à diuo pio. §. in ven-
ditione. ff. de re iud. & C. de execu. re. iu. l. 1. quæ ſenten-
tia legitima non præceſſit ſine citatione. de re iudi. l. de
vnoquoque. & C. quomodo & quando iu. l. ea quæ, cũ
ſi. tanto magis cùm dicta domina non ſit ſubiecta iuriſ
dictioni

ditioni dñorum Venetorum, nec ibi vlla ratione ſor-
tiatur forum. C. ſi a nõ compe. iude. per totum. de iuriſ.
om. iudic. l. 2. cũ ſi. nec dicta excuſſione liberati dictam
1 ſocietatem, talis enim † exactio iniuſta caſui ſortuito a-
ſcribitur, cùm nec culpa creditoris, nec debitoris acce
dat. de euic. l. ſi per imprudentiam. C. de re. perm. l. j. ff.
de fideiuſ. l. exceptione. & in eis no. & ſatis conſtat. C.
de pig. ac. l. quæ fortuitis. de regitur. l. cõtractus. de euic.
l. Lucius. Cõſtat autem depoſitarios in ſeſe ſuccepiſſe
periculum caſus fortuiti, vt patet ex ſ. relatis, & dato ꝙ
non ſuſcepiſſent, cùm depoſitum illud factũ ſit & non
eadem corpora nũmorum ſoluerentur, ſed eadẽ quã-
titas, in genere tamen, quia non fuit depoſita pecunia
obſignata. ff. depoſiti. l. Lucius. & l. ſeq. § j. tamen ẽt quia
lucrum exinde percipere debebãt, ſpectabat etiam ad
eos periculum caſus fortuiti, qui tenebantur in genere.
C. ſi cer. per. l. incendiũ. ff. ad l. fal. l. in ratione. §. incerte.
quia non parit nec auſert ſubiectũ obligationis quantũ
ad dictam credittricem transferri. d. l. exceptione. & ꝑ
hoc videtur caſus ff. de ſol. l. creditor. in princi. & dato
ꝙ periculum ſpectaret ad dictam deponentem, tamen
illa verba, ꝑiculo, riſſico. & fortuna, aliquid debẽt ope
rari. de leg. j. l. ſi quando. Cæterum non obſtantibus his
tutior videtur diuerſa ſnĩa. Nam cum dicti denarii exi-
gantur tanquam debiti dictæ dñæ Bartholomeæ, & ſic
ex cauſa creditoris, non debitoris, iuſtius eſt dãno eius
eſſe, cuius contemplatione exacti ſunt. Ad hoc optime
facit. ſi cer. pet. l. eius. vbi † ſi propter caſum mortis cre
2 ditorum eſpiret mandatum finitũ, liberatur ſoluẽs ꝓ-
curatori. quia hic eſt caſus fortuitus contingens in per-
ſonam creditoris. ſ. qui potius debet ſibi, ꝙ̃ debitori ob
eſſe. Non eſt aũt minor æquitas liberandi debitorem
compulſum ꝑꝑ creditorem, quàm ignorantem man-
datum reuocatum, ſi certe inſpiciant. & ſic limitantur
iura dicentia, caſum non liberare debitorem generis.
& l. qui hominem. §. ſi nullo. de ſolu. cum ſi. vt intelligã
tur, niſi illi caſus propter creditorem cõtingãt. iuxta q̃
in ſimili hñr ff. loca. l. ſi vno. §. item cum quidam. de cõ
ſti pe. l. item illa in prin. & ita determinãt omnes doc.
Cy. in l. ij. C. quod me. cã. Bal. C. de fur. l. falſus. in ſiſib⁹
terminis, qñ pars, q̃ de ciuitate aliã expulit, exigit debi
tores partis expulſæ, allegantes ad hoc de le. 3. l. Paulo
Calimaco. iu ſiu. de an. le. l. liberto. §. Lucius. & quia a-
ſtringit in hoc creditoris exactio quæ fit ꝑꝑ eum. loca. l.
ſi merces. §. culpæ. ſol. ma. l. pe. in princ. & quia propter
creditorem non debet pati dãnum debitor. ar. de neg.
ge. l. nam & ſeruius. in prin. cũ gl. facit etiã. ff. de peri. et
cõmo rei ven. l. lectos. cum duab. ſequentib. vbi quam
uis periculũ caſus fortuiti rei venditæ perfecta venditio
ne ſpectet ad emptorem. de pi. & cõmo. rei ven. l. neceſ
ſario. vbi licèt emptores ab ædili, & ſic officiali publi-
co propter venditorẽ obligati eſſent ẽt iniuſte, ꝑiculũ
ſpectat ad eum, quemadmodũ ergo periculum caſus
fortuiti ſpectans ad emptorem efficitur vẽditoris. eiuſ
demq́ue debitoris, quia propter eum caſus accidit, &
iniuria facta eſt, ita & e contra periculum ſpectans ad
debitorem regulariter, ſi caſus contingat propter cre-
ditorem, ad eum transfertur per locum ab oppoſitis.
& a paritate rationis. argumen. C. de repu. hære. l. ſicut
maior. cum ſi. de verbo. obl. l. a Titio. cum ſi. ad hæc ẽt
facit ff. loca. l. ſi fundus, ꝯiuncta l. Lucius. de euic. vbi ſo
let fieri in ſimili dicta diſtinctio faciũt ẽt no. per Bar. de
cõdi. ob cau. l. ſi procuratori. in 4. q. principali vbi ingt.
ſoluentem procuratori, qui nunquam habuit mãdatũ,
ſi habuit iuſtam cãm credendi ipſum eſſe procuratorẽ,
liberari cedendo actionem cõtra eum. per l. cum fun-
dus §. ſeruum. ſi cer. pe. & per eundem Bar. de cõdi. in-
de. l. ſi vrbana. in vlt. q. vbi etiam ponit caſum ſimilem
per Io. An. in Spe. de obli. & ſolu. in princ. verſi. ſed fuit
eius alia qõ de debitore, qui ſoluit. Nec dici poteſt doc.
in d. l. creditor. loqui quando quis exigitur indebite a
publico, ſecus ſi à priuato vt in propoſito Nã cum iſta
exactio fiat anctoritate iudicis, dr̃ fieri a publico. ſiue au
ctoritate publica, & patet per l. 2. §. ſi. quæ allegatur per
Bar. in d. l. creditor, vbi excuſat factum magiſtratus, &
illa differentia inter publicum & priuatum ſolum ex
eo fit, quia quando fit a republica non datur regreſſus
contra eam. quando autem fit à priuato, regreſſus da-
tur, & ideo ſi non datur regreſſus contra priuatum,
vt in propoſito vel actionem cedat contra eum, libe-
ratur. vt no. in dicta l. 2. in fin. & probatur in l. 3. in prin.
de eo, per quem fac. erit. Ad hoc etiam facit d. l. exce-
ptione, quæ allegabatur in contrarium. manda. l. ſi pro
3 curatorem. §. ignorantes. C. eo. l. etiam. vbi † iniuria fa-
cta fideiuſſori, vel procuratori ex actione debiti nocet
debitori principali, non ſolum quantum ad exceptio-
nem, verum etiam ad actionem dandam, quia ſi nego
cium eſt cã ꝑꝑ quam fit iniuria, ſpectat principaliter ad
ipſum debitorem, quãto ergo fortius ad exceptionem
iniuria facta debitori actione debiti transfert ad credi-
torẽ. facit ẽt de hær. vel act. ven. l. a. §. ſoler. ver. ſi naũr vẽ
vbi tex. no. in ſi. Nec ob. ſuſceptio caſus fortuiti, quia ad
talem caſum non refert. arg. de cõtrahẽ. emp. l. ſi in las.
§ ſi. & quod no. ſi quis cautio. l. & ſi quis. §. quæſitum. &
expreſſim determinat Bal. in d. l. falſus. Nec tam videt
illa ſuſceptio caſus fortuiti apponi, vt veniant caſus hic
no. comprehenſi, quàm gratia tollendæ dubitationis.
ff. man. l. qui mutuam. & ff. de vſuris l. quæ dubitationis,
& declarandi illud depoſitum in quãtitate, non in ſpe
cie factum intelligi, cum & potius illa ſuſceptio ſm na-
turã contractus regulanda ſit, quàm vlterius extenden
da. de vſuris. l. ſi ſtipulatus. de leg. j. l. ſi legati. cum ſi. hoc
igit̃ præmiſſo. veniendo ad primum quæſitũ, rñdet di
ctos depoſitarios, quamuis dictã d. Bartholameã cõſtet
de ſequeſtro notitiã hr̃e ex conuentione ſ. relata, tñ ei
denunciari debere ſaltẽ ad cautelã, vt veniat vel mittat
ad faciendo reuocari ſequeſtrũ & exactionẽ impedien
dam, & nihilominus ſiue illa veniat vel mittat, ſiue nõ,
dicãt tamẽ allegando ſnĩam nullã, & executione fieri
non debere, & omnia bona fide agendo, ita vt conſtet
eos ſine culpa ſui coactos ſm ea, quæ not. Bal. in d. l. fal-
ſus. & vbi cogantur ſoluere, habeant iuſſum authenti-
cum, ita ꝙ nõ poſſit declinari, quãuis ſufficiat ꝑdictos,
ꝙ ſm leges Venetorum neceſſario habuerint ſoluere,
& ꝗdiu licèt allegent nullitatẽ & iniquitatem iuſſus &
ſententiæ appellando, & denunciando dictæ dñæ vt ſi
grauet appellet, iuxta quæ habentur in ſimili de em-
ptore. de euic. l. herennius. §. Gaya. & C. e. l. emptor.

¶ Ad ſecundũ rñdet ꝙ non ſolum in loco ꝯtractus.
verũ ẽt Florẽtiæ in loco domicilij. & vbicũq; forũ ſorti
rent, conueniri poſſe. ff. de iudi. l. hr̃ſ abſentes. § ſi. & ibi
no. ꝙ eſt intelligendũ qñ nõ ſoluiſſent coacti vt ſ. aliàs
omnino liberati eſſent. vt ſ. plene oſtenſum eſt.

¶ Et ita conſuluimus Ego Raphael de Raymundis
& etiam ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Promiſſio alieni facti an & quando valeat, & an
poſſit impleri in perſonam hæredum, & filia promit-
tens non venire ad ſucceſſionem legitimam, de qua
ſucceſſione intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Verba iſta, dedit, tradidit & ſimilia quod in materia ſtipulatio-
num importent.*
2 *Actio dotis quare dicatur bonæ fidei.*
3 *In pacto continẽnte factum tertij non continetur perſona hæredis.*
4 *Legitima ſucceſſio intelligitur hæreditas patris.*

CONSILIVM CLXXXVI.

VISO Inſtrumento promiſſionis & pacto-
rum inter ſer Iouenitum de vtino pro
domina Amotoia eius filia, & ſer Domi
nicum de vtino pro ſer Andrea eius filio
rogato per ſe Ioannem quondam ſer Ge
orgij &c. proponitur ꝙ quamuis in inſtrumento ſit ꝙ
ſer

ſer Ioannitus dedit tradidit & cõſignauit dicto ſer Do
minico medietatem cuiuſdam domus ſitæ Venetijs, ta
men nunquã habuit dictus ſer Dominicus vel ſer An-
dreas poſſeſsionem dictæ domus, ſed ſolum mille lib.
quæ non fuerunt integra ſolutio dotis, nec habuerunt
alia fulcimenta ſiue bona parafernalia, de quibus in di
cto inſtrumento, prætereà dr̃ in vita ſer Andrea dictũ
ſer Iouannitum non petiiſſe ſibi fieri finem & remiſ-
ſionem, mortuo dicto ſer Andrea poſt matrimonium
contractum, & dicto ſer Iouanito poſtea mortuo ex-
traneis relictis hæredibus, cùm ipſa domina Amoroſa
velit venire ad hæreditatem paternam. Quæritur an ſi
ipſa nubat, teneatur ſer Dominicus ſocer ex forma ꝓ-
miſſionis? vbi dicendum videtur, ꝙ non, quia cũ dictus
ſer Iouannitus non impleuerit ex parte ſua ea quæ pro
miſit, non poteſt petere etiam ſibi impleri ff. de ac. em.
l. iul. §. offerri. & l. qui pendentem. licèt enim in inſtru-
mento dicatur ꝙ dedit, tradidit, & conſignauit dicto
ſer Dominico ſtipulanti & recipienti, tamen cùm illa
domus eſſet Venetijs, nec interuenerit conſtitutũ, non
per hoc probatur traditio, quæ non potuit interueni-
re, ſed illa verba, ſtipulanti & recipienti, obligant eum,
vt plene per Bar. de ver. obl. l. v. §. ſtipulatio. & illa ver-
1 ba, † dedit tradidit, important licentiam apprehenden
di propria auctoritate. de acq. poſ. l. prædia. & ibi ꝑ Bar.
ſecundum Ia. de Are. vbi autem dictus ſer Iouãnitus ꝓ
parte ſua impleſſet, veniret vlterius conſiderandum, ꝙ
illa conuentio, ꝙ ſer Andreas teneatur facere, ꝙ domi-
na Amoroſa, qñ eam domum duxerit, faciat finẽ &c.
non valet, quia continet factum alienum, non propriũ
dicti ſer Dominici. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. in princ. l.
inter ſtipulãtem. & no. gl. de pac. l. j. ſuper verbo in idẽ.
tamen licèt ipſum pactum non teneat, teneret promiſ
ſio pœnæ per d. l. ſtipulatio iſta. in prin. & §. ſiquis dolũ.
vbi quis diceret pecuniam promiſſam, ſi dictus ſer Io-
uanitus & Dominicus non tenerẽt rata & firma, & cõ
trauenirent, hic aũt ſer Dominicus non contrauenit,
cùm non fuerit obligatus ad factum alienum, ꝙ videẽ
contra mentem contrahentium. Cæterũ alia conſide-
ratio occurrit, videlicet ꝙ illa cõuentio ꝙ ſer Andreas
teneatur facere dominam Amoroſam, quando duxe-
rit ad domum ſuam, facere finem & remiſſionem, cõ
ditionalis eſt. quando di. le. ce. l. ſi Titio. de leg. j. l. Stichũ.
cum multis ſi. poterit euenire, ꝙ nunquam duceret ad
domum ſuam vel morte præuentus, vel matrimonio
non ſequuto. vnde ſm̃ communem opi. doct. quamuis
ego non ſoleam ſequi, non erit in mora dictus ſer Dõ
minicus, & eodem modo ſer Andreas, niſi facta inter-
pellatione, vt no. per doc. & Bar. de ver. ob. l. quoties in
diem. & videtur tex. ſol. in a l. de diuiſione. quia ſi euen
tus conditionis conſtituerit in mora, cùm actio de do
2 te † ſit bonæ fidei, venirent fructus à tempore cõtracti
matrimonii præcedente promiſſione dotis, contra di-
ctã l. de dire. & ita Bald. allegat illã l. ſiquis cautio. & l.
ſi poſt tres. nec videtur iuſtum ꝙ dictus ſer Dominicus
teneretur ad pœnam, ſi poſt mortẽ dicti ſer Andreæ
mariti non faceret fieri dictam finem, & remiſſionem
tum quia de ſe non promiſit, tum q̃a non habet pote-
ſtatem, quam habebat vir in vxorem, qua etiã rõne nõ
videbitur contineri ꝙ hæres ſer Andreæ debeat facere
iu rare, cùm illud factum non ſit explicabile per hære-
dem, qui non habet illam ptãtem, etſi ſit factum vt ita
dixerim perſonæ cohærens, ſiue vbi electa eſt induſtria
& potentia perſonæ, & ideo non comprehendit hære-
dem. C. de cad. tol. l. vnica. §. ne aliter. de ver. ob. l. conte
ſtimus. §. j. de ſol. l. inter artifices. per Cy. de contrahen.
& commit. ſtipu. l. veteris. per Bart. de ver. ob. l. ſi ſic. in
3 vlt. q. ſiue etiam, † quia illud pactũ continebat factũ ter
tii, videlicet ſer Andreæ, & ideo nõ continet perſona
hæredis. de pact. l. & hæredi. §. nos autem, per Bar. in d.
l. ſi ſic, dicentem, ꝙ vbi apponitur perſona tertij, non
egreditur perſonam. Nec rurſum ſcio, an dictus ſer An
dreas habeat hæredem niſi aliquid aduentitiũ reliquẽ
rit, cum fuerit filiusfam. illa præterea concludendo de
fine & remiſſione facienda reſpectu hæreditatis pater-
næ, vr̃ ſatis dubia, cum reſeruet legitimã ſucceſſionẽ.
4 † ſed tota hæreditas patris reputatur legitima ſucceſſio
filiæ, vt patet in toto ti. de ſuis & legit. ff. & C. de ver. ſi-
gn. l. obuenire. de lib. & poſt. l. ſi quis filium. & l. in ſuis.
de bon. dam. cum rõ. in fi. nec poteſt intelligi legitima
ſucceſſione. i. ſucceſſione in legitima, quæ eſt tertia. q̃a
tunc ſuccedit filia in legitima tantum. cùm ſola legiti-
ma, vel minus ei iure inſtitutionis relictum eſt. C. de in
off. teſt. l. omnino. & in Auth. vt cum de appel. cog. §.
cæterum. & ſi verba ſonare videntur intelligitur, ꝙ do
mina Amoroſa faciat finẽ & remiſſionem de ſucceſ-
ſione paterna. q̃ petere poſſit tempore dictæ conuẽtio-
nis propter illa verba, vſque in diẽ præſentem, ridiculũ
eſſet, ꝙ de ſucceſſione patris viuentis petere nihil põt,
ſed quia per illa ſupradicta, iſta Inquiſitio ſuperuacua
eſt, ideo non inſiſto.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymun-
dis iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Diuiſio facta inter plures per arbitros de quadam
poſſeſſione emphyteutica eccleſiæ cum promiſſione
defendendi facta ab vtraque parte, ſi eccleſia vendicet
ab vna ex dictis partibus propter canonẽ nõ ſolutũ, an
experiri poſſit contra promiſſorem aliqua actione.

SVMMARIVM.

Plenum ius non dicitur cui aliquid deeſſe poteſt vel addi. 1
Promiſſio de promittendo tenere habere & poſſidere, intelligitur 2
Ratione iuris præſentis non futuri.

CONSILIVM CLXXXVII.

DOMINVS Conſignorus de la Scala tũc
dominus Veronæ & Vincentiæ imperia
lis Vicarius & generalis, propter rebellio
nem Franciſci & fratrum ciuium Vincẽ
tinorũ eorum bona confiſcauit, & cõceſ-
ſit domino Ricardo, ex quibus bonis quaſdam poſſeſ-
ſiones idẽ dñs Ricardus in emphyteuſim recognouit
ab epiſcopatu Vincentino ſub certo canone, tanquam
dicta bona fuiſſent dicti epiſcopatus, quo ad directũ do
minium, demum cũ inter filios & hæredes præfati do-
mini Conſignori orta foret diſcenſio, vnus eorum ob
alterius inuidiam bona prædicto domino Ricardo ab-
ſtulit & confiſcauit. Cumque poſtea dictæ ciuitates ad
ducem Mediolani perueniſſent & dictus do. Ricardus
reſtitutionem dictorum bonorum peteret, peterentq́;
hæredes Franciſci & fratrum, quorum prius bona fue-
runt, tandem mandato præfati Domini dictæ partes
ad compromiſſum de iure & de facto deuenerunt, fuit
q́ue arbitratum ꝙ pars dictorum bonorum ſpectaret
pleno iure ad Gregorium hæredem dictorum Franci-
ſci & fratrum. Alia vero pars ſpectaret ad dictum Ri-
cardum facta aſſignatione diuiſim inter eos, hoc addi
to, ꝙ dictæ partes de bonis ſibi aſſignatis deberent eſſe
contentæ, & inuicem permittere altera alteram & ha
bentes cauſam ab ea tenere & poſſidere abſque aliqua
conditione, & litem & controuerſiam non mouere,
vel moueri facere, nec permittere, & ſi qualis vel con
trouerſia moueretur aliqualiter dicto Gregorio per ha
bentes cauſam à dicto Ricardo, ſiue ipſius Ricardi ſi-
ue alicuius ipſius filii agnati, vel affinis cauſa in bonis
aſſignatis Gregorio per dictum Ricardum teneatur di
cta bona guarentare & defendere ſuis expẽſis, & litem
aſſumere, verſa vice tenetur dictus Gregorius in bonis
aſſignatis Ricardo prout in ſententia arbitrali, quam
partes emologauerunt, cõtinetur. Accidit quod dicto
Gregorio, qui tempore compromiſſi & laudi ſciebat
dictum Ricardum ab epiſcopatu in emphyteuſim re-
cognouiſſe, vt ſ. ſiue eius hæredibus ſimiliter hoc ſcien
bus

bus ceſſantibus in ſolutione canonis dominus epiſcopus prædicta bona, quæ obtigerant dicto Gregorio, cõceſſit in emphyteuſim hæredibus domini Ricardi, qui & poſſeſſionem adepti ſunt. Quæritur an hæredes dicti Gregorij vllum cõtra eos vel ad bona vel ad pœnam vel ad intereſſe regreſſum habere poſſint.

¶ Pro parte affirmatiua. Ex eo reſpondendum vr̃, ꝙ in laudo continetur bona aſſignata Gregorio pleno iure ad eum debere ſpectare, conſequenter non iure emphyteutico, cũ illud non ſit ius plenum. de verb. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Titius. & l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte. in fi. facit C. de rap. vir. l. j. §. 2. de leg. 3. l. ſeruus. de elec. c. querelam. cum multis ſi. & patet ex ipſa ſignificatio-
1 ne vocabuli, quia † non dr̃ plenum ius, cui aliquid deeſſe vel addi poteſt. Cùm ergo ex laudo prædicto, teneretur partes inuicem permittere tenere, habere, & poſſidere. vt ſ. non debet contrauenire ratione etiam iuris futuri. d. l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum. vbi eſt expreſſum. Item ſi dicti hæredes domini Ricardi excludere velint hæredes dicti Gregorij. hoc procedit propter recognitionem, quam fecit dñs Ricardus iure emphyteutico. Cùm ergo epiſcopatus habuerit cauſam ab ipſo dom. Ricardo recognoſcere ſi moueretur qđ per ipſum epiſcopatum, tenerentur hæredes domini Ricardi guarẽtare &c. fortius & ipſimet venientes ex iure ep̃atus deberent repelli. de euic. l. vendicãtẽ. & dato ꝙ non repellantur, ſaltem teneri ex forma laudi.

¶ Pro parte negatiua verius reſpõdendum vr̃. Nam primum non poteſt dici epiſcopatum habere cauſam à dño Ricardo, qui tanquã bona ep̃atus recognouit, ꝙ recognitio nudũ ius epiſcopatui tribuit ſm̃ ea ꝙ plene habentur per Bar. de acq. poſ. l. ſi rem aliquam, ſed potius dom. Ricardus ab epiſcopatu, cum recognoſcendo confeſſus videatur res ipſas ad epiſcopatum pertinere vt plene legitur per doc. C. de iur. & fac. igñ. l. cum falſa. probatur ff. de re. permu. l. j. & extra de exce. c. cum venerabilis. quamuis etſi epiſcopatus habuiſſet cauſam à domino Ricardo, cum tamen Gregorius ſciret, nõ videtur intellectum de tali iure. ff. de ac. emp. l. j. §. 1. & illa verba. pleno iure, cum partes ſcirent directum dominium eccleſiæ, reſtringenda ſunt, vt in ſimili. C. de epi. & cle. l. raptores. §. ſin autem dyaconiſſa. cum ibi nota. Nec obſt. ꝙ ex nouo iure ſuperueniente hæredibus domini Ricardi non debeant contrauenire. per prææallegatum §. quæſitũ. tum quia illud ius ſuperuenit vitio & defectu Gregorii vel hæredum ſuorum. de dam. inf. l. damni infecti quidem. in fi. & per Bar. de ver. ob. l. qui Romæ. §. fi. in prima oppoſitione & ſeq. tum quia non intereſt hæredum Gregorii, cum etſi hæredes domini Ricardi non eſſent inueſtiti, tamen eccleſia volente cecidiſſent hæredes Gregorii a iure ſuo propter canonẽ non ſolutum, & fuiſſet conſolidatum ius emphyteuticũ cum directo, ad quod facit qđ not. Bar. in d. l. qui Romæ. §. fi. in 4. q. tum etiam, quia cùm illa conuentio proceſſerit propter litem & controuerſiam, quæ erat inter do. Ricardum & Gregorium & ipſum compromiſſũ, cum laudũ ſit quædam tranſactio. vt no. in Auth. vt dif-
2 ſe. iud. in princ. † illa verba ꝙ debeãt pmittere illa bona aſſignata hr̃e, tenere, & poſſidere &c. Intelligunt rõne iuris pñtis, non futuri, ex quo non poterat eſſe qđ, & ſic rõne cãæ generalis ꝯuentio reſtringat. ff. de tranſac. l. cum aquiliana. & C. eo. l. ſi de certa. de vſur. l. ſtipulatus. cũ ſim. multis. & not. per doct. in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſed quatenus in glo. magna, p̃cipue cũ hr̃des dñi Ricardi hoc ius non ſunt nacti occaſione hæreditatis, ſed aliunde, arg. optimum. de diuer. & tempo. præſcri. l. an victum §. ex facto.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis iuris vtriuſq; doctor.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd filia extantibus maſculis non ſuccedat. ſed ſit dote contenta, an videatur etiam excludere a legitima vel eius ſupplemento, ſi dos non aſcendat ad legitimam.*
2 *Statutum omnino excludens a legitima non tenet.*

CONSILIVM CLXXVIII.

SPECTABILIS Miles & excellens doctor &c. Iam pluribus diebus recepi literas veſtras datas Ianuę &c. Et ideo mitto vobis conſilium Bal. per vos requiſitum. Ego vero non conſului propter dubium. licet enim Guil. de Cu. in l. de his. de tranſac. dicat ꝙ licèt ſoror maritata fratribus cum dote non aſcendente legitimam fecerit cautionem & quietationem, non vr̃ remiſiſſe ſupplementum legitimæ, quia lex vult ꝙ ſpecialiter fiat remiſſio. C. de inoff. teſt. l. ſi quando. §. j. & hoc idem dicat Ang. in d. l. de his. & Bar. in l. ſi quando. §. & generaliter. dicens eſſe volo notabile. & non alibi. Et idem videtur ſentire Ray. in l. ſi quando. dicens vide Gui. in d. l. de his. & d. Bar. de Saly. ibidem allegãs Gui. & ex hoc Bal. conſilio, quod vobis tranſmitto, infertur ad ſtatutum, vt cum pactum, quod eſt fauorabile, non extẽdatur ad legitimam, ita nec ſtatutum, quod non eſt omnino fauorabile. Et in hoc poſſent fieri multæ rationes, vt ſtatutum deberet intelligi ſicut pactum, & reſtringi, dominus etiam Bart. de Saly. prout allega-
2 tur in auth. nouiſſimâ, tenet ꝙ † ſtatutum omnino excludens a legitima non tenet, & ꝙ in dubio excludens filiam extantibus maſculis, vel matrem propter agnatos, non intelligatur excludere a legitima. allegans ad hoc multas rationes, & auth. ſi qua mulier. in fin. C. de ſacroſan. ecc. & auth. hoc amplius. C. de fideicõ. l. quiſquis. C. ad l. iul. maie. ff. de adoptio. l. ſi arrogator. dicens per auditores domini Cardinalis Abbanenſis fratris Vrbani Quinti fuiſſe ita Bononiæ pronunciatum, tamẽ communiter videtur mihi ſeruari cõtrarium, cũ enim legitima ab inteſtato ſit tãta portio, quæ iure defertur. vnde huius auiæ iure communi tanta hæreditas. eſt legitima ab inteſtato, licèt cõmuniter legitima appellet̃ illa portio, qua priuari non poſſit, non eſt vrgens ratio, quare ſtatutum derogans iuri cõi non ita deroget in toto, ſicut in parte, cùm ab inteſtato pater totum debeatur, licèt teſtator poſſet pro parte priuare, & pro parte non. Et ad rationes & leges domini Bartholomei poſſet facile reſponderi, & illud, ꝙ pactum non extendatur ad legitimam, non probat l. ſi quãdo. quia loquitur, ꝙ ſimplex agnitio & ſecuritas de recepto nõ tollit ſupplementum. Et licèt ſubdat, niſi hoc ſpecialiter, poteſt intelligi ſpecialiter. i. expreſſe, vt plerũque ſumitur, quaſi velit, ꝙ non ſufficiat ſimpliciter confiteri recepiſſe, niſi promittat non cõtrauenire, vt ſatis tex. ille innuit. tamen propter auctoritatem tot & tantorum doctorum illum tex. allegantium poteſt dici, ꝙ ille tex. loquitur quando ille paciſcitur poſt mortem, & ſic tempore quo debetur ſibi legitima, & ſic ſibi eſt ius quæſitum. Aliud vero eſt, cũ quis paciſcit̃ in vita, quo caſu cũ legitima adhuc ſibi non debeatur, excluditur a toto, vt in c. ij. de pact. lib. vj. Et Bar. expreſſe hoc innuit de bon. poſ. contra tab. l. 1. §. filium. in 4. q. Cùm ergo ſtatutum non tollat ius quæſitum, ſed impediat acquirendum ſicut pactum impeditum excludit etiã à legitima, ita & ſtatutum. poteritis tamẽ videre Albri. in d. l. de his. & l. frater. de ꝯdi. inde. vbi ſe remittit ad dictam l. ſi quando, quem non habeo & qa Bal. in conſilio allegat Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & dem. videtur velle ꝙ Bar. loquatur qñ ſtatutum non omnino excludit, ſed dotem loco legitimę ſubrogat, & ita ẽt loqr̃ in pacto in d. l. 1. de contra tab. ſecus vbi ſtatutũ ſimpliciter excludit, ũ rõ qua mouetur arguendo de pcõ per l. ſi quãdo, ita militat, qñ ſtatutũ excludit pro dote, ſicut qñ ſimpliciter, & præterea legitima, quæ debetur liberis, cùm aũt tertull. agnati excluderent eas, & ſic ſtatutum vr̃ velle agnatos ad priſtinum ius reducere, arg. l. ſi vnus. §. pactus. verſi. ꝙ in ſpecie dotis. ff. de pac. hoc ſuccinctè tetigi licèt ſuperuacue.

¶ Veſter

¶ Veſter Raphael Raymundus domino Ioanni dicti dono de Ianua, & vide pro conſilio Bal. in 2. parte ff. veter. & eſt decimum in ordine in princip. illius conſilii, quod vt credo incipit, nec liceat nitens & eſt cõtra. xvj. in ordine.

ARGVMENTVM.

¶ Promiſſio ꝙ alius ratum habuerit promiſſum inter alios, an & quando valeat, & an pœna dicto caſu peti poſſit, & de clauſula totiẽs quotiẽs, & quãdo dicatur quis ratum non habere.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in promiſſionibus, quid operetur.*
2 *Promiſſione æſtimationis rei cõmiſſa an ipſa res promiſſa videatur.*

CONSILIVM CLXXXIX.

TESTATOR L. N. & P. heredib' iſtitutis certas res legauit N. D. H. ſi ſine liberis maſculis deceſſiſſent, ſubſtituit hæredes inſtitutos, ſi quis autem liberis maſculis deceſſiſſet ſuperſtites ſubſtituit, & ſi omnes decederent ſubſtituit prædictũ N. &c. mortuo teſtatore L. nomine ſuo & tutorio nomine P. ex vna parte, N. ex alia parte prędictam ſubſtõnem factam in caſu mortis ſine liberis maſculis inuicem remiſerunt cum promiſſionibus & clauſulis oportunis. & quantum ad propoſitum eius, de quo. ĵ. quæretur, promiſit dictus L. facere & cum effectu curare, ꝙ dictus P. cùm erit pubes, omnia & ſingula ratificabit, nec contrafaciet, de iure, vel de facto, nec reſtitutionem in integrum poſtulabit ſub pœna infraſcripta, promiſit etiam cum iuramento, ꝙ ipſe nec dictus P. de dictis rebus dicto N. ſeu hæredibus vel habentibus cauſam ab eo tam de iure, quàm de facto, tam in iudicio ꝗ extra litem, controuerſiã, ſeu quæſtionem facient occaſione ſubſtitutionis. vel alia rõne, vel cã ſub pœna mille ducatorum, & ſub pœna ſoluendi tantam pecuniam, quantæ fuit valor rei, de qua fieret qõ, lis, ſeu controuerſia, quæ pęna totiens committatur & exigi poſſit, quotiens fuerit contra factum, rata manente conuentione prædicta, & ſub pœna refectionis damnorum, intereſſe, & expenſarum. &c. Quærit̃ cum dictus P. ratam dictam remiſſionem & conuẽtionem non habuerit, ſed mortuo N. ſine liberis res legatas in totum vel pro parte ex ſubſtitutione prædicta petere inſtituit, an dictus L. teneatur, & inquantum hæredibus ipſius N. Ad declarationem huius quæſtionis primo videndũ eſt de valore huius ꝓmiſſionis. ſecũdo qñ committatur. tertio inquantum.

¶ Ad primum reſpõdet̃. Quod iſta promiſſio de curando, ꝙ dictus P. ratificabit &c. proculdubio valuit, quia promittens promiſit factum ſuum. ſ. curare, non alienum de ver. ob. l. inter ſtipulantem. in princip. & l. quotiens quis alium. & no. eo. tit. l. ſtipulatio iſta. in pri. iura ſunt vulgaria, & eodem modo cũ poſtea promittit, ꝙ nec ipſe nec dictus P. &c. propter iurm vr̃ promiſiſſe ſe facturum & curaturum quantum ad dictum P. 1 hoc enim operatur iuramentum, † vt quis videat̃ valere omni modo quo poteſt. de leg. 2. l. cũ pater. §. filius. & per Bar. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo, in ſeptima & octaua combinatione. & ad propoſitum determinat Ang. in l. inter ſtipulantem. in prin. quinimmo etſi non promiſiſſet curare, nec iuramentum interueniſſet, ſed ſimpliciter ꝙ dictus P. ratificabit &c. propter pœnam ſubiectam &c. valeret promiſſio ipſius pœnæ. vt d. l. ſtipulatio. in prin. ver. at ſi quis. & §. ſi quis dolum. cum ſi. nec refert, quo ad has promiſſiones, quod dictus P. de quo promittitur, eſſet pupillus, vel alius minor ratum habeat, & ꝙ in ĩtegrum reſtitutionem non petat. ff. rem ra. ha. l. 3. in princ. tangitur etiam per Ang. eo. tit. l. ſi ſine. §. ſi in ſtipulatione, & quamuis tutor ineat contractum nomine pupilli etiam a iure prohibitum, puta alienando rem pupilli, quæ ſine decreto alienari non poteſt, tamẽ ſi quid ipſe noĩe proprio promiſit &c. de ſuo obligauit, in eius præiudiciũ valet. C. de prædi. mi. l. l. & ſi is. & plene legitur & notatur. C. de le. l. non dubium. & ff. de fideiuſ. l. cum lex.

¶ Ad ſecundum rñdetur, ꝙ hmõi promiſſio cõmiſſa eſt eo ſolo, quod dictus P. ratum non habuit eo tempore quo promiſſum eſt, etiam ſi nondum aliquam litem, vel qõnẽ mouiſſet. promiſit enim copulatiue ꝙ ratificabit, nec ꝯtrafaciet. vnde ſufficit ꝙ alterum defuerit. de verb. ob. l. ſi ſic. & l. continuus. §. pe. & ff. ſi quis ca. l. ſi ſeruus. §. 1. de condi. inſti. l. ſi hæredi plures. hæc autẽ promiſſio, ꝙ ratum habebit, ſtatim committitur, cùm ratum nõ habet. rem ra. ha. l. procurator. in fi. & l. quo enim. §. 1. & §. fi. & no. e. tit. l. amplius. & dato ꝙ ex hoc commiſſa non eſſet, committeret̃ ex eo, quod in iudicio peteret vel alio modo controuerſiam moueret, vel contraueniret. ff. de pe. hær. l. diuus. C. de tranſ. l. ſi quis maior. & plene per Bart. in d. l. amplius. Cùm enim dictus P. ratum non habuit vel aliter ꝯtrauenit, patet ꝓmittentem non curaſſe cum effectu, vt expreſſe promiſit & à iure intelligitur, vt dictis iuribus in præcedẽ articu. allegatis, & l. in illa ſtipulatiõe per te, de ver. ob. & quia, vt dictum eſt, ad pœnam committendam non refert, an promiſit ſe curaturum, vel ſimpliciter factum ipſius P.

Ad tertium rñdet̃, ꝙ promiſſio proculdubio cõmiſſa eſt, P. ratum nõ hñte, vel litem ſeu ꝯtrouerſiam mouẽte ad pœnam mille ducatorũ vr̃ eſſe commiſſa, eo ꝙ petat vel controuerſiam moueat ad æſtimationẽ rerũ legatarum, quas petiit, ſiue de quibus litem, qõnem, ſeu controuerſiam mouit, nec in hoc curandum quãta ſit pœna. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta. §. aliqñ. & ibi not. & no. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. l. 1. & de vſur. l. cum allegas. nec illud repugnat, quod æſtimatione rerum legatarum pœna committat̃, quãuis ipſæ res nõ2 dum ſint euictæ, quia † põt mihi promitti æſtimatio rei meæ, quãuis non ipſa rẽs. de vſuf. l. ſi aliȷ. in fi. de leg. 3. l. nutu. §. 1. de nou. l. fundum. Quinimmo propter illam clauſulã, ꝙ totiens committatur, quotiens cõtra factũ fuerit. pœna mille duca. quæ eſt cõmiſſa eo ipſo ꝙ ratũ non habuit, & poſtea videbitur cõmiſſa eo ꝙ litem, cõtrouerſiã, vel qõnẽ mouit, videbitur his deberi. ſed qa hoc forſan minus durum videretur, vt bis illa pœna debeat̃, quaſi illa verba, quotiens contra factũ fuerit, non tam latẽ ſint extendenda, vt rurſum cõtra bonam fidẽ & mentẽ ꝯtrahentium forſan videat̃, ꝙ ad æſtimationẽ rerum legatarum ante euictionem ipſarum rerum actio det̃, & ſic hæredes legatarȷ habent & res & ꝓciũ, contra l. bona fides. ff. de act. emp. cũ ſim. quaſi promiſſio æſtimationis videatur ſubrogata loco ipſarũ rerũ, & ſic intelligenda ſolum in caſum euictionis dictarũ rerum. ar. ſi quis can. l. ſi cũ. §. qui iniuriarum. quod videntur cõtrahentes declaraſſe, cũ poſtea ꝯcludendo ꝓmittunt, oĩa ſuprafcripta ſub pœna mille ducatorũ, & ſub pœna refectionis, & reſtõnis dãnorum, intereſſe, & expenſarum, quaſi illa ꝓmiſſio æſtimationis rerũ legatarũ adiecta ſit tanquã dãnum, & intereſſe, ſaltem ſine dubio concludendum reſtabit, pœnam mille ducatorum cõmiſſam, & ſi res legatæ vel aliquæ ex eis per dictum P. aduocabuntur, committendã pœnam æſtimationis rerum dictarum, & nihilominus ad expenſas, & alia damna litis, ſecundum quod occurrent, committetur. ff. rem ra. ha. l. ſi procur.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael de Raymũdis.

ARGVMENTVM.

¶ Donatio cauſa mortis, an æquipararetur contractui an vltimæ volũtati, & an prohibitio alienationis facta in vltima voluntate ſiue in contractu impediat obligationem, vel dominȷ tranſlationem, & an eo caſu cõpetat rei vendicatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vltima voluntas pro lege eſt habenda.*
2 *Donatio cauſa mortis dicitur omnes effectus vltimæ voluntatis habere.*
3 *Generalis bonorum obligatio non debet comprehendere alienari prohibita.*

CONSILIVM CXC.

FILIVSFAMILIAS Suam vltimam voluntatẽ condidit per hęc verba & hoc modo. Ego in dei noie Iacobinus de Boſſis Comes palatin⁹, miles, & legũ doctor filius domini Iacobi Boſſis ſanus mente &c. feci hãc meam diſpõnem, & ordinationẽ, & mortis cã dona. omnia & ſingula Infraſcripta iure militari, & omni iure & forma, qbus melius fieri poteſt. In primis nanque relinquo iure donationis cauſa mortis ibi notario ſupraſcripto nomine & vice & ad partem & vtilitatem Gabrielis Lanzeroti Galeoti & Iacobini filiorum meorum legitimorum nominatim de omnibus & ſingulis bonis meis & volo & iubeo, ꝙ ipſi filii mei, nec aliquis pro eis, non poſſint, nec poſſit aliquo modo vendere, alienare, nec obligare ſedimẽ meum, in quo habito iacens &c. qm̃ volo, ꝙ remaneat in familiam meam &c. & hoc, niſi ſit de voluntate omnium filiorum meorum, & niſi ipſi omnes filij mei exceſſerint ætatem annorum 25. pro quolibet, cum expreſſa licentia & auctoritate Vaſellini Boſſi fratris mei dilecti, & ſi peruenireiut ad aliquem actum contrarium prædictorum. vel alicuius eorũ, non valeat talis actus huic diſpõni contrarius, ſed ſit nullus, & ipſum pro caſſo & irrito à principio haberi volo, & haberi mando &c. Item relinquo &c. præſenti ſupraſcripto domino Iacobo Boſſio patre domini dicti Iacobini & conſentien. et parabolam, & conſenſum, & auctoritatẽ ad omnia, & ſingula dicto do. Iacobino dante &c. deinde poſt mortem dicti dñi Iacobini poſſeſſa fuit medietas ſupraſcripti ſediminis pro diuiſo per Gabrielem ſupraſcriptum per tempus annorum x. & plurium, & ſine aliqua diuiſione per inſtrumentum factum, & poſt dictũ tp̃s vſq; ad mortem ipſius Gabriel. nunc repertũ dictus Gabriel fuiſſe obligatus in quodã inſtr̃o obligationis, in quo obligauit omnia bona ſua &c prout ponit̃ in obligationibus Viuẽtibus Lanzeroto & Iacobino fratribus ſuis tpe, quo conditum fuit dictũ inſtr̃m obligatum, & etiã viuente dicto Vaſellino fratre dicti teſtatoris ſeu donatoris poſt mortem dicti Gabrielis, qui Gabriel mortu⁹ eſt ſine filiis, mortui ſunt dicti Lanzerotus & Iacobin⁹ relictis certis ſuis filiis. Nunc agit ipſe creditor & ꝑ hypothecariã nititur aduocare dimidiam partem pro diuiſo dicti ſediminis tãquã fuerit de bonis dicti Gabrielis. Sed opponitur ↄtra eum, ꝙ dicta pars pro diuiſo nõ potuit obligari virtute dictæ diſpoſitionis. Quærit̃ quid iuris eſt &c.

¶ Pro parte agentis & ſic affirmatiua vr̃ prima fronte dicendum. Nam ex poſſeſſione decennii præſumit̃ in diuiſione obligiſſe Gabriel per glo. & doct. C. communi di. l. pe. nec ad hoc vr̃ in qõne dubitari, potuit ergo rem ſuam obligare. Nec ob. patris prohibitio. nam donatio cauſa mortis potius accedit cõtractui, q̃ vltimæ voluntati. vt no. per gl. de do. ꝑle. l. ij. & apparet ex illa l. iuncta l. mortis cauſa. de dona. cã mor. § j. & l. 4. e. tit. & per Cyn. & alios. C. eo. l. fina. Colligitur & alia differentia per Bart. in l. in mortis. eo. tit. alia etiam colligitur ex l. ſi his quæ. eo. titu. iuncta l. ꝙ de periis cum l. ſe. de re. du. & præcipue donatio cauſa mortis facta à filio fa. de qua in præſentiarum agitur, accedit cõtractui. eo. tit. l. tam is. §. 1. cum filiusfa. non poſſit teſtari, nec codicillari. de teſta. l. qui in poteſtate Si ergo huiuſmodi donatio magis contractui, accedit, quam vltimæ voluntati, ſequitur ꝙ prohibitio alienationis & obligationis nõ impedit hypothecam, ſed obligat contrafaciẽtem. de verbo. obli. l. ſi ita quis. §. ea lege. cũ interuenerit aliqd ex illis remediis, quæ adhiberi ſolent ad alienationem, & obligationem prohibendas. de quibus. de aeq. poſſ. l. qui abſenti. §. 1. & d. §. ea l. per Bart. & Bald in d. l. ea l. & Cy. C. de re. alie. non ali l. fin. hoc autem euidentius & ſpecialius colligi poteſt, ſi inſpexerimus, qua ratiõe prohibitio alienationis in vltima voluntate ipſo iure alienationem impediat, licèt ſecus in cõtractu, & quo iure hæc prohibitio in donatione facta valeat & operetur. & licèt prima facie videretur illa ratio, quia † vltima voluntas lex eſt, in Authẽ. de nup. §. diſponat. & ſic
1 idem operetur quod leges, prohibitio tamẽ hoc videtur habere locum diſponendo, non prohibendo. vt d. §. diſponat. C. de teſta. l. teſtandi ff. de ver. ſig. l. verbis legis, & patet, qa nuda ꝓhibitio alienationis nõ tenet. vt d. § diui. de leg. 3. l. pr̃. § iulius agrippa. quod ſecus eſt in prohibitione legis. de leg. 1. l. nemo poteſt, fuit ergo rõ, quia vbi prohibet̃, vt in familias remaneat vel fauore alterius perſonæ, videtur familiæ & ei, cuius contemplatione fit, iure fideicommiſſi relinqui. & facta alienatione, vel obligatione iuris fideicommiſſi vendicatur, ꝓut patet in ſæpedicto §. diui. in fi. de leg. 2. l. vnum ex familia, iuncto ver. ꝙ ſi talia. & d. l. peto. §. fratre. l. cum pater. § libertis, & in omnibus iuribus de hac materia loquentibus, cùm itaque in perſona familiæ & aliorum, quorum contemplatione prohibetur. repertatur conditionale fideicommiſſum, in caſum. ſ. mortis & alienationis prohibitæ, ex quo dominium transfertur. C. communia de leg. l. 1. de leg. 2. l. legatum. la a. de furt. ha Tino. iuncta l. j. de leg j. non mirum ſi impeditur alienatio & obligatio ipſo iure, cùm per talem actum purificetur conditio fideicommiſſi poſtea exiſtens, & obligationem & alienationem medio tempore factam in irritum reuocat. C. cõia de le. l. fi. §. Si autem ſub cõditione, fortius exiſtente ipſa conditione eodem puncto impeditur, arg. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo, cùm non poſſit transferre dominium, nec
2 pignus conſtituere in re, quæ eodem momento ſit aliena, quemadmodum voluit Cy. in d. l. fi. C. de re. alie. nõ alie. & Bar. in d. l. abſenti. §. 1. de aequi. poſ. quando in cõtractu apponatur pactum de non alienando, & eo caſu conſtituit emptor vel donatarius poſſidere nomine venditoris. Ideo enim ipſi dicunt alienationem impediri, quia per conſtitutum eodem momento transfert̃ dominium, licèt autem à donatario cauſa mortis poſſit fideicommitti. de leg. 2. l. cum pater. §. 1. de do. præleg. l. ſeia. in fi. tamen cum donans fuerit filiusfamilias, non potuit talis prohibitio valere iure fideicommiſſi, cùm non poſſit fideicommittere per iura præallegata. non enim illa prohibitio operatur virtute donationis collatæ in familiam, cùm non interuenerit traditio, ſtipulatio, nec pactũ iuxta ea, q̃ habent̃ ff. de do. cã mor. l. ſi cui & l. j. & plene no. C. eod. l j. per gloſ. & doct. & ibi Cyn. in fi. apparatus, ſtat ergo in finibus ſolius prohibitionis, quæ non eſt potens alienationem & obligationem impedire.

2 ¶ Pro parte verò negatina & cõuenti facit, quia † regulam habemus, quod mortis cauſa donatio omnes effectus vltimæ liberalitatis ſortitur, nec ex quacunque parte abſimilis intelligitur. C. de dona. cauſa mor. l. fin. ff. eo. l. marcellus. §. 1. l. & ſi debitor. & l. illud. & Inſt. de 1
dona. §. 1. cui regulæ tanquam carocio inhærendũ eſt; vt no glo de reg. iur. l. omnis diffinitio &c. Quinimmo & appellatione legati, & vltimæ voluntatis videtur cõprehendi. de leg. 3. l. & fideicommiſſum, ꝙ etiã ſpecialius perpendi poteſt tàm ex ſolennitate quinque teſtiũ, quæ in ea exigitur. C. de codic. l. fi. quàm ex perſona donantis, licèt enim in filiofamilias repertatur differẽtia, tamen in aliis, qui nõ poteſt teſtari, nec poterit donare cauſa mor. de tu. & ra. diſt. l. 4. § 4. & notauit glo. in d. l. tã is. in prin. & ibi Bar. per l. ſi aliquis & l. ſenatus. eod. titu. probatur optime in d. l. & fideicommiſſum. patet etiã ex perſona eius, cui donatur. eo. tit. l. omnibus. & l ſeruatus. in fi. iuncta glo. fi. quæ vult, non inſpici tempus donationis,

nationis,ſed mortis, & ex effectu, quia per donationē
cauſa mortis tranſit dominiū ſine tradttione. de publ.
l.2.vbi tex.no.locum habet falcidia. C.ad l.fal.l.ſi mor-
tis.ius accreſcendi.de cad.tol.§.hæc omnia. poteſt gra
uari donatarius cā mor. de leg.2.l.cū pater. §.eorum.
de do.præleg.l.Seya.in fic.& ſic regulariter per ſingula
diſcurri poſſet.vbi autem diuerſitas reperitur,ſpeciali-
tas eſt & fallētia à regula,quod ex mente gloſatorum
& docto.ex eo ſatis elicitur, qui enumerauerunt diffe-
rentias inter vltimam voluntatem,& donationem cā
mortis, quaſi in his, quæ non reperirentur ſpecialiter
enumeratæ,ſtādum eſſet regulæ,cum omnes exceptio
nes regulam in reliquis confirment.in Authē. de non
alie.§.vt aūt.de re mili.l.tribunus.§.fin. Conſtat antem
ꝙ huiuſmodi prohibitio alienationis & obligationis,
vt in ſamilia remaneat in vltima voluntate,impedit a-
lienationem & obligationem ipſo iure.de leg.j.l.filiuſ-
fa.§.diui.|cùm dicit volnntatem ſeruādam. expreſſim
de leg.2.l.peto.§.prædium.de leg.3.l.pater. §.quindeci.
a contrario ſenſu,& plene legi.& not. in d.l.peto.§.fra-
ter.& d.l.ſi ita quis.§.ea lege.ergo non tenuit huiuſmo
di obligatio.hoc etiam euidentius probatur, quia fini-
ta donatione cauſa mortis per pœnitentiam, vel quia
donator ſuperuixerit,vel donatarius prædeceſſerit, da-
tur donanti vtilis vendicatio, & transfertur ipſo iu-
re vtile dominium. de dona.cauſa mortis.l.ſi in mor-
tis.& l.ſe.adeo quòd etſi res donata fuiſſet per donata-
rium alienata,tamen vendicaretur ſecundum Bar.eo.
tit.l.illud.§.1.quod aliàs non reperitur in datis ob cau-
ſam,vt competat rei vendicatio,;vt plene legitur de do
na.l.1.in gloſſ.magna.& ibi docto.& ſic apparet, quòd
licèt in donatione inter viuos ob cauſam non alienan
di,vel ſimilem,competat ſolum condictio ob cauſam,
vel alia perſonalis,per l.ea lege.& § ea lege. præalle. ſi
contrahat,tamen in donatione cauſa mortis compe-
tat rei vendicatio,& ſic;illa iura non habent locum in
donatione cauſa mortis.& mouetur gl.in d.l.ſi in mor
tis.quia donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas, &
eodem modo Barto.in d.l.illud.in §.1. & ſic apparet ꝙ
habet naturam vltimæ voluntatis, & quantum ad do-
minij translationem per illam l.2.de publ.& quantum
ad reſolutionem pari ratione, cùm iſta |donatio facta
ſit in caſum mortis & alienationis, in familiam tran-
ſeat non ſolum vtilis perſonalis actio familiæ debet
competere.C.de donatio.quæ ſub modo.l.3.verum ēt
rei vendicatio, quæ competeret hæredibus ipſius donā
tis, vnà cum condictione ob cauſam, vt iam dictum
eſt.Nam actio,quæ ipſi donanti eiuſve hæredibus com
peteret,vtilis accommodanda eſt illis de ſamilia,vt vo-
luit text.in d.l.iij.in fin.de don.quæ ſub modo, quamo-
brem cum dominium retransferatur,obligatio,& alie
natio non tenuit.vt & voluit Bald.in d.l.ea.l. de condi.
ob cauſam. ver.octauo. Ad idem & ver. ego dico cum
obligatio & alienatio, q̄ antea valuiſſent, tollantur eo
caſu, quo dominium etiam vtiliter transfertur. vt vo-
luit Bart.in ſæpedicta l.illud.§.primo.probatur. ff.de in
diem adiec.l.3.§.ſed & Marcellus.de pign.l.lex vectiga
li.cum ſim.multis, vt ſic quod dicitur, prohibitionem
alienationis & obligationis non impedire ipſo iure
ipſas alienationem & obligationem, tunc locum ha-
beat, cùm defectus cauſæ vel modi,aut etiam pactum
non eſt potens dominium transferre. ſecundum Bald.
in d.l.ea lege. & Barto.in l.illud. & per not.in d.l.1. de
dona.Ex quibus patet donationem hanc cauſa mor-
tis, quantum ad id de quo quæritur, habere naturam
vltimæ voluntatis, & obligationēm ad inſtar vltimæ
voluntatis impedire, aut ſaltem ad inſtar pactorum
habentium vim reſolutiuam, & operantium domi-
nij retranslationem.& ſic ad allegata in contrarium
manifeſta eſt reſponſio. Illud etiam conſiderari po-
teſt, quòd ſi dicta domus caſtrenſi, vel quaſi pecu-
lio quæſita fuerit, cùm proponatur donantem comi-
tem palatinum,militem, doctorem fuiſſe,potuiſſet do
nans & teſtari & codicillari. C.de inoffic. teſta.l.fina.
ff.de teſta.mili.l.pen. cum ſimi multis,quamobrem il-
la prohibitio alienationis, vt remaneat in ſamilia,in-
duceret fideicommiſſum, cùm enim iam dictum ſit
à donatario cauſa mortis poſſe fideicommitti, quem-
admodum talis prohibitio in teſtamento, vel codicil-
lis appoſita fideicommiſſum inducit, vt pro diuerſa
parte allegatum eſt. Ita hic etiam iuxta not. in ſæpedi-
cta l.1.C.de dona.cauſa mortis, cùm nec interuenerit
reſpectu familiæ traditio, nec promiſſio ſeu pactum,
quocunque enim modo voluntas teſtantis eliciatur,
etſi verbis minus expreſſum ſit ad fideicommiſſum,
ſufficit.l.& eo modo. de lega.1.& l.etiam eo modo. de
lega.2.l.vnum ex familia.§.1.de legat.3.l.pamphylo.in
princip.cum ſimi.multis, probatur optime de alimē.
leg.l.Gayo.in princip.maxime hodie per l.2. C.de his
quæ ſub modo. & eum iure.via, & forma, quibus me-
lius poſſit, omnia & ſingula valere voluit, vt propo-
nitur, quæ verba euidentiſſime ſonant fideicommiſ-
ſum filiæ relictum, cùm & hic ſit efficacior modus,
& potens ad impediendum alienationem, & obliga-
tionem, perinde acſi expreſſiſſet. quamobrem cùm
hic non agatur præcipue de prohibenda alienatione
iuris contractus, ſed fideicommiſſi, & cùm etiam do-
minij translatione donatio cauſa mortis vim habeat
vltimæ voluntatis, & conſequenter in reſolutione ar-
gumen.de acquiren.poſſeſ.l.quamuis ſaltus.de reg.iur.
l.nil tam naturale,patet euidenter, obligationem non
3 tenuiſſe. Quinimmo †nec huiuſmodi generali bono-
rum obligatione comprehendi debent prohibita ob-
ligari, cùm per hoc obligans cecidiſſet in pœnam.de
condictio.indeb.l.ſi procurator. & ibi Bar. de his, quæ
in frau.cre.l.ſi pater.de pigno.l obligatione generali.&
Barto.expreſſe.de leg.2. l.codicillis. §.inſtituto& Bald.
C. de fideicommiſ.l.voluntas. Amplius attentari po-
teſt, quod ſi virtute huius prohibitionis dominium
non tranſiret in ſamiliam ſaltem pro ipſo fideicom-
miſſo, quod ex prohibitione vt dictum eſt inſurgit,
eſſet cum aliis bonis teſtatoris obligata. C. commu-
nia de leg.l.j. Nec minus ſi valeret iure donationis cau
ſa mortis, cuius hypothecæ virtute, exiſtente poſtea
conditione creditori, poſteaquàm hæres obligaſſet,
deberet anteponi.ff.qui po.in pig. l.qui balneum.verſi.
ſed ſi hæres.& d.l.fina.§.ſin autem ſub conditio.C.com
munia de leg.nec facto Gabrielis & hæredis præiudi-
cetur ſpeciei iam iudicatæ, & hanc partem tanquam
iuri & voluntati teſtantis conſonam amplectandam
exiſtimo, & ita concludo.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael de Raymūdis
iuris vtriuſque doctor.

¶ Explicitunt elegantiſſima cōſilia domini Raphae-
lis de Raymundis de Cumis iuris vtriuſq; doctoris,no-
uiſſima hac editione quantum fieri potuit recognita,
& erroribus expurgata.

F I N I S.

CONSILIA

ACVTISSIMI IVRIS INTERPRETIS

D. Raphaelis Fulgoſij de Placentia,

HAC NOVISSIMA OMNIVM EDITIONE ab erroribus innumerabilibus, quibus vbique deprauata, ac mutila paßim ſummi viri deprehendiſſe conquerebantur, habita ad vetuſtiſsimos codices fide ac ſtudio ſingulari vindicata, atque ad perfectam intelligentiam reſtituta.

ARGVMENTVM.

¶Princeps vel alius dominus donando alicui caſtrũ cũ mixto & mero Imperio & omnimoda iuriſdictione, dum tamen ipſum donantem in dominum recognoſcat, an donatarius poſſit ibi punire homines ad mortẽ, & bona rebellantiũ ſibi cameræ ſuæ applicare.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio in feudum concludit, vel includit dominij tranſlationẽ in feudatarium.*

2 *Pœna deportationis & pœna gladij diuerſimode conſiderantur.*

CONSILIVM I.

ILLVSTRIS dominus Comes Papiæ dñs Veronæ donauit quoddã Caſtrum ſiue quendam locũ in comitatu Papiæ exiſtentẽ in iuriſdictione poteſtatis & cõmunis Papiæ ſuppoſitũ Magnifico Facino Cani cũ mero & mixto imperio, ac omnimoda gladij poteſtate, & ita ꝙ omnino ipſe locus ſit totaliter exẽptus & liberatus a cõi & iuriſdictione ciuitatis Papiæ, & eius poteſtatis. Cũ hac ẽt cõceſſione, ꝙ ipſe magnificus Facinus ipſum eundẽ locũ ſeu Caſtrũ cũ prædictis mero & mixto imperio poſſit libere & impune vendere cui voluerit, donare, obligare, vel quocunq; alio modo in aliũ trãsferre. Ita tñ ꝙ ille in quẽ ipſe Facinus prædictum caſtrum ſiue locum detulerit vel alienauerit, præfactum magnificum Comitẽ recognoſcat in dominũ ſuũ. ſubſequenter idem magnificus dominus Facinus canis caſtrum ſiue locũ prædictũ titulo locationis perpetuæ & irreuocabilis inueſtiuit quendã G cum prædictis mero & mixto imperio, & cum illa adiectione, ꝙ ipſe G. præfatum dominum Comitẽ Papiæ recognoſcat in dominũ. & vltra ad certum cenſum omni anno reddendum eidẽ magnifico Facino, quod totũ facere & reddere idem G. promiſit ſolẽni ſtipulatione interpoſita & per publicũ inſtrumentũ. Deinde ſuprascriptus G. lapſu tẽporis vnius anni & pluris cõtra quoſdam villicos illius loci ſiue caſtri, qui iurauerant fidelitatem eidem G. propter quandam conſpirationẽ, quã fecerant contra ipſum G. de volendo ipſum interficere, vel de faciendo ipſum incidi per petias per ſeipſos & publicum ipſius loci ſeu caſtri & de accipiendo fortilicium ipſius G. quod habebat & habet in ipſo loco ſiue caſtro, proceſſit, ſiue per eius poteſtatem, quem in dicto loco poſuerat, procedi fecit, ac ipſos compertos culpabiles cepit perſonaliter, & per gulam ſuſpendi fecit, & bona cameræ ſuæ applicari fecit, & hoc abſque eo, ꝙ a præfato domino Comite Papiæ nec a quocunque alio aliam quàm vt præmittitur licentiam obtinuerit vel petierit. Modò ex præmiſſis quæritur, vtrum pfatus G. contra prædictos ut ſupra cõſpiratores & quoſcunque alios in iuriſdictione loci ſeu caſtri prædicti ut ſupra ſibi dati & conceſſi delinquentes licite & iuridice potuerit & poſſit procedere & procedi facere, ac ipſos debita pœna punire, & bona cameræ ſuæ applicare ſm qualitatem delictorum commiſſorum & committendorũ abſque licentia alia obtinenda a præfato domino Comite Papiæ vel a præfato magnifico Facino Cane, an vero ſit neceſſe ſm ea, quæ ſunt propoſita, impetrare, & obtinere licẽtiã a pfatis domino Comite Papiæ, & Facino, vel altero ipſorũ. Et quod fuerit & ſit neceſſe impetrare licentiam puniendi præfatos malefactores & quoſcunque alios debita pœna plectendos, videtur, quia ex verbis donationis factæ præfato Facino expreſſe cauetur, ꝙ ille, in quẽ perueniet dictũ caſtrũ ſiue locus ipſe, teneatur recognoſcere ipſum præfatum Comitem Papiæ in dominũ, & ſic ipſe G. in conceſſione ſibi facta per præfatum magnificum Facinum promiſit, ſi ergo tantam iuſtitiam facit abſque licentia præfati magnifici domini Comitis Papiæ, quomodo recognoſcit ipſum in dominũ? certe non videtur, ex quo videtur, ꝙ non potuerit nec poſſit facere iuridice, prout fecit ipſe G ¶In contrariũ videtur. ſ. quod licite & iuridice facere potuerit ipſe G prout fecit, ſi enim nõ poſſet delinquentes abſque licentia præfati domini Comitis punire, quid prodeſſet conceſſio meri & mixti imperij & gladij poteſtatis ſibi facta & data? certe nihil, quare &c. ad obiectum reſpondetur, quod præfatũ dominum Comitem recognoſcit in dominum quo ad multos alios reſpectus, ſicut eſt ad fidelitatẽ, & ad ſubſidium in cauſa neceſſitatis præſtandum, & alia facienda, quæ fiunt dominis per exiſtentes in caſu ſimili, quæ non ſunt cõtra expreſſe conceſſa per ſuperiores. Ex quibus omnibus quæritur quid iuris in caſu ꝓpoſito. Quoniam propoſita quæſtio nihil aut parum videtur habere dubitationis, paucis agã. Itaque potuiſſe & poſſe dictum G. omne imperium omnemque iuriſdictionem in ſibi conceſſo territorio eiuſque territorii homines ſiue ibi delinquentes in plenum exercere nulla alia impetrata ſeu petita licentia, quod ſic oſtenditur. Clarum eſt, quod ex donatione ſupra, vt præmittitur, facta per Illuſtriſſimum Principem & Excellentiſſimũ dominum, dominum Comitem Papiæ &c. in præfatum magnificum virum Facinum Canem tranſlatũ exitit in eundem magnificum Facinum aut plenum directum & liberum dominium dicti caſtri ab omni conditione ſiue fidelitate atque ſubiectione ſolutum cum mero & mixto imperio atque omnimoda iuriſdictione, ſic prædicta conceſſio ſimplex fuit & abſoluta donatio, ut in l. 1. ff de dona. aut taliẽ vtile dominiũ. ſi proponatur eiuſmodi cõceſſionem fuiſſe feudalem

1 vel in feudum datum. Cùm † ex conceſſione feudi

vtile transferri dominium in ſeudatarium expeditiſſimum ſit per tex. in cap. vnico. de inueſti. de re. alie. fac. §. rei. & in ca. vnico. de controuerſia inter vaſa. & alium. & glo. ita determinat expreſſe in cap. primo. de cap. Corra. in gloſſ. magna. & Bald. in princip. ſui operis ſui commẽti ſuper libro feudorum, dum diffinitionem feudi proſequitur. facit quod not. per glo. Accur. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. in gloſſ. mag. ff. commoda. & per Barto. in l. j. in princip. ff. de acquir. poſ. rurſus & palam eſt, ex inueſtitura, ſiue locatione perpetua facta per magnificum dominum Facinum in dictum B. ipſumque vtile dominium caſtri prædicti cũ imperio omnimodaq; iuriſdictione fuiſſe translatum, ſiue idem magnificus Facinus plenum habuiſſet dominium & directum, ſiue vtile tantummodo, cùm ex locatione perpetua vtile tranſeat in conductorem dominium, etiam locator vtile tantummodo habebat, vt hæc probantur in l. 1. & 2. ff. ſi ager. vect. vel emphyteu. petatur. & l. j. §. quod autem de ſuperficiebus, quod not. in præallega. gloſſ. magna Accur. poſt medium & argum. quæ not. in l. ex aſſe. ff. ad treb. & ſupra ſcripta gloſſ. magna concludit in cap. eod. Is igitur ſuppoſitus arguitur ſic, ex conceſſione temporali ad modicum tempus iuriſdictionis & imperij alicui facta etiã ſine tranſlatione dominij directi vel vtilis territorij, Cu iuſquam, ſed ſimplici adminiſtratione commiſſa cõpetit illi, cui ipſum imperium & iuriſdictio ſunt cõceſſa, etiam ipſius imperij in facinoroſos homines exercitium ſiue executio ſine concedentis licentia, hoc probatur per argum. a ſpeciali in l. 1. §. hi quibus. & in §. a præfec. ff. de leg. 3. & in l. 1. in prin. quando appe. ſit &
2 in §. ſimili modo. Nam † ſpeciale eſt in pœna deportationis in præſide prouinciæ, vt ſine ſpeciali licentia nõ poſſit deportare, ſecus in pœna gladij, vt ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas. Cæteri autem vt præfecti præto. vel præfectus vrbis etiam inconſulto principe deportare aliquẽ poſſunt, vt d. §. a præfecto. & ad mortem damnare, niſi forte decuriones eorumque filios, qui certis caſibus excipiuntur, vt in l. moris. §. iſte. ff. de pœnis. & in præalleg. l. 1. §. ſimili. ff. quando appe. ſit. In cæteris vero perſonis poſſunt inconſulto principe, arg. ff. de legi. l. ius ſingulare, & facit C. de offi. præfec. præto. l. ſi quos. conſequens eſt igitur multomagis hoc eidem licere etiam inconſulto principe, cui conceſſum eſt in perpetuum imperium cum vtili dominio Caſtri, vel ciuitatis, in cuius homines conceditur ipſum imperium per arg. maiori, plenius namque nemo dubitauerit eſſe ius eius, qui habet dominiũ & conceſſionem perpetuam & irreuocabilem, quàm habentis ſimplicem adminiſtrationem, & temporalem, & ad modicum tempus arg. in l. 1. & 2. ff. ſi ager vecti. vel emphyteu. petatur. & de ſuperficiebus. l. 1. §. quod autem, cùm habeat omnem effectum directi dominij, qui habet vtile, ſecundum dominũ Bal. vbi ſupra. & naturalem poſſeſſionem, vt not. per gloſſ. in d. §. ſi duobus, q̃ nemo dixerit in eo, qui habet modicum tempus. ſimplicem adminiſtrationem. nec me mouet, quòd dictus G. recognoſcat prælibatum dominum Comitem Papiæ. itã & dicti adminiſtratores multomagis recognoſcunt principem in dominum, vt in Auth. iuſiur. quod præſta. ab ijs qui ad min. acci. in prin. & in l. deprecatio. ff. ad l. rodiam de iactu. ipſe namque B. recognoſcit ipſum dominum Comitem in dominum directum, ſicut & perpetuus ꝯductor recognoſcit nihilominus locatorem in dominum directum, quamuis ipſe habeat vtile dominium, vt in l. 1. ſi ager vecti. vel emphy. peta. & nihilominus omnia agit tanquam dominus etiam ſine licentia, vel etiam conſenſu directi domini, ad q́d ff. de ſuperfi. l. 1. in §. fi. & hæc ſint dicta ſub breuitate, quia quæſtio non habet dubitationem, & ita obſeruat conſuetudo per totam Italiam, quæ eſt optima legum interpres, vt ff. de leg. l. ſi de interpretatione. & hoc de vltimo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Emphyteuta eccleſiæ alienans irrequiſito domino cum clauſula ſaluo iure dominij directi an ipſo iure cadat a iure ſuo, & an ſufficiat ficta traditio facta per alienantẽ, & quid ſi poſt alienationem rector eccleſiæ recipiat pẽſionem an poſſit propria auctoritate rector rem alienatam occupare.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſolus venditionis an dici poſſit alienatio.*
2 *Laici diſponere non poſſunt efficaciter contra eccleſiam vel ſuper iuribus eccleſiaſticarum perſonarum.*
3 *Poſſeſſor etiam iniuſtus non debet ſua poſſeſſione, non vocatus, aut nulla iudiciaria auctoritate interueniente priuari.*

CONSILIVM II.

PETRVS tenetur reddere annuatim in feſto ſancti Michaelis eccleſiæ ſancti Cornelij flo. 10. Placen. iure liuelli vnius domus muratæ &c. dictus Petrus vendidit melioramẽta dictæ domus, irrequiſito domino cũ hac tamen proteſtatione, ſaluo ſemper dictæ eccleſiæ iure dñi dicti ficti. & poſtea facta dicta venditione dictus Petrus ſterit in poſſeſſione domus, & ſoluit ſemel, bis, ter &c. fictũ prædictũ in prædicto termino rectori dictæ eccleſiæ ignoranti dictã vẽditionẽ fuiſſe factã. Quæritur, vtrum dictus Petrus ceciderit a iure ſuo, an ne. & vtrũ dominus rector poſſit ingredi poſſeſſionẽ dictæ domus non requiſito dicto Petro, vel ſuis hæredibus, viſo ſtatuto, quod ſequitur videlicet. Item ſtatuimus, ꝙ aliquis emphyteuta ſiue liuellarius non poſſit, nec debeat aliquã rem emphyteuticariã vel liuellariam in totum vel in partem in aliũ transferre titulo donationis, venditionis, vel alienationis, vel alicuius alterius contractus irrequiſito domino, ꝙ ſi contrafecerit, ipſa res perueniat in dominũ, tali donatione, vel alienatione vel contractu aliqualiter non obſtante, ſaluo ꝙ prædicta locum non habebant in vltimis voluntatibus &c. ¶ In propoſita primo loco quæſtione videretur prima facie reſpondendum. dictum Petrum nõ cecidiſſe a iure ſuo. Primo quia vendidiſſe tãtũ ſua melioramenta probatur, nõ etiam tradidiſſe. Ideoq; † nec alienauit, cùm ſolo contractu venditionis non trãſeat dominiũ ſine traditione, vt C. de pac. l. traditionibus. & Inſti. de re. diui. §. per traditionem. & §. interdum. & argu. C. de fun. do. l. 1. & de re. alie. non alie. l. fi. deſideratur autem alienatio rei emphyteuticæ., vt emphyteuta qui ſine domini conſenſu quoquo titulo alienauerit, a iure ſuo cadat, vt in ſtatuto ſupra relato. & C. de iure emphy. l. fi. Scdo, quia proponit rectorẽ eccleſię prædictæ canonẽ emphyteuticũ poſt alienationẽ factã, etſi ignota fuerit, accepiſſe, quo ipſo videtur renunciaſſe iuri accipiẽdi rẽ ſibi apertam, arg. ff. de leg. co. l. poſt diem. & de mino. l. Aemilius. & q́d no. C. de iure emphy. l. 2. & extra de loca. c. potuit. Tertio quia dr̃ ſtatutũ vigere in ea ciuitate, vbi hoc agitur, ꝙ ſi vẽditor poſt venditionẽ ſteterit in poſſeſſione rei venditæ per trienniũ, præſumatur venditio ſimulata. Cõſtat autẽ venditionẽ ſimulatã nullã eſſe, vt ff. de cõtrahen. emp. l. nuda. & de aqua plu. arc. l. emptor. & de reg. iur. l. imaginaria.

¶ Contrariũ vero magis dicendũ eſt, ipſum. ſ. Petrũ a iure ſuo cecidiſſe tã ex iure cõi per præalle. l. fi. C. de iure emphy. q̃ ex præalleg. conſtitutione municipij in hoc iuri cõi ꝯſentanea, ſupeſt vt ad allegata in diuerſã partẽ detur reſpõſio. ¶ Ad primũ r̃ndetur, ꝙ in propoſito caſu etſi non tradidit emphy. idemq; vẽditor vere, tradidit tñ iuris interpretatione, eo ꝙ in inſtrumẽto vẽditionis conſtituit ſe emptoris nomine rẽ vẽditam poſſidere, quod ad trãsferendã cauſam proprietatis & poſſeſſionis alias ſufficere non eſt ambigẽdum, vt ff. de rei uen. l. quædã mulier. & de acquiren. poſſ. l. quod meo in prin. & quod not. per gloſſ. poſt docto. ff. de pac. l. ab

emptione

emptione, & dato quòd conſtitutum non interueniſ-
ſet, cum tamen ipſa venditio facta fuerit in ipſa domo,
& in inſtrumento venditionis fuerit illud verbum, tra
didit &c. idem dicendum eſt per illam l. quædam mu
lier. & ar. ff de acqui. poſſ. l. quod meo. §. ſi vēditorem.
iūcta l. prędia. & quod ibi per Iaco. de Are. & Barto. &
hoc de primo. ¶ Ad ſecundum vero reſpondetur, pri-
mùm non videri renunciaſſe rectorem eccleſiæ ei iu-
ri, quod probabili facti errore neſciebat ſibi vel eccle-
ſiæ ſuæ competere, vt ff. de inoffi. teſti. l. Eum qui. de
peti. hære. l. legitimam. & ita notatur per Dy. ff. de leg.
2. l. meuius. §. duobus. qd tenet Cy. C. de iure emphy. l.
2. in 4 q. 2. Albricus de Pergamo idem tenet referens
quoque Bartholomæum Brix. idem dicentem, & Spe
cu. in ti. de loca. §. nunc aliqua de iure emphyteutico.
verſi. 24. & 26. & ita debet intelligi quod no. per glo. &
cæteros tam in d. l. a. C. de iure emphy. quàm in præall.
c. potuit. de locato. Deinde illud aduertendum eſt, an
illa eccleſia haberet capitulum, quoniam abbas ſolus,
vel alius prælatus ſine ſuo capitulo etiam ſcienter acci
piens nō noceret eccleſiæ, vt no. in p̄alle. c. potuit &c.
Ad tertium verò reſpondetur, ꝙ ſtatim poſt vēditio-
nem, ut præfertur, factum fuit conſtitutum, per quod
transfertur poſſeſſio & proprietas, ſi nil contra leges
foret vt ſupra probatum eſt, etiam non obſtante qđ
penſionem primò ſoluerit, vt ff. de acqui. poſſ. l. interdū.
§. fi. & l. quāuis. §. 1. cum haberet hic liuellarius natura-
lem poſſeſſionem, eo quod ad non modicum tempus
conduxerat, vt ff. commoda. l. ſi vt certo. §. fi. ſtatim res
ad dominū reuerſa extitit, & a ſuo iure cecidit liuella
rius, nec debuit aut debet eſſe in poteſtate ſua, ius iam
quæſitum ipſi eccleſiæ tollere, vel reuoare ab inuita,
etiam per hoc quia poſſeſſionem retinuerit corpora-
lem, arg. ff. de reg. iur. l. quod noſtrum. ad quod facit in
x. coll. Quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt ali. recu c. vnico. &
quod no. per Dyn. & Barto. ff de vſuca. l. ſequitur. §. idē
2 labeo. & ff depoſiti. l. 1. § ſi rem. Nec eccleſia † illi con-
ſtitutioni ſubiacet laicorum, cùm de rebus eccleſiæ in
præiudicium præſertim eccleſiæ, vt hic fieret, non poſ-
ſint laici diſponere, vt extra de conſti. c. eccleſia, ſan-
ctæ Mariæ. & c. quæ in eccleſiarum, & 96. diſt. ca. bene
quidem. Item illa conſtitutio potius fauore aliorū, vt
puta creditorum ne fallantur a debitoribus, facta eſt, ꝙ̄
pro commodo ipſorum alienantium. Ideoque in alio
rum detrimento conuerti non oportet, argu ff. de leg.
& ſena. cōſul. l. nulla. & C. eo. l. quod fauore. Quibus ex
omnibus concludendum relinquitur, quod ad primū,
de quo quæritur, dictum Petrum a iure ſuo cecidiſſe,
& conſequenter dictam domum ad eccleſiam deuo-
lutam, ſeu dictæ domus plenum rediſſe dominiū &c.

¶ Ad ſecundum de quo quæritur reſpondendum pu
to, cōſultius eſſe, ꝙ per iudicem faciat rector eccleſiæ,
quàm ſua propria auctoritate, & non tantum vocatis
Petro aut hæredibus, verum etiam requiſito eo, cui di
citur alienata fuiſſe domus memorata. Illa conſidera
tione præcipua, quia tranſlatam poſſeſſionē eſſe in eū,
in quem facta fuit alienatio, & ficta traditio ſupra de-
fendimus, per l. quod meo. & l. interdum. §. fi. ff de acq.
3 poſſeſſio non debet autem poſſeſſor, † licèt iniuſtus,
ſua poſſeſſione, niſi vocatus & iudiciaria auctoritate,
priuari. C. vt nemo priua. l. ſecunda in principio. & vn
de vi. l. meminerint. & extra de reſtitu. ſpo. c. ex cōque
ſtione. & c. in literis. & ff. quod metus cauſa. l. extat. &
de vi & vi arma. l. 1. § qui vi. & de acquirē. poſſeſſione.
l. iuſte. & ad l. iul. de vi priua. l. creditores. licèt cum em-
phyteuta ceciderit a iure ſuo ob non ſolutum canonē
per triennium vel biennium, ſoleat eſſe dubitatio, an
domino liceat propria auctoritate rem ingredi, de quo
traditur C. de iure emphy. l. ſecunda. & in præalle. c. po
tuit. Sed hic non eſt caſus noſter, & ei prorſus non ſi-
milis.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Emphyteuſis conceſſa patri pro ſe & filijs legiti-
mis & hæredibus vſque in tertiam generationem, ita
ꝙ maſculi ſemper præferantur fœminis, mortuo pa-
tre relicta nepte ex filio præmortuo, & filio maſculo,
qui moritur relictis duabus filiabus, an ſpectet ad di-
ctas fęminas, & pro qua parte, an vero ſit deuoluta ad
eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis hæres primi defuncti hæres eſt.*
2 *Generatio maſculina dicitur fœmininam præcedere, ſi tamen fœ-
minina ſequatur.*

CONSILIVM III.

RELIGIOSVS vir frater Nicolaus Gal-
bani Prior ſancti Angeli de Platea ciuita-
tis Camerini membri Monaſterij Saxi vi
ui per ſe, ſuoſque in poſteritm ſucceſſores,
nomine & vice dictę eccleſiæ titulo reno
uationis, & contraceſſionis in emphyteuſim dedit, ceſ
ſit, conceſſit, & renunciauit in emphyteuſim ſer Ioan
ni Viti de Camerino præſenti, ſtipulanti, & recipienti
pro ſe & ſuis hæredibus vſque in ipſius tertiam gene-
rationem maſculinam, & fęmininā legitime finitam
vnum alter i ſuccedēdo, ſaluo quòd filij maſculi, & ma
ſculina generatio ꝓcedere debet fœminam, duas do-
mos cum Caſareno ſeu in clauſtro, ſita in ciuitate Ca-
merini in contracta muniti iuxta viam a duobus late-
ribus, filios Angelucij Maſiola ex alio latere ad haben
dum, tenendum, & poſſidendū, & quicquid ipſi ſer Ioā
ni & ſuis hæredibus vſque in dictam tertiā generatio-
nem, vt prædictum eſt, placuerit faciendum pro precio
25. lib. bon. quod preciū dictus prior confeſſus fuit ha-
buiſſe &c. dictus ſer Ioannes ſtatim poſt dictā confeſ-
ſionem ſibi factam intrauit tenutam & corporalē poſ
1 ſeſſionē ſupradictarū domorū & Caſareni, & ipſas ha-
buit, tenuit, & poſſedit vſque ad tempus ſuæ mortis, &
dicto tēpe tenebat & poſſidebat. Demum deceſſit di-
ctus ſer Ioannes ſuperſtitibus Paulo & Anzonino ſuis
filijs legitimis & naturalibus & hæredibus, & ſuperſti-
tibus Martha & Franciſca ſuis filiabus legitimis & na-
turalibus nuptis & dotatis a dicto ſer Ioanne, & ſuper
ſtite Benedicta eius nepte carnali & filia legitima & na
turali dicti Pauli ſui filij Demum deceſſit dictus Pau-
lus ſuperſtitibus Anzonino eius fratre carnali, & Bene-
dicta eius filia legitima & naturali, & ſuperſtitibus di-
cta Martha & Franciſca ſuis ſororibus. Demum deceſ
ſit dictus Anzoninus ſuperſtitibus dicta Martha & Frā
ceſca ſuis ſororibus & ſuperſtite Benedicta filia dicti
Pauli quondam fratris ſui. Modò vertitur quęſtio in-
ter dictā Benedictam ex vna parte, & dictam Franciſ-
cā & Martham ex alia parte, occaſione dictarū domo
rū & Caſareni, eo qa dictæ Martha & Franciſca dicūt,
dictas domos & Caſarenum ad ſe pertinere tanquā ad
filias legitimas & naturales dicti ſer Ioannis vigore cō
ceſſionis factæ dicto ſer Ioanni earum patri excluſa di
cta Benedicta, cum ipſe ſint in primo gradu. Ex aduer-
ſo dicit dicta Benedicta, dictas domos ac Caſarenū ad
ſe inſolidum ſpectare vigore ſtipulationis factæ per di-
ctum ſer Ioannem, cum ipſa ſit de generatione maſcu
lina & genita a dicto Paulo filio maſculo dicti quon-
dā ſer Ioannis, & ꝙ ipſa debet præferri dictis Marthæ
& Frāciſcæ i dictis domibus. Quærit qd iuris, ad quos,
& pro quanta parte ptineāt dictæ domus emphy. &c.

¶ In propoſita quæſtione videtur prima facie rñden
dū, nec ad filias, nec ad neptem dictas res emphyteuti-
cas ptinere eo ꝙ per dictos Paulum & Anzoninū hæ-
redes filios ſolos patris dictæ Franceſca & Martha ex
cluſę sūt ab emphy. ſm tenorē ꝯtractus. dicta vero Bū-
dicta excluſā p Anzoninū ipſi Paulo, vt præfertur, ſup-
ſtitē, quis ipſi Anzonino poſtea ſine liberis mortuo vlte

rius ad ipſam ſucceſſionem emphyteuſis minime cõuocandę, ſed ad dominũ reuertitur emphyteuſis per ii. epiſcopum & abbatem. §.1 colu.10. in lib. feudorum. & hoc ipſum in terminis propoſitis ſenſiſſe videtur Bald. C. de oper. li. l. liberti. in ver. ſm dubium, ibi ideo mortuis &c. Rurſus tenor cõtractus exigit, vt liberi ſint hæredes ipſius accipientis emphyteuſim pp verbum hæredibus, nec ſufficiat eſſe de liberis intra tertiam generationem, niſi & hæredes ſint vt in auth. de nõali. re. eccle. §. emphyteuſim. & no. per Bario. in l. vt iuriſiur. § ſi liber. ff. de oper. lib & per Bald. vbi ſupra, & in l. nepotes. C. de ſuis & le. hære. Iſta autẽ neptis & filiæ Ioannis hæredes non fuere, ſed dicti Paulus & Anzoninus, igitur Eſt igitur ſuperuacua præpoſita conſultatio &c.

¶ Sed verius arbitror non finitam emphyteuſim ad dictas fœminas iure tranſire. Nam & dicto Ioanni ſũt de liberis, & hæredes eiuſdem p medias perſonas Pauli & Anzonini † & hæredis hæres primi defuncti hæres eſt, ut C. de hære. inſti. l. fi. & de talibus etiam mediatis hæredibus manifeſtum eſt loqui præalle. §. emphyteuſim. in auth. de non alie. re. eccle. cum generationem ſecundam nepotum, quæ non auõ immediate ſucceſſerit, ſed per filiorum perſonas admittit, & tenor ac forma propoſiti contractus euidenter hanc interpretationem admittunt, eo φ cautum eſt vſque ad finitam tertiam generationem durare φ prima filiorum & ſecunda nepotum generationes ante eſſent in hæreditate. & rurſus adiectum eſt ut filii & maſculina generatio
2 præcedant fœmininam, quam fœminam etiã dixerat admittendam, ergo & poſt admiſſos filios † proprie. n. dicitur generatio maſculina præcedere fœmininã. cũ & fœminina ſequatur. ar. in l. qui duos. in prin. ff. de re. du. ad tex. vero in lib. feudorum allegatum reſpondetur, φ loquitur in feudo, quod ſua conſuetudine gubernatur, nec eſt trahendum ad emphyteuſim eccleſiaſticam, ar. ff. de legi. & ſena. conſul. l. quod vero. tamẽ no. ita per Bario. in d. l. vt iureiur. §. ſi liberti. ff. de oper. lib. & per Bal. in præalleg. l. liberti. ſed & ille § primus, qui incipit; quin etiam in titulo, epiſcopum, vel abbatem, intelligitur ſm Ia. de Bel. & Bal. ibidem in feudo recto non conditionato, & per conſequens non ad contractum emphyteuticum, ex quo certa quantitas annuatim præſtatur. & no. Bal. vbi ſupra intelligendum eſt cũ filiæ patris nullatenus hoc eſt mediate proponũtur hæredes, nec ex tenore contractus apparet, ſicut hic, φ fœminæ poſt maſculos admittantur. ſupereſt itaque propoſita alia quæſtio, ad quas ex dictis filiabus & nepte, & pro quota portione tranſeant memoratæ domus, ſeu res emphytheuticæ: vbi ſecundum ea, quæ proponerentur dicendum videretur, duas partes earum ſeu beſſem ad dictam Benedictam ſpectare. Tertiam vero partem: ſeu trientem ad filias cõmuniter pertinere, ſic namque ordo ſucceſſionis dicti Ioãnis in perſonas dictarum neptis & filiarum ex ſupra relata facti narratione deſignat. nam cum Paulus Ioannis hæres extiterit pro dimidia. & Paulo patri Benedicta filia, vt præfertur, vnica ſuperſtes nõ interueniente teſtamento ſola ſuccedat, vt C. vnde liberi. l. pe. auo paterno conſequenter erit hæres pro dimidia: vt d. l. fina. C. de hære. inſti. ip ſi autem Anzonino ſine liberis & teſtamento, quod interueniſſe non dicitur, mortuo, ſorores Franceſca & Martha ſuperſtites cum Benedicta filia fratris præmortui pro virilibus portionibus ſuccedunt. vt in auth. ceſſante. C. de legi. hære. ipſa igitur Benedicta in tertiam dimidiæ hæreditatis Ioannis aui ſui paterni, cui dictus Anzoninus pro dimidia erat ſucceſſerat, hæres erit, & ſic ex ſex vnciis dicti Anzonini duas capit ex Anzonini perſona, & cum ex Pauli patris ſui ſex habebat, ſimul iunctæ octo vncias ſeu beſſem conſtituunt. Tertiam vero dictæ Franceſca & Martha totius hæreditatis Ioannis accipient ex perſona Anzonini ex ſex vnciis, quæ ad Anzoninũ peruenerant, quatuor, cũ pro duabus partibus ei ſuccedant capientes. & ſic ſingulæ earũ filiarum ſextantem, id eſt ſextam partem dictarum rerum emphyteuticarum habebunt, φ ſi interuentu diſpoſitionis teſtamentariæ dicti Ioannis, & filiorum alias hæreditatis partes dicti Ioannis ſortiantur neptis, & filiæ memoratæ totius patrimonii pro mõ & portione hæreditatis dicti Ioannis ad ſingulas eas pertinẽtibus, dictas quoque res emphyteuticas proficiſcentes ad dictas neptes & filias pertinere, quod & voluit Bal. in præalleg. l. liberti. ſuperius alleg. nuſquam autem placeat allegatio filiarum cõtra neptem, ſupra relata, nam ſi de aui paterni ĩmediata ſucceſſione quæratur,
1 neptis ex filio præmortuo vnà cum filiabus ſuperſtitibus gradus ratione nõ obſtante ſuccedit, & in emphy-
2 teuſim eccleſiaſticã. vt l. 3. C. de ſuis & leg. & ibi p Bal. ſiue pater neptis tempore mortis aui ſupererat, factus æqualiter cum filiis vel filiabus aliis ſuperſtitibus, ſuam portionem in neptem tranſmittet. Si vero teſtamentũ validum interueniat, tunc gradus ratio non eſt quærẽda. Sed nec placet allegatio neptis, φ ex maſculina generatione ſit, quia ex filio, licèt ipſa fœmina. nam & filiæ non ex fœmina, ſed ex patre ſunt, & incongruens foret, vt deterioris conditionis eſſent filiæ, quàm neptes. vt C. de bo. ma. l. 3. Concluditur itaque, filias & neptes ad res emphyteuticas pro portionibus hæreditariis dicti Ioannis promus admittendas.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *In feudo paterno an poſſit epiſcopus filiam defuncti propter beneficia patris aliis agnatis anteponere, & an filia, quæ non poteſt inueſtiri de feudo, poſſit capere ex perſona mariti inueſtiri ſuo nomine.*

2 *Mulieres non poſſunt curiis & oneribus curiarum deſeruire & conſequenter nec ſuccedere, aut etiam a proximioribus inſtitui.*

CONSILIVM IIII.

1 AD id de quo quæritur, videtur mihi concluſiue dicendũ † dictos Gabrielẽ & Antonium nullo modo poſſe ad feudũ prædictum ex ſupra relatis inueſtituris, aut earum vlla venire. Prima quidẽ rõne, quoniam pactum & inueſtitura facta, vt dictum feudũ ad dictos Gabrielem & Antonium, ſeu eorũ liberos perueniat, ſub conditione, quæ deficit, facta ſunt vez, ſi dictus dominus Veritas inueſtitus & pure ſine liberis maſculis & deſcendentibus maſculis per lineam maſculinã in infinitũ deceſſiſſet, ut ex facti ſupra narrati tenore colligitur &c. Conſtat autem ipſam conditionẽ, & conſequenter eam ſubſtitutionem euanuiſſe, cùm filium. ſ. vnicũ Marcum ſibi ſuperſtitem reliquerit, vt C. ad treb. l. iubemus. §. ſin autem. & de cõdi. inſer. l. prima. & ff de verb. ſig. l. nõ eſt ſine liberis. Nec curãdum eſt, φ ipſe Marcus ſine liberis & in pupillari ætate deceſſerit, quia nihilominus perpetuo verum eſt & erit, ipſum dominũ Veritatem non ſine filiis deceſſiſſe, & ſic contrariam conditionem defeciſſe, ideoque præfatæ ſubſtitutioni minime locum factum eſſe. vt in præal leg. l. & arg. C. quãdo di. leg. ce. l. cum vxori. & de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. l. ſi quis hæredem. rurſum & id conſiderate proſpiciendum eſt, φ hic inueſtitor ſeu dominus feudi epiſcopus, & ſic eccleſiaſtica fore perſona probatur, & inueſtituram ſeu pactum in perſonas dictorum Gabrielis & Antonii collatam ſub conditione fuiſſe conceptam. ſi dictus dominus Veritas ſine filiis maſculis deceſſiſſet, dominũq; Iacobũ epiſcopum Veronenſem deceſſiſſe, aut etiam ab epãtu Veronenſi deſeciſſe, priuſquã dictus dñs Veritas vaſallus deceſſiſſet; quibus conſequens eſt, φ etſi conditio pactionis atque inueſtituræ factæ in dictos Gabrielem & Antoniũ veraciter extitiſſet. quia ſ. ipſe dominus Veritas ſine filiis maſculis protinus deceſſiſſet, nihilominus reuerẽdus pater dom. Guido nunc eps Veronenus, & ſucceſſor

prælibati

prælibati bonæ memoriæ reuerendi patris do. Iacobi
de Rubeis olim Veronenſis, qui memoratã inueſtitu-
ram & feudi collationem fecit ſub conditione in præ-
dictos Gabrielem & Antonium de re ecclefiaſtica, eã
inueſtiturã ratã babere teneretur. Nec ad inueſtindũ
dictum Cabrielem, ẽt ſi nunc extitiſſet conditio ſuæ in
ueſtituræ factæ per præſatum dñm Iacobum præceſſo-
rẽ, quæ tamen non extitit, cogi poſſet, tametſi ipſe do-
minus Iacobus ſi adhuc eccleſiæ Veronen. preeſſet, te-
neretur & cogi poſſet, ſm ꝙ hæc aperte probãtur. in ti
tu. qui ſuc. te. & in tit. qui. mo. feu. conſti. poteſt. c. vni
co. in fi. aliàs eſt c. 2. qđ incipit ſi dñs. & quod vtrobique
pulcherrime no. p dñm Bal. cũ nec appareat dictũ Ga-
brielem vnquã nactum feudi memorari poſſeſſionẽ,
& de voluntate dicti dñi Veritatis, obſtat quoque pluri-
mum dicto Gabrieli, ꝙ ex facto probatur, ipſum Ga-
brielem conſcium reuocationis factæ de inueſtitura in
eũ conditionaliter facta per pręſatum reuerendũ P. d.
Iacobũ de rubies, & de inueſtitura reformata in perſo
nam domini veritatis & filiorum ſuorum vtriuſque
ſexus, tam per ipſum dñm Iacobũ, quàm geminos eius
factores, quin etiam de inueſtitura facta nouiſſime per
præfatũ dñm Gnidonẽ in do. Marcum & Dyambram
nunquam eiuſmodi geſtis cõtradixiſſe, ſed pluſquam
omni taciturnitate firmaſſe. vnde & a feudi eiuſmodi,
de quo dicta inueſtitura in Dyambram facta eſt pura,
vel cuius extit cõditio, reuocatione, ẽt ſi ius aliquod ha
buiſſet, remouendus fortaſſis aliquibus videretur per
c. titius. ſi de feu. defuncti. Amplius cõtra ipſum Gabrie
lem potiſſimũ facit tex. in c. fi. vlt. reſponſo in titu. que-
mad. feu. ad filiam pertineat. 10. col. hoc eſt in lib. feu-
dorum ſm ſenſum Petri de Ceruia, qui ibi approbatur
per Bal. & multomagis etiã ſm intellectũ Iaco. de Bel.
quem ibi refert Bal. ut loquatur de feudo paterno, vbi
manifeſte deciditur, ꝙ dñs maxime in feudo nono ſe-
cundum intellectum Petri de Ceruia quale eſt hoc, de
quo in præſentiarum agitur, poteſt poſt mortem vaſal
li ſine filio mortui vaſalli filiam propter amorẽ & ſer-
uitia patris agnatis collateralibus defuncti vaſalli, & ſic
etiam fratri ipſius dñi Veritatis anteponere, nec pote-
rit ipſum feudum a parẽtibus. i. agnatis ipſius defuncti
vaſalli a dicta filia reuocari, & potius ſi nouum feudũ
eſt, & conſequenter ꝙ nec ad filiã nec ad fratrem tran-
ſit, debet conferri per dominum filiæ defuncti, quàm
fratri, p ea quæ no. ff. de aqua. quoti. & æſti. l. 1. §. per init
titur. prout ibi no. Bal. eleganter per illũ tex. Et ad hoc
bene facit quod no. in ſumma de feu. ſucceſ. §. ſic ergo
nepos ex facto in a. col. vbi etiam adiecit generum hoc
eſt maritũ debere iurare domino & ei ſeruire, aut eius
filios, vt nihil interſit, per quem præſtetur ſeruitium
dño &c. & ibi optime facientibus iuribus approbat.
Hanc quoque ſñiam penè in ſimili materia confirma
uit imperator in l. 3. in fi. C de naturali. lib. vbi decidit
2 legiſlator † quia mulieres non poſſunt curiis & oneri-
bus curiarum deſeruire, & ideo pater filias naturales
vt ei ſuccedant, offerre non poteſt, ſi ipſas filias natura
les curialibus maritauerit, eas poſſe in bonis patris, &
hæreditate ſuccedere. Quid enim intereſt ait legiſlator,
vtrũ per filios, an per generos commoditatibus ciuita
tum conſulatur, ſic in re propoſita nihil intereſt, an per
filios ipſius quondam dñi Veritatis vaſalli, an per gene
ros eccleſiæ commoditatibus conſulatur, vt ſic filia va
ſalli curiæ epiſcopi obnoxii fructum quondam Zinon
ſucceſſionis in ipſum feudum per viri perſonam con-
ſequatur, & cum ex facto accidiſſet hic Paduæ, ꝙ Vaſal
lo mortuo ſine filiis maſculis vnica filia nupta relicta
hærede. Reuerendus dominus eps Paduæ conſilio iu-
riſperitorum maritum ipſius filiæ vaſalli, cum non poſ
ſet filiam inueſtire, quia fœmina, in præiudicium eccle
ſiæ ſuæ, ipſum maritũ. ſ. ſolẽniter inueſtiuit de ipſo feu
do, quod ad ſe reuerſum fuerat. Concluditur itaq; Re-
uerendum dominũ epiſcopũ Veronen. iure & hone-
ſte feciſſe, quod fecit. Quibus ex omnibus per quã ma
xime ex duobus argumentis prioribus, quæ mihi vidẽ
tur rem efficaciter demonſtrare, relinquitur cõcludẽ-
dum, dictis Gabrieli & Antonio nullum protinus ius
in feudo prædicto competere. Nec etiam præſatum re
uerendum patrẽ & dñm, dominũ Guidonem ad dictũ
feudum dictũ Gabrielem admittere, aut in eius perſo-
nã inueſtituram facere. An antẽ ad dictam Dyambrã
feudum, de quo quæritur, trãſeat, uel pertineat, qm̃ mi
hi non eſt propoſita cõſultario, non cẽſui decidendũ.

¶ Et ita dico & ↄſulo Ego Raphael Fulgoſius doct.
V. iuris minus vnà cum do. Raph. de Raymundis.

ARVM ENTVM.

¶ Accipiens rem ſuam ſcienter in feudum an valeat
contractus, & an contrahens tanquam procurator ali
cuius, cum non appareat de mandato, acquirat dño, &
an ſuccedens in regno, vel ciuitate ſortiatur oẽs quali-
tates p̃deceſſoris, & ã p̃ferat̃ filia ĩ feudo extraneo h̃rdi.

SVMMARIVM.

1 *Rem ſuam alteri ſcienter hoc eſt ſciens eſſe ſuam alteri dans dici
tur illius rei dominium in accipientem transferre, quo fit vt
poſtea ipſe tradens poſſit efficaciter & iuſte conducere.*

2 *Traditio an poſſit ſequi vera ex ficto titulo.*

CONSILIVM V.

QVIDAM Guielmus Speranza de Vero-
na tẽpore dñi Antonii de la Scala fuit offi
cialis in factoriis ſatis grandibus, poſſide-
bat & habebat iure dominij, vel quaſi, mul
ta bona in ciuitate & diſtrictu Veronæ ali
qua propria & aliqua liuellaria, q̃ recognoſcebat ab ec
cleſijs. Tranſlato aũt dominio Veronæ in dominũ Co-
mitẽ virtutũ ecce ipſe Guielmus exoſus multũ vt mo-
ris eſt propter officium, cui præfuerat tranſductus fuit
Papiam cũ magno timore, vbi ſtetit multis menſibus,
nec inde poterat diſcedere impune ſine licentia. Tan-
dẽ vero licentiatus venit Veronã, vbi ſtetit & habita-
uit vſque ad annum 1409. intra quod tempus ſemper
tenuit oĩa ſua bona tanquam propria vel tanquam li-
uellaria vt infra dicetur. Tandẽ veniens ad mortẽ ſuũ
condidit teſtamentum, in quo multa legata reliquit ad
pias cauſas pro aĩa, & ſub alia forma, & quendam Gal-
uanũ Panzã, quẽ pro filio aĩæ ſpũaliter educauerat, hæ-
redem vniuerſalem inſtituit, dñæ aũt Deſideratæ filiæ
ſuæ ltĩæ & naturali iam maritatæ certã quantitatem iu
re legati & inſtitutionis reliquit, iubens eam fore taci-
tã & contẽtam, poſt cuius Guielmi mortẽ productum
fuit per ipſam dñam Deſideratã corã dñis rectoribus.
& Camerlingis Veronæ vnum prætenſum inſtrumen
tum feudi, ex quo videtur dictum quõdam Guielmũ
fuiſſe in certis bonis feudatarium, & vaſallum, & inue
ſtitum iure feudi pro ſe & hæredibus ſuis vtriuſque ſe-
xus a domino Antonio de Porris aſſerente ſe procura
torem illuſtris domini quõdam comitis virtutum, qui
dominus Antonius fecit vt dicitur dictã inueſtiturã, vt
in dicto aſſerto inſtrumento continetur. Et ſic ipſa do-
mina Deſiderata, cum ſit de deſcendentibus dicti Gui
elmi, petit ſe admitti ad dictum aſſertum feudum, & ad
bona feudalia, cum defecerit & deficiat proles ſexus
maſculini. Ex aduerſo dicitur pro parte dicti Galuani
hæredis inſtituti, ipſam dominã Deſideratã non poſſe
nec debere admitti ad dicta bona vt dicitur feudalia
multiplicibus rationibus, & maxime omnibus infraſcri
ptis. Primo quia feudi prouiſio & originalis conſtitu-
tio non fuit voluntaria, ſed meticuloſa & coacta, etiam
ſi milies vera eſſet, qa facta fuit vt dicitur tẽpore, quo
ipſe Guielmus erat Papiæ non in ſua libertate, ſed cum
metu prædicto. Secundo quia ipſa bona feudalia non
erant tunc in dominio illuſtris Comitis virtutum, ſed
ĩ dominio, vel quaſi ipſius Guielmi de feudo ut dicitur
inueſtiti. Tertio quia in ipſius feudi conſtitutione mul-
ta ſunt bona deducta in feudũ, quæ penes feudatariũ e-
rant liuellaria, & illa recognoſcebat ab eccl'ijs iure li-
uelli, & ita ẽ notabilis p̄ſumptio, ꝙ feudũ nõ valuerit.

Quarto, quia dictus Antonius de Porris, qui fuit feudi inueſtitor, aſſeruit ſe procuratorem præfati dñi Comitis virtutũ, & tñ de eius mandato nuſquam apparuit. Quinto, quia ſi etiã de mandato cõſtaret, tamen inueſtitura fuit pro præfato dño Comite virtutũ & eius nomine, ac etiam pro liberis ſuis tã procreatis, quàm procreandis ex corpore præfati dñi Comitis virtutũ &c. vt in inueſtitura apparet, & tamen in Verona non extat aliquis de liberis domini Comitis, a quo dicta inueſtitura debuerit, vel poſſit recognoſci. Ipſum autem ius acquiſitum ipſi domino Comiti & liberis ſuis ex ſe deſcẽdentibus non tranſit ad ſucceſſorem extraneum, qui non ſit de liberis, nec perſonas in contractum deductas egreditur &c. Sexto, quia omnia bona compræhẽſa in dicto prætenſo feudo erant per prius &, per multa tempora dicti Guielmi inueſtiti & per nunquam fuerunt dicti domini Comitis, & tamen nulla apparet cã, propter quam ipſe Guielmus inueſtitus voluerit, vel debuerit bona propria recognoſcere aliũ in feudum. Iſte vltimus paſſus eſt multum ruminandus, examinãdus, & declarãdus quia de principalioribꝰ eſt in facto.

¶ Ad id de quo quæritur videretur prima fronte dicendum, dictum feudũ iure tenuiſſe, & conſequẽter dictam dominam Deſideratam tanquam filiam naturalem & legitimam dicti quondam Guielmi deficientibus liberis maſculis naturalibus & legitimis ex dicto quondam Guielmo ad ipſum feudũ vocari, extraneo hærede inſtituto protinus excludendo, vt in ro. cnl. de ſuc. feu. c. primo. § filia. & in titu. epiſcopum vel abbatem. c. 2. § quin etiam. & de eo, qui ſibi hære. ſuis ma. & fœ acq cap. vnico. & in his, qui ſeu. da. poſ. cap. primo. Hoc autem notandũ & bene facit, quod not. per gloſſ. ff. de pe hæ. l. item veniunt. §. vlti. in gl. fi. ꝙ autem ipſũ feudum tenuerit licèt idem Guielmus rem ſuã in feudum acceperit, eo ꝙ fuerit ſciens ſuam eſſe, demonſtratur primo per l. qui rem propriam, a contrario ſenſu. C. loca. & conduc. vbi dicit conducentem rem propriam cum extimaret alienam, & dominiũ non transferret, & efficacem cõtractum cõductionis faceret: optimũ namque eſt ar. a contrario ſenſu. vt ff. de offi. eius cui mã. eſt iuriſd. l. prima. § huius rei. & de teſt. l. exeo. & de teſta. qui teſtamẽto § mulier. & per eundem quoque modum ad euidem ſententiæ cõfirmationem. l. ad probationem. C. in eo. titu. loca. & cõduc. corrobo-
1 ratur ratione. Nam † qui rem ſuam ſciens ſuam alii tradit ſeu dat ſciens indebitam dominiũ transfert in accipiente velut ex donatione. vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. & de condi. inde. l. 1. & pro emptore. l. qui fundum § ſeruus meus. in fi. ſed recipere rem ſuã in feudum, eſt eam tradere ei, a quo in feudum accipit. argu. in l. quiſquis. & in l. ſi quis argẽtũ. §. ſed ſi quidem in oibus. .de dona. & arg ff de rei uend l. quædam mulier. & argu. C. de do. cau. non nu. l. 2. intelligendo, ꝙ maritus retinendo in dotem ſiue aſcribendo in dote vxoris ſuæ rem ipſius mariti animo donandi, ꝙ eam tradidiſſe videatur vxori per ar. d. l. quiſquis. cum ſi. & ideo ibi morte confirmatur donatio, quæ non confirmaretur niſi traditio interueniſſe crederetur. vt ff. de don. inter vi. & vxo. l. Papianus. quę ſingularis eſt in prædicta l. 2. & ſine vlla improprietate, & vaticinatione procedentem. Si igitur rem ſuam ſibi in dotem retinẽdo pro uxore ſua eam ſibi mulieri ex donatione tradidiſſe creditur, erit non multomagis dñs rem ſuã ſciens in feudum velut ab alio datum, retineus, & cognoſcens ipſius rei ſuæ dominium in eum, a quo recognoſcit, tanquam crediderit iuris intellectu tradidiſſe credatur, & per conſequens feudalis contractus, quaſi de re dantis non etiam accipientis factus teneat. Celeritate namq; cõiungendarum actionum quidã actus occultãtur, vt ff. de don. inter vi. & vxo. l. 3. §. ſed ſi debitorẽ. & ſi cer. pet. l. ſingularia. videtur namque dñs non errans rẽ ſuã prius illi ex cauſa donationis tradere, & deinde ab eo ex cauſa uſufructus conductionis in feudum accipere aut dotis, aut alia qualibet ſimili iam illius factã recipere. & ad hæc faciũt ff. de acqui. poſ. l. qui bona fide. & l. interdum in prin. pro emptore, l. qui cum pro hærede. in princip. & glo. videtur ita declaraſſe in l. ſi aliquã rem. ff. de acqui. poſ. in gl. ſuper ver. meam & incipit. & erat. & in gloſſ. magna vltra mediũ ibi. ſed vbi ſciẽtia. Et hac parte retenta ad allegata in oppoſitum poſſet facile reſponderi, in quibus ſummatim breuitatis ſtudio pertranſibo.

¶ Ad primũ quod non probatur de metu. vt C. de ijs, quæ vi metusve cauſa geſta ſunt. l. ad inuidiam &c.

¶ Ad ſm & ſextum in idem tendentia, ꝙ illud procederet ſi dictus quondã Guielmus erraſſet in dominio, quod non probatur, immo potius contra. vt C. de reſcin. uen. l. quiſquis, & dictis ll. qui rem, & ad probationem. C. loca. & condi. &c.

¶ Ad tertium ꝙ id non apparet, ꝙ fuerint liuellaria, & eſto quod appareret ſicut dictum eſt de directo dñio, ꝙ illud videatur per prius in dñm Comitẽ ex donatione tranſtuliſſe, & ab eodem poſt in feudum accepiſſe. Qui namque vult vnum, vult & omne eius neceſſarium antecedens, vt ff. de acqui. hæred. l. nec his. & l. illud. ita quoque & in vtili dñio, quod apud ipſum quondam Guielmũ fuiſſet, pari ratione foret extimandum. arg. ſupra. de ver. ob. l. à titio. & ad l. aquil. l. illud, donare nãque videtur poſſe liuellarius ſuum vtile dominium ẽt ſine conſenſu domini, ad inſtar emphyteutæ, cui hic eſt ſimilis, ut C. de iure emphy. l. fi. in princip. & ibi no. & ff. de dam. inſe. l. ſi finita § ſi de vectigalibus, & quod ibi notatur &c.

¶ Ad quartũ ꝙ non potuiſſet idem Guielmus negare dictum quondã dñm Antonium de Porris fuiſſe ꝓcuratorem dicti dñi Comitis per l. optimã. C. de contrahen. & cõmit. ſtip. & quod ibi no. per Cyn. ergo nec hæres eius, argu in l. in ijs. §. non debeo ff. de re. iu.

2 fini. lex Conr. reſpõdetur quòd in feudo loquitur. † qđ in multis diſſimile eſt emphyteuſi perpetuæ, cum hoc ad omnes liberos tranſeat, illud minime; & illud plerunque perſonale exegit ſeruitium & obſequium & difficile, hæc emphyteuſis pecuniariam & ſæpe numero non grandem exigat præſtationẽ. ar. l. in ſeruorum. ff. de pœ. in fi. vnde ſiquid mitius agatur cum feudatario, non eſt ab re. Itẽ poteſt intelligi in feudatario priuati il le §. cum eius differentia quæ ſupra relata eſt inter colonum temporalem priuati. & eccleſiæ. & quæ not. per gloſſ. in d. auth. qui rem. & quoniam in ambiguis pro religione iudicandum eſt, vt ff. de relig. l. ſunt perſonæ, in fi. & maxime pro monaſterio hæc pars tanquam ſtricti iuri rationibus & æquitati conueniẽtior ꝑ eligenda eſt. Nec ob. not. per Bald. vbi ſupra, quia dicit illud ex conſuetudine fieri. Si itáque conſuetudo ſit eccleſiæ, vt meliorationum æſtimationem reſtituat, vel eas tolli patiatur emphyteuſi finita propter finitã generationem, conſuetudini ſtandum eſſe concedendũ eſt. argum. ff. de leg. & len. conſul. l. ſi de interpretatione. & l. minime. & argum. eius quod not. ipſe dominus Bald. in authen. ſi quas ruinas, & Barto. in authen. qui rem. C. de ſacr. ſan. eccle. vbi vero conſuetudo nõ appareat nec probetur, procedet opin. Barto. quæ ex iure fundatur, & argumenta in hanc partem facta ad l. ad domus. & alias ſuperius allegata reſpondeo, quòd loquuntur in diuerſis caſibus a caſu ꝓpoſito. loquimur enim in re præſenti de re, quæ datur ad liuellum ſeu in emphyteuſim perpetuam, cuius vt plurimum eius natura & conſuetudo eſt, vt res ſteriles dentur, & pro minima præſtatione annua, & ita dentur, vt meliorẽtur, & vt cũ ſuis emponematibus reuertantur ad dãtes præter tim ad eccleſiã cũ his caſibus, quibus ex conuentione vel ex natura contractus & rei, quæ agitur, reddere debeant. ſit enim compenſatio interuſurii & reddituum medij temporis, qui licèt magni ſunt pro modicíſſima præſtatione annua ad accipientes pertinent pro tempore, quo durat emphyteuſis, etiam ſi ſit maximum cum ipſis melioramentis, quæ in ipſa re per accipientes ſeu eorum ſucceſſores fiunt, & inde cõtractus hic
3 nomen accipit emphyteuſeos, † quod Græce meliorationem ſignificat, vt eleganter dicit Accur. Inſti. de locat. & conduc. §. adeo. ſuper verſi. emphyteuſis, ꝓ quo bene faciunt l. ſumptus & l. emptor. ff. de rei ven. quæ ratio ſeu cõſideratio ceſſat in dictis legibus ſeu caſibus dictarum legum, & in feudo, vt dixi reſpondendo ad §. ſi vaſallus, in oppoſitum ſuperius allegatum. Et ſæpe numero videmus res emphyteuticas ad eccleſiam redire propter finitam generationem, nunquam rationem melioramentorum haberi vidi, ſed potius res ipſas libere, quãquam admodũ meliores factas ad eccleſias reuerti, idque in re propoſita obſeruandum, niſi cõſuetudo doceatur oppoſita, quo caſu loquutus eſt Bal. vbi ſupra, ut etiam ſpecialius ſupra explicaui.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. Fulgoſio iuris vtriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus vel alius prælatus an poſſit in feudi conceſſione mutare antiquam eccleſiæ conſuetudinem, & an ſucceſſor ligetur pactis & conditionibus præceſſorum ſuorum.*

2 *Perſona eccleſiaſtica cuiuſcunque etiam dignitatis non poſſunt eccleſiæ conſuetudinem antiquam in feudationibus alterare.*

C O N S I L I V M X.

DOMINVS Bonazonta quondam domini Zenarini de Balmarana cũ haberet vnum filium legitimum & naturalẽ nomine Albertum, & ex eo nepotem naturalem tantum nomine Marium, petijt a domino Franciſco tunc epiſcopo Vincentino de gratia ſpeciali, ſe & eius filium & nepotem ſupradictum inueſtiri, & ita inueſtiuit eos epiſcopus hoc addito, quod dictum feudum nullo modo trãſeat ad hæredes dicti Marij, ſed in uita ſua eo tantũ frui. Qua inueſtitura facta dictus Albertus Nicolaum filium legitimum & naturalẽ generauit, deinde ipſe & dominus Bonazõta pater ſuus mortui ſunt relictis Mario & Nicolao. Marius pro ſe & procuratorio nomine dicti Nicolai eius fratris legitimi & naturalis petiit inueſtiri de dicto feudo deuoluto ad epiſcopum propter inueſtiturã nõ petitã a prædeceſſore ſuo, nulla tamen facta mentione de ſuperiori inueſtitura, quod eſſet naturalis, & ita inueſtiuit eum epiſcopus, Nicolaus tamen ſẽper poſſedit totum dictũ feudum, interim moritur Marius relictis Bonazonta, & dominico ſuis filiis legitimis & naturalibus qui nullam inueſtituram de dicto feudo vnquam petierunt, neq; etiam dictus Nicolaus petiit, poſt multũ tempus moritur Nicolaus condito teſtõ, in quo inter cætera æqualiter hæredes inſtituit in dicto feudo Bonazõtam & Dominicum fratres filii quõdam Marii ſupraſcrip. Bonazontam quondam Alberti Bartholomęum quõdam Marchabruni omnes de Balmarana. Qui quatuor mortuo Nicolao petierũt inueſtiri de dicto feudo a domino Ioanne de ſurdis dicentes, hoc feudum deuolutum ad eccleſiam Vincẽtinam poſt mortem Nicolai, vel ſaltem medietatem deuolutam propter inueſtituram nõ petitã poſt mortem Marij. & ita inueſtiuit eos epiſcopus, hac conditione adiecta, ut moriente vno ex dictis Bonazonta vel Dominico ſine filiis maſculis & legitimis, quod pars feudi decedentis deueniat in ſuperſtitem. Et ſimiliter moriente vno ex dictis Bonazonta quondam Alberti, & Bartholomæo ſine filiis, pars decedentis deueniat in ſuperſtitem, tribus vero ex ipſis decedentibus ſine filiis totum feudum deueniat in ſuperſtitem vel eius filios maſculos legitimos & naturales &c. mortuus eſt nunc Dominicus quonda Marii ſine filiis, & ſimiliter Bartholomęus quondam Marchabruni ſine filiis ſuperſtite Bonazonta quondam Alberti. & Bonazonta quondam Marii, qui fuerunt inueſtiti de partibus prædictorum prædefunctorum nulla habita mentione de dicta clauſula, vt moriente vno ſine filiis &c. & ſimiliter in omnibus inueſtituris poſtea factis in dictum Bonazontam quondam Alberti, & deſcendentes dicti Bonazontæ quondam Marii nulla fit mentio de dicta clauſula. In præſentiarum vero cum dictus Bonozonta quondam Alberti videret ſe decrepitum, nec aliquem filium habere, renunciauit partem ſuam dicti feudi in manibus domini Petri Emiliani nunc Vincentini epiſcopi, ut inueſtiret nobiles viros dominum Baptiſtam iuriſperitum quondam domini Petri de Balmarana, & dominum Ioannem quondam domini Zenarini de Balmarana. & ita præfactus dominus epiſcopus inueſtiuit eos de dicta parte feudi, non citato, nec uocato Franciſco quondam Bozontæ olim Marii de Balmarana, qui de alia parte inueſtitus eſt. Hinc q̃rit, an do. Ioannes de Surdis potuerit apponere illam clauſulam, ut moriente uno ex dictis &c. & nunquid ſucceſſores eius teneantur illius adiectione, & per conſequens nunquid renunciatio facta per dominum Bonazontam in manibus domini Petri Emiliani nunc epiſcopi Vincentini ualeat, & teneat in præiudicium dicti Franciſci, & ſuper hoc petitur fieri conſilium.

1 ¶ † In propoſita quæſtione uidetur, præfatum reuerendum patrem Ioannem de Surdis tunc epiſcopum Vincenti. non potuiſſe inueſtituram feudi concedere, quod antiquitus erat ſolitum in feudum dari, ut tranſiret ad filios & cæteros maſculos & per lineam maſculinam legitime deſcendentes ipſius accipientis, vt contra formam ſolitam & vetuſtam eccleſię conſuetudinem tranſeat in extraneos, ſeu collaterales conſanguineos accipientes, niſi forte illud feudum proceſſiſſet a communi parente eorum, quo caſu etiam ſine vlla tẽporali

potali pactione tranſiſſet in eos, cum archiepiſcopus aut epiſcopus & alias non aliter feudum dare poſſint, quàm ſi eis conſuetudo vetuſta cōceſſerit, vt in vſibus feud de his, qui ſeu da. pol. § 1. & pari ratione catenus & ea forma, quatenus & qua ipſa antiqua conſuetudo permittit. & ita ibi not. Bal. in ver. conſuetudo, vbi no-
2 tat perſonas eccleſiaſticas † puta: patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, & abbates non poſſe alterare cōſuetudinem antiquam eccleſiæ in feudationibus, puta ſi erat conſueta dari perſonis non magnatibus, ſed inferioribus niſi ex neceſſitate ſuperueniente, & ſi erat cōſuetum dari, ut tranſiret in maſculos deſcendentes, non potuerunt dare, ut tranſeat ad fœminas, & idem notauit. C. de ſacr. ſan. eccl. auth. ſi quas ruinas. Et ratio hæc ſatis ſuadet, quia non debent ij prælati conditiones eccleſiarum, quibus præfecti ſunt, facere deteriores, ſed meliores. ar. ff. de neg. geſt. l. ſoluendo. in fi. & ꝓ emp. l. qui fundum. §. ſi tutor. & de furtis. l. interdū. §. qui tutelam. & C. de tranſ. l. præſes. & quod ibi not. in gloſſ. Cōfirmantur hæc, quia perſonæ eccleſiaſticæ nō poſſunt per inueſtituram feudum alij cōcedere, quod alius detinet, ut poſt mortem illius poſſidentis ad eū pertineat, nec ſucceſſor ei inueſtituræ ſe dare compellitur, vel eam ratam habere, ſi prius deceſſerit Prælatus, qui inueſtierit, q̄ ei feudum aperiatur, niſi qui fuiſſet inueſtitus cōſenſu detinentis id feudum in eius poſſeſſionem fuiſſet miſſus, vt probantur hęc omnia, qui ſuc ce. te. c. vnico. & de cleri. qui inue. fa. c. j. multo itaque minus poteſt facere, vt feudum vni colatum poſt mortē vnius ad alium tranſeat, qui non inueſtiatur, ſicut eſt in re propoſita. Nec his refragatur c. vnicū. de duobus fra. a Cap. inueſti. & de his, qui feu. da pol. c. vnico. §. cum vero Corradus. ver. ſi autem vnus ex fratribus, vbi feudū ita vni dari pōt, ut in eo feudo ſuccedat pater accipientis ipſo accipiēte ſine filiis mortuo, quoniam poteſt reſponderi duobus modis, primo, quoniā loquuntur illa iura in laico q tanquā rerum ſuarū dominus poteſt quam vult legem ſuis rebus dicere, & in clericis idem, ſi res proprias non eccleſiæ in feudum darent, vt in præalleg. c. vnico. §. ſi qui ſucce. tene. in præalleg. c. j. de ele. qui inueſti. fa. ſecus autē cum res eccleſiæ in feu. darentur contra formam veterem inueſtiturorum, vt eſt in caſu propoſito. Præterea illa capitula de fratre vt ſuccedat, loquuntur, caſus autem noſter de his, qui non ſunt fratres. Nam Bonazonta quondam Alberti non fuit frater quondā Bonazontæ quōdam Marij. de cuius filio pura Franciſco tractatur, & ipſe Franciſcus adhuc remotior eſt dicto Bonazōtæ quōdam Alberti, nec licèt feudi ſucceſſiones extendere, niſi quatenus conſuetudo conceſſerit, vt præalleg. ca. vnico. de his qui feu. da. pol. §. & quia. Et hoc ipſum ꝙ eiuſmodi inueſtitura fieri non debuerat per præfatū R. P. D. Ioannem de Surdis in præiudicium ſucceſſorum, ſatis apparet ex eo, ꝙ ſucceſſores eius inueſtituris a ſe factis eam clauſulam nullatenus adiecerunt, ſed in forma communi fecerunt ſuas inueſtituras, hoc eſt in accipientes & eorum maſculos, & per maſculos legitime deſcendentes, quibus deficientibus feuda ad ipſos dominos epiſcopos deuoluuntur & redeunt, ſentientes ſe non teneri eiuſmodi inueſtituræ ſui præceſſoris ſtare, eamque ratam habere. Ex quibus ſequitur, quòd dicto Bonazonta quondam Alberti mortuo ſine deſcendentibus non erat pars ſua feudi dicti Bonazontæ quondam Alberti ad dictum Franciſcum quondā Bonazontæ quondam Marij peruentura, ſed potius ad dominum epiſcopum reuerſura. Quo fit, vt in alienatione partis feudi pertinentis dicto Bonazontæ quondam Alberti facta conſenſu epiſcopi in dictos d. Baptiſtam iuriſperitum, & Ioannem de Balmarana non fuit neceſſarius conſenſus dicti Franciſci, ad quem ea nullatenus fuerat peruentura, & ſic non obſtabit c. vnicum. de alie. feu. pater. & qui. mo. feu. amit. c. vnico. §. præterea. a cōtrario ſenſu. & de ſucceſ. feu. cap. 1. §. hæc quoque. Potiſſime cum & poſito ſine præiudicio veritatis, qđ eiuſmodi inueſtitura fieri potuiſſet per præfatum R. P. D. Ioannem de Surdis futurum eſſet, quod vnus epiſcopus præiudicare poſſet ſuis ſucceſſoribus, ne vnquā ad eos feuda reuerterentur cum hoc quod inueſtirent ſubſtitutiones facientes, vt nunquam morientibus vaſallis deficerent legitimi ſucceſſores, quod profecto foret iniquum, cùm ſucceſſores non ſint hæredes prædeceſſorum defunctorum, nec eis hæreditario iure ſuccedunt, nec ab eis aliquid capiant, vt no. in c. vnico. § laici vero. in glo. & eſt ratio, qui ſucce. te. Quibus ex omnibus licèt inferre dictum R. P. D. Ioannem de Surdis dictam inueſtituram in forma, de qua ſupra proponitur, in ſuorum præiudicium ſucceſſorum minime facere potuiſſe, eique ſucceſſores ſtare, ratamve eam habere nulla ratione poſſe compelli. Et conſequenter dictam renunciationem dicti Bonazontæ quondam Alberti, & inueſtituram per præfatum R. P. D. Petrum æmiliano epiſcopum factam in dictos dños Baptiſtam & Ioannem in præiudicium dicti Franciſci quondam Bonazontæ quōdam Marij fieri iure potuiſſe, & factas valuiſſe & tenere conſtanter & efficaciter, nec poſſe à dicto Franciſco quomodolibet reuocari.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius. doctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta vendens irrequiſito domino, ſed non tradens, an cadat a iure ſuo, & an emphyteuta cogatur facere inſtrumentum vēditori. & an compater ſit teſtis idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non debet rem emphyteuticam ſine domini licentia vendere.*

2 *Teſtimonium vnius cuiuſcunque ſint dignitatis non ſufficit ad fidem habendam.*

3 *Iuſiurandum non eſt in omni ſpecie probationis admittendum.*

CONSILIVM XI.

EMPHITEVTA irrequiſito domino vēdidit ius ſuum, non tamē tradidit, cùmq; recuſaret facere inſtrumentum publicū, emptor oblato precio & depoſito petiit eum aſtringi ad inſtrumentum faciendum cum clauſulis ſolitis & oportunis, probata eſt vēditio, probatumque per vnum teſtem notabilem licèt compatrem emptoris, ꝙ dominus directus pluribus vicib⁹ ab ipſo teſte, ut conſentiret venditioni, requiſitus conſenſit venditioni factæ ſeu faciendæ, & promiſit ipſi emptori, quandocunque venditor venditionem feciſſet, eum inueſtire. Quæritur an venditor veniat condēnandus, cùm dominus directus neget ſe conſenſiſſe, nec de præſenti conſentiat. An poſſit condemnationem & venditionem impedire. Et primo videndum, an per talem venditionem non conſentiente domino ceciderit emphyteuta a iure ſuo. & Spe tenet ꝙ nō non ſequuta traditione. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 95. & Alb. C. de iure emphy. l. fin. & facit gloſſ. depoſi. l. 1. §. ſi rem. quod poteſt admitti quaſi videatur vendidiſſe ſub conditione, ſi dominus conſenſerit. Si autem intelligatur vendidiſſe pure, ſaltem videbitur prohibi-
1 ta ipſa venditio. de fideiuſſ. l. cum lex. ibi Barto. in vlti. q. domino ergo non conſentiente nō venit condemnandus quaſi venditio nulla, ſiue emphyteuta ceciderit a jure ſuo, ſiue non. nec vnus teſtis de conſenſu domini probat etiam ſemiplene ad delationem iuramenti propter compaternitatem, ut per Barto. de iureiur. admonendi. vbi amicus non ſufficit, & præcipue, ſi quantitas eſt magna vt ibi. Item cum dicat ſe pluribus vicibus fuiſſe cum domino directo, ut cōſentiret, ſatis apparet quòd prima vice non cōſenſit unde ipſo

non

non conſentiente, ſed diſſentiente, contractus fuit infirmatus, quia non aſſerit ante vel poſt contractum, & ſic dubia probatio non releuat, licet ergo poſtea ꝯſenſiſſet, non ſuſcitatur ſaltem ad agendũ. de ſol. l. diſpenſator. & quod ibi plene not. Caute igitur faciet ipſe dñs proteſtari de diſſenſu ſuo coram iudice cauſæ, & ſe opponere tanquam agatur de ſuo præiudicio ſm ea, quæ habentur per Bar. de app. l. ſi perluſorio. l. j. & Inno. de re iudi. c. cum ſuper.

1 ¶†In queſtione propoſita videtur concluſiue dictum liuellarium ſeu emphyteutã non cogendũ inſtrm, qđ petitur, vẽditionis dicto emptori facere. & ſic a petitis protinus abſoluendũ, eo maxime, ꝙ venditio rei emphyteuticariæ ſine cõſenſu domini facta ipſo iure nulla eſt. vt C. de iure emphy. l. ſi & quod not. per Bart. ff. de pact. l. pe. & de diſtrac. pig. l. ſi creditor §. fina. vbi eſt caſus ſm vnam lec. quam valde no. Bart. vbi. s. & ff. de ver. ob. l. ſi quis. §. ea lege. & de fideiuſ. l. cũ tex. in fi. q. de venditione igitur, quæ eſt nullius momenti, non eſt cogendus inſtrumentũ facere, quia nec ipſius emptoris intereſt. Nec mouet, ꝙ teſtis vnus depoſuerit, dictũ dñm directum ꝯſenſiſſe factæ ſeu faciendę venditioni,

2 qm† vnius teſtis quantęcũq; dignitatis exiſtat, non ſufficit teſtimoniũ ad fidem faciendã, vt C. de teſti. l. iuriſiurandi. nec tñ actori quaſi ſemiplenã probationem habẽti deferri debeat iuramentũ ad ſupplementũ probationis, quia hic teſtis fidei diminutionẽ patitur multis de cauſis, puta ſ. cõpaternitas, & ſic ſpãlis inter eos viget cognatio, quæ etſi non in totũ detrahat, eam tñ diminuere nõ ſane negabitur. Item eſt inter eos ſingularis amicitia, quæ & fidem diminuit, vt ff. de teſti. l. iij. in princ. & ibi ꝑ Iac. bu. & de ver. ſig. l. laię culpę. §. amicos. & quod ib. not. Rurſum fuit iſte teſtis mediator. & intercesſor vel precator, ꝙ ipſe dñs directus conſentiret, vt aſſerit, immo quodãmodo procurator ipſius emptoris, cum & dicat idem teſtis ipſum. ſ. dominum directum ſibi teſti promiſiſſe, ꝙ venditioni ꝯſentiret, & ex ſerie ſui teſtimonij apparet, eũ multum affectuoſe rogaſſe dominũ directũ, ꝙ ꝯſentiret vẽditioni. vnde propter affectionem & quidem grandem quam ſmo ſuus indicat eum ad id negocium habuiſſe. fidei ſuæ detrahitur. nam & ea ratione non facile mediatores. ſeu proxenetæ ad teſtimonium admittuntur propter affectũ. quẽ habent, vt, quod fecerint vel ꝓcurauerint, teneat. vt de teſti. c. mediatores. in vj. & quod ibi per canoniſtas. & in auth. de teſti. §. & licèt not. col. vij. non eſt itaque teſtis, qui tot ex cauſis fidei diminutionem ſubſtinet, ſufficiens, vt actori debeat iuramentum deferri. Sed & illud ſubtiliter adnotandum eſt, quod ſi ad plenam fidem faciendã de conſenſu iuramentum deferetur actori, & contra reum ſequeretur condẽnatio, reus iniuſte & ſine vlla ſua culpa grandem incideret captionem. Nam ſi dominus directus fcõ inſtrumento venditionis per liuellarium vbi nihil poſſet tabellio de conſenſu domini in ipſo inſtrumento teſtari, ageret contra liuellariũ, ꝙ contra pacta contractus emphyteutici eã venditionem feciſſet. quia ſine ſuo conſenſu vendidiſſet. & propterea pœnã & rei ſuæ reſtitutionẽ depoſceret, non poſſet ipſe liuellarius ipſius domini conſenſum contra ipſum dominum ea iuramenti neceſſarij præſtatione contra ſe liuellarium facto probare, neque enim iuramentũ præſtitum & delatũ inter ipſos nunc actorem & reum fidẽ facit cõtra dñm directũ, q iudicio nuſquã interfuit. vt ff. de iureiu. l. iij. §. pe. & l. nam poſtea. §. fi. & C. res inter ali. ac. in rubro & nigro. & ſic hic reus remaneret illuſus & in ma-

3 xima captione. Non eſt igitur † in hac ſpecie locus iureiurando. ar. ff. de iureiur. aliàs & l. qui iuraſſe. §. ſi patet. ſicut & in ſimili notant doctores in eo, qui ſe procuratorem abſentis aſſerat. & de mandato ab abſente ſibi facto per vnum teſtẽ ẽt omni exceptione maiorẽ & integrum probet. Nam non debet ei deferri neceſſarium iuramentum cõtra reum, qui per hoc caperetur, quia ſemiplena probatione non poſſet, vti contra dominum abſentem, neque ſibi proficeret, ſic notant doc. C. de procu. l. j & ff. e. l. non ſolũ. § j. debuiſſet enim actor ſi caute procedere voluiſſet, etiam ipſum dominum admoneri facere, vt huic intereſſet iudicio, & ſi ſua putaret intereſſe, cauſam ẽi defenderet, vt negociũ quod duos indiuiſe contingit, non diuiſim tractaretur. ar. C. de accu. l. qui de crimine. & de iud. l. nulli. Prætereo, quòd hoc iuramentum nec delatum, nec præſtitum, nec petitum fuit in terminis faciendarum probationum, quod fieri debuit, cùm ſit ſpẽs probationis, vt in nouiſſimis iuribus, ſed petitum eſt tantum poſt renunciationem probationis factam a partibus & publicationẽ proceſſus, lapſa iam, & finita facultate probandi. Ex quibus omnibus concludendum relinquiẽ, reum nullatenus ꝯdemnandũ ſed potius abſoluendũ.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

Filia fœmina an & quando ſuccedat cum maſculis tã in feudo paterno, quàm nouo, & an extantibus maſculis ſit protinus filia fœmina excluſa, & an poſſit cõcurrere cum patruis vel auunculis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio c. duo fratres de duo. fra. à cap. inueſt. qualiter ſit conſideranda.*

2 *Aduerbium donec quandoque incluſiue & quandoq; excluſiue ſumitur, præcipue in diſpoſitionibus.*

3 *Succeſſiones feudi leges ſcriptas in ordine ſuccedendi ſubſequũtur.*

CONSILIVM XII.

AD Id de quo quæritur, videẽ prima fronte

1 dicendum, † dictum feudum totum ad dictas filias quondã Federici pertinere, non ad dictum Iacobum vlla ex parte. nã propter ſuper exiſtentiam dictorũ quondam Franciſchini & Federici, ipſa quondã Eliſabeth mater dicti Iacobi fuit protinus a dicti feudi ſucceſſione ſubmota in perpetuum, vt nec morientibus ipſis ſine liberis prorſus ipſa etiam ſi viueret minime poſſit admitti, immo reuerteretur ad dñm, vt in ti. epm vel abbatẽ. §. quin ẽt. & ibi clare per Bal. Si itaque ipſa Eliſabeth viuens non admitteretur, neque Iacobus filius eius ex perſona matris poteſt admitti nec ex ſua, deficiente habilitate medij, & legitima perſonarũ conſequentia. vt in ſimili habetur. de natu. lib. l. fi. & arg. ff. de ſerui. ru. prę. l. tria pdia. Rurſum cũ ipſa Eliſabeth protinus in perpetuum repulſa eſt, nec filij eius ſunt admittendi, quia mortificata radix non poteſt ſtipitẽ vel ramum vllum fructiferum ſeu virentẽ facere ſeu producere. vt in ti. de his q feu. dar. poſ. §. hoc aũt not. & Bal. C. de lib. præt. & exhære. l. maximũ vitium. in j. col. ſui commentarij. Illud porro palam eſt, teſtamentũ Franciſchini, qui ſibi Iacobũ hæredẽ inſtituit, quo ad feudũ nihil proficere. vt de ſuc. feu. c. j. in prin. &c. In diuerſum arguitur. nam ſi conceſſerimus ipſam quondam Eliſabeth prorſus & imperpetuum excluſam, vt nec proles eius admittatur etiam deficientibus fratribus propter id quod ſemel tempore. ſ. mortis parentum ſuperfuerint, vt inquit Bal. vbi ſupra. futurum eſt, vt & filiæ quondam Federici propter ſuper exiſtentiam fratris patris de ſe patrui ſui videlicet Franciſchini in perpetuum ſint ſubmotæ cum omni ſua ſobole vel eiuſmodi ſucceſſione, prælatus namq; fuit dictus Frãciſchinus filiabus fratris, etiam in ea parte feudi quæ fuerat Federici. nam non patet locus fœminæ in ſucceſſione feudi, donec ſupereſt maſculus ex eo, quia primò fuit inueſtitus, vt legiẽ in c. j. de eo, qui ſibi & hære. ſuis &c. etiam ſi in inueſtitura dictum ſit nominatim, vt etiã fœminæ ſuccedant, vt ibi habetur. Nec huic contra dicit c. proxime ſequens. duo fratres. de duobus fra. a

1 cap. inue. † vbi in ſucceſſione feudi, quod fuerat patris, filiæ patruo præferuntur in parte, ſcilicet quæ patris earũ fuerat, quia illud c. loquiẽ, qñ duo fratres fuerãt inue

ſtiti

ſtiıl de nouo beneficio, tunc enim qui ſque credit prouidere ſibi & ſuis hęredibus, non extra neis, præferuntur filiæ patruo in ea parte. quæ fucras pat ris. ar. ff. de pba. l. ſi pactū. ſecus in paterno & antiquo feudo vbi primi parentis, qui primus fuerit inueſtitus, ſpectatur intentio, quæ fuit, ut maſculi protinus fœminis prę ferantur, & hoc ipſum maniſeſte probatur in d. c. duo. fratres a contrario ſenſu illorum verborum, de nouo beneficio, quaſi ſecus de veteri & antiquo, quia ſi duo fratres fuerint inueſtiti de veteri beneficio filiabus præferatur fratri defuncti ſuperſtes idemq; patruus. & ideo non ſine miſterio illud c. duo fratres, immediate ſubiectum fuit illi, c. qui ſe & hær. ſu. quaſi ad illius declarationem reſpiciens. In re propoſita planum eſt feudum nō eſſe nouum, ſed antiquum ad fœminas quoque deſcendens, ſicque in d. c. duo fratres. eſt caſus, quo dictus Franciſchinus a dicti feudi ſucceſſione dcās filias Federici prorſus excluſit a contrario ſenſu illorum verborum, de nouo beneficio, quod ar. a contrario ſenſu optimum eſt in iure. vt ff. de off. eius cui materia eſt iu. l. j. §. huius rei. Excluſæ igitur vlterius non admittuntur, vt in d. § qnēt Et licèt eo ɔtrario ɔſenſu retēto nec Iacobus admittatur. qm̄ tamen ipſe poſſeſſor eſt, vt aſſerit, eo iure vincet. quo poſſeſſoris potiores ſunt, licèt nullum ius heant, vt ff. ſi vſufru. pe. l. vti frui. §. quod ſi forte. & C. de rei ven. l. fi. & de eden. l. q accuſare & qđ not. C. de ſer. fugi. l. cū ſeruum quiſpiam. & ff. de excep. rei iud. l. ij. per Bar. & de condi. inde. indebiti. §. ſed ſi nummi. licèt. n. poſſeſſori obiicere de iure tertij, quod eſt excluſiuum intentionis agentis ipſo iure, vt iuribus proxime ſuperius allegatis. & ar. in Inſti. de interdi. §. commodum. ſiquis plane putauerit alium eſſe ſenſum d. §. quin etiam. quod. ſ. relicto maſculo fœminæ vlterius non admittantur. l. donec ſupereſt maſculus. ex eo quòd primi fuit ïueſtitus. vt dicit expreſſe tex. in præall. c. vnico. de eo qui ſibi & hære. ſuis. quod aduer-
2 bium, donec, † non protinus excludit fœminas imperpetuum, ſed ſuſpendit vel excludit ad tempus incertū ſeu cōditionem. vt. C. de vſufru l. ambiguitatē. & not. per Bal in. d. §. quinetiam & per Bar. ff. ad tertul. l. pe. §. j. vel etiam imperpetuum excludit a ſucceſſione eius. qui filium maſculum reliquerit & feudum agnouerit. vt ibi not. in d. §. quin etiam. non autē excluduntur a fratris poſtea ſine liberis mortui ſucceſſione, cum hęc litera ibi non dicat, qui intellectus eſt humanior & ſam iure ſcripto, quàm naturali iuſtitiæ cōuenientior, cuiq; nullatenus refragatur littera, immo fortiter adiuuatur per d. c. de eo qui ſibi & hære. ſuis. & in qui. cau. feu. amit. c. j. in fi. in verbis illis, in perpetuum. & per c. j. §. hoc quoque ſciendum. & de ſucc feu. § hoc quoque. & de gra. ſuc. c. j. & de na. ſuc. feu. c. j. in quibus dicitur, tranſuerſales in antiquo feudo inuicem ad ſucceſſionem admitti vſque ad gradum, de quo ibi continetur. de quo numero gradus in præſentiarum indubitatus exiſtat. ſecundum hunc igitur ſenſum res expeditior eſt. Nam aut dictæ filiæ quondam Federici ad patrui ſucceſſionem in feudo, & Iacobus ad auunculi pari gradu conſtitutus in ſtirpes admittuntur, ſiue etiam parentum perſonas inſpicimus, pari gradu ſuns dcus Iacobus nepos ex filia, & filiæ quondam Federici neptes ex filio, & ſic pariter ſuccedunt in ſtirpes auo & auiæ paternis ipſæ neptes, & auo & auiæ maternis ipſe Iacobus. vt. C. de ſuis & legi. authen. in ſucceſſione. & de legi. hęre. authen. ceſſante. & authen. poſt fratres. & i Auth. de na. ſuc. feu. & de gradi ſuc. & in tit. an ille;
3 qui interſe. fra. domini &c. c. vnico. vbi probatur. † ſucceſſiones feudi in ordine ſuccedendi leges ſcriptas ſub ſequi. Nec in hac ſpecie, vbi fœminę etiā ſuccedūs ex pacto; facienda eſt differentia agnationis & cognationis. ex maſculis vel ex fœminis nati ſint. aut dcūs Iacobus ꝙ ſolus dictum feudū in totum accipiet, quia maſculus, non patet aūt locus fœminæ in ſucceſſione feudi, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primo fuerit inueſtitus. vt in d. c. vnico. de eo qui ſibi & ſuis hære. cum dcūs Iacobus pari rōne ſit dictis filiabus ſiue de aui vel auiæ, ſiue de patrui vel auunculi ſucceſſione quæratur. hic autem amplius habet Iacobus filiabus Federici, quia mas. illæ vero fœminæ ſecundum regulam traditam præalleg. c. vnico. de eo qui ſibi & hære. ſuis Quibus ex omnibus licet inferre dcās filias quondam Federici aui nullatenus admittendas per theoricam Bal. & eius intellectum in d. §. quinetiam. quam pro ſe allegant, in caput earum ipſum retorſimus, licèt eo ſenſu ſeruato ipſe quoque Iacobus nullum ius habeat, quia tamen poſſeſſor, abſoluendus eſt. aut ſecundū aliū ſenſum eiuſdem §. quinetiam. mulieres protinus excludētur, quia pari gradu & mater ſecum cum maſculis in ſucceſſione & acquiſitione concurrit per dictū c. vnicum. de eo qui ſibi & hære. ſuis. aut ſi quis eas fortaſſis putauerit admittendas, non vltra dimidiam partē feudi ambæ ſortientur, reliquam dimidiam Iacobo percepturo, ſic enim iure ciuili in ſtirpes ſuccedıtur auis patruis & annunculis ſecundum communē ſententiā notatam per gloſſ. in d authen. ceſſante. & in corpore vnde ſumitur. Cæterum quia validiora ſunt arg. pro Iacobo, quàm pro filiabus Federici. Nam ſecundum primum ſenſum d. §. quinetiam. protinus expelluntur, vt ſuperius demōſtrauimus, licèt ipſæ aliter putēt, ſecundum vero alium ſenſum nunquam, niſi ad dimidiam admittantur indubio, probabiliter autem & fortiſſimis argumentis arguitum eſt, vt in totum prorſus repellantur mare prælato, & rurſus ipſe Iacobus reus eſt & poſſeſſor, & ſic fauorabilior. vt ff. de regu. iur. l. fauorabiliores. & đ re iud. l. inter pares Et pterea pro eo ſuadet teſtamentū vltimi mortui vaſalli, vt res digna iuſto fœdere diuideretur, vt dimidia quidē omnino Iacobo tribuatur, de qua nulla dubitatio eſt, reliquæ vero dimidię. de quibus magna dubitatio eſt propter argumenta & conflictus rationum hincinde currentium, fiat æqua diuiſio, vt ſi Iacobus habeat dodrantem dicti feudi, quadrans vero ſpectet ad dictas filias. ſicut aliàs in ſimili per legem & Tyberium Cæſarem fuit obſeruatum. vt. ff. de hære inſti. l. ſi paterfa. & l. ſeq. & in hanc ſumus profecto procliuiores ſententiam.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius & Raphael de raymundis iuris vtriuſque doc.

ARGVMENTVM.

¶ Iudex, qui ex forma ſtatuti tenetur ſequi conſiliū alterius, ſententiauit ſecundum conſilium, ſi de iure érat validum, an ſit nulla talis ſententia, & quando dicatur quid conſtare expreſſe, dato quòd verba ad hoc directo non tendant, & an ſi in legato fiat mentio vſufruc. videatur legata proprietas, maxime quando eſt facta prohibitio alienandi per teſtatorem.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ex, in diſpoſitionibus teſtamentarijs inſerta diuerſimode eſt conſideranda.*

2 *Arbitri poſſunt in ſuis arbitramentis duplici via procedere. ſed iuris etiam ſtricti obſeruatione, & eorū conſcientia rectitudine.*

3 *Locatio in alterius contrahentium non confertur arbitrium.*

4 *Vſusfructus appellatione quo caſu proprietas intelligatur.*

CONSILIVM XIII.

CIRCA Primum conſultationis effectū
1 videtur prima fronte dicendū† eā ſniam ipſo iure non tenere. patet. quia prædictā boni viri conſuluerunt, & ita pronunciatum eſt ad alium arbitrum vel iudicem eundum ſuper eo, an teſtamentum dicti quondam d. Moruelis quantum ad legata in ipſo teſtamento relicta ruptum foret nec ne, tam contra formam dicti capituli de cauſis comit. bo. vi in ver. qui boni viri &c. & in ver. qua quæſtione diligenter examinata &c. quam etiam ɔtra ius commune & extra ſibi cōmiſſa per l. nō diſtinguemus. §. quæſitum, maxime in fi. ff. de arbi. Secundo

cundn, quia vicarius, qui ex forma dicti capitnli debuit in omnibus & per omnia pronunciare ſecundū conſilium bonorum virorū in ſua pronunciatione cōditionē addidit, quæ nō fuerat inſerta cōſilio. videlicet ſi cōſilium prædictum bonorū virnrū validum foret. argu. ff mā. l. diligēter. de deſcriptis. c. cū dilecta. & ff. de ver. obl. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. Tertio quia cōmiſſio facta dictis bonis uiris referebatur ad aliud teſtm̄, q̄ de qun dictus Simon in petitione cōprehenderat. ſ. ſcriptū p Antnnium Gallū, petitin dicti dn̄i Simnnis nullatenus congruebat, ideoque cū dicti boni viri ſe ad prædictū teſtamenrum ſcriptum per Antoniū Gallū in ſui cnnſilii tenore retulerint, cnnſequens eſt, vt formā cnmmiſſinnis & ſuæ poteſtatis excesſerint, ideoq; nulla ſit & dici poſſit ſn̄ia vigore memnrati capituli hoc ſpecialiter cnncedentis in ver. nec ſuper appellatione in fi. cni & ius cōe conuenit. vt ff de arbi. l. quid tamē, in fi. & qund not. in cle. vnica. de ſequeſ. poſ. & fruc. Quarto quia cōmiſſio bonis viris facta & poteſtas eiſdem in ea cauſa cōceſſa tam ex interlocutione prælibati Vicarii quàm ex declaratinnibus poſtea ſubſequutis factis & per ipſum dn̄m Vicarium & per præfatū dominū Manfredū de nigro ad petitionem & cauſas in ipſa petitione cōprehenſas ſicut & iuris, fuit limitata, neq; .n. de alia re, nec de eadem, ex alia tamen cauſa, q̄ ſit in petitione comprehenſum, iudex ſe debet intromittere. vt C. de fideicō. li. l. fi. & ff. cōmuni diui. l. vt fundus. & arg ff. de excep. rei iudi. l cum quæritur, cum legibus ſequētibus at illi boni viri, de quibus quæritur licet reſpectu pſonarum & rerū & generalis cāæ formam petitionis & narrationis ſeruauerint, non tn̄ ex ſpeciali cauſa. qua petebatur, ſed ex alia iudicarunt, petiit nanque dn̄s Simon eiuſmodi legata, quaſi dies eorū ex verbis teſtamēti ac diſpōne & mente expreſſa & clara teſtantis ceſſiſſet, ipſi vero non quaſi ex verbis hæc nunquam nulla parte dicunt. Itē licet ex diſpōne & mente teſtantis, non tn̄ tanquā expreſſa & clara, ſed magis tacita & cōiectura ta, vt ex tenore conſilij ab illo verſu, conſiderantes, vſq; ad illum ver. Chriſti cuiuſque &c. manifeſtiſſime colligitur in ſuo conſilio, concluſerunt ſupra formam ſuæ commiſſionis, non ſequuti ſibi datam poteſtatē & bayliam protinus exceſſerunt. ut p̄alleg. l. diligenter. ff. mā. & de reſcrip. c. cum dilecta, & conſequenter ſententia ſecundum id conſilium lata nulla eſt & nulla dici poteſt auctoritate p̄ſ4cti capituli ianuē. & iuris cōmunis, vt præmiſſum eſt, etiam conſnnantis.

¶ Verum his nequaquam obſtātibus diuerſam ſententiam iuſtiorē exiſtimo, quod ex continentia cōſilii, ac pronunciationis ſuper inde ſequutæ ad petitinnē p̄dicti dn̄i Simonis tā reſpectu narrationis, q̄ concluſionis manifeſte cōuincit, ad formā nanque ipſius petitionis & cōtentorū in ea tota memorata cōmiſſio bonis viris facta cum ſuis declarationib. vt p̄dictū eſt ſicut & iuri fuerit congruens, moderat. Narrauit nanq; dictus dn̄s Simon, dn̄m quondā Mnruelē ſuo teſtō quod pro codicillis valere voluit, ſcripto per Antoniū Gallū in Famagoſta, quingentas lib. legaſſe hæredibus quondā d. Thomæ & præterea domos, ſeu poſſeſſiones ſuis ſinibus demonſtratas ad gaudendū & vſufructuandū cum omnibus arneſibus ipſarū dnmorum relatione ad ipſum teſtm̄ facta petendorum ceſſiſſe, tàm ex verbis dicti teſtamenti ſeu codicillorū, q̄ ex diſpōne & mēte expreſſa & clara dicti quondā do. Moruelis. Concluſitq; tā ex verbis dicti teſtamenti ſeu codicillorū q̄ diſpōne & pura mente & clara ipſius quondā dn̄i Moruelis eidem Simoni competere ius agendi & petendi dicta legata. Reoſq; ad dicta legata, qunrū ſpecificatio ꝓut in libello facta fuit gratia breuitatis omittitur, & qūi nec ad rem pertinet cnndēnare, ipſi vero boni viri in præfationibus dicti eorum conſilii præmiſſo toto ſpāliter tenore petitionis dicti dn̄i Simonis & cauſis eos mouētibus. quæ ex verbis teſtamēti dicti dn̄i Moruelis aſſumpſerūt, quia ve; Claram filiam ipſius teſtatnris teſtator i; ſe verbis teſtamento expreſſis ad vnam cameram expeditam duntaxat in vtraq; domorū reſtrinxit. Iuſſitq; ipſe teſtator, ne dicti hæredes quondam Thnmæ dictas dnmos ſeu poſſeſſiones pignorarent vel obligarent. Et rurſum quia idē teſtator verbis expreſſis in teſtamento diſpoſuit, vt dicta Clara ſuccederet dominæ Saluagiæ vxori dicti quondam domi. Moruelis ſecundn nubenti in lib. tn o. . ex lib. 2. t 0o. relictis dominæ Saluagiæ. De dictis autem domibus, ſeu poſſeſſinnibus relictis dominæ Saluagiæ ad gauditum, ut in eis dicta Clara ſuccederet ipſi dom. Saluagiæ, vel expreſſit, cnncluſerunt ſe tenere, & ibi conſtare, ꝙ mens & diſpoſitio dicti dnmini Mnruelis fuerit, qund dicti hæredes quondam Thomæ ſuccederēt ipſi Saluagiæ in dictis poſſeſſinnibus & arneſiis, vt ſupra legatis qun ad gaudictam prædictam modo & forma in dictis teſtamēto ſeu codicillis expreſſis. Et nbid inhærentes menti & diſpoſitinni dicti quondam domini Moruelis ac dicto teſtamento, ſeu codicillis & ab eis in aliqun non deuiantes, ſequentes etiam fntmam baylæ ſibi attributæ ex capitulo de cauſis committendis bonis viris de tabula pronunciauerunt & condemnarunt eos prout in petitis p dictum dominum Simonem, & formaliter prout ipſe in ſui libelli concluſione formauerat, cum quibuſdam tamen additis reſeruationibus, & modificationibus, atque conditionibus. Sic ergo narratio dicti domini Symonis in petitione, quæ continet cauſas, ex quibus agitur tam proximās, quam remotas, & præfatio conſilii dictorum bonorum virnrum cauſas eorum motiuas ad conſilium id proferendum exprimens, in ipſis cauſis protinus ſunt concordes, quia ex verbis ipſius teſtamenti & diſpoſitione ac mente, q̄ ex ipſis verbis in teſtamento prolatis exoritur & aſſumitur, ille petit, & hi conſuluit. Concluſio quoque libelli, ſiue petitionis forma & conſilii concluſio, ſeu forma condemnationis, quam ipſi boni viri ex s̄. relatis cauſis conſulunt & inferunt faciendam, etiam protſus conſonant, quia ita ſicut petitum fuerat fieri per dominum Simnnem, & condemnant igitur in nullo a forma libelli deuiant, & in nullo ipſius petitionis vires, aut poteſtatem excedunt. Itaque nec per conſequens commiſſionem, nec cognitionem ſibi datam, nec bayliam ipſis attributam exceſſerunt, cum dicta commiſſio, & cognitio, & baylia ad ipſam petitionem tam in rebus, quam in perſonis, ut eas cauſas ex interlocutione vicarii, & ſubſequutis declarationibus rectiſſime referantur. Illud porro, an dicti boni viri, recte cenſerint ex verbis teſtamenti ſupra relatis eam, quæ proponitur, defuncti voluntatem conſeruare, non in præſentiarum quæritur, neque quærendum eſt, nec ſi rurſus quæratur, ſi ipſorum bonorum virorum iudicium ad ciuilis iuris ſubtilitatem exiſteret ferendum, quibus ſecundum eorum conſcientias, ac veritatem iudicare conceſſum eſt, ſupra ſæpe relati auctoritate capituli, & recte, cum eiuſmodi viri, de quorum cauſis, & ſuppoſitionis diſpoſitionibus iudicant, plurimum ſint negociationum, ac mercantiarum experti, atque familiares, formalium cauſarum, & legis ſubtilitatum ſint inſcii, quo fit, vt his bonis viris talium cauſarum petitiam magis ex cnnuerſationibus, & moribus eorum habentibus, quàm ex legibus ſtricti iuris obſeruantia, in reſecandis cauſis huiuſmodi remittatur, qund & in hac re propoſita potiſſimè recipiendum fuerat, cum ipſe teſtator miles, & in expeditione militari teſtamentum faciens, vti ex principio teſtamenti ſuadetur, nec iuriſperitorum conſilio commode frui potuerit, & merito ſimplicitati, militari debitus fauor, hanc interpretationem pati, vel admittere potuerit argu. ff. de teſta. mil. l. 1. & per totum. & C. eod. l. ex his verbis, ſed & illud digniſſime 1 proſpiciendum eſt quòd † dictio ex, quæ illis verbis ꝓpoſita eſt, videlicet verbis teſtamēti &c. tā in petitione dicti domini Simonis, quàm in conſilio bonorum & iudicis pronunciatione relata poteſt duobus modis accipi, vno, vt cauſam proximam directā, & immediatā

ſignaret. ff.đ iu.& iu.l.ex hoc iure.& de peculio.l.eo tē
pore.in fi.alio modo,vt cauſam mediatā remotā ac in
directā ſignaret.ff.de incen.rui.nau.l.1.§.ex incēdio.&
accepto hoc ſecundo reſpectu rectiſſime dicimus ex
verbis teſtamenti aliquid fore, quod nō ex ipſis verbis
directe ac immediate ſignanť.ſm quod p p ipſa verba
aliis quibuſdā, ſeu alio quodā mediate colligiť, vt in §.
p̄all. ex incēdio.palā aūt eſt in libellis & agētiū intetio
nibus id accipiendū,quod ſit vtilius proferenti. vt ff.de
iudi.l.ſi quis intentione.etiā ſi oporteat minus propriā
ſignificationem aſſumi.vt ff.de iurei.l.ſed & ſi poſſeſſo
ri.§.item ſi iurauero.credendum nāque magis eſt acto
ri in eo, quo ipſe protulerit,maxime quàm reo,qui ſē-
per negaret,cum inuitus patiať iudicium.vt ff.de iudic.
l.ſolemus.de ver.ob.l.inter ſtipulationem.§.ſi ſtichum.
Secundum hanc itaque interpretationem accipienda
ſunt ea verba in petitione dñi Symonis agentis poſita,
vcȝ ex verbis teſtamenti & ex diſpōne ac mente ex-
preſſa & clara.i.propter vltima in teſtamēto ſcripta &
propter voluntatem expreſſam & claram diſpōnem,
propter quæ verba moti ſunt boni viri, & propter quā
diſpoſitionem & voluntatē clarā & expreſſam, vcȝ
in reſtringendo dictam claram ad vnā duntaxat came
rā expeditam in vtriſque domibus,propter q̄.1010.lib.
relictas dictæ Claræ in caſum ſecūdarū nuptiarū d. Sal
uagiæ,ex relictis duab.milib.& cētū ipſi dñę Saluaglę,
de domibus,vel addendo ſpecialiter moti ſunt ipſi bo
ni viri.neqȝ.n.credendum eſt ita ſuppinos, immo ma-
gis fatuos fuiſſe ipſum Symonem & eius patronos ſeu
aduocatos,quos notanda iuris prudentia pollere non
neſcio, vt dicere voluerint ex verbis teſtamenti, & ex
diſpoſitione ac mente expreſſa ſeu pura,ſicut dř in con
cluſione libelli,& clara directe principaliter & imme-
diate,diem petēdorum legatorum cedere vel ceſſiſſe.
hæc enim non ita eſſe, vt ex ipſis verbis id immediate
& directo ſignificātibus id fieret, ipſius teſtamēti ſum
pto per Antonium Gallum, ad quod ſeſe dūtaxat retu
lere, lecto atq; inſpecto etiam rudibus & inexpertis ad-
huc legum diſcipulis intimaſſent. Accipienda eſt itaq;
ea ſignificatio, quæ ſit magis veriſimilis & propinqua
& negocio, de quo agitur, congruat, remque valere
ſuadeat potius,quàm pereat, quæque proferēti vtilior
ſit, & ab ipſo proferente firmatur.ſane & id attentari
poteſt, vt ea voluntas dicatur expreſſa, quæ vel rebus
hoc eſt facto exprimiť.vt ff.de legi.& ſe.cō.l. de quibus
in fi. quin amplius magis expreſſa, quàm cùm verbis
exprimitur.vt ff.de ędil.edic.l.ſi tamē §.fi.& facit C.de
inſti.& ſubſti.ſub condi.fac.l.repræhēdenda vel etiam
ſi verbis in alio quidem negocio prolatis exprimatur,
vñ & a maioribus noſtris dictum eſt,matrem, quæ ſo-
la pupillari & expreſſa ſubſtitutione poteſt ex filii impu
beris ſucceſſione depelli, vt.C.de impub.& aliis ſubſti.
l.precibus.& ff eo.l.Lucius ea ſubſtitutione,quę quibuſ
dam extrinſecis probationibus adiuuatur,quamquam
propriis verbis & id directo ſignātibus nō ſit expoſita,
tanquam expreſſa tamen ab impuberis filiæ mortuæ
ſucceſſione repelli.C.de teſta.milit. l.in teſtamento.&
ibi no.Quid namque refert voluntas,quæ eſt animi in-
trinſeca paſſio, verbis ad id directo compertis,an aliis
quibuſdam demonſtrationibus, quæ tantundem præ-
ſtent, foris aperiatur, quando mutua vice fungantur
etiam res, quæ tantundem præſtent, ut eleganter ait
iuriſconſultus, cum deſcribit, quid exiſtere certum di-
catur.ff.ſi cert.per.l.certum.& manifeſta dicitur atque
euidens voluntas ſeu perſpicua, quæ non ex verbis qui
dem ad id ipſum directo compertis ſeu prolatis, ſed
ex aliis cauſis aliisve verbis ad aliud ſignificandum in
eodem teſtamento principaliter prolatis excipitur. vt
ff.de lega.j.l.licèt Imperator.de lega.2. l.Lucius. §.Lu-
cius, quibus ex omnibus relinquitur concludendum,
vt ex verbis teſtamenti & diſpoſitione ac mente teſtan
tis expreſſa & clara dicantur ij boni viri, ita ſicut pro-
ponitur & petitum fuerat,iudicaſſe, quāquam & in eo
teſtamento nulla uerba directo & immediate id ſigni
ficantia & ad id ſignificandum principaliter prolatā
non fuerint.Et ad hanc etiam concluſionem facit per-
optime.ff.de verb.ſig.l.nominis & rei.§.verbum ex le
gibus,iuncto §.diſponat.in Auth.de nup.colla.4.

¶Supereſt vt allegata in diuerſam partē tollātur. &
ad primum quidem reſpondetur,quoniam immo ipſi
boni viri cōmiſſam ſibi quæſtionem diffiniunt,reos a-
ctori ſecundum formā ſuæ petitionis condemnando,
ſeu quo condemnētur per iudicem conſulendo, & in
aduentum cuiuſdā conditionis reſoluēdo condēnatio-
nem,ac reorum abſolutione ſubiecta,quod fieri nec le
ge,neque ſtatuto vetitū eſt, immo permiſſum ſiue ſub
conditione ſententia proferatur, ut eſt expreſſum C.
de ſen.& inter.omnē iud.l.cum iudex.& quod ibi not.
tam per glo.quàm per docto.ſiue pure lata ſub condi-
tione reſoluatur per argumen. ab eadem ratione vel
maiore.vt j.dicetur.& argu. ff.fam.herc.l.item labeo.
in princ.ibi, ſed ſi pure.cum glo.& per Bald. C.ſen.re-
ſcin.nō poſ. .perēptorias.& de fruct.& lit.expen. l.ter-
minato.& per Ange.ff.de re iudi.l.iudex. facit.c.præte
rea.extra de app.& quod ibi no.in gloſſ.& ff.de act.&
obl.l.obligationem fere.§.conditio.Nec obſt.l.non di-
ſtinguemus.§.quæſitum. de arbi. quia multifariam re-
2 ſpōdetur. †primo, quia loquitur ibi in arbitris,qui tam
in procedendo,quàm pronunciando ſtricti iuris obſer
uantiæ ſupponuntur, ijs uero bonis uiris ſecundum
eorum conſcientias permiſſum eſt, rem diffinire,& cū
conſilio ſapientis ſi eis uidebitur, nec quòd conſilium
præcedat,uel ſequatur ſententiam eorum exprimitur.
poſſunt igitur condemnare, vel abſoluere ſub condi-
tione.ſi ille ita abſoluendum, vel condemnandum cō
ſuluerit.præterea cum per capitulum ianuenſe de bo-
nis uiris omnis nullitatis cauſa ab eorum conſiliis, vel
ſententiis ſuperinde prolatis amoueatur, præterquàm
ſi cognitionem vel bayliam ſibi attributam exceſſe-
rint,nec hæc nullitatis allegatio ex exceſſu deſcendat
poteſtatis, conſequens eſt eam non poſſe proponi.
Rurſum illud animaduertendum, quòd per illum §.
quæſitum. irrita ſit ſententia,qua iubent arbitris ad a-
lium iri,aut qua iubeant quid fieri arbitratu alterius,&
ſic cum ſententiam ſuam ſeu diffinitionem in alterius
arbitrium principaliter conſerat. Cæterum in re præ-
ſenti condemnatio pure facta eſt, ſed reſolutio & ab-
3 ſolutio in alterius arbitrium collata, quæ inter ſe per-
quam differunt. Nam †nec locatio in alterius contra-
hentium arbitrium conſerri poteſt.ut C.de contrahē.
empt.l.in uendētis.& ff.eo.l.ꝙ ſæpe, & quod in eis no.
iuncta.l.2.ff.de loca.& condu. reſolutio tamen poteſt
in alterius contrahentium voluntatem conferri. ff.de
loca.& conduc.l.4.facit l.fideicommiſſa.§.ſic fideicom
miſſam.& §.quamquam.ff.de lega.3. facilius enim im
pediuntur, quæ facienda ſunt, quàm iam facta tollan
tur. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. l.patre furioſo.&
argu.ff.de vſu & habi.l.per ſeruum.§.1.ad hoc,& ſi ea
pars conſilij, quæ iubet ad alterum iri,irrita foret,for-
ſitan rata maneret prior pars ſententiæ & conſili,quæ
puram condemnationem continet & uitio caret.ar-
gu.ff.fami.herciſ.l.quædam. Poſtremo ſententia con-
demnatoria non eſt alterius arbitrio committenda,
uel reſoluēda,at hic lata eſt ſub ꝯditiōe,ſi pars rea ſe op
poſuerit aut contradixerit, quæ conditio extitit, ut
proponitur. Ex illo itaque capite indubitata erit con-
demnatio. illud quoque reſpiciendum foret, an pars
utraque illi reſponſioni paruiſſet, quia iudicem eligiſ-
ſent, quod & factum proponitur, quia vcȝ illum ar-
ticulum rupti nec ne teſtamenti celeberrimo legum
Doctori domino Segnorino de Homodeis cōcorditer
commiſiſſent,illam nanque ſententiam ſic exequēdo
confirmaſſent. C.de re iudica.l. ad ſolutionem. Ex
uirtute ſaltem conſenſus et ſententiæ ſtandum foret.
ut C.communia vtri.iudic.l.2. & quod not. C qui pro
ſua iur.l.vnica. Ad ſecundum in diuerſam partem
allegatum reſpondetur, quòd illa uerba uicarij in-
quantum conſilium factum ſit ualidum, tacite ine-
rant.

rant. & ideo eorum expreſſio nil vitiat. arg. ff. de leg. t.
l.iij. C. de fideiuſ. l. nõ recte, nec per ea reperitur aut effi
citur aliud vel aliter iudicaſſe vicarium, quàm etiã con
ſilio contineretur, præſertim cum ea cõditio ad pſens
tempus lata, quia vera fuiſſet, non ſuſpendit nec diſtu-
lit ipſam pronũciationem, ideoq; perinde eſt ac ſi ſine
illis verbis non additis, ſecundum conſilium protinus
iudicaſſet. ff. ſi cert. pet. l. cum ad præſens. de verb. obli.
l. conditio.

¶ Ad tertium ſuperuacuum eſt rñdere, quia ridiculũ
continet, quia ipſe dñs Symon in ſua petitione dixit,
dictum quondam d. Moruellem ſine alio teſtamento
q̃ eo quod ſcriptum erat per Antoninm Gallũ deceſſiſ
ſe, vnde ex eo, quia non erat, voluiſſe eum ſuam inten
tionem fundare exiſtimare ſupinum eſt. Et ex teſtamẽ
to ſcripto per dñm Antoniũ Gallũ ſe ſpecialiter, vt ex
ſuperioribus patet, manifeſte fundauit.

¶ Ad quartum & vltimum per allegata pro parte d.
domini Symonis in ſuperioribus, apparet lucida & in-
dubitata reſponſio. & hoc de primo conſultationis
articulo.

¶ In ſecundo conſultationis articulo ſine diſputatio
ne concluſiue, ſtudio breuitatis, Reſpõſio videtur, tam
ex verbis teſtamenti, quàm pronunciationis & conſiliũ
proprietatem dictarum domorũ ad dictum dominũ
Symonem pertinere, cuius rei gratia illud prius præ-
mittendum eſt, q & ipſi dñæ Saluagiæ intelligitur fuiſ
ſe relicta proprietas, illis verbis, lego domos meas &c.
vxori meæ &c. ad gaudendum & vſufructuandum in
vita ſua. per l. Titia cum teſtamento. §. fin. de leg. 2. & de
au. & argento lega. l. ſpecies. & de ali. & ci. leg. l. libertis.
vbi pleniſſime per Bar. & ff. de donatio. l. donationes in
concubinam. §. ſpecies. & C. de iure dot. l. ſi mulier, &
quod ibi not. in gloſſ. ſatis ad propoſitum. & ad leges,
quæ poſſunt in oppoſitum allegari, pleniſſime reſpon-
detur. per Barto. tam in dicta l. libertis, quàm l. Titia. §.
fin. & per Cyn. in præalle. l. ſi mulier. quinimmo ſi actus
legandi non ad ipſas res relatus fuiſſet, ſed ad vſumfru-
ctum, puta quia dixiſſet lego vſufructum domorum
mearum &c. propter tamen illam prohibitionẽ adie-
ctam, quod non poſſet ipſas domos pignorare, vel o-
bligare, intelligeretur relicta proprietas. onus namque
♠ vel forma diſpoſitioni adiecta augent ex mente diſpo
ſitionis interpretationem verborum actus diſpoſitiui,
vt vſufructus appellatione intelligatur proprietas, vt
eſt expreſſum. ff. de vſufru. l. proculus, & ita recte de quę
ſtione i noſtris teminis propoſita. videlicet ſi cui legato
vſufructus fundi certi adiiciatur, vt ipſum fundum nõ
poſſit legatarius alienare, vel obligare, quod intelliga
tur illi relicta ipſius fundi proprietas, ſcribit dominus
Bald. ſuper ipſa l. proculus. non modo ibi argumẽtum
eſſe, verũ etiam caſum expreſſum. Quanto igitur ma-
gis in re propoſita, vbi ipſe actus legati ad domos ip-
ſas dirigitur, licet vſufructus ad D. Saluagiam ponatur,
pro quo facit quod glo. notauit in l. codicillis. §. inſulã.
ff. de leg. 2. & per Bald. in præalle. l. Titia. §. fi. eo ti. Idem
quoque dicendum cenſeo in dicto d. Symone, tum qa
& actus legati ad dictas poſſeſſiones relatum eſt. ait
enim teſtator, tunc & eo caſu in dictis poſſeſſionibus,
& annexiis ſuccedant quo ad dictam Gauditam hære-
des quondam Thomæ. Nota uerba illa, in dictis poſſeſ-
ſionibus &c. tum quia videntur ſubſtituti in locum di-
ctæ dominæ Saluagiæ propter illud uerbum, ſuccedãt,
& propter videlicet uictus, & verbum, dictã. Cũ & ter-
tio, quia etſi actus legati ad Gauditã tantum fuiſſet rela
tũ, propter tamen expreſſum onus etiã in perſonas hæ-
redum quondam Thomæ, ne eas pignorant vel obli-
gent, & præſertim vna & eadem oratione cum ipſa do
mina Saluagia, videbitur quoq; eis relicta proprietas.
vt d. l. proculus. vbi eſt expreſſum. & ibi Bald. ita indubi
tanter notat, non enim ita dubitandum vltra de uirtu
te ſententiæ, quæ ex ipſo teſtamento probata eſt, quin
proprietatem quoque ipſarum domorum cum one-
re dicto domino Symoni ad iudicaſſe credatur. Et
hoc eſt, de ſecundo, cum omni poſſibili breuitate
quæſiro &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta pluribus filijs ſi decederent ſine filijs, an euaneſcat, ſi vltimus moriatur cum filijs, dato quòd alij præmortui ſint ſine filijs, & an ſpes ſubſtitutionis fideicommiſſaria tranſmitatur ad hæredes ſuos conditione pendente.*

2 *Teſtatoris mens non poteſt interpretari, vt bona potius ad teſtatoris ipſius fratrem, qui eſt in linea tranſuerſali, quàm ad nepotem ex filio perueniant.*

CONSILIVM XIIII.

1 IN QVAESTIONE Propoſita vide
tur mihi † dictam Catherinam, ſi hæredi-
tatem ſui dicti fratris adeat, quæ ab inte-
ſtato fuit ei delata, potiora iura habere,
quin ſubſtitutio Floramõtis facta per te-
ſtatorem, ſcilicet dominum Thomam filiis ſuis eua-
nuit duplici ratione, prima, quia conditio deficit ſub-
ſtitutionis, quæ fuit ſi filii ſui ſine filiis maſculis legiti-
mis deceſſiſſent. nam Syllanus vnus ex filiis reliquit
Guidettum filium ſuum legitimum, nec mouet, quod
alii duo ſine filiis deceſſerint quaſi in eorum portioni-
bus locus eſſe debeat ſubſtõni Floramontis per l. hære
des mei. §. cũ ita ff. ad Treb. quod illud procederet, quã
do conditio ſubſtõnis defeciſſet in primo pmorientiũ,
extitiſſet autem in pſona vel primis vltimo loco mo-
rientium. diuerſum eſt, ecõtrario cùm extitit conditio
in perſonis præmorientium, ſicut hic fuit, quia ſine fi-
liis deceſſerunt. In perſona autem vltimo mortui pu-
ta Syllani deficit, quia filium legitimum ſuperſtitem
reliquit, tũc enim ſubſtitutioni nulla ex parte locus eſt,
vt C. de impub. & ali. ſubſt. l. cum quidam. & ita vtrobi
que no. & per doctores communiter approbatur. nam
vniuerſa bona ad ipſum Syllanum vltimo mortuum
ex teſtamento deueniunt, vnde nec verborũ propria
2 ſignificatio, nec mens teſtatoris † hoc eſt aui paterni pa
titur vt bona potius ad frẽm teſtatoris, qui eſt in linea
tranſuerſali, quàm ad nepotẽ ex filio, hoc eſt, ipſũ Gui
dettum pueniret. deficit igĩ ſubſtõ Floramontis tam
ex verbis, q̃ ex mẽte teſtãtis facta ipſis filiis. Sed & alia
ratione euanuit ipſa ſubſtõ facta de Floramonte, qa pẽ
dente conditione fideicommiſſi ſibi relicti ipſe Flora-
mons mortuus eſt, cum prædeceſſerit ipſi Syllano, un
de etiam, ſi Syllanus ſine filiis deceſſiſſet, multominus
ſubſtitutio valuiſſet, quia pendente conditione ipſe fi
deicom. deceſſiſſet, & ſpes conditionalis fideicom. nõ
tranſmittitur ad hæredem. ut C. de caduc. toll. §. ſin au
tem aliquid ſub conditione. & de fideicom. l. in perſo-
nam & d. l. hæredes. §. cum ita. & ibi no. & C. de his, qui
ante aper. tab. l. 1. nec ad rem pertinet quòd poſt mor-
tem Floramõtis ſubſtitutus fuiſſet Muſellus ipſi Flora-
monti, quia illa ſubſtitutio debet intelligi cum ad ip-
ſum Floramontẽ perueniſſet hæreditas, quia filii teſta-
torum ſine filiis deceſſiſſent, fideicom. namque datum
ab ipſo Floramõte, cui fideicom. eſt factum caducum
ipſi Muſello remanſit apud ultimo mortuum filium
ſub eadem conditione, ſi ipſe ultimo moriẽs ſine filiis
deceſſiſſet. vt in d. l. de cadu. tol. in §. nouiſſimo, & in §.
ſin autem aliquid præalleg. alioquin niſi ſic intelligere-
tur, futurum fuiſſet, vt poſt mortem Floramontis
ſtatim potuiſſet Muſellus hæreditatem ex fideicom.
petere ab ipſo Syllano, uel Guidetto eius filio, quod
fuiſſet abſurdum & contra mentem teſtatoris, ut fi-
lius fratris prælatus fuiſſet filio, vel nepoti ex eo fi-
lio, vel etiam eum non concurriſſet. vt ff. de vulga.
& pupillar. l. verbis ciuilibus. conditio namque im-
poſita fideicomm. Floramontis ineſt tacite fideicom-
miſ. relicto ab ipſo Floramonte, ſicut conditio hære-
dibus inſtitutis, adſcripta, tacitè ineſt legatis, & fi-

de icom. ab eis relictis, licèt non quo ad impediet. Iam tranſmiſſionem, ſeu dicti legati ceſſionem. vt ff. de le. 1. l. 3. & quando di. le. ce. l. ſi dies. §. fi. cum cõcor. Quinimmo ſi ab ipſo Syllano datum eſſet fideicom. poſt mortem ipſius Syllani dicto Muſello, nullo modo ſubintelligeretur illa conditio ſi Syllanus ſine liberis deceſſerit. vt C. de fideicom. l. cum acutiſſimi. & de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. l. generaliter. §. fi. & ff. de condi. & demõ. l. cum auus. & ab ipſo namque Syllano datum eſt fideicom. non etiam a Guidetto filio ſuo, qui non fuit honoratus, vnde illud ſpectandum, an ipſe Syllanus filium reliquerit. Illud autem, ꝙ ipſa domina Catherina videretur grauata fideicõ. ſi ſubſtitutiones expiraſſent, nullam habet rationem.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta pluribus ſi decederẽt ſine filijs, an ſint expectanda mors omniũ, & an ſpes ſubſtitutionis tranſmittatĩ ad filios pendente conditione, & an ſubſtitutio reguletur ex tacita mente vel expreſſa diſponẽtis.

SVMMARIVM.

1 *Vis & poteſtas rationis in lege comprehenſe que ſit.*
2 *In fideicommiſſis voluntas potius quàm verba ſpectanda eſt.*
3 *Verba fideicommiſſi defectuoſa vel imperfecta pro quomodo veniant ſupplenda.*

CONSILIVM XV.

PROPONITVR Quod Montes de Florẽtia teſtamento ſolemni inſtituit ſibi hęredes F. R. & I. filios ſuos legitimos & naturales, eosq; inuicem per fideicom. ſubſtituit, ſi quis eorum ſine filiis ante ætatẽ prædictam deceſſiſſet, ſubſtituit N. & B. fratres carnales dicti teſtatoris & filios olim Philippi Nicolutii. Et ſi quis eorum N. & B. ſine filiis deceſſiſſent, ſuperſtitem ſimiliter per fideicom. ſubſtituit, ꝙ ſi omnes tam dicti filii ante dictam ætatem, quàm dicti N. & B. ſine filiis deceſſiſſent, ordinauit quoddam hoſpitale conſtrui, & alia plura legata & fideicom. reliquit. Cõtigit, ꝙ mortuo teſtatore immixtione filiorũ ſequuta duo ex dictis filiis R. & I. ante xx. ann. ſine filiis deceſſerunt, relicto ſuperſtite F. eorum fratre & hærede, deinde N. frater dicti teſtatoris poſt F. ſine filiis, ſed poſt xx. annos, ſuperſtitibus dicto B. fratre quondam patris conſanguineo tantum. i. ex parte patris & filii dicti quondam N. fratris carnalis dicti teſtatoris ex vtroque latere, & ab inteſtato dictus B. dicit ſe hæredem inſolidum dicti quondam F. filii olim Montis fratris ſui carnalis, & cõſequẽter omnia bona dicti quondam Montis per mediam perſonam dicti quondã F. qui & fratribus ſuis hæres extitit, qui fratres dicto quondam F. ex fideicom. tenebantur de portionibus ſuis hæreditatis paternæ, eo quòd ſine filiis ante ætatem xx. anno. deceſſiſſent, filii vero dicti quondam N. dicunt dimidiam hæreditatis & bonorum prædictorũ ad ſe quoq; pertinere. Quæritur quid
1 iuris. † Et videtur prima fronte potiorẽ cauſam dicti B. ſiue de ſubſtitutione & fideicom. ſiue de inteſtati dicti quondam F. ſucceſſione quæratur, eo ꝑmiſſo videtĩ ſubſtitutio fideicom. de dictis N. & B. protinus defeciſſe tãquam eius conditione defecta, cum illa cõditio, ſi omnes filii ſine filiis ante xx. annos deceſſiſſent, defecerit, quoniam omnino quæ ex vniuerſo ſumuntur, ſi quid particulariter falſum ſit, tota falſa redduntur. vt ff. de reb. dub. l. ſi is qui ducenta. §. verum. & C. de imp. & ali. ſubſti. l. pen. & ff. ad Tre. l. hæredes mei. §. cum ita. nec ꝑ illum §. ex mente teſtantis aliud ſentiendum eſt de partibus dictorum R. & I. quòd ſine filiis ante xx. annos deceſſerunt, & ſic in primis eorum extitiſſe conditio videatur, cum ipſi prius deceſſerint & dictus quondam F. vltimo, in cuius perſonam defecit conditio, quia ſcilicet poſt xx. ann. deceſſerit, ſecũdum quod habetur ex ſolutione illorum duorum iurium videlicet d. l. hæredes. §. cum ita. & d. l. pen. de impu. & ali. ſubſtit. Sed et ſi ſubſtitutionis conditio in omnibus, vel filiorum aliquibus extitiſſet, ſicq; ſubſtitutioni in totum, vel pro parte locus factus exiſteret, quoniam dictus tamẽ quondam N. prædeceſſiſſet dicto quondã F. & ſic pendente conditione fideicõ. ſibi dati, caducum factũ eſſet fideicom. vt C. de cad. tol. §. ſin autem aliquid ſub cõditione. nec ſpẽ illius fideicom. ad ſuos filios & hæredes dictus Nicolutius tranſmiſiſſet. vt præalleg. §. cum ita. & C. de fideic. l. ſi in perſonam. & no. C. de his qui ante aper. tab. l. vnica. omnimodo itaque dicti filii quondã Nicolutii ab ea fideicommiſſaria ſubſtitutione deficiunt, a ſucceſſiõe vero inteſtati dicti quondam F. eos quoq; deficere palam eſt. nam dictus B. patruus dicti quondã F. & ſic tertio gradu conſtitutus. vt Inſti. de gradi. cog. §. 3. præfertur dictis filiis dicti quondam Nicolutii, qui erãt fratres patrueles dicti quondam F. & ſic eum quarto gradu cognationis contingebant, vt Inſti. de gra. cog. §. quarto. & C. de leg. hær. auth. poſt fratres, licet aũt ſtricta verborum & ſubtilis diſputandi ratio ita facere videatur, videretur tamen iam ex mente dicti quondam Montis, quàm ex veriſimili dicti quondam F. voluntate ac naturali æquitate iuſtiſſime filios dicti quondam Nicolutii, aut ex ſubſtitutione, aut inteſtati ſucceſſione cum dicto R. patruo ſuo ad bona dicti quondam Montis & dicti quondam F. pariter admittendos, vbi rectius & iuſtius atque ſubtilius intuendum eſt. quod in ſubſtitutione facta filiis ſuis dictus Montes prudens teſtator & paterfa. id certo tempus ætatis annorum filiorum compræhendit, vt poſt eam ætatem liberam diſponendi de hæreditariis portionibus ſibi a patre datis facultatẽ relinqueret, & eo quòd tunc eos naturæ ætatis, & prudẽtis conſilii, atque integri iudicii futuros eſſe cognoſceret, ipſosque tunc ſuperſtites & rerum & temporum, ac perſonarũ conditionum non ignaros perfectius diſpoſituros exiſtimauit, quàm ipſe pater futurorũ contingentium ignarus diſponere, ſeu præcogitare potuiſſet. Quæ namque alia ratio potuiſſet prudentiſſimũ patrem fam. & teſtatorẽ mouere in coarctatione ſubſtitutionis ad memoratã ætatem, quàm quæ ſupra relata eſt habenda. eſt itaq; ea ratio teſtatoris in teſtamento comprehenſa, vt colligitur ex no. per gl. & Bal. in l. quãuis. C. de fideicom. & per Bal. C. de liberis præter. vel ex
2 hæreda. l. maximum vitium. porro † rationis in lege cõprehenſæ ea vis eſt & poteſtas, vt vbi locum habeat, ibi et ipſa legis diſpoſitio teneat, vbi ceſſet. ceſſet quoq; ipſa lex. ff de pac. l. quod dictum. de iure pa. l. adiicere. §. quãuis. & de legib⁹. l. ſcire leges. & C. de reuo. do. l. his ſolis. idem igitur in teſtatoris voluntate atque eius ratione ſeruandum eſt. vt in Authen. de nup. §. diſponat, & in præalleg. l. quamuis Cum itaque teſtator Montes ſubſtitutionem factam de fratrib⁹ ſuis carnalibus ad filios ipſius Montis fratres excludi debere cogitauerit per filios ipſorum filiorum, aut ipſorum filiorum ſuorum cum eſſent integræ ætatis, quam ratus eſt annorum xx: teſtamentum ſeu diſpoſitionem quamcunque ex illis verbis, ſine filiis, & ex illis, ante ætatem xx. annorum, &c. nihil horum adfuerit, quia nullus eorum filios vel teſtamentum poſt præfatam ætatem factum uel aliam diſpoſitionem fecerit aut reliquerit, cõſequẽs eſt vt ex mente & cogitatione teſtantis ſubſtitutioni factus locus intelligi debeat, niſi forte, idem cæcus legitimis hęredibus fideicõ. feciſſet, tunc enim ab inteſtato ſucceſſoribus tacito quondam teſtamento contuliſſe videntur. vt ff. de iure codi. l. conficiuntur. in princ. & l. ſi quis cum nullum. Quid etenim diceretur ſi, & vt contingere potuiſſet, tempore mortis dicti F. neque Nicolutius neq; B. nec vlli alterutrius eorum filii ſuperfuiſſent, & ipſe F. nec liberos vllos requiſiſſet, nec vllam de bonis diſpoſitionem inter viuos, vel in vltima voluntate feciſſet, contingat caſus, quia nemo eorum ſuperſit, nec quicquam diſpoſuit, an dicemus, quia mortuus ſit poſt xx. annum piam voluntatem patris de hoſpitalis facienda conſtructione caducam, & protinus

tinus euaneſceré, profecto impium contraque teſtato-
3 ris mentem & ſententiã † in fideicommiſſis namque
potius plerunq; voluntas, q̃ verba ſpectanda eſt. vt C.
de fideicom. l. cum virum. & quæcunquã iuſta coniectu
ra vltimæ voluntatis colligetẽ voluntas ſequẽda eſt. vt
4 ff. de le. 2. l. cum proponebatur, quin ſi verba † fideicom
mmiſſi deficerẽt, ſupplenda ſorent ad exemplum pru
dentiſſimi atq; iuris religioſiſſimi Marchi. ff de leg. 3. l.
vnum ex familia. §. ſi. præſumpſit namque prudẽs teſta
tor, filios & fratres, ſi ſine filiis deceſſiſſent, pietati con-
ſentaneam diſpoſitionem facturos. ſupereſt altera ſu-
pra relata dubitatio, quoniã Nicolutius pẽdẽte ſe fideĩ
commiſſi conditione præmoriens ad filios ſuos ſpem
fideicommiſſi ſibi dati non tranſtulerit, ſed & mens
& verba patiuntur, vt ad eam quoque ſubſtitutionem
filii quoque Nicolutij eo præmortuo vocarentur qui-
dem ex pari affectus ratione ad fratris filos, ſicut ad fra
tres. ut in auth. ceſſante. C. de legi. hære. & quoniam in
ſubſtitutione reciproca inter ipſos fratres carnales fa-
cta dixit teſtator, ſi quis eorum ſine filiis deceſſerit ſu-
perſtitem ſubſtituit, non tantum ergo fratrem, ſed etiã
fratris filios in ea parte fratri Nicolutiõ data alteri fra-
tri ſuperſtiti prætulit. ff. de hære. inſt. l. Lucius. verba per
hanc ſententiam patientur, ſi poſt verbum filios in ſub
ſtitutione poſitum fecerimus punctum, vt ſic ſubſtitue
rit filiis ſuis ſiue filiis mortuis. N. & B. fratres carnales di
cti teſtatoris & filios, ut ſic illud filios, non ad ipſos fra-
tres adiectiue ceferatur, ſed intelligatur filios ipſorũ
fratrum, & quod ſequitur olim &c. ad ipſos fratres cae
nales referantur. & ad hanc interpretationem mos eſt
fideliſſimæ uetuſtatis illius ciuitatis Florentiæ, immo
totius tuſciæ, ponunt enim nomen patris & non inſe-
runt filius, dicitur namque montes Philippi Nicoluti,
non dicitur montes filius olim Philippi filii quondam
Nicolutii, quod ſtudio breuitatis ciuitas illa mater om
nis eloquentiæ forſitan introduxit, & hæc punctatio,
& interpretatio moribus ciuitatis & voluntati teſtato
ris conſentanea accipienda eſt. vt C. de teſta. l. teſtamẽ
ta omnia. Ex ſubſtitutione itaque concluditur filios Ni
colutii cum dicto B. patruo eorum, quod & ipſe B. ne
ceſſitudinis ratione & æqualitatis, quæ nõ ſeruata odiũ
generat atque diſcordiam, debet inuitare cum ipſo B.
pariter admittendos, præſentim cum ipſe Nicolutius,
frater fuerit. Monti, & patruus dicto F. ex vtroque la-
tere. dicto autem B. ex patre tantum. argum. in auth.
de conſan. & vteri. fra. in §. 1. & C. de leg. hære. l. ceſſan-
te. Quod & in inteſtatã ſucceſſione videretur ex æqui-
tate tuendum, & cum fratris vtrinque filius vincit fra
trem & patruum ex altero tantum parente. In hac re
ſaltem patruo ſit æqualis. Etſi res tanquam inter co-
gnatione ſtricta coniunctos, vi lege municipii foret p
arbitratores & amicabiles compoſitos explicanda, &
expedienda, non vereor hanc maxime partem, ſine
vllo conſcientiæ ſcrupulo ipſis arbitris efficaciſſime
ſuadere. Ex totius rei æquitate, quæ ex omnibus per-
ſonis, quæ iſto negocio continguntur, impletur iuxta
Triffoni ſententiam in l bona fides. ff. depoſiti.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatio facta de filio ſpurio, an valeat, ſi ipſe non conſentiat
& an præiudicet aliis ſaltem ratione ſpei, & an excluſus a ſuc-
ceſſione inteſtati ſit neceſſario inſtituendus.*
2 *Succeſſio ab inteſtato ceſſare dicitur vbi ex teſtamento, & iuris
ordine hæreditas quæri poteſt.*

CONSILIVM XVI.

1 CASVS Talis eſt. † A. deceſſit condito te-
ſtamento, in quo B C. filios ſuos illicite na
tos, legitimatos tamen, ſine præiudicio
legitimorum hæredum hæredes inſtituit
& ſuperſtitibus dictis filiis, & d. ſua nepte
nata ex quadam ſua filia legitima & naturali præmor
tua, & ſuperſtitibus aliquibus agnatis ipſius A. intra qn
tum gradum, modò præſumpto dicto iure municipa-
li, quo cauetur, ꝙ nulla mulier ſuccedat, niſi ſit filia, ſo-
ror, vel amita non maritata. Item quod exiſtentibus
agnatis cognati, nec cognatæ ſuccedãt. Modò quæſtio
eſt inter ſupraſcriptos filios & ſupraſcriptam neptem,
& ſupraſcriptos agnatos, ad quas pſonas ex prædictis p-
tineat dicta hæreditas. Item quòd nulla mulier, vel co-
gnatus, nec cognata ſuccedat ab inteſtato exiſtentibus
agnatis maſculis vſque ad quintum gradum connume
randum, ſecundum formam iuris canonici, niſi ſit fi
lia, ſoror vel amita, quæ nunquam fuerit maritata, nec
deo dedicata, quæ ſimiliter non ſuccedant exiſtentib.
aliquibus agnatis maſculis in pari gradu, ſed dotari de
bent ſm qualitatem & conditionem patrimonii & p-
ſonæ arbitrio boni viri. Non exiſtentibus vero agna-
tis maſculis vſque ad dictum quintum gradum connu
merãdo vt. s. ſecundum prioritatem & poſterioritatẽ
graduum, quibus deficientibus ſuccedant cognati ma
ſculi vſq; ad dictũ gradũ ſm prioritatem & poſteritatẽ
graduũ, deficientibus vero, cognatis maſculis ſuccedãt
cognatæ ſecũdũ prioritatẽ & poſterioritatem graduũ.
Et ꝙ prædictæ ſucceſſiones fiant per capita, & nõ per
ſtirpes. Chriſti nomine Amen.
2 ¶ † In propoſita quæſtione videtur mihi concluſiue
obmiſſa diſputatione ſtudio breuitatis, hæreditatẽ di
cti A. ad dictos B. & C. ex teſtamento dicti A. tantũmo-
do pertinere. Nam cum ex teſtamento pôt iuris hære-
ditatem quæri, ceſſat omnis ab inteſtato ſucceſſio. vt C.
cõmu. de ſucceſ. l. antequã. & ff. de acq. hære. l. quãdiu. et
de re iud. l. quandiu. de nepte igitur & agnatis, qui non
ſunt ex teſtõ vocati, non eſt tractandum propter ab in-
teſtato ſpem ſucceſſionis, cũ dicti B. & C. hæredes inſti-
tuti non ex teſtõ velint et poſſint hæreditatẽ acquirere,
nec mouent quod ipſi fuerint ſpurij nati, quia legitima-
tio facta fuit per Comitẽ palatinum, qui ſuper hoc ple
nam habuit poteſtatẽ priuilegio ſibi & principali aucto
ritate conceſſam, quæ legitimatio eſt primis natalibus,
in quibus omnibus filiis ſuis parentibus legitimis na-
ſcebãtur, reſtitutio. vt in auth. quib. mo na. effi. ſui. §. na
tura ſi quidem colla. vii. & omnem protinus maculam
illegitimatis abſtraxit, & peridem eos efficit capaces
ſucceſſionis, ac ſi ab initio nati fuiſſent legitimi. vt
ff. de na. reſti. l. & iuncta præalle. l. antenticorum, & gl.
notauit in ſimili caſu de nato in ſeruitute manumiſſo
& natalibus reſtituto. ff. de iuſt. & iur. l. manumiſſionis.
Nec dubitãdum eſt, etiam ſpurios, & ex damnato coi-
tu quouis acceptos & editos poſſe per principem, vel
eum cui princeps negocium conceſſerit, ſuis primis
natalibus reſtitui, ſi in reſcripto principis non obſtanti
bus clauſula fuerit competenter inſerta, ſicut hic exti-
tit, vt not. in authen. quib. mod. na. effi. ſui. §. 1. in gloſſ.
magna. & C. de na. li. l. 1. & de inceſt. nup. authen. ex cõ
plexu. nec nocet, quia princeps conceſſerit poteſtatem
legitimationis ſuperiorum & aliorum huiuſmodi Co
miti ſine præiudicio tamen legitimorum hæredum,
quia illa verba legitimorum hæredum, de filiis legi-
timis intelliguntur, alioquin pœnæ foret inutilis ea con
ceſſio, ſi de quibuſcunque hæredibus intelligeretur ar
gu. ff. ad tre. l. ex facto. § ſi. & quod ibi no. Quo obmiſſo
nullum fit in ſpem propoſitam præiudicium filiis legi
timis natis, cum nulli ſint nec fuerint, nec dictæ do.
Nepti ex præmortua filia legitima & naturali. Tum
quia teſtamento facto non poterat abinteſtato ſucce-
dere, tum etiam quia ceſſante teſtamento ex l. ſupra re
lata municipii tanquam cognata, agnatis quinti gra-
dus extantibus, erat abinteſtato ſubmota. Rurſum et-
ſi illud verbum hæredum, de quibuslibet etiam extra-
neis & legitimis hæredibus generaliter intelligatur, qđ
non eſt verũ ut ipſe Comes palatinus aperte interpre-
tatus eſt, in ipſis legitimationis beneficiis, qui de filiis
tantum legitimis & naturalibus ſuum priuilegium, &
ut cum eis æqualiter legitimati ſua auctoritate ſucce-

dant expoſuit, nullum fieret per eam legitimationem
agnatis præiudicium quinti gradus, qui teſtamento fa
cto nullatenus ab inteſtato vocantur. vt præalle. l. ante-
quam. cum ſuis concor. Et ſi fortaſſe inſtetur, per legiti
mationem fiunt capaces, qui ſubmota legitimatione
locum facerent ab inteſtato ſucceſſori. Reſpōdetur, ꝙ
ſi non fuiſſent hi filii legitimati, non oportet, ꝙ ab in-
teſtato ad eos perueniſſet hæreditas, quia non conſtat,
ꝙ inteſtatus deceſſiſſet ſeu decedere voluiſſet, immo ſi-
cut & nunc veriſimile ſit, eum teſtamēto deceſſurum
fuiſſe, non ergo legitimatio ipſis agnatis p̄iudicat, quæ
teſtati ſibi ſucceſſionem non aufert, & quæ nec ipſe dē
debita his, qui legitimati iure ſuccedere potuiſſent. vt
ff. de tranſac. l. qui tutoribus. in prin. ſm vnum ſenſum,
qui ab omnibus approbatur. ff. de libe. leg. l. poſt emāci-
pationem, & vtrobiq; per Barto. nec ad rem pertinet,
ꝙ ipſi filii legitimationi de ſe factæ & patriæ voluntati
non conſenſiſſe probeñ, quod videtur neceſſarium. vt
ff. de his, qui ſunt ſui. vel alie. iur. l. ſi. quia vel erant infan
tes, qui etiam ſine eorum conſenſu legitimi fiunt, arg.
C. de eman. li. l. iubemus. in fi. & ibi hoc tenet Ang. U-
doſ. quia ipſi legitimationi conſentiunt patris hæredi-
tatem volentes, quod ſufficit vt in auth. qui. mo. na. effi.
ſui. §. generaliter. col. 7. in verbis ratum habuerint. Sed
nec memoratæ cōcluſioni nocebit, ꝙ prædicta Neptis
ex fœmina legitima filia, quæ tempore teſtamenti ſu-
pererat, non fuit inſtituta, vel quid titulo inſtitutionis
habuerit. in §. aliud quoq;. in auth. vt cum de app. cog.
quia cū per legē municipii non fuiſſet ſucceſſura proti
nus ab inteſtato filia propter fratres excluſa, Nepte ve-
ro propter agnatos, non fuit eas neceſſe ſcribi hęredes.
Abſurdum quippe foret eis, quæ ab inteſtato non ſucce
dunt, & præter voluntatem & patris teſtamentum vo
cari. arg. de lib. præte. l. maximum vitium. & ff. de inoſ.
teſt. l. mater decedens. & de bo. poſ. cōtra. l. 1. §. vocātur.
ſicque per l. municipii, quāquam ab inteſtato loqui vi-
deatur, corrigitur præall. §. aliud quoque. quemadmo
dum & per Auth. de hære. ab inteſt. corrigitur edictū
de coniung. cum emanc. lib. quod tam ex teſtamento
quam ab inteſtato nepotem ſuum cum patre emanci-
pato vocauerat. vt colligitur ea ſententia gloſſ. quæ eſt
veriſſima per ſuperius allega. in authē. in ſucceſſione.
C. de ſuis & le. licèt quidam eam & indigne redarguāt,
quoniam ſucceſſio ab inteſtato, & contra teſtamentū
paribus regulis iudicantur, vt in præalle. legib. & quod
in earum innouatur altera, creditur in altera pariter in
nouatum, per l. vtanium §. 1. ff. de ſer. corrup. & quod
nota. ff. de legib. & ſena. conſult. l. quod vero contra. &
C. de furtis. l. ſi quis ſeruo. relinquitur itaq; ſupra ſacta
concluſio ſeu concluſiua & deciſſiua reſponſio ab om-
nibus. quas fieri poſſet deprehendi, oppoſitionibus, &
inſtantiis defenſata, dictam. ſ. hæreditatem dicti quan-
dam A. ad dictos B. & C. ſolos in ſolidum ſecundū ea,
quæ ſunt propoſita, pertinere.

¶ Et ita dico & conſulo; Ego Raphael Fulgoſius doc.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta, ſi ſine hæredibus decederet, de quibus hæredi-
bus intelligatur, & an eo caſu poſſit intelligi de hæredibus extra
neis, & an & quando ius accreſcendi locum habeat in fideicōm.*
2 *Verbum hæredes a teſtatore prolatum quos includat, vel de qui-
bus ſit intelligendum.*

CONSILIVM XVII.

TESTATOR quidam ſuum ſolenne cō-
didit teſtamentum hæredum inſtitutio-
nem hac forma ordinando, in aliis autē
ſuis bonis mobilibus, & immobilibus iuri
bus & actionibus generis cuiuſcunq; hæ
redem ſuum vniuerſalem inſtituit & eſſe voluit A. ne
ptem ſuam. Et ſi caſus accideret, quòd dom. A. decede
ret in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; ſine legi
timis filiis, vel filiabus ea legitimo matrimonio ſuſcē-
ptis, dictæ A. ſubſtituit & eē voluit Vgol. nepotē ſuum
ex linea materna & eius Vgo. hæredes pro medietate
dictæ hæreditatis, ac hoſpitale ſancti Antonii, ac hoſpi
tale baturorum ciuitatis vincentiæ prope eccleſiā ſan-
cti Marcelli pro alia medietate æquali portione vul-
gariter pupillariter & per fideicō. & omnibus iure via
& forma, quibus melius fieri poteſt. ita quid tota ſua
hæreditas cum fructibus in ipſos taliter ſubſtitutos in
caſibus. ſ. ſcriptis debeat totaliter deuenire &c. Acci-
dit modò caſus, quòd dictus Vgo abſque liberis legiti-
mis & naturalibus ab hoc ſæculo emigrauit antequā
dicta A. relictis hæredibus extraneis, poſtea ex inter-
uallo mortua eſt dicta A. ſine filiis legitimis, & natu-
ralibus & aliis hæredibus extraneis relictis extra tamē
ætatem pupillarem & adita per eam hæreditatem di-
cti teſtatoris, ita quod locus non eſt ſubſtitutioni pu-
pillari, nec vulgari, ſed ſolum de iure vendicat ſibi ſo-
cum ſubſtitutio fideicommiſſaria. Ex themate ſupra-
ſcripto inſurgunt duo dubia principalia. primum verū
verbum, & eius Vgolini hæredes, de quo in thema-
te ſupraſcripto fit mentio, intelligatur de deſcenden-
tibus hæredibus dicti Vgo. tantum, an de omnibus
hæredibus etiam de extraneis, ita quòd fideicommiſ.
ſubſtitutioni pro parte dicti Vgolin. locus ſit in per-
ſonam hæredum extraneorum dicti Vgo. Et qđ de de
ſcendentibus hæredibus dicti Vgol. & non de hæredi-
bus extraneis verificetur dictum verbum, eius hære-
des. In propriis terminis diſputando tenuit Rizar. Ma-
lum. & eam opin. ſequutus Bartol. & Bald. prout nota.
Bald. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſth. per rationē
ibi poſitam per eum.

¶ Secundum dubium contra, præſuppoſito quòd il
lud verbum, & eius hæredes, intelligatur de liberis di-
cti Vgolini, & non de hæredibus extraneis. An hære-
des dicti A. habere debeāt partem fideicommiſſi, quæ
contingere debebat dicto Vgolino adueniente condi
tione dicti fideicommiſſi, an accreſcere debeat dictis
hoſpitalibus verbis, dicto Vgolino coniunctis, quod
de iure videatur. Cum caſus eſſe videtur in l. meuio.
in princip. & quod ibi no. Bartol. ff. de legatis ſecundo.
& facit optime quod not. per eundem in repeti. l. re cō
iuncti. ff. de legatis tertio. ſuper præmiſſis dubiis quid
iuris ſit conſulat paternitas & dominatio veſtra.

1 † ¶ Ad primum videretur prima fronte dicendum
illud verbum, hæredes, de quibuslibet hæredibus Vgo
lini & extraneis intelligendum per l. in annalibus. C.
de leg. & ff. de verbo. ſignificatio. l. ſciendum. cum ſim.
præterea à verborum propria ſignificatione non eſt re
cedendum, niſi in contrarium doceatur mens teſtan-
tis. vt ff. de lega. iii. l. non aliter. propria autem vocabuli
2 huius hæredis ſignificatio † quoſcunque hæredes deſcē
dentes, vel de facto prorſus extraneos demonſtrat, vt
intelligas. ff. de hæred. inſtit. & C. nec in re propoſita do
cetur mens teſtatoris ad oppoſitum, ergo &c. Et con-
ſequenter concluderetur ſucceſſores, & hæredes dicti
Vgolini. d. quōdā A. nepti & hæredi teſtantis præmor
tui ex fideicommiſſo admittendos, & ſic tam extra-
neos hæredes dictæ quondā A. quàm hoſpitalia me
morata à dicta medietate Vgolino data prorſus ex-
cludi.

¶ In contrarium tamen videtur, de iure potius re-
ſpondendum. nam hoc verbum hæredes in quāpluri-
bus cauſis pro liberorum tantum ſignificatione ſu-
ſcipitur, & inter cæteras cauſas ea vna eſt, eum. ſ. re-
tenta propria, & generali ſua ſignificatione aliquid
abſurditatis eueniat, & maxime teſtantis voto non cō
gruens. vt ff. ad Trebell. l. ex facto. §. pen. at in propoſi-
to ita euenturum eſt, quia propria ſignificatione re-
tenta aliquid incongruitatis inſurget. Igitur ad libe-
rorum tantum demonſtrationem reſtringitur. Oſtē-
ditur autem ex eo inconuenientia & cōſequenter mēs
teſtatoris contraria, quæ in conditionibus præualet &
dominatur in vltimis voluntatibus. vt ff. de conditio.
& demon.

& demũ l.in cõditionibus, & C.de leg.l cũ qđ. Nam ſi de hæredibus extraneis Vgo. ſenſiſſe putetur, eueniet ꝙ hæredes ipſi extranei præferantur hæredibus A.neptis extraneis. cum ĩn propius ſit menti teſtantis, atq; etiã veriſimilius, vt quemadmodum ipſam A.neptem ex filio eiuſq; liberos dicto Vgolino prædilexit, ita quoq; & hæredes extraneos dictæ cond. A.prædilectæ hæredibus extraneis dicti cond. Vgo.quos ipſius Vg.magis ex perſona atq; intuitu, quàm ſuo proprio teſtatoris iudicio vocauit. Cũ ſibi forent incerti & prorſus incogniti prædilexerit, vt cuius in ea parte perſonam magis dilexerit, venientes quoq; ex eius perſona venientibus ex perſona minus & ſecundo loco ſeu poſteriore dilecta, prædilexiſſe credatur ad quod facit ff.de condit.& demon.l.publius §.fi.& per hanc potiſſimam rationẽ. ita determinauit Rizar Mal. in publica diſputatione, quem refert & ſequitur Barto.& Bald.in l.Gallus. in §. etiam.ff.de liber & poſthu. ſupra bene & eleganter in conſultatione propoſita. & in hanc eo libentius inclino ſententiam, ꝙ cum dicti doct. de extraneo & eius hæredibus filio teſtatoris ſubſtituto loquantur. Caſus tamen noſtre de nepte ipſius teſtatoris, eiuſque hæredibus ſubſtituto proponitur, vbi & profecto veriſimilius eſt, vt eſt communi loquendi vſu probatius, ꝙ de pronepotibus ex nepote ſenſerit, ad quos ſua bona venire actum atque inſtitutum atque deſiderium eſt, quoſque perſæpe hæredes, etiam dum viuimus, appellamus. vt in d.§.etiam in l.Gallus argu. C.de his qui ante aper.ta. l.vnica in fi.& ff.vnde lib.§.ſcripto & arg. in l.librorũ. §.quod tamen caſſius & quod ibi not.ff.de leg.3.& de fun inſtru.& inſtruc.leg.l.cum delanionis. §.aſinam. & facit C.in præſentia.extra de proba.rurſum forſitan, attentari poſſet, vt ſi quis de extraneis hæredibus Vg.ſenſiſſe putaret, nihilo magis ex ſubſtitutione vocentur, quaſi non eos principaliter ex ſua perſona, quibus nulla prorſus erat teſtatoris affectio, admittendos putauerit, ſed tanquam ex Vg perſona, in qua cœpiſſet fideicommiſſum atque fundatum eſſet, eos ſuccedentes ſenſit & expreſſit, quæ teſtantis ſententia ex duobus recte poteſt comprehẽdi, & quia eos ſub hæredibus Vg.nomine in ipſa fideicommiſſaria ſubſtitutione demonſtrat, arg.ff.de hære.inſtitu l quoties.§ hæredes, & quia eoſdem Vgolino copulatiuè coniunxit, quo ipſo ſenſit vtroſque Vgolinum videlicet & hæredes eius ad eã partem hæreditatis, licèt non eodem tempore, ſed ſucceſſiue venturos. Nam ſi non capiente Vgolino fideicom. quia præmortuo nepti, hæredes eius principaliter tanquam in eorum perſonis exordiente fideicommiſſo vocare ſenſiſſet, & ſic vulgariter Vgolino eius hæredes in fideicommiſſo ſubſtituere cogitaſſet, profecto non copulatiue, ſed per disiunctiuam, quæ magis ſubſtitutionem denotat, loquutus fuiſſet. argumen.ff. de lega.2.l.cum pater.§ p & C.de verbo.ſignifi l.cum quidam.ibi cum alij primum &c. Nec huic ob.l.in annalibus.C.de leg quia ibi in legato annuo, quod plures habet conditiones & plura legata continet & ſæpius committitur, & in ſingulos annos reuoluitur hic autẽ ſemel tantum, & vnicum committendum fideicommiſſum & in perſona Vgolini, ac perſonis hæredum ne quid copulatiue conſequenter habere primordiũ, nec ẽt his obſtabit qđ no. in l Gallus §.1.de filio & nepote inſtitutis, quia ibi loquitur in ſubſtitutione nõ cõmiſſaria, & ideo ſm legis neceſſitatẽ fit interpretatio. Cum itaque in re præſenti dictus Vgolinus non fuerit admiſſus, quia pẽdente fideicõmiſſi cõditione p̃mortuus, nec ex eius perſona vocabuntur hæredes. vt C de de fideicõmiſ.l.in perſonã & ff.ad treb.hæredes mei.§. cum ita. & not. in l.vnica. C.de his qui ante aper.tab. Concludendũ itaque ex oĩbus ſuperioribus, vel eorũ aliquibus relinquitur. hæredes extraneos dicti quondã Vgo.ad fideicommiſſum dicto quondam Vgolino datum protinus non admitti.

¶ Ad allegata vero in diuerſam partem apparet per ſuperiora reſponſum, ſupereſt tunc ſequens deliberatio poſito quod ſupra concluſum eſt, quis in ea parte, q̃ Vgolino data fuerat, præferatur. an hæredes dictæ quõdam A.neptis. an vero magis hoſpitalia ſupradicta. Et videatur id fideicommiſſum datum Vgolino apud hæredes dicte quondam A.neptis quaſi caducum remanere. vt C.de cad.tol l.vnica.§.ſin autem aliquid ſub cõditione Sed rectius & verius eſt dicta hoſpitalia tanquã Vgolino ſaltem verbis coniuncta ad eam partem accreſcendi iure vocari, cum dictus quondam Vgo.eiuſue liberi & dicta hoſpitalia in vna oratione & per coniunctionem &, per quæ fit verbalis coniunctio, aſſignatis partibus ſupradictæ quondam A.nepti, ſi ſine liberis deceſſiſſet, pari formiter ſubſtituti ſunt, argu.ad hoc in l.interdum.in princ.& l.ſi quis ita hæredes. ff.de hære.inſti.& de leg.2.l.meuio.in prin. de leg.3.l.reconiũcti.& vtrobiq; per Bart.& de ver.ſigni.l.triplici. & facit quod no.in l.1.in fin ff de vſufruc.ac. Et huic etiam mẽs teſtatoris aſſentit. Nam cum ea hoſpitalia paria forent & æqualia ipſi quondam Vgo.& liberis eius. qui Vgolinus extraneis hæredibus dictæ quondã A.neptis antefertur, etiam ipſa quoque anteferuntur. argum in l.de acceſſionibus.ff de diuer.& tempo. Et ita concluditur vniuerſam hæreditatem teſtatoris per hæredes dictæ quondam A. neptis dictis hoſpitalibus, ſalua legitima, reſtituendam.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta ſi deceſſerit ſine filijs hæres inſtitutus, an deficiat ſi habuerit filiam. & an & quando maſculinum genus concipiat fœmininum. & an concipiat ex propria ſignificatione verborum, an vero per interpretationẽ, vel ex coniecturata mẽte diſponentis.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum an concipiat fœmininum, ex propria ſignificatione.*

2 *Mens teſtantis ad operatur, vt a propria verborum ſignificatione liceat declinare.*

3 *Nepotes et neptes melioris conditionis eſſe in ſucceſſionibus, quàm ſilij vel filia, nec ratio naturalis, nec ciuilis conſtitutio cõprobat.*

CONSILIVM XVIII.

SOLVMVCIA Fecit teſtamentum tẽpore, quo viuebat ſana mente & corpore, in quo Anſeminum & Paulum ſuos filios legitimos & naturales ſibi hr̃des vniuerſales inſtituit, & ſi aliquis ipſorum Anſemini & Pauli deceſſerit quandocunque ſine filiis legitimis ad ætatem xxv.anno ſubſtituit viuentem ipſorum Pauli, & Anſemini & ipſorum filios: ſi ipſi, vel quis ipſorum tunc non viuerent Franceſcam, & Martham filias ſuas inſtituit ſibi hæredes, prius in quinquaginta pro qualibet, quibus eas tacitas iuſſit eſſe & contentas. quo teſtamento ſic condito dicta Solumutia ſuperuixit circa vij.menſes, poſtea deceſſit ſuperuiuentibus prædictis Anſemino & Paulo, & ſuperuiuente Benedicta filia legitima & naturali dicti Pauli. poſtea dictus Paulus condidit teſtamentum, in quo dictæ Benedictæ ſuæ filiæ iure inſtitutionis. x.Floren. relinquit, & ꝙ plus de bonis ſuis petere non poſſit. In aliis vero ſuis bonis A.eius fratrem carnalem ſibi hæredẽ vniuerſalem inſtituit. Quo teſtamento ſic condito deceſſit dictus Paulus, poſtea dictus Anſeminus condidit teſtamẽtum in quo Martham & Franceſcam ſuas ſorores carnales & dicti Pauli ex vtroque coniunctas ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, dictus Anſeminus ſine filiis mortuus eſt.

¶ Quæritur modo de hæreditate dictæ dom Solumutiæ, an ſpectet aliqua pars ad dictam Benedictam, vel ſpectet in totum ad hæredes vniuerſales dicti

Anſemini & Pauli. Super eo ꝙ quæritur videretur pri
ma fronte dicendum, dictam Benedictam poſſe petere
ſaltem partem datam Anſemino deducta falcidia de-
bita iure naturæ, & trebel quod ſic oſtenditur, clarũ eſt, ꝙ
conditio ſubſtitutionis fideicommiſ. factæ dicto Anſe
mino extat, quia ſine liberis deceſſit in perſonam quo-
que Pauli fratris ipſius Anſemini, & patris dictæ Bene-
dictæ dies fideicommiſ. ipſi Paulo dati non ceſſit vtili-
ter, quia ipſe Paulus viuo Anſemino & ſic pendente
cõditione ſubſtitutionis & fideicommiſſi mortuus eſt.
vt C. cadu. tollen. §. ſin autem aliquid ſub conditione.
& de fideicom. l. ſi in perſonam. & quod ibi no. & ff. ad
Trebel. l. hæredes mei. §. 1. filij igitur ipſius Pauli, qui tẽ-
pore mortis dicti Anſemini ſupererant ex ipſa ſubſti-
tutione vocati ſunt. Erat autem iſta Benedicta filia
dicti Pauli, ſicque in eius perſonam ceſſit vtiliter dies
fideicomm. & ipſa Benedicta ad partem dicto Anſemi
no datam ex ipſa ſubſtitutione vocata eſt. Et licèt ea
ſubſtitutio filios Pauli vocet & ſic ex ſtricta verbi ſignifi
catione maſculos uocet, tamẽ quoniam maſculinum
genus ex mente teſtantis concepit fœmininũ, dicen-
dum eſt ipſam Benedictam quantum ex ea ſubſtitutio
ne vocatam. vt ff. de teſt. tut. l. ſi quis ita. in princi. & de
leg. 2. l. ſi ita. in princi. & de leg. 3. Lucius § quæſitum. cũ
concor. Sed verior eſt diuerſa ſententia videlicet dictã
Benedictam ex ipſo teſtamento, & eiuſmodi fideicom.
ſeu ſubſtitutione in nulla parte vocatam. nã ex propria
ſignificatione verborum minime ſic vt ſ. declaratũ eſt
ad fideicom. vocata eſt, cùm filios Pauli pręmortui, nõ
1 etiam filias vocauerit † non enim ex propria verborũ
ſignificatione maſculinum comprehẽdit fœmininũ,
ſed per interpretationem extenſiuam ex mente loquẽ
tis. vt not. per Bart. in l. j. ff. de verb. ſignifi. & apud gram
maticos dicitur hic fieri per figuram, quæ res & ꝓprie
tates & regulares narrationem demonſtrat. Si itaque
mens loquentis ei interpretationi reſiſtat, non eſt à ſtri
cta verborum ſignificatione quolibet modo receden-
2 dum. Nam † ſi a propria verborum ſignificatione rece
dimus propter mentem teſtantis. vt ff. de leg. 3. l. non al
teri, quanto magis ipſorum verborum propriæ ſignifi
cationi ſtandum erit, cum ipſa mens quoq; teſtantis, fi
lios dicti Pauli, non etiam filias ex ea ſubſtitutione vo
cauerit. Nam in ſua propria directa & immediata ſuc
ceſſione maſculos fratris primo dilexit. Nam ipſos qui
dem paulum & Anſeminum ſolos, ſibi vniuerſales hæ
redes inſtituit, filias autem proprias ipſius teſtatoris, vi
delicet Franceſcam & Margaritam in certis quantita-
tibus hæredes inſtituit, ſ. in lib. ſ. quinquaginta pro ſingu
lis, ſicut igitur in inſtitutione diſcreuit mares à femi-
nis, & filias à filiis diſpari cenſuit iudicio, ita quoq; &
in ipſa ſubſtitutione credendum eſt, ipſam teſtatricem
neptes a nepotibus ex utroque filiorum diſtinxiſſe, &
diſpariter non pariter vocaſſe. argumen. de impub. &
ali. ſubſtit. l. 1. & ff ad trebellia. l. quotiens. & l. ſe. ipſo igi-
tur verbo, filios ipſorum, ſi quando filii, vel aliquis
ipſorum tunc non uiueret, & c. maſculos filios, non e-
tiam filias vocaſſe credendum eſt, quoniam ſic pariter
ipſæ nepies cum nepotibus contra mentem teſtatricis
ad fideicommiſ. admitterentur, quod non eſt admit-
tendum per dicta l. 1. de impub. & ali. ſubſti. & l. quotiẽs
cum l. ſe. ad Treb.

¶ Rurſum hoc manifeſtius demonſtrať illis uerbis,
filias dicti Pau. nullatenus admittendas, & ꝓ ꝯſequens
nec dictam Benedictã, nã ſi dictas filias Pauli quis parti
naciter uocatas putauerit, euẽturum eſt, ut reperiatur,
dictam teſtatricem neptes ex filia ſuis proprijs prætu-
3 liſſe, hoc eſt Marthæ & Franceſchæ, quod † neque natu
ralis ratio admitti, neque ciuilis cõſtitutio comprobat,
ſed potius deteſtatur, ut ſine ulla iuſta cauſa & ratione
melioris ſint conditionis ſeu eſſe credãtur in ſucceſſio
ne parentum nepotes aut nepies, quàm filii uel filiæ,
quæ primum gradum & locum ſm naturam & ius ci-
uile obtinent, ut C. de bo. mater. Si uiua. §. in nepotib⁹.
Quin etiam in re præſenti liquido comprobatur pro-
prias filias ipſam teſtatricem prædilexiſſe dictæ Bene-
dictæ, cũ ipſas filias Martham & Franceſcham ſibi hæ-
redes inſtituerit licèt in certis quantitatibus, Benedi-
ctam uero iam tunc natam in nullo protinus honora-
uit. Cùm itaque neque propria uerborum ſignifica-
tio, neque mens teſtatricis dictam Benedictam ex ea
ſubſtitutione ſuſcipiat, diſſipit profectò quiſquis eam
admittendam ex dicta ſubſtitutione putauerit. Con-
cludendo itaque tenendum eſt conſtanter ſecundum
ea, quæ ſuperius propoſita ſunt, ad partem Pauli præ-
mortui ſine filiis maſculis & ad xxv. ann. dictum Anſe
minum ex ea fideicommiſſaria ſubſtitutione uocatũ.
licèt enim alias illa conditio, ſi deceſſerit ſine filiis, de-
feciſſe uideatur in eo, qui uel filiam ſuperſtitẽ relique-
rit argum. C. de cõditio. inſer. l. 1. & ad Treb. l. iubemus.
§. ſin autem. In propoſito noſtro tamen ubi apparet,
teſtatricem maſculos a fœminis ſeparaſſe ut ſ. mani-
feſte monſtratũ eſt. Dicendũ eſt, extitiſſe conditiones
per ſupradictas rationes, ne uideatur teſtatrix neptes
ſuas ſuis proprijs filiabus prætuliſſe, & argu. in l. cum a-
uus. ff. de conditio. & demonſtrat. ſubſtitutionem au-
tem factam Anſemino defeciſſe, quia etſi conditio ip-
ſius ſubſtitutionis extiterit, quia ſine filiis deceſſerit, ne
mo tamen ſupereſt, qui uocatus ſit. nam & Paulus pręt
deceſſerat, & nemo filius maſculus Pauli ſuperfuiſſe
proponitur, cum ſolos maſculos ex ea ſuprà patuerit
ſubſtitutione uocatos. Remanet itaque tota hæreditas
dictæ Solumina apud dictas Franceſcham, & Mar-
tham hæredes inſtitutas a dicto Anſemino, qui An-
ſeminus proponitur hæres inſolidum inſtitutus a di-
cto Paulo, & ſi dictæ Franceſca & Martha hæredi-
tatem dicti Anſemini adierint, & conſequenter fa-
ctæ hæredes Anſemini, dicti quoque Pauli per ipſum
Anſeminum quomodolibet hæreditatem quæſierint,
& ſic eam quoque partem hæreditatis dictæ domi-
næ Soluminæ, quam dictus Paulus ex iure naturæ,
vel Trebelliano retinere potuit, ex perſona & ſucceſ-
ſione dicti Anſemini cõquirant. Quicquid autem ſit, il
lud indubitatiſſimũ eſt, dictam Benedictã ex teſtamen-
to dictæ d. Soluminæ vel omnino ſuo noie petere nõ
poſſe à quibuſcũq; Paulo vel Anſemino hęredibus ſeu
ſucceſſoribus. Sed ad hr̃des eorum vſes ipſam hæredi-
tatem dominæ Solum totã pertinere. Ad allegata ve-
ro in oppoſitum patet per ſuperiora reſponſio.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtri
uſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Filius vel filia an poſſint grauari in legitima, vel ſi
vltra eis relinquatur, & an dotem cõſtituens ꝓ ea, pro
qua negocia gerit, videať de ſuo conſtituere, & an in cõ
putatione legitimæ habeať reſpectus rerũ conſumpta-
rũ per filium vel filiam, & an legatum factum pro nu-
bendo dicatur conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Filia in legitima portione grauari non poteſt.*
2 *Dos quo caſu in fideicommiſſi reſtitutionem eſſe dicatur.*
3 *Voluntas teſtatoris in conditionibus teſtamentarijs primum locũ habere cenſetur.*
4 *Legatum factum pro ſe maritando, intelligitur factum ad maritare ſuum.*

CONSILIVM XIX.

TERTIO Principaliter non eſt dubitan-
dum dictum quondum dominum Lodi
ſium non de ſuis proprijs, ſed de legatis
ipſis Hiſoltæ & Argẽtæ dotes potius eis
voluiſſe conſtituere, cum & bona earum
gereret, ipſaſq; velut patruus & curator gubernaret, &
in eam ſpecialiter cauſam dotium, ſi legata forẽt facta.
ar. ff. de ne. ge. l. Neſẽni⁹. de adm. tu. l. cũ poſt mortẽ. §. j.
de leg.

de leg.3.l.vxorē.§.pater naturalis. & ita not. C. de do.
promiſ.in præal.l.fin.per gloſſ & argu. in l. cum pater.
in fin.ff.de iure do.& de condi.& demon.l.titio.§.fina.
Supereſt.4. deliberatio, vbi pluſculum apud eum, qui
de ea re cognoſcit.dubitationis eſt, an.ſcilicet legitima
portio detrahi debeat, & dictæ quingentæ lib. deduci
poſſint, vt in ſuperiore.4.allegatione pro diuerſa parte
facta continetur. In qua re breuitatis cauſa ſine diſputa-
1 tione dicendum arbitror, primo † quidem legitimam
illam portionem deduci non poſſe, licèt namque filia
ipſa in legitima portione grauari non poſſit vt in præ-
all.l.quoniam in prioribus, ea maxime ratione, quoniā
ei ex neceſſitatis legis relinquitur, quod tamē vltra legi
timā portionem relictum eſt, quoniā ex voluntate &
mera liberalitate ei datum eſt, in fideicommiſſum de-
duci poteſt, nec iniunctum grauamen catenus abijci-
tur, vt C.de inoſ.teſt.l.ſcimus.§ cum autem.pro verita
te autem proponitur, quòd legitima portio dictæ q.Hi
ſoltæ nō excedit ſummā lib. quingentariū.trigintatriū
vel cum eo, quod patrimoniū dicti q. patris ipſarū ære
alieno deducto non excedebat quantitatem librarum
3200. ſecundum formam.auth.nouiſſima. C.de in oſ.
teſt. & quod vltra dictas lib.mille pro dotibus legatis di
cta quondam Hiſolta habuit pro guarnimētis etiā ſibi
à patre legatis, etiam titulo inſtitutionis, libras quadrin
gentas, vnde eis in legitimam computatis, quæ & com
putari debent, licèt non conferri. quoniam ex vltima
voluntate capiuntur. vt in l.illud. in princ. C. de colla.
& in glo.not quamuis eas conſumpſerit etiam in rem
ſibi neceſſariam.vt ff.ad treb.l.marcellus §.res quæ &
ibi nota.per dominum Bartol. conſequens eſt ex dictis
lib.mille non eſſe deducendam integrā legitimā ſed in id
ſolum, quod ſibi deeſt, vltra ipſas lib.quadringentas, quas
conſequuta eſt, hoc eſt lib. tantummodo centum & 33.
ſeu circa, nec eſt dubitandum etiam in eo quod dotis
nomine relictum eſt vltra legitimā portionem, cū ex li
bera voluntate parentis relictū ſit, fideicommiſſum vel
aliud grauamē imponi poſſe, hoc nunquā minime pro-
hibitū eſt, immo permiſſum vt.ff.de leg 3.l.vxorem.§.
teſtamento.& de leg.2.l.fin. §.filiæ. & ibi not. per Bart.
nec obſ.l.Lucius.§ maritus ff. ad treb, quia ibi loquitur
in marito, qui totius dotis acceptæ debitor erat, quan-
tumcūque foret qđ non ſit in patre.quia non debitor in
eo quod eſt vltra legitimam, & in ꝓpoſito habet aliun
de legitimā in grauamentis licèt ea conſumpta ſint, tē-
pus enim mortis paternæ in ratione falcidiæ ſpectādū
eſt.vt.ff.ad l.fal. l.in quantitate, & cum fideicōmiſſum
vires habuerit in eo, quod ſupra legitimā portionē ei
relictū fuerat, non diminuitur per conſumptionē filiæ
legitimæ portionis, niſi in caſibus auth res quæ C cō-
munia de leg.& fideicom.& pro hoc l.mulier.§.cū pro
2 poneretur.ff.ad treb.vbi etiā † dos in fideicōmiſſi reſti
tutionē cadit, ſi ex fructibus tantundē acceperit, nec de
ſideratur fructus adhuc ſupereſſe, ſed tantū accepiſſe.
Et cū ipſa Argenta non probauerit intra terminū con
gruū ſuā exceptionē, hoc eſt, quod fideicōmiſſum exce
dat legitimā portionē in maiori quantitate, q̄ dicant
hæredes hæredis vniuerſalis, quodque quāuis fuerit pa-
trimonii quantitate triū milliū.200. librarū, vt aſſerūt
ipſi hæredes, cuius reſpectu probatio ipſi Argentæ in-
cūbit, ut not per. gl.in l.fi.§.licētia.C.de iure deliber.ſe-
quitur, vt ſolū ad quantitatē libra.433. cenſendū ſit, ip-
ſam legitimā dictæ dominæ Hiſoltæ & non vltra con-
ſcendere, vt aiunt hæredes. non tamen videretur ma-
le facturus iudex.ſi calculatores earū arbitros datos cō
pellat, tuū arbitriū ꝓferre vt. C. de aduo. diuer.iu l.ſan
cimus & ff.de arbi.l.3.§.tā & ſi.& l.itē ſi vnus §.fin.cū l.
ſeq. An autē lib. 500. poſſit dicta Argenta ſibi quoque
deducere propter exceptionē factā ꝑ teſtatorē de ſub-
ſtitutione, quā prius decedenti filiæ ſine liberis de ipſo
hærede vniuerſali & ipſis filijs fecerat. Et puto non poſ
3 ſe, eo maxime ꝙ † in conditionibus primū locū volun
tas defuncti obtinet. vt ff.de condi.& demon.l.in cōdi-
tionibus.in prin. cū ſi.cū autē altera filiarū ſine liberis
decedente hærede vniuerſalē ſubſtituit, eo ſaluo, ꝙ ſi al
tera eſſet ſuperſtes tunc habere poſſet lib. 500. ad dictū
ſuū maritare & quando maritabitur, apparet manife-
ſte teſtatorē illā conditionē.ſi deceſſerit prior ſine libe
ris altera ſuperſtite, in perſonā ſuperſtitis intellexiſſe, &
eiuſmodi exceptionē ſaluo &c. reſtrinxiſſe ad eū caſū,
quo prior decedens ſine liberis moreretur adhuc innu
pta ſuperſtite, propter ea verba, habeat & habere poſ-
ſit lib. 500.ad dictū ſuū maritare, ꝑpter enim illud ver
bū dictū, retulit ſe teſtari ad primū matrimoniū ſuper-
ſtitum de quo ſuprà dixerat, cū vtriq; earū lib mille ad
ſuū maritare legauerat, cū igitur ipſa cōditio exceptio-
nis ſiue fideicōmiſſi facti in perſonā ſuperſtitis filiæ de-
fecerit, quia tunc, hoc eſt tēpore mortis ſine filijs dictæ
Hiſoltæ dicta Argenta non innupta, ſed nupta eſſet, cō
ſequens eſt ipſā exceptionē ſiue fideicōmiſſum defeciſ
ſe.vt C.de his, quæ ſub modo l.ij.& de cōdi.inſer.l.lega
tū. Et hæc plurimū ſuadet iuſta & veriſimilis conſidera
tio teſtatoris, vt ex augmento dotis dandæ altius & ho-
neſtius nuberet ſuperſtes, cui ſi iā nupta eſſet dotis aug-
mentū, ad magnificentiores honeſtiores nuptias non
proficeret. Confirmatur.quia verba illa, ad dictu ſuum
maritare &c.caſū finalē legādi ſignat, qua ceſſante de-
bet & mens legādi intelligi ceſſare. vt ff. de condi. & de.
l.cū tale.§.falſa &ar ff de pac l.quod dictū.& ideo elegā
4 ter ait Bart.in l.lucius.la.j.de leg.ij. † legatū factū mulie
ri pro ſe maritando, ꝙ proco accipiatur, ac ſi dixiſſet
ad maritare ſuū, ſicut in propoſito caſu ſi tēpore cedē-
5 tis legati mulier iā nupta ſit, quaſi cauſa finita ſiue ceſſā
te non deberi. Rurſum cū ſubſtituti.hæredis vniuerſa-
lis fundatā habeāt intentionē, quia Hiſolta ſine filijs de
ceſſerit, ipſa Argenta ab ipſa ſubſtitutione exceptionē
prætendat, quę dubia eſt h.e.nāq; nemo negabit, vt ex-
cipiēti incūbat onus probationis ff de proba. l.in exce-
ptionibus dubia autē probatio probare debentē nō re-
leuet, conſequens eſt à clara intentione partis actricis
propter ambiguā exceptionē minime fore recedendū,
ar.extra de proba.c.in præſentia.& quod not ꝑ doct.in
l.in bonæ fidei.C.de re.cre.& iureiu.in vlti.q ibi formata
per Cyn.& ff.eod per dominū Bar.in l. admonendi.
Quibus ex omnibus videtur concludendū, iudicis par-
tes in ea cauſa fore, vt petitæ coadæquationi locū fore
decernat, ipſamq; exæquationē faciat vt petitū. Et in
hanc ſecundā partē tanquā menti teſtatoris magis cō
ſonantē procliuior ſum, cū & fratrē ſuū & filios fratris
in ſua vſi ſucceſſione filiabus ſuis, & earū liberis prędile
xerit quaſi maſculinā lineā, & ius agnatorū lineæ fœ-
minarū & cognationū ſecundū mores ciuitatis præfe-
rens, & in ipſa quoque ſubſtitutione præmorientis filiæ
facta ipſos quoque filios fratris non ſuperſtite fratre al-
terius filiæ liberis, quorum nullā mentionē fecit, ma-
tre forſitan eorum præmortua prorſus antepoſuerit
quo fit, vt filios fratris filijs filiæ prædilexerit. Ad alle-
gata autem in diuerſam partem ex ſupradictis rationi-
bus ſatis apparet reſponſio.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius do-
ctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Princeps vel alius magnus dominus an poſſit hæ-
res inſtitui vel alio modo capere in præiudicium hære-
dis legitimi vel inſtituti in alio teſtamento & an aliena
tione prohibita intelligatur prohibita hæredis inſtitu-
tio, & an & quando princeps poſſit rem alienam alte-
ri donare, & an transferat dominium talium rerum
in accipientem, & quando videatur donare ſine alte-
rius præiudicio.

SVMMARIVM.

1 *Princeps etiam quicunque potentiſſimus, nec etiā ipſe, Imperator poteſt hæreditatem ex teſtamento per nuncupationem factam & ſi ſolenne, capere, & excludere vocatum.*

2 Teſtamen-

2 *Teſtamentum à tabellione in ſcriptis redactum quantæ ſit fidei?*
3 *Teſtatoris voluntas debet in fideicommiſſis quibuſcunque legitimis coniecturis deprehendatur obſeruari.*
4 *Priores tamen gradu prius iuuantur.*
5 *An locus ſit falcidiæ in fideicommiſſo rerum prohibitarum alienari.*
6 *Princeps potius de ſuo largiri debet, quàm alienum vſurpare: non obſtante Lucani dicto Nulla fides pietasq́ue viris, qui caſtra ſequuntur.*
7 *Diſpoſitio l. item ſi verberatum. §. 1. ff de rei ven. quo caſu procedat.*

CONSILIVM XX.

4 punibilis in parte concubitus, cū † leges ipſam damnatam concupiſcentiam & auctorem eius punire meritiſſime ſtuduerint, vt legitimis modis quærant poſteros non illicitis concupiſcentijs, vt in præalle. l. fi. & hoc ſufficit pro vtraque poſterius quæſitorum.

¶ Ad ſecundum apparet per ſuperiora reſponſum. videlicet, teſtamētū, de quo quæritur, quo ad inſtitutionē hæredum, quā fecit dictus Hengelpertus de dictis filijs Andriutij prædicti, non eſſe validū, quia non potuerunt inſtitui, vt prædictū eſt, cùm ſint ex filio ſpurio, immo ex damnato coitu, vnde non potuerunt inſtitui, ſicut nec ipſe potuiſſet vti ſuprà deductū eſt, nec tamen fiſcus aufert tanquā ab indignis, ſecundū ea, quę notant per Bart. & cæteros. C. de hære. inſti. l. 2. & de his qui. vt indig. l. hæreditas. per l. 1. C. de na. lib. Eoque magis, quod etſi minime forent prohibiti ſcribi hæredes tanquā quiuis extranei, quoniā tamen fuerunt inſtituti quaſi nepotes ex dicto Andriutio quaſi filio legitimo & naturali tanquā natalibus reſtituto, quod erat falſum, quia reſtitutio non tenebat vt ſuprà monſtratū eſt, & per l. ſed ſi hac lege. §. patronum. ff. de in ius vocan. Conſequens
5 eſt, † nec inſtitutionē quaſi errore ciuilis etiam cognationis factā non valere, vt C. de hæredi. inſti. l. nec apud peregrinos. & de fideic. l. cā quam. & hoc de ſecundo.

¶ Ad tertiū quoque de donationibus factis tam Andriutio, quàm filijs reſpondetur ſimiliter non tenere. Nā de factis quidem Andriutij, cū reſtitutio natalibus facta de eo quaſi obreptitia nulla fuerit, ut probatur per l. 1. de na. lib. & in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. vlt. ſi quidē de factis vero filiis Andriutii conuincitur per eas rationes & argumenta, quibus in ſuperioribus vſus ſum circa inſtitutionem hæredum de eis factā, vt non valeat. Nā ſicut prohibitū eſt eis in vltima volūtate relinqui, ne effectu quodā intemperato luxuries parentū nō punita remaneat, ſi filiis prohibitorū, qui in ipſorum incapatium poteſtate maxime ſunt, relinqui licuerit. argumentū quoque ff. de bo. lib. l. quæritur. cum Cy. eadem ratione cogente, nec donaſſe licuerit, quaſi iam per interpoſitas perſonas legi fraus fiat, vt C. de na. lib. l. 1. ſæpius allegata. Deinde quoniam dictus Hēgelpertus eis donauit tāquā nepotibus ſuis iuſtis per medium dicti, Andriutiis natalibus reſtituti. qui non erat, reſtitutione natalium prorſus irrita atque euacuata, vnde non valet ipſa donatio, tanquam donator errauerit in cognatione ciuili, qui error velut in cauſa finali donationis irritam reddit donationem, ſicut & legatum ac hæredis redderet inſtitutionem, vt C. de teſta. l. neque profeſſio. & de hęre inſti. l. ſi pater. & l. nec apud. & fideicom. l. cā quadam. & hac ratione defendi poteſt inconcuſſe, nec factam donationem dicto Andriutio tenere. Cùm comes palatinus ſuper generis defectibus cōcurrentibus in perſona dicti Andriutii ex duplici adulterio nati, quos ignorauit minime diſpenſauit, aut diſpenſaſſe credendum eſt. vt de filiis presby. c. fi. lib. 6. & quod no. per Bar. ff. de re iudi. l. quidam cōſulebant. & hoc de tertio.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius. doctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Hæres omittens ponere aliquę bona hæreditaria, qua pœna puniatur tam iure veteri, nouo, quàm Authēticorum, & an talis pœna tranſeat ad hæredem delinquentis, vel eius, cui reſtituenda erat hæreditas. & an fructus percepti medio tempore per grauatum veniant in fideicommiſſi reſtitutionem, vel ſaltem computentur in trebellianicam.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio legis falcidiæ merito priuandus eſt, qui falſum, vel imperfectum conficit inuentarium.*

Fideicommiſſarius rerum fideicommiſſo ſubiectarum iacturam, vel fraudem ab hærere timens, qua actione, & quo tempore ſibi caueri petere poſſit.

CONSILIVM XXIIII.

HVMANISSIMAE amplitudini tuæ ſupplicatur per Andream de Piſis ſiculū panormitam, ut dignemini infraſcriptū articulū enodare vos. Hæres rogatus de reſtituenda hæreditate poſt mortē ſuam facto inuentario multa bona ſcienter omiſit, & præcipue certam pecuniarū quantitatē. Quæritur quid iuris.

¶ Pro deciſione propoſitæ quæſtionis ſciendum eſt, ꝙ ɔtra hæredē aliqd in fraudē legatorū, vel fideicōmiſſorum ſubtrahentē, vel occultantē iure veteri. ffforū. prouiſum erat, vt falcidiam in illis rebus tanquam indigno fiſcus auferret, vt ff. de his qui. vt indig. l. reſcri. & ad l. falci. l. paulus reſpondit. alias incipit, legis falcidiæ. & ad tre. l. Paulus rñdit ſi certa. iure vero Codicis prouiſum eſt, ut quod hæres ſcienter & doloſe in inuentario non inſcripſerit, in duplum hæreditati cōputare cogatur, ut C. de iu. deli. l. fi. §. illo. Iure vero Auth. conſtitu-
1 tum videtur, † ut amittat ex toto legis falcidiæ beneficium. vt in Auth. de hære. & falci. §. ſancimus itaque. ſecundū vnum ſenſum ibi in glo. relatū. quem Barto. approbat, licèt Dy. in auth. ſed cū teſtator. C. ad l. fal. arguere videatur, vt refert ipſe Bar. in §. præalleg. §. illo. & cum in corpore Auth. nō ſit iuri Codicis ſpecialiter derogatum, puta fideicōmiſſarium eligere vera pœna vti velit, uel dupli computandi hæreditati, vel ut amittat hæres totam falci. & ſic trebellianicā. ar. ff de ac. & obli. l. quotiens. Cùm autem fructus percepti per hęredem in vita ſua, licèt in fideicommiſſo nō cadat, in falcidiam, ideſt in trebellianicam imputantur, vt ff. ad trebe. l. in fideicōmiſſaria. nec pœna videbitur hæredi, ꝙ non imputet in trebellianicam, ſeu ꝙ non retineat. cū etſi non in trebellianicam imputentur, non tamen eos reſtituere ex fideicommiſſo teneretur, vt d. l. in fideicō miſſaria. Nam etſi teſtator vetuiſſet trebellianicam, ꝙ vtique poteſt ſecundū cōmuniorem ſententiam, quæ ponitur per doct. in d. auth. ſed cùm teſtator. nihilominus fructus in vita perceptos, & ſic pendente cōditione, reſtituere teneretur. vnde parum authen. nihil operaretur ea prohibitio teſtatoris. ſi fructus trebellianicæ
2 feciſſent, ut in d. l. in fideicommiſſaria. † præſtantius itaque fiet fideicōmiſſario, ſi iure codicis duplum poſtulet, ipſum hæredem compelli duplum rerum omiſſarum in inuentario per fraudem computare hæreditatis quantitati, & conſequenter ipſi fideicōmiſſario reſtituere, ut in præalleg. §. illo. illud autem quis forſitan ambiget, an ea pœna ad hæredem ipſius hæredis, qui dolum cōmiſerit, transferatur, cùm nō ſoleāt ex maleficiis & dolo defunctorum lite non conteſtata trāſferri pœnæ ad hæredem, ut ff. de act. & ob. l. in honorarus. & de hære. iu. l. fin. & de iure fiſc. l. eius qui delatorem. in prin. & C. de in lit. iur. l. fi. & ne ex deli. defun. l. vnica. & Inſti. de perpe. & temp. ac. §. non autem omnis. conſultiſſimum itaque videbitur fideicōmiſſario, ſi non expectata morte hæredis, & fideicommiſſi conditione, de hoc lege competenti iudici conqueratur, & conuenientem ſententiam referat, aut ſaltem litem conteſtetur oīs tollendæ dubitationis cauſa, cū & fideicōmiſſi cautionem poſſit a viuo hærede exigere, vt C. vt in poſ. leg l. 2. 4. & 6. porrò ſi iam mortuus ſit hæres & querela nulla propoſita, videretur probe defendi poſſe, non extinctam morte hæredis actionem, quę ex morte hæredis locum ſumat, & exordium capiat, neque enim ante mortem hæredis, vel fideicommiſſi cōditionem potuit fideicommiſſarius ex fideicōmiſſo, nec ſimplū, nec modo duplum expoſcere. ar. C. de an. excep. l. ſi in fi. & ff de vſufr. l. titio. cū mouetur a ratione contrariorū. ſicut. n. non poteſt res accipere ab eo caſu & tempore, quo iā nata finiretur, ita & contra nō poteſt res finiri ab eo caſu vel tempore, quo debeat incipere, & fortaſſis poteſt dici pœnam iuris ſtatim executionem mereri, atque delictum cōmiſit, quia tanto maior creditur hæreditas ad eum perueniſſe, vt de euic. l. ſi cui. §. 1. & ideo tranſeat quaſi iam impoſita ad hæredē. arg. no. ff. qđ quiſq; iur. l. 4. §. quod autem &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtator an poſſit remittere futurum dolum, vel latam culpam tutoribus, vel curatoribus, & an per verba generalia liberationis reddēdarū rationū videatur dolus remiſſus. & an poſſit teſtator remittere inuentarii confectionem vel rationum codicē tutori remittere. & an ex ſolo, ꝙ tutor inuentariū non fecerit dicatur in dolo, & ſi probetur fructus ex bonis pupillorum percipi potuiſſe. vel debitores eorum factos eſſe nō ſoluendo an tunc tutor vel eius hæres teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum ne poſſit agi depoſiti actione an teneat.*
2 *Dolus præſumitur ex non confectione inuentarij præſumptione legis.*
3 *Dolus factus per teſtatorem remitti non poteſt.*
4 *Lucri cauſa neglectum dolo, gratia autem voluntatis culpa debet attribui.*
5 *Quomodo negligentia tutoris potius culpa quàm dolo deputetur.*

CONSILIVM XXV.

SPECTABILIS Miles dñs Scipio de Suardis teſtō ſolenni filiis ſuis impuberibus īſtitutis dedit tutores dominos Iacobū, & Ioannem milites fratres ipſius teſtatoris, & dominū Guidinum de Suardis, & quēlibet eorum inſolidum. & ſtatuit eos eſſe anologiſtas, eiſque neceſſitatem reddendæ rationis tutelæ pleniſſimam libertatem remiſit, nec quicquam ab eis, vel ab eorum aliquo ratione malægeſtæ tutelæ dolo, vel culpa remiſit. Mortuo teſtatore dictus do. Ioannes tutelā accepit & bona impuberū gubernauit, & adminiſtrauit, dicti impuberes facti puberes & legitimæ ætatis liberarunt dictum do. Ioannem ab adminiſtratione tutelæ, profitens ſe idoneam rationem recepiſſe a dicto do. Ioanne de omnibus, quæ occaſione dictæ tutelę ad ipſum perueniſſent, ſeu peruenire potuiſſent. Et rurſū a quibuſdam fictalibus ipſorum fratrum profeſſi ſunt, ſe pleniſſimam ſolutionem pro omni tēpore & debito præterito recepiſſe. Nunc mortuo dicto d. Ioanne hæredes eius a dictis q. impuberibus tutelæ pro reddendis rationibus repetuntur, & ſpecialiter eo quòd dictus q. dominus Ioannes tutor inuentarium ſeu codicem tutelaris rationis nō fecerit, quod fructus & redditus tot de bonis q. ipſorū impuberum percepiſſe potuerit, ſeu perceperit quod a debitoribus ipſorum impuberum non exegit, quia nunc minus idonei ſunt, conſulebatur quid iuris. & ſpecialiter ſi dolo malo geſſiſſe, vel neglexiſſe dictus dominus Ioannes probaretur a dictis q. impuberibus conueniri poſſent. & exigi dicti hæredes, & an exacti poſſent repetere, & an dolus cōuinceretur, & ex eo quod inuentarium ſeu rationum codices non feciſſet quod ne tot fructus & redditus percipere potuiſſet aut percepiſſet dictorū q. impuberū, quòdque nec debitores eorū idoneos exigiſſet.

¶ Circa primū vtilis verbis teſtamenti pleniſſimis & ſtudio breuitatis inſertis habitis, videtur ab obligatione doli nomine contracta dictū q tutorē minime ex dicto teſtō imunem ipſo iure vel ope exceptionis, aut iure repetitionis fieri potuiſſe, p l. quidā decedēs. in princip. ff. de admi. tuto. & hoc firmat ibi gloſſ. licèt aſſerat cōtrarium ibi innui. idem Pet. amplius eximeris nec a culpa poſſe illius teſtamenti verbis tutorem eximi.

Idem voluiſſe Iac. de Ra. cōperio. idē & Bar. in l. Aurelio. §. Gayus. ff de libe. lega. l. diuus autem. in d. l. quidam decedens. videtur voluiſſe contrarium, poſſe legari tutori, quod ex adminiſtratione tutelæ ēt doli nomine debuiſſet, aut ſoluiſſet per uerſum damnū vero ī eadem l. quidam decedens, quam ſic intelligit. Iac. verò de Are. Dy. referens dicit, alios quoſdam dixiſſe contrarium, nec ex dolo faciat ſuum legatū infra de lega. 3. l. nomen. §. 1. & de lega. 2. l. cùm ita legatur, & poſito alio ſenſu in dicto ver. damnū vero, videlicet quòd de damno quod ſentiret, quia propter tutelam a ſuis auocaretur negotiis, loquatur in neutrā partem ſe ſpecialiter determinat, tametſi quidem eum referant Dyno acquieſcentem, pro ſententia tamen Dyni dicitur ſatis

1 facere ff. de pact. l. ſi vnus. §. illud, vbi dicitur † pactum ne depoſiti agatur, tenere etiā rōne doli futuri, cùm in depoſiti actione ſolus dolus veniat, & hoc ipſum vult glo. quæ incipit rōne doli futuri, licèt Bar. aliter intelligat ſecundum rationem præteriti, ſed profecto melius ſentit gloſator. Alioquin non foret ibi bona aduerſario ex illa coniunctione, quamuis ibi poſita, & hanc etiā partē ſentit gloſator in verbo pactione, dum dicit, expreſſa, quaſi velit, licèt dolus expreſſa pactione remitti non poſſit de futuro, tacita tamen & in conſequentiā alterius ſpecialis actionis poſſit, & hoc placet ibi Bal.

¶ Expreſſa enim nocent &c. vt l. de reg. iur. l. expreſſa, & mihi quoque placet in actione, quæ ex priuato cōtractu deſcenderet. Sed namque ſi quis ſua negocia gerenda mandauerat, poſtea pactus ſit ne vlla prorſus ex cauſa mandati agat, putarem nec doli nomine, nec poſt commiſſi mandati agi poſſe, vt §. illud præalleg. licèt alle. Cōēs actiones eo nomine non negarem, vt ff. commo. l. i. in fi. & l. ſeq. quaſi mandati obligationē remiſerit, vt perinde, acſi mandatum non interceſſiſſet, habeatur. in actione vero, quæ iure publico profecta ſit, & quæ nō ſibi, ſed alii competitura ſit, qualis eſt tutelæ actio, pluſculum dubitari poſſet per rationē maxime iuris publici, cui teſtator non facile derogat, per l. quidam decedens, in principio. præallega. quod vicinū eſt ſententiæ Petri, quæ profecto etiam malitijs mētis præcurrerat. Cæterum quoniam ſuper hoc articulo priore pleniſſime ſcriptum eſt per clariſſimum legiſtarum noſtri temporis Principē & archidoctorē legū ac præceptorem meū præcipuum dominum Chriſtoforum de Caſtellionato comitem illuſtrem, & articulus hic ex dicendis in ſequētibus abſoluetur, in præſentiam in alterutram partium nil ſtatuendum cenſui. Super eo vero, quod poſt quæritur, an ob id, quod inuētarium non confecerit dictus dominus Ioannes in hæreditate expedire videtur, nec dolum argui, cùm teſtatore idem nominatim neceſſitatem repertorii facien-

2 di remiſerit, vt C. arbi. tut. l. fin. licèt enim † ex non facto inuentario dolus euidens legibus præſumatur, vt & contra eum in litem iurari poſſit, quod ex dolo ſolo permittitur, vt ff. de admi. tuto. l. tutor, qui repertoriū in princi. & de litem iuran. l. in actionibus. & C. eod. l.

3 1. & 2. & l. pe. † Nec dolus factus per teſtatorem remitti poſſit. vt d. l. quidam decedens. remittendo tamen facti ſeu faciendi neceſſitatem, remittitur in conſequentiam & doli præſumptio, quæ ex faciendi neceſſitate ſurgebat, vt in ſimili dixi proxime per præallega. l. illud. in l. ſi vnus. ff. de pact. inuentarium namque remitti poſſe tutoribus per patrem impubens, de quo lex plenam fidem ſumit. Meritò iure publico cōſtitutum eſt, quoniam poſſit expedientius eſſe pupillis, ne fieret, & ſui ſecreta patrimonii publicentur, vt C. de ali. pu. præſtan. l. fin. Quinimmo potius dolus argueretur eius, ſi feciſſet inuentarium, cùm non modo neceſſitatem inuentarii faciendi remiſerit ei teſtator, verum & fieri vetuit. Vnde ſi contra præceptum teſtatoris feciſſet de bonis pupillorum inuentarium, magis verendū fuiſſet, ne dolo malo verſatus diceretur. Quod autem rationes, id eſt rationum codices non feciſſet, an dolū arguat in re propoſita, diſceptandum non eſt, cùm ex facto proponatur ipſum q. dominum Ioannem rationū codicem confeciſſe, quamquam ſi non feciſſet tractari potuiſſet, nam primum neceſſitatem conſcribendi rationes pater impuberum a futuris tutoribus, ſicut & inuentarij remittere potuiſſet, quod cautum non memini, cùm cautum legam tutoris officio contraire, vt actus ſui diligenter rationem conficiat & factas adhibeat in reſtituenda tutela, adeo ut contra non ea faciētem iuretur in litem, vt ff. de tute. & ratio diſtr. l. 1. §. officio. & quod ibi not. C. de in lit. iur. l. 1. 2. & pen. deinde etſi teſtator remittere potuiſſet, an illis pleniſſimis teſtamenti verbis, quibus tutores a reddendis rationibus liberauit a rationibus conſequenter faciendis, eoſdem excuſaſſe videretur, cùm ideo fiat, vt cùm rationes reddi oporteat, edantur & exhibeantur, vt ff. de eden. l. quædam. in prin. & ad l. falcid. l. maritus. §. fina. porro cùm fecerit, vt ex facto proponitur, codicem rationum, nil hic quæritur, cùm inquiſitio ſuperuacua ſit, an autem dolus dicti quondam domini Ioannis euidens detegatur, eo quòd fructus tot ex bonis percipi potuiſſet, probare non puto, cùm dolus ex perſpicuis debeat indicijs demonſtrari, ut C. de do. l. dolum. nō autem neceſſario ſequitur, tot fructus communiter percipi potuiſſent, ergo fuit in dolo, quod fieri potuerit cū ipſe aliquo impedimento detentus exiſteret, ne perciperet, & non probat hoc eſſe &c. vt C. vnde legit. l. nō hoc. maxime vbi de doli probatione agitur vbi cū decremento alienæ extimationis vagari minime cuiquā cōcedendum eſt, vt ff. de do. l. item exigit. in fi. & de in di. l. prætor edixit. Rurſum etſi bona pupillorum neglecta conſtaret, id fortaſſe magis culpæ, quàm dolo aſcribendum foret per tex. cum gloſſ. in verbo. culpa. ff. de hær. vel accu. vendi. l. venditor. verſi. quemadmodū; præſertim ex ea cōmiſſione nil lucri faceret ipſe domi-

4 nus Ioannes. nam † quod lucri cauſa factum vel neglectum dolum arguit, id ſine lucro, licèt gratia omiſſū culpam magis arguit, vt ff man. l. ſi procuratorem. §. ſed ſi dolo. & ff. de dolo. l. & eleganter. §. fi. & l. ſequen. nec quem moneat, quòd tunc fortaſſis lata culpa extimaretur, etiam ſi conſueta in ſuis rebus negligentia fuiſſet, vt ff. ad treb. l. mulier. §. ſi enim. quoniam tunc dubitarem, an lata culpa in facta ura adminiſtratione remitti non poſſit, ſicut nec dolus, quod non plane deciſum comperi, quoniam leges de dolo futuro, non de culpa lata loquātur. l. ſi vnus. §. illud. & l. 1. §. illud. depo. & de regu. iur. l. contractus. verſi. excepto. vbi ſolus dolus excipitur, cum palam ſit aliud eſſe dolum, aliud latam culpam, vt ff. depo. l. quòd Nerua. Et pro hoc facit, quod depoſitario, qui dolum fecit, denegatur furti actio, non ſi latam culpam contraxit, vt ſcribitur per Cyn. poſt Iaco. de ra. C. de furt. l. falſus. in verſi. ſed nunquid actio furti. in 2. colum. ſui cōmen. & licèt gloſſ. in l. quidam decedens. in princi. in verſi. damnum in verbo, culpa dicat leui, propter quod videtur aliud ſentire de lata, ſubdit tamen non dolo, per quod etiam videtur ſentire aliud de lata culpa. Et cum res ſcrupulo dubietatis non careat, & in vtranque partem argumēta conſtituerit, conſultius videtur & tutius, proniores nos eſſe debere ad denegandam actionem, & concedēdam liberationem, ut dicemus ff de acti. & ob. l. arrianus. & in deciſoriis fauendum potius reis, quàm actoribus, vt ff de regu. iur. l. fauorabiliores. & l. ſemper in ambiguis benigniora præferenda ſunt, præcipue in teſtamentis, vbi ſit latior interpretatio, vt ff. de regu. iur. l. in teſtamētis. & inter perſonas neceſſitudine tanta coniunctas, vbi res amarè tractandæ non ſunt, vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi id quod. in prin. & l. ſi ſeruus communis. & de proba. l. procula. potiſſime cū tantam fidem de fratris perſona teſtator oſtenderit, & ei quàm ampliſſime liberationē legauerit, ar. ff. de leg. 3. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & de aur. & arg. l. quintus mutius. in fi. cum concordan. vbi ex coniūctione pſonarū plenius legatum interpretamur. deniq; ſunt qui hanc culpam neglectæ culturæ, ſeu fructuum perceptionis

magis

magis in leuis, quàm latæ culpæ diffinitionẽ accipiant,
vt ff ſolu.matri.l.mora.in fi.de vſuris.l. videamus.§. t.
ꝙ & benignum eſt in interpretatione culpæ. ſ. nos re-
miſſiores eſſe debere ꝑ cumulatas ſupra rationes. arg.
ff de fur.l.ſi ſeruus communis.§.circa cõmodatum. Am-
plius ſunt, qui putant, etiam ſi conſtiterit tot cũ fructus
accepiſſe, niſi quoque conſtiterit ex his eum locuple-
tiorem eſſe factum, & cùm poſſit reſtituere non reſti-
tuerit, dolum non conuinci, ad inſtar bonæfidei poſſeſ
ſoris hæreditatis, aduerſus quem probare non ſufficit
tot ex rebus hęreditarijs accipere potuiſſe, aut etiam
accepiſſe, niſi & illud probetur, æs apud ſe extare, aut ex
eis locupletiorẽ factũ eſſe, vt ff.de hære.pe.l. itẽ veniũt
§.eos autem.& l.vtrum autem. Nã & hic tutor nil am-
plius quàm bonã fidem præſtare debet propter legatũ
liberationis ampliſſimũ, quin, etiam ſi conſtiterit, ad ip
ſum quondã dominũ Ioannem tutorẽ fructus, & red-
ditus perueniſſe, cùm ipſe neque reddere recuſauerit
apud ſe extantes, hoc.n. minime probatum probatur,
neque ad hæredes eius eos fructus peruenisſe probetur,
nec dolus ipſius q. tutoris ꝓbatus eſt, qui cùm poſſit eos
apud ſe conſtitutos reddere recuſſare, probatus nõ eſt,
nec rurſus hæredis, ad quem eos perueniſſe non proba
tur, ad ſimilitudinem tutoris, ad quem pertenerunt in
ſtrumenta tutelaria, qui, ſi non exhibeat ex dolo, in litẽ
iuramentum patitur. hæres vero eius, ad quem inuen
tarium & inſtrumenta pupilli perueniſſe nõ probatur,
non damnatur, nec doli ſui nomine, quem non com-
mittit, quia inſtrumẽta non habuiſſe probatur, nec tu
toris defuncti, quamuis ea cum habuiſſe conſtiterit, ni
ſi exhibitionem eũ recuſaſſe cõuictus ſit hæres, vt hæc
probantur C.de in lit.iuran l.pe.& fi.& ff.de fideiuſ. &
hæ.tut l.fin.§.ſi.

¶ Super eo vero, quod vltimò quæritur, de nõ exa-
ctis debitoribus pupilli factis minus idoneis, ad proba-
tionem doli non puto ſufficere, nec idoneos non eſſe
debitores, ſed conſtare oporteat & tẽpore geſtæ tute-
læ idoneos fuiſſe, & facile exigi potuiſſe, vt C.arbit.tu.l.
2.& arg ff qui ſatiſd.cog.l.a in prin.& qđ ibi no. & rur-
6 ſum his probatis † & negligentia tutoris comprobata
potius culpæ, quàm dolo ea negligentia deputabitur,
niſi fortaſſis tutor ipſe lucri ſui gratia non exigiſſe pro
betur, per ll. ſuperius in ſimilibus allegatas, vt ff. mand.
l. ſi procuratorem.§.ſed dolo.& l.eleganter.§.fi.& l. ſe-
quen.& hoc innuit d.l.2.C.arbi.tut.dũ dicit dolo, vel la
ta culpa, non enim probata ſola non exactio debitoris
idonei ſufficit etiam iure communi, niſi dolus quoq;
vel lata culpa probetur, quæ per allegantem proban-
da ſunt, vt ff.de prob.l.quoties.§.qui dolo.& l.chirogra
phis.de admi.tuto.& probatur expreſſius.ſi cer.pe.l.pe
riculum.& de hære.pe.l.ſed & ſi lege.§.2.in ver.culpæ.
& gl. ſuper eo, quæ incipit vt ſupra eo. nouiſſime cùm
impuberes legitimæ ætatis facti fines pleniſſime fece-
rint dictoq. dno Ioãni de omni adminiſtratione præte
rita, etiam eorum nomine, quę ad manus eius ex eorũ
bonis perueniſſent, improbe vidẽtur quærere, retracta
re quod fecerunt, cùm obſtet eis confeſſio plenæ ſatiſ
factionis pro eo tẽpore geſtæ tutelæ, de qua confeſſio-
ne continetur, ut C.de tranſac.l.cùm donationis. & ff.
de contra.iu.tu.l.quid ergo.§.contrarium. & quod ibi
no de ſolu.l.ſi ex pluribus. in prin. & pari ratione pro
eo, de quo ab eorum debitoribus ipſemet ſolutionem
recepiſſe profeſſus proponitur, vt quia nec poſſent con
tra actiones mandare, vt ff.de ſolu.l.ſtichum.§. pe. &
de admini.tuto.l.ſi pupillus.

¶ Ita dico & cõſulo Ego Raphael fulgoſius doctor
vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Hæres grauati a patre de reſtituendo, an detrahat
duas quartas vz debitã iure naturæ, & trebellianicã,
& q̃ta ſit legitima filii exiſtẽte filia excluſa ab inteſtato
ex forma ſtatuti volentis, filias ſtare ꝯtẽtas dote ꝯgrua.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iuris canonici auctoritate fulcita cẽſetur amplectãda.*
2 *Falcidia non detrahitur de relictis ad pias cauſas.*
3 *Filia dote contenta & a patris ſucceſſione per vulgatam renun-
ciationem ſubmota quanta erit filiorum legitima æſtimanda.*

CONSILIVM XXVI.

STANTE ſtatuto ciuitatis Vincentiæ, qđ
filius ſolus patri inteſtato ſuccedat. filia
quoque congrue dotetur pro modo fa-
cultatum defuncti patris, proponit ꝙ qui
dam filium ſuum ſibi hæredem vniuerſa
lem inſtituit, filiam in certa quantitate dotis nomine,
& filium, ſi ſine filijs moreretur, multis ſpecialibus lega
tis onerauit tam in pias cauſas, quàm aliter, adeo vt pe
nè vniuerſum patrimoniũ huiuſmõi relictis exhauſerũt.

¶ Quæritur de duobus, an filius ſeu filij ſucceſſor le-
gitimam dumtaxat filij portionẽ iure ſibi naturæ de-
bitam, an vero etiam aliam falcidiam poſſit detrahe-
re ſecundo quę nam, ſeu quanta erit ipſis filijs legitima
portio.

¶ Circa primum incurrit tota illa diſputatio, quam
noſtri maiores & iuris præceptores tractauerunt in l.
quanquam C.ad l fal.& ff de inoffi teſt l pap.§. memi-
niſſe.in fin.& in Auth.de hæred.& fal.§.ſi quis vetò nõ
plures, in qua re ea plurimorum poſtrema videtur eſſe
ſententia, vt ſi diuerſis temporibus veniat vtriuſq; fal-
cidiæ facienda detractio, concedatur, aliás contra iu-
re quoq; canonico ꝯfirmatur ꝑ c. Raynutius & c. Ray
naldus extra de teſta Et licèt non ignorem, pleroſque
noſtri iuris commentatores opinari iure ciuili vnam
tantum falcidiam detrahi, per l.iubemus. C. ad trebel.
& in Auth.de reſtitut.fide & ea quæ pa.§.quamobrem.
quod & multis alijs legibus & efficacibus argumentis
adiuuari poſſet, & hoc nonnulli dicant in foro ciuili
ſequendam, quoniam tamen vt aiunt Bart.& Bald.in
d.l.quanquàm habet oppoſitum conſuetudo, & cõſue
tudinis interpretatio præaſſumenda eſt, vt ff. de leg. &
ſenatuſcon.l.minimè.& l.ſi de interpretatione.& quod
1 not.C.de epi.audi.l.ſi lenones. & rurſum † cùm inter
commentatores ſiue iuris ciuilis doctores de aliqua re
concertatio eſt, quæ per textum iuris canonici ſit deci-
ſa, ipſa iuris canonici diffinitio magis amplectanda eſt,
ut no. C. oper.nun.l. 1. per Ioan. Andr. poterit itaque
filius aut filii ſucceſſor ex perſona filii ex ſingulis lega-
tis, cùm poſt mortem eius ſine liberis relicta propona-
tur, falcidiam tam iure naturæ quàm inſtitutionis de-
bitam retinere, vt per expreſſum determinat Bald. in
2 d.l.quãquam . dum tamen & illud meminerimus † ex
relictis ad pias cauſas non poſſe falcidiam detrahi, vt
C.ad l.falci. auth.ſimiliter.nec ex cæteris, ſi hæres nõ
fecerit inuentarium. vt eod. titu. authen. ſed cum te-
ſtator. niſi forte filius, qui inuentarium non feciſſet, mi-
noris ætatis beneficio reſtitueretur, vt in Authen. de
hæred. & fal. §.pupillis. aut hæres eius, vt ff. de in in-
teg. reſtitu. non ſolum inter tempora pręſtituta, vt C.
de tempo. in integr.reſti.l. ea quæ.§.ſi quando & ſi for-
te ſoror ipſa fratri inteſtato hæres extiterit per ſe inſo-
lidum, quia mater communis ad ſecunda vota tranſiſ
ſet, ſecundum authen.ex teſtamento. C.de ſecun. nup.
quæ nunc mortua ſit, & ſic fructus, qui fuiſſet matris,
euanuit, habebit præter dotem ſuam eam vel eas falci-
dias ex perſona fratris præmortui, quam ſeu quas re-
tineri poſſe ſupra probaui. Et hoc de primo conſulta-
tionis articulo.

¶ Et ſecundo videretur prima fronte putandum, le-
gitimam filii portionẽ fore ſemiſſem trientis ex hęre-
ditate teſtantis, hoc eſt ſextam totius, cùm duo filius
& filia proponantur, ut C.de inoffic. teſta.authen.no-
uiſſima, ſed in diuerſum prouocat ius municipale Vin
centiæ, quod magis tertia totius ſibi relictæ hęredita-
tis exiſtere ſibi legibus debita portio videatur. Nam &

 inteſtato

inteſtato patre ſolidã fuerat hæreditatem, hæreditatu-
rus memorati auctoritate ſtatuti, eſt aũt legitima filij
portio tertia eius quod ab inteſtato fuiſſet laturus, vbi
gloſator auth. præalleg. nouiſſima. & probatur in eo.
ti. l. parentibus. & ff. eod. l. pap. §. quoniam. & C. de col-
la. l. illud. in princi. nec quem moueat, ꝙ id nouum ius
ſit. Nam & quiſque recte putauerit eo tẽpore, quo ne-
potes ex filia in ſucceſſione aui materni cum auuncu-
lis & materteris cum tertiæ portionis diminutione ve
niebant per l. ſi defunctus. C. de ſuis & leg. hæredi. & de
coll. l. illam legitimam quoque eorũ portionẽ, quo ad
inofficioſi querelam ex materna portione ita diminu-
ta ſtatuendam, hodie, vero ex materna parte nullate-
nus diminuta ſumendam. & per auth. quæ tertiæ poſi
tam ſuper d. l. illam. & in corpore vnde ſumitur, & cõ-
ſequẽter aucta ĩteſtato ſucceſſione per ius nouiſſimũ,
auctam quoque cenſendum legitimam portionem, ſi
de inofficioſo quæratur, vt ſatis ſit deprehẽdere ex mẽ-
te in Auth. de trien. & ſe. §. j. & §. neque illo. Rurſus nõ
mouet, ꝙ ſtatutũ id Vincentię non cõmune, ſed ſingu
lare ius ſeu municipale ius ſit. nam & ſtatuta recipiunt
interpretationem extenſiuam paſſiue per ius cõmune,
vt ff. de mu. & ho. l. 1. & ad l. fal. l. 1. §. lex falcidia. & ele
ganter no. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. in
4. q. ſextę principalis. Et in huius robur affertur ſenten
tia, qđ perquàm ad propoſitum notauit Bal. in præal-
leg. authen. nouiſſima. vbi ſingulariter inquit, † ꝙ ſi fi
4 lia dote contenta a patris ſucceſſione per vulgatam re-
nunciationem ſm fortaſſe. c. quamuis, de pactis. lib. 6.
ſub mota ſit, filii legitima portio tertia totius hæredi-
tatis exiſtimanda eſt, quod porro refert, filia a ſucceſſio
ne pacto, vel municipali lege remota ſit. ff. de pac. l. nõ
impoſſibile. hanc etiã ſententiam adiuuat no. Bar. in l.
pater filiũ. ff. de inoff. teſt. & in l. pœnã. §. ſi pater. ff. de
coniugen. cũ eman. lib. ubi poſt Iaco. Bu. ſentit filios
a ſucceſſione ſubmotos in conſtituenda legitima por-
tione fratribus inſtitutis, vel ĩteſtato vniuerſalibus hæ-
redibus, qualis eſt in re propoſita filios non computan
dos in numerum, ſed reliquos ſuccedentes trientẽ in-
tegrum habituros. In re itaque propoſita filius, qui ſo-
lus inteſtato patri fuerat ſucceſſurus, trientem capiat in
tegrum totius deducto ære alieno, ut pręallega. l. pa. §.
quarta. de inoffici. teſtamen. ſub quo dotem ſororis re
ctã rõne claudendam exiſtimo. ar. in l. qui liberos. de
rite nup. & in l. vlti. C. de dotis promiſ. & in præalle. ſta
tuto Vincentiæ, vt ff. ad trebel. l. mulier. §. cùm propo-
neretur. & de li. agn. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptũ.
in fi. & hoc indebite, in auth. nouiſſima. Cæterum me
plurimum dubitantem efficit, ꝙ non protinus filia per
ſtatutũ à bonis patris excluditur, ſed ad certũ modũ do
tis. ſ. congruæ redigitur, & ad inſtar debiti bonorum
ſubſidii. C. de inoffi. do. l. ſi totas. cum itaque filia velut
legitimam portionẽ habeat, quam & viuens pater ne
ceſſitate legum præſtaret, ut d. l. qui liberos. cum aliis
concor. & ab identitate rõnis etiã moriens, cur nõ fra
tri in legitima portione filiis taxata partem faciet. Cur
accreſcendi locus erit in ea parte, quæ omnino nõ va-
cat, contra l. plane. §. ſi coniunctim. & §. ſi duobus. in fi.
& l. huiuſmodi. §. ſi titio. & ibi no. ff. de leg. 1. hac nãque
ratione iure accreſendi vtuntur dicti doctores in hac
materia in locis vbi ſupra Et rurſum cur patri de toto
beſſe ſuorum bonorũ arbitrium diſpoſitionis adime-
mus, quod lex cõmunis indulget in d. l. parẽtibus. C. de
inoffi. teſt. & in auth. de trien. & ſe. §. 1. nec lex munici.
abſtulit. & tam Barto. quàm Ia. Bu. no. in protſus exclu
ſis, vt aliis partem non faciãt, maniſeſte diffinit. Illud
plane quo dos cõgrua filiæ relicta per patrem legitimæ
filiæ portioni decedit auctoritate municipum hæc eſt
ſemis trientis filii legitimæ portioni accreſcere facilius
admittẽdum putarem, ad ꝙ l. ſi defunctus. & quod ibi
pulchre per Bar. in prin. ſui cõmenti. C. de ſuis. & legi.
& argumento totius ad partem, vt quod de tota vocan
te noſtri ſanxere præceptores, vt accreſcat, id etiam in
vacante duntaxat parte recipiatur, vt ff. de vſur. l. qui
ſcit. in prin. & de rei ven. l. quæ de tota, quãquã & hoc
non omnino ſine ſcrupuloſitate pertranſeat. Summa
itaque & compendioſa atque clara ſuperioris admo-
dum ſubtilis tractatus ea eſt concluſio, vt ſecundũ Bal.
ſua legitima filij in caſu, de quo quæritur, ſit tertia to-
tius extra dotis relictæ quantitatẽ, cui ſummæ neminẽ
contradicentem cõperi, ſed nec potius conſonantem.
Ego autem dubius ſum, non vt contra determinẽ, mul
tam namque me in hac ambiguitate ſua mouet aucto-
ritas, exiſtimet itaque ſecũ ipſe & deliberet, qui in ea re
ius dicturus eſt, nam ſententiam Bal. in iudicando ſeq
ſat honeſtum, ſatque tutum, atque irreprehenſibile ce
ſeat, quod audacius & facilius in ea quãtitate, qua dos
filiæ a patre relicta minoris eſt ſemiſſe trientis, quæ iu-
re communi legitima filiæ portio eſt, ut id quod filiæ le
gitimæ deeſt, filij portioni concreſcat.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Præceptum teſtatoris vt vxor vel ſoror aut conſan
guinea induatur veſtibus nigris, de quibus intelligen-
dum eſt, & an præceptum factum per teſtatorem ſoro
ri nuptæ, vt veſtiatur veſtibus nigris vidualibus ſit ſer-
uandum vel dicatur inhoneſtum.

SVMMARIVM.

1 *Lectum ſuum ſi teſtator vxori leget, non videtur legaſſe culcitras ſericas.*

2 *Communis vſus loquendi propriam dicitur vocabulo conferre ſignificationem*

3 *Obſequium quale debeat præſtari, ex perſona præſtare debentis exiſtimantur.*

4 *Stante ſtatuto, vel mandato, quòd quilibet certo modo incedat, intelligendum eſt vt cuilibet ſtatus conuenit.*

CONSILIVM XXVII.

PROPOSITA quæſtione viſis ſupra re
latis allegationibus videtur mihi verius
dictam dominã Margaritam, aut hære-
des eius ad ipſum legatum ducatorũ cen
tum admitti debere, non autem repelli.
& hoc ea nouiſſima conſideratione, ꝙ verba legati.
vel præcepti teſtantis intelligenda ſunt ſm conditionẽ
& qualitatem perſonæ, ađ quam diriguntur, cum eius
cõditionẽ teſtator non ignoret, ut ff. de vſu. & ha. l. ple
nũ. §. ęquitij vbi no. Bal. ar. ex ipſo §. ꝙ ſi † teſtator vxo-
1 ri leget lectum ſuũ, non videatur legaſſe cultricas de ſi
rico. quia non conueniunt viduis, & refert etiã in hãc
ſententiam nota Ia. de Are. in l. ſi vxori. §. fi. ff. de au. &
arg. leg. in re itaque propoſita, vbi teſtator mãdat, mu-
lierem ſuis ſumptibus indui de nigro, ſi quidem ea mu
lier ſua vxor foret, interpretãdũ foret de nigro in gra-
du ſupremo, hoc etenim ei congruit. vt ff. de his qui
no. inſa. l. genero. §. 1. licèt enim non cogatur iure no-
uiſſimo. vt C. eo. ti. decreto poteſt tamen, quia non pro
hibetur, & ex honeſtate ſeruatur, vti rerũ experientia
manifeſtat. Si aũt iubeat teſtõr veſtiri de nigro ſumptu
ſuo. ſ. hæredũ vel hæreditatis aliquam forte ſibi ſoro-
rẽ vel cognatã, quam & nuptã ſciat, intelligendum eſt
de ea veſte nigra, quæ nuptis dominabus cõgruat ſen-
ſiſſe, hoc eſt uel paonatio obſcuro, uel alio ſimili ſecun
dum mores varios variarum vrbium, hoc enim veſti-
mentũ ẽt nigrũ appellari palam eſt tam ex latitudine
ipſius vocabuli qualitatẽ ſignantis, in qua eſt dare gra-
dus, ſicut in bonitate dicit iuriſconſultus. ff. de verbo.
ob. l. vbi autẽ nõ apparet. in principio, tum ex cõmuni
2 vſu loquendi † qui propriã dat ſignificationẽ vocabu-
lo, vt ff. de leg. 3. l. librorũ. §. quod tamen caſſius. & quod
ibi no. & de ſupplec. leg. l. labeo. de verbo. ſigni. l. in ſub
ſtitutione. in fin. pro hac quoque ſententia facit con-
ſuetudo ciuitatis, vt ita debeat fieri interpretatio.
quod non de veſtibus nigris omnino teſtator iuſſerit,
ſed de nigris, quibus nuptæ ſolent indui in ſignum
meſtitiæ

meſtitiæ ob mortem alicuius ſibi proximi defuncti, argu ff. de leg. i. l. ſi ſeruus plurium. § fi. & de vi. tri. & ole. 3 leg. l. vetus ff. de reg. iur. l. ſemper. Item † obſequiũ quale debeat præſtari etiam ex perſona præſtare debentis æſtimatẽ. vt ff. de oper. lib. l. operem rerũ. §. i. & l. eius §. tales cum l. ſeq. l. interdum. in fin. & l. ſicut. & l. hic demum. & l. operarum editionẽ. in fi. propter quas dicit Barto. in l. ſi non fortẽ. § libertus. ff. de cõdi. inde quod 4 ſi mandatum † factũ ſit, ꝙ quilibet debeat armatus cõparere ad faciendam monſtrã, intelligitur armatus ſecundũ conditionem ſuam, vt puta baliſtarius cũ baliſta & ſic de ſingulis. Intelligitur itaque teſtator iuſſiſſe, dominã Margaritã veſtiri de nigro, hoc eſt veſtibus nigris ſeu obſcuris, quæ nuptis qualis ipſa erat mulierib⁹ congruant, non autem de nigerrimis, quibus mulieres non niſi viduæ veſtiuntur, & eſt hæc profecto interpretatio melior ſecundum quam caret vitio diſpoſitio teſtatoris, præſertim qui legum doctor egregius extitiſſe proponitur, & ideo intelligenda. arg. ff. de leg. & ſe con. l. in ambiguo. Cæterum & ſi quis eorum ſubtilitati deſeruiat, qui non ſenſum, ſed varia nominũ vocabula impleri deſiderant ut credat teſtatorẽ ſenſiſſe de veſtibus nigris, quibus ſolæ viduæ veſtiuntur, eueniet, vt id præceptum nullum eſſe fateri oporteat, ideoque non ſeruandũ quaſi contra bonos mores ciuitatis. Sic enim accipiendum eſt aliquod eſſe cõtra bonos mores, vt ff. de iniur. l. item apud labeonẽ § idem ait aduerſus, eoque ꝙ lædat pietatem, extimationem, atque verecundiam ipſius dominæ Margaritæ, quoniam veſtem eiuſmodi ferre non poſſit ſine reprehenſione & vituperatione ſ. tãquam vidua, ſeu orbata viro incedat veſtibus, quę virum habeat ſuperſtitem. vt colligitur in ſimili in l. filius qui. ff. de condi. inſti. iuncta l. vetus §. veſtimenta. ff. de aur. & arg. leg. & hoc voluit glo. d. l filius. dum allegat præ. ille. §. veſtimenta. in exemplum d. l. filius in fi. Rurſus ſicut inhoneſti nominis referendi conditio a prætore remittitur, vt ff. ad treb. l. ſed ſciẽdum. in fi. & l facta. §. ſi in dãda. ver. ſi uero nominis. ita quoque defferendæ veſtis, quam ſalua ſui ſtatus honeſtate deferre non poſſit, remittenda cõditio eſt, facit l. in eadem. & quod ibi nota ff. ex qui. cau. ma. & Inſti. de leg. §. fi. in fi. & C. de his quæ pœ. l. vitica. in verbo probroſum. & ff. de leg. j. l. ſi quis inquilinos. § pe. Item per eam ſcandalum & diſcordia inter coniuges generatur, & mulier ſi veſtem differret, quæ viri uiuentis mortem præteritam ſignificet, aut futurã malo omine prænunciet, quod non eſt ſuſtinendum. ar. C. de fur. l. fi. ver. fin. ibi ne ex huius occaſione &c. & ꝺ inſti. & ſubſt. l. reprehendenda. & de condi. inſer. l. 2. & facit l. quidã in ſuo. in prin. ff. de condi. inſti. Quibus ex omnibus cõcludẽdum relinquitur, dictam dominam, ſi ſuperſit, aut ſi mortua ſit eius hęredes a ſæpedicto legato centũ ducatorũ minime repellendos, ſed potius admittẽdos, aut ꝙ conditioni paruerit & voluntati teſtantis, qui de nigris veſtibus ſm nuptarum mulierum cõditionem & habitum talibus cõſuetum ſenſerit, ꝙ magis arbitror, præſertim cum doctor & homo egregius, & dictæ dominæ Margaritę conditionis non inſcius proponatur, ad quod optime facit præter ſuperius allegata. ff. vſufr. l. ſed & ſi quis. §. mancipiorum. verſus fi. ibi (ſufficienter autem alere & veſtire debet ſecundũ ordinẽ, & dignitatem &c.) aut eo ꝙ etſi ſecus ſenſiſſet, tametſi nõ id exiſtimen, impune licuerit dictæ dominæ Margaritæ eiuſmodi præceptum probroſum & non honeſtum perſonæ ſuæ ſtatu & dignitate penſatis contemnere, & legatũ nihilominus admittere ꝑ ſuperius allegata &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Legatum factum alicui de certa quantitate pecuniarum dum ſteterit in ſtudio, ſi autem is cõpleuiſſet ſtudium legauit eandem quãtitatẽ patri ſingulo anno, ſi poſt mortem teſtatoris ſtudium compleuerit, an legatum debeatur patri.

SVMMARIVM.

1 *Tempus in legatis vel relictis conditionalibus qualiter ſit conſiderandum.*

2 *Sermo ſimplex vel indefinita diſpoſitio cur reſtringatur.*

CONSILIVM XXVIII.

TESTATOR in teſtamẽto ſolẽni ita legauit. Item relinquo Ioanni Merlo filio domini Vgonini Merlo de Cherio dũ ſteterit in ſtudio tẽpore conſueto & ſufficienti & nõ vltra omni anno Ianuinos 35. boni auri ponderis & ligę, & hoc viuente Amedio de Petrauiua fratre meo & non aliter, ita tamẽ ꝙ ſi antequã de prædictis aliquid habuiſſet ſuũ ſtudium compleuiſſe, nil de prædictis accipere poſſit, vel petere. Itẽ in caſũ in quo prædictus Ioannes ſuũ cõpleuiſſet ſtudiũ, aut ante hoc ſæculo deficeret, quod abſit, aut forſitã ſtudium aliqua machinatione dimiſerit, eo caſu prædictos Ianuinos 35. auri relinquo omni anno patri ſuo domino Vgonino Merlo, aut matri ſuæ dominæ Riſottæ, ſi alterũ mori contingat. & hoc viuente Amedio fratre meo de Petrauiua. & non aliter, & uiuentibus ipſis, & non aliter.

¶ Quæritur ſi dictus Ioannes ſtudium ſuũ poſt mortem teſtãtis recte cõpleuerit, debeatur id relictum annum 35. Ianuinorum domino Vgonino nec ne.

¶ Et videtur dicendũ prima fronte ꝙ non. nam nullus ex tribus diſiunctim adiectis relicto caſibus .i. conditionibus locus extitit, igitur relictum non debetur. ff. de condi. inſti. l. ſi hæredi plures. cum ſimilibus. prima namq; conditio. quia ſ. ſtudiũ compleuit, de qua magis uideretur, non extitit, eo ꝙ cũ teſtator loquutus fuerit per verba præteriti & pluſquam perfecti temporis, videlicet compleuiſſet, ut ad præteritum tempus ante mortem teſtantis aut diem legati cedentem dari ipſi Ioanni, non ad futurum poſt mortem teſtantis ea conditio referatur. ar. de leg. a l. ſi ita ſcripſiſſet. & de verb. ob. l. ſi ita ſtipulatus fuerim. §. j. & l. ſi a colono. quaſi ſeu caſum, quo proxime noluerat teſtator relictum deberi Ioanni. ſ. ſi antequam de prædictis aliquid habuiſſet & ſtudiũ compleuiſſet, & ſic ante diem legati cedentem hoc eſt ante mortem teſtantis ſtudium cõpleuiſſet videatur facta ſubſtitutio.

¶ In oppoſitum magis arbitror conſiſtere veritatẽ, legatum annuũ ſupra relatum dicto domino Vgonino deberi, eo quòd prima prædictarum conditionum diſiunctim relicto, de quo quæritur, adiectarum extitit, quod ſufficit per præalleg. l. ſi hæredi plures. cum concor. Nec me mouet, ꝙ teſtator loquutus ſit ꝑ verba præteriti & pluſquam perfecti temporis. † vt in op- 1 poſitum allegatur, quoniam cùm ſit modi ſubiunctiui, quamquam præteriti temporis, & futurũ nihilominus tempus amplectitur & deſignat, cum in futuro illud præteritum perfectum atque cõſumatũ erit, per tex. in l. ſi ita quis. §. ſeya. & ibi ꝑ la ꝺ Are. ff. de ver. ob. & de fideiuſ. l. ſtichũ. & l. patrem creditorem. in princip. & de condi. & demon. l. ſi cui libertas de vi. tri. & ole. leg. l. cũ certus. & de ꝯtrahen. emptio. l. debitor. §. veriſimile. & eſt no. Bar. in ſimilibus terminis. ff. de iure codi. l. i. vbi tractat materiam clauſulæ codicillaris, quod etiam ex ſuperioribus verbis teſtamento de mẽte teſtatoris fuiſſe oſtenditur in uerſi. ita tamen, ubi idem uerbum, cõpleuiſſet, licèt præteriti, & pluſquam perfecti ſit, futurum tamẽ tempus poſt teſtamentum ſignificat, cùm ſi præſens autem præteritum dumtaxat certũ tempus eſſet oſtendere, quaſi ſunt uerba præſentis, vel pręteriti indicatiui modi, de quibus loquuntur leges in oppoſitum allegatæ, tempus teſtamenti facti aut antecedẽs dumtaxat appræhenderetur. ff. de aur. & argen. lega. l. ſi ita. & notatur eleganter per gloſ. in præalleg. l. ſi ita

ſcripſiſſet de leg. 2. ſic & econtra verbum futuri tēpo-
ris præſens vel præteritū ſignat, vt ff. de verb. ſig. l. ver-
borum erit, & cùm in duobus caſibus voluerit teſta-
tor legatum deberi dicto Ioāni per priora verba, qui-
bus ipſi Ioanni relinquit, hoc eſt, ſi poſt mortē teſtantis
ſuū ſtudiū compleuiſſet, quod colligit ex illis verbis, dū
ſteterit in ſtudio tēpore cōſueto & ſufficienti & nō ul
tra, & altero, ſi ante mortem teſtantis, & ſic antequam
aliquid de eiuſmodi relicto acceperit ſtudium ſuū com
pleuiſſet, quod exprimitur in illa parte, ita tn̄ &c. ſubſti
tutio ſimpliciter facta in ſequenti parte teſtamenti de
patre in caſum cōpleti ſtudij per dictū filium rectius in
vtrunque caſum cōpleti ſtudij, ſiue ante mortem teſtan
tis, ſiue poſt per dictum Ioannē facta intelligitur q̄ in al
3 terum tantū. Cur etenim ſimplex ſermo † ſiue indefi-
nitus reſtringitur, contra l. precio. ff. de publi. & l. 1. §. ꝙ
ait. de aleat. & l. 1. §. generaliter. de leg. præſtan. potiſſi-
me in vltimis voluntatibus, ubi latior facienda eſt in-
terpretatio. ff. de regu. iur. l. in teſtamētis, præſertim vt
potius res valeat, quàm pereat. ff. de reb. du. l. quoties. de
reg. iur. l. quotiens. concludendum itaque relinquitur
ex prædictis non obſtantibus ijs, quæ in aduerſum mo
uebantur, domino dicto Vgonino relictū annuum, de
quo quæritur, eſſe præſtandū. Si tn̄ & aliæ conditiones
extiterint, quia. ſ. frater teſtatoris ſuperſit, magis autem
ſubſtitutā arbitror ipſi domino Vgonino ipſam domi-
nam Roſoitam propter illa verba, ſi alterum mori cō
tingat, q̄ ei coniunctā, per l. cum quidē. C. de ver. ſig. &
ff. de leg. præſtan. l. cū pater. §. pe. & ad treb. l. hæredes
me. §. fi. & rurſum ſi ipſe Ioannes nil acceperit ſtudio
completo, non quia ante mortem teſtantis ſtudiū cō-
pleuerit, ſed quia ipſi ſtudenti mora facta ſit pro ipſo tē
pore moræ factæ ei deberi, & non eſſe locū translatio-
ni, vel ſubſtitutioni arg. ff. de adim. leg. l. 3. §. 1. &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtamentum factum coram tribus teſtibus an ſit
validum de iure canonico tam ad pias cauſas, q̄ non,
& tam in terris eccleſiæ, quàm Imperii, & per quæ ver-
ba videatur quis facere teſtamentum.

SVMMARIVM.

1 *Clauium traditio quid operetur præter quòd tradita poſſeſſio vi-
deatur.*
2 *Presbyteri proprij præſentia quid ad teſtamenti validitatem cō-
ferat.*
3 *Infirmus ad teſtandum monitus ſi reſpondeat volo ſic & ſic fieri,
an dicatur teſtari.*

CONSILIVM XXIX.

PVNCTVS quæſtionis talis eſt. Titius
graui & ineuitabili infirmitate grauatus
peſtifera, ex qua mortuus eſt, Infirmus ſte
tit per dies tres, in cuius quidem īfirmita-
tis initio Gayus maritus cuiuſdam attinē
tis ipſius infirmi iuit ipſum infirmū viſitatū, cui īfirmo
hæc protulit verba videlicer [Che fatu qui, veni a caſa
mia, oue ti ſarà fatto ciò che ti biſogna.] Ipſe autem Ti
tius infirmus reſpondit [Io era diſpoſto farme portare
a caſa tua, ecoli farò, e li voro fare teſtamento, e voglio
laſſare a tua mogliere ciò che io ho al mondo, prego
che tu me faci attendere in queſta mia infirmità.] Et
ſic Gayus prædictus prælibatū Titiū infirmū portari Fe
cit ad domū ipſius Gay, poſt quæ quidē Sēpronius me-
dicus viſitatū iuit dictū infirmū poſt eius viſitationem
inquit [Amico tu ſei infirmo, voria che tu ti confeſſaſ-
ſe e pigliaſſe i ſacramenti della chieſia, e tu feſſi teſta-
mento.] Cui medico īfirmus prælibatus tradidit in re-
ſponſis. [Io el voglio fare] poſt quæ vocauit dictū Ga-
yum maritum dictæ ſuæ attinentis, cui in hæc uerba ꝓ
rupit. [Gaye faral uenire uno nodaro, el qualē ſia roga
to del mio teſtamento, chio uoglio fare, & uoglio che
ciò che io al mondo ſia della parētemia e tua moglie
re, e coſi uoglio che ſia el mio teſtamento, e coſi ti do
la chiaue de ciò che io ho.] Et ſic ei claues cōſignauit,
hæc ultima eius uoluntas probatur, ut ſcribitur hic, ꝑ
teſtes tres. Nec p̄ſupponitur p̄sbyterū ſeu ſacerdotem
interfuiſſe poſt quorum uerborū expreſſionē Titius p̄-
dictus taliter grauatus ab infirmitate prædicta conui-
ctus eſt, diē ſuū finiuit ante tanti tp̄is interuallū, ꝗ non
potuit pro notario mitti, nec aliter ſolēniter potuerit
teſtari præſupponēdo ſemper ꝙ Titius prædictus ſemꝑ
fuit uſque ad mortis articulū & eiuſdē finem potitus ſa
nitate conſilii, & intellectus. Ex prædictis mō quæritur
utrum de iure canonico talia uerba ſupraſcripta indu-
cant teſtamenti factionē, & diſpoſitionem teſtamenti
ſiue ultimæ uoluntatis.

¶ Dubium quod mouet primū eſt, quia uerba ſta ui-
dentur eſſe enunciatiua non diſpoſitiua. ſed quia gloſ.
uidetur uelle teſtamentum non ualere niſi ad pias cās
ēt de iure canonico in c. cùm eſſes. extra de teſtamētis.

¶ Tertiū, q̄a ut in tex. d. capituli dr̄ & ur̄ expreſſum,
requiritur præſentia ſacerdotis, qđ nō fuit in caſu nr̄o.

¶ Quartam ad contrariū, ut præſuppoſitū eſt in the-
1 mate Claues traditæ fuerūt per ipſum Titium infirmū
ante obitum eius ipſi Gayo, † per quarū clauium tradi
tionem uidetur tradita poſſeſſio, ut in l. clauibus, & qđ
ibi no. per doc. ff. de contrahen. emp quæ traditio poſ
ſeſſionis per claues uidetur etiam de iure ciuili ius tri-
buiſſe, quo ad retinendā ſaltem ipſi Gayo, modo quæ-
ritur quid iuris eſt &c.

¶ Super eo de quo quæritur mihi copioſe videt̄ dicē-
dū, dictum Titium feciſſe ſolenniter teſtm̄. primo quo
niam ſm̄ cōem Bernardi gloſatoris ſn̄iam etiā in ter-
ris ſubiectis tēporali iuriſdictioni eccleſiæ non ualet te-
ſtamentum in non pias cās factum, niſi ſeruata ſolēni
tate iuris ciuilis ſm̄ quod not. gl. de teſta. c. relatū. & ca.
cum eſſes, ſm̄ autem hanc ſn̄iam palā eſt, huiuſmodi
teſtamentum numeri legitimi teſtiū in teſtamētis exa
ctorum ſolēnitate deficere, cum ſeptem deſiderentur,
ut C. de bo. pol. ſm̄ tab. l. 2. & de teſta. l. hac conſultiſſi-
ma. §. per nuncupationē. & Inſti. eo. §. fi. ſm̄ uerò alio-
rum ſn̄iam quæ aliis pleriſque placere uidetur, quam
refert Ioan. in d. c. relatum. & c. cùm eſſes. & ſpecialiter
approbat in ti. de inſtru. edi. §. compendioſe. uer. item
ſm̄ ius canonicum, tunc tantum ualet teſtamentum
2 † in non pias cauſas factum iure canonico cum inter-
fuerit ſacerdotis ſui præſentia. nam cùm iure canoni-
co nil detractū iuri ciuili reperiatur in teſtamēto ad nō
pias cauſas facto, cùm adeſt ſacerdotis præſentia cum
aliis duobus teſtibus, conſequens eſt in aliis ius ciuile in
in correctū manere, & in foro etiā canonico cōſeruā-
dum, ut in cap. 1. & 2. de ope. no. nun. Et ſm̄ hanc quo
que ſn̄iam conſequens eſt, & id teſtimoniū Titij nō ri-
te factum, cū non proponatur interueniſſe præſentiā
teſtatoris. Rurſus etiam ſm̄ quorundā ſn̄iam, quæ non
eſt cōiter approbata, qđ duo, vel tres omnino teſtes ſuf
ficerent iure canonico in quibuſcunque teſtamentis.
Adhuc tamen in re propoſita proſpiciēdū eſt, q̄a nō
vr̄ dictus Titius teſtm̄ feciſſe, ſeu facere voluiſſe ſeu de-
ſtinaſſe atq; pollicitū eſſe. nam & anteq̄ in domum il-
lius Gay delatus eſſet dixit, ſe diſpoſuiſſe facere ferri in
domū Gay, & ita faciā, & ibi volo facere teſtm̄ & vxo-
ri tuæ oīa mea relinquere. Non igit̄ tunc teſtm̄ ibi fecit,
q̄a nec ibi, nec tūc teſtari voluit. Rurſū cū fuiſſet in do-
3 mū Gay delatus admonitus a medico † ut teſtm̄ ſuum
ordinaret, R̄ndit volo id facere. his quippe uerbis palā
eſt teſtm̄ nō fieri per nota. in l. in vendentis. C. de cōtra
hen. emp. Et quia ſuam voluntatē non palam ſpecifi-
ce nūcupat, poſtea uerò cū uocauit Gayū & mādauit,
ut faceret aduenire notariū, q eſſet rogatus de teſtō, qđ
facere uellet, his verbis apparet ꝙ nō ante facere uel-
let teſtm̄, q̄ notarius adueniſſet, neque enim poteſt no-
tarius rogari de teſtamento, quod non ſolum in ſua
præſentia

præſentia factum foret, vt no. in l. 1. C. de fide inſtru. &
iure haſtæ. fiſ. lib. x. & per doc. in l. ſciendum. ff. de ver-
bo. obli. & ratio, & verba in mente ſubiecta ſequentia.
[Et io voglio che cio che io ho al mōdo ſia della mia
parte &c.] continet pollicitationem ant expoſitionem
ſeu declarationem tenorum teſtamenti faciendi cum
notarius aduenisſet, non autem quia tunc teſtamentū
faceret. nec verba erant facientis teſtamentum, ſed ita
facere deſtinantis ſeu ſperantis. Sicque morte præuen-
tus prius, quàm notarius aduenisſet, quem præſtolaba
rur, non tam dicitur teſtatus eſſe, quinimmo nec teſta-
ri cępiſſe, q̃ deſtinaſſe teſtari. nō valebit igitur per l. ſi is
qui deſtinauerat. ff. de teſti. nam nec inter liberos vale-
ret tale imperfectum teſtamentum ratione volūtatis
non perfectæ nec abſolutæ, quia nec teſtamentum eſt
vt no. p gl. C. fa. her. l. fi. & per doc. in l. hac conſultiſſi-
ma. §. ex imperfecto. & ad l. ſi is qui deſtinauerat. mul-
to minus inter extraneos. Concluditur itaque vxorem
dicti Gay. iure deficere, & cauſam inteſtati ac proxi-
mos abinteſtato dicti Titii potiores eſſe.
¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Infirmus aſſerendo ſe nolle teſtari, ſed ꝙ vult om
nia bona ſua deuenire in fratrem ſuum, an videatur ex
his verbis codicillari, & an codicilli poſſint ſine ſcriptu
ra confici & teſtibus nō rogatis, & an eo caſu hæres in-
fitmi poſſit trebellianicam deducere.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes teſtamentarij non poſſunt efficaciter poſt mortem teſtato-
ris produci aut rogari, vt de audito dici deponant.*
2 *Codicillus licèt large, propriè tamen teſtamentum dici non poteſt.*
3 *Codicilli poſſunt ſine ſcriptura & v. teſtibus dumtaxat præſenti-
bus fieri, etiam non rogatis.*

CONSILIVM XXX.

FACTVM ſic ſe hēt, A. veniens ad mor-
tē per attinētes & amicos rogatus, vt ſuū
ſolenne teſtamentū condere vellet, Ami
cis & attinentibus ſuis, reſponſum fuit ab
eo quod intentionis eius erat, non teſtm̄
condire, cum teſtm̄ olim per genitorē ſuū conditum
ſufficiebat, & quod intentio ſua erat & eſt, & ſic vole-
bat, ꝙ omnia bona ſua & hæreditas eius eſſe deberent
B. fratris ſui & in B. fratrem ſuū peruenire, & prędicta
verba dixit & manifeſtauit dictus A. B. in præſentia v.
teſtium, & plurium. in dubium modò quæritur, an per
ſuprascripta verba dictus A. codicillos feciſſe cenſea-
tur, Et venientes ab inteſtato grauaſſe, & eius bona &
hæreditatem ſuam per viam fideicōmiſſi vniuerſalis
reſtituere debeant dicto B. eius fratri, quod de iure iu-
dicandum eſt per no. in glo. & Bald. in proprijs termi-
nis in l. quotiens. fam. erciſ. & Bald. in l. his verbis. ff. de
hære. inſti. & facit optime quod not. in l. ſcæuola. ff. ad
treb. codicilli enim fiunt & conduntur cum ſcriptura
& ſine ſcriptura, vt no. in Specu. in titu. de codicillis
in §. 1. in prin. & in pręſentia teſtium rogatorum & nō
rogatorū vt ibi no. per eū, & per glo. in l. hæredes palā.
§. in teſtamētis. ff. de teſtamētis. & no. in l. fi. §. fi. C. de
codi. imo plus veniens ab inteſtato in caſu noſtro non
detrahet trebelleanicam, cùm dictus A. in eiuſmodi
codicillis vſus fuerit verbis, quia omnia bona pueniār
in B. fratrē ſuū iuxta doctrinam gl. in l. decē de fideicō-
miſ. libe. & Bal. in auth. ſed cū teſtator. C. ad l. falcidiā.
¶ Super eode quo quæritur, videretur prima facie
reſpōdendum dictum A. non videri feciſſe codicillos,
patet, quia dixit, non eſſe ſuæ intentionis teſtm̄ conde-
re, appellatione autem teſtamenti larga continentur
codicilli, vt Inſti. de teſta. in prin. & quod ibi no. a quo
igitur remouetur genus, remota intelligitur quælibet
eius ſpecies, vt ff. de leg. 3. l. ſi quid earum. §. inter em-
ptū. Secundo quia cām ſuæ intentionis adiecit, qm̄
ſcilicet teſtm̄ olim per genitorē ſuū cōditū ſufficiebat,
quæ ratio declarat, nec fuiſſe animum codicilandi, cū
patris teſtamentū cuncta perageret. Tertiò per l. diuus.
1 in fi. ff. de teſti. mi. Inſti. eod. § cæterū. vbi † non ſufficit.
teſtes poſt alicuius mortem deponere, audiſſe ſe illum
dicentem, ꝙ bona ſua relinqueret, cui vellet eſſet, quia
ſic vera iudiciaria ſubuerterentur Poſtremo ad hoc fa
cit ff. de iure codi. l. literæ. In oppoſitum facit, quia idē
quondā A. poſt ſubdidit [intētionis meæ eſt & volo, ꝙ
oīa bona mea eſſe debeant B. fratris mei & in B. fratrē
meū pueniant] quæ verba ſine dubio ad codicillos, &
fideicom. codicil. datū ſufficiant, vt C. cōia de leg. l. 2. in
prin. & de fideicom. Et in epiſtola, in verbis, & ſine ſcri
ptura. & l. fi. §. in oī. C. de codi. pro hoc quoque facit. ff.
de le. 3. l. Pamphilo. §. propoſitū. ad treb. l. hæredes mei.
§. cum ita. & hoc ēt confirmatur p ea, quæ no. in. p glo.
& Bal. C. fami. erciſ. l. quatenus & ff. de hære. inſti. l. his
verbis. in prin. Nec obſtant in diuerſum propoſita, pri
2 mò quia dixerit ſe nolle teſtm̄ facere, quia licèt in larga
& in propria ſignificatione poſſet dici codicillus teſta-
mētū inſpecta alluſione vocabuli, quia. l. codicillus eſt
teſtatio mentes, vt Inſti. de teſtamentis in prin. propne
tn̄ codicillus nō eſt teſtamentū, cū non cōueniat ei diſ-
finitio teſti, tradita per iuriſconſultū ff. de teſta. l. j. imo
tanquam ſpēs oppoſita teſtō eſt, vt C. de condi. ſi idem
& C. codicilli. l. fi. de teſtamentis. l. non codicillum. Et
ideo licèt quondā A. dixerit, ſe nolle teſtm̄ facere, non
id certo negauit, ſe velle facere codicillos, ad quod in
inſti. de codi. §. 1. vbi negauit teſtamentum fieri poſſe,
tamen codicillos fieri concedit.
¶ Ad ſm̄ reſpondetur, ꝙ licèt teſtamentū patris ſuf
ficeret quo ad bona patris, Ex abundāti tamen & ple-
nioris voluntatis cā propter ſua bona, ſi qua poſt quæ-
ſiſſet ex fructibus, uel alia negociatione, ut ea quæſita
ad fratrē ſuū pertinerent, credendū eſt ea verba dictū
quōdam A. ſubdidiſſe, ad quod nāque aliud ſunt ea ver
ba diſpoſitiua & fideicō. videlicet intentionis meæ eſt
& volo, ꝙ oīa bona mea &c. ſubiuncta putari, niſi vt
vltimā voluntatem ſuā. quæ cùm teſtamentum nō eſ-
ſet propter defectum tā voluntatis, q̃ ſolēnitatis, codi-
3 cillis foret exprimerent, palam namque eſt † codicillos
& ſine ſcriptura & in præſentia quinque duntaxat etiā
non rogatorum fieri poſſe. vt præalleg. l. fi. C. de codi.
Et rurſum verba ſic interpretanda ſunt, vt fruſtra non
ſint. ff. de leg. 1. l. ſi qn̄. & vt potius valeat, q̃ ꝙ nullum ſit,
quod dictum, geſtumve eſt, vt ff. de rebus dub. l. quotiēs.
¶ Ad tertium reſpondendo ꝙ illa l. diuus. cū ſibi cō
cor. in fi. loquitur quando appareret eum, qui eiuſmo-
di dixiſſet verba gratia doctrinæ, vel ſolacii, vel affectus
cauſa ea dixiſſe, vti no. in gl. d. §. cæterū. in ver. ſermo-
nibus in gl. quæ incipit forte cauſa.
¶ Cæterū hic neqne doctrinæ neque affectus cā hoc
dixit, cū eſſet in mortis ęgritudine cōſtitutus, & de ſua vl
tima voluntate rogantibus amicis ita rn̄derit. ar. in d.
l. Pamphilo. §. propoſitū eſt. de lega. 3. & C. qui teſta. fa.
non poſ. l. hac cōſultiſſima. §. at cū humana. & qđ not.
in l. iubemus. in fi. C. de teſta. & p hoc apparet reſpōſio
ad dictā l. literæ. ff. de iure codi. quia ibi, vel cā affectus
oſtendendi, vt eā intelligeret glo. in præalleg. §. cæterū.
Inſti. de teſta. mi. & ēt in d. l. literæ. notatur vel ut intel-
ligit ibi Bar. non valuit illa voluntas vt codicillus, quia
voluit teſtari non codicillari. Concluditur itaque ex ſu
perioribus dictū A. codicillos facere voluiſſe, & feciſſe,
& p cōſequens legitimū hr̄dem dicti quondā A. teneri
dicto B. vt ex fideicōmiſſo reſtituat hæreditatē ſuam di
cti quondā vcs A. ēt forte nō deducta quarta ex trebel-
liano quaſi vetitus p illa verba, oīa bona, per l. decē ff.
de fideicō. li. & quod no. per Bal. C. ad l. fal. auth. ſed cū
teſtōr, & per Bar. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſub-
ſti. in ea q. q̃ tractat de cōpendioſa facta impuberi p ver
ba corā, ubi ait ex hmōi uerbis noluiſſe teſtantē, ſubſti-
tutum ullā pati detractionē, & propterea intelligitur
uoluiſſe directā facere ſubſtitutionē, ſi fieri poterat, vt
quia in teſtō ex bonis tn̄ dicti quondam A. detrahetur

quaſi æs alienũ fideicom. a patre relictum dicto G. ab ipſo A. in teſtamento dicti patris cõis eorum, & ſic ſaltem dimidiæ partis hæreditatis paternæ, quæ ad ipſum A. ex teſtamento dicti quondam patris ſperauerat. ar. C. ad l. falci. l. irritũ. & l. quãquam. & quod ibi no. in gl. & extra de teſta c. Raynutius. & c. Raynaldus.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Rapha. Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Legatum factum Sẽpronio filio Titij & cæteris filiis Titii an videatur factum pro virili vniuſcuiuſque, an uero Sempronius pro dimidia, & cæteri pro alia, & an ad dictum legatum admittãtur filii ſuſcepti ex alia vxore poſt mortem relinquentis, & filiæ extantes tempore mortis teſtantis.

SVMMARIVM.

1 *Copula, &, inter extrema copulata cuius ſit diſpoſitionis.*
2 *Maſculinum in diſpoſitionibus vltimarum voluntatum poteſt fœmininum concipere.*

CONSILIVM XXXI.

EX facto proponitur teſtatorẽ ita teſtamentum dixiſſe, reſiduum dimitto Bartholomæo de Muſco filio ſer Pauli de Muſco, & cunctis aliis filiis, quos ipſe ſer Paulus haberet, & poſt mortẽ præfati ſer Pauli patris ſui volo & ordino dictum Bartholomæũ de Muſco, & cæteros filios ſer Pauli prædicti poſſe habere reſiduum antedictum. Et ſi caſus daret dictum Bartholomæum & alios filios dicti ſer Pauli decedere abſque hæredibus, & ante cõpletos annos 20. vadat in Chabarozi. Et ſimiliter volo & ordino, ꝙ ſi dictus ſer Paulus decederet non relicto poſt ſe dicto Bartholomæo filio ſuo & ſimiliter nõ relictis aliis legitimis, vadat in Chabarozi. Contingit ꝙ teſtatore mortuo dictus ſer Paulus accepta alia vxore alios ſuſcepit filios, ſicque mortuus eſt relictis poſt ſe dicto Bartholomæo, & quadã ipſius Bartholomæi ſorore vtrinq; coniuncta, quæ iã nupta erat tempore dicti teſtamenti compoſiti, & aliis filiis, quos ipſe ſer Paulus ex ſecunda vxore poſt mortem teſtantis accepta progenuit. ¶ Quæritur de duobus, primò quotam partẽ dicti reſidui petere poſſit dictus Bartholomæus an dimidiam, an virilem ſecundò an filia dicta ſer Pauli, quæ tempore dicti teſtamenti confecti iã nupta erat, ad id relictũ, & ꝑ qua parte admittẽda ẽ.

¶ Ad primum de quo quæritur videretur prima frõte dicendum, dictum Bartholomæũ in virilẽ, hoc eſt pro numero filiorum omniũ & fratrum ſuorũ vocari, per l. lucius. §. lucius ff. de leg. 2. & quia non tã reliquos omnes filios dicti ſer Pauli videtur in vnam partem cõiungere uoluiſſe, quàm potius cæteris dixiſſe, arg. ff. de hære. inſti. l. ſi quis ita hæredes, in fi. Et quoniam, cùm nec dum nati forent, non potuit eos per enumerationem & expreſſionem propriorum nominum demõſtraſſe. Sed diuerſam ſententiam magis defendi poſſe exiſtimo, ut. ſ. ſolus Bartholomæus hanc dimidiam reſidui, cæteri omnes filii dicti ſer Pauli habeãt reliquã dimidiam per l. ſi quis titio. ff. de vſufruc. accre. & de hære. inſti. l. interdum. in principio ſecundo reſponſo. de vulg. & pup. l. ſi pater & C. de impub. & aliis ſubſti. l. fi. in quibus probatur, quòd ſi titio & fratris ſui filiis teſtator quidam relinquat, dimidiam ſolus Titius, & reliquam dimidiam habent omnes fratres filii, propter nãque vnitatem ſermonis, quos cęteros omnes filios dicti ſer Pauli teſtator complexus eſt, nõ modo ſemel, ſed totiens, hoc eſt ter videtur voluiſſe teſtator quaſi in vnum corpus redactos in vnam tantũmodo partẽ admitti, arg. C. de cad. tol. §. ſi his ita.

¶ Hanc etiam ſententiam oſtendit propria verborũ ſignificatio ex virtute huius copulæ, &, † proueniens,
1 quæ eſt, vt inter extrema copulata diuidat effectũ diſpoſitionis & ſumma vel rem in obligationem deductam pro æquis portionibus, & extremorum copulatorum numero, licèt alterum extremorum tanquam collectum plura ſub ſe contineat. vt ff. de verb. ob. l. ſi mihi & Titio. & de duobus reis. l. ſi reos. §. cum tabu. & de ſti pu. ſeruo. l. quarta. a qua quidem verborum ſignificatione non eſt recedendum, niſi probetur volũtas teſtatoris oppoſita, vt ff. de leg. 3. l. non aliter. hoc ipſum ẽt confirmatur per præalle. l. lucius. §. lucius ff. de leg. 2. ſecundum communem intellectum Dy. & aliorum ibi ſcribentium volentium, quod ibi ſeya vocetur in portionem virilem propter id quod vetuit teſtator ne prædium extra familiã alienetur. Quibus verbis oſtendit ſe magis familiæ prouidere voluiſſe, quibus verbis omiſſis ad maiorem portionem hoc eſt dimidiã vocata fuiſſet ſeya, ſecundum quod ibi notatur poſt glo. per cæteros doctores. Mouet etiam, quòd non tantũ ſemel ſed ter dictus teſtator nominatim & ſpecialiter ipſum Bartholomæum ſeparatũ a cæteris filiis dicti ſer Pauli demonſtrauit. Cùm ſi voluiſſet breuius & celerius dicere, nec ſpecialis affectionis maiorum ad Bartholomæum quàm ad ſignum oſtẽdere voluiſſet, facile erat ei reſiduum ſimpliciter relinquere filijs ſer Pauli prædicti fratris ſui tam natis, quàm naſcituris. Et per hoc apparet reſponſum ad allegata in diuerſam partem, quia ille §. lucius. magis facit pro Bartholomæo, quàm contra. Et quia celerius potuit omiſſo ſpeciali nomine Bartholomæi omnibus filiis fratris relinquere, quibus verbis etiam poſtea nati continebantur. vt ff. de teſt. tu. l. ſi quis filiabus, vnde ſpecialis eius demõſtratio arguit ſpecialem in Bartholomæum magis affectionem, quod facile eſſe potuit ex meritis ipſius Bartholomęi erga quondã teſtatorem aut cõuictu aut familiaritate, & licèt hæc non appareant, a uerborum ſignificatione in dubio non eſt abeundum, & hoc de primo.

¶ Ad ſecundum reſpondendo breuiſſime, etiam filiis quamuis iam nuptam contineri per l. ſi quis ita. in princip. ff. de teſta. tut. Quibus & ad relictum fratribus ſuis, admittuntur ſorores, niſi aliud voluiſſe teſtatorẽ oſtenderetur, vt ff. de leg. 3. l. lucius. §. quæſitũ. & de pact. l. tres fratres & fami. hær. l. lucius. & no. in d. l. ſi quis
2 ita. maſculinum namque † genus, cum dixit & cunctis alijs filijs ſer Pauli, concipit fęmininum, vt ff. de verb. ſigni. l. filij appella. præſertim quia vniuerſale ſignum videlicet cunctis, addidit. arg. in l. hæres meus. in prin. ff. de leg 3. Et cùm ipſa veniat ex hoc capite generali filiorum, palã eſt, ipſam ad virilem dimidiæ vocari per no. C. de impub. & aliis ſubſt. l fi. & hoc de ſecundo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Filius grauatus de reſtituẽdo, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis an poſſit teſtari de bonis omnibus tã per eũ acquiſitis quàm a patre relictis, & an eius filiæ poſſint detrahere duas quartas, & quid de bonis feudalibus, & ſi filiæ dicta bona non ſufficerent vt competenter dotetur, quando dicatur competenter dotata, & an clauſula codicillans appoſita in teſtamento deuoluat in fideicommiſſum, ſi teſtamentum non valeat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti ordinatio an in feudis teneat & an ſub vniuerſitate bonorum teſtatoris feudum intelligatur.*
2 *Inſtitutio poteſt virtute clauſulæ codicillaris conuerti in fideicommiſſum vniuerſale reſtitut. ab hære. ab inteſta.*

CONSILIVM XXXII.

EX facto Proponitur, quòd magnificus vir dominus Comes Antonius factis nonnullis legatis in pias cauſas legauit magnificæ dominæ Helenæ ſuæ cõſorti ducatos mille auri pro dote eius, & vltra ducatos mille alios ducatos mille auri, & diſpoſuit, ꝙ

ipſa domina Helena eſſet domina & vſu fructuatia
bonorum ipſius teſtatoris ſimul cum infraſcriptis
ſuis hæredibus,& filiabus, donec vitã duxerit viduale.
voluitq́; ꝙ dñæ Agnes, Tadea, & Donata eius filiæ &
quælibet poſthuma naſcitura habeat ducatos mille au
ri pro qualibet,cum erunt nubiles poſtea inſtituit poſt-
humum vnũ vel plures,qui ſibi naſcerentur maſculos
tantum,& ſi nemo maſculus ei naſceretur, tunc inſti-
tuit ſibi hæredem vniuerſalem magnificum dñm do-
minum Comitẽ Manfredum eius fratrẽ.Contigit poſt
mortẽ teſtatoris ei poſthumã ex pſata dña Helena na-
tam eſſe,deſiderat itaq; dicta dña Helena aſſignari ſibi
& filiabus ſuis tot ex bonis dicti teſtatoris, quæ aſcẽdãt
ad precium ducaturorum ſex millium dãdorũ vide-
licet pro dote & legato ſibi facto, & reliquorum qua-
tuor millium pro dotibus filiarum ſuarũ numero qua
tuor ad rationem ducatorum mille pro ſingulis earũ;
recuſat idem magnificus dominus Comes Manfredus
prætendens ſe ſubſtitutũ ipſi Comiti Antonio, ſi ſine
liberis deceſſiſſet maſculis in teſtõ magnifici comitis,
patris communis eorum: præterea ꝙ bona dicti quon
dam magnifici cõmitis Antonij ſunt feudalia,quæ ad
ſe ſpectant tanquam proximum agnatũ,cum feudum
ſit paternum & auitũ,cum ipſe dominus Antonius ſi-
ne filijs maſculis deceſſerit. Quæritur ergo quid iuris,
viſo vtroque teſtamento & ipſius quondam magnifi-
ci domini Comitis Antonij,& teſtamento quõdã do-
mini magnifici & pótentis militis domini Enſedoſij
decolato Comitis Taruſij patris cõis dictorũ quondã
domini Antonij, & domini Manfredi.

¶ In ſuprapoſita quæſtione breuiſſime reſpondens
puto,quod in bonis quidem feudalibus, ſi feudũ fuerit
antiquum,vt præfertur,nec in feudi cõceſſione,ſit no-
minatim cautum,quòd fœminæ pariter ſuccedant cũ
maſculis etiam extantibus maſculis,potior ſit cauſa ip
ſius magnifici domini comitis Manfredi.nec non pro-
pter eiuſmodi bona feudalia, in quibus admittitur po-
tius ipſe dominus comes Manfredus ex conceſſione
dicti feudi & lege feudorum, quàm ex teſtamento ip-
ſius comitis Antonij vel etiam communis patris eorũ,
1 cùm in feudis † non teneat ordinatio teſtamenti. vt
in ti.qui feu. da. poſ.§. & hoc notandum. & de ſuc.feu.
in prin.& §.j.non potuit ipſe dominus comes Manfre
dus vllis impoſitionibus grauari,nec fideicommiſ.aut
legato aut ære alieno ipſius quondã comitis Antonij
protinus onerari.Ipſa igitur bona feudalia habebit di
ctus dominus Comes Manfredus ſine vllo prorſus gra
uamine dotium prædictarum, ſeu legatorũ factorũ tã
vxori, quàm filiabus ipſius quondam domini comitis
Antonij.in bonis autem alodialibus hoc eſt proprijs di
cti domini comitis Antonij, & quæ minime erunt vel
ſunt feudalia, videtur non valere teſtamentũ, quia di-
ctæ filię quatuor non reperiũtur inſtitutæ,nec quicquã
eis relictum titulo inſtitutionis, neq; rite exhæredatæ.
vt in Authen.vt cum de ap.cog.§. aliud quoq; capitu-
lum. & C.de liber.præ.auth.ex cauſa.& per conſequẽs
ab Inteſtato ipſę quatuor filiæ,ſunt quondam domino
Comiti Antonio hæredes in toto,vt Inſti.de hære.quę
abinte.defe.§.j.& in authe.eo.ti.in §.j.& C.de ſu.& le.
hæ.auth.in ſucceſſione. Et ſi non ſit clauſula codicilla
ris in eo teſtamento inſerta, palam. eſſet, dominum
comitem Manfredum nil aliud in bonis proprijs dicti
quondam domini comitis Antonij ex ipſis domini
Antonij teſtamento,aut vltima volũtate poſſe petere,
vel conſequi, ſed ex teſtamento quondam magnifici
domini Henſediſiij comitis & communis eorũ patris
poteſt vnà cum alio vel alijs fratribus ſuperſtitibus,aut
pręmortuorũ filijs maſculis in ſtirpẽ petere dimidiam
partẽ illius portionis, quæ ex bonis & hæreditate dicti
quondam domini Henſediſij ad ipſum quondam do-
minum comitem Antonium perueniſſet. pars namq;
alia dimidia apud filias & hæredes ab Inteſtato ipſius
quondam domini Antonij remaneret iure legitimæ
debitæ iure naturæ,& iure treb. vt in c. Ray.& c. Ray.
extra de teſta.C.ad legẽ fal.l.quãquam.& quod ibi no.
in auth.de hære.& falc.§.j.& ff. de inoffi.teſta.l.papi.§.
meminiſſe.in fi. Si tamen ipſa dimidia,quæ iure legiti-
mæ & treb.apud filias debet remanere,non ſufficeret
ipſis filiabus ad dotes ſibi conuenientes, immo hone-
ſtati ſuæ cõgruentes vltra ipſam dimidiã poſſent dictæ
filiæ,cum inſtaret tempus nubendi & dotiũ conſtitue-
darũ, quantũ ſufficeret ſibi cum ſua parte de fideicõ-
miſſo præſtando reſtituendo deducere, vt in auth. res
quæ.C.cõmunia de leg. & in corpore vnde ſumitur.§.
quamobrem,& ff.ad treb.l.mulier.§. cum proponere-
tur.& no.in præalle. auth. res quæ. per doct. potiſſime
cum in ipſo teſtamento dñi Hẽſidiſij principaliter hoc
ipſum ſtatuatur,vt ſi dictus quondam dñs Antonius ſi-
ne filijs maſculis decederet,filiæ ꝓ honore domus ſuæ
deberent congrue dotari, & reſiduum perueniret ad
ſuperſtitem,qui modò eſt ipſe dominus Manfredus,&
ſi qui alij vel alius frater ſuperſtes eſſet præmortuorũ
filios,vt præfertur. ¶ Et notandum quòd honor ipſius
domus & modus congruus honeſtati videtur ſatis eſſe
dotẽ quãtitatis mille ducatos. ꝯgruent, cùm & ipſe dñs
Hẽſidiſius filiã ſuã dñam Tadeam ita dotauerit, & ipſe
dominus Antonius comes etiam ſi maſculos filios ha-
buiſſet eã quantitatẽ pro ſingulis filiarũ ſuarum ſtatue
rit; vbi aũt in teſtamẽto præfati domini comitis An-
tonij appoſita fuiſſet codicillaris clauſula, vt ſi non va
leret iure teſtamenti valeret iure codicillorũ,quæ clau
ſula cõiter conſueuit apponi, tunc filiæ prædictæ hære
des ab inteſtato patri tenerentẽ ex fideicõmiſſo reſtitue
re dicto domino comiti Mãfredo vniuerſa bona, quæ
fuere propria ipſorũ patris vndecunq;, retenta ſibi tan
tũmodo legitima portione debita eis iuris naturæ, quę
eſt tertia bonorum ipſius quondã dñi comitis Anto-
2 nij deducto oĩe re alieno. Nam inſtitutio † facta de di-
cto domino comite Manfredo per ipſam clauſulam
conuertitur in vniuerſale fideicõmiſſum reſtituendæ
hæreditatis ab hæredibus inteſtato ipſi dño comiti Mã
fredo.vt ff.de iniuſto rup.& irrito teſtõ.l. poſthumis.§.
fi. in fi.& de teſt mili.l.quærebatur.ff.ad treb.l.ſcæuola.
& l.ſi quis priore.& not.poſt gloſſ.per doct. C.de liber.
præte.vel exhære.auth.ex cauſa & eſt expreſſum ff. de
fideicom. li.l. generaliter.§. ex teſtõ.& cũ pure ſint di-
ctæ filiæ hæredes patri ab inteſtato rogatæ reſtituere
dicto domino comiti Manſredo hæredi inſtituto ſeu
ſubſtituto nõ retinebunt niſi ſolã ſalcidiã iure naturę,
non duas,ne eodẽ tẽpore reperiantur duæ ſalcidiæ de-
trahi.& ſic vna de alterius corpore detrahatur,vt no.
in d.l.quamquã.C.ad l.falc.& in Auth.de hær.& fal.§.
j.& erit hæc tertia detracto ære alieno,eius qđ ſupereſt.
vt in l.pap.§.cum aũt quarta.ff.de inoffi.teſt.In ære aũt
alieno computabitur id, quod ipſe dñs comes Anto-
nius,qui ſine maſculis filijs mortuus eſt, ex fideicõmiſ-
ſo ſibi a patre relicto in teſtõ paterno ipſi dño comiti
Manfredo.& ſi quis alius fiat ſuperſtes,aut ex præmor-
tuo vel præmortuis fratribus filius ſeu filij debet reſti-
tuere,quod eſt dimidia portionis ipſius quondã dñi co
mitis Antonij,ſi reliqua dimidia ad dotes filiarum ex
modo facultatũ & honeſtate perſonarũ ſufficiat, vt. ſ̃.
monſtratũ eſt.Nec iſta dimidia reſtituenda dicto dño
Comiti Manſredo & alijs fratri vel fratribus aut eorũ
filio vel filijs ſuperſtitibus ex bonis non feudalibus di-
cti quondã dñi Hẽſidiſij, patris eorũ cõmunis & ex ip-
ſius teſtõ minuitur, aut minui poteſt per legatũ mille
ducatorũ relictũ vltra dotem dictæ dñæ Helenæ vxo.
quondã dicti domini comitis Antonij. Iſte dñs comes
Manfredus & conſortes in bonis & hæreditate dicti
quondã domini comitis Antonij præferantur, in eoq;
ipſis legata ex teſtamento dicti quondã dñi comitis An
tonij petentibus potiores ſint vt. C. de bo. auct. iudi.
poſ.l.j.& C.cõia de le.l.fi.§.ſed quia,non idẽ puto in do
te ipſius dñæ Helenæ, ipſa namque potior eſt in dote
exigenda ẽt in bonis dicti quondã dñi comitis Henſi-
diſij, quæ non ſunt ſeudalia arg. in præalle. auth. re q̃.
C. cõia de le. cũ concor. ſuperius allegatis. Cauſam
namque

namque dotis exigendæ ex bonis dicti quondã domi-
ni comitis Antonij, quam ipſe a ſua coniuge accepe-
rit, & cauſam dotiũ pro filiis ſeu filiabus ex officio pa-
terno conſtituendarũ pares cenſeo, vt in præalle. auth.
res quæ & in corpore vnde ſumitur. Erit itaque hic or
do. quia primo bona omnia feudalia ſine vllo onere
ad dictũ dominũ Manfredũ comitem & ſi quis alius
frater defuncti. ſ. domini comitis Antonij aut præmor
tui fratris filius ſupereſt, pertinebunt. Scdo pars dimi-
dia bonorum allodialiũ, quę fuere dicti dñi quõdã dñi
comitis Henſidiſij & ex hæreditate eius ad dictũ quon
dam dominũ comitẽ Antoniũ peruenerunt, ad eoſdẽ
dominiũ comitem Manfredũ & aliũ fratrem vel fra-
tres aut præmortui vel præmortuorũ fratrũ filiũ vel
filios ſine vllo quoq; onere ex teſtamento dicti quon-
dam dñi Henſidilij pertinebunt velut æs alienum, vt
d. l. j. C. de bo. aucto. iudi. poſſi. & ad l. fal. l. tertium; niſi
forſan reliqua dimidia ad dictas quinq; dotes quinque
millium ducatorum puta dictæ dñæ Helenę & dictarũ
Agnetis, Tadeæ, Donatę & poſthumæ non ſufficeret.
Tunc enim ſolum quod deeſſet illi dimidiæ ad ſatisfa-
ciendum illis quinque dotibus ſupplendũ foret ex ea
dimidia, quæ reſtituenda eſt ex teſtõ quondam domi-
ni Henſidiſij dictis dño comiti Manfredo & alijs fratri
vel fratribus aut filio ſeu filijs præmortui vel præmor-
tuorũ fratris vel fratrum. Si verò dicta dimidia ſola ſuf
ficeret dictis quinque dotibus. Et præterea aliquid vl-
tra ex bonis dicti quõdam domini Henſidiſij vel aliũ-
de ſupereſſet, reſtituendũ eſt ipſi dño comiti Manfre-
do ſoli, ſi in teſtamento dicti quondã dñi comitis An
tonij inſerta eſt clauſula codicillaris, vt eſt moris. aut ſi
non eſt inſerta, remanebit apud ipſas quatuor filias ab
inteſtato patri hæredes. quiſquis tñ fuerit, apud quẽ re-
manebit reſiduũ, ſatisfaciet legato mille ducatorũ fa-
cto dominæ Helenæ alijsq; legatariis, prout ipſius reſi-
dui ſubſtantia patietur, non aũt vltra, niſi rõ non conſe
cti ſolenniter inuentarij hæredes in ſolidũ obſtrinxerit,
quamqua minor ætas beneficium reſtitutionis indul-
geat. vt in authen. de hære. & ſal. §. ſi vero non fecerit.
& §. pupill. colla. j. &c.

¶ Ita dico & cõſulo Ego Raphael fulgoſius doctor
vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio compendioſa facta impuberibus per
patrẽ matre exiſtente in medio, an contineat pupilla-
rem expreſſam contra matrem, an vero reſoluatur in
fideicommiſſariam. & quid ſi poſt verbum cõe puta,
ſuccedat, ſit aliud verbum puta, eis, an alteretur natu
ra ſubſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſuccedat à teſtatore prolatum, diuerſimode conſide-
rari poteſt.*

CONSILIVM XXXIII.

TITIVS In teſtamento ſuo ſolenni inſti-
tuit hæredes vniuerſales Gayum eius filiũ
legitimũ & naturalem, & pariter ventrẽ
vxoris prægnantis, ſi maſculus ad lucem
perueniret. Et ſi alter dictorũ filiorũ ſuorũ
quãdocunq; decederet ſine hærede legitimo de ſe na-
to, diſpoſuit, quòd vnus ipſorum ſuccedat alteri. Item
quòd ſi ambo decederent ſine filijs de ſe natis de legiti
mo matrimonio, quòd tunc eis ſuccedat Sempronius
frater dicti teſtatoris poſtea fuit natus poſthumus ma-
ſculus & in infantili ætate deceſſit, deinde deceſſit ga-
yus filius dicti teſtatoris intra tempora pubertatis ſi-
ne filijs legitimis. Quæritur vtrum dictus Sempronius
in hæreditate dicti Titij, & ſeu dicti ventris & dicti Gay
nepotum ipſius præferatur matri ipſorum etiam in le
gitima portione iure naturæ debita.

¶ In ꝓpoſita quæſtione primò id ſpectandũ eſt, an di
cti filij patri hæredes quomodolibet non extiterint.
Nam ſi de vulgari ſubſtitutione quæratur, quæ ſine du
bio in dicta compendioſa ex eius verbis generalibus
claudi poteſt. vt not. per doc. C. de impub. & alijs ſubſti.
l. precibus. Cùm de hæreditate Titij mariti ipſius ma-
tris puerorum agatur, ſine dubio matri Sempronius
ex expreſſa vulgari ſubſtitutione præfertur per not. ꝑ
gloſſ. C. de inſti. & ſub. ſub condi. fac. l. ſi. & an non fue-
rint hęredes, occurreret inſpicere, an vulgaris ſubſtitu-
tio inuicẽ inter ipſos filios per compedioſam facta ſui
hæredis exiſtentiam & neceſſitatẽ ſubſtulerit, de qua
ff. de inof. teſt. l. papi. §. cũ igitur. & per Bart. in l. ſi filius
hæres. de lib. & poſthu. incurreret ẽt illa dubitatio, an
infans moriens, quamquam fratris in ptãte fuiſſet, non
agnitam patris hæreditatem tranſmittat. nã & de ma
iori infanti dubitatio eſt, vt tractatur in l. ſi infanti. C.
de iure deli. per Bal. & an ſaltem tranſmittat ad matrẽ
aſcendentẽ per l. vnicam. C. de his, qui ante aper. tab.
& l. apud hoſtes. C. de ſu. & le. quæ omnia hic per ex-
tenſum non proſequor. tum quia vulgariſſima ſunt, &
in facto incertus ſum, hæredes hi pueri fuerint nec ne
patri ſuo. tum quia breuis eſſe cõpellor multis ex cãis.
¶ Sed venio ad id quod mihi potiſſimũ videtur dubita
ri, poſito ꝙ patri filij fuerint hæredes, & ambo in pu-
pillari ætate defuncti, an ea ſubſtitutio compendioſa
interpretanda ſit fuiſſe pupillaris directa, vt ſic mater
protinus excludatur per l. precibus. C. de impub. & ali.
ſub. & c. j. de teſta. lib. 6. An vero potius fideicõmiſſ &
conſequenter admiſſa reſtituere detractis falcidiis te-
neatur. Et quoniam non neſcio, me perquàm ſapienti-
bus loqui, paucis agam. Celebrior quidem & frequen-
tior tã antiquorũ, quàm modernorũ præceptorũ ſen-
tentia eſt, quod eo ſaltem caſu quo mater eſt in medio
fideicommiſſaria potius benigno matris fauore putan
da ſit. & ſic eo caſu verior ſit gl. l. precibus. præalle. & l.
centurio. & Azo in ſumma, veterumq; pene omniũ
præter Io. an. in nouella in præalle. c. j. Ia. de are. & Cy.
ſequentes in caſu propoſito gloſſ. Inſt. de pupil. §. ſa ra-
tione. Cùm tñ Bar. Bal. & Ang. videantur potius vete-
rum communi ſententiæ conquieſcere matre ſuperſti
te, vt potius admittatur mater quàm ſubſtitutus in prę
alle. l. precibus. & l. centurio. Ego aũt cùm ſtricta diſpu
tandi ratione & ex veriſimil teſtatoris mente ſoleam
eſſe procliuior in ſñiam Io. an. Ia. de are. & Cy. in nego
cijs tum forenſibus propter diuerſam maximã magi-
ſtrorum auctoritatẽ, nec dum auſus illam, quam verã
opinor ſñiam per c. 1. præalle. de teſta. amplecti quàm
etiam ſibi ſatis perſuadet Ange. in l. centurio, licèt fina
liter cum Bar. & Bal. tranſire videatur. ¶ Nunc autem
in propoſitio propter quædã, quæ diuerſum caſum no-
ſtrũ faciunt ab eo, de quo tractant doctores, & ſic mihi
magiſtrorũ & maiorum noſtrorum nõ refragatur ve-
neratio, nec autoritas, in ſentẽtiam Ioannis tam facile
decurri, videlicet quoniã dato ſine præiudicio verita-
1 tis, quod verbum † ſuccedat, ſit verbum cõe, quod in
præſenti ſubſtitutione poſitũ eſt, prout diffinit Bart. in
ſuis cõmentarijs d. l. Centurio. quia tamen iuxta verbũ
ſuccedat, additũ eſt. eis, oportet verbi illius cõmunis ſi
gnificationem ad directã ſubſtitutionẽ reſtringere, per
quam futurum eſt, vt Sempronius ipſis impuberibus
ſuccedat. vt Inſt. de pupil. in prin. & §. 1. & ff. eo. l. ſed ſi
plures. §. ad ſubſtitutos per fideicõmiſſariam. nam per
ſubſtitutionem ſuccederet Sempronius teſtatori, non
ipſis ſuis nepotibus. fideicommiſſarius quippe vniuer-
ſalis ſucceſſor eſt vniuerſalis & hęredis loco nõ rogati,
ſed rogantis teſtantis. vt ff. quod cum eo. l. ſi filius. §. 1. &
de alie. iudi. mu. cauſa fac. l. vel ſimilem. cum ſimil. ſuc-
cedit nãque in ius vniuerſum teſtatoris & defuncti, qui
rogauit, non etiam hæredis grauati. Cum igitur velit
teſtator, fratrem ſuum filijs ſuis impuberibus ſuccede-
re, quod fieri nequeat, niſi per directã ſubſtitutionẽ, di-
recta cenſeatur ex voluntate teſtantis. Nec his obſtat
cap. 1. de teſta. vbi etiam additum eſt verbum, ei: & ta-
men

men eſt fideicommiſſaria, quia ibi verba precaria ex-
preſſim poſita fuere, ibi verbis precariis. Itē ibi plus
eſt verbū ſubſtituo, quod ad actum & perſonā teſtantis
refertur, & ſignificat, id eſt in locum eius ſubſtituo ſeu
ſtatuo. At verbū, ſuccedat, ad ipſum ſubſtitutū & actū
eius refertur, & proprie ſuccedere dicitur illi, in cuius
ius ſuccedat, & ſic non grauato vt. ſ. comprehenſum
eſt. Porro & eodem verbo ſuccedat, vſus eſt teſtator
in primo capite ſubſtitutionis, quo filios reciproce cō-
pendioſe ſubſtituit, vbi non dubitabunt Bar. & Bal. &
Ang. propter filium ſubſtitutum filio, qui matri etiam
in tacita pupillari ſubſtitutione præponitur, vt not. in
d. l. precibus. ad finem gloſſ. magnæ, & concorditer ſe
quuntur docto. ipſum verbum, ſuccedat, in directa ſi-
gnificatione magis interpretari. vt no. Bart. Bal. & An
ge. in dictis legibus precibus, & centurio; ſicut igitur
accipitur directo in prima parte ſubſtitutionis, ita ēt
repetitum in ſecunda parte ſubſtitutionis accipiatur,
arg. ff. de teſta. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. & de le. 1.
l. ſi ſeruus pluriū. § fi. & cum cōmuniter & frequenter
malint ex moribus modernis teſtantes potius fratres
ſuos, quàm vxores, quæ plerunq; ad alienas tranſeunt
domos, bona ſua & patrimoniū obtinere iudicaturus
in re propoſita, opi. Ioan. an. Iac. de are. & Cy. quam ēt
aliàs veriorem cenſeo, matri puerorum fratrē teſtato
ris præferēs adhærebit, cùm in hac re & propoſitis ter-
minis nulli maiorum comparuerint aduerſantes.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael fulgoſius iuris v-
triuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta quòd bona deueniant in fratres
an comprehendat ſorores, vel earum filios, & ſic an
appellatione fratris contineatur ſoror, & an & quādo
maſculinum genus comprehendat fœmininum.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum non dicitur ex propria ſignificatione concipere fœ-
mininum, ſed quadam interpretatione extenſiua.*
2 *In vltimis voluntatibus non eſt à propria verborum ſignificatio-
ne demandum, niſi teſtatoris de mente aliter doceatur.*
3 *Conſuetudo in vltimis diſpoſitionibus dicitur tacita ciuiū conuētio.*
4 *Quarta trebellianica poteſt deduci, ſi confectū fuerit inuentariū.*

CONSILIVM XXXIIII.

DOMINA Catherina teſtamento ſolēni
ſibi hæredem inſtituit Guielmū eius filiū
legitimum & naturalem, & ſi dictus fi-
lius deceſſerit quādocunq; ſine filijs, ſub-
ſtituit ſibi hæredem in dictis bonis domi
nā Ghidam matrem ſuam. Et ſi tunc ipſa domina Ghi
da non viueret, ſubſtituit ſibi oēs fratres ipſius teſtatri
cis, & filios dictæ dominæ Ghidæ vel eorū filios legi-
timos & naturales ſuos hæredes in ſtirpem & non ca-
pita æqualibus portionibus. deinde deceſſit ipſa teſta-
trix relictis ſibi ſupſtitibus Guielmo prędicto filio ſuo,
dn̄a Ghida matre ſua, & quatuor fratribus, duabus ſo-
roribus ſibi vtrinq; coniunctis. poſtremo mortuus eſt
dictus Guielmus ſine liberis, inſtituto ſibi hærede ſolēni
ter magiſtro Iacobo de palmegranis. præmortuis di-
cta domina Ghida, fratribus, & ſororibus, relictis ta-
men poſt ſe vno filio legitimo & naturali vnius dicta-
rum ſororum dictæ teſtatricis, & vno nepote ex filia al
terius fratris dictæ teſtatricis, & vno alio nepote ex fi-
lia alterius fratris dictæ teſtatricis. Quæritur quis & in
quantum ex dicta ſubſtitutione vocetur viſo ſtatuto
Forliuij ſub rubrica de ſucceſſionibus ab inteſtato,
quod incipit. Item ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi
aliqua perſona minor.

¶ In propoſita quæſtione videret̄ prima fronte di-
cendum, omnes filios, & nepotes fratrum & ſororū di
ctæ teſtatricis, qui ſuperſunt, vt præmittitur, in ſtirpē
& non in capita æquali portione vocandos, quoniam
appellatione fratrum matri teſtatricis ſubſtitutorū cō
tinentur ſorores quoq; ipſius teſtatricis, vt eſt expreſ-
ſum ff. de lega. 3. l. Lucius. §. quæſitum. & de pact. l. tres
fratres. & fa. her. l. Lucius. ſicut & appellatione filiorū
comprehenduntur & filiæ. vt ff. de teſta. tu. l. ſi quis ita.
in prin. concipit enim genus maſculinum fœmininū,
vt ff. de lega. 2. l. ſi ita ſit ſcriptum. in prin. & de ver. ſig.
l. 1. & l. pronunciatio. Et rurſum appellatione filiorum
continentur & nepotes, vt ff. de verb. ſignifi. l. filij. & l.
iuſta. & l. liberorū. ſicut itaq; ſorores cū fratribus ex
ſubſtitutione veniſſent, ſi fratres & ſorores Guielmo
ſuperfuiſſent, ita & eorū filij & nepotes cum filiis fra-
trum dictæ teſtatricis admittendi ſunt. Atqui diuer-
ſam ſententiā veriorem arbitror, ſolum. ſ. filiū ex fra-
tre prædefuncto ſuperſtitem ex dicta ſubſtitutione vo
catum, non filios ſororis teſtatricis pręmortuę, nec ne
potes ex filiabus aliorum fratrum præmortuorū di-
ctæ teſtatricis. Et in hanc quidē ſententiā me primo
vocat propria verborum ſignificatio, & cōis vſus lo-
quendi ea conſtruens, qui & omni verborū ſignifica-
tione præualet, vt ff. de le. 3. l. librorum. §. quod tamen-
1 caſſius. & quod ibi no. in glo. palam namque † eſt, ꝙ
ex propria verbi ſignificatione maſculinū nō cōpre-
hendit fœmininum, ſed per interpretationē extēſiuā,
vt in d. l. pronunciatio. in prin. & ver. ibidem. & in l. r.
de ver. ſig & ideo non admittitur in ſtatutis, vt ibi ſu-
pra per Bar. Sic igitur appellatione fratrum ſubſtituto
rum nō ſunt comprehenſæ ſorores ipſius teſtatricis. &
pari ratione nec earum filij vel nepotes, & hoc ꝯcedāt
etiam grammatici, qui dicunt id fieri per figuram. i. vt
maſculinū concipiat fœmininū. Eſt autem impropria
2 figura loquutio, non eſt aūt † a propria verborū ſigni-
ficatione in vltimis voluntatibus abeūdū niſi de mēte
teſtantis doceantur oppoſita, vt ff. de. le. 3. l. non aliter.
& ar. de exerci. l. 1. §. ſi is qui nauem. præſertim cum eā
propriam ſignificationem confirmet cōis vſus loquē
di, qui vt dictum eſt contra propriam ſignificationem
præualeret. ff. de fun. inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinam.
eoque magis, quod eſt vſus proprius loquendi ipſius te
ſtatricis. Hanc interpretationem ſuadeat, cū in priore
parte teſtamenti eius legando ſorores nominatim, &
ſpecialiter appellauit. In ſubſtōne vero fratres ſuos &
filios dominæ Ghidæ matris ſuæ ſub verbis cumula-
tis maſculini generis deſignauit. Porro quod me ma-
gis mouet, hanc fuiſſe mentē teſtatricis, eſt patriæ ꝯſue
tudo. immo & lex ſcripta ꝓbat municipij, quæ in ſuc-
ceſſione morientiū ab inteſtato fratres vtrinq; coniun
ctos vel ex parte tātū diſtinguit & ſeparat a ſororibus,
etiam vtrinque coniunctis, ipſoſque fratres ſororibus
3 anteponit, quæ lex ſeu conſuetudo eſt tacita ciuium †
conuentio, vt ff. de legi. & ſe. com. l. ſed ea. immo & ex
preſſa populi, ſeu ciuium cōpoſitio, vt eo. ti. ff. de legi.
l. 1. 2. & 3. videtur ergo ea quoque fuiſſe mens teſtatri-
cis, quæ & communi omniū propoſito & patriæ ſuæ
moribus congruebat. In ambiguis etenim ſic ſolet fie
ri interpretatio ſupremæ voluntatis, vt ff. de leg. 1. l. ſi
ſeruus plurimum. §. fi. & de teſta. l. hæredes palam. §. ſi
quid poſt. in fi. cum concor. Et pro hoc optime facit qđ
no. Bartolus eleganter ff. ad trebel. l. hæredes mei. §. cū
ita. vbi ait. Et per hoc dico, quod cùm in terminis hu-
ius §. in locis, vbi ſunt ſtatuta, quòd filiæ neptes non
ſuccedant extantibus maſculis, talis neptis non admit
teretur, quia ſupereſt nepos ex filio maſculo qui ex prę
ſumpta voluntate defuncti ſecundum ſtatuta ciuitatis
neptem fœminā excludit. ſic ergo voluntas defuncti
in fideicommiſſis obſcura declaratiuā interpretatio-
nē recepit a ſtatutis, quæ ſucceſſionis ab inteſtato for-
mā etiam contra ius cōmune tribuunt, & contra ver
borum ſtrictā ſignificationem. Quanto magis in ſpē
propoſita, vbi propria verborum ſignificatio, & pro-
prius vſus loquendi teſtatoris, & cōmunis vſus loquen
di regionis huic interpretationi blanditur. Auget eam

ſam

ſam præterea, quia ipſe filius præmortui fratris ſuper-
ſtes dictæ teſtatricis de domo, familia, ſeu agnatione
conſiſtit. Cum cæteri, de quibus ſupra proponitur, co
gnationis, non etiam agnationis iure dictæ teſtatricis
cenſeantur. Eſt autem cõis penè apud omnes italicos
obſeruantia, vt agnatos etiam remotioris gradus præ
diligat cognationem in ſuorũ ſucceſſione bonorum,
cùm per agnatos domus & familiæ conſeruent, nõ ẽt
per cognatos, vt ff. de ver. ſig. l. pronunciatio. in fi. & de
venire inſpi. l. 1. §. denunciare. Nec me mouet, quòd il-
le filius fratris ſuperſtes conceptus fuit poſt mortẽ di-
ctæ dominæ Catherinæ per l. Titius. cum l. ſe. ff. de ſuis
& legi. hær. illud eſt cùm de ſola inteſtati ſucceſſione
quæratur, hoc autem de ſubſtitutione & de fideicom
miſſo in teſtõ diſpoſitis. in quibus verbis etiã propria ſi
gnificatione proſpecta ſolus ipſe deprehẽditur. Filius
namque fratris teſtatricis, quod extiterit, nemo, niſi de
ſipiat, nempe negauerit, quod aliorum contendunt
nulli profecto cõtraire, ſicut nec legibus aut moribus
patriæ ſupra contraire ſupra probatũ eſt. Et per hoc,
apparet reſponſum ſupra relatis allegationibus in di-
uerſã partẽ, quæ procederẽt ſi ſolũ ius cõe intueremur.
Cæterum hic proprius teſtatoris & communis vſus
loquendi & leges & mores regionis & patriæ propriæ
quoque verborum ſignificationi ſeruientes illi in pro-
prio ſenſu refragantur.

¶ Supereſt vltimò deliberare, quantũ is fratris præ-
mortui filius ſuperſtes ex ea ſubſtitutione cõſequi poſ
ſet, vbi compendioſe puto, heredem Guielmi magi-
ſtrum ſer Iacobum inſtitutum tertiam bonorũ deſun
ctæ teſtatricis legibus filio debitam portionẽ. vt C. de
inoffi. teſtõ. auth. nouiſſima. poſſe de fideicõmiſſo de-
ducere, vt C. de inoff. teſtõ. l. quoniam in prioribus, &
5 l. ſcimus §. cum autẽ, † Quartam vero reſidui beſſis. i.
duarum partium ita poſſe ex trebelliano deducere,
ſi ſolenniter confecerit inuentariũ de materna hære-
ditate Guglielmi, aliàs minime, vt C. ad l. falc. auth. ſed
cùm teſtator. ſecundũ ſententiã Bald. ibi relatam, quã
ſemper magis probamus, ſicque toti conſultationi
reſponſum eſt.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael ſulgoſius do-
ctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Legitima matris in bonis filij quanta ſit extanti-
bus ſororibus defuncti, an ſit tertia tertiæ, an vero ter-
tia totius patrimonij, & an mater concurrat ex iure
accreſcendi etiam inſtitutis in teſtamento.

SVMMARIVM.

1 Ius accreſcendi an locum habeat in legitima.
2 Legitima dicitur ex quantitate ſucceſſionis inteſtati conſiderãda.

CONSILIVM XXXV.

PROPONITVR Quod mater familias
moriens matre & duabus ſororibus hæ-
redibus inſtitutis incerta quantitate, virũ
hæredem inſtituit vniuerſaliter. Quæri-
tur, cùm ea quantitas inſtitutionis mater-
næ ad eius legitimã portionẽ nõ ſufficiat,
ideoque ſupplementum petat, quanta cenſeri debeat
legitima portio matris, an tertia totius hęreditatis ſeu
bonorũ teſtantis, an vero tertia tertiæ debeatur. Et vi-
detur ſorte dicendum tertia tertiæ tantummodo, quo
niã ab inteſtato tertiam dumtaxat fuerat habitura cũ
l. cum quæritur, & l. parentibus, & auth. nouiſſima, &
in corpe vnde ſumitur C. de innoffi. te. & de colla. l. il-
lud. i prin. & ff. de inoffi. te. l. papi. §. quoniã aũt quarta,
nec accreſcendi iure ad partes ſororum excluſarum,
cùm nõ ſit inſtituta perſona turpis, admitti videatur,
quoniã cùm ſint mater & ſorores inuicẽ coniunctę
coniunctione legali, & ſucceſſio in tertia ſit ſucceſſio
ſingularis, non vniuerſalis, vt C. de hęre. inſti. l. quoties.
& ff. ad treb. l. ſi legatus. §. multũ. & Inſti. de fideicom.
hære. § ſiquis vna. & not. C. de rei ven. l. cũ a matre, cõ-
ſequens eſt, iuri accreſcendi locũ non eſſe, per l. ex pau
lo ff. de leg. 2. potiſſime cùm & diuerſo iure ad eiuſmo
di legitimã portionem vocentur. Nam mater ad ter-
tiam, frater vero vel ſoror ad quartam. vt in Auth. de
trien. & ſemiſ. §. 1. & quod ibi no. & hanc ſententiã fir-
mat Bar. ff. de inoffi. teſta. l. pater filium.

¶ In oppoſitam verò partem ar. legitima portio ma
tris eſt tertia portio eius quod habitura foret ab inte-
ſtato, vt in legibus contra ſupra poſitis, ſed mater ab in
teſtato ſororibus concurrentibus fuiſſet habitura dũ-
taxat tertiam, ſororibus vero non concurrẽtibus qua-
cunque ex cauſa, fuerat habitura totum, vt C. ad ortici.
l. a. & ad tertu. l. vlti. igitur ex inteſtati ſucceſſione ſta-
tuendo legitimam conſequens eſt, vt ſororibus non
concurrentibus quouis modo excluſis, ſicut eſt inſtitu-
ta perſona non turpis. legitima portio matris ſit tertia
totius, quod ab inteſtato fuerat habitura, ſi ſorores qua
cunque ex cauſa non admitterentur, cui rei conſequẽs
eſt vt ampliorem portionem pro legitima ſtatui opor
teat ſola viuente matre, quod ſi & ſorores admitteren
tur turpi fortaſſis inſtituta perſona. nam tunc matri
ſuppleretur uſque ad trientem trientis, hoc eſt vnam
vnciam & trientem alterius. Sororibus verò vſque ad
quadrantem beſtis hoc eſt duas vncias, & ſic matris &
ſororum ambarum portio eſt trium vnciarũ & vnius
trientis alterius vnciæ. Cùm tamen ſi ſola mater ve-
niat honeſta perſona ſcripta hęrede, trientẽ totius hoc
ẽ quatuor vncias fuerat habitura, ſororibus minime
concurrentibus in inteſtati ſucceſſione ſicut præſcri-
ptum eſt. pro hac quoque parte facit, cùm frater ingra
tus aduerſus fratrem & ſic excluſus nullã facit matris
diminutionẽ, vt eſt tex. in Auth. de nup. §. ingratitudi-
nẽ. col. l. 4. quid porro refert, excludatur ingratitudine tur
pi etiam perſona hærede, an vero gratis excludatur ho-
neſta perſona ſcripta, facit quoque conſimiliter in d.
auth. de nup. §. ſoluto. ad fi. §. pene per vnam coſũnã.
Rurſus excluſi exhęredatione, & ſic teſtantis iudicio,
quod non poſſit impugnari, habentur pro mortuis, vt
ſequentibus locus fiat, & multo magis paribus, vt d. l.
pater filium & inſti. de ſucceſ. lib. §. ſi vero teſtamentũ
& ff. de coniungen. cum eman. lib. l. 1. §. ſi pater. ſed in
re propoſita ſorores ſunt excluſæ ita teſtantis iudicio,
vt non poſſit impugnari, igitur matri vtriuſq; dictæ ſo-
roris ipſiuſq; teſtantis, quæ cum ipſa ſorore vtraq; pa-
rem locũ obtinet in dictæ ſororis portione locus fiet.
l. ſi proponas. §. fi. & l. qui repudiãtis. in prin. ff de inoffi.
teſta. & hanc partem tenuit Dy. in l. plane 3. ſi coniũ-
1 ctim. ff. de lega. j. dum dicit † etiã in legitima habere lo
cũ ius accreſcendi. hoc ẽt tenuit Cy. in d. l. pater filiũ. in
ſuis additionibus, & eum refert Bal. in repe. d. l. pater fi-
lium. & Iac. but. quem refert Bar. ibidem, hanc ẽt par-
tem ſequitur Bal. in d. l. repe. Et ad omnes Bart. reſpon
det, quod mater permittitur non tam per ius accreſcẽ
di, quàm potius per ius non decreſcendi, quoniã ſola
vocata eſt vtraque ſorore excluſa pro mortua ſeu pro
nulla reputata, quamquam & ſi ex iure accreſcẽdi ad
mitteretur, adhuc iuri accreſcendi locus foret ſecũdũ
Dy. in legitima. vt no. in d. §. ſi coniunctim, & hæc
quoque pars videretur mihi probabilior, ea potiſſima
2 ratione, quam ſupra primo loco propoſui, quia † legi-
tima portio ex quantitate ſucceſſionis inteſtati iudica
tur, quæ quantitas ſucceſſionis inteſtati eſt maior ma-
tri ſorore vtraque non concurrente, minor aũt vtraq;
concurrente. cum itaq; hic non concurrat vtraq; ſo-
ror matri, maiorem portionẽ taxabimus. mouet etiã,
quia & inter duos patronos eſt ius accreſcendi in ſibi
debita portione, ſeu non decreſcendi altero excluſo,
vt ff. de bo. lib. l. cõmuni liberto, & de iure patro. l. ſiue
patronus §. ex duobus. in fi. quamquã inter eos ſit lega-
lis coniunctio, nec illa &c. vrgeat, ne quis pro parte te-
ſtatus.

ſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, quæ no. in l. ſi cõmunis ſeruus ab extra. ff. de acqui. hær. aut ne quis pro parte ſine ſucceſſore deceſſerit, cum & ſi portio alterius patroni non potentis cum patrono nõ accreſcere apud hæredem inſtituuũ remanſiſſet, quin hoc ipſum aperte videtur in terminis propoſitis decidi, in d. §. ex duobus. vbi patronus alter inſtitutus ex minori parte quàm debita, ſicut hic in matre. ius accreſcendi habet, altero patrono nõ petẽte ſuã portionẽ, quam quã ſi fuiſſet inſtitutus ex debita alterius patroni portio non petentis nequaquã ei tribueretur. Et nonnunquã etiã in ſingulari acquiſitione & ex cauſa contractus locus eſt iuri accreſcendi etiam inter ſola legali coniunctione coniunctos, vt ff. de ſtip. ſer. l. 1. §. cõis ſeruus. in fi. & C. ſi lib. imp. ſoc. ſine hær. de. l. 1. lib. 10. Et cum hæc pars tantorum ſit doctorũ autoritate ſuffulta & benignitate rõne pietatis, qua rõne liberorũ ſucceſſio debita eſt parentibus, vt ff. de inoffi. teſt. l. nã & ſi parentibus, in prin. & ff. vnde liber l. ſcripto. vnde magis parẽtibus, quàm extraneis in ea ſucceſſione fauẽdum eſt, cùm per hoc non irritum fiet teſtamentum. Nec ob. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt. præſertim in ſolatium matris triſtitiæ. at. Inſti. de tertu. ſena. con. in §. 1. non dubitarẽ etiam in negocijs atque diſceptationibus forenſibus hanc ſnĩam in cauſarũ diffinitionibus non tantum in ſcholis diſputationis cauſa ſubſequi, licèt Bar. ſolus diuerſam ſnĩam veriorem exiſtimet, ad qđ facit C. de bo. quæ l. lib. nõ ſine ratione, ibi attamen quia ꝯñs eſt &c.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Impubere ex damnato coitu & mortuo, ſuperſtite matre ſorore vtrinque coniuncta, & fratre ex vno latere quis eorum admittatur in ſucceſſione prędicta, & an inter natos ex coitu damnato deferatur legitima ſucceſſio.

SVMMARIVM.

1 *Mater non admittitur ad ſucceſſionem filij ex damnato coitu quia ipſa deliquit.*

2 *Prohibitio ſucceſſionis inter filium & patrem, quia odioſa, non eſt extra perſonas expreſſas extendenda.*

3 *Affinitas an dicatur inter natos ex damnato coitu.*

CONSILIVM XXXVI.

QVIDAM Magnus miles armatæ militię & in armorũ expeditione occupatus atq; capitaneus magnus habens vxorem & liberos ipſos in quadam ciuitate dimiſit, & alibi degens quandam concubinam ſiue amicam accepit, & ipſam in domo honorifice retinebat, ex qua duas ſuſcepit filias, quibus ſuſceptis donauit cuidam amico ſuo certas domunculas, & certum beſtiamen ſiue ſocitas ſuſceptas cum iuribus & nominibus certorum ſuorum debitorũ in dictis ſocitis & laboreriis per publicum inſtrumentũ in manu publici notarij. qui donatarius ſequenti die quæcunq; per donationẽ receperat duabus filiabus donauit manu eiuſdem notarij, & vixit dictus miles per aliquos annos, & dictam ſuam concubinam ſiue amicam nuptui tradidit, & mortuus eſt ſuperſtitibus ſibi aliquibus filiis ex legitimo matrimonio natis dictis duabus puellis, poſtea deceſſit vna ex duabus puellis ſuperſtitibus ſibi eius matre & altera eius ſorore iam nuptui tradita, & quodã eius fratre vterino ex legitimo matrimonio nato. Modo in contentione eſt de hæreditate iſtius puellæ in pupillari ætate defunctæ inter matrem eiuſdem ex vna parte, & eius ſororem vtrinque coniunctã ex alia, & dictum eius fratrem vterinum, vnde viſis prædictis, quæritur ad quem prædictorum pertineat eius hæreditas, & pro qua parte qđ ius ſit, in dei noĩe ꝯſiderarũt.

1 ¶ † Super eo, de quo quæritur ante omnia videtur, propriam matrẽ protinus non admittendam ad filiæ impuberis ſucceſſionem, ſicut & ipſa filia matri non ſuccederet, vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. § penul. & not. per glo. C. ad orfi. l. ſi qua. & in Inſti. eo. §. nouiſſime. eoq; amplius matrem excludendã putarem, ꝙ ipſa deliquit, non ſoboles, licèt ex dãnabili & accuſabili coitu concepta. Augeretq; cauſam excluſionis, ſi & in petendis tutoribus impuberi filiæ neglexiſſet, cum legitimum tutorem non habueris, ipſaque mater quñ nupta tutrix non eſſet. niſi fortaſſis minor ætas ipſam matrem excuſaſſet, vt ff. ad tertul. l. 2. §. ſi mater, & C. ſi aduer. delic. l. quamquam. vix illud eſſe poſſit. vt iam nuptui filiam conſequens minor 25. an. eſſe poſſit. Cæterum ſi ipſa mater vim paſſa fuiſſet, vt plerunq; accidit in viris armatæ militiæ, cauſa ipſa accuſari nõ poſſit. argu. ff. ad l. iul. de adul. l. vim paſſa. in prin. non putarem ipſam matrẽ a ſucceſſione remouendam, ſed ipſam ſolam magis admittendam, quàm fratrem vterinum vel ſororẽ, licèt vtrinq; coniunctã, quñ hoc caſu ex parte nulla coniunctio eſt, vt Inſti. ad orſi. §. nouiſſime. & de ſucceſ. cogna. §. vulgo. & C. de leg. hær. auth. ceſſante. & ad ſena. conſul. orfi. auth. defuncto, niſi ex negligentia non petiti tutoris, cum eſſet maior, vt pręfertur, eam excluſerit. Relinquitur igitur ſola diſputatio. an ad ipſius impuberis ſucceſſionẽ admittant frater & ſoror ſuperſtites, an alter ipſorum tantũ vel neuter, vbi videretur dicendum, quod licèt ſoror defunctæ matri non ſuccederet per præalle. §. pen. in Auth. quib. mo. na. effi. ſui, tamen per matrem poſſit ſuccedere per ea quæ not. Cyn. ſecundum Dyn. in l. ſi qua. C. ad orſi in 2. quęſt. & cõmuni de ſucceſ. authen. itaq;.

2 Item & oratione, nam illa prohibitio ſucceſſionis † inter filium & patrem eſt odioſa, & ideo non trahenda extra perſonas expreſſas. argu. extra de regu. iur. c. odia lib. 6. & quñ ius cognationis inter eos eſt, qđ ex ſolo naturali iure oritur, vt ff. vnde cognati l. hac parte. & l. ſpurius. & l. modeſtinus. per quas fuit motus Dyn.

¶ In oppoſitam partem facit, quoniam in huiuſmodi pars nulla legitima cuſtoditur, vt ait legiſlator in ſimilibus terminis. C. de natu. lib. l. fi. & licèt ea lex loquatur in ſucceſſione paterna, rõne tamen generali ẽt ad maternæ lineæ ſucceſſionem, vt. ſ. vbi inter ipſas perſonas non ſit, nec vnquã fuerit legitima coniũctio, hoc eſt medium per quod extrema coniungantur, ceſſet ipſa ſucceſſio, quonam modo dicetur natus ex dãnato coitu coniunctus fratri per matrem, vt fratri ſuccedat, cùm nec ipſi matri quo ad ius ſucceſſionis legitima intelligatur eſſe cognatio, neque ẽt ſecundũ naturam ab extremo potieſt ad extremum tranſiri niſi per medium, quod ſi non fuerit habile, non tranſibit. Conſtat namq; in graduum computatione in collaterales facienda ſemper ad ſtipitẽ ꝯſcendendum, vt tradit C. de ſuc. edic. l. fi. hic aut non eſt ſtipes. atqui ſine capite, ſiue radice non prodeunt rami. & ſi ipſa mater nequit filio huiuſmodi ſuccedere funditus & ab initio, hoc ẽ quia nunquam potens aptitudine fuit, quomodo ſuccedent ex ea nati quaſi ex radice exciſa, vt ait in ſimili do. Bal. C. de lib. præte. l. maximum vitium. in 1. quæſt. & facit in lib. feu. qui ſeu. de. pe. §. hoc autem notandũ. Et quòd ibi per eundem. Rurſum ſi notanter ipſi ſoboli, quæ omni caret crimine, nõ conceditur matris ſucceſſio, quæ ex recta linea deſcendit. & aliàs velut debita putatur, vt C. de codicil. l. vlt. quomodo collateraliũ minus longe debita ſucceſſio conceditur, contra d. l. fina. C. de codi. l. poſtremo. Cum ſucceſſio iure prætorio vel ciuili deferatur, quonam iure ſine capite huiuſmodi ſucceſſio defferretur? Neque. n. vllo iure cautum memini huiuſmodi fratres ex dãnato. ſ. coitu natos inuicem in ſucceſſionem vocari. lex nãq;, hac parte. & l. ſi ſpurius. & l. modeſtinus, ſuperius allegatæ loquuntur de talibus ſpuriis, ſiue vulgo quæſitis, qui non ex damnato coitu concepti ſint, quod ex eo maxime apparet, quia ẽt eis matres ſuccedere poſſunt, vt d. l. hac parte, quod in natis ex damnabili coitu nõ eſt verũ, vt

ſæpius

3 ſæpius ſ. dictum eſt. ¶ † Et euidenter expreſſum videt̃ ff. de grad cogna. l. non facile. §. ſciendum. vbi dicitur neque affinitatem, neq; cognationem eſſe, vbi nuptiæ interdictæ ſunt, niſi fortaſſe quo ad impedimenta nuptiarum, vt ff. de ri. nup. l. Adoptiuus. §. ſeruiles. & ad hoc facit §. vulgo. in Inſtit de ſuc. cog. in eo quod dicit, quia agnatio a patre eſt, inter eos, qui patrem non intelligunt hr̃e, non eſt agnatio. Ita quoque inter eos, qui non intelliguntur habere matrem, qualis ſunt nati ex damnabili coitu, vt in l. hic allegata, non erit cognatio, quæ a matre eſt. Item & in ſimilitudine, quam & in fin. § ponit, quod ſibi ſint cognati fratres ſpurij, ſicut matri, ſi igitur non ſunt matri, nec ſibi igitur. Et hanc ſententiam veriorẽ putarẽ in ſtricti iuris calculo, quã ſequitur Cy. poſt Odof. in l. fi. præalle. de natu. lib. in fi. ſui apparatus. vbi etiam de coniunctis per matrẽ loquitur, ne ſit ſucceſſio. Et ſi quis hanc partẽ defendendam putauerit ad notã. Dy. vbi ſupra reſpondebit, quod loquitur in d. l. ſi qua, in ſpurio non nato ex complexu nephario, quæ matri iure communi & orficiano ſuccedit. Sed per ipſam l. ſi qua, excipit̃ ne ſuccedat duobus concurrentibus, ſi iure ſit illuſtris, & legitimi filij ſint, quo fit, vt non tam inſucceſſibiles fiant, quàm qđ legitimi liberi eis præferantur. itaq; coniunctus per matrem ſuccederet, in quibus non probatur dignitas illuſtris. & hoc dicunt leges per eum allegatæ hac parte cum ſi. Et hoc modo pñt intelligi eiuſdem Dyni notæ. poſitæ in diffinitione præallegatæ auth. itaque. de illis namque loquuntur leges per eum allegatæ, videlicet dictæ leges, hac parte, etiam ſi ſpurius, & modeſtinus, qui non ſunt ex complexibus inceſtuoſis, vt ſuperius eſt monſtratũ, vt ſic dictũ Dyni probatione ſua ſuiſq; allegationibus interpretationem atq; declarationẽ accipiant. ar ff. de cal. l. hæc actio. Ad rationem aũt in diuerſum allegatam per ſuperiora patet reſponſio, nõ ſatis namq; non eſſe prohibitũ, ſed exigitur omnino cõceſſum, cùm de iure deferendæ ſucceſſionis agitur. Et expreſſe reperitur prohibitum per d. §. ſciendũ in d. l. non facile. vtilius tamen opinarer fore iuſto fœdere componendã, quàm ſubtili iure inter partes, quia non eſt ſine ſcrupulo, calculo trutinandam, præſertim per l. non puto ff. de iure fiſci. vbi aũt admittatur inter eiuſmodi fratres ea ſucceſſio, non animaduerto, cur frater vterinus, licèt ex legitimis nuptijs natus, ſorori licèt ex reprobo complexu progenitæ præponatur, cũ ius cognationis & ſucceſſionis ſecundũ hãc ſniam habeat, nec in maternæ lineæ ſucceſſione de hmõi macula diſputetur, vt ſ. ſecundũ hanc ſniam demonſtratum eſt. Sed nec contra exiſtimo eam quæri vtrũq; genitã coniunctam fratri pręferendã, cum ex patre nulla ſit cõputãda coniunctio, vt ſuperius eſt deductum. Huic ꝯñter ꝯſultationi, quæ ſequenti loco proponitur, rñderi põt quid ſcilicet de hæreditate ſecundæ ſororis iam nuptę poſt defunctæ ab inteſtato matre & fratre vterino ſuperſtitibus. Nam matrẽ quidem protinus excludimus niſi vim paſſam, fratrem autem admittimus ſecundũ quorundam ſententiam, vel ſecundũ eam magis ſtrictam diſputandi rationem præualuit vir quondã eius, quaſi ſine liberis, parẽtibus, ac propinquis ſeu legitimo ſucceſſore defunctæ bonorũ eius poſſeſſionem inter ſtatutos dies poſſit agnoſcere, vt C. vnde vir. & vx. l. vnica. & ff. eo leg j. Quod ſi prætieritum fiſcum vocat ea ſucceſſio, dũ illud ſciatur minoribus ætate eos dies ipſo iure non incurrere, vt C. in qui. ca. inte. reſti. nõ eſt ne l. ſancimus. & no. C. de in inte. reſti. l. 2. pactionibus enim res magis tranſigenda conſulitur, quàm litis incerto ſubigenda &c.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius doctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Creditor legans ſuo debitori quicquid reſtaret debitor, an videatur etiam legare creditum poſt legatũ contractum, & an verba reſpicientia futurum tempus referantur ad futuram nouam diſpoſitionem.

SVMMARIVM.

1 *Verbum poteſt, extenſiuum eſt, & futurum tempus complectens.*
2 *Generalis diſpoſitio an ad futura pertineat.*

CONSILIVM XXXVII.

QVIDAM in ſuo teſtamento legauit pluribus perſonis certas quantitates Florenorũ auri ex deſcriptis in monte cõi, & et aliàs quantitates quamplures & alias res, ac etiã fecit legatum ſub hac forma videlicet. Item ſolutis per eum legatis per eum factis omnes quantitates Florenorum auri, in qua dictus teſtator reſtaret eſſe creditor communis Florentiæ in libris ſeu regiſtris montis cõmunis Florentiæ, dicto cõi relinquit & legauit. Deinde poſt conditum teſtamẽtũ certas quantitates pecuniæ ſoluit cõi, quarum poſtea factus eſt creditor dicti communis. Modò cum tẽpore conditi teſtamenti tantum fuit in credito montis, ꝙ ſolutis legatis ex denarijs montis, et reſtabant florent ducenti ſcripti cõmuni prædicto. Quæritur an in dicto legato facto communi remaneant tantũ quantitates, quarum erat creditor tẽpore cõditi teſtamenti, an etiã quantitates, quas poſtea ſoluit pro ſuis præſtãtiis, in quibus poſt teſtamẽtum factus eſt creditor, attento quod tempore teſtamenti vigebat peſtis nõ parua, videlicet in M cccc. de mẽſe Iulij. & ꝙ teſtator tunc erat in infirmitate grauatus, vt patet ex teſtamento ꝙ nobis tranſmittitur. Quæritur quid iuris viſo teſtamento prædicto, & his, quæ ſupra narrantur.

¶ In propoſita quæſtione videretur prima fronte dicẽdũ, et credita poſt teſtamẽtum cum re publica cõtracta per ipſum teſtatorẽ & eorum liberationem ipſi reipublicæ ceſſa videri per l. Aurelius. §. Titius ff. de libera. lega a ꝯtrario ſenſu ibi (cùm verba in præteritũ tẽpus collata proponerentur) hic enim verba legati in futurum tempus collata fuere. cum dixerit ſolutis per eum legatis &c. Quorum legatorum ſolutio poſt vel intra biennium a morte teſtatoris ſecundum eius ordinationem fuerat facienda, verbum quoq; Reſtaret, qđ eſt præſens optatiui & prætcritum imperfectũ ſubiunctiui, ad ſignificandum quoque futurum tempus pertinet, vt plene no. per Bar. ff de iure codi. l. j. in 7. q. Et ad hoc facit ff. de op. leg. l. fi. diuerſam tamen ſententiam veriorem arbitror ea. l. ſola credita, & eorũ liberatio legata videri, quæ fuiſſent tempore teſtamenti, & in quibus vel quatenus reſtitiſſet creditor reipublicæ poſt ſoluta legata. & ad hoc mouet̃ per l. aquiliana ff. de trã. ſac. iuncta l. & vno. §. eius ff. de acceptil. & Inſti. qui. mo. tol. obli. §. eſt autem. vbi ponitur forma aquilianæ ſtipulationis, & ſubiectæ acceptilationis, quæ ſtipulatio nouans per verba futuri temporis cõcipitur, videlicet qcquid te dare facere oportet, oportebit ue &c. & tñ in ipſam generalem nouationem & liberationẽ, illæ ſolæ obligationes, vt credita continentur, etiam in die vel ſub conditione, quæ ex cauſis antecedentibus ipſã ſtipulationem acceptilationem proueniunt, non autẽ credita poſt ſtipulationem vel acceptilationẽ contracta, vt in d. l. acquil. in verbo præcedentes, nec mouet gloſſ. ſuper ipſo verbo dicens & etiam ſequẽtes ſi adijciant verbum, oportebit &c. quia glo. intelligit de ſequentibus obligationib. † quia ſint in diem, vel ſub cõditione, ex præcedentibus tamẽ cauſis, vt colligitur ff. de ver. ob. l. ſi a colono. & đ lega. a. l. ſi ita ſcripſiſſet. Mouet & ſecundo quod not. ff. de condi. ob cãm l. quod
1 ſeruus. per Bar. poſt gl. vbi verbum poteſt, † quod eſt extenſiuum, & futurum tempus complectens, intelligitur de futuro, ꝙ ex præſenti cã pendeat, puta quia remittat quis ſuo debitori quicquid ab eo poſſit vel etiã poterit in futurum petere, intelligitur namq; in cauſis 2

tamen

tamen præſentibus.confirmatur.tertiò per doctrinam
doctorum relatam per Cy.C.de ſerui.& aqua l.nō mo
2 dus. Cùm quæritur, † an ſermo generalis pertineat ad
futura, aiunt.n. aut tēpore diſpoſitionis generalis quā-
tum in ea contineatur, potuit cogitari & taxari, & tūc
ēt ad futura porrigitur, vt ff.de ſerui.ru. præ.l. ſeruitus,
aliàs non, vt d.l.non modus. in ſpecie autem propoſita
tēpore teſtamenti non potuit taxari vel cogitari quan
titas legati, ſi ad futura forſitā porrigatur. Quinimmo
nec ad præſentia pertineret ea generalis, liberalitas de
q̄bus ignoraſſet teſtator. Quid.n.ſi alius creditor ipſius
reip. quātitates ſibi in mōte cōis florētiæ deſcriptas in
libris & regiſtris florentiæ huic teſtator per ante legaſ-
ſet, & dies eius legati hoc teſtatore ignorante id teſta-
mentū ſeu legatum ſibi veniſſet, non rectè quis dixerit
huic legato generali reipu.facto id creditum quod ſibi
legatum ignorabat contineri. ar.ff.de trāſac.l.qui cùm
tutoribus.§.1.2.& ſe.liberalitatem aūt copioſam prudē
tum interpretatio fugit, vt ff.de tranſ.l.cùm aquiliana.
in fi. Non poteſt aūt dici teſtatoris hic ea credita leciſſe,
aut de eis cogitaſſe, quæ nondum fuerant re, neque ſpe
tempore teſtamenti, vt C. de teſta. l. iubemus.cum ſi.
rurſum cùm probatur, quòd tempore teſtamenti vige
bat peſtis valida, ipſeque teſtator erat infirmitate gra-
uatus, vt ſatis veriſimiliter opinaretur ſe moriturum
ſeu ſuſpicaretur, appet nec ſenſiſſe nec cogitaſſe teſta-
torē de his pecuniis. quas poſt ex inopinato ſuperſtes
contingenter etiam reipublicæ mutuauit ar. ff. de lib.
& poſthu.l. titius.§. Lutius. vbi verba etiā futurū tem-
pus reſpicientia ex opinationis teſtatoris ad pręteritū
detrahūtur, ad quod etiam facit ff.de hære.inſti.l. quo
loco.§.1. adiuuant quoq; tranſcurſus temporis, & qđ
ex facto ipſius reipublicę legatariæ legatum augeretur
per l.nomen.§.filio.ff.de leg.3.quam ibi plus fuerit do
lus.ſ.præſumptus in legatario, eo quòd contra ꝯſuetu
dinē patrisfamil.effeciſſet, deniq; ſupereſt regula gene-
ralis, ꝙ in obſcuris, quod eſt minimū, ſequatur. & ff.de
reg.iur.l.ſemper in obſcuris.& de leg.3.l. minimis. Ma
xime cùm hic hæres inſtitutū ſit hoſpitale ſanctæ Ma-
riæ nouæ & pauperes infirmi dicti hoſpitalis amore
dei & pro eius animæ remedio & ſalute, ſicque fauora-
bilior cauſa ſit cauſa pia & ſalus aīæ teſtatoris, quam
res publica, vbi non agitur de vllo & penè dixerim cō-
pendio teſtatoris, niſi temporalis famæ & gloriæ cor-
poralis.& arg.C.de ſac.ſan.eccle.l.ſancimus. & l. illud.
& ff.de reli.l.ſunt perſonæ.in fi. Supereſt ad allegata in
contrarium reſpondere ſecundùm doctrinā Bar. quā
poſuit in l.ſi ita.ff.de au. & arg.le. per quam pars ēt ele-
cta ſuperius confirmatur, quod proſpiciendū eſt, quē
actum reſpiciant verba futurum tempus reſpicientia.
Nam hoc verbum, reſtaret, in legato poſitū, quod ad
futurum reſpicit, bene ſignat futurum & futuri tēporis
ſeu in futurū tempus crediti permanentiam & perſe-
uerantiam, ſeu reſtantium partium tamen creditorū,
vt in ſimili inquit Bart.in d.l.ſi ita ſcriptum.in ver.quæ
ro pro declaratione, ſi teſtator legauerit oēs res mobi-
les, quæ pñi reperiri Peruſij, quia intelligitur legatū de
rebus, quæ erant teſtatoris tempore teſtamenti, & quę
etiam in futurum reperientur, non poſt teſtamentum
quæſitū, & idē no. Ang. in l.ſi ſeruitus.ff.de ſer.vr.præd.
ſi teſtator legauerit vxori fulcimenta cameræ. nā non
veniunt poſt teſtamentum facta. nec ob.l.ſi.ff. de opn.
le. quia loquitur in legato optionis, quæ fit tantum poſt
aditam hæreditatem. vt eo.ti.l.optione. & habebat ta
xatum numerum, hic autem non erat taxata quanti-
tas, quæ legato continebatur, nec poterat cogitari ſeu
taxari quantitas, quæ legato veniret, ſi ad augendum
legatum futurum tempus ſpectaretur, & poſſet aſcen-
dere in immoderatam quantitatem, & nullatenus le-
gati quantitati conſimilem, quæ fuiſſet, ſi tunc tempo-
re teſti mortuus fuiſſet, vt veriſimiliter potuit opinari.
¶ Ex quibus omnibus relinquitur concludendum, in
eo legato, de quo quæritur, eam ſolam quantitatē cō-
prætendi. quæ ſolutis legatis in teſtamento factis fue-
rat reſtituta ex credito tamen quod fuerat tempore te-
ſtamenti &c.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta ſi filius deceſſerit ſine filijs an cō-
prætendat etiam filias, & an & quando maſculinū cō-
cipiat fœmininum. & an filij videantur ſubſtituti eorū
patribus grauatis de reſtituendo, ſi deceſſerint ſine fi-
liis. & an ſpes ſubſtitutionis conditionalis tranſmitta-
tur ſaltem ad ſuos hæredes.

SVMMARIVM

1 *Viuens non poteſt dici habere hæredem.*
2 *Diſpoſitionem facere illa verba non dicuntur, quæ per modum con*
ditionis proferuntur.
3 *Spes conditionalis ſubſtitutionis non tranſmittitur.*
4 *Filij vel filiorum nomine in teſtamentarijs diſpoſitionibus qui com*
prehendantur.
5 *Verba conditionis, ſi ſine liberis deceſſerint, an contineant tacitum*
fideicommiſſum.

CONSILIVM XXXVIII.

IN propoſita quæſtione puto dictam Be-
nedictam nullo iure ad partem vllā bo-
norum dicti ſer Ioannis ex eius teſtamē-
to vocatam, primum quidem non ex in-
ſtitutione hæredum, qua Paulus & Anſe
minus, & domina Solomucia tantum pro æquis por-
tionibus fuerunt inſtituti, non autem dictæ Franciſca
& Marta fuerunt pro hæredibus vniuerſalibus nuncu-
patæ. quin etiam in certis quantitatibus inſtitutæ veutę
fuerunt amplius quid ex bonis dicti earum patris & te-
ſtatoris petere poſſe. ar.C.de teſta.l. hac conſultiſſima.
§. per nuncupationem. & l.iubemus. Ex inſtitutione
quoque facta dictæ dominæ Solomuciæ palam eſt nec
eadem ratione, quia.ſ. non fuit ſubſtituta Benedicta vo
cataque. Nec dicat quis ex generali verbo, filium vel
filios, in eadem ſubſtitutione comprætenſam dictam
Benedictam vocatam quaſi filiam Pauli, cùm maſcu-
linū concipiat fœmininum in huiuſmodi ſupremis pa
rentum voluntatibus. arg. ff. de teſta. tu.l. ſiquis ita. in
prin. de leg.3.l.Lucius.§.quæſitū.cum concor. quia Pau
lus videlicet & Anſeminus teſtatoris filij & hæredes
mortis dictæ dominę Solomucie ſuperſtites tempore
ipſam Benedictam in ea ſubſtitutione præueniūt, cùm
fuerit facta ab eo parente & inter eas perſonas, vbi in-
ter quas cadebat ordinata charitatis affectio hoc eſt fi-
lios & nepotes ipſius teſtatoris. Ideoq; primo loco no
minatim intelliguntur filij, ſi ſuperfuerint tēpore diei
fideicōmiſſi cedentis, præſertim cùm facta ſit ſubſtitu-
tio per diſiunctam vel, non per copulam &, ar. eorum
quæ not.ff.de li.& poſthu.l.Gallus. in prin. & ibi ꝑ Bar.
& cæteros ſcribentes. & de le.2.l.cùm pater.§.pe.& ad
treb.l.hæredes mei. §. fi. eoque magis in re propoſita
quod addidit, ipſorum Pauli & Anſemini filios legiti-
timos & hęredes. vnde tunc filiorum filij venerūt cùm
3 filij non ſupereſſent † quia viuentis non eſt hæres ff.de
hære.vel ac.ven.l.1. Deinde ſecunda ratione, quia ſoli
filij filiorum hoc eſt nepotes teſtatoris ex ea ſubſtitutio-
ne vocatę ſunt, primum quidem hoc propria verborū
ſignificatio, quæ tam propriè maſculino prolata ſunt, ēt
repetita, dum dixit filium vel filios, manifeſte demon-
ſtrat, nec hoc caſu ex impropria ſignificatione fœmi-
næ vocabuntur ex mente teſtantis, quoniam non mo-
do non fuit ea mens teſtantis, immo potius contraria,
quod apparet, quia in ſua etiam ſucceſſione fœminas
a filiis ſuis ſeparauit filios ſuos hæredes vniuerſales inſti
tuens, filias aūt proprias certa non grandi quantitate
tacitas & contentas pro omni iure ſuo fore præcipiēs.
vnde ſicut filios ſuos filiabus etiam proprijs antetulit,
ita

ita ēt exiſtimādum' ſit in nepotibus & neptibus futuris
ex filiis diſpari affectione cenſuiſſe. Rurſum nec eſt ve-
riſimile voluiſſe teſtā ē, neptes ipſas ſuis filiabus in ſua
ſucceſſione præferre, quas filias ex nouiſſima ſubſtō-
ne vocauit, ne ſic inuenirentur deterioris conditionis
filiæ propriç, quas iam teſtator habebat, & ad quas me
ritiſſime paterna confluebat affectio futuris & incogni
tis adhuc neptibus conſtitutæ. pro quo facit l. ſi viua.
C. de bonis ma. Sed & non eſſe a propria verborū ſi-
gnificatione abeūdum perſuadet, quòd cùm filiis ſuis
& eorum filiorum filijs deficientibus filias ſuas & earū
liberos vocauit ex poſtremo ſubſtitutionis capite, non
ſatis habuit teſtatoris verba generis maſculini pferre,
vt diceret & ipſarum filiarū filij, ſed adijciat, & filiæ,
quaſi in ſuperioribus, verbo filij vel filiorum, de maſcu
linis ſe ſenſiſſe ſignent. Non igitur proficit ipſi Benedi-
ctæ primum ſubſtitutionis caput, ſed nec eiſdem rōni-
bus ſecundùm memoratæ ſubſtōnis caput proficiet,
quæ dictos Paulum & Anſeminum filios ſuos alterum
in alterius partem, ſi ſine filiis deceſſiſſet, mutua ſubſti-
tutione vocauit, qa nec ipſa vocata ē ſeu ſubſtitutione
comprehenſa ſuo nomine, nec generali nomine filio-
rum ex filiis, tum quia in eo ſecundo ſubſtitutionis capi
te filij filiorum tantummodo in conditione ſubſtōnis,
non ipſa ſubſtitutione vel ſubſtitutionis diſpoſitione
2 comprehenſi ſunt †, quæ autem in modum conditio-
nis proferuntur, diſpoſitionē non faciunt. vt ff. li omiſ.
cauſa teſta. l. ſi quis ſub conditione dandorum. tum
etiam, quoniam ſi in diſpoſitione fuiſſent non neptes,
ſed ſoli nepotes ex virtute verborum generis maſculi-
ni, cui mens teſtantis contraire monſtrata eſt, aduenis-
rent, alioquin ſi illis verbis generis maſculini etiā filias
comprehenſas eſſe quiſque putauerit, euenturū intelli
get, ꝙ ſi alter ipſorum Pauli & Anſemini filiam ſuper-
ſtitem cum fratre relinqueret, filiam præmorientis fi-
lij ſuperſtiti filio prætuliſſe videretur, vt l. Lutius. ff. de
hæredi inſti. Cùm tamē ipſum filium ſuis filiabus pro-
prius prætuliſſet, quod quàm ſit incongruens & teſtato-
ris voluntati cōtrariū, nemo eſt qui neſciat. Sed nec ex
tertio capite ſubſtitutionis, quo Paulo & Anſemino ſi-
ne filijs legitimæ ætatis vnquam obeuntibus Franciſa
& Martha vocatæ ſunt, palam eſt Benedictā venire, eiſ
dem, quæ in proximo præcedente capite relatæ ſunt,
rationibus. Nec miretur quiſquam, ꝙ prudens patrefa.
quod edocet eius prudentiſſima diſpoſitio, filios ſuos
onere fideicommiſſi reſtituendæ hæreditatis filiabus
propriis onerallet, nulla nepium, quæ ex eiſdem filiis
poterant eſſe ſuperſtites, prouidentia vel ordinatione
propoſita. Cùm etſi nullam in fideicom. de liberis filio
rum poſt mortem grauatorum mentionē habuiſſet,
etiam ſi conditionem illam, ſi ſine filijs deceſſiſſet, pro
tinus omiſiſſet, nihilominus ea conditio, ſi ſine liberis
deceſſiſſent, iure optimo, qua filię etiam continebātur,
ſubintellecta fuiſſet, vt ff. de condi. & demon. l. cùm
auus. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. l. generaliter. §.
fina. & de fideicom. l. cū accutiſſimi. de condi. inſer. l. t.
& ad treb. l. iubemus. §. ſi quis autē. Quanto igitur ma-
gis non prorſus omiſſa, ſed minus plene expreſſa eſt,
adiuuanda eſt, arg. C. de rei vx. ac. l. j. Ad quod reſpon-
deo, quod prudentiſſimus teſtator filias filiorum nō in
cōſulta prouiſione vel cogitatione tranſegit, dū filios
ſuos nō in totam portionem reſtituendam coegit, ſed
in ſemiſſem dūtaxat reliqui ſemiſſis pleniſſimā filiis,
vt in ſuis filiabus hoc eſt teſtantis licèt per abuſiuū no-
men neptibus, prout res exigeret prouiderent, diſpoſi
tionem atque ordinationem relinquens. Cogitauit e-
tenim prudentiſſimus teſtator omni paternę ſubſtantiæ
ſolatio minime deſtitutæ, ne deterioris feciſſet cōditio-
nis filias, quàm neptes, quamquam filiabus ſuis & earū
liberis ſecundum frequentiſſimos ciuitatis & prouin-
ciæ mores filios ſuos & nepotes id eſt maſculos & ex
maſculis deſcendentes anteire non ignoraſſet. Et quod
dictum eſt fideicom. poſt morte filij per patre a filio da
to illā ſubintelligi conditionē, ſi ſine liberis deceſſiſſet,
quæ ad filias & ex eis progenitos vtriuſque ſexus perti-
net verū eſt, niſi ex aliis probabilibus coniecturis mens
oppoſita teſtantis appareat, vt no. per gl. & doct. in præ-
allé. l. cum acutiſſimi. hic antē voluiſſe teſtantem, ne-
ptes filiis factā ſubſtitutionē excludere multifaria con-
ſideratione monſtratū eſt, eo ꝙ amplius, ꝙ hæc expri-
mens cum vocabulo ſexus, ſicut liberis vtriuſq; ſexus,
ſed genere tantum maſculino concipit, quo fit vt fœ-
minas potius excludendas a ſubſtitutione cenſuerit. ar.
ff. de iudi. l. cùm prætor. porro filias teſtatorum hoc eſt
Frāceſcam & Marthā ex ipſo tertio capite ſubſtitutio
nis ad vtriuſque filiorum Pauli & Anſemini partes ſi-
bi fideicom. a patre datas admiſſas fore, non eſt dubi-
tandum. Nam & ſecundum caput ſubſtitutionis, quo
dicti Paulus & Anſeminus inuicem fuere ſubſtituti, de-
fecit. Neque enim extitit conditio ſubſtitutionis factæ
de Paulo in partem Anſemini viuo Paulo, cùm Paulus
ipſi Anſemino quamquam ſine filiis mortuo prędeceſ
3 ſerit. † Conſtat autem ſpem conditionalis ſubſtitutio-
nis non tranſmitti, vt C. de cad. tol. §. ſin autem aliquis
ſub condi. & ff. de condi. & demonſt. l. a teſtatore. & ad
trebellianum. l. hæredes mei. §. t. & ibi not. & C. de fi-
deicom. l. ſi in perſonam. & de his, qui ante aper. ta. l.
vnica. nec rurſum extitit conditio ſubſtitutionis factæ
de Anſemino filio in partem Pauli. Nam etſi poſthu-
mus. Pauli ante ætatem annorum 25. deceſſerit, & ita
videatur extitiſſet conditio fideicom. per patrē a Pau-
lo relicti, ſi ſine filiis ad ætatem 25. annorum perue-
nientibus deceſſiſſet, ipſa tamen conditio extitit An-
ſemino iam mortuo, qui antequā poſthumus naſcere-
tur, mortuus eſt. vnde tempore mortis ipſius Anſemi-
ni verum non erat, Paulum deceſſiſſe ſine filiis, qui ad
ætatem 25. annorum peruenirent, cùm & poſthumus
eſſet in vtero vxoris dicti Pauli, & natus ſit poſt ipſius
Anſemini mortem, vnde cùm poſſet ad annos 25. per-
uenire, necdum dicebatur ad ipſam ætatem minime
perueniſſe. argu. ff. de verb. obli. l. veluti. §. 1. & l. quic-
quid aſtringendæ. §. fina. & l. ita ſtipulatus. in prin. &
Inſti. de legi. agn. ſucce. §. proximus. & de hære. quæ ab
inte. deſe. §. cum autem. Nec ſpes conditionalis ſub-
ſtitutionis ſicut ſupra monſtratum eſt, tranſmittitur.
Extitit itaque ipſius vltimæ ſubſtitutionis conditio,
quia verum eſt Paulum & Anſeminum, & vtrunque
eorum ſine filiis ad annos 25. peruenientibus deceſſiſ-
ſe, merito Franceſca & Martha ad vtriuſque filiorum
teſtantis & fratrum ſuorum partem in fideicom. com
prehenſam ex ſubſtitutione vocatæ ſunt. Supereſt illa
ſola quorundam dubitatio, an ex eiuſmodi ſubſtitu-
tione de filiabus hoc eſt Franceſca & Marta factam
Paulo & Anſemino, ſi ſine filiis ad ætatem 25. ann.
peruenientibus deceſſiſſent, videantur ipſi filij filio-
rum tacite patribus ſubſtitutę, ita vt ipſi Paulus & An
ſeminus videantur ea ſubſtitutione per fideicom. gra-
uati, partes ſubſtitutione comprehenſas filiis ſuis, ſi
quos habuerit, reſtituere, ſicq; in perſonam dicti poſt-
humi nati de Paulo dicto fideicom. locus extiterit, aut
ſaltem in perſonam dictæ Benedictæ, vbi videtur mi-
hi, poſthabitis ſuperfluis diſputationibus & allegatio-
nibus conſultò, dicendum ſtudio breuitatis, quod etſi
ſine præiudicio veritatis videretur, dictum ſer Ioannē
primum teſtantem filiorum filios ſubſtituiſſe ipſis fi-
liis & tacito fideicō. filiorum filios vel alterius eorum
filium filiorum vel filiabus hoc eſt Franciſchæ & Mar-
thæ anteponere voluiſſe. per l. Lutius. ff. de hær. inſti. ſe-
cundum quorundam ſententiam, quam fertur Old. &
Bal. in l. t. C. de condi. inſer. inſequentes nihilo magis in
repræſentandi dicta Benedicta ſubſtituta exiſtimanda eſt,
quoniā verbis illis, filiorū, in conditione poſitis ſolos
filios maſculos filiorum, non etiam filias tam ex ver-
borum propria ſignificatione, quàm teſtantis mente
comprehenſos ſuperius multipliciter demonſtratum
eſt. Alioquin ſi illis verbis vtriuſque ſexus communi-
ter demonſtratū eſt, hoc eſt iam fœmina filij, quàm fi-
lius maſculus, quærendum erit, ſi poſthumus de Paulo
ad

ad annum 25. poſthumi perduraſſet, quis niſi deſipit,
recte negauerit, quia non ſit credendum, ſer Ioannem
in parte, quam Paulo filio contuliſſet poſt mortem
pauli fratrem pauli hoc eſt Anſeminum filio & poſte-
ritati legitimæ Pauli anteponere voluiſſe, per l. cùm
auus, ff. de condi. & demon. cum ſi. Et tunc illico quæ-
ram, quid in filia Pauli, an poſt mortem Pauli ſola ſu-
perſtes & ætatis perfectæ in parte data Paulo patruo
ideſt Anſemino quoq; viuenti ex ea ſubſtitutione præ-
feratur, ſi negauerit, quod recte facturus eſt, quia Anſe
minum prætulit propriis filiabus ipſe teſtator in parte
Pauli, multo magis & nepti, ne aliàs melioris ſit condi
tionis neptis, quàm filia, contra l. ſi viua. C. de bo. quæ
lib. habeo propoſitum, & aditam cum verbo cõi &
vno vtrumq; ſexum monſtrauit ſecundũ illam ſenten
tiam, vnde eſt quod in eodem caſu filius patruo præfe-
ratur, & filia poſtponatur, cùm in ipſo cõi nomine filij
4 vel filiorum † ad vtrumq; ſexũ ſm eandẽ ſubſtõnẽ his
verbis & eadem protinus ꝯditione ꝯfecerit, quõ ergo
in vnius perſona maris valet & efficax eſt ſubſtitutio,
in alterius verò perſona fœminæ deficit, cùm vtraque
perſona verbo vnico denotetur, ar ff. de vul. & pup l. iã
hoc iure. §. 1. ddm eſt itaq; illis verbis ſubſtit . tionis fi-
liorum filios, non etiam filias demonſtratas, ne aut idẽ
verbum tam diuerſas & contrarias ſententias ſignet,
& admittat, aut ꝯtra mentẽ nouiſſimam teſtatoris filiã
vnius filiorum præmortui altero filio ſuperſtiti præfe-
ramus. de poſthumo verò dicti Pauli nulla protinus hæ
ſitatio facienda eſt. vt quemadmodum non facit ſubſti
tutionis conditionem deficere, nec ſubſtitutionẽ An-
ſemini ſuperſtitis excluſiſſet, quia ad annũ 25. minime
perueniſſet, de his enim filijs loquitur conditio ſubſti-
tutionis, itaque nec ad fideicom. ſi quid ex his verbis
tacitum fortaſſis, vt diuerſa pars fatagit eueniret, ad-
mittendum ſit, quia nec ad annum 25. perueniſſet, nec
amplius in proprium peruenire poſſit, ſicque incom-
mutabiliter verum ſit, eũ ad annum 25. minime perue
niſſe ſecundum prædic. l. veluti §. 1 & l. quicquid aſtrin
gendæ ff. de ver. ob. his enim tantummodo filij filius
ad ipſum tacitum fideicom. vocatus eſſe putandus fo-
ret, qui ex verbis conditionis ſubſtitutionem filiarum
hoc eſt Franceſchæ & Marthæ fuerat excluſurus, cùm
ea eiſdem verbis conſurgat pariter tã incluſio, quàm
5 excluſio † Cæterum cùm hoc articulo, nunquid vide-
licet verba illa conditionis, ſi ſine filiis deceſſerint, ta-
citi fideicommiſſi diſpoſitionem contineant in ipſo-
rum perſonas filiorum, an vero conditionis dumta-
xat vim & poteſtatẽ obtineant ex deciſione gl. & plu-
rimorum doctorum magis illuſtrium clarior ſit, vt nõ
ꝯtineat, nec ex gloſis in contrarium allegatis vllam in-
ueniam, id, ad quod allegatur dicentem, ſi quis eam
ſubtili conſideratione proſpexerit, & abundantiſſime
ſuper hoc articulo multorum inter iuris ſcientiæ pru-
dentum vertices exactiſſima diſputatione, atque diffi-
nitione conſilia, quorum ſententiam & deciſionem vi
ſam cum diſputatione veriſſimam arbitror, proceſſe-
runt. Tum ẽt, quia mihi parum aut nihil intereſſe vide
tur, inſurgat tacitum fideicom. vel nõ inſurgat. vti faci
le licèt p ſuperiora deprehendere, eius latiſſima diſpu-
tatione conſultò ſtudio breuitatis omiſſa his contẽtus
quantũ ad teſtm̃ dicti ſer Ioannis pertinet, finẽ facio,
licèt & ſuper inſtitutione filiarum hoc eſt Franceſchæ
& Marthæ, an non recte facta ſit, ſat probabilius diſpu
tari potuiſſet, quia nõ tutiſſimũ ꝯſilium gloſatorũ in l.
3. §. ſed vtrum. ff. de mino. in glo. magna teſtator ſequu
tus ſit, & conſequẽter præteritione earum teſtamentũ
concuteret ſic quia in dimidiam ab inteſtato patri ſuc-
ceſſerint, etiam cum effectu. ſed quoniam hæc diſputa
tio etiam foret longiſſima & multum diſputata etiam
inter glo. & doc. cumulans quæſtiones cenſui conſul-
tius & hanc omittere &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Primum teſtamentum iuratum an tollatur per
ſecundum non facta ſpeciali mentione iuramenti, da-
to quòd adſit in eo cla derogatoria, & concurrente vo
luntate eius, in cuius fauorem erat iuratum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non mutando teſtamentum, odioſum dicitur, & con-
tra bonos mores, nec iuramento validatur.*

2 *Regula, quod ſemel placuit, an in diſpoſitionibus teſtamentarijs lo-
cum habeat, præcipue iuramento præſtito, vel interueniente.*

CONSILIVM XXXIX.

AD PRIMVM videtur poſterius præua
lere, cum per ipſum reuocatum ſit ſpe-
cialiter & idiuidualiter prius teſtm̃. cuius
dixerit ſe pœnituiſſe & mentionẽ fecerit
qualitatis illius, hoc eſt, quia haberet clau
ſulas derogatorias cuius vis teſti poſterioris, quas etiã
clauſulas ſpecialiter expreſſit, repetiit, & reuocauit, ſic
que ſatisfactum eſt l. ſi quis. in prin. ff. de le. 3. & no. ibi.
per gl. & Bar. & in. l. ſi michi & tibi. §. in legatis. de le. 1.
nemoque in hoc contradicit. Nec mouet in oppoſi-
tum iuramentum. quod in priori teſtamento præſtite-
rat de non mutando eo, nec alio faciendo, quia ſecun-
dum Bar. in d. l ſi quis in prin non valet † tanquam cõ
1 tra bonos mores, quia liberam tollit teſtamenti factio
nẽ, vt ff. de ver. ob. l. ſtipulatio hoc modo & d reg iur.
l. non eſt obligatorium. aut etiam ſi valet, nõ tollit, qn
potuerit teſtari & prius mutare, ſed periurium incur-
rit, vt no. Io. an in regula iuris, quod ſemel placuit. de
re. iu. lib. 6. Rurſum & remiſſum fuit per dñam Abun-
dantiam, quod remitti poſſe per eam perſonam, in
cuius fauorem vel vtilitatem præſtitum ſit, omnes con
ſentiunt de iureiu. c. debitores. & c. veritatis. & quod
no. in eis. In oppoſitum facit, quia iuramentum habet
vim clauſulæ derogatoriæ, ar. ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. fi
lius matrem. quæ ſpecialiter etiã reuocanda eſt, vt hæc
not. per † Io. an. in prædic. c. quod ſemel placuit. ad fi.
2 in nouella, quod minime factum eſt, qm̃ ipſius iuramẽ-
ti nulla facta eſt ſpãlis mentio. quod. n. ſpeciali nota in-
diget, ſi non ſpãliter notatum eſt, neglectum intelligi-
tur, vt ff. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum. hoc lon
giſſimi quoq; tẽporis interuallo, quod fuit penè an. 30.
conditũ, oblita quod iuraſſet. ar. ff. de acqui. poſ. l. pere-
gre. in prin. & quod ibi no. per Bar. in l. 2. ff de confeſ. &
C. qui teſta. fa. poſ. l. hac cõſultiſſima. §. at cum huma-
na. Cuius ſi meminiſſet, veriſimiliter id ſeruaſſet, ne
ſecundum Io. an. periurans mortaliter peccaſſet in cõ-
demnationem ſuæ ſaluus æternæ. ar. C. ad l. iul. repe. l.
ſancimus. ideoque cùm error & obliuio voluntatem
eius circunſcribat, non fuiſſet enim factum ſi ſciſſet,
debet irritum cenſeri, quod factum eſt, ar. ff. de condi.
& demon. l. cum tale § legato falſam. & de hære. inſti.
l. ſi. nec ad rem pertinet, quod remiſſum fuerit per fi-
liam, quæ fuerat inſtituta, qm̃ nepotes, qui fuerant vul-
gariter ſubſtituti ex ipſa filia ſm not. ff. de lib. & poſth.
l. gallus. §. 1. non remiſerunt, quorum commodo te-
ſtata fuerat teſtatrix filia non veniẽte, vel quia nollet,
vel quia non poſſet, vt C. de hære. inſti. l. cùm proponas.
qui caſus exiſtit, ſi filia a cõmodo & inſtitutione prio-
ris teſtamenti propter poſterius remiſſum teſtamentũ
& iuramentum factum penitus arceatur. Nec etiam
refragatur, quod tempore teſtamenti facti poſterius
prius teſtamentum ibi præſens foret, quia licèt dicat ta
bellio a ſe viſum & lectum, non tamen dicit lectum do
minæ, & ſic ſtat ꝙ ipſa teſtatrix non meminiſſet, ꝙ iu-
raſſet, & eſt credibile, quia ſi meminiſſet, aut teſtamen-
tum non mutaſſet memor ſuæ ſalutis æternæ, aut ſi
protinus mutaret, mentionem aliquam ſpãliter de eo
feciſſet, ſicut & de cæteris clauſulis & verbis eis inſertis
nominatim teſtõ poſteriore pœniteat. porro qm̃ res
ſi ex bona fide agebatur, vt inſciis filia & genero a qui-
buſdam de proprio commodo & incroſa vtilitate cer
tantibus circunſcripta teſtamentũ poſterius ediderit,

per quod filiæ fit iniuria, nepotibus nil relinquitur, & ſic inter neptes & nepotes propter inæqualitatem tam inuidia quàm diſcordia generatur, & contra bonos mores ipſius ciuitatis, quibus maſculi liberi fœminis præferantur, diuina prouidentia, cui omne ſecretum & cor patens eſt, & nil protinus latet, oculos excæcauit, & omniū ibi præſentium iudicium obumbrauit, ne viderent vel aduerterent, quòd in priori teſtō iuraſſet, & ne in poſteriore vlterius iureiur. vlla ſpecialiter mentio poneretur, vt quod male agebatur iuſte deſideret, & quod primo iuſtius & conuentius factum fuerat permanet. Qm̄ tamen poſterius teſtm̄ ſiue eius exēplum formaliter miſſum non eſt, placuit huiuſmodi prioris articuli deciſionem & inſpectionem futuram poſterioris teſtamenti differre.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

Conditio appoſita in vno legato an & quando videatur in alio repetita, & legatum dotis factum in caſum nuptiarum quando dicatur cedere, & quanta ſit legitima filiæ excluſæ ab inteſtato ex forma ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Verbum reliquę quod ſit collectiuum, & cuius natura ſint nomina collectiua.*

2 *Verba diſtributiua quando pro collectiuis in teſtamentis habeātur.*

3 *Filiam gratam congrua dote priuari iniquum & contra leges eſſe cenſetur.*

CONSILIVM XL.

DOMINICVS Teſtator deceſſit cōdito teſtamento ſolenni. inſtitutis filiis ſuis legitimis maſculis vniuerſalibus hæredibus, & relictis tribus filiabus infraſcrip. videlicet Vita, Magdalena, & Maria, etiam relicta domina Dorothea vxore ſua prægnante. & inter alia legata, quæ fecit, legauit vt infra videlicet, Item legauit & de bonis ſuis dari iuſſit Vitæ, Magdalenæ, & Mariæ eius teſtatoris filiabus legitimis & naturalibus & quibuſcunque alijs eius filiabus legitimis & naturalibus tam natis tempore ſui obitus, quàm poſthumis. ccc. ducat. auri. pro quaque ipſarum pro earum dotibus quando nubent. Item centum ducatos auri pro quaque ipſarum pro arneſijs drapamentis. & aliis neceſſariis ad ſpōſalia. Et ſi qua ex dictis eius filiabus tàm natis, quàm poſthumis decederet antequam foret maritata, quòd tunc & in eo caſu reliquæ ſuperuiuentes habere debeant vltra ccc. ducat. auri pro earum dotibus & dictos centum auri, in quibus quidem omnibus ipſas eius filias ſibi hæredes inſtituit, & iuſſit ipſas de prædictis fore tacitas & contentas. Mortuo teſtatore ex prædicta domina Dorothea vxore ſua prægnante naſcitur filia poſthuma, quæ poſthuma deceſſit in infantili ætate. Demum prædictæ ſorores Vita, & Magdalena maritantur receptis duc. ccc. pro dote, & centum pro arneſijs pro quaque iuxta formam relicti ab hæredibus filiis dicti teſtatoris. nunc dictæ duæ ſorores maritatæ petunt ab hæredibus centum duc. pro quaque ipſarum & ſimiliter illa, quæ non eſt maritata, intendit velle petere alios centum duc. vltra dictos ccc. duc. pro dote, & centum pro arneſiis ratione mortis dictæ poſthumæ defunctæ dicentes dictæ tres ſorores, ꝙ cùm ſint maritatæ, & dicta poſthuma ſit defuncta, ipſis tribus ſororibus debentur centum ducati pro quaq; ipſarum ab hæredibus dicti teſtatoris, & hæc ꝑꝑ verba ſupradicti legati. Ex aduerſo ſe opponunt hæredes. & dicunt quòd dictis tribus ſororibus non debentur, niſi centum ducati diſtribuendi inter ipſas tres ſorores propter verba ipſius legati præmiſſi.

¶ Ex præmiſſis tria dubia eliciūtur. Primò an cedat dies relicti per mortem dictæ poſthumæ a morte ipſius poſthumæ, an tempore quo maritantur ipſæ ſorores. Secundo an tribus dictis ſororibus dabeantur centum ducati pro quaque ipſarum, vel ipſis omnibus tribus ſororibus debeātur ſoli centum duc. per mortem ipſius poſthumæ ex diſpōne defuncti. Tertiò an dicta poſthuma debeat here hæredes ex diſpōne legali in his, quæ ſunt ſibi relicta, vt ſic mater fratres & ſorores ſuccedant poſthumæ ab inteſtato. Quartò & vltimo nunquid dictæ ſorores poſſint ſupplementum legitimæ debitæ iure nāæ ſine obſtaculo infraſcripti primi ſtatuti petere. Et præſupponitur infraſcriptum ſtatutum vincentiæ. Item ſtatutum & ordinatum quod ſorores cum fratribus, neptes cum nepotibus, ꝓneptes cū pronepotibus, & deinceps æqualiter nō ſuccedant ab iteſtamēto, nec hr̄ditatē paternā, mr̄nam auitā, & ꝓauitam. & deinceps æqualiter diuidant, ſed dotentur ſecundū facultates hæreditarias. Et quòd pax, finis, & remiſſio per ipſas fcā de dictis hæreditatibus valeat, & teneat, & infringi non poſſit aliquo modo vel iure, etiā ſi in alterius poteſtate conſiſtant. Item ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi quis abinteſtato deceſſerit ſine liberis vel aſcendentibus, relictis fratre & ſorore vel fratribus & ſororibus, aut relictis propinquis in quouis pari gradu maribus ēt fœminis, ꝙ ipā ſoror vel ſorores vel aliæ propinquæ defuncti ad eius hæreditatem cum fratre vel fratribus vel alijs propinquis maribus in pari gradu non admittantur, ſed aliqua modica quantitas vel portio modica ipſius hæreditatis aſſignetur, & detur ei vel eis arbitrio duorum communium amicorū per partes eligendorum inſpecta magnitudine & qualitate hæreditatis, de qua agitur.

¶ Ad primum, de quo quæritur, videtur prima fronte dicendum, diem relicti centum duc. ſuperſtitibus vna earum filiarum moriēte priuſquam maritaretur ex poſthumæ morte cedere. Nam illud relictū cētum duc. ſub vna tantū ꝯditione relictū. videlicet, ſi qua ex dictis ſuis filiabus tā natis quàm poſthumis decederet antequam maritata foret, ſed ipſa conditio extitit per mortē poſthumę. Et eſt namq; particularis iſta oratio, ſi qua ex dictis eius filiabus &c. Et in vno tātūmodo verificata eſt, vt ff. de pig. ac. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. in fi. & de rebus du. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. & hic præcipue propter illud aduerbiū tunc. & illa verba, & eo caſu, ar. ff. de condi. & demon. l. 4. in fi. Illud autem conſtat, legati conditionalis diem cedere regulariter ex tempore exiſtentis conditionis. vt C. de cad. tol. §. ſi autem ſub condi. cum concor. diuerſam tamen ſententiam, ſeu partem veriorem puto, & diem legati cedere, cum ſorores ipſæ maritentur, hoc eſt in earum ſingulis. cum ſingulæ ſingulariter nupſerint. Nam conditio illa, quando nubent, in præcedenti legato trecentorum pro dotibus, & centū pro arneſijs ei facto aſcripto in ſequenti legato & additamento 100. duc. vr̄ tacite repetita, primo propter illa verba repetitiua pręcedentis legati vltra. ſ. ccc. duc. &c. quæ præcedens legatum cum ſua conditione nuptiarū repetiiſſe creduntur. ar. ff. de le. 3. l. ſi ſic. & l. ſicut. & l. repetendis. & quod not. in eis poſt gloſſ. per Bar. & facit l. cùm ſeruus ff. de condi. inſti. & l. auia. & l. cùm ſeruus. ff. de condi. & demon. & de do. except. l. fi. §. vlt. adiuuat quoq; hanc ſententiam. quoniam id legatum centum duc. coniungitur per copulam præcedenti legato dotis & arneſiorum & in ipſo legato centum, quæ adijciuntur oportet repeti verba illa diſpoſitiua. legauit & iuſſit, quæ in precedentibus poſita fuerunt, aut ex ipſis præcedentibus verbis ipſum legatum centum ducatorum dependet ſecundum rationem recti ſermonis, ſiquis recte proſpexerit, merito itaque plenam repetitionem & dependentiam cum ſuis & ſuprà expreſſis qualitatibus ſeu conditionibus in ſequenti quoque legato dictorum centum ducatorum inducit atque operatur. ar. l. ſeyæ. §. gayo. ff. de ſup. inſtruc. & quod ibi per glo. & Barto. in d. l. in repetendis. cùm ſit identitas perſonarum, quibus legatur

gatur in vtroque legato, licèt rerũ ſit diuerſitas. Mouet
& etiam, ꝙ illi centum duc. ex morte vnius filiarum
adiiciuntur præcedenti legato dotium, velut augmen
tum, ſeu additamentũ, ideoque eaſdem conditiones
& formã recipiunt, quæ fuerant expreſſa in legato do-
tium præcedente, arg. ff. de pac. dotis l. inter ſocerum.
§. cum inter. C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante. §. pa-
ctis. & ex his reſponſum eſt ad diuerſæ partis allegatio
nes. Nam non illa ſola cõditione, ſi qua filiarum priuſ-
quàm maritata ſit, mortua fuerit, ipſum legatũ 100. duc.
ſuſpenſum eſt, verũ & illa tacite, quã filiæ ſuperſtites nu
bent, ex qua conditione dies non prius intelligitur ce-
dere, quàm ſi nuptiarum feſtiuitas interceſſerit, vt C.
de nupt. l. ſancinus. & hoc de primo quęſito, vbi conclu
ditur illius legati centum ducato. diem non a morte
poſthumæ, ſed ad diem nuptiarum factarum. ¶ In ſe-
cundo vero conſultationis articulo videtur, primo in-
ter tres ſuperſtites filias centum ſola ſeu ſemel tantum
1 debere diſtribui, ſine diuidi propter verbum reliquæ †
ſuperuiuẽtes &c. quod eſt collectiũ, vt ff. de vulg. & pup.
l. ſi pater. & l. qui cum plures, & quod not. in eis, cuius
nominis collectiui natura eſt, vt actum verbi diuidi
inter eos, qui ſub collectiuo nomine continentur, non
aũt ſingulis inſolidum attribuat, vt ff. de leg. 1. l. qui fi-
liabus. §. 1. & per Barto. de hære. inſti. l. hoc articulo.
In aduerſum videtur mihi veritas & ſententia teſtato-
ris, vt videlicet ſingulæ filiarũ ſuperſtitũ centũ habeãt
vltra prius ducatos quadringentos. Et ea verbis in lega
to cõprehẽſis oñditur propter illa verba vltra ccc. duc.
pro dotibus & centũ pro arneſijs. quæ repetunt legatũ
antecedens cum ſuis qualitatibus, & per ꝯñs non oẽs
ſimul filias ſuperſtites, ſed pro qualibet earum, vt in
præcedenti legato fuerat expreſſum, & propter copu-
lam, &, continuatiuam illius poſterioris ad priora lega
ta per illas rationes, & argumenta, quibus vſus ſum
in articulo proxime præcedenti. deinde hoc ipſum &
perſonis & rebus conuenit. nam ex morte vnius filia-
rum ante nuptias vacant duc. cccc. qui ipſi præmortuę
fuerant relicti pro dotibus & arneſijs, vnde ex ſequenti
legato non videntur hæredes grauati, ſed id, quod fue-
rat propoſito, & ordinatione teſtantis. ab vniuerſo
hæreditatis ea emptum, ad alias perſonas transfertur.
¶ Item mouet charitas perſonarum, quibus relinque-
batur. quia filiabus ipſius teſtatoris. ar. in præalle. l. filia-
bus. §. 1. & quod ibi not. in glo. in prima ſolutione l. ſi
quis Titio. §. fina. ff. de lega. 2. de lega. 1. l. ſi ſeruus pluriũ
§. fin. & arg. l. cum alienam. C. de leg. & de fideicom. l.
prædia. Relictum namque tanta neceſſitudine tentis
atque coniunctis amphorem meritoex dilectionis &
charitatis affectu admittit interpretationẽ & vberio-
rem legati cauſam. facit ff. de aur. & arg. leg. l. quintus.
in fin. rurſum ſicut ex pluralitate filiarum & exiguis fa
2 cultatibus teſtatoris verba diſtributiua † nonnunquam
pro collectiuis accipiunt. vt not. in l. qui filiabus. § pri-
mo. ff. de leg. primo. ita contra ex diminutione filia-
rum & amplis facultatibus patris latius eſt legatum in
terpretandum, quàm prima facie verba legata ſigna-
rent. Quinimmo verbum illud, reliquæ, nonnun-
quam ex aliis inſertis verbis non coniunctim, nec col-
lectiue, ſed diſiunctim & diſtributiue recipitur ex ſen-
tentia teſtatoris, vt eſt expreſſum in d. l. qui cum plu-
res. ex quibus concludendum apparet ſingulis dicta-
rum filiarum ſuperſtitum ſuper additos centum duc.
non autem ſolos centum ſemel inter eas diuidendos.

¶ Ad allegata vero in diuerſam partem ſatis appa-
ret per ſuperiora reſponſum, & hoc de ſecundo. & fa-
cit natura illius verbi, alios. vt in l. fina. §. fin. de vi. tri.
& olc. le. & in Inſti. de lege aquil. §. at nec quidem plu-
rimi. Super eo vero, quod tertio loco producitur, an in
ſibi relictis a patre poſthuma hæredes habere poſſit.

¶ Attendendum eſt, quòd cum conditio de ſibi reli-
ctis & ſcripta defecerit, non nupſit enim, fruſtra quæri-
tur an in ipſis relictis hæredẽ poſſit habere poſthuma,
fortius autem quæri potuiſſet, an vel ea conſideratio-
ne, quia conditio relictis ad ſcripta reiicienda ſit ſal-
tem vſq; ad eam quantitatem, quæ ei omnimodo dan-
da fuit, per l. quoniam in prioribus. & l. ſcimus. in prin
cip. C. de inoffic. teſta. poſſint hæredes habere, quod vi
detur per allegatas proxime leges. Quantum ei dari
neceſſe fuerit, dubitatur probabiliter, & per hæc expe
dietur ſequens nouiſſimus articulus. Solet autem dici
vulgo, legitimam portionem filiæ etiam fore trientem
vel ſemiſſem eius partis, quam ab inteſtato fuiſſet ha-
bitura, vt C. de inofficio. teſt. l. parentibus. & authen.
nouiſſima. & in corpore vnde ſumitur, ſecundum quę
futurum eſt, quòd cum ab inteſtato non fuiſſet ſucceſ-
ſura, ſed tantum pro modo facultatum dotanda vigo-
re ſtatuti ſupra primo loco relati, dimidiam dotis con-
gruæ legitimam eius exiſtere cenſere debeamus. Sed ſi
3 hæc admiſerimus † conſurget iniquitas, vt filia grata
congrua dote poſſit priuari contra l. qui liberos. ff. de
ritu nupt. & C. de do. promiſ. l. vlt. l. itaque parentibus.
cum concor. intelligendo ſecundum ius commune,
non inſpecto hoc iure municipali, de quo non cogita-
uit, vt C. de teſta. l. iubemus. iuſtius itaque videbitur, vt
ſaltem tantum debeat habere, quantum ab inteſtato
fuerat habitura, hoc eſt dotis congruam quantitatem,
ne quid abſurditatis incurrat. vt ff. de leg. l. benignus.
Sed an ab inteſtato id tantũ filia conſequi poſſit vt con
grue detur, & tunc tñ cùm nubet. Interim verò ali-
menta ſm l. ſi quis a liberis. §. item reſpõ. eſt. & §. fin.
ff. de lib. agno. an vero ea ſupra relato ſtatuto dotis con
gruæ quantitas ſtatim & pure ei debentur. Et dotis
quidem verbum exigere videtur matrimonium, cùm
dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, vt C. de dona an
te nup. l. fi. ff. de iure do. l. ſtipulationem. & de condi. &
demon. l. Titio centum. § fina. In aduerſum facit, quia
ex communi vſu loquendi, qui omni propriæ ſigni-
ficationi verborum anteponitur, vt ff. de lega. 3. l. libe-
rorum. §. quod tamen Caſius. & quod ibi no. dotata
dicitur mulier cui dos aſſignata, ſi etiam in teſtamen
to, quanquam nec dum nupta ſit, vt not. Bar. in præ-
alle. l. Titio. § fina. ideoque in ſtatuto de filia dotata lo-
quente comprehendere. & alegat ff. de admin. tu. l.
cum plures. §. in patris. & quod ibi not. in gloſſ. de ritu
nupt. l. non eſt matrimonium. Et hoc ipſum videtur
colligi poſſe ex ſtatuto ſupra ſecundo loco relato, per
quod certa portio licèt parua defertur pure mulieri.
quæ iure communi cum matribus ad ſucceſſionem
vocetur tranſuerſalium, multo magis hoc exiſtiman-
dũ eſt in filia vocata ad patris ſui debitam quodammo
do naturaliter ſucceſſionẽ, vt ff de bo. dam. l. cum na-
turalis ratio. in princ. Non autem ſi non nubat quòd
patris protinus ſucceſſio denegetur. Quid enim ſi volu-
erit deo virginitatem ſeruare, nullam tamen profi-
tendo religionem. Quid ſi qua ex cauſa expediat ei po-
tius, non nubere, remanebit ne prorſus a patris ſuc-
ceſſione remota? Impia fieret profecto hæc interpre
tatio. habeat itaque puella quantitatem virtute memo
rati prioris ſtatuti ex bonis parentum ad dotem ſibi
ſi forte nupſerit, concernentem, in qua poſſit hære-
des hàbere tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſi
eius ætatis ſit. vt teſtari poſſit. hæc namq; videtur beni-
gnior atque humanior interpretatio, et ideo præacci-
pienda, vt ff. de re. iur. l. ſemper in ambiguis. Si autem
conſuetudo aliter interpretata eſt illam l. municipij. ea
interpretatio conſeruãda eſt, vt ff. de leg. & ſena. con. l.
ſi de interpretatio. porrò ſi admittatur, vt dicta poſt-
huma hæredes habere poſſit in ea quantitate, quæ do-
ti congruæ ſufficeret, nõ videtur locus legi municipij
ſupra ſecundo loco relatæ, aut eo quia in maſculino ſe
xu loquatur, ſi quis ab inteſtato &c. Aut eo quod poſt-
huma non dicatur ab inteſtamento deceſſiſſe, quæ
nec teſtari potuiſſet. vt ff. de ſu. & le. l. 1. in prin. & quod
not. in l. cum antiquioribus. C. de iure deli. & hoc te-
net expreſſe Bald. contra Barto. in libro feu. de ſuc. feu.
c. vnico. puto tamen ex ſententia teſtatoris ea tre-
centa, quæ ſupra in ſecundo articulo, ipſis tribus,

ſillabus ex poſthumæ morte, cum tamen nupſerint, vltra priores quadrigentos ſibi debita definita a legitimis ſucceſſoribus ipſius poſthumæ velut in ſecundis tabulis relicta deberi, per l. ſi fundum per fideicom §. ſi. & l. ſe. ff. de le. t. & quod not. per Cy. ſecundum Dy. C. de inoffi. teſt. l. ex tribus & ꝯñter ſi ſorores ei ſucceſſerunt, pro quota ei ſucceſſerint, actiones ſibi competentes pro ipſo legato fundi iure crediti & debiti in eaſdē perſonas concurſas, vt C. de pac. l. debitori. & ff. de ſol. l. ſtichum. §. adiectio &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtamentum primum ſolenne an, & qñ tollatur per ſcd̄m, & an cæcus poſſit teſtari inter liberos nō ſeruata cōi ſolennitate, & an per laudum arbitri vel arbitratoris ſuper diuiſione hæreditatis latum videatur remiſſum fideicōmiſſum ꝯditionale, & an ſaltē per diuiſionē & promiſſionē de non veniendo cōtra videatur remiſſum fideicōmiſſum prædictum, & an alienata ꝑ filium grauatū, ſi ſine filiis decederet, computentur ſibi in legitima, & an fructus medio tempore percepti per grauatum ſint reſtituendi fideicommiſſario & an pecunia veniat in fideicommiſſo generali.

SVMMARIVM.

1 *Differentia maxima debet eſſe inter teſtamentum cæci & non cæci, & diuerſa debent eſſe conſiderationes.*
2 *Teſtamentum primum perfectum quo caſu per ſecundum imperfectum tollatur.*
3 *An per tranſactionem factam videatur remiſſum fideicōmiſſum conditionale.*
4 *Legitima teſtatoris voluntas in vltimis voluntatibus dominatur,*
5 *Diuiſio bonorum inter fratres hæredes non debet fideicommiſſum minuere vel immutare, quominus integre perficiatur.*
6 *Quomodo fructus imputentur in Trebellianicam.*
7 *Trebellianicæ beneficium amittere meretur, qui inuentarij confectionem omittit.*
8 *Alienata ꝑ grauatū imputātur in legitimā ſi volūtarie alienauit,*

CONSILIVM XLI.

CASVS Talis proponitur. Franciſcus de Treuis ſanus corpore & mente condidit teſtamentum ſolenne. M. ccc. lxxxviij, quo poſt multa legata facta ſibi hæredes inſtituit Guielmum, Antonium nepotē ex filio præmortuo, & quoſcunque filios naturales & legitimos naſciturος ſibi. Et ſi quis eorum decederet in pupillari ætate, vel alias poſtea quandocunque ſine filiis legitimis maſculis, Cæteros ſupra viuentes maſculos in capita, & filios eorum maſculos in ſtirpem ſibi & dicto præmorienti ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicom. & omnibus via, iure, & forma, quibus melius fieri & eſſe poteſt, filias verò in dotibus ſingulas earum inſtituit, poſtea verò anno M. cccc ij. Cū eſſet factus cæcus, fecit aliud teſtamentum, quo Vincentium, & Laurentium fratres & filios ſuos ac dominæ Bridæ ipſius teſtatoris vxoris, & quemlibet alium filium eius maſculum naſciturum ex dicta domina Brida cum hac conditione, quòd ſi aliquis ipſorum decederet in pupillari ætate vel poſtea quandocunque alij ſupra viuentes ſuccedant. Et ſi omnes decederent abſque filiis legitimis, quarta pars dictæ hæreditatis deueniat in S. quarta in F. quarta in chriſti pauperes, & alia quarta pars in Luciam ipſius teſtatoris filiam & dictæ dominę Bridæ. item reliquit Guielmo eius nepoti ex filio præmortuo libras mille, in quibus ipſum inſtituit tam ratione legitimæ ſibi debitæ, quàm ratione ſeu iure inſtitutionis, iubens, ipſum dictis mille lib. fore tacitum & contentum. item reliquit Luciæ filiæ ipſius teſtatoris, & dictæ dominæ Bridę duca. cccc. auri, iubdēs, ipſam de ipſius teſtatoris hæreditate fore tacitam & contentā, cum hac conditione, ꝙ ſi dicta Lucia decederet in ætate pupillari vel poſt, quandocunq; dicti ducati. cccc. deueniāt in dictos teſtatoris filios, & dictam dominam Bridam, & in ſi. poſita eſt clauſula codicillaris ſolita, plena, & derogatoria cuiuſlibet alterius teſtamenti & vltimæ voluntatis. Deinde natus eſt ipſi teſtatori alius filius ex dicta d. Brida Iacobus, iſtud autē ſm̄ teſtamētū ſcriptum eſt per tabellionē in præſentia teſtatoris & teſtium nouem rogatorum, qui cum ipſo notario ſeſe proprijs manibus ſubſcripſerunt. Mortuo dicto teſtatore relictis poſt ſe nepote & tribus filiis, exorta queſtione inter nepotem præfatum & dictam dominā Bridam tutricem teſtatariam filiorū ſuorum de hæreditate dicti Franciſci & teſtamentis prædictis, & aſſumptis per ipſas partes arbitris de iure & de facto ſecundū formam ſtatutorum Vicentiæ eas ad compromiſſum cogentium anno M. cccc. v. arbitri aſſumpti poſt de M. cccc. vj. ſuum tulerunt arbitrium, quo quæſitam partem immobilis & nominum ac onerum hæreditariorum dicto Guielmo deſignarent, & certas res immobiles. Reliqua vero omnia dictis Vincentio & Laurentio, cùm iam eſſet mortuus Iacobus, iudicarēt, hoc eſt tres partes immobiliū cū nominibus & oneribus pro tribus partibus & alijs mobilibus, poſt vero M. cccc. vij. etiam mobilia inter eos diuiſerunt. Et in laudo iuſſæ ſunt partes ſibi inuicem facere vocationē generalem de ſoluto de oī & toto, quod poſſent à ſe inuicem petere de hæreditate & bonis prædictis vltra prædicta ſingulis tribus aſſignata. Et in diuiſionem eſt iuſſa pars vtraque nunquam contrafacere, & vt poſſit quiſque de ſua parte facere libere quicquid voluerit ſine contradictione vel impedimento alterius partis, & ita partes conſenſerunt. poſt hæc mortuus eſt dictus Guielmus vnica filia relicta. Ex his quæritur de infraſcrip. an primum teſtamentum fuerit ipſo iure ſublatum per poſterius, cū prius deroget poſteriori. Secundo an per compromiſſum & laudum ſubſequutum fideicom. inuicem a patre datum, ſi quis eorum nepotum & filiorum ſine filio maſculo deceſſiſſet, quod in primo teſtamento continetur, ſaltem fuerit ſublatum, ita vt ad partem Guielmi Laurentius & frater venire non valeant. Tertio, an ſi per laudum non ſit ſublatum, ſaltem per diuiſionem inter eos factam. Quarto, ſi ſit ſublatū, an poſſint fructus imputari in trebellianicam hæredibus Guielmi, quos Guielmus viuens percepit. Quinto an alienata per ipſum Guielmum imputentur ſibi in legitimam. Sexto an pecunia etiam credita reperta in bonis Franciſci tempore mortis veniant in reſtitutionem. Septimo an impenſa funeris & æs alienum dicti teſtatoris inter partes prædictas diuidentur pro partibus hæreditariis. Octauo an dos vxoris, quam Guielmus recepit poſt mortem aui paterni ſit imputāda & ſcribēda legitimæ dicti Guielmi.

¶ † Ad id de quo primo loco quæritur videtur teſtamentum ſecundo loco factum licèt a Cæco & non ſeruata per omnia forma l. hac conſultiſſima. C. qui. teſta. fa. non poſ. nihilominus valere, quoniam factum ſit inter liberos per l. hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & hanc ſententiam tenet ibi Bal. & nemo ꝯtradicit. In diuerſum trahit in Inſti. qui teſta. ſa. non poſ. §. cæcus, vbi dicitur, cæcum non poſſe teſtamentū facere, niſi ſecundū obſeruationē diui. Iuſt. quæ eſt in d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. non poſ. Sic ergo vniuerſaliter negat, cæcum poſſe teſtari, niſi ſm̄ formā præalle. l. aut ex vi & ꝑtāte illius negationis, non quæ negat prorſus ſequentia, aut ex natura indefiniti ſermonis, qui ſecundum leges ęquatur vniuerſali, vt ff. de lega. 2. l. ſi pluribus. & not. per Dyn. in rubr. de regulis iur. lib. vj. Non igitur etiam inter liberos poterit teſtari cæcus citra formam illius leg. hoc ſuadet, quod Theodoſius in l. hac conſultiſſima. C. de teſta. tradens formam teſtamenti a non cæco faciendi excepit teſtamentum, quod factum eſſet a parentibus inter liberos,

vt

vt licèt fuerit imperfectum, teneat tamen inter ipſos liberos. Inſtinus autem, qui poſtea tradidit formam teſtamenti a cæco faciēdi, cùm vidiſſet prçalleg. l. Theodoſij, fuit enim poſterior, in ipſa l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. non poſ. nihil excepit, nec de teſtamento inter liberos faciendo aliam formam permiſit, vnde ſignanter ab ipſa lege fuiſſe omiſſum credendum eſt. ar. ſo. mat. l. ſi vero. §. de viro. & C. de cad. tol. §. ſin.
3 autem ad deficientis. Rurſum † in teſtamento, quod fit inter extraneos, palam eſt differre cæcum a non cæco, & in teſtamento cæci maiorē conſiderari ſubtilitatem & ſolennitatem, quàm in teſtamento non cæci. pari igitur ratione credendum eſt, quòd ſi in teſtamento cæci, quod inter liberos fieret, voluiſſet legiſlator aliquid ex ſubtilitate ſtatuta inter extraneos remittere amplius tamen ſubtilitatis in teſtamento cæci inter liberos exigiſſet, quàm in teſtamento non cæci inter liberos exigatur, neque enim conuenit eam tantum ſolemnitatem ſufficere in teſtamento cæci, licèt inter liberos, quæ ſufficeret in non cæco, cum facilius poſſit aliquid committi falſitatis in cæco, vbi ſunt tenebrę, quam in non cæco, vbi lux viget, qui namque male agit, lucem odit, & tenebras quærit. ar. C. de fideicō. l. fina. & de teſta. l. iubemus. amplius & illud haud in ſubtili proſpiciendum eſt, ꝙ in teſtamēto non cæci, qđ fiat etiam inter liberos, ſed in ſcriptis data eſt certa forma per l. nouiſſimam, citra quam nec inter liberos tenebit imperfecta voluntas. in Auth. de teſta. l. imperfe. §. j. & C. de teſt. auth. quod ſine. in teſtamento autem nuncupatiuo dicitur ius antiquum non mutatum, quoniam ſubſcriptio fieri nequeat, vbi non præceſſerit ſcriptura, vt no. in d. auth. quod ſine. Atqui teſtamentum cæci, & ſi dicatur per nuncupationem, quoniam omnino neceſſe eſt cæco ſuam voluntatem palam coram teſtibus dicere, vt d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere non poſ. Attamen & ſcriptura omnino neceſſaria eſt, & ſic ad ſubſtantiam, non modo ad probationem voluntatis exigitur, qua ratione dici poteſt etiam in ſcriptis. vt ar. C. de fide inſtru. l. contractus. Neque enim mihi videtur repugnare inuicem per nuncupationem, & in ſcriptis; & ideo licèt teſtator deſtinaſſet in ſcriptis teſtari, ſi tamen & ſuam voluntatem palam coram teſtibus dixiſſet, teneret, licèt aliquid ex ſolennibus inſcriptis teſtamenti in ſcriptis deficeret, vt not. Cyn. C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. In hoc quoque teſtamento cæci, quod eſt in ſcriptis ſeu vbi ſcriptura interuenit, cùm potuiſſet fieri ſubſcriptio liberorum, interuenire debuiſſet. ar. C. ſamil. er. auth. ſi modo. vel teſtatoris ſcriptura ſecundum præalleg. auth. quod ſine. nec mouet, quod cæcus ſcribere nequiuiſſet, quia ſaltem alium, qui pro ſe ſcriberet, adhibere debuiſſet, ſicut fit in eo qui ſubſcribere debeat, Sed propter imperitiam literarum aut aliud impedimētum non valeat, vt d. l. hac conſultiſſima. ver. quod ſi literas. C. de teſta. & de iure delib. l. fina. §. ſiue autem dubius in fi. quę cum non ſeruata fuerint, conſequens eſt, id non tenere. Ridiculum porro videbitur teſtamentum cæci inter liberos minore ſubtilitate procedere, quàm non cæci, vbi ſubſcriptio liberorum aut parentis ſcriptura prorſus exigitur. Quin etiam ſunt qui non improbabiliter putarent, tunc tantummodo teſtamentum parentis inter liberos imperfectum tenere cum in ſcriptis eſt, non cum ſola denunciatione ſeu voce conſtiterit. nam ille §. ex imperfecto, continuatur ad principium ipſius l. hac conſultiſſima, vbi de teſtamento tantum in ſcriptis loquitur, in. §. autem per nuncupationem. incipit loqui de nuncupatiuo, & ibi non ponitur exceptio de teſtamento inter liberos facto, nec eſt nouum, efficatiorem intellectum atq; firmiorem volūtatem ſcriptam quàm non ſcriptam eſſe. vt eo. tit. de teſta. l. nolumus. ſecundum modernorum intellectum, vt Inſti. qui. mo. teſt. infirm. §. fin. ibi, ex nuda voce. & arg. C. de nō nu. pe. l. generaliter. & ſi mi. ſe. ma. dix. l. ſi alterius. cum ſi. Illud etiā concedendū eſt, ꝙ hoc teſtamentum a cæco factū vt aliud ſolemne cōi ſolemnitate etiam inter liberos procedebat, vt ex facti ſerie. s̄. relata colligitur. Non potuit ergo tolli per ſecundū, niſi ſpecialiter primo fuerit derogatum, vt Auth. de teſta. imperfec. §. & ſi quidem, in verbis, talē quandā voluntatē, ſuper gloſſ. ſua. & ipſum ſecundum teſtamentū ſit, perfectum ſolemnitate communi. Quæ non hic interceſſerunt, vnde primum in ſua firmitate remanſit, licèt enim §. & ſi quidem loqui videatur de primo teſtamento inter liberos facto, habente formam in prin. auth. traditam, interpretatione tamen magiſtrali receptum eſt, idem multo magis obſeruandum in primo teſtamento, quod plena & communi ſolemnitate conſtitiſſet in præalle. authen. hoc inter liberos. vt ibi no. Cy. denique cum in teſtamento lex indiſtinctè lata ſit, indiſtinctè videtur intelligenda. vt ff. de pub. l. de precio. & de le. præſtan. l. 1. §. generaliter. Nouiſſime & hanc ſnīam ſuadet ipſa rei æquitas & iuſtitia naturalis. Quare enim nepos ex primogenito præmortuo in tam parua pecuniæ quātitate hæres patruis poſt ſe natis vniuerſaliter inſtitutis debuiſſet inſtitui, qui in priori teſtamēto pariter cum filiis naſcituris fuerat inſtitutus, præſertim cum nō modo ex perſona patris præmortui, verum etiā ex ſua ius primogenitu meruiſſet. profecto nil aliud exiſtimandū eſt, quàm nouercalibus deliramentis eueniſſe, quibus non eſt indulgendum. vt ff. de inoffi. teſt. l. non enim eſt conſentiendum, eoque magis, ꝙ ſoror eius vel amita de nouerca maiori fuerit, quam ipſe nepos in quātitate conſcripta, quod cōtra mores illius ciuitatis eſt, vbi maſculis exiſtentibus filię a ſucceſſione municipalibus legibus excluduntur. Et per hæc vltima poterit defendi notam dñi Bal. nō eſſe huic determinationi ꝯrariā, loquitur namq; Bald. cum teſtātis cæci inter liberos nullum aliud ſolēne teſtm̄ præcedit, præſertim cū ipſum prius teſtm̄ rationi & æqualitati inter liberos obſeruandæ, cui vniuerſale ſtudent tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vt C. de coll. l. vt liberis, & auth. ex teſtamento, & in corpore vnde ſumitur, magis ſit conſentaneum. neq; enim teſtm̄ imperfectum ita ſouetur, cùm aliud ſolemne præceſſerit, ſicut ſi nullum penitus pręceſſiſſet, vt colligit in ea. l. hac conſultiſſima. §. ſi qs aūt.
3 vbi † incipit loqui cum teſtamentū ſolemniter factum erit, & aliud poſtea fit, neq; enim per ſcdm imperfectū tollitur primum perfectum, niſi cùm in primo fuiſſent extranei forſitan inſtituti, & poſteriore ſcripti forent, qui aliàs rem ab inteſtato haberent, & ſaltem quinque teſtes inuenerint, cum tamen in teſtamento perfecto inter liberos, qđ eſſet primū, duo putentur ſufficere, vt no. in auth. quod ſine. præalleg. & C. de codi. l. fi. licèt in hoc Bal. videatur aliud ſenſiſſe in d. §. ſi quis autem. per d. §. ex imperfecto; ſed non debuit ipſe per illum §. moueri, cùm loquatur illa l. hac conſultiſſima. de primo teſtamento vſque ad §. ſi quis autem. & ſic §. ex imperfecto, qui præcedit illum §. ſi quis autem. vbi loquitur de ſecundo, intelligitur de primo teſtamento, qđ aliud ſolemne non procedat, vt ex ordine literæ colligitur. Sic teſtamentū iniuſtum filio præterito abſtinente poſt mortem patris vel præmortuo patre ſcriptis ab inteſtato rem habituris a prætore tuetur, vt ff. de in rup. & irri. teſt. l. filio. & l. poſthumus ſi idem. circa qđ tamen minime tueretur, ſi aliud ſolemne teſtamentū præcederet, vt ff. de lib. & poſthu. l. ſi filius qui in poteſtate, & quod ibi notatur, & videtur expreſſum in Auth. de teſta. imper. d. §. & ſi quidem. & auth. hoc inter liberos, inde ſumpta, & poſita ſuper præalle. §. ex imperfecto. vbi teſtamentu ſecundū imperfectum etiam inter liberos factum non tollit anterius non modo cōmuni ſolemnitate, verum etiam ſingulari auctoritate ſiue ſubſcriptione ſuffultum. Quibus ex omnibus relinquitur manſiſſe primum teſtamentū, non abſoluto ſcdo, qđ imperfectum fuit, deficientibus ſignificationibus teſtiū, & tabularij, & illa prædictione iccirco teſtes vocatos, cum velit per nuncupationē teſtari, quæ ſecū

dum communem ſententiam. non eſt correcta per l.
in teſtamentis. C. de teſta. & ad allegata in diuerſam
partem ſupra reſponſum. & hæc de primo.
3 ¶ Ad ſecundum verò quo quæritur† an per tranſa-
ctionem factam inter ipſos nepotẽ & patruos per ar-
bitramentalẽ ſniam inter eos latam ſublatum ſit ius
fideicõmiſſi inuicẽ a patre & auo inter ipſos dati, ſi q̃s
eorũ deceſſiſſet ſine filiis maſculis. videtur ſine diſpu-
tatione dicendum, ꝙ non, per l. controuerſia. & quod
ibi not. ff. de tranſac. vbi no in gloſſ. 2. ꝙ etiã ſi nulla cõ
uentio facta ſit inter ipſos de hæreditate tranſigentes, &
ex tranſactione partes quotas ſibi per ſingulos aſſignã-
tes de ære alieno, quod inuicẽ ſibi deberent ſeu ab eis
deberetur. Nihilominus pro partibus hæreditariis,
quæ ſingulos contingerent, aliis tenerentur conſorti-
bus. Et idem poſtea dicit glo. magna in legatis & fidei-
com. quod ibi dicitur in ære alieno. Non igitur tolli-
tur per ipſam trãſactionem ius fideicom. ſicut nec ius
crediti, quod ipſis tranſigentibus inuicẽ deberetur pro ea
parte, quæ ſocium tangeret. ¶ Hic tamen incidit du-
bitatio, quia tunc legata & fideicom. peti poſſunt ſicut
æs alienum, quãdo legata & fideicom. fuiſſent in oẽm
euentũ præſtanda tam ex teſtõ, quàm ab inteſtato, quia
fuiſſet quoq; ab inteſtato repetita, cùm tranſactio facta
fuerit inter ſcriptum & legitimũ hæredem ſuper con-
trouerſia, an ex teſtamento ſucceſſioni locus eſſet, vbi
aũt non fuiſſent legata & fideicom. ab inteſtato repe-
tita, peti non pñt, nec tunc æri alieno nec legatarij &
fideicõmiſſarij creditoribus comparantur, vt ibi not.
in glo. magna. In re autẽ propoſita non fuerat contro-
uerſia de cauſa teſtati, & inteſtati, immo inter ſcriptos
diuerſis teſtamentis, & certum eſt fideicom. huiuſmo-
di, de quo contenditur, non omnino in debitũ ire. Nã
dictus Guielmus nepos ex Antonio filio præmortuo
in priore teſtamento fuerat eiuſmodi fideicõ. graua-
tus, cum eſſet pariter inſtitutus cum filiis naſcituris, eſ-
ſentque inuicem vulgariter pupillariter & per fideicõ.
ſubſtituti, ſi quis eorum ſine filijs maſculis deceſſiſſet.
at in poſteriore teſtamento dictus nepos fuit nullo one
re grauatus fideicom. ſed videbitur illud verum eſſe,
quando eſſet incertum, an valuiſſet teſtm̃, ex quo lega-
ta vel fideicom. peterentur, tunc enim defecta proba-
tione intẽtionis petentis reus abſoluitur. vt C. de eden.
l. qui accuſare, at qui certus fuiſſet vel ex poſt fieret, qđ
teſtamentum, ex quo legata petantur, valeat, efficaci-
ter peti pñt ſine tranſactionis obſtaculo à ſcripto hære
de, vt ff. de tranſact. l. 3. in prin. & no. in d. l. controuer-
ſia. in prin. diſtinctionis, ibi per glo. poſitæ, & in me-
dio, ibi (ſi autem in teſtamento tantum) & in verbo,
ſi autem apud eum, vt dictum eſt &c. In ſpẽ autem pro
poſita certum eſt teſtm̃ prius a non cæco factũ, ex quo
petitur hmõi fideicom. valere, nec fuiſſe ſublatum per
ſecundũ minus ſolẽne, ſicut ſuperius efficaciter mon-
ſtratũ eſt. Hæc quoq; ſnĩa cõuenit non modo priori te-
ſtamento, verũ ẽt & ordinationi atq; diſponi ſecundi,
vbi multo magis voluntas teſtatoris oñdıtur, dictum
Guielmũ nepotẽ nolle hẽre, non modo ſi ſine filijs ma-
ſculis deceſſiſſet, verum etiam viuentem niſi ſolam le-
gitimam portionem, cùm ei ſolas mille lib. reliquerit,
quæ nec legitimã forſitan apprehendebant. Quo fit, vt
ex vtroq; teſtamento parentis ſit manifeſta voluntas,
& poſt mortem dicti Guielmi ſine filijs maſculis to-
tum quod habuit idem nepos ſupra legitimam ad pa-
truos, eiuſdemq; teſtatoris filios pleno iure perueniat,
4 ideoque ſeruanda† quia legitima teſtantis voluntas in
vltimis voluntatibus dominatur, vt C. de leg. l. cum
quæſtio. in fi. & conguit hæc ſententia etiam commu-
ni voto parentum præſentibus ſæculis, qui ſuam fami-
liam ſeu ſubſtantiã in lineã maſculinã, per quam con-
ſeruantur domus & familiæ, quàm in fœminas, q̃ ſunt
caput & finis ſuæ familiæ. ff. de ver. ſig. l. pronũciatio. §.
fina. & de ven. inſpi. l. j. §. denunciare in perſona & c. de
uentre per optani. argu ff. de reg. iur. l. ſemper in ſtipula
tionibus. & de leg. 1. l. ſi ſeruus plurũ. §. fina. Nec dicat
quis, Vincentius & Laurentius filij teſtatoris dixerunt
ab initio ipſum prius teſtamentum ex poſteriore ſub-
latum. Qua nunc fronte dicere audebunt oppoſitum
prius teſtamentum valere, & ex eo fideicom. ex pecto
re reuoluto mantello, & ſcutum ſuum albo nigroque
variantes, & dicit alibi gloſſ. de marino, vt omnem
vitaret cœlorum amaritudinem, vt ff. de peti. hære. l.
hæres furioſi. §. fin. quia reſpondetur, ꝙ non potuit ob-
tinere propoſitum. vt ſm teſtm̃ valeret. vnde licẽt ei ẽt 2
& cum oĩ honeſtate diſcedere ab ea ſententia, quã pu-
tauerat præualere, ſed non præualuit, & ad contrariã
ſe transferre, vt de hære. peti. l. legitimam. & l. poſtquã
in prin. & de inoffi. teſt. l. mater. & no. C. de fur. l. prima,
& facit extra de iureiur. c. mulieri. nã & verſa vice idẽ
poterit imperari ſucceſſoribus Guielmi, qui ex priori
teſtamento ſe iuuit, & magis obtinuit; vt nunc ab eo
velit hæres diſcedere. præſertim cùm petitio patruo-
rum vtriuſque teſtamenti ordinationi conſentanea
ſit, quod in hærede nepotis ꝯtra eſt, vt. s. manifeſte de-
duxi. Adiuuat quoq; hanc ſniam, ꝙ ſuper ipſo fideicõ.
arbitratores nõ intellexerunt arbitrari, quoniã coram
eis de fideicom. prædicto nunquam extitit diſputatũ.
¶ Super eo quod tertio loco quæritur, an per diui-
ſionem & clauſulas in ea inſertas, quæ poſt facta fuit
inter ipſos patruos & nepotem fuerit dicto fideicom.
derogatum vel protinus abrogatum reſpondetur, ꝙ
hæc quæſtio ſatis eſt in veteribus commentariis rumi
nata, vnde longiſſima atque nodoſa diſputatione, quæ
ſuper ea fieri poſſet, conſulto ſtudio breuitatis omiſſa
5 videtur frequentior illa ſententia†, vt per diuiſionem
hæreditatis etiam inter fratres ſcientes de fideicom.
factam, tametſi ſubiecta fuerit clauſula vel contra ea
fieri, non derogetur fideicom. poſt mortem, & ſub cõ-
ditione, ſi ſine filiis deceſſiſſent, inuicem dato, vt pleniſ
ſime traditur per Bart. ff. de ver. ob. l. qui ratione. §. fin.
& præalleg. §. duo fratres, intelligendus eſt, quod ibi
male fuerit iudicatum, quod tenent Iac. but. Pet. Ray.
& Bar. & Bal. referentes alios fere modernos in illam
ſententiam, quam & gloſſ. tenuit. ff. de pac. l. tres fra-
tres. vbi Barto. & Bal. & Barrãn d. l. qui Romæ. §. fi. aut
ſi quis teneat bene iudicatum in præalle. §. duo fratres,
quod mihi vero videtur ſimilius, quia pro ſententia
iudicis, & re iudi. bene lata magis credendum eſt, &
quia iuriſconſultus profecto illud denotaſſet quod per-
peram vel per iniuriam fuiſſet iudicatũ propter iuris
præſumptionem contrariam, vt & alias in pleriſq; lo-
cis facit, vt ff. de euic. l. ſi per imprudẽtiã. de fideiuſ. l. ex-
ceptione. ad ſyllanum. l. propter veneni. §. fina. manda.
l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. & alus plurimis legi
bus; quas enumerare magis eſſet laborioſum, quàm
ſubtile, vel vtile. Dicendum eſſet, quòd illa verba in d.
§. poſita quaſi de hoc quoque tranſactum fuiſſet, intelli
genda ſunt ſ in ipſa diuiſione ſpãli pacto, ſicut alibi cõ-
tingit, vt eſt exemplum in l. j. C. de pact. per quam l. de-
bet poni caſus in d. §. duo fratres. & per quã l. vlti. alle.
allegatas per Barto. in d. §. duo fratres ſatis colligitur,
quod ſola diuiſio paternæ hæreditatis non aſſumeret
fideicom. niſi ſpeciale pactum ſuper hoc interceſſiſſet,
& facit lex de fideicom. C. de tranſac. Tantoque ma-
gis in propoſita ſpecie ꝯſtanter hoc recipiendum eſt,
vbi non ſponte ad tranſactionem ſeu diuiſionem ven-
tum eſt per ſe ſed per electos ex neceſſitate legis mu-
nicipalis arbitros, vnde nec eſt credendum, ipſos ar-
bitros de fideicom. tollendo ſeu inuicem remittendo
ſenſiſſe, de quo nulla præceſſerat controuerſia, tracta-
tus, vel diſputatio, & ſuper quo fortaſſe nec fuerat
compromiſſum, nec veniat in compromiſſum id, de
quo non apparet cogitatum, vt ff. de arbi. l. ſi cum dies.
§. plenum. & de quo nec erat neceſſe poterat contro-
uerſia. Nec cùm nondum ceſſiſſet dies fideicom. præ-
ſertim cùm altera partium fuerat pupillaris ætatis,
vnde hæc liberalitas fuiſſet ipſis puellis, cùm fuiſſent
ſuæ tutelæ, ſeruanda, vt ff. de admil. cum plures. §.
in primis. & hæc ſufficiat de tertio, quoniam ple-
niſſime

niſſime deciſum eſt per Bart. vbi ſ. ¶ Ad quartum quo
6 quæritur † an fructus imputetur in trebellianicam di-
cto Guielmo nepori, pro veritate ddm eſt imputari,
cùm non fuerit filius, licèt nepos, & ſic in ſecundo gra
du, vt ff. ad treb. l. in fideicom. eſt namque priuilegiũ
in filiis primi gradus, vt non imputent, vt C. ad treb. l.
iubemus, ergo in cæteris liberis in contrarium eſt ius
commune, vt ff. de legi. l. ius ſingulare, & ad municip.
l. 1. in fin. Illud quoque ſpecialiter adnotandum eſt, ꝙ
7 † ſi non feciſſet ſolenniter inuentarium dictus Guiel-
mus, trebellianicæ beneficium amiſiſſet, vt C. ad l. falc.
auth. l. cùm teſtator, ſecundum ſententiam Bal. quæ
probatur in corpore auth. vt ibi ſcribit Bal. & moderni
doctores, vt & plurimi ſequuntur, & ita ex facto ſæpe
conſultus cum aliis clariſſimis præceptoribus mdi. li-
cèt Barr. videatur contra. & hoc de quarto. ¶ In quin-
8 to conſultationis articulo † an alienata per dictũ Guiel
mum poſint eidem & ſuis hæredibus in legitimam im
putari, reſpondetur, quòd ſic per l. marcellus. §. res
quæ, & quod ibi not. ff. ad treb. ſi voluntarie alienauit,
non pro ſoluendis legatis vel ære alieno creditoribus,
quibus ſolutum ſit, & niſi in alias cauſas neceſſarias fa
cta fuiſſet alienatio, quæ hæreditati profeciſſet, non
perſonæ ipſius Guielmi, puta propter dotem & dona-
tionem propter nuptias, nam legitima prius debet il-
lis cauſis ſatisfacere, vt C. communia de leg. auth. res
quæ. ¶ Ad ſextum vero, an credita & pecuniæ in hæ-
reditate tempore mortis teſtatoris inuenta in reſtitu-
tione veniant. dicendum etiam, quòd ſic per l. in quã-
titate. ff. ad l. falc. & ad treb. l. ita tamen. §. 1. & l. mulier.
§. ſed enim. & de leg. 2. l. ſi pecunia. immo ſi culpa ip-
ſius Guielmi facta fuiſſent nomina deteriora, vt puta
non ſoluendo, ipſe Guielmus de ſuo proprio reficere
tenetur, vt d. l. mulier. §. ſed enim. & hoc de ſexto &c.
¶ Ad ſeptimum an æs alienum & impenſa funeris
pro hæreditariis partibus diuidatur, dicẽdum eſt quòd
ſic, vt C. ad treb. l. 1. & 2. iuncta l. 1. & pe. ff. de relig. &
ſump. in fi. &c. ¶ Ad octauum & vltimum, ſupra re-
ſponſum eſt ꝙ ſic, quia primò legitima cedit in dotem
vbi ſufficiat, vbi autem non ſufficeret, tunc quod de-
eſſet de reliquo detraheretur, vt C. communia de leg.
auth. res quæ &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Aſcendens, qui cogitur ex ſtatuto ciuitatis deſcen
dentibus relinquere dimidiam ſuæ ſubſtantiæ, ſi donet
alteri tertiam partem vel multa ſua bona, an cenſea-
tur inualida donatio vel ſimulata, & ex quibus cauſis
præſumatur ſimulata. & an hæreditas ſemel repudiata
poſſit amplius adiri, & p quę verba inducat̃ repudiatio.

SVMMARIVM.

1 *Relictum & donatio differuntur, & quando donatio præſumatur potius relictum, quàm donatio.*
2 *Vbi viget ſuſpicio ſimulatæ donationis, neceſſaria eſt translatio corporalis ad eam euitandam.*
3 *Alienatum in fraudem conſtitutionis reuocari poteſt.*
4 *Alienationis inſtrumentum quo caſu præſumatur ſimulatum.*

CONSILIVM XLII.

TRAVERSIVS Habens Martinum ne-
potem ex fratre præmortuo eidem Marti
no inter viuos donauit aliquas poſſeſſio-
nes excedentes tertiam partem bonorum
ipſius. f. Trauerſij, quas poſſeſſiones dictus
Trauerſius conſtituit ſe dicti Martini precario nomi-
ne poſſidere, deinde poſt dictam donationem dictus
donator continue vſq; ad tempus mortis ſuę tenuit di
ctas poſſeſſiones, & earum hũit & exegit affictus, reddi
tus, & prouentus, ſicut ante dictam donationem fa-
ciebat, deinde deceſſit dictus Trauerſius ſuis filiabus le
gitimis & naturalibus hæredibus inſtitutis.
1 ¶ † Quæritur modo, an in pręiudicium dictarũ filia
rum & hæredum valeat dicta donatio in eo, ꝙ excedit
tertiam partem bonorum dicti Trauerſij, cùm ſecũdũ
formã ſtatuti ciuitatis Taruiſij duæ partes habito reſpe
ctu ad tres partes debeant dictis filiabus applicari.

¶ Item ad ſciendum quantitatem bonorũ dicti quõ
dam Trauerſij vertitur tale dubium. Ioannes ſciens hę
reditatem cuiuſdam ſibi & Philippo eſſe delatam ab
inteſtato in præſentia plurium teſtium, in abſentia ta
men dicti Philippi dixit, ſe nihil velle habere de bonis
dictæ hæreditatis, quòd volebat quòd Philippus habe-
ret omnia bona dictæ hæreditatis, poſtea idem Ioan-
nes in pñtia aliorum teſtium, & in abſentia dicti Phi-
lippi dixit, ꝙ acceptabat dictam hæreditatem, & quic-
quid de ea ſibi ſpectabat vſque ad vnum obolum vole-
bat & intendebat habere, Modò quæritur, vtrum per
verba prædicta dictus Ioannes videatur dictam hære-
ditatem repudiaſſe, an vero videatur dictam heredita-
tem adiuiſſe, ita quòd eam tranſmiſerit ad ſuos hære-
des, & videat conſultor ſtatutum & inſtrumentum do
nationis, de quibus ſupra, & conſulat cum iuris allega
tionibus ſequendo meram veritatem &c.

¶ Ad primum, de quo quæritur, mihi videretur di-
ctam donationem præſumi fictam & ſimulatã ſeu fa-
ctam in fraudem cõſtitutionis Taruiſinæ, cùm namq;
dictus Trauerſius donator poſt factam donationem in
poſſeſſionem rerum donatarum remanſerit fructuſq;
perceperit vſq; ad mortem ſuam, ſicut & ante factam
donationem faciebat penè quatuor annis. Et per ſtatu
tum Taruiſinum prohibitus eſſet in teſtamento dicto
Martino relinquere, Credendum eſt eam donationẽ
aut ſimulate factam, quia. ſ. potius eſſet relictũ, quàm
donatio, aut in fraudem dictæ conſtitutionis factam
arg. ff. quib. mo. pi. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſuperuacuũ. &
de acquir. hæred. l. ſi is qui. & C. de na. lib. l. 3. §. ꝙ de ſut
cunda. & quod no. per Cyn. C. de repudia. hære. l. 2. &
per Bar. in l. poſt contractum. ff. de dona. in verſi. 6. & in
d. l. ſicut. §. ſuperuacuũ. coniunctis ff. de proba. l. qui te-
ſtium & de lega. 3. l. cùm quis decedens. §. titia. nec mo
uet in aduerſum, quia in inſtrõ donationis continea-
2 tur conſtitutum † quia vbi viget ſuſpicio, neceſſaria eſt
traditio Corporalis ad eam euitandam, vt C. de ſuffra.
l. vnica. & no. vbi ſupra per Barto. his conſequens eſt,
eiuſmodi donationem in eo ꝙ excedit tertiam, nõ va-
lere. arg. ar. l. emptor. ff. de aqua plu. ar. & de reg. iur. l.
imaginaria. & de contrahen. emp. l. nuda. & C. de leg.
& conſt. l. nõ dubium. & ff. de le. & ſe. con. l. cõtra l. & l.
fraus. rõne prædicta confecta firmantur. Nam per illã
municipij Taruiſij aucta eſt legitima liberorum vſque
ad beſſem, qđ fieri potuit, vt in Auth đ tri. & ſe. §. j. & 2.
& quod no. per Cy. C. de nup. l. ſancimus. iubetur uam-
que aſcendens & deſcẽdens relinquere duas partes ſuæ
ſubſtantiæ oĩ modo, ſicut & iubetur libertus patrono,
& arrogator Arrogato ex bonis ſuis quartã relinque-
3 re ex conſtõne diui Pij †. Si quid igitur alienatum eſt in
fraudẽ ad diminuẽdã eiuſmodi portionẽ, reuocationi
locus eſt. ff. ſi quis in frau. pat. l. fi. & de col. bo. l. j. §. ſi
impuberi. & in Inſti. de adop. §. itẽ non aliter. & C. e. l. 2.
Aduertendũ eſt quoq; an in ciuitate Taruiſij ſit aliqđ
ſtatutũ hoc noĩatim diſponẽs, ſicut ẽ Paduæ, Venetiis,
4 & Veronæ, vt † alienationis inſtrũ ſimulatũ præſumat̃,
ſi alienator ĩ alienatę rei corporali poſſeſſione remãſe
rit, niſi fuerit ĩſinuatũ ĩ gñali ꝯſilio & hoc de primo &c.

¶ Ad ſecundum, de quo quæritur, videtur mihi hęre
ditas repudiata per dictum Ioannem, maxime ex illis
verbis, & quod volebat quod dictus Philippus haberet
omnia bona dictæ hæreditatis. Cum namque dictus
Philippus omnia bona dictę hæreditatis habere nõ poſ
ſit, niſi ipſe Ioannes primo repudiet ſuam partem, vi-
detur & id voluiſſe, hoc repudiaſſe, quod ex ſola ſua vo
luntate pedebat arg. ff. de acqui. hære. l. nec is. §. fi. & l.
illud. quamquam priora verba ſecundum pleroſque
etiam ſufficere viderentur, de quo traditur C. vnde lib.
l. qui ſe patris, vbi & hoc tractaui, & de iur. & fac. igno.
l. 2. Cui conſequens eſt, vt ſemel repudiatã hæreditatẽ

adire non potuerit, licèt poſtea pœniteat idem Ioannes, vt C. de repudi. vel abſti. hære. l. ſicut. &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta per verba mere directa vel mixta an, & quãdo obliquetur, & quid ſi ſit appoſita clauſula codicillaris, & quæ dicantur verba mere directa & quæ obliqua, vel mixta, & an verbum hæres prolatum a teſtatore verificetur in fideicommiſſario.

SVMMARIVM.

1 *Verba iſta, inſtituo, & ſubſtituo, quare dicantur ciuilia.*
2 *Subſtitutio facta per verbum commune cum adiectione verborum, & omnibus bonis & ſimiliũ, dicitur ex teſtantis mente directa.*
3 *Pater relinquens filia certam quantitatem omni modo & iure, quibus melius poſſit, intelligendus eſt relinquere iure inſtõnis.*
4 *Subſtitutione facta compendioſe verbis permixtis, videlicet directis, communibus, ſeu obliquis & fideicom. ſubſtituti electio eſt, qua ſubſtitutione vti malit.*

CONSILIVM XLIII.

IN PRIMO ꝓpoſitæ ꝯſultationis articulo, quo de viribus ſupra relatæ ſubſtitutionis, & an iure fideicommiſſi valeat, an vero pubertate dicti Ioannis euanuerit quæritur, videtur euanuiſſe, cũ ſit facta verbis ciuilibus, vt ff. de vul. & pup. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari, verba namq; illa, hædem vna ſem ſubſtituit, verba ciuilia videtur ex verbo hæres, ſeu hæredem, vt not. per gl. in d. l. verbis. prætertim ꝑ adiunctum uniuerſalẽ, qđ hęredi directe dumtaxat cõuenire videtur, vt Inſti. per quas perſo. no. acqui. §. hactenus, vbi inter vniuerſales ſucceſſiones non ponitur fideicom. vnaſe, nec fideicommiſſarius, cui reſtituta ſit hæreditas, hæres eſt, nec hæres dicitur, vt ff. quod cum eo. l. ſi filius. §. 1. in verbis, quodãmodo, & in verbo, effectu, & Inſt. de fideicom. hære. §. reſtituta, vbi ponunť tanquã diuerſæ vel oppoſitæ ꝑſõs, hæres ſcriptus, & is, cui reſtituta ſit hæreditas ex fideicõ. & ar. ff. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed
1 quod Papi. in fi. Rurſum † verbum, inſtituit, ciuile eſt, Cum nanque verbum, inſtituo, indubitate ſit ciuile, quod ad primum gradum pertinet, conſequens eſt qđ verbum, ſubſtituo, quod ad ſecundum gradum ex ſubordinatione pertinet, & ex verbo, inſtituo, compoſitum eſt, ſi adiiciatur ei verbum, hæredem vel hæredes, ciuile verbum ſit, vt ff. de vulg. & pu. l. 1. in prin. & Inſti. de vul. inſti. In princip. & §. 1. & colligiť ex l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſti. vbi verba illa, ſecũdum hæredem ſcripſiſſe, diſtinguit & diuidit, an in primum caſum tantum, & an in ſecundum, vel etiam compendioſe ſubſtituerit non vſque ad certam ætatem, & ſic ſecundum hæredem ſcribere vel ſubſtituere hęredem in primum vel in ſecundum caſum directo panficat, ad quod etiã facit quod no. Bar. in ipſa l. precibus, vbi
2 notat, ꝙ † facta ſubſtõ per verbum cõe, ſi addiderit, & oĩbus bonis vel ſimilia, intelligẽdus eſt teſtatorẽ voluiſſe directo ſubſtituere, quod etiã dixit in l. Centurio. ff. đ vul. & pu. hoc itaq; recepto ꝙ dicta ſubſtõ, de qua quæritur facta ſit verbis ciuilibus dicto Ioãni tunc impuberi a patre, licèt maius tempus pupillari ætate cõpræhẽderit, nihilominus ſuperuenientia pubertatis in dicto Ioãne protinus expirauit ꝑ ſuperiꝰ allegatas leges, verbis, & In pupillari, & vtrobiq; not. in gl. & in l. centurio eo ti. & C. de impu. & aliis ſubſti. l. precibus. & in Inſti. de pup. ſubſti. §. 1. In oppoſitũ magis arbitror, & voluntatem ſeu mentẽ teſtatoris & veritatẽ ac iuris rõnem conſiſtere. Et primũ quidẽ manifeſtat teſtatoris voluntas in oẽ tempus etiam poſt pupillarẽ ætatẽ filio ſubſtitui re volẽtis ex aduerbio vniuerſali diſtributiuo, qñcũq;, quod oẽ tẽpus amplectiť, & ex cõditione in ſubſtitutione cõpræhenſa, ſi decederet dictus Ioãnes ſine filijs &c. & præmortua vel præmortuis ſorore & ſororis filiis, quæ nec dũ nupta erat. ex quibus conditionĩ verbis manifeſtũ eſt cogitaſſe teſtantẽ de tpeẽt multo poſt pupillarẽ ætatem inſpectis cõiter accidentibus & veriſimiliter aduenturis, vt dicit gl. in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſti. ſupereſt, cũ manifeſta ſit voluntas teſtõris, quæ vltimas volũtates regit, & gubernat, & dominať in eis, vt ff. de condi. & demon. l. in ꝯditionibus. & C. de leg. l. cum qõ. in fi. oſtẽdere, ꝙ eo iure rõ ipſam voluntatẽ teſtatoris ꝯfirmet & adiuuet. Et primũ quidem dato ſine præiudicio veritatis, ꝙ ea ſubſtõ de qua quæriť facta fuiſſet verbis mere ciuilibus & directis, in qua tota diuerſæ partis fundatur intentio propter tamen clauſulam codicillarem in fine teſtamenti ſuppoſitam ex tempore pubertatis verteretur in fideicõmiſſariã. hoc quidem probatur per l. ſi frater. C. de fideicõmiſ. intelligendo ꝙ pupillaris ſubſtitutio facta maius tempus pupillari ætate comprehendiſſet, vt ſonat ibi litera, & eſt hæc ſententia Bald. ff. de vul. & pu. l. verbis. vltra medium ſui cõmentarij ibi. Item not. ex iſta gl. &c. & iniuncta ratione monſtratur. nam verba illa; & ſi non valebit iure teſta. &c. intelliguntur quatenus non valebit iure teſta. vt ff. de leg. primo. l. ſtichum qui mens erit. & Barto. hæc nota. in authen. ex cauſa. C. de libe. præte. vel exhære. in vltima colum. ſuæ reperi. in verſi. quæro ergo ꝙ ſi dixit. & idem poſuit in l. ſæpiſſime ff. de iure codicil. perinde ergo habebitur ac ſi illa ſubſtitutio facta per verba mere directa & ciuilia fuiſſet facta codicillis, ſi tanquam ex teſtamento poſt pubertatem nõ valeat. Sed ſi eſſet facta in codicillis licèt verbis mere directis in ciuilibus iure fideicom. teneret ex ſententia gloſſatorum & pene omniũ in præalleg. l. verbis. per l. ſceuola. ff. ad trebe. ergo & nunc valebit iure fideicom. quemadmodum nanque etſi inſtitutio hæredis non valeret iure teſtamenti, vi illius clauſulæ in fideicom. teneret. & ff. de teſta. l. ex ea. & quod ibi not. & de iniuſt. rup. irri. teſta. l. poſthumus. §. fina. & ad treb. l. ſi quis priore. Et ex hoc ſolo argumento priore fundata eſt recte intentio ſubſtituti, & ad omnia in diuerſum allegata reſponſum. Rurſum conſiderandũ quod in eadem clauſula ſubditur: voluit, & mandauit eam valere & tenere ſaltem iure codicil. & donationis cauſa mortis, ſiue alio quouis modo, iure, lege & forma, quibus melius validus & efficacius valere poterit & tenere, quæ clauſula ad omnia præcedentia referenda eſt, vt ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi idem cum eodem. §. fina. & quod ibi not. & de lega. primo. l. talis ſcriptura. in fi. Sed nemo, qui ſapiat, dubitabit, quod ſi in ipſa ſubſtitutione verbis directis facta addidiſſet teſtator, volens ipſam ſubſtitutionem valere omni iure, via, modo & forma, quibus melius & validus ac efficacius poteſt, quod poſt pubertatem mortuo filio, valeret iure fideicom. quemadmodum ſi dixiſſet, volens dictus teſtator eam ſubſtitutionem valere vulgariter pupillariter, & per fideicom. vt inquit Barto. in l. Centurio, præalleg. in 4. principali quęſtio. Quid enim ſpecialiter referr, vel generaliter loquutus ſit, vt C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. omnes. & ff. de admi. tut. l. ſi duo. ergo
3 & hoc valebit. & ad hoc optime facit quod not. Bald. C. de hær. inſti. l. quotiens, vbi notat † quod ſi pater reliquit certam quantitatem filiæ omni modo & iure, quibus melius poſſit, illud intelligereť relictum ti. & iure inſtitutionis, quamquam verbũ reliquit additũ certæ quantitati potius iure legati quàm inſtõnis intelligatur. Si igitur ea verba, omni modo, via, iure & forma, quibus, faciunt aſcendere ad titulum inſtitutionis heredis, quãto magis facient deſcendere, quod eſt facilius, vt not. Bald. in ꝑalleg. l. uerbis. Sed & illud defendi põt non eſſe factam eam ſubſtitutionẽ uerbis uere directis & ciuilibus, ſed permixtim communibus & directis, conſtat namque ex omnium ſententia, uerbum ſubſtituo fore & eſſe cõe, licèt inſtituo ſit directum, ut C. de inſti. & ſubſti. l. gñaliter, §. 1. de fideicõ. l. eã quã. & not. 1

per

per Barto. dicitur ratio in præalleg. l. centurio. verſus finem ſui cõmentarij, licèt igitur verbũ hæredem directum ſit, non per id ſolum facta eſt ſubſtitutio. Et ideo ſignanter glo. in illa l. verbis. dũ poſuit exẽplũ de verbis ciuilibus, dixit hæres eſto. quia etiam ſunt verba imperatiua, vt C. de teſta. l. quoniam indignũ. & glo. in l. ꝓcibus. tunc dicit nõ obliquari pubertate, ſed finire ſubſtitutionem, cum dixit teſtator ille ſit hæres. & idem in l. centurio & in Inſti. de pup. §. 1. in diſtinctione magnę glo. Non autem idem dicit cum vius eſſet verbo ſubſtituo, immo dicit oppoſitũ, licèt loquatur quando dixit ſimpliciter ſubſtituo, nõ addidit hæredem, quod ẽt non additum videtur ſubintelligi ex præcedentibus, quibus dixerat hæredem inſtituo. vnde dicendo poſt ſubſtituo, videtur tacite repetitũ illud hæredem. arg. in Inſti. de inuti. ſtipu. §. præterea. & ff. de interro. act. l. ſi ſine. §. qui interrogatus. quemadmodũ ſi quis in teſtamẽto ita dixiſſet, lego penum, & ſi non dederis, lego 10. Intelligitur ſi non dederis ſ. penum, vt ff. de penu lega. l. 2. in princip. & ad l. falci. l. 1. §. item ſi quis ita. præterea Barto. in d. l. centurio. in quæſt. 1. qua quærit de effectu compendioſæ ſubſtitutionis a pagano factæ verbis directis duas facit directorũ verborũ ſpecies, & in prima, in qua ponit illa verba, hæres eſto, dicit non obliquari pubertate, licèt & tẽpus pubertatis ſubſtitutione comprehenſum ſit. Alleg. autem dicit obliquari ſequendo ſententiam Io. An. c. 1. de teſta. lib. 6. in nouella. & profecto videtur conuenientius, vt verbũ ſubſtituo, quod eſt commune potius ad ſe trahat verbũ hæredẽ, ꝗ contra ipſum verbum ſubſtituit ſit principale quod totam orationem regit, & gubernat. ar. ff. de vulg. & pup. l. ex pupillari. & de iure codi. l. quod per manus, & quo res potius valeat, quàm pereat, vt ff. de re. du. l. quotiens. & de reg. iur. l. quotiens, potiſſime cum & verbum hæres effectu inſpecto conueniat vniuerſali fideicom. per effectum quod hæres eſt, ut ff. quod cũ eo. l. ſi filius. §. 1. & l. hæres. Idem eſt quod dominus, vt in Inſti. de hære. qua. & dif. §. pen. & verum vtile dominium & vtile in rem actiones habet, ut ff ad trebel. l. facta. in prin. & Barto. appellat eum hæredem vtiliter ĩ l. qui ſe patris C. vnde liberi. & Ange. ff. de hæred. inſti. l. paterfa. & in l. hæreditas. & in d. l. qui ſe patris. denique etſi verba dictæ ſubſtitutionis eſſent omnino mere ciuilla & directa ex illis verbis hæredem vniuerſalem ſubſtituit, addidit tamen teſtator alia verba, ac eſſe voluit & mãdauit, quæ ſunt verba fideicom. vt C. cõmuni. de leg. l. 2. in prin. in Inſti. de ſingulis re. per fideicom. relictis. in fi. Et conſequenter eſt locus doctrinæ Barto. in præalleg. l. centurio. in 4. q. principali. q. effectus compendioſæ, vbi decidit

4 quòd† quando permixtim & directis, & cõibus ſeu obliquis, & fideicom. verbis cõpendioſe ſubſtituit, electio ſubſtituti eſt, qua ſubſtitutione vti malit directa, vel obliqua, vtraque poſſit, alias ſi altera tantum ſicut hic ea vti poterit, vt C. de impube. & ali. ſubſti. l. precibus. Ex quibus relinquitur concludendum, memoratum conſortium iure fideicom. ad dicti primi teſtatoris hæreditatem ex ea ſubſtitutione iure fideicom. vocandũ. Non autem eam pubertate finitã. Quam cõcluſionem adiuuant vulgares regulæ generales, quæ volũt in ambiguis pro teſtamento potius pro, ꝗ contra, & ꝓ piis cauſis fauorabilibus iudicandum. Supereſt ad allegata ſuperius in oppoſitum compendioſe, quoniã ſatis ex ſuperioribus colliguntur, reſponſa ſubiicere. Et ad primum quod ea verba, hæredem vniuerſalem ſubſtituit, ſunt mere directæ & ciuilia, reſpondetur per interemptionem, quoniam immo ſunt cõia propter verbum ſubſtituit, quod eſt verbum principale orationis, & ab ea tota regitur & gubernatur oratio, ipſumque verbum cõe eſt, non directum, vt C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. l. generaliter. §. primo. & de fideicom. l. eam quam & not. in præalleg. l. precibus. & per Bart. in d. l. centurio. nec mouet verbum, vniuerſalem, quoniam & id generali fideicom. conuenit, vt C. cõmunia de leg. l. fi. §. ſin autem ſub conditione, in verbo vniuerſitatis. & ad treb. l. ſancimus. & l. fi. cum infinitis cõcordantiis, & quod ibi dicit Barto. in præalleg. l. precibus. & l. centurio quia ex illis verbis omnis, vel tota ſeu integra, vel vniuerſa hæreditas in ſubſtitutione verbis cõmunibus facta comprehenſis interpretanda eſt directa ſubſtitutio, non approbatur a Bald. vel Ange. in d. l. precibus. Et præterea loquitur Bar. quando ſubſtitutio ſecundum eam hoc eſt directam interpretationẽ poſſit directe valere. Cæterũ cum per eã interpretationem fieret, ut ipſa ſubſtitutio non valeret, ut irrita fieret, potius accipienda eſt ea ĩterpretatio, per quam res valeret quàm per quam pereat, ut ff. de reb. dub. & de verb. obli. & de reg. iur. l. quotiens, etiam ſi oporteat ad impropriam verborum ſignificationem tranſiri, ut ff. de legi. l. in ambigua. & l. benignius. & de iureiuran. l. ſed ſi poſſeſſori. § item ſi iurauero. ſicut eſſet in re propoſita, quoniam uoluntas teſtatoris, quam ſupra manifeſtam oſtendi, irrita fieret, ſi eam directam. ſ. interpretaremur. ad id autẽ quod dicitur hæredem & fideicõmiſ. eſſe ſpecies oppoſitas, reſpondetur, id verum eſſe ſi de hærede directo loquamur, ſed ſi de herede vtiliter loqueremur fideicommiſſarius vniuerſalis vtiliter hæres eſt, vt ſupra deductum eſt. & ſic ſpecies ſub illo genere. Ad id vero quod uerbũ ſubſtituit, ſit directum, ſicut verbum inſtituit, non eſt verum, quia immo commune ex omnium cõcordia ſententia ve, denique etſi fuiſſet ſubſtitutio uerbis directis & mere ciuilibus, nihilominus ſupra defenſum eſt multipharíam eã poſt pubertatem obliquari, & propter uim clauſulæ codicillaris, & propter illa uerba, omni uia, forma, modo & iure quibus &c. & propter illa verba, uoluit & mandauit, quæ ſunt precaria ad id ultra ſuperius allegata l. ex facto. in prin. ff. ad treb. de iure codi. l. illud. §. tractari. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. ſeyam.

¶Ita dico & cõſulo Ego Raphael fulgoſius doctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶Pœna carceris perpetui an ſaltem ſit licita iure canonico, & an taliter damnatus habeat teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam.

SVMMARIVM.

1 *Clericis ſententiam ſanguinis proferre non licet, ſed nec procurare aut ſollicitare.*

2 *Damnatus ad mortem ſeruus efficitur pœna, & tam libertatem quàm ciuitatem amittit.*

CONSILIVM XLIIII.

QVIDAM eſt pater duos habens filios unũ presbyterum, alterum uero laicum. Filius uero presbyter ante patris mortem ꝓditionem ſtatus cõmiſit, per quam proditionem ſententiatus fuit ad mortẽ in carceribus a iudice ſuo competenti. & nunquam reuocata fuit talis ſententia. Sed pater ſolicitus, ut filius non moreretur in carceribus, habuit modum faciendi filium fugere de carceribus. modò occurrit, quòd pater de hinc ad ſex menſes poſt migrauit, & ſuum ultimũ teſtamentum condidit. 1383. in quo reliquit filium laicum uniuerſalem hæredem omniũ bonorũ ſuorum ꝓter tres manſos, quos iure inſtitutionis filio presbytero reliquit. Tamen filius presbyter per multum tempus poſt mortem patris vixit. & nunquam intrauit tenutã dictorum mãſuum. neque unquam petiit fratri laico, immo uidebatur eſſe contentus. quòd frater laicus poſſideret eos, & cauſa erat iſta, quia omni anno multas habebat pecunias a fratre laico. Sed qualitercunq; fuerit frater presbyter peruenit ad mortem, & ſuum ultimum condidit teſtamentum, in quo reliquit uniuerſales hæredes ſcholam ſanctæ Mariæ de Batutis pro dua-

bus

bus partibus, & filios Bettæ filiæ ſuę non legitimæ pro tertia parte, hoc poſito dubia oriuntur.

¶ Primũ dubiũ eſt, vtrũ pater potuit iure inſtitutionis filio presbytero relinquere illos tres manſos, & utrum potuit hæreditare, cũ dictus filius presbyter dicatur incapax propter delictum cõmiſſum.

¶ Secundum dubiũ, vtrum filius presbyter potuit teſtari de dictis bonis paternis, cũ ipſo iure dicatur, mortuus, & relinquere filios Bettæ filiæ ſuæ non legitimę eo quod videatur præiudicare filijs fratris ſui laici legitimi. quæritur quid iuris.

¶ Super eo, ꝙ primo quæritur, videtur non valuiſſe dictam ſententiam, quoniã carcer inuentus eſt ad continendos homines, non ad puniendos, vt ff. de pœnis. l. aut damnũ. §. ſolent. In oppoſitũ eſt veritas, quoniam licèt iure ciuili non debeat quis damnari ad pœnã carceris perpetui, vt d. §. ſolent, iure tamen canonico cõtra eſt, vt de apoſt. c. a nobis. & de ver. ſig. c. nouimus. in fi. & expreſſe dicitur de pœnis. c. quamuis. lib 6. Et cũ ꝓponatur dictus presbyter damnatus ad mortem in carcere faciendã ſecũdũ ordinẽ iuris canonici pane doloris & aqua anguſtiæ ſuſtẽtãdus quouſque moriatur, vt præalleg. c. nouimus. in fi. & 23. q. 4. c. guiliſatius. & ter
1 tio regum. c. vlt. Neque. n. licèt eccleſię ſententiam ſanguinis ferre, vt ne clerici vel monachi ſententiam ſanguinis, non videtur dubitandum, eum velut ſeruũ pœnæ factum nil ex teſtamento capere potuiſſe, vt ff. de pœnis. l. ꝙ ad ſtatutum. & l. qui vltimo. & l. quidem. immo relictum ei pro non ſcripto eſt, ut ff. de his. quæ pro non ſcrip. ha. l. ſi in metallum, & de iure ſiſci. l. in metallum, ſicque remanſerunt ipſi tres manſi apud filium laicũ vniuerſaliter inſtitutũ, vt C. de hær. inſti. l. 1. & de cad. tol. §. in primo. Nec q̃a de carcere fugerit idẽ presbyter, vel euaſerit, ſeruitutẽ euaſit, immo grauius, & atrocius puniẽdus eſt. ff. de effrac. l. 1. in prin. & de cuſto. & exhi. rei. l. in eos. & hoc de primo.
2 ¶ † Ad ſecundum apparet per ſuperiora reſponſum. nam cum damnatus ad mortẽ in carcere ſm̃ præſcripta factus ſit ſeruus pœnæ & iam libertatem, q̃ ciuitatem amiſerit, nec de ipſis bonis ſibi a patre relictis cũ non ſua facta ſint, ſed pro non ſcriptis reputentur, neque de alijs ſi qua priuſquã fuiſſet damnatus habuiſſet. teſtari potuit, non ſolum namque teſtamẽti factionẽ paſſiuam, vt ſupra mõſtratum eſt, perdidit, verùm ẽt actiuã. vt ff. de teſta. l. eius qui. §. fi. & quod ibi not. in glo pe. Illud aũt palam eſt, ꝙ & ſi damnatus non fuiſſet & teſtari potuiſſet, non tamen potuiſſet filios ſuos illegitime natos vlla ſibi ex parte hæredes inſtituere, ſed eis data portio cohæredibus inſtitutis potius accreuiſſet, vt C. de natu. lib. l. 1. & de inceſt. nup auth. ex cõplexu & in Authen. quib. mo. nat. effi. ſui. §. pe. & C. de epiſc. & cle. l. 2. in fi. & ꝙ ibi no. gl. fi. & hoc de ſecũdo.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Succedere an quis poſſit, ſi conceptus non erat aut editus eo tẽpore, quo deceſſit is, de cuius ſucceſſione agitur, & an in computatione graduum ſi habenda cõſideratio ad media iam extincta, & an ſit aliqua coniunctio inter eos inter quos adſunt extrema, ſed media iam extincta ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Patruus dicitur frater patris, auunculus autem frater matris.*
2 *Agnatus omnis dicitur & cognatus, ſed non econtra.*
3 *Perſona addita gradui alium gradum facit.*

CONSILIVM XLVII.

QVIDAM Frãciſcus de Dilouãtio de Thienis habuit filiam nomine Ricoldã, ex qua & Bartholomæo de Canacolis eius coniuge natus fuit Franciſcus de Canacolis, deinde mortuis dicta Ricolda & Bartholamæo coniugibus Franciſcus de Dilauantio de Thienis longo annorum internallo ſuſcepit filium nomine Vincentium ex vxore legitima, poſt hoc obiit Frãciſcus Dilanantio ſupraſcriptis extantibus dicto Vincẽtio filio ſuo, & altero Franciſco ei nepote ex Ricolda prædicta eius filia, poſtmodum quoque deceſſit Franciſcus de Canacolis ſupraſcriptus ab inteſtato relictis ſuperſtitibus dicto Vincentio auunculo ſuo & duobus ſeu tribus ſuis amitinis hoc eſt natis ex ſororibus Bartholomæi de Canacolis patris memorati Franciſci de Canacolis, de cuius bonis agitur, modo quæritur vtrũ dictus Vincentius auunculus ſit potior gradu ad ſucceſſionẽ ab inteſtato dicti Franciſci de Canacolis. An dicti amitini Frãciſci prædicti præſuppoſito, vti præmittitur, quod dictus Vincentius auunculus tempore mortis dictæ Ricoldę ſororis ſuæ neque conceptus, neque editus in rerũ natura fuit.

¶ In quæſtione propoſita videretur, dictum Franciſcum nullo genere cognationis cõtigiſſe dictum Vincentium vel contra. Nam conſtat dictam quondã Ricoldam & Vincentium minime fuiſſe inuicem fratrẽ, & ſororem. Cum dicta Ricolda prius mortua fuerit q̃ dictus Vincentius foret in rerum natura. Nam priuſq̃ fuerit, ſicque nullo iure cognationis agnationiſve dictam quondam Ricoldã contigerit, vt ff. vnde cogna. l. 1. §. ſed hoc ita. & de ſuis & legi. l. titius. & de iniuſto rup. & irri. teſti. l. ſi quis filio. §. ſed hoc ita. Cum itaq; dictam do. Ricoldã nullo iure cognationis attigerit, nec per eam mediam dici poteſt, dictos Franciſcum, de cuius bonis agitur, & Vincentium coniunctos fuiſſe deficiente legitima conſequentia, quoniam mediũ per quod extrema iunguntur, & per quod de extremo ad extremum tranſeundum eſt, nullum ſit, vel inhabile, ut C. de natu. li. l. fin. ar. ff. de ſer. ruſt. prædi. l. tria prædia. & exemplo naturali demonſtratur. Nam ſi medij gradus ſcalæ per quos ab immo ad ſummum conſcẽdendum eſt, deſint, aut quia nunquam fuerint, aut quia minus idonei ab altero ad alterum, nec aſcendi nec deſcendi poterit. Et confirmatur per §. tertio gradu. in Inſti. de gradi. cogna. vbi numerantur perſonæ, quæ ſunt in tertio gradu lineæ tranſuerſalis, ſcilicet fratris ſororiſve filius, patruus, amita, auun-
1 culus & matertera. Patruus † autem dicitur frater patris, & auunculus frater matris. Cum autem dicti Vincentius & quondam Ricolda nunquam fuerint inuicẽ frater & ſoror, cum ſe nullo vnquam genere ſeu iure cognationis contigerint, quia nec vnquam ſimul in rerum natura fuerint, vt allegatis ſupra legibus manifeſtiſſime probatur, conſequens fit, ut dictus quondam Franciſcus de Canacolis nunquam fuerit filius ſororis dicti Vincentij, nec quondam dictus Vincentius rectè dicatur fuiſſe frater matris dicti quondam Franciſci, & ſic nec auunculus eius, & conuenienter per locũ a ſufficienti partium enumeratione non fuere ſibi inuicem tertio gradu cognationis, cum in eo. §. non contineantur, argumento quo ſæpe vtitur iuriſconſul. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo. & in Inſti. de accu. §. actionum, & eodem modo arguitur ex l. iuriſconſul. §. 3. ff. de gradi. cog. Quo admiſſo ſubinfertur, quòd dictus Vincentius ab hæreditate dicti q. Franciſci de Canacolis, cui nullo iure cognatus extitit, prorſus alienus exiſtat etiam amitinis ceſſantibus, multo itaque magis ipſis amitinis venire volentibus. Atqui veriorem diuerſam reor ſententiam, & ſic arguitur, omnis, qui mihi agnaſcitur, his quoque agnaſcitur, qui & mihi cognati ſunt, & quibus ego ſum agnatus, ut ff. de adop. l. q in adoptionem, & pari ratione omnis qui mihi cognaſcitur. his quoq; omnibus cognaſcitur, q̃bus & ego & ipſi mihi cognaſcuntur. Sed conſtat ꝙ Vincentius naſcendo patri ſuo Franciſco de Dilouantio natus fuit
2 agnatus & cognatus. Omnis enim agnatus † & cognatus eſt, licèt non econtra, vt ff. de ſuis & legi. l. filius. & de gradi. cogna. l. non facile. §. 1. Igitur agnatus & cognatus factus fuit, q̃bus pater eius cognatus agnatuſve fuiſſet.

fuiſſet. Sed dictus Franciſcus de Dilouantio cognatus erat tunc cùm dictus Vincentius naſcebatur ſeu natus fuit dicto Franciſco de Canacolis, qui iam natus aut cõceptus fuerit & ipſe ei, cum eſſent inuicem auus maternus, & nepos ex filia, vt Inſti. de hær. ab inteſt. §. itẽ vetuſtas. & C. vnde cogna. l. nepotibus. & de colla. l. illam. de ſuis legi. l. ſi defunctus, igitur & dictus Vincentius eidem Frãciſco de Canaculis ſactus eſt cognatus, & tertio cognationis gradu. Nã cùm dictus auus maternus & nepos ex filia ſint ſibi inuicem in ſecũdo gradu, vt in Inſti. de grad. cogna. §. 2. & eod. titu. ff. l. iuriſcõſultus. §. 2. dictus Vincentius fuit in tertio † quia perſo-
3 na addita gradui alium gradum facit, vt no. C. de ſuc. edic. l. 2. apparet itaque non defeciſſe medios gradus, nam Franciſcus de Canacolis fuit in primo gradu Ricoldæ matri ſuæ, quę viuens eum ſaltem cõcepit & dicto Franciſco auo materno ſuo quo viuo quoque conceptus fuit & forſan editus, ſecundo igitur, & tertio gradu fuit Vincentius, qui viuo quoque patre conceptus extitit, & ſic viuo & iam cõcepto dicto Franciſco de Canacolis. Non igitur deficit legitima cõſequentia inter dictos quondam Franciſcum de Canacolis & dictum Vincentium ſuperſtitem, & per hoc reſponſum eſt l. ſi. C. de nat. libe. & ff. de ſeruit. ruſti. prædi. l. tria prædia. Alioquin ſi hanc ſententiam non admiſerimus, eueniret, quòd dictus Vincentius, vnam filiam Ricoldę quasi nulla ſibi cognatione coniunctam poſſet ſibi matrimonio copulare, quod quàm videatur incõgruẽs, quiſque ſatis intelligit. Ruſum ſatis eſt, quod viuo eo, de cuius hæreditate agitur, is qui quærit ſuccedere, conceptus fuerit, licèt alij per quos inuicem cognaſcuntur priuſquam conciperetur, deceſſiſſet, hoc videretur de mente iuris vocantis ad ſucceſſionem defunctæ perſonæ aliquam ſuperſtitem in gradu 10 cum ſecundum humanæ vitæ curſum non poſſit quis ſibi cõcipere deſcendentes vſque ad gradum quintum, quo continentur ſurſum attauus, & attaua, atnepos, & atneptis, ut in Inſti. de gradi. cogna. §. 5. Et tamen in computatione graduum ſm ius ciuile aſcendi oportet vſque ad eũ, qui ſit vtriuſque eorum, de quorum cognatione ſeu cõiunctione quęritur, communis parens, & ſic in 10. gradu computando, qui gradus ad ſucceſſionem vocat, vt Inſti. de ſuc. cogna. §. 1. aſcendẽdum erit vſque ad eũ, qui ſit in 5. gradu rectæ lineæ aſcendentis, & poſtea deſcendendum ad illius deſcendetes alios, qui ſint in gradu quinto. vt colligitur ex no. in l. 2. præalleg. de ſuc. edic. l. porro & hæc glo. ſenſiſſe videtur in Inſti. de lega. agna. ſuc. in prin. ſeu in §. 1. uerſic. 1. quoque in gloſ. ſ. ad ſuos, vbi exigitur, quod tantum viuo eo, de cuius hæreditate agitur, ſit conceptus is, qui quærit ſuccedere, de medijs autem non exigitur, vt in eis viuentibus ſit cõceptus. Cùm itaque luculenter oſtenſum ſit, dictũ Vincentium dicto quondam Franciſco de Canacolis tertio gradu cognationis iure coniunctum, cõſequentia eſt amitinos, de quibus ſupra probatur, qui dictũ quondam Vincentium de Canacolis quarto gradu cognationis contigerunt, vt Inſti. de gra. cogna. §. 1. ipſi Vincẽtio poſtponendos, vt C. de leg. hære. auth. poſt fratres, ad §. itaque tertio gradu. in Inſti. de gradi. cog. qui ſuperius in aduerſam ſententiam allegatus eſt, apparet reſpondendi inuitis dẽtibus illa verba, ſororis fratriſve filius, oportere intelligi. ſ. qui fuerunt futuri ne fuerãt, ſi vixiſſent. Et eadem dicenda fere de verbis illis, matris frater, ſic in ſimili. ff. de negotijs geſt. l. diuortio. & quod ibi not. ne alioquin nodus ciuilis cognationis ſæpe numero protinus diſſoluatur, aut ius differendarũ hæreditatum minus admodum anguſtetur, cõtra tex. in Inſti. de bo. poſ. §. adhuc ad alia nota ta in diuerſum allegata apparet ſatis per ſuperiora reſponſum &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta ſub duabus conditionibus copulatiue vel ſimpliciter, an ei locus ſit, ſi vna earum tãtũ eueniat, & an ſubſtitutio facta, ſi deceſſerit ſine filiis. locũ habeat, ſi decedat ſubſtitutus relictis filiis, ſed mortuis ante eum in cuius perſonam facta erat ſubſtituto.

SVMMARIVM.

1 Mens teſtatoris an in conditionibus præferenda ſit verbis.
2 Quomodo exiſtentia liberorum faciat deſinere conditionem fidei commiſſi.

CONSILIVM XLVI.

ANDREAS de Luca ſuum condidit teſtamentum, in quo iuſſit & ordinauit, vnam capellam fieri debere in eccleſia fratrum prædicatorum &c. Et poſt multa legata Ioannem eius filium hæredem inſtituit. Si vero dictus Ioannes decederet in pupillari ætate vel poſtea quandocunque, tunc ſibi vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum in caſibus ſubſtituit hæredem Laurentium quondã Petri eius germanũ, Cui poteſtatem conceſſit diſtribuendi bona ſua in pauperes Chriſti. Et ſi dictus Laurentius non ſupereſſet, & decederet ante ſuum hæredem ſine filiis legitimis maſculis ex nunc prout ex tunc, in caſu prædicto ſolum inſtituit, voluit, & mandauit dictus teſtator, quod per dictũ epiſcopum, qui pro tempore fuerit & priorem fratrũ prædicatorum, qui pro tempore fuerit, perpetuo fructus & redditus quoslibet quarũcunque ſuarum poſſeſſionum diſtribuat in pauperes Chriſti. Et quod aliquæ poſſeſſiones vbique poſitæ modo aliquo non alienentur per prædictos, ſed perpetue laborentur pro receptione redditũum, vt ſupra dictum eſt. Modò mortuus eſt ipſe Laurentius ante ipſum Ioannẽ relicto Antonio filio legitimo & naturali, qui vixerat pluribus annis, & deceſſit ante ipſum Ioannem, poſt ipſe Ioannes mortuus eſt maior 30. annis ſine liberis ſuo condito teſtamento, in quo legauit & ipſe dictam capellam fieri, & plures poſſeſſiones legauit certis perſonis, & prælegauit Berto eius hæredi aliquas poſſeſſiones ipſum Bertũ grauando, vt omnia bona ſua vnà cũ cõmiſſarijs ſuis venderent. Et quæ vltra legata ſupereſſent diſtribuerẽtur in pauperes Chriſti. Mortuo dicto Ioanne ipſe Bertus & cõmiſſarij vendiderunt omnia bona dictæ hæreditatis, & capellam conſtrui fecerunt, & ſuperfluũ in Chriſti pauperes diſtribuerunt, modo elapſis decem annis venit epiſcopus & prior & volunt auocare a legatarijs, hærede, & ab emptoribus dictas poſſeſſiones vigore dictæ ſubſtitutionis, qui ſe defendunt dicentes, non conſtitiſſe conditionem dictæ ſubſtitutionis, Cum dictus Laurentius deceſſit relicto Antonio eius filio legitimo & naturali, licèt tempore mortis ipſius Ioãnis nõ ſupereſſet, qui ſi ſuperfuiſſet, videretur ſubſtitutus per l. Lucius titius. & ibi not. ff. de hær. inſtit. Sed quia in eo caſu ſolum, quo ipſe Laurentius deceſſerit ſine liberis, ipſi epiſcopus & prior fuerunt ſubſtituti, ſed ipſe Laurẽtius deceſſit cum liberis Item quia ſpacio 10. annorũ inter præſentes præſcripſerunt. Item quia emptores ſtatuti vigore cauentur, quòd factis certis proclamationibus, & nemine comparente intra annum emptor ſit ſecurus, nec ab aliqua perſona collegio vel vniuerſitate poſſit moleſtari. Etſi etiam prædicta non obſtarent ſaltem vſque ad ſummam expenſæ capellæ factæ, quam etiam pater de bonis ſuis, cum appellatione bonorum contineantur immobilia, fieri iuſſerat, & vſque ad legitimam, & æs alienum ſolutum, & legata ſoluta dicti Ioannis, valuiſſent alienationes ipſarum poſſeſſionum, & in ipſam legitimam alienata computarentur, modo quæritur quid iuris eſt.

¶ In quæſtione propoſita ſine diſputatione puto, dictos emptores, & hæredem quondam Ioannis & legatarios minime inquietari poſſe per dictos epiſcopum & priorem ea præcipua ratione, quia conditio ſubſtitutionis

tutionis factæ de pauperibus Chriſti, & iuſſæ diſtributionis perpetuæ redditiuum & fructuum quarumcunque ſuarum poſſeſſionum per dictos epiſcopū & priorem defecit, Erat.n.conditio, ſi dictus Laurentius germanus teſtatoris tempore mortis Ioannis filij teſtatoris non ſupereſſet.& decederet ante ſuum hæredem, hoc eſt dictum Ioannem ſine filijs legitimis maſculis, licèt autem prima conditio extiterit, quia tempore mortis dicti Ioannis ipſe Laurentius non ſuperfuit, ſecunda tamen conditio non extiterit, quia filium legitimum & naturalem reliquit ſuperſtitem.ſ. Antoniū, ut probatur & cum coniunctam per copulam & ambæ conditiones ſubſtitutioni fuiſſent adiectæ, vna earum defecta conſequēs eſt ſubſtitutionem deficere, vt ff.de condi. inſti.l.ſi hæredi plures.nec mouet, quòd verba conditionis plurali numero concepta ſint. Vnicus autem filius ſuperfuerit per l.iubemus.C.ad trebe. §.ſi autem.& de condi. inſer.l.j. & quando di. le. ce.§l.cum vxori.& ff de verb.ſigni.l.non eſt ſine liberis. Nec rurſum prædictis officit, quod idem filius deceſſerit ante ſupraſcriptum Ioannem filium teſtatoris per d.l.cū vxori.& de inſtit.& ſubſti. ſub condi.fac.l.ſi quis hæredem. Illa namque verba, ſine filiis maſculis &c. ad verba, decederet, referunt. Vnde illud tempus, quo dictus Laurentius deceſſit, inſpiciendum fuit, non etiā tempus mortis Ioannis, arg.de noxa.l.in delictis. §. ſi
1 extraneis. Nec dicat quis† in conditionibus potius mētem teſtatoris, quàm verba ſpectanda, ut ff.de condi. & demonſtra.l.in conditionibus. Teſtator autem in ꝓpoſita re idcirco dixit ſine filiis maſculis legitimis, vt non tantum fratrem ſuum, verum etiam filios fratris præfert pauperibus filio ſubſtitutis, vt ff. de hæredi. inſti.l.Lucius. Cùm itaque non ſuperfuerit dictus Antonius filius Laurentij tempore mortis Ioannis, vnde nec admitti poſſit ad bona teſtantis, non debet ceſſare pauperum ſubſtitutio propter eum, quem teſtator prætulerit, & qui admitti non poſſit morte præuentus,
2 quia reſpondetur per l.filiusfa.§.cum quis † vbi liberi ſuperſtites tempore deſignato faciunt deficere conditionem fideicommiſſi relicti ab aliquo, ſi ſine liberis deceſſiſſet, quāquam liberi ad bona non admittantur nec admitti poſſunt. Inſpicit namque ſola liberorū exiſtentia tempore infinito. vel non exiſtentia, quam verba conditionis demonſtrant ſeu ſignant, porro & ille poteſt intuitus eſſe teſtatoris in re præſenti, ut poſſit filius ſuperſtes filijs fratris præmortui vendere, donare, vel aliter in eos ex bonis ipſis transferre. Ideoque fratre mortuo relictis filijs voluit filium liberum fieri ab omni onere fideicommiſſi, vt ea quæ dicta ſint, poſſet, quæ non poſſet, ſi ad tempus ſuæ mortis, hoc eſt ipſius Ioannis filii ſui filiorum maſculorum Laurentij exiſtēriam vel non exiſtentiam ſeu verba conditionis retuliſſet, vt C.communia de leg.l.fi.§.ſed quia.& auth. res quæ.a verbis itaque cōditionis & eorum propria ſignificatione & mente mentis teſtatoris recedendum nō eſt.ff de leg.3.l.non aliter. Eoque amplius in hanc ſententiam pronior ſum, quòd teſtator in ipſis verbis ſacientibus ſubſtitutionem dictione taxatiua ſuuctus eſt dicens, in caſu prædicto ſolum &c. & ſic vnum tantū caſum ex facti ſingularitate monſtrauit quæ ſubſtitutioni locum faciat, & rurſum per eam dictionē excluſiuam ſolum, ad alium caſum eam ſubſtitutionem protrahi nequit ar.C.ad treb.l.iubemus.in fi.ſecundum diuerſum autem ſenſum duobus caſibus committeret ea ſubſtitutio, & contra vim verborum ad alium caſum, quia vetitum traheretur. Item hanc quoque interpretationem verbis teſtamenti conſonam alia ratio paternæ pietatis admittit, quæ liberam magis filio rerum ſua tam inuita & in ętate virili, quàm in morte diſpoſitionem relinqueret, cuius oppoſitum filius maxime in virilem ætatem factus oneroſum exiſtit. Relinquitur itaque ex ſuperioribus omnibus concludendū eſſe virtute memoratæ ſubſtitutionis dictos epiſcopū & priorem nullatenus audiendos, & dictos emptores hæredem Ioannis, & legatarios præferendos,

¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Facultas conceſſa per teſtatorem alicui, ut ſi aliq̃ ex poſſeſſionibus ſuis, vellet emere ei detur minori precio, an intelligatur de vna ſolummodo, an verò totiēs quotiens voluerit emere propter diſtributiuū, aliquā.

SVMMARIVM.

1 *Signum particulare & diſtributiuum cuius ſit natura præcipue in vltimis diſpoſitionibus.*

CONSILIVM XLVII.

SER Michael cōtra ſer Stephanum de Sepe nobilis Ciuis Iadrę condito teſtamento ſolenni ſecundùm leges ſuæ ciuitatis inter cætera voluit, & ordinauit, ꝙ ſi ſer Lombardinus de Sepe vellet emere aliquam ſuarum poſſeſſionum ei detur & vēdatur & de precio, quod ab aliis haberi poſſit, dimittantur eidem ſer Lombardino duc. 20.auri pro quolibet cētenario. Mortuo dicto teſtatore cum executores & commiſſarii vniuerſales ꝓpoſuiſſent ſub haſta tres poſſeſſiones ex poſſeſſionibus dicti quondam teſtatoris venales ea lege, ut ſi dictus ſer Lombardinus vellet eas emere, cæteris præferatur, & de precio pro ſingulis centenariis, quæ ab aliis reperirentur 20.duc. ipſi ſer Lombardino remitterentur, cùm pro vna earum oblati eſſent duc. mille, ipſeque ſer Lombardinus dixiſſet, ſe eam velle emere cum beneficio teſtamenti ſupra relato. Idemq; obtinuiſſet, & poſt pro alia ex reliquis duabus poſſeſſionibus oblatum foret finale precium ab alio. Dixit idē ſer Lombardinus, ſe eam velle emere cum memorato beneficio. Ioannes qui empturus erat, & preciū obtulerat, contradicit dicens ſe in hac poſſeſſione dicto ſer Lombardino præferendum, eo quòd teſtator id beneficium tantum in vna ſuarum poſſeſſionum dicto ſer Lombardino præſtari voluerit, non autem in pluribus propter illa verba teſtamenti, aliquam ſuarū poſſeſſionum, quæ particulariter ſignant, in vna ſola verificant, cùm eſſet iam in vna poſſeſſione, ut præmittitur, beneficium aſſecutus, & tandem re in controuerſiam apud magiſtratum deducta cōtra dictū ſer Lombardinum pronunciatum eſt, ſer Lombardinus ab ea pronunciatione prouocauit ad iudices competentes. Quæritur quid iuris eſt.

¶ In propoſita quæſtione ſine dubitatione videtur concluſiue dicendum, iuſte prouocatum, & ita debere iudices appellationis proferre ſententiam. Ea maxime ratione, quoniam hic ſi aliquam poſſeſſionū ſuarum &c. & ſi particulare ſignum eſt diſtributiuum, eſt
1 ita, vt in pluribus poſſit verificari, & eius natura eſt† ſecundum doctrinam doctorum noſtrorum, ut ſi actū primi verbi reſpiciat inſolidum, actum quoque ſecundi uerbi inſolidum omnibus tribuat, ut ff.de leg.j.l.qui filiabus.§.ſi quis ita. Si namque teſtator dixerit, ſi qua mihi filia nata erit ei lego 10. pluribꝰ filiabus natis cuilibet earum debentur 10.non autem vni earum tātū, quę primo forſitan nata ſit, nec omnibus ſimul vna x. ſed ut dixi cuilibet earum x. debentur. Quo exemplo moti doc. noſtri dixerunt, quòd ſi ita præmium conſtitutum ſit, ſi quis primus caſtrum intrauerit, habeat x. pro duobus ſimul intrantibus vtrique eorum x. debebuntur, niſi de contraria voluntate primum ſtatuentiū apparuerit, ut no. per Dy. in d §. ſi quis ita.& per Iaco. de Are. in proœ.ff.& ibi etiam per Bald.& per Bart. ff. de hære. inſti.l.hoc articulo. Et ibi quoque per Angel. quod & alio magis frequenti extra monſtratur. Nam ſi lex municipij, vel iudicis præceptum ſtatuerit, quod ſi quis

ſi quis arma poſt ſonum campanæ portauerit, vel quid ſimile fecerit, puniatur in x. Nemo namque dubitaue rit, quin illa lex, vel iudicis decretum non tantum ad vnum, qui fuerit deprehenſus arma ita differre, puniẽ dum pertineat, verum etiam ad plures, ut quotcunq; reperti fuerint arma differre quod ex virtute illius diſtributiui, ſi quis, procedere manifeſtũ eſt, porro inter hæc ſi qs vel ſi qua, & hæc ſi aliquis vel aliqua nil intelli git referre. Exponitur nãq; ſi quis, id eſt aliqs & ſi qua. i. aliqua. & ad hoc facit ff. de his qui eie. vel effu. l. 3. §. prætor. Et hoc etiam dicit Albe. de Bergamo doctor & cõ mẽtator eximius in alphabeto ſuo in dictione aliquis.

¶ In propoſita itaq; quæſtione cùm dixerit teſtator, quod ſi ſer Lombardinus de Sepe volet emere aliquã ſuarum poſſeſſionum, ei detur & vendatur pro minori precio, ut in teſtamento cõtinetur &c. & illud diſtributiuum reſpiciat actum primi uerbi in ſolidum, cõſequens eſt, vt cum de non vna tantum, ſed etiã de pluribus verificetur ipſum diſtributiuũ, vt eleganter inqt Barto. in p̃alle. l. hoc articulo, debeat idem ſer Lombardinus ad omnes poſſeſſiones in ſolidum emendas cum memorata conditione vocari, ut quod in pluribus perſonis ſupra per noſtros præceptores diffinitum eſt, hoc quoq; maxime in vna perſona & pluribus rebus diſtributis, per illud diſtributiuum, aliquam, debet obſeruari. Nam a pluribus perſonis ad vnam, & a perſonis ad res p̃cedit arg. vt ff. ſi cer. pen. l. ſingularia. Rurſum hanc verborum interpretationem legati ſuadet charitas & neceſſitudo perſonæ legatarij ad teſtatorẽ, per l. ſi ſeruus plurium. §. fina. de lega. 1. & id quod no. per gloſſ. in præallega. l. ſi quis ita. Erat enim dictus ſer Lõbardinus dicto teſtanti neceſſitudine ſanguinis, & ſtricta cognatione, immo agnatione coniũctus, dilexit quoque eum teſtator, ut ei in teſtamento aliquid legauerit, eumque inter ſuos fideicommiſſarios executoreſque teſtamẽti ſtatuerit, amplius & regulariter diffinitum eſt in teſtamentis pleniorem faciendam interpretationem, ut ff. de regu. iur. l. in teſtamentis. Sed & illud mouet, quod & in ſubhaſtatione ipſarum venaliũ poſſeſſionum ea fuit, ut præmittatur, aſcripta cõditio per executores teſtamenti, vt ſer Lombardinus eum dicto beneficio cæteris emere volentibus præferatur. Quæ conditio & lex etiam ſubhaſtatione per executores propoſita debuit per iudicem obſeruari. Non parua namque præſumptio eſt, quod ipſi fideicommiſſarij vniuerſales qui vicem tenent hæredum, vt C. de epiſco. & cleri. l. nulli. voluntatem defuncti veriſimilius ſciũt, & poſſunt, ac debent declarare ac interpretari. arg. ff. de le. primo. l. ſi quis filio. §. ſiquis plures. Nouiſſime vero illud ſtrictius vrget, quod proponitur, teſtes, qui adhibiti fuere teſtamento, & ipſius tabulare hoc ipſum cum iuramento depoſuerunt, quod ea fuerit teſtatoris voluntatis, ut omnes poſſeſſiones ſuas poſſit etiam cum eo emere beneficio, immo illud optans, vt aiunt, vnnam etenim dixit ipſe teſtator, & velit, & poſſit idẽ ſer Lombardinus ipſas omnes poſſeſſiones cum eo beneficio comparare, quæ voluntas ita maxime teſtibus comprobata præcipue obſeruanda eſt, ut ff. de teſta. l. hæredes. §. ſi quid. de leg. 2. l. cum proponeretur. & C. de leg. l. eum quod, in fi. Quibus ex omnibus concludẽdum relinquitur, per iudices appellationum pronunciãdum eſſe iuſtam fuiſſe prouocationẽ dicti ſer Lombardini, & iniuſtam fuiſſe iudicis pronũciationem, & dictum ſer Lombardinum cæteris emptoribus non ſã tum in vna, ſed & in pluribus poſſeſſionibus cũ dicto beneficio præferendum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Mater intra quæ tempora debeat petere tutorem dari filio, ne ab eius ſucceſſione repellatur. & an pupillus moriens dicatur proprie inteſtatus deceſſiſſe, & an ſit differentia vtrum ſtatutum dicat ſi quis inteſtatus deceſſerit vel ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Quando mater excludatur a ſucceſſione impuberis præſumptione petiti tutoris.*

2 *Infans aut pupillus an poſſint dici inteſtati decedere.*

3 *Inteſtatum decedere & ab inteſtato differunt, nam pupillus poteſt ab inteſtato decedere licet non inteſtatus.*

CONSILIVM XLVIII.

QVIDAM P. condidit teſtamentum, Et in eo I. & S. ſuos filios pupillos his verbis hæredes inſtituit, videlicet in omnibus autem aliis ſuis bonis dicti teſtatoris mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus præſentibus & futuris vbicunque ſint, & inueniri poſſint I. & S. filios ſuos dicti teſtatoris legitimos & naturales ſibi vniuerſales hæredes inſtituit, reliquit, & fecit, & eos inuicem in hæreditate prædicta ſubſtituit, ita q̃ vnus ipſorum, qui ſuperuixerit, ſuccedat alteri præmorienti ſine filijs legitimis & naturalibus, vel etiam ab in teſtato ſubſtituendo inuicem eis vulgariter pupillariter & c. dictus I. moritur ab inteſtato vno poſthumo ex eo relicto, qui poſthumus intra annum moritur ſuperſtite ſibi dicto S. patruo ſuo & domina G. eius matre, quæ non petierat neque habebat tutelam dicti poſthumi, quoniam adhuc itra annum mortis dicti I. ab inteſtato præmorientis, & relictis vna domo in vno ea ſtro eorum poſthumi & eius patrui habitis domibus exiſtentibus ſuper poſſeſſione eorundem communibus. modo quæritur ad quem pertineat hæreditas dicti I. præmorientis ab inteſtato, ſi in totum directe ad dictum S. patruum, uel in parte, ſeu ad quam partem veniat dicta dom. G. & de quibus bonis vel ſi ſua legitima ſeu parte priuatur, viſis iſtis ſtatutis in dei nomine continetur.

¶ In quota parte ſuccedãt aſcendentes ex linea materna. Itẽ ſi qua perſona deceſſerit inteſtata ſine filijs legitimis & aſcendentibus ex linea paterna, & non ſuperſtite ſratre, vel ſorore ſine filio, vel filia patris, vel ſororis ipſius defuncti ex eodem patre tempore ſuæ mortis non permittatur mater auus, vel auia talis perſonæ defunctæ ex parte matris ad plus venire, quàm ad partẽ quartam legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato omnium rerũ mobilium, & immobilium ſeu ſe mouentium præter domos caſtella olim talis perſonæ defunctæ. Alia vero bona talis defunctę perſonæ habeant patẽtes maſculi ex parte patris & aui paterni uſque ad quartũ gradum vulgariter intellectum ſecũdum gradum proximiores ordinis. Et ſi ſuperfuerit talis defunctæ perſonæ frater vel ſoror, aut filius uel filia fratris, uel ſororis, tũc mater auus vel auia ex parte matris in nullo ſuccedat, & hoc locũ habeat in mulieribus ciuitati Sen. ſuppoſitis. Non obſtante ſi mater remanſit in domo filiorum vel filiarum tempore mortis eorũ, & hoc locũ habeat in præteritis & futuris. Aliæ vero mulieres extra ciuitatem Sen. vel iuriſdi. commorantes nullo modo ad ſucceſſionem filiorum, filiarum, nepotum vel neptum de ciuitate Sen. vel iuriſdi. veniant, & hæc locum habeant in præteritis & futuris. Sup quibus omnibus precor, ut mihi conſilium tribuatis.

Pro determinatione propoſitæ quæſtionis duo principaliter videri oportet primũ an dicta do. G iure communi excludatur a ſucceſſione filij impuberis necne, Secũdo an excludatur ab eadem ſucceſſione iure municipali cõmunis Sen. & an in totum uel pro parte.

3 ¶ † Circa primũ dicendum dictam do. G. ab hæreditate dicti impuberis mortui non excludi, eum proponatur, ipſum poſthumum intra annum mortis patris mortuum. Mater autem præſumptione non petiti tutoris filio impuberi non excluditur ab eius impuberis mortui

mortui ſucceſſione, niſi per annū neglexerit, & in Inſti. de ſe. con. ter. §. fi. & C. de le. hære. l. ſciant. & hāc opi. firmat dominus Bald. in l. precibus. C. de impu. & ali. ſubſti. & ad §. confeſtim. in l. 2. ff. ad ter. reſpondet, ꝙ corrigitur per d. l. ſciant, & d. §. vltimū. Inſti. ad tertu. dominus autem Rizār. Malum. quem & ſequitur dominus Bal. in præalleg. l. ſciant. & in præalleg. §. confeſtim. tenet ꝙ ſi mater etiam ante lapſum anni non petierit tutorē filio impuberi, cùm poſſet ei impedimento ceſſante petere, hæreditate priuatur ipſius filij impuberis mortui etiam intra annum. per præalleg. §. confeſtim. qui hoc expreſſe dicit. & probatur aperte in ea. l. 2. §. quòd ſi cum prægnans, ff. ad tertul. vbi incidit in ſētentiam ſe. con. mulier prægnans, quæ curatorem bonis non petierit, cùm tamen prægnās per annū eſſe nō poſſit, & ad l. ſciant. C. de legi. hære. Reſpondetur, ꝙ intelligenda eſt ſecundū præalleg. §. confeſtim. hoc eſt, ut cū primum poteſt, mater tutorem petat. Iuſto autē impedimento ſi impediatur petere vel mādare, ut petatur, excuſabitur, dummodo annuale tempus omnimodo nō excedat, & hic probat tex. ipſius l. ſciant, quæ non venit corrigendo, ſed potius confirmando ius vetus, dum dicit ſecundum legem non petierint &c. & ſic ad ius antiquum ſe confirmat, non autem id corrigit. & ita etiam debet intelligi præalleg. §. vltimū Inſti. ad tertul. longe nāque melius id diceret, vt leges nouæ ſi fieri poſſit, determinationem recipiant a veteribus, quàm ꝙ corrigant veteres ar. ff. de legi. & ſe. con. l. ſed & poſteriores. & de inoffi. do. l. vnica. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. & quod no. in authen. offeratur. C. de lit. cōte. l. in oppoſitione. l. ſciēdum. ff. qui ſatiſd. cog. & in ipſa l. ſciendum. in prin. & facit extra de elect. c. cum expediat. lib. 6. Et hæc ſententia dominorum Rizar. & Barto. profecto amplectenda eſt magis per ſuperius allegata. Ita ꝙ niſi dicta domina G. aliquod iuſtum impedimentum probauerit, quo fuerit impedita tutorem dicto ſuo filio impuberi petere intra tempus quo veriſimiliter debuit poſſe petere, hoc eſt ſaltem intra tres menſes uel quatuor, ut ait Barto. in §. confeſtim. & in auth. presbyteros. la 2. C. de epiſ. & cle. & aliam excuſationis cauſam habeat ex his quæ no. per gloſſ. C. ad tertul. l. 2. ab eiuſdem filij ſui impuberis mortui ſucceſſione prorſus excluditur, cùm poſt ſex menſes a morte patris idem infans mortuus aſſeratur. & hæc de primo. vbi concluditur, ipſam dominā G. alio non probato, a dicti impuberis mortui filij ſucceſſione repelli, & conſequēter aliquod ſtatuti ſupra relati beneficium, quod ei quartam legitimæ ſucceſſionis reſeruat, cum ſupra concluſum eſt, ꝙ legitimam ſucceſſionem nō habeat, aſſequi non valere. & hoc de primo.

¶ Circa ſecundum videretur prima fronte dicendū ſuppoſito ſine veritatis præiudicio, ꝙ de iure communi dicta do. G. ab ea hæreditate excluderetur, ꝙ nec iure municipali profecto vlla parte ad ipſius filij ſui ſucceſſionem vtetur, quoniam ſtatutum id loquitur de his, qui inteſtati deceſſerunt ſine eorū hæreditate. Cla-
2 rum autem eſt ꝙ † infans ſiue pupillus non dicitur proprie inteſtatus decedere, qui nec teſtatus potuit decedere, cùm non poſſit teſtari, vt eſt expreſſum. ff. de ſuis & legi. l. 1. in prin. & licèt iure communi pro inteſtatis accipiātur hi, qui nec teſtari potuerint, ſicut pupilli, & furioſi, vt ait ibi iureconſultus in d. l. 1. in prin. In ſtatutis tamen, in quibus non eſt a verborum propria ſignificatione recedendū, vbi nō appareat mens loquentis in oppoſitum, vt ff. de vet. ob. l. quicquid aſtringendæ, & ad municip. l. conſtitutionibus. & ibi per dominū Dy. & per dominū Bar. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iur. in illa principali q. vbi tractat, an ſtatutum recipiat interpretationem, non ſunt recipiendi inteſtati mortui pupilli, ſeu furioſi, prout ait Be. in præalleg. l. 1. in prin. ff. de ſuis & legi. & dominus Bal. idem in l. cum antiquioribus. C. de iure deli. & in lib. primo de ſucceſ. ſeu. x. collat. licèt Bar. dixerit oppoſitum ex conſuetudine generali, vt ſcripſit ſuper d. l. 1. in prin. ff. de ſuis & legi.

¶ In oppoſitum tamen magis arbitror videlicet dictā do. G. non poſſe ad ſucceſſionē dicti filii ſui impuberis, niſi pro quarta venire ſ'm formā præalle. ſtatuti, eo ꝙ non dicat, ſi quis inteſtatus deceſſerit, tunc. n. procederet diſputatio, quæ eſt inter ipſos ſupra relatos doc. ſed cum dixerit ſtatutū, ſi qua perſona ab inteſtato de-
3 ceſſerit, pupillū namque † arbitror proprie poſſe ab inteſtato decedere, licèt non inteſtatum, & ita diffiniebat dominus meus in legibus, ita etiam vidi ſolenne cōſilium magni doc. ſ. domini quondā Signoroli de Mediolano, & habet rationem. Nā cùm hoc adiectum inteſtatus in nomine ſumptū adiaceat, ſubſtitutio nō proprie conuenit, niſi illi perſonæ, quæ teſtari potuit. Ab eo namque actus proprie remouetur, cui cōueniebat potentia, ut ff. de reg. iur. l. eius eſt nolle. & eſt hęc rō d. l. 1. in prin. ff. de ſuis & leg. Aut cum per aduerbiū inteſtato, loquitur ſtatutū quod aduerbiū nulli perſonæ adiacet, tanq̄ ſubſtitutio remouet actū teſtanti generaliter nō a perſona ipſius pupilli, licèt aūt pupillus nō poſſit teſtari, nec conſequenter teſtatus decedere, hoc eſt facto ſibi teſtamēto. licèt non per ſe, ſed per patrem ſi in cuius fuiſſet poteſtate, qui ei pupillaris tabulas faciēdo, dicitur efficere pupillū non ab inteſtato, hoc eſt nō ſine teſtamento, ſed teſtato & cū teſtamēto decedere.

¶ Nemo namque dixerit proprie pupillū, cu pater legitime ſubſtituit pupillariter. ab inteſtato ſine teſtō decedere, immo vero cū teſtō deceſſit, ex quo ei ſuccedit & hæreditas adit impuberis, eiq; fit hæres pupillariter ſubſtitutus, vt Inſti. de pup. ſub in prin. & §. 1. & 2. Aliud eſt dicere, pupillū inteſtatū, qd̕ proprie dici nō pōt, cū remoueat act' teſtādi a pupillo & pupilli pſona, q̄ teſtari nō potuit, ut prædictū eſt. Aliud eſt cū dicitur, pupillum ſine teſtō mortuū. i. non facto teſtō, & nō dicitur a quo noīatim. Poteſt. n. cum teſtō mori facto ſibi non dico a ſe, ſed a patre ſuo, ut ſuperius ē deductū. Quibus ex omnibus quo ad propoſitum caſum pertinet, concludo, locū eſſe ſupra relato ſtatuto in perſona dicti impuberis mortui, & ideo dictā dn̄am G. etiā ſi iure cōi non foret excluſa, ſaltem per dictum ſtatutū excludi ab ea ſucceſſione præalleg. in quartam partem exceptis ex dictis quarta parte domibus & caſtellis. domibus dico, quæ non eſſent ſuper poſſeſſionibus gratia fructuum colligendorū &c. & magis ipſorum prędiorum ruſticorum gratia. Tunc enim prædiorū ruſticorum magis numero accipienda ſunt. ar. ff. in qui. ca. pi. ra. ꝯtra. l. eo. iur. & q̄d ibi no. & de verb. ſig. l. vrbana &c.

¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio vulgaris expreſſa in vnum caſum an, & quando porrigatur ad alium caſum nō expreſſum. & an ſubſtitutio facta poſthumo, ſi naſcatur, & decederet ſine filiis, comprehendat ēt caſum, ſi poſthumus nō naſcatur, maxime quādo eſt teſtatoris frater ſubſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris in vnū caſum concepta ad alterum quoque caſum vulgarem non expreſſum porrigitur.*
2 *Inſtitutio in vnum caſum facta alium caſum illi non diſſimilem complectitur.*
3 *Caſus in diſpoſitionibus omiſſus iuris communis diſpoſitioni relictus eſſe cenſetur.*
4 *Pupillaris expreſſa quo caſu in ſe tacitā vulgarē habere dicatur.*
5 *In ambigua voluntate & obſcura teſtantis præſtantius eſt eam interpretationem aſſumere, quæ benignior eſt atque frequentior.*

CONSILIVM XLIX.

1 EX FACTO proponitur, patrēfam. poſthumis maſculis filiis inſtitutis; ſi eos oēs ſine filiis maſculis mori cōtigerit, tūc & eo caſu ipſis ſic decedentibus vxorē ſuā ſubſtituiſſe vulgariter, pupillariter, & p fideicommiſſum: vbi vero filios maſculos nō naſci cōtingeret.

tingeret,ſed fœminam filiam vnã tantũ vel plures, eo
caſum dictam eius vxorem vniuerſalem hæredem in-
ſtituiſſe, & talibus filiabus iure inſtitutionis pro dotib⁹
reliquiſſe,ꝙ vxor ſua declaraſſet, & in eo eas etiam vo
luiſſe tacitas & contentas,& in caſu natiuitatis maſcu
lorum adminiſtrationẽ bonorũ latiſſimã ipſi vxori de
diſſe,eamq́ue dominã & vſufructuariã reliquiſſe, & ip
ſis maſculis naſcituris abſque vxoris conſenſu omnẽ
alienationem interdixiſſe,ipſam quoque uxorẽ analo-
giſtam eſſe diſpoſuiſſe, necnon & alia quædã circa eã
in fauorem eius ordinaſſe. Fratribus verò ſuis libras v.
reliquiſſe. & poſt non mutato dicto teſtamento & nul
lo in contrarium facto ſuperuiuentem annis 22.tandẽ
defunctum eſſe nullis ei natis filiis & filiabus, relictis ſu
perſtitibus vxore prædicta & vno fratre ſuo. Quæritur
in dicti patrisfam.ſucceſſione vtrius cã potior ſit,vel u-
xoris ex ſupra relato teſtõ, vel fratris ab inteſtato.

¶Et arguitur ad partes & primo pro vxore quoniã
vulgariter poſthumus maſculis ſubſtituta eſt, quæ vul-
garis continet,ſi hæredes nõ erunt, vt ff.de vulg. & pu-
pil.l.1.in prin.& l.iam hoc iure.§.ſed ſi aliter.& §.fi. &
Inſti de vulg.ſubſti. in princip. coniuncto rubro, exti-
tit autem ea cõditio,quia non fuerunt hæredes, q nec
nati ſunt ex eo capite ꝙ ineſt ipſi vulgari,quia.ſ.nõ po-
tuerunt,vt C.de hære.inſti.l.cũ proponas. Et ſi dicatur
eam non ſimpliciter vulgari modo conſtitutã,ſed ſub
cõditione,ſi ipſos filios maſculos naſcituros ſine filiis
mori contingeret, quæ conditio non niſi ad natos per
tinet, dici poſſe videtur ad alium quoque caſum, qui
idem eſt effectu teſtantis mente proſpecta, videlicet ſi
neque nati fuerint porrigenda.arg.in l.fi.C.de inſti. &
ſubſti. ac teſti.ſub condi.fac.ſecundum ſenſum Barto.
1 ꝙ † vulgaris in vnum caſum concepta ad alterũ quo-
que caſum vulgarem non expreſſum porrigatur, ꝙ et
ibidem approbat Bald. & quemadmodũ in caſu con-
uerſo ibi ſubſtitutio facta in caſum,quo poſthumus nõ
naſcatur, ad eũ caſum quo natus deceſſerit non hæres
factus,vel factus & impubes deceſſit, protenditur. Et
idem dici poſſe videtur de inſtitutione eiuſdẽ vxoris
facta,ſi nemo maſculus naſcetur, ſed fœmina,ut ad eũ
quoque caſum porrigatur, ſi etiam nec filia naſcetur,
vbi eſt maior voluntatis præſumptio. Nam ſi eam hæ-
redem eſſe uoluit in uniuerſum nullis natis maſculis,
quamuis filia naſceretur,multo melius voluiſſe eã hæ-
redem eſſe neutris natis maſculis & fœminis, exiſtimã
dum eſt,& quam ſuæ poſteritati prætulit, & propriæ ſo
boli præferre etiam extraneæ ſucceſſioni voluiſſe. cre-
datur.arg.eius quod not.C.de fideicom.l.cum acutiſſi-
2 mi.& de inſtit.& ſubſti.ſub cond.fa.l.ſi mater.vbi † in-
ſtitutio in vnum caſum facta alium quoq; caſum non
illi diſſimilem complectitur, ſicut & in fideicommiſſis
ſingularibus & generalibus, quæ ſunt minus fauorabi-
lia,quàm inſtitutiones, hæc interpretatio recipitur,vt ff.
de leg.3.l.ſi fideicommiſſa.§.ſi cui.& ad Trebel.l.ſi mu-
lier.quãdo di.le.ce.l.ita eſſet poſtremo hæc pars euidẽ-
tius confirmatur,quoniam eiuſdem teſtamenti verbis
ſubſtitutio pupillaris exprimit, quæ non niſi natis fieri
poteſt,ſi impuberes.ſcilicet moriantur, habet autẽ pu-
pillaris expreſſa iure interpretationẽ vulgarem,vt ff.de
vulga.& pup.l.iam hoc iure. Ex vi itaque vulgaris taci
tæ ſimplicis, hoc eſt nulla alia conditione extrinſecus
coarctante quæ ineſt expreſſæ pupillari, admittetur u-
xor.Illa ergo conditio,ſi moriantur omnes ſine filiis,
in prima vulgari ſubſtitutione comprehenſa, quãquã
prima fronte ad natos tantum pertinere videatur, ni-
hilo magis ad non natos pertinere putabitur. Nam in
pupillari expreſſa quamuis ea conditio,ſi impubes mo-
riatur,& in pupillari ætate contineat, nihilo magis in
ſe tacitam habet uulgarem ſimpliciter,ſi hęres nõ erit,
quæ et eum caſum, quo non naſceretur amplectitur,
ad quæ facit ff.de ven.in ſpi.l.qui uentri.& quod ibi no.
in oppoſitã partẽ facit, quoniã hic caſus, qui contingit
uerbis teſtamenti,prout & omnis diuerſa allegatio ſen-
tit ſinẽ dubitatione non clauditur, duo namque caſus
uerbis expreſſi ſunt,quibus hæres inſtituta eſt uxor, ſi
nati.ſ.poſthumi ſine filiis moriantur, & ſi nulli naſcã-
tur.naſcatur tamen filia vna uel plures, quorum neu-
ter extitit. Tertius autẽ caſus ſi nemo ei liberorũ naſca
tur,qui extitit,uerbis apprehenſus non eſt. ar.ff. de lib.
& poſthu l.ſi ita.& de reb. du.l.ſi is qui ducenta.§.fi.ha
bet itaque frater teſtatoris uulgaribus & iure cõmuni
bus regulis fundatã eius intentionẽ, quæ uolunt a pro-
pria uerborũ ſignificatione non eſſe, niſi mens in op-
poſitũ doceatur, recedendum,ut ff de leg.3.l.nõ aliter.
& de exerci l.1.§ ſi is nauẽ.nõ docetur autẽ hic de mẽ
te teſtantis oppoſitũ,niſi ex ſuperioribus argumentis,
quæ per ſimilitudinẽ ex iuris interpretatione ſumũtur
ad quæ cum fuerit reſponſum, ex inferioribus mane-
3 bit hoc argumentũ triumphans, uolunt quoque † Ca-
ſum omiſſum iuris cõis diſpoſitioni relinqui,ut ff.de li.
& poſth l.cõmodiſſime.& de ꝯdi.ob cãm l.ſi extrane⁹,
ſo.ma l.ſi eum dotem in prin. Ceſſante itaque hoc ter-
tio caſu diſpoſitione teſtantis iure cõi inteſtati exitus
factus fratrẽ uti proximũ cognatũ ad ſucceſſionem ad-
mittit. Supereſt igitur diuerſæ partis ar. uerba teſti ad
caſum nõ cõprehenſum prorogantia ſubmouere, ad
primũ equidem aduertendum eſt, ꝙ ſubſtitutio facta,ſi
nati morientur ſine filiis,non habet in ſe tacitã causã,
ſi non naſcentur,quoniam hic a teſtatore comprehen
ſus eſt nominatum,ſi nulli maſculi naſcerẽtur, qđ ob-
ſeruandum eſt, facit autẽ ceſſare tacitũ expreſſa diſpo-
ſitio,vt ff.de vul.& pup.l.cùm ex filio.§.filio. Et ꝙ adij-
citur inſtitutionẽ vxoris in hunc caſum,ſi maſculi non
naſcentur, expreſſim factã,quia cõditio coarctata eſt,
ſi tamen filia vna vel plures natæ fuerint, ad eũ quoq;
caſum,quo nec filia nata ſit,extrahendã per eandẽ l.fi.
C.de inſti.& ſubſti.nõ hẽt rõnẽ, quia nec eſt illis ſimi-
lis nec maiorẽ,aut eandẽ rõnem habens, neq; n. igno-
ratũ eſt,facilius viros vxores ſuas aut inſtitutas aut ali-
ter honoratas,ſi filios ex eis ſuſcipiant,q̃ ſi nullos ex eis
habeant,ſunt.n.filij amores inter coniuges & coniugij
pignora. Vnde rectè nemo dixerit, vxorem hæreditate
viri uel legato honoratam ſub conditione,ſi liberos ſu
ſceperit,liberis non ſuſceptis uel non ex ipſo teſtatore,
quãquam ſimpliciter de illis loquutus ſit,admittendã,
vt C.quando di.le.ce.l.cũ vxori.& ff.de condi.& de-
mon.cum vir.& poteſt credi probabiliter cogitaſſe te-
ſtatorẽ quicquid ipſi uxori reliquerat hæreditatis ad li
beros ſuos peruenturum propter honorẽ bene tranſa-
cti matrimonij & fidẽ cõium liberorum,ut ff.de leg.3.
l.vnũ ex familia.§.vlt.Nam & tranſiens ad ſecũdas nu
ptias ad ipſius & teſtatoris cões liberos transfert ꝓprie
tatem,vt C.de ſecũ.nup.l.& fœminæ. & l.generaliter.
cũ autẽ ſuis non tranſiens,quos alios veriſimiliter ſuis
proprijs filijs præferet?profecto nullos.facilius itaq; cre
dendũ eſt patremfa.vxorem inſtituiſſe, ſi filiã vnã, uel
plures habuit, quaſi per eam ſaltem uxorem ad eandẽ
mei ſuã poſteritatẽ ſit finaliter ſucceſſio prouentura,
& ſic magis filiã fratri,q̃ vxorẽ prætuliſſe vr̃. Cæterum
nullis natis filijs neque filiabus prudens teſtator vxorẽ
minime inſtituit ceſſante ratione ſtrictioris annexus
propter pignora.i.cões filias & ſpem pueniurã ad ſuos
liberos,cùm mille ſint ſuæ ſucceſſiones, malẽs hoc ca-
ſu tertio ſuam cognationem,& maxime fratres vxori
in ſua ſucceſſione præferre, qđ naturæ,legibus,& mori
bus maxime ipſius ciuitatis,ubi hoc cõtingit,cõgruit,
Et quemadmodũ ſubſtitutio de uxore facta in caſum
naſcentiũ maſculorũ & morientiũ cã modificationẽ
ſiue conditionẽ recipit,ſi ſine filiis moriãtur,nec in cõ-
trariũ,hoc eſt,ſi morientur relictis filiis, vxor admitte-
retur,quia prudẽs conſilium patris non tantum filios
ſuos,ſed & eorũ filios vxori prætulit,ut ff.de hære.inſti.
l.Lucius.ad fi. Ita quoque ſubſtitutionẽ factam de ipſa
in caſum non naſcentium ſibi filiorum,hoc eſt, inſtitu
tionẽ,quæ proculdubio ſubſtitutio vulgaris eſt, & in al
terum caſum ſuperiori contrariũ expreſſa, cũ ſua mo-
dificatione & conditione per teſtatorẽ adiecta.i. ſi filia
vna vel plures natæ fuerint, accipere cõuenientiſſimũ
eſt,nec

eſt, nec ad contrarium caſum ſiue euentũ extẽdendã
eſt, & ſi nulla naſcatur filia ꝙ maxime iuuatur per do-
ctrinã Pet. & Bar. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de li
be. & poſthu. vbi notatur ſubſtitutionem, ſeu prouiſio
nem ſub conditione voluntaria factam ad aliũ caſum
non porrigi ẽt illi ſimilem, ſed in forma ſpecifica de-
bere conditionem impleri, vt ff. de condi. & demon. l.
qui hæredi. & l. meuius. hanc nempe conditionem ma
nifeſtum eſt. pro hoc ẽt facit, ꝙ ſolet notari & dici, ſub-
ſtitutionẽ factã impuberi filio in primũ caſum ad ſecũ
dum non porrigi, hoc eſt ad pupillarem, ut excludatur
pater, vel mater, aut frater impuberis ab ipſius impube
ris ſucceſſione, licèt aliter generaliter porrigatur, ut de
vulg. & pup. l. iam hoc iur. & no. plene per Bart. in l. 2.
ff. co. tit. in materia pupillaris non extenderetur, igitur
hæc ſubſtõ in vnũ caſum expreſſa ad aliũ non extẽdit
caſum ad excludendũ fratrẽ teſtatoris ab ipſius teſtato
ris ſucceſſione ab inteſtato, cũ ſit acquiſitũ ius fratri pa-
tri & matri, vt in auth. defuncto. C. ad tert. Quinimo
ſubſtitutio in vnũ caſum vulgarem expreſſa ad alium
non extenditur ad excludendum vxorẽ teſtantis ſuc-
ceſſione filij, multominus eſt debita matri ſubſtõ q̃ fra
tris fratri, vt in prealleg. l. fi. C. de inſti. & ſubſti. ſm̃ ſen
ſum Bar. Nec huic officit, quod no. Bar in ead. l. 2. cir-
ca materiã pupillaris partim expreſſã & partim tacita
excludat matrẽ in caſu non expreſſo, quia illud proce
dit, quando eſt eadẽ ratio in vtroque, ꝙ hic non eſt, vt
ſuperius eſt deductum. Ad id vero, quod poſtremodi
cebatur de pupillari expreſſa, † quæ habet in ſe tacitã
4 vulgarẽ ſimpliciter & ſine alia conditione, hoc eſt, ſi
hęredes nõ erunt &c. Reſpõdetur, ꝙ illud verum eſt,
vt ſupra dictum eſt, quando ipſa vulgaris non foret ex
preſſim facta. d. l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. & pup.
ſicut fuit in propoſito.

¶ Nam & in vtrunque caſum non naſcentiũ ipſorũ
filiorũ, vel naſcentiũ vulgaris ſubſtitutio nominatim
facta eſt, cui parendũ eſt. Nã nemo dixerit, vbi pupillo
in vtrunque caſum nominatim alius atque alius ſub-
ſtituti sũt ſm̃ prealle. § filio. vulgari ſubſtitutione quo
quomodo deſecta, pręmortuo ſubſtituto, forte vel re-
pudiante pupillariter ſubſtitutũ ex vulgari tacita, quæ
nec inerat, nullatenus admitti, ita nec in caſu deficiẽ-
tis vulgaris expreſſę admittetur vxor ex tacita vulgari,
quæ inest pupillari, quoniã non ineſt. Nouiſſime nemo
qui ſapit, negauerit, rem ſaltẽ ambiguam & in obſcuro
quod ſenſerit defunctus exiſtere.

¶ Si natura generalis ſermo reputatur obſcurus, vt
ff. de iure fiſci. l. ita fideicõmiſſum, ad finẽ prin. quanto
magis ea voluntas obſcura putabitur, quæ nullatenus
verbis poteſt excludi iure, † porro ĩ ambigua atque ob
5 ſcura voluntate teſtantis nonne præſtantius eſt, eam in
terpretationẽ aſſumere, quæ benignior eſt, quæque fre
frequentior eſt, ut ff. de reg iur. l. ſemper in dubiis. & l.
in obſcuris. & l. capienda. & l. ea quæ, §. fi. Benignius au
tem atque frequentius eſt, ut frater fratris ſucceſſionẽ
obtineat obſeruandarum familiarũ eã, q̃ vxor, quæ for
ſitan per ſecundas nuptias eam ad extraneos transfe-
rat, & nonnunquã ad defuncti viri forſitan inimicos.
Et hoc vtiq; naturæ, legibus, & moribus patriæ, ut præ-
feratur, ꝯgruentius eſt, dixerit aliquis nonne filiis mor-
tuis ſine filijs vocauit teſtator vxorem, quãquam filiã
vllam ſupereſſe non dixerit, ergo &c. vt d. l. capienda.
§. 1. Reſpondebitur, ꝙ nec filiam eſſe negauit, & iuſtius
hic caſus ſimplex & indeterminatus ad ſequentẽ trahe
tur, vbi filiam aliquã ſupereſſe deſiderauit, maſculis nõ
naſcentibus, ut uxor admitteretur, quàm ſequens ad
iſtum. Et quia rectius generalia ſiue indefinita per ſpe-
cialia limitantur & determinantur, q̃ contra. & quia
benigior eſt hæc interpretatio atque frequentior, vt ſu
pra tactum & reſponſum eſt. Dicendum eſt etiam ſi
ſimpliciter & generaliter intelligeretur, non eandem
aſſumptionem viri ad vxorẽ, quæ nullos vnquam filios
ſuſceperit, quæ foret, ſi liberos ſuſcepiſſet, ſed mortui
poſtea ſint, ut C. quando di. le. ce. l. cum vxori. Item &
eo caſu morientes filij, cum ſui eſſent, ipſam patris hæ
hæreditatem & non agnitã ad matrem trãſmiſiſſent,
vt C. de ſuis & legi. l. apud hoſtes. & in ſolatium ſuæ tri
ſticiæ ꝑpter amiſſos liberos, ut C. de his qui ante aper.
ta. l. 1. in fi. iuris ergo diſpoſitioni teſtantis diſpoſitio eo
caſu congruebat, quod non ſit in re præſenti. Et in hãc
profecto ſententiam tanquam ſtricti iuris & æquitatis
& omnibus conſentaneam, & argumentis ſuffultã va
lidioribus poſt multa procliuior ſum.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Statutũ, ꝙ pater teneatur pro filio factore vel diſci
pulo, an locum habeat, ſi pater ſimpliciter ſciat filium
eſſe factorẽ vel diſcipulum, & quid ſi cõtracta eſt obli-
gatio medio tempore an retro ſingatur, & an filius ſe
immiſcens hæreditati paternæ videatur ẽt ſe immiſce
re tanquam hæres fratris ſui ab inteſtato non aliter ap-
parente de ſcientia vel ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Quando pater pro contractu filij conſtringi poſſit.*
2 *Statuta municipalia praſertim urigentium & ciuili contraria ſtricte ſunt interpretanda, ne a iure communi deuient.*
3 *Conſuetudo quid contractibus obſcuris conferat.*
4 *Quomodo errans in iure ſicut errans in facto excuſatur.*

CONSILIVM L.

QVIDAM Ramondinus ciuis florẽ. ha-
buit quatuor filios videlicet Iacobũ, Gui-
lielmum, Cambiũ, & Simonẽ, & ipſo Ra
mondino uiuente dictus Guilielmus ipſo
Ramondino ſciente, non tamen condicẽ
te, ſe locauit pro diſcipulo cum quodã Franciſco mer-
catore flor. & pro dicto Franciſco ut factor vel diſcipu
lus fuit ad ciuitatẽ Ianuæ, & ibidẽ per plurales annos,
ut factor & diſcipulus dicti Franciſci ſtetit & ipſo Gu-
lielmo ſtãte in ciuitate Ianuæ dictus Romãdinus mor-
tuus eſt. & poſt mortẽ dicti Romandini dictus Guiliel- 1
mus reuerſus eſt Florentiam, & requiſitus fuit a dicto
eius magiſtro, ꝙ redderet rationem, & per amicos &
rationerios cões fuit reuiſa ratio, per quam apparet,
ipſum Guilielmũ reſtare debitorẽ dictorũ ſuorum ma
giſtrorũ in flor. 190. auri. & ſic fuit pollicitus in ſaldo &
computo ipſius, tamen dictam quantitatem nõ ſoluit 2
dictis ſuis magiſtris, & apparet dictũ debitũ contractũ
eſſe in vita dicti Ramondini ſui patris, de inde dicta ra-
tione reuiſa & calculata dictus Guilielmus ſe locauit
pro diſcipulo & factore cum quodã alio mercatore, q
eum miſit ut factorem ad urbem Romam, & ibidem
dictus Guilielmus mortuus eſt non adita uel apprehen
ſa hæreditate dicti Romandini patris ſui, nec in dicta
hæreditate dictus Guilielmus ſe immiſcuit, & poſtmo
dum ipſo Guilielmo mortuo dicti Iacobus, Cambius,
& Simon ſcientes, ut dixerunt, hæreditatem dicti Ra-
mondini olim patris eorum eis fore ab inteſtato in ſo-
lidum delatã, uidelicet cuilibet ipſorum pro tertia par
te, ipſam hæreditatem quilibet eorum per primũ ſtatu
tum pro tertia parte, ab inteſtato adiuit & apprehen-
dit, & in ea ſe immiſcuit dicens quilibet eorũ ſe uelle eſ
ſe hæredem dicti Romandini pro dicta tertia parte,
& in dicta aditione nullo modo eſt facta aliqua men-
tio de perſona dicti Guilielmi. Reperitur etiam ſtatutũ
communis Florentiæ ſub infraſcripta rubrica infra-
ſcriptæ continentiæ & tenoris, uidelicet de obligatio-
ne filiifam. & qualiter pater pro ſuo filio conueniatur
rubrica Et ſi filiusfam. uel nepos in poteſtate conſtitu-
tus fuerit, erit, uel ſe geſſerit, uel geret tanquam factor,
uel nuncius, uel diſcipulus alicuius ſocietatis, uel alicu-
ius mercantię in ciuitate Florentiæ, uel tanquam nun-
cius

cius vel factor, aut diſcipulus fuerit, vel ſteterit extra
dictam ciuitatem Florentiæ, & geſſerit nomine alicu-
ius ſocietatis vel ſociorum vel aliarum perſonarum
eum pecunia & rebus eorundem, & alijs mercantijs
in ciuitate Florentiæ, & dictus filius ſciente patre,
vel nepos ſciente auo & conſciente & volente, quòd
ad patris ſeu aui inductum receptus fuerit ad prædi
cta, & male ſe geſſerit, & res & pecunias dictæ ſo-
cietatis vel ſpecialium perſonarum, quarum ſue-
rit factor, nuncius, vel diſcipulus, abſtulerit, au
male conſumpſerit, & rationem intra quatuor men
ſes, poſtquam requiſitus fuerit, plenarie non reddi-
derit, tunc pater eius pro filio, & auus pro nepote
teneantur & conueniri poſſint cum effectu. & dictos
mercatores ſocietatis ſocios, & alias ſpeciales perſo-
nas, quarum pecunia vel res fuerint, teneantur cõſer-
uare indemnes. Modò dictus Franciſcus magiſter &
creditor dicti olim Gulielmi petijt ſententiam, & ob-
tinuit de dicta quantitate cõtra hæredes & bonorum
poſſeſſores dicti Gulielmi pro dicto debito. Quæritur
modo nũquid dictus Franciſcus pro dicto debito poſ
ſit experiri vigore dicti ſtatuti cõtra hæredes dicti Ra-
mondini, acſi Ramondinus viueret, & maxime ex ca
pite ſecundo dicti ſtatuti, vbi dicitur, patrem pro tali
diſcipulo & factore teneri in caſu, quo non reddiderit
rationem, & quæ requiruntur ad hoc, vt pater pro fi-
lio teneatur. Secundo quæritur, nunquid ex dicta adi-
tione facta per dictos Iacobum, Cambium, & Simo-
nem de hæreditate dicti eorum patris nulla habita mẽ
tione de fratre mortuo, poſſet modo aliquo dici illos
Iacobum, Cambiũ, & Simonem adiuiſſe hæreditatẽ
dicti fratris. Attento maxime, ꝙ vigore dictæ additio-
nis exigerunt pecuniam debitam patri tanquam hæ-
redi patris quilibet pro tertia parte.

¶ Circa primum propoſitæ conſultationis articu-
lum videretur, ſtatutum ad eum quoque caſum per-
tinere, qui ſit idem cum expreſſo per fictionem, per
l. ſucceſſori. primo reſponſo. & l. arqui natu. §. fina.
cum l. ſe. coniuncta l. 3. in princ. ff. de neg. geſt. Nam
captis ab hoſtibus & contra eos datur nego. geſt.
actio, ſi ab hoſtibus reuertantur, tam etſi eo tempore,
quo negocia gerebantur, dominium ſecundùm ve-
ritatem ſed ex poſtlimij fictione non habuerunt, aut
ſi ibi deceſſerit, hoc eſt apud hoſtes dabitur actio neg.
neg. tàm ſucceſſori directa, quàm contraria, quamq́
negocia eo tpe quo geſta ſint, dñium, nõ habuerunt
pro veritate, neq; alicuius fuerit pro veritate, cùm is
moreretur, ſed per fictionem legis Corneliæ, ꝙ ibi nunc
dicitur in præalleg. §. hæc verba. in l. 3. ff. de neg. geſt.
neceſſariũ fuiſſe edicere de negocijs hæreditarijs ge-
ſtis, intelligendũ eſt quo ad id vt ex vera & expreſſa
verborum ſignificatione, nõ per interpretationẽ præ-
toris edicto clauderentur. Cæterũ & ſecũdo capite nõ
poſito, idem vel minus rñdendum erat vt reſpõſum
fuit, in captiui negocijs reuerſi, vel apud hoſtes mor-
tui, quæ verba ex propria ſignificatione proſpecta neu
tro capite cõtinentur. Et ad hoc facit §. ſed & ſi quid.
in eadem l. 3. ff. de neg. geſt. vbi caſum non contentũ
verbis edicti dicit pro adiecto habendũ, verũ diuerſa
ſententia per dñm ſuperius allegantẽ præaſſumpta mi
hi videtur veriſſima dicti videlicet Ramondini hære
des non poſſe hæreditario noĩe prædicto ſiue perinde
acſi dictus Ramondinus viueret, conueniri duplici ra-
1 tione, prima, † qm̃ tunc demum ex filijſfami. & alterius
diſcipuli, factorum ne contractibus vel delictis pater
legis municipalis auctoritate conſtringitur, cum pa-
treſa. ſciente, & conſciente, ac volente, vel ad eius pa-
triſa. inductum fuerit receptus, ꝙ hic non probatur,
ſed de ſola ſcientia & nõ contradictione, quæ non ſuf-
ficit, vbi expreſſim verbis legis voluntas & conſenſus
exigitur, per tex. expreſſum ita decidentẽ. ff. de exerci.
l. 1. § ſi is qui nauem. & de trib. l. 1. §. ſcientiam. Secun
do, quia licèt exiſtentis conditionis inſertæ cõtractus
tpe ſufficiat ſui repræſentatum ſubeſſe, vt ex contra-
ctu eius, quem repræſentat ipſa perſona repræſentata,
teneatur, per l. poſtquam in prin ff vt leg. nom. caue.
Cùm tamẽ in re propoſita lex municipalis ex alienis
contractibus puris & delictis ſub certa cõditione aliũ
obliget, quæ conditio in vita eius, de quo obligando
agitur, non exiſtat, non animaduerto, cùm hæredes il
lius obnoxios cenſeamus. Nam non ex cõmuni iure
hoc namq; palã eſt per totum rubrum. C. ne filius pro
patre, nec ex l. municipali verbis eius ceſſantibus &
in perſona patris, quia conditio l. deficit. arg. ff. de offi.
eius cui man. eſt iur. l. 1. § 1. & in hæredibus eius, cũ de
his verba legis non loquuntur, neque lex ipſa memi-
nerit. per l. hos §. omnibus. ff. de accuſ. & ſolu. ma. l. ſi
vero. §. de viro & hoc ſatis inſinuat aduerbium, tunc,
poſt adiectionẽ non redditæ rõnis intra quatuor men
ſes. Ex quo fuerit requiſitus in mente ſubiectum, & tẽ
poris extremitatem ſignans, per l 4 in fi ff. de cond. &
demon. ipſum patrẽfami. obligat, quo fit, vt eo tẽpo-
re cùm nõ fuerint redditæ rationes a filiofa. intra qua
tuor menſes poſt requiſitionem, cùm caſum quo pa-
ter ſuper ſit, non etiã cùm prædeceſſerit, lex ſenſerit,
eumq; dumtaxat caſum lex cogitaſſe videatur. In qui
bus ergo caſibus lex deficit, nec vtilis actio danda eſt,
vt præalle. §. de viro. & in hanc plene mouet ſententiã,
2 quod † ſtatuta municipalia præſertim iuri gentium
& ciuili contraria ſtrictim interpretanda ſunt, vt &
quominus fieri poſſit, dum quid operentur, iure à cõ-
muni deuient, vt extra de conſue. c. cum dilectus. adiu
uat quoq; ꝙ teſtatoris diſpoſitio, quæ legi cõparatur,
vt in Auth. de nup. §. diſponat, ad certam perſonã ſub
conditione collata, ea perſona ante euentum condi-
tionis præmortua, ad hæredem eius non pertinet. vt
C. de cad. tol. §. ſin autem aliquid ſub conditione. licẽt
ad hæredem hæredis paſſiue tranſeat, quod ſub hære-
dis appellatione relinquitur, ꝙ etiam ad hæredis hæ-
redẽ regulariter pertinet, vt C. de hære. inſti. l. fi. & ff.
de ver. ſig. l. ſciendum. licèt in legatario ſub cõditione
grauato dubito verificari poſſe, verùm cum ex ſuo
quaſi contractu teneri non eſt incognitũ. ar. ff. ex qui.
cau. in poſ. ea. l. apud iul. §. & Iulianus. ſi quis hæc am-
bigenda putauerit, Arriani regulæ & doctrinæ remi-
niſcatur ſcribentis, cum de obligando quæritur pro-
ptiores eſſe debere nos ſi habemus occaſionẽ ad de-
negandũ, vt ff. de act. & ob. l. Arrianus. & alterius gña
lis regulæ volẽtis in obſcuris potius reis ꝗ̃ actoribus eſ
ſe fauendum, vt ff. de regu. iur. l. fauorabiliores & hoc
de primo conſultationis articulo.

¶ Super eo vero, de quo ſequẽti loco quæritur mi-
hi poſt multa videtur in illis conſiſtere dubitationũ,
dicti fratres ſuperſtites ſciſſe præſumantẽ, quartã partẽ
paternæ hæreditatis in ꝑmortui fratris delata ſibi hæ-
reditate conſiſtere. Nam ſi illud ſciſſe eos conſtiterit,
profecto eam quoque volentes partẽ, fratris etiam hæ
reditatem admittere voluiſſe probanẽ, a qua pars illa
paternæ hæreditatis ſeparari non potuit, ſi per alium
fratris hæredẽ prius abſtinentẽ a paterna ſeparata non
eſſet, per l. 1. & 2. & l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acqui. hær.
ſed & in ea re ſine diſputatione ſtudio breuitatis exi-
ſtimo, proponentibus ipſis fratribus, ſe neſciſſe por-
tionem quartæ paternæ hæreditatis in præmortui
fratris, qui eam non agnouerat, hæreditate conſi-
ſtere credi oportere, cum præallegato errore iuſto
ſuffuerint præſumptiones. arg. ff. ad l. iul. de adult. l. ſi
adulterium cum inceſtu. §. idem pollio. & quod ibi
per Bartol. verſus finem ſui commenti. Subſunt hæ
porro probabilis huius ignorantiæ præſumptiones.
prima, quoniam ſi ex præmortui fratris perſona ac
ſucceſſione, non ex eorum proprijs perſonis eam ſi-
bi delatam hæreditatem quærentes fieri conſueuit, vt
ſe illius hæredes illius alterius perſonæ manifeſte con-
3 firment, quæ conſuetudo regionis & patriæ † in con
tractibus, ſiue quaſi contractibus obſcuris interpretan
dis per ꝗ̃ ſpectanda eſt, vt ff. de re. iu. l. ſemper in Stipu-
lationibus. deinde ꝙ in hoc iuris articulo Aditionis

quoq; iuris interpretes erraſſe comperimus gloſſatores noſtros, videlicet & Iaco. de Bel. vti per primum ſuperius hoc elegantiſſime pertractantem edoctũ eſt, quos ſupremæ fore auctoritatis, tã in ſcholis, quàm in foro nemo eſt qui neſciat, licèt apud moderniores diuerſa ſententia præualuerit. Quanto igitur magis laicos & iuris imperitos facile poſſumus credere in hac iuris quæſtione deceptos. Tertio ſi ſciſſent, eam partẽ hæreditatis in q. fratris ſibi delata hæreditate conſtare eam volentes, fratris quoq; hæreditatem agnouiſſent, vt ſuperius eſt probatum & per l. nec is. §. 1. ff. de acqui. hære. φ videlicet fratris hæreditatẽ eos agnoſcere voluiſſe ex eo probabiliter argui poteſt, φ ſcirẽt cùm multis creditorum oneribus implicatam. Et magis damno, quàm lucro conferendo diſpoſitam. cum itaq; veriſimiliter exiſtimandum ſit, noluiſſe eos fratres incommodis, quæ non ignorabant, hæreditatis inuolui, rectè & communiter arbitrandum eſt neſciſſe eos volentes patris hæreditatem in ſolidum vllam partem paternæ hæreditatis fratris hæreditatem coniunctam, quia ſic voluiſſe eos fratres damnoſam hæreditatem fatebuntur, quod non eſt, vt prædixi, veriſimile. Poſtremo iure error apud noſtros præceptores dubitati facti probabili ignorãtiæ comparatur. Vnde

4 † aliter errans ſicut errans in facto in pleriſque iuris articulis excuſatur, vt no. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. per Barto. C. de pœ iudi. l. a. Conſtat autem, φ ignorãtia facti præſumitur, vt ff. de proba. l. verius, & alijs ibidem allegatis, & extra de regu. iur. c. præſumitur. & in hanc quoq; ſententiã ex alijs regulis generalibus in articulo ſuperiore propoſitis videlicet l. arranius. & l. fa. notabiliores, de act. & ob. & de reg. iur. l. procliuior ſum. Illud ſane manifeſtum eſt, quod ſi dicti fratres ſuperſtites putauerint patris hæreditatem in ſolidum ſibi & earum perſonis iure accreſcendi, non nulla parte ex prædefuncti fratris perſona hæreditatẽ iure delatam, quod eis id allegãtibus apud iudicẽ credi oporteret, ſatis efficaciter ſuperius demonſtraui per ſupra relatam paternæ hæreditatis agnitionẽ non fuiſſe eis animũ quærendæ fraternæ hæreditatis aſtringi, quàm paternæ nulla iungi ſocietate putarent, ex ſeparatis enim quo ad opinionẽ non eſt recta illatio in his, quæ ex ſola eorum voluntate dependent, qualis eſt hæreditatis aditio, vt Inſti. de hære. qua. & dif. §. ſi ar. ff. de caſu. l. ſi. & de mino. l. papinianus exuli. Et hoc ipſum optimis rationibus deducit elegantiſſime primus egregius allegator. Concedo tñ cum eodem ſm communem moderniorum ſententiam quartam partem paternæ hæreditatis repudiata fraterna hæreditate per ſuperſtites ad alium præmortui fratris hæredẽ ſi quis eſt, pertinere, aut ſi nemo ſit, a creditoribus dicti quondam fratris poſſidendam pariter & cũ cæteris fratris bonis venundandã, cum ipſo iure defuncto fratri, dũ viueret frater, acquiſita ſunt, nec prætoris abſtinendæ beneficio opus erit, vt in Inſti de hære. qua. & diff. §. 1. & 2. licèt in extranea hæreditate forſitan a deliberante tranſmiſſa, & per l. cũ antiquioribus. C. de iure delibe. pluſculum dubitationis exiſteret, & hoc de ſecundo conſultationis articulo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Tutoris appellatione an cõtineatur cõmiſſarius teſtamentarius, & an teſtamentum conditum in vna ciuitate diſponens circa bona in alia ciuitate exiſtentia quibus legibus ſubijciatur, an loci in quo cõditur, an vbi ſunt bona. & an tutor teneatur ponere pecuniam pupillarem ad honeſtum lucrum.

SVMMARIVM

1 *Varietas nominis arguit diuerſitatem rei*

2 *Tutor teſtamentarius & voluntarius an omni excuſatione poſt poſita cogatur inuitus adminiſtrare.*

3 *Tutor principaliter perſonis ſecundario rebus dari dicitur, commiſſarius verè principaliter adminiſtrationi.*

4 *Adminiſtrationis ſuſcepta principiũ ꝑpetue dicitur inſequendũ.*

CONSILIVM LI.

VIGET In ciuitate Luca &c. Statum ſubrubrica de ratione reddenda per tutores vel curatores, in §. fin. in hac forma & tenore videlicet. Et tutores & curatores teneantur, & debeant denarios, qui remanſerint facta ratione introitus & exitus, conuertere in ſolutiones debitorum, vel in emptiones prædiorũ, vel dare ad partem lucri bono, & idoneo, & legali mercatorũ ſeu mercatoribus, qui ſunt idonei tã pro facilitate conuenienti, q̃ pro facultatibus. Alioquin dicti tutores & curatores pro dãno & intereſſe dictorũ pupillorum & minorum teneantur dare, & reſtituere capitale prædictum, & decimam partem quolibet anno & ad rationem anni.

¶ Ad quam decimã partem quolibet anno teneantur oẽs tutores & curatores, qui pecuniã pupillorũ & adultorum habent, & ab hinc in antea in ſuam vtilitatem cõuertere. & qui prædictas in dictas ſolutiones debitorum, vel emptiones prædiorũ, vel dationes ad partem lucri non conuerterent. Præmiſſo tenore dicti ſtatuti narratur factũ ſuper quo cõſilium petitur in hac forma. Marianus Martini de Luca & ciuis Lucanus, ciuis & habitator Venetijs condidit in dicta ciuitate Ven. ſuũ teſtamentũ de quo rogatus fuit ſer Georgius de Gibilino notarius ciuis Vene. in quo teſt. ſuos filios maſculos hæredes inſtituit, & filiabus fœminis dotes taxauit, & reliquit iure inſtitutionis, ſed ante filiorũ inſtitutionẽ diſpoſuit in principio teſtamenti in hac forma, videlicet (Li mei cõmiſſarij ſaranno questi pregando vogliano accetare Madona Marchelina mia madre, Franceſco Martino mio fratello carnale, ſer Bartolo de Zarcangioli notaro deli Auogadori Maſeo da Souigo, Frãceſcino mio cuſino, Ioanni Bonomi mio cuſino, Franceſco Bando filatore, e che queſti poſſino fare ogni coſa, la magior parte inteudẽdo, li che ſempre cotra la ditta maggior parte ſiano gli primi tre nominati. Et ſi alchuno di mie figliuoli maſchi ſi ritrouaſſe doppo la mia morte di eta di anni 16. o piu, ſia, o ſiano miei commiſſarij inſieme con gli ſopra ſcritti, Eſſendo morto gli primi tre ſopra nominati. poſſano fare gli altri, o la maggior parte di eſſi. Voglio ſia mia commiſſaria. cioè l'una de le prime tre Humilia mia dona vedouando.) Et infra in eodem teſtamento in fine continet in hac forma, videlicet prætera pleniſſimam libertatẽ & poteſtatem do, tribuo, & concedo prædictis meis commiſſarijs & maiori parti eorum modo & ordine ſubſcripto poſt obitum meum hanc meam cõmiſſariam intromittẽdi, adminiſtrandi, & faciendi ſecundùm quod ſuperius ordinaui petendi, & exigendi omnia & ſingula bona mihi, aut huic meæ commiſſariæ debita & ſpectantia a quibuſcunque dare debentibus, chartas, ſecuritates, & quitantias faciendi. Item etiam cõparendi in quocunq; iudicio, inquirendi, interpellandi, placirandi, aduocandi, præcepta & interdicta tollendi, legẽ petendi, ſententias audiendi, & executioni mandari faciendi, appellandi, & appellationes proſequendi, in anima mea iurandi. Item cum quibuſcunque & ſine quibuſcunque paciſcendi, tranſigendi, conueniendi, concordandi, & quaſcunque pactiones & tranſactiones faciẽdi, & quicqnid aliud oportuerit pro hac mea commiſſaria faciendi, ſicut egomet facere poſſem, ſi viuerem, & præſens eſſem, dans & concedens dictis meis commiſſarijs & maiori parti eorum modo prædicto plenum, liberũ, & generale mandatũ cũ plena, libera, & gñali adminiſtratione, & promittens firmũ, & ratũ, & gratũ habiturũ quicqnid ꝑ dictos meos cõmiſſarios vel maiorẽ partẽ eorũ factũ fuerit. Poſt conditũ teſtamentũ dictus Marianus deceſſit in dicta ciuitate

tate Ven. ſuperuenientibus filijs & filiabus, quo defun
cto duo ex commiſſarijs nominatis renunciauerunt
officium commiſſariæ, & hoc licitum eſt in ciuitate
Ven. Cæteri autem in teſtamento nominati commiſ
ſerunt Franciſco Martini fratri teſtatoris eorum in di
cto officio collegæ vices ſuas cum mandato inde fa-
cto plene ſecundū mores ciuitatis Vene. Qui Franci-
ſcus in ciuitate Ven. miniſtrauit, & geſſit dictū officiū,
& pecunias hæreditatis dicti Martini exegit, & legata
ſoluit, creditoribus ſatis fecit. Subſequenter filij dicti
Martini, quorum aliqui ſunt adulti, & quidam pupilli
venerunt habitatum in ciuitate Luca. vnde pater eo-
rum traxit originē & mater cū eis, & apud matrē alū-
tur, & in ciuitate Luca habitant. Et ſimiliter dictus
Franciſcus commiſſarius teſtatoris frater receſſit de
ciuitate Vene. & venit ad habitandum in ciuitate Lu
cana, & habet penes ſe omnes & ſingulas pecunias
dictorum minorum, quæ remanſerunt in hæreditate
dicti Martini, & eas non conuertit in emptionē præ-
diorum nec eas dedit ad partem lucri mercatoribus
ſecundùm formam dicti ſtatuti, ſed cum eiſdem pecu
nijs mercatur, & lucrum quærit, cùm ipſe Franciſcus
mercator ſit, & vult pupil. de lucro prouidere, prout
congruum ſibi videtur, non tamē vult aſtringi, ad 10.
pro centenario quolibet anno, prout videtur diſponi
per ſtatutum. His ſic prælibatis, vt in facto narratur,
quæritur vtrum dictus Franciſcus cogi poſſit in ciuita
te Luc. ad ſoluendum quolibet anno decimam par-
tem 10. pro centenario pro lucro dictarum pecuniarū
ſecundùm formam ſtatuti prædicti ſuppoſiti. Et quòd
teneatur, & cogi poſſit, facit hæc ratio. Nam in ciuita-
te Vene. in qua eſt conditum teſtamentū, & in qua te-
ſtator deceſſit, & ibi erat ciuis, nulla fit differentia in-
ter nomen & officium tutoris, & nomē & officiū cō-
miſſarij, imò veneti commiſſarios appellant non ſolū
teſtamēti executores, ſed etiam tutores & curatores,
& commiſſarij intelliguntur, tutores & curatores, &
credo quòd iſta fuerit mens teſtatoris, ex quo habita
bat Vene. & ibi condidit teſtamentum, quamuis ali-
ter de mente teſtatoris non appareat, niſi forſitan ex
communi vſu loquendi dictæ ciuitatis, & ſecundùm
hoc videtur, ꝙ Frāciſcus debeat dici tutor & curator,
ergo tenetur ad ea, quæ tutor tenetur, ſed tutor ad
hoc tenetur ex forma dicti ſtatuti, ergo. Et facit ad
idem, quia eadem eſt ratio in commiſſario, quæ eſt
in tutore, ſtatutum ergo quod loquitur de tutore pro
pter identitatem rationis, videtur intelligendum de
commiſſario, & non dicitur proprie extenſio, niſi
diſpoſitio procedit ex ratione legis, quia ratio legis eſt
lex & plus attenditur ratio quàm verba legis.

¶ In contrarium facit, quia conſuetudo Vene. quæ
non facit differentiam inter tutorē, & commiſſariū,
non porrigitur extra territoriū Vene. & ſic locum nō
habet in ciuitate Lucan. & ideo dicta cōſuetudine nō
obſtante dicendum videtur ꝙ dictus Franciſcus in ci-
uitate Luc. non eſt tutor vel curator, quia in ciuitate
Luca. vendicāt ſibi locū iura communia & ſtatuta Lu
ca. Et de iure cōi non videtur, ꝙ dictus Frāciſcus de-
beat dici tutor, quia non eſt relictus tutor vel curator,
& de mente teſtantis non conſtat, & de iure verba cō
miſſarij non cōprehendunt nomen tutoris. Item non
eſt adminiſtratio a iudice ſibi & tutori curatori dicta,
& in ciuitate Luc. non adminiſtrat vt tutor vel cura-
tor, ergo nō cōprehenditur in verbis ſtatuti, ergo nō
tenetur ad dicta 10. pro centenario, quia ſtatutū ſolum
arctat tutorem & curatorem, ſed Franciſcus non eſt
tutor vel curator, ergo &c. Non obſtat dicta conſue-
tudo Vene, quia nō porrigit vires ſuas extra territo-
rium. Item non videtur obſtare ſecunda rō, qa nō vr
rō eadē, ſed diuerſa, nā diuerſa ſunt officia, & diuerſi
effectus. quæritur quid iuris. Et circa prædicta videtur
examinandum, vtrū dictus Franciſcus in ciuitate Lu
ca. poſſit dici tutor vel curator in teſtamento datus.

¶ Ad id de quo quæritur, videtur mihi ſine diſputa
tione dicendū, dictū Franciſcū Martini nō tenere di-
ctis minoribus ad decimā partē pecuniarū ſuarū, ſm
formā relati ſtatuti. ea primū rōne, qm̄ Franciſcus tu-
tor nō ſit impuberis, cū nec in teſtō patris eorū tutor
datus eſt, ſed potius cōmiſſarius ꝯſtituiť. Eſt aūt aliud
1 tutor, aliud cōmiſſarius, hoc primū † ex nois varieta-
te mōſtratur. ar. C. de codi. l. ſi idē. quod codicilli, dein
de ex officij diuerſa ſubſtantia vel natura, tutor. n. non
prius adminiſtrationē iubetur attingere, q̄ ſi res iudi-
cis decreto acceperit, inuentariū cōfecerit, iurauerit,
& preterea ſi inter geſta nuptijs & velleiani, ac cætero
omni auxilio renūciauerit, & de defenſione ſpopōde-
rit. C. de admi. tu. l. fi. cū auth ſua. quando mu. vel offi.
ſun. po. auth. matri & l. legitimos. & not. hæc. ff. de leg.
tu. in prin. Quæ in cōmiſſarijs teſtamento datis apud
2 Venetos ſeruanda nō comperi. Rurſum † tutor datus
teſtō onus iniunctū ſola volūtate nō reſpuit, ſed niſi iu
ſtis ex cauſis excuſatione propoſita ſuo tpe dimittať,
inuitus adminiſtrare cōpelliť, vt in Inſti. de exc. tu. in
prin. & §. qui autem. de ſatiſ. tu. & cu §. pe. cōmiſſarius
aūt onus impoſitū ſola voluntate recuſat, vti eſt Vene
torum moribus obſeruari, & ſupra factum fore rela-
3 tum eſt. Ad hoc † tutor principaliter datur perſonæ
& ſecūdario rebus, vt C. de nup. l. in copulandis, & qđ
no. ff. de tute. l. 1. in prin. de admi. tu. l. cū plures. §. cum
tutor. & Inſti. qui da. tu. po. §. certe, hi verò cōmiſſarij
potius rerū adminiſtrationi præbenť, vt apparet ma-
xime ex verbis teſtamēti ſupra relatis prætерea pleniſ
ſimā &c. Nec tñ dicitur hoc argumēto eiuſmodi com
miſſarios curatores fore, qui rerū adminiſtrationi tri
buuntur, vt d. l. in copulandis, quia in teſtō curatores
nō danť, vt ſint, niſi per iudicē cōfirmentur, vt in Inſt.
de decur. §. 1. & nihilominus quæ ſupra in tutoribus
retuli, ſimiliter in curatoribus obſeruantur, vt eiſdem
legibus comprobatur. Sed & ſi ſine præiudicio verita
tis, dictū Franciſcū & eiuſmodi cōmiſſarios quis tuto
res aut curatores putauerit, in hac tñ re nō ſtatuta Lu
canę ciuitatis, ſed magis iura atq; Venetorū cōſtitutio
nes obſeruādæ vidētur. tū quia teſtm̄ ex quo cōmiſſa-
ria defertur Venet. factū eſt, ideoq; ipſius ciuitatis iura
ſpectanda ſint. ar. C. de teſta. l. ſi non ſpeciali. & quod
not. ibi per doct. & de ſum. tri. & fide cato. l. cunctos po
pulos. Tū quia & teſtator ciuis quoq; ipſius ciuitatis
Venet. ius & mores Venetorū inſpexit dū ſuis cōmiſ-
ſarijs ptātem dedit intromittendi cōmiſſariam, quod
ex more penes Venetos cuſtoditur. ar. C. de leg. l. cum
quæſtio. qa & ipſa cōmiſſaria atq; adminiſtratio, Ve
netijs ſuſcepta eſt, ſicq; ibi quaſi cōtractus geſtus eſt,
ibiq; adminiſtratio facta. ar. ff. de euic. l. ſi fundus. & de
iudi. l. hæres abſens. §. 1. tū qa ipſi impuberes de quo-
rum tutela agiť Venetijs orti ſunt vnde potius origo
propria, q̄ paterna proſpiciť in ijs, quæ perſonā reſpi-
ciūt ſicut tutela. arg. ff. ad municip. l. libertus. §. præſcri
ptio. & quod no. C. de incol. l. ciues. & ff. ad munici. l. aſ
ſumptio. §. filius. & C. de munici. l. 1. in lib. 10. & ar. C.
de epi. & cle. l. nulli. nec mutat, ꝙ tā dictus Franciſcus,
q̄ dicti impuberes cū matre ſe Lucā trāſtulerint, ibiq;
4 res pupillorū gerat idē Franciſcus. nā † principiū po-
tius ſuſcipiendæ adminiſtrationis ſequendū eſt, per l.
cū oportet. §. fi. C. de bo. quæ libe. & quia loci mutatio
ne officiū, quod certam naturā aſſumpſit, & quaſi con
tractus in ius, formā q̄ ab initio ratione loci, vbi natus
eſt, ſumpſit, vbilibetq; ſuā virtutē, extendit, vt not. per
Bart. in teſtō certo loc facto ſm ipſius loci ſolēnia, qđ
ēt in bonis alibi conſtitutis ſuam poteſtatē exercet, vt
ſcribiť p eundē. C. de ſum. tri. & fide catho. l. cūctos po
pulos. officiū itaq., qđ in ciuitate Ven. creatū eſt, & ſm
eius ciuitatis leges, eiuſdē quoque legibus ſicut in prin.
quod eſt cuiuslibet rei pars potiſſima, vt ff. de or. iu. l. 1.
ita in proceſſu & regreſſu cenſeatur & tranſeat, ne
vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur, contra l.
cum qui ædes. ff. de vſuc. denique cum vt ſuperius
euidentiſſime demonſtraui, non ſit idem Franciſcus
tutor vel curator, nec tanquam tutor aut curator

adminiſtret, ſed tanquam commiſſarius ex teſtamento per ſingula pene ſpecialiter ac poſt generaliter ſibi poteſtate tributa ſm ritus & obſeruãtias Venetorum, quod etiam iure communi videtur admitti poſſe, vt tanquã commiſſarius ſit ſm ea, quæ tradunt in vniuerſalibus cõmiſſarijs, aut executoribus teſtamẽto diſpoſitis, vt C. de epi & cle. l. id quod pauperibus & l. nulli. & l. ſi quis ad declinandũ. & quod ibi per doctores ordinarios. & per Bar. etiã ff. de alimen. & ci. lega. l. a Titio. & ſic verba Lucanæ conſtitutionis. de qua ſupra relatũ eſt, oĩmodo ceſſent. dubitari non oportet, quin & eius conſtitutionis diſpoſitio in re propoſita vacet omni modo, præſertim in re ita graui & odioſa, quin & pœnali atq; vſuraria. arg. ff. de acc. l. hos accuſare. §. omnibus. & de lib. & poſthu. l. cum quidam. de pœnis. l. interpretatione. de ac. & obl. l. arranius. extra de reg. iur. c. odia. li. 6. & ad argu. ſupra in conſultatione propoſitum in contrariũ de conſuetudine Venetorum, quæ inter tutores, & curatores, executores teſtamentorũ, & cõmiſſarios nullã facit differentiam; oẽs vno cõmuni nomine cõmiſſarios vocans, ſupra recte reſpõſum eſt. Nam etſi apud Venetos ea differentia nõ fiat, alibi tamẽ vbi ius cõmune ſeruatur, facienda eſt, ſicut & in ſimili dicitur apud canoniſtas, & eccleſiaſticũ forũ nõ fieri nominis differentiã ſiue ſyndicum, ſiue actorẽ, ſiue procuratorẽ quis conſtituat, vt in c. peritio. extra de procur. In foro tamẽ ſeculari ius ciuile ſeruabitur, vt no. per Bar. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. 1. §. 1. præterea etſi conſuetudo Venetorũ tutores, commiſſarios intelligat, & de eis tanquam de commiſſarijs protinus diſponat, nõ tñ. i. id e cõtra, hoc eſt, vt cõmiſſarios conſtitutos in teſtamentis tutores eſſe intelligat, eoſq; ſm tutorũ iura pertractet. Nam apud Venetos in cõmiſſarijs in teſtamento ordinandis ius poteſtatis patriæ non ſpectatur, cũ & ij, qui ex filia forſitan ſoli nepotes fuerint, cõmiſſarios dent, recuſationẽq; delati officij concedant, quæ in tutoribus non ſeruantur. Tutores igitur teſtamento dati Venetijs, pro commiſſarijs Venetijs ſeruabuntur, & iſte non eſt caſus noſter. dati autẽ cõmiſſarij vt in caſu propoſito tutorum iure protinus non funguntur, vt ex multis ſupra relatis differentijs licet intelligere, & ſic non conuertitur, quia omnis tutor cõmiſſarius eſt, ſed non omnis commiſſarius tutor eſt. ſic igitur nec ipſa conſuetudo tutores facit, nec ius commune. Relinquitur itaq; vt neq; tutores ſint ex conſuetudine Venetorum, & multo minus ex iure communi. Ceſſabit itaq; Lucanæ conſtitutionis de tutoribus pupillorum loquentis poteſtas, vt ſuperius eſt probatum &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Beneficium conceſſum matri minori ne priuetur ob tutorem non petitum, an ſit conceſſum ætati, an verò ſolum ſexui, vel ætati & ſexui ſimul, & an minor, qui non petijt tutorem dari, ſi efficiatur maior, priuetur hæreditate ob tutorẽ non petitũ, & an ſi tutor datus male adminiſtratis, ad quẽ ſucceſſio deuoluitur, teneatur ipſum tutorem tanquam ſuſpectum remouere facere, ne priuetur dicta ſucceſſione.

SVMMARIVM

1 *Si minores annis fuerint, qui non petunt tutorem impuberi, excuſantur.*

2 *Succeſſionem impuberis aſpirantibus incumbit tutoris onus prouiſionis, quemadmodum in quibus eſt, interfecti delata hæreditas vindicandi necem interfecti.*

3 *Beneficium ætatis minoribus a lege indultum ætate perfecta ſuperueniente finitur.*

4 *Quando initium ſit ſpectandum temporis in beneficio ſine priuilegio principis.*

5 *Tutelam male exercere eſt perinde, ac ſi omnino nõ exerceretur.*

6 *A quo non deſideratur officium, ab eo non deſiderabitur plenum officium.*

CONSILIVM LII.

QVIDAM Antonius minor 25. annis fuit ſubſtitutus cum certis aliis maioribus 25. annis cuidam infanti vulgariter & pupillariter. Et antequam infans efficeretur adulta, dictus Antonius fuit effectus maior 25. ann & ipſo effecto maiore nõ petijt tutorem dictæ puellæ, nec aliter fuit ſibi prouiſum de tutore. niſi poſt cõpletã ætatẽ per Antoniũ 25. anno. & tũc poſt dictã ætatẽ per vnũ annũ fuit mater pupillæ decreta tutrix dictæ filiæ. deceſſit dicta puella in pupillari ætate, pdictus Antonius petijt hæreditatẽ dictæ puellæ, alij attinentes dictæ pupillæ dicũt, fore excluſum dictũ Antonium à dicta ſucceſſione.

¶ Ex prædictis oriũtur dubia infraſcripta, videlicet, primo vtrum beneficium l. 2. C. ſi aduerſus delictum, detur ætati vel ſexui.

Secundo vtrũ ſufficiat, dictũ Antoniũ ſemel fuiſſe minorẽ, vt nõ puniatur, per l. ſciant qui. C. de legi. hęredi.

¶ Circa primum dictum Bari. videtur incidenter dicere. quòd non ſufficiat q ſemel fuerit minor, ſed ſit neceſſe. quòd ſemper fuerit minor. in l. 2 ff. qui petu. in q. diſputata per eum. in fi. col. antepe. ibi. item ſi ponamus ſubſtitutum eſſe talis ætatis. Præſuppoſito quòd mater dictæ puellæ fecerit ſe decernere in tutricem dictæ pupillæ poſt annum, poſtquam Antonius fuit effectus maior 25 annorum, ipſa non exegerit, & fuerit negligens, & remiſſa in adminiſtrando dictam tutelam, vtrum mater de iure veniet priuanda hæreditate filiæ ſuæ. Præſuppoſito q beneficium l. 2. C ſi aduer. deli. detur ætati & non ſexui. & quòd ſufficiat ſemel fuiſſe minorem, vtrum dictus Antonius veniat priuandus dicta hæreditate ex eo, quòd dictus Antonius non ſolicitauerit, quod dicta mater prædictæ pupillæ regeret res & bona dictæ pupillæ, & maxime per l. 2. ff ad ter. §. ſi mater & §. quid ſi pater &c. Quid ſit iuris dici.

¶ Ad primum quæſitum videretur prima fronte dicendum beneficium præalle. l. 2. C. ſi aduer. deli. dari ſexui non ætati, vel ſaltem vtrique ſexui. l. & ætati ſimul. quoniam l. illa vltima. ſi aduer. deli dicit, matri tamen quæ lubrico ætatis lapſa &c. Sic ergo duo notat ſexum & ætatem, alterum igitur ad eam executionem non ſufficit. arg. ff. de condi. inſti. l. ſi hæredi plures.

¶ Secundo confirmatur, quia l. ſciant, quæ in certis perſonis loquitur, præter matrem indiſtincte loquuta eſt, igitur generaliter & indiſtincte loquuta eſt, igitur generaliter & indiſtincte debet intelligi. ff. de pub. l. de precio, de aleat. l. 1. §. quod autẽ. de le. præ. l. 1. §. generaliter. Nec mirum ſi pluſculi indulgeatur matri, quàm cæteris ex latere cognatis vel extraneis ſubſtitutis, quibus nõ ita deberetur hæreditas ſicut matri. arg. C de codi. l. vlti.

¶ Verùm his nequaquam obſtantibus diuerſam
1 puto veriorẽ ſententiã, † quòd & cæteri, qui ad ſucceſſionẽ vocantur impuberis, nõ excludantur imputatione nõ petiti tutoris, ſi fuerint minores annis, ſicut nec matres. Et ad hoc moueor, quoniam l. ſciant. præalle. C. de legi. hære. habet ſe per viam extenſionis antiqui iuris per ſenatuſconſul. ter. in matre conſtituti ad excludendam eam a ſucceſſione impuberis filij mortui ad alias perſonas, quæ ad eiuſdẽ impuberis mortui ſucceſſionem ab inteſtato vel ex ſubſtitutione vocentur, ergo eiſdẽ caſibus debet intelligi, quibus ius, quòd extẽditur, pcedebat. arg in Auth de hi. ante do. inſtr. na. §. 1. ius namq; alterum vetus ius extendens, dicitur ipſum ius vetus interpretans, vt C. de inſtit. & ſubſti. ſub condit. fac. l. generaliter. §. 1. debet aũt ius interpretans eiſdẽ caſibus intelligi, quibus loquebat interpretatũ, vt in d. Auth. cõſtat aũt ius ſenatuſcon mẽtem cõcludẽtis in maioribus intelligi, nõ aũt in minoribus, vt pal. l. fi. C. ſi aduerſus delic. ergo & dicta conſtitutio noua

Theodoſij

theodoſij. ſl. ſciant.de maioribus tãtum intelligitur,
ſic namque aonus datus eſt eidem per l.ſciant, ſicut
fuerat datus matri per ſenatuſcoo.vt io Inſti.ad tertu-
§.fi.& l.2.§.confeſtim.ff.eod. facit etiam ad hoc tex.d.
l.ſciant,dum dicit,ſecundùm leges noo petierit,& ſic
etiam ad leges veteres refert,quæ leges veteres mino-
ribus petendi tutores neceſſitatem non imponant,vt
ſuperius eſt oſtenſum. Hanc quoque ſententiam con-
2 firmo per ſimile.nam † ſicut ſperantibus ſucceſſionẽ
impuberis indicta eſt neceſſitas,officium ſedulum, in
petendis tutoribus impendere,alioquin eis denegatur
ſucceſſio impuberis mortui,ita quoque his,quibus eſt
delata hæreditas interfecti,neceſſitas,eſt impoſita.de-
bitum officium pietatis impendere in vindicãda ne-
ce defuncti, quo non facto a ſucceſſione repellnntur,
vt C.de ijs qui vt indig. l. t. conſtant autẽ minores ex-
cuſari a pœna inultæ necis defuncti, vt propterea ſibi
auferatur hæreditas.vt C.de ijs qui.vt indig.l.minori-
bus. igitur ſoli autem ſexui non eſſe datum id benefi-
cium,pluſquam manifeſtum eſt.quoniam ſecundùm
illam ſententiã mulier etiã maior excuſaretur, quod
exploratiſſime falſum eſt, & hanc partem voluit glo-
ſator in d.l.ſciant, dum dicit,legis illius ſtatutũ fallere
in caſibus,quos notauit in l.omnem quo.ad ter.debue-
rat nãq; allegare l.matres.in qua ipſos caſus poſuit, vt
ibi poſtillat Oldradus,inter quos eſt caſus propter mi-
norem ætatem,hanc quoq; etiã ſententiã tenet Oldr.
ibidem,& dñs Albe.de Roſ.eum ibi referens d.Bal.&
Bar.in l.2.ff.qui pe.tuto.in quæſtione ibidẽ per eũ diſpu
tata circa primã columnã,a quorũ omni autoritate di-
ſcedere præter ſ.relatas rationes nefas putarem.

¶ Ad argumenta autem in partem oppoſitam fa-
cta ex his,quæ in hanc partem propoſita ſunt,apparet
reſponſio,& hoc de primo.

¶ Circa ſecundũ principale quæſitũ dicendum vi-
deretur, non ſufficere ſemel fuiſſe ipſum ſubſtitutum
3 minorem : nam † beneficium propter ætatem mino-
rem indultum ſuperueniẽte perfecta ætate finitur, vt
ff.de leg.2.l.Titia Seio.§.vſuras,& ceſſante cauſa priui
legij,ceſſare debent & effectus,vt C.de epi. & cle.l ge-
neraliter. & hoc in ſimilibus pene terminis tenẽt Iac.
de Ra.Pe.Cy.ac Old.C.de ijs qui.vt indi.l.minoribus,
& Bar.in quæſtione vt ſ.diſputata,vt eſt ſ.relatum.

¶ In oppoſitum puto magis conſiſtere veritatem
4 † quoniam initium eſt ſpectandũ tẽporis. ſ.quo iniun
gitur ipſa ſolicitudo petendi tutoris,vnde cũ illo tẽpo
re ſubſtitutus propter ætatẽ ab eiuſmodi onere ſuble
uetur,perpetuũ debet eſſe ſibi beneficiũ. arg ff.de mi-
no.l.3.§ Seyæ.& in Auth.conſti.quæ de dig.§. nũc au
tem.& extra de reg.iur.c.decet.lib.6. Et ad hoc facit ff.
de bo.lib.l.qui cum maior §.t.& de ijs qui not.infra.l.
quid ergo.in prin. Et hanc partem in ſimili pęne caſu
minorum videlicet qui defuncti necem vltus non ſit
cùm effectus eſſet maior , vt non ob id ſibi auferatur
ſucceſſio,tenuit glo.in l.1.C.in qui.ca.in inte.reſti.non
eſt nece.& de ijs quib.vt indi.l.minoribus . Odof. etiã
ſequutus eſt in præalleg.l.1.& Vbertus de Bobio, pro-
ut refert Albe.in præalle.l.1.& l.minoribus.& Ia.Bur.
& Bal.ibidẽ.Et ſpecialiter in terminis propoſitis eam
ſequitur in l.precibus.C.de impub.& alijs ſubſti.& re
fert ita ſe ex facto conſultũ reſpondiſſe, & affert Spe-
culatorem in eandem quoq; ſecum ſententiam cõſo
nãtem in ti.de in inte.reſti. pro qua ſententia facit qõ
diſputata cum ſua determinatione per Io.And.in ſuis
mercurialibus in prælle.regula iuris,decet,in eo,cui
propter numerum t2.liberorum fuit data immunita.
& poſt aliqui liberi deceſſerunt , vbi refert per varios
magnæ auctoritatis doctores, & deciſum diſputando
& reſpondendo conſultum,conceſſum ſemel benefi
cium perdurare. Et hæc pars cũ ſit benignior, quæ pœ
nam reſtringit,& temperat,vt in l.interpretatione.ff.
de pœ.etiam ſi res foret ambigua præeligẽda eſt , vt ff.
de reg iur.l.ſemp in dubijs.¶ Ad allegata aũt in diuer
ſam partem reſpondetur,& primo ad l.Titia Seyo.§.
vſuras.duobus modis. primo ibi loquitur in priuile-
gio præſtandarum vſurarum , quod cũ ſit pœnale ipſi
debitori, vt ff.de vſur l.cum quidẽ. & extra de reg.iur.
c. odia. lib.6. hoc autem eſt beneficium a pœna rele-
uans, & ideo pinguius & latius interpretandum. vt in
proximis allegationibus,& ar.C.de preci.Impera.off.
l.recepta.in fi.item d. §. vſuras.loquitur in eo. priuile-
gio, quod ex tempore cauſam & menſuram & angu
lum capit,ideoq; tempore terminetur, & ex varietate
temporis varietur effectus, vt ff.de condi. & demon.l.
pater Seuerinam, §.conditionum.& de excuſa. tuto.l.
ſolum.§.ſi libertus.hoc autem beneficiũ , de quo quæ-
ritur,reſpicit aliquid vno inſtanti deferendum ſiue ra
dicandum,& ideo inſpicitur initium , vt d.§.ſæpe. &
d.l.fi.C.ſi aduerſus delic.vbi non diſtinguitur, fuit po-
ſtea maior,nec ne,ſecundùm Bald.in d.l. minoribus.
Quod autem dicit Bart. in d.l.1.ff.qui pe.tu.in quæſtio-
ne ibi per eum diſputata dicit ponendo caſum indubi
tabilem non quod dicat eius oppoſitum quidem ſu-
pradictum,& quòd ipſemet in ſimilibus terminis ſe-
qui videtur in d.l.minoribus.& in d.l.t C in qui.cauſa.
in inte.reſti noo eſt ne.& hoc de ſecundo. Illud tamẽ
præter quæſitum non indigne pro ſubſtituto animad
uertendum exiſtimo, an ſe ignorauerit ſubſtitutum .
Nam ſi ignorauit,quod in dubio præſumendum eſt, vt
ff.de proba.l.verius.& in Inſti.de le.§.quod autẽ, con-
ſequens eſt nõ plectendũ, vt C.de tab.li. to.l.generali.
& no.p Bar.in dicta qõne diſputata po ł primã colũt.

¶ In tertio quod quæritur, videtur, matrẽ a ſucceſ-
ſione remouendam per l.2.§ quod ſi pater.ff.ad tertu.
neque enim legitime adminiſtrauit mater tutelam,
quæ nec adminiſtrauit,vt probatur . Et paria quoque
reputantur † non adminiſtrare, vel male adminiſtra
5 re.ar.ff. qui ſatiſda.co.l.quotiens . & videtur hoc con-
firmari,nam ſi non petijt compelli tutores miſcere ſe
tutelæ,aut abſentes euocari edicto per prætorem oc-
citurum.eſt in ſucceſſione, vt ff.ad ter.l.2.§.ſed ꝙ dixi
mus, qđ in alijs igiẽ obſeruare iubetur , & alioquin ex
eluditur , multomagis in perſonam ſuam obſeruare
tenebitur, vt ff.de condi.l.vnde.frater a fratre.in princ.
ver.porro.& hoc ſit de tertio.

¶ In oppoſitam partem facit,quoniam ſatis eſt , ſi
mater petijt tutores dari impuberi filio,eoſque coege
rit ad immiſcendum ſe tutelæ iuſta præparatione præ
miſſa,hoc eſt, & facto inuentario & congruis cautio-
nibus,atq; iuramentis interpoſitis , non autem tene-
tur per ſingula tutoris acta, adminiſtrationem in-
quirere , alioquin & cauſatiue ſuſpectos facere coge-
retur,quod non eſt verum, prout probatur C.de admi.
tu.l.fi.§.perſonis.& qđ ibi nota.hoc igitur & in perſo
nã ſuã obſeruaſſe ſufficiet,ſi legitime tutelam aſſum
pſerit,inuentarium fecerit,& iurauerit, & cætera hu-
iuſmodi fecerit, quamquam poſtea in ſingularibus &
particularibus negocijs tutelæ non ſe ſolerter & ſo-
licite,prout oportuit,habuerit , & his videtur conſen-
tire ſermo Bart.in præall.§.perſonis. & Bal. in l.preci-
bus.in ver.ſi qd ſi mater non adminiſtrauit. ctr.5.col.
& gl.in d.§.ꝙ ſi pater.hoc innuit,& tex.videtur proba
re in præal.l.2.§ ſi qđ diximus ver. quid ſi non cõpulit
eos ſe miſcere tutelæ,ſufficit igitur ꝙ legitimæ ſe tute-
læ miſcuerint , quãuis ſingula nõ bene geſſerint,vel q̃-
dã neglexerint.Et in hãc partẽ,ꝙ videlicet nõ excluda
tur,q̃ ſe legitime in tutricẽ decerni fecerit,& tutelã ꝓ-
ſtauerit,hoc eſt,inuẽtariũ fecerit, curauerit,& iuraue
rit,ſeq; tutelæ miſcuerit,q̃uis poſtea in adminiſtratio-
ne quædã neglexerit,cũ ſit pars benignior,& odij atq;
pęnæ excludẽtior,ꝓclitior ſum.arg.ff.de lib.& poſt.l.
cũ qd.& de pęnis.l.interpretatione.& extra de reg.iu.
cap.odia.li.6 præſertim per l.omnẽ.C.ad ter.quæ tũc
tantum matrem, quæ legitimè tutelam aſſumpſerit,
excludit a ſucceſſione, cùm ad ſecunda vota non
petito & ordinato tutore , eique non reddita ratione
tutelæ tranſierit Allegata aũt in diuerſã partẽ puto ſm
hãc diſtinctionẽ & eũ hac determinatiõe ꝓcedere,cũ

ſaut omnino tutelã non geſſerint dati tutores vel ma
ter tutrix decreta aut non legitime geſſerint.i. non re-
ĉte ipſam præparauerint legitimã ſibi authoritate de-
cretam, & hoc de tertio quo ſupra principaliter eſt ꝓ-
poſitum. Excluditur tamen mater propter ſubſtitutio-
nem Antonij, vt ſupra defenſum eſt, ideoq; hæc tertia
conſultatio ſuperuacua.

¶ Ad quartum autem & vltimum ſine diſputatio-
ne ſtudio breuitatis dicendum puto, dictum Antoniũ
non eſſe ſucceſſione priuandũ, eo quod nõ ſolicitaue
rit dĉtam matrem nutricem decretam ad adminiſtra-
tionem tutelæ, Primum quidẽ per rõnes in proxi. arti.
præcedente deſcriptas. Secundo, quoniam ſupra deſen
ſum extitit, ipſum Antonium propter ætatem minorẽ,
quæ fuit in principio excuſatum a ſolicitudine peten-
di tutoris acceſſoria his namque perſonis ea quoq; in-
cumbit neceſſitas, quibus ipſa petendi tutoris neceſſi-
tas incumbebat, vt probatur C. de admi tu. l. fi. §. perſo
ois. Quibus imò, vt ibi elegãter nota. per Cy. eos ſolos
tutores tenetur qui petere cogi tutelã præparare, eiq;
ſe miſcere, quos ipſemet ordinari petierit. Cæterũ ma-
ter etiam maior legitimos vel tutores teſtatarios non
debet petere compelli ad adminiſtrãdum, ſicut enim
non habet ſe intromittere de perſona, quod eſt princi-
pale, ita nec de adminiſtratione, quod eſt acceſſorium.
ita oo. etiam Bar. in præal. q. diſputata. & dominus Bal.
in d. l. precibus. in ver. ſed nunquam punitur. in 4. colũ.
Cum itaq; in propoſito caſu ab officio petendi tutores
dictus Antonius ætatis beneficio ſuerit excuſatus, qđ
erat principale, fuit etiam conſequenter ab acceſſorijs
excuſatus † & cum ab eo non deſideretur officiũ, nec
6 deſiderabitur plenum officium ſiue ſedulum, de quo
loquitur præalle. §. ſed quod diximus. in fina. & C. qui
pe. tu. l. cum a matribus. vbi namq; denegatur ſubiectũ,
denegatur & qualificatum ſubiectũ: ar. ff. de reg. l. cre-
ditor qui. & ff. ſi certũ petatur. l. eius qui in prouincia.
verſus finem. & hoc de quarto & vltimo. Et ſic ex om
nibus ſuperioribus concluditur, & relinquitur conclu-
dendum dictum Antonium ab ea ſubſtitutione ſiue
ſucceſſione iure ſubſtitutionis minime ſubmouen-
dum, & hæc ſint &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius
iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Conditio adimplenda in caſum liberorum, aut
nuptiarum, vel vtrunque ſimul, ãn, & quando intelliga
tur adimpleta per ingreſſum religionis, & an conditio
nubendi verificetur in ingreſſum religionis, an verò
habeatur pro non ſcripta tanquam impedimentum vi-
tæ contemplatiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Correctio legum eſt euitanda.*
2 *Monaſterium ingredientibus paupertatemque voce ſolemni pro-
feſſentibus precioſa non decent, qui enim mollibus veſtiuntur, in
domibus regum ſunt.*
3 *Monaſterium habetur pro filio.*
4 *Mutanda leuiter non ſunt, quæ certam diu interpretationem ha-
buerunt.*

CONSILIVM LIII.

QVONIAM Superius allegatũ eſt abun-
de in vtraque partium, paucis cõcludens
agam. Et quidem certũ eſt, ꝙ ante §. ſed
& hoc præſenti. Auth. de ſciſ. epi. ſuperius
allegatum, conditio liberorũ, vel nuptia-
rum expreſſa, vel tacita. ſ. expreſſa natura dotis vel pro
pter nuptias donationis matrimonium protinus exi-
gunt, vt C. de do. ante nup. l. fi. ff. de iure dotum. l. ſtipu-
lationem. & de condi. & demon. l. Titio centum. §. fi.
inſerta vel adſcripta legato vel fideicõmiſſo minime
iure veteri reiecta, vel habita pro in valida, vel non ſcri
pta propter ingreſſum religionis. hoc namq; iure nul-
lo cautũ erat, & ſatis inſinuat verbum ad minus, in illa
1 Auth. poſitum, quaſi nullum ius diſponat. † Quateo us
ergo ius vetus nominatim & ſpecialiter non reperitur
immutatum, manebit, vt C. de app. l. præcipimus. in fi.
ſicut enim legũ correctio ſummo ſtudio eſt euitanda,
vt de ele. c. cum expediat. li. 6. & in Auth. qui. mo. nat.
effi. ſui. §. tribus. ita per locum totius ad partẽ, qui eſt bo
nus, vt ff. de vſur. l. qui ſcit. in prin. cum ſi. ſi corrigi opor
teat, quanto minus fieri poſſet, correctio recipie oda eſt.
de conſuetudine c. cum dilectus, & facit quod nor. per
Ia. Bu. & Bar. poſt glo. de ſac. ſan. eccl. auth. quas actio
nes. & per Bar. ff. ſolu. ma. l. ſi conſtante. in prin. Ius autẽ
nouiſſimum d. §. ſed hoc præſenti. duobus dũtaxat ca-
ſibus loquitur, cum quid datum vel relictũ eſt ſub cõdi
tione liberorũ & nuptiarũ, & cum quid datũ vel relictũ
eſt ſub conditione ſubſtitutioni vel reſtitutioni ſub vt
rutra dictarum conditionũ ſuppoſitũ, vt hæ conditio-
nes pro inualidis & non pro non ſcriptis habeantur, ſi
honoratus vel oneratus rẽligionem profiteatur, in ter-
pretatum ſorte teſtantem vel dantem, ſi cum caſum
cogitaſſet, noluiſſe nocere data vel relicta religionis in-
greſſu. Illũ vero caſum, cum dans vel relinquens vtrũ
caſum nominatim apprehenderit & liberorũ ſeu nu-
ptiarum, & religionis ingreſſum. §. ille, ſed hoc præſen
ti. nõ attigit, qui eſt caſus in re præſenti propoſitus. ma
neat itaque ſub antiquis regulis, vt præal. l. præcipimus.
in fi. cum expreſſum faciat tacitum conquieſcere, vt ff.
de vul. & pup. l. cum ex filio. §. 1. nec ad hunc caſum ver
bis legis nouæ ius vetus corrigentis ad omiſſum lex
corrigens producenda eſt, vt ſit diuerſa ratio, vt ex ſu-
perioribus poteſt deprehendi. Cùm & ſi eadem vtro-
bique ratio foret, ſm pleroſque maiorũ noſtrorũ non
foret producẽda correctio, vt in præall. auth. quas actio
nes. not. in præall. l. ſi cõſtante. & eo. ti. l. ſi vero. §. de vi-
ro. deinde mouet, ꝙ ea teſtatoris ordinatio facta eſt ſm
mores non modo patriæ illius, verũ etiã totius Italiæ q
ſeruatur per omnes diligẽtiſſimos atq; prudentiſſimos
patres, vt ſamulis & filiabus monaſterium aliquod in-
gredientibus longe minorẽ quantitatẽ ex ſua ſubſtan-
tia dent, quàm nubentibus in ſæculo, id quod optima
2 ratione cuſtoditur. Nam † monaſterium ingredientori-
bus & paupertatem voce ſolẽni profitentibus, multo-
minus ſm laudabiles conſuetudines ſufficit, quàm vi-
ris in ſeculo nubentibus, quibus & precioſæ veſtes &
ſumptuoſa iocalia ſm mores ꝓbatos patriæ neceſſaria
iudicant. cùm itaq; ſapientiſſimi teſtatoris diſpoſita ſit
ſm probatos & bonos mores patriæ, non animaduer-
to cur damnandus ſit. §. ergo, ſed hoc præſenti, rectiſſi
me ſic loqui credendum eſt. Cùm in ſolũ alterius con
ditionis euentũ ſimiliũ nuptiarum vel liberorũ diſpo-
nit, non etiã in vtrunq; ſi reciproca ſubſtitutione pro-
uidit. Rurſum & 3. §. ille ſed hoc præſenti, cõi interpre
tatione ſic acceptus eſt, vt ingreſſus religionis pro im-
plemento adſcriptæ conditionis exiſteret, quam teſta-
tor optauit, non verò vt tanquam turpis velut inualida
reiiceretur, non haberetur pro nõ ſcripta, ſic no per gl.
3 d. §. ſed hæc, ꝙ † monaſterium habet pro filio? & om
nes doctores ſequuti ſunt vſq; ad Rizar. Malum. & oẽs
dñi canoniſtæ in c. in præſentia, de prob. & hinc conſe
quenter, ꝙ ſi teſtator expreſſe diſpoſuit, ꝙ de filijs natu
ralibus & legitimis intelligeret. ipſa conditio ingreſſu,
non intelligeretur impleta cõditio, vt no. per dictũ Bal.
vt C. ad treb. in auth. niſi rogati. & per Hoſt. & Io. And.
de teſta. c. Raynaldus. in glo. videtur, & per Iac. de Bel.
præall. §. ſed hoc, præſenti. licèt Bart. in l. ſi ita. §. is cui.
ff. de leg 2. dicat contrariũ ſequẽdo illã opinionẽ. ꝙ cõ-
ditio reiciatur tanquã impeditiua vitæ cõtemplatiuæ.
4 Sed minime mutanda ſunt, † quæ certã diu interpreta
tionẽ habuerũt, vt ff. de legi. & ſena. conſu. l. minime. &
C. de epi. audi. l. ſi Lenones. & qđ ibi no. & pſertim ꝯtra
glo. ord. in d. §. ſed hoc præſenti. & dicta authẽ. quæ. per
ea quæ no. Ia. Bu. C. qui pro ſua iuriſdi. l. vnica. ac etiam
ſi placeat

ſi placeat illa opi. & ratio Rizar. Malum. reſtringenda eſt ad caſum ſuum, cum. ſ. in alterum tantum euentū conditionis, non cum in vtrunque diuerſa diſpoſitio facta eſt, vt ſupra deduxi potiſſime cum dominus Bal. vbi ſupra refert ita de facto cōiter obſeruari, a qua communi obſeruantia practica licet at. validiſſimum ſumere, vt legi. in præallega. l. minime. poſtremo res negari non poteſt, ambiguitate carere in tanta iuris interpretatium varietate ſummorū, pars itaq; benignior eligenda eſt, vt ff de re. iur. ſemper in dubijs benigniora, & quæ naturali iuri magis & æquitati conueniat, vt C. de bo. quæ lib. l. non ſine ratione. circa med. ibi attamen, quia conſequens eſt. &c. & C. de iud. l. placuit. videtur autem benignior pars ſeruandæ vltimæ voluntatis, cùm nihil magis hominibus debeatur, vt C. de ſa. ſan. eccl. l. 1. & iurigentium ac æquitati conuenientior, vt C. ad l. fal. l. 1. & l. error. & quod notá. eo. de iure. & fac. igno. l. cum quis. & ff. de fideicommiſ. li. l. in teſtamento. imò teſtamentū inter cauſas fauorabiles, pro quibus in ambiguo potius iudicandum eſt, numeratur, vt. ff de inoffi. teſta. l. ſi pars. & de re iudi. c. fi. non autem numeratur cauſa pecuniaria vel ad monaſteriū vel eccleſiam pertinens nam l. inter pares. de alia & cauſa numeraria loquitur. præſertim cum verſatur inter liberos, ſicut & hic, & parem etiam cauſam vt no. C de epiſ. & cle. l. ſi quis ad declinandū. & recte in terminis non neceſſariis Bald. in præalle. auth. niſi rogati. vt contra monaſteriū magis fiat pro liberis interpretatio, & eo magis ꝙ & rei ſunt, vt ff. de re iud. l. inter pares. & de re. iur. l. fauorabiliores, & eo. ti. lib. 6. c. cū ſint partium, & c. in obſcuris. & c. inſpicimus. Quibus ex omnibus videtur mihi pro dictis liberis contra monaſterium iudicandum. & hæc ſunt de toto quæſito.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius vtriuſq; iuris docto. & ciuis Placeñ. ſed nūc in pſentiarum legens in ſtudio Paduano ciuis quoq; ibidem & ad præmiſſorum maiorem ac pleniorem fidem ſcripſi, ſigilliq; mei iuſſi impreſſione muniri &c.

ARGVMENTVM.

¶ Statutū excludēs filias fœminas a ſucceſſione propter maſculos, ſed tribuens eis, dotem, an intelligatur excludere a ſucceſſione matris, auiæ vel ea linea fœminina, an vere ſolum intelligatur a ſucceſſione paterna vel ea linea maſculina.

SVMMARIVM.

2 *Titulus pro hærede quare dicatur lucratiuus.*
3 *Statuti ratione ceſſante, debet & eius diſpoſitio ceſſare.*

CONSILIVM LIIII.

¶ De ſucceſſione aſcendentium ſtatuti verba.

ITEM Quod quælibet hæreditas & ſucceſſio aſcendentium, & quælibet alia lucra ex dote prouenientia deferantur maſculis quibuſcunque per ordinem legitime deſcendentibus per lineam maſculinam ab ipſa perſona, de cuius ſucceſſione vel hæreditate agitur, excluſis ſemper fœminis a prædictis, & quolibet prædictorum ſi dotatæ fuerint ſemper, vel parati ſint dotare, & eas dotent ſecūdùm facultates arbitrio boni viri, & ſi ſe voluerint maritare & dotare. Si verò ſe maritare voluerint, tūc teneantur dare ipſis mulieribus requirentibus qñ eſſent habiles ad maritandū tñ quantū eis cōtingeret modo & forma prædictis. & eis dari debēt, ſi maritarent. Quo ſtatuto exiſtente do. B. ea primo viro iam ſuſcepto filio ſecūdò nupſit, ex quo duos filios & vnam filiā nomine Stephaninā ſuſcepit, quæ iam viri potēs nupſit dotata de bonis paternis per ipſum patrē. dicta Stephanina ꝓgenuit filiū noīe F. & poſt obiit, poſt modū quoq; deceſſit dicta domina B. relictis tribus filijs p̄dictis, & dicto F. nepote. Ea præmiſſis quæritur, an dictus F. nepos ex filia poſſit venire ad ſucceſſionē dictæ ſuæ auiæ cū dictis filijs non obſtante dicto ſtatuto. ¶ Contra F. ꝙ nō poſſit ſuccedere auiæ, vnà cū auunculis ſuis. primo facit verbū generale ſeu vniuerſale quælibet hæreditas &c. gñaliter intelligeñ. l. quoq;. §. parentē. & l. parentes ff. de in ius voc. l. item apud labeonē. §. gñaliter. ff. de iniur. nō. n. proſequitur ſtatutū diſtinguendo inter hæreditates paternā vel maternam, ſed indiſtincte loquit̃ quælibet hęreditas, ergo &c. l. 1. § gñaliter. ver. ſed nec pſonas ꝓſequutus eſt, vtrū ca virili ſexu an ex fęminino &c. de le. præſ. l. 2. §. hoīes. ibi. neq; hoīes. vi bo. rap. & c facit. l. de precio. ff. de pub.

¶ Secūdo contra eundē F. faciunt verba ſtatuti ibi,
2 & quælibet alia lucra ea dote ꝓuenientia. nā cū † titulus pro hærede ſit titulus lucratiuus, vr̃ voluiſſe ſtatutū fœminas excludere ab oī lucro dotis aſcendentiū, & ꝑ cōſequens a ſucceſſione materna vel auita ēt in dote, qa illa dicit̃ eſſe lucrū ꝓueniens ea dote ſi per ſucceſſionē ꝑueniat in deſcēdētes, ſuccedētes. n. lucrant̃ illā ſuccedendo. nō obſtat ꝙ dictus Franci. ſit maſculus, quia licèt ita ſit. tñ non deſcēdit ꝑ lineā maſculinā, vt requirit ſtatutū ſed ꝑ lineā fœmininā inhabilitatam à ſtatuto, cum enim mater ipſius ſuccedere non poſſet, nec ipſe, c. 1. §. ad filias. de gra. ſuc. in vſi. feu.

¶ In oppoſitum videtur cōcludendū primo per verba ſtatuti ibi, legitime deſcendentibus per lineā maſculinam, quæ dant intelligere ꝙ ſtatutū loquat̃ de hæreditate maſculorū, & deſcēdentiū ab eiſdē. hic aūt agit̃ de hr̃ditate fœminæ, & deſcēdētiū ab ea ergo F filius filiæ ſuccedit auiæ ex pſona mr̃is, auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & leg. ¶ Secundo de mente huius ſtatuti, fuit, conſeruare velle hæreditates agnatorū inter agnatos, non autem cognatorum inter agnatos, voluit Bal. plene in l. maximum vitium. C. de lib. præte. ergo non extenditur ad hæreditates cognatorū, maxime quia † ceſſan-
3 te ratione ſtatuti debet ceſſare & eius diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.

¶ Tertio ſtatutū excludit fœminas ſub ea rōne, quia dotatæ, &c. q̄ rō ceſſat in matre vel auia, qa ad ipſas nō pertinet dotare filiā, neq; tenent̃, niſi ex magna & probabili cauſa. l. mater. ff. eo. de iure do. ſequit̃ ergo, ꝙ loquitur de hæreditatibus eorū, qui tenent̃ dotare ipſas. Præterea quantū ad auiā pōt dici indotata ipſa filia, cū ab auia nullā dotē habuerit, ergo ab eius ſucceſſione nō excludi debet, & ꝑ conſequens nec filius. Præterea Bal. in d. l. maximū vitium, diſtinguit, aut filia excludit̃, quia dotata, & tunc nepos ea ipſa non excluditur. aut excluditur ſimpliciter, & tunc nepos ēt excluditur. Cū ergo in caſu iſto excludatur, quia dotata, non debet nepos excludi. Præterea is debet habere cōmodum qui onus ſuſtinet, vt in regula iuris, & e contra, qui nō ſuſtinet onus. non debet habere cōmodum, vt ff. de reg. iu. l. ſcḋm naturam. ſed pater & deſcendentes maſculi habent onus maritandi fœminas reſpectu bonorū paternorum, & ſcḋm earū facultatē, l. cū poſt. §. geñ ff. de iure do. coniuncta l. fi. de do. promiſ. & coniuncto dicto ſtatuto, ſed reſpectu bonorū maternorū, nō, quia nec mater tenetur, vt dixi, ergo debent habere emolumentum reſpectu ſucceſſionis paternæ tantum, non autem reſpectu maternæ. & pro hac parte videtur cōcludendum. Præterea ſtatutum prædictū eſt interpretandū, vt minus lædat ius commune, q̄ fieri poteſt. l. 2. C. de noa. & ibi no. & l. ſi qñ. C de inoffi teſta. & c cum dilectus. extra de conſue. ergo ipſum debemus interpretari quod loquatur de hr̃ditatibus aſcendentiū agnatorū tñ. nō aūt cognatorū, qa tūc minus lęderet̃ ius cōe, & ēt cōmunis conſuetudo, quæ habet, in hæreditatibus cognatorum præſertim matris & auiæ maſculi non excludant fœminas, ipſæq; æqualiter admittantur, pro quo facit dicta auth. in ſucceſſione.
Non obſtant in contrarium addicta &c.

¶ Ad primū reſpōdetur, ꝙ illa verba gñalia veniunt reſtringenda præſertim ex diſpoſitione, quæ aliquod noui inducit, vt in caſu noſtro. l. vt gradatim. §. 1. de mu. & ho. l. in ꝓuinciali. §. fi. l. de pupillo ff de ope no. nū. & qd no. & plene ſcribit Bar. apud Ia. de Are. in l. 1. §. item

nunciatio omnibus,co.ti.facit l.inter omnes,cum glo. ſua.ff.qui ſatiſd. co. hanc enim reſtrictionem ſuadent aliæ qualitates ſtatuti & mens,prout patet ex argumẽtationibus ſupra proxime factis pro parte negatiua, videlicet ꝙ dictus nepos non excludatur &c.

¶ Ad aliud reſpõdetur,ꝙ illa verba,& quælibet alia lucra ex dote prouenientia,faciunt pro F.nepote, quia debent intelligi de matrimonialibus,quæ habet maritus ex pacto,lege,vel cõſuetudine,quando lucratur dotem aut aliquid ex dote,dicitur enim lucrum reſpectu mariti ſi mortua vxore dos apud eũ remaneat, vel ex pacto,vel alio iure,l.niſi ab hoſtibus.§.ſi. ff.ſol. matr.& quod ibi no. & poſito quòd illa verba dubia ſint quod poſſent dupliciter intelligi,tamen ſunt interpretãda in eam partem,quæ minus lædit ius commune, vt ſupra dixi. & quod ſubijcitur in dicta ſecunda argumentatione,quod mater fuit inhabilitata a ſtatuto,ergo &c.negatur, vt patet ex præmiſſis, quia ſtatuũ,vt dixi,loquitur de ſucceſſione aſcendentium agnatorum, qui debent dotare, nõ autem de ſucceſſione matris vel auiæ, vnde ſi mater prędicti F.viueret,vtiq; ſuccedere poſſet ſicut alij filij maſculi per ea,quæ dicta ſunt,vnde iuſtitia eſt pro F.nepote, vt ſuccedat in bonis auiæ vnà cum auunculis ſuis, &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſq; doctor.

¶ Idem quod ſupra dico & conſulo Ego Chriſtoforus de Caſtelliono legum doctor,& comes.

¶ In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti amen. In caſu præmiſſo viſis ac ponderatis verbis dicti ſtatuti,& quæ ſuperius cõſulta ſunt, ſatis videtur idem in effectu concludendum eſſe,quod ſuperius eſt concluſum, videlicet dictum Franciſcum non excludendum a ſucceſſione dictæ auiæ maternæ vigore dicti ſtatuti, ex eo potiſſime, quia dictum ſtatutum extantibus maſculis per lineam maſculinam excludit fœminas, ſi dotatæ ſint,& ſic debet intelligi, quod excludat, quando ſint dotatæ de bonis illius, de cuius hæreditate agitur per id quod habetur in tex. & glo.in l.1. C.de legi.hære.& ibi expreſſe hoc tenet Bald. & ideo cum dicta Stephanina, ſi viueret, non excluderetur à ſucceſſione dictæ d.B matris ſuæ,ex quo non fuit de bonis eius data, ſed a patre ſuo,& ſic de bonis paternis,vt ſupponitur in pũcto per ea,quæ not.in d.l.1. ergo eadem ratione nõ debet excludi dictus Franciſcus, ſed debet venire cum auunculis ad bona matris ſuæ. per id quod legitur & no.in §. cum filius. Inſti.de hære. quæ ab inte. deſe. Et pro hac parte etiã faciunt allegata in præcedenti cõſi. Et ita videtur de iure fore dicendum,& in huius rei teſtimonium Ego Io. de Imo. iuris vtriuſq; doctor hoc propria manu ſcripſi & ſigillaui ſaluo ſemper conſilio ſaniori.

¶ Idem dico & conſulo Ego Ioannes Franciſcus de Capitibus Liſtæ de Padua vtriuſque iuris doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Legitima matris inſtitutæ in re certa a filio quanta ſit excluſis fratribus vel ſororibus iudicio teſtatoris & inſtituto hærede extraneo, & an eo caſu poſſit locũ habere ius accreſcendi,& quanta ſit legitima ſi ex forma ſtatuti ſit prohibita ſucceſſio ab inteſtato.

SVMMARIVM

1 *Qui habet legitimã portionẽ non ſperet maiorẽ ex perſona pteriti.*
2 *Ius accreſcendi quibus de iure competat,& inter quos eſſe dicatur.*
3 *Conſtitutio leg.1 2 sab.quare,& pro quibus fuerit adinuenta.*

CONSILIVM LV.

PRO Secundo conſultatus articulo, quo quæritur de legitima matris d.ſ.Camillæ determinando. Sciẽdum eſt,ꝙ duæ ſunt principales quæſtiones, duoque ſunt principales tractatus, qui inter ſe plurimum diſtant, prima quæſtio eſt, an legitima matris hæredis inſtitutæ in re certa vel quantitate maior ſit propter fratrem vel ſororem teſtantis excluſo ita vt nec de inofficioſo quæri querant; ſecundo loco paterfamilias moriens matrem teſtamento ſolẽni certæ rei ſcripſit hæredem alium, aut quendam extraneum vniuerſaliter non turpem,ſororemque ſuam præterijt.

¶ Dubitatur an legitima matris ſit tertia totius propter ſororẽ excluſam,an vero ſit tertia dimidiæ, quoniam ab inteſtato mater ſolam dimidiam concurrente ſorore vtrique coniuncta duntaxat fuerat habitura. & in hac quæſtione iure pceptores ſeſe in varias diuiſere ſententias.Cy.quidem in aditionibus,quem refert Bald.in l.pater filium.ff.de inoffi.teſt.dixit,fratrem præteritum pro nullo haberi, ideoque matris legitimam portionẽ eſſe tertiam totius defuncti ſubſtantiæ quod diſputando videtur etiam ſequutus Iac. Bu. & finaliter ſequitur Bal.in d.l.filium,in repe.& Ange Bart. autem in eadem l.paterfa.decidit oppoſitum,quorum in hoc ſcripto referre rationes & allegationes ſeu argumenta ſuperuacua cẽſui,quoniã ea omnia per plurimos in ſcriptis haberi non ignoro,& eorum reſcriptione præſens conſilium viſu & lectu efficeretur tædioſum,præſertim cum hoc non ſit id, de quo principaliter attendatur. Quoniam tamen vnum mihi videtur pro ſententia vera ꝙ ipſe non propoſuit efficaciſſime facere
1 hoc vnum dignum interſerendum cenſui.† Cæterum is, cui ſua legibus debita portio teſtamento collata eſt,non ex perſona præteriti maiorem per ius accreſcendi portionem ſperare poteſt,hic eſt ſingularis tex. ff.de iu.epa. l.ſiue patronus. §. ſi ex duobus, & mater, quæ ſcripta eſt hæres ex re certa, dicitur habere legitimam ſuam portionem,vt probabitur, igitur ex perſona fratris a teſtatore præteriti ſuæ portionis augmentum non ſentiet, conſequentia vero & minor probatur,ſiue enim matri res inſtitutione relicta ad tertiam dimidiæ portionis aſcendit,habeo propoſitũ,ſiue non aſcendit,& additum ſit in teſtamento,quod deeſt ſibi boni viri arbitratu repleri,& adhuc res plana eſt,aut id ipſum expreſſum verbis teſtamenti non eſt comprehenſum,& ipſo iure tacite ineſt,tanquam ſi a teſtatore fuiſſet expreſſum,vt C.de inoffi.teſta.l.omnimodo. & expreſſius eo.tit.l.ſcimus.in prin. Interpretatus eſt nãque noſter legislator Iuſtinianus ex optimo intellectu & teſtantis ſententia minus ſcriptũ, & plus nuncupatũ vti in ſimili fecit pap. quem refert Inſti. ff.de condi. & demon.l.cum auus.& C.de inſtit. & ſubſtit.& teſt. ſub condic.fac.l.generaliter.§ 1.& de fideicom.l.cum acutiſſimi, & hoc ipſum manifeſte colligitur ex l. quoniã in prioribus.quæ per interpretationem ab illa conſtitutione deſcẽdit.l.omnimodo.C.de inoffi.teſt. nam ſi quod onus in conditione,vel in dilatione,vel in mora. aut fideicom.adiectũ eſt in teſtamento, per quod minus relictus videatur quaſi ſit legitima portio his perſonis,quæ antea de inofficioſo queri poterant, id ipſum onus de teſtamento tollitur legis auctoritate, & perinde iubetur rem procedere,ac ſi nihil eorũ in teſtamẽto additũ foret, & ex teſtamẽto cõſequitur id ipſum ſine onere is,cui relictũ fuerit. Sicut igit ꝙ amplius ſcriptũ fuerat, ꝙ oportuerat,detrahitur tãquam plus ſcriptũ & minus nuncupatũ,ita & in contrario caſu ex cõtrariorũ vel ſimiliũ ratione & interpretatione cenſendum eſt, vt ex vulgaribus regulis eſt notum. Cum igitur ipſa mater habet ſuam legitimam portionem ex teſtamento, ius augmenti ex perſona præteriti prorſus deſperet per prealle.§.ſi ex duobus. Quod & optima ratione ſuffultum eſt. Cum nãq; ipſa mater indubie partem ſuam ex teſtamẽto capiat, quomodo enim poſſit accreſcere quidquam ex perſona eius,qui contra teſta
2 mentum venire poſſet:ius etenim accreſcendi † inter eos eſt,qui ex eodem capite iure vocati ſunt, nõ etiam diuerſis, vt ff. de bon. poſ. l. ſed cum patrono. nã & ius collationis ita quoq; delatum eſt ijs,qui eodem capite iure vocati ſunt, non etiam diuerſo, vt ff.de col.dot.l. paterſa.cum l.ſe. & de bo.poſ.l.contra filium.§.videamus,

mus,ius enim accreſcendi in ijs maxime, qui non ex neceſſitate cogũtur,ne quis pro parte reſtatus,aut ſine ſucceſſore decedat,ſed cõiũctim. & velut corpore vnitate deſcendat,vt C.de cad.toll. §. his itaque vnitas in diuerſo iure veniẽtibus nullatenus poteſt intelligi. porro & filius inſtitutus in legitima extraneo ſcripto,ſic in dodrantem filio altero exhæredato tacente vel quęrente ſuæ portionis augmentum vel diminutionem non ſentit,vt ff.de inoff.teſt.l.mater decedens.nec quẽ moueat,ꝙ in d.§.ſi ex duobus.ſecundo reſponſo,is,cui minus legitima parte relictum eſt, & ſupplementum petit,ius accreſcendi habet.& id ibi no.Bar. idem matereſſe in portione ſupplementi, & petit ipſe bonorũ poſ. contrata. quia illud procedit ſecundùm ius vetus, quo ei,cui minus legitima portione fuerat relictũ,non inerat ipſo iure repletio, imo propter minus relictum ei quoque deferebatur querela vel contrata. vt C.de inoffi teſt.l.cum quære.& d.l.quoniam in prioribus.ff. bo.libe.§.etiam.§. tot.& §.ſi debita.'& ſic eodem iure & contra teſtamentum vocabatur vtraque tam is,cui minus relictum erat,quàm is cui omnino nil fuerat relictum, quæſitum poterat ei accreſcere, hodie vero ei, cui minus relictum eſt,non competit querela vel contrata.ſed ipſo iure ineſt repletio tanquã ſi teſtator id expreſſiſſet,vt ſupra probaui.& ſic diuerſo iure. Quoniã tamen hoc quoque in præſentiarum non incidit vel vltra proponendo vel decidendo non determino.altera vero ſatis a præcedente ſemota quæſtio eſt, quæ ꝓpoſita, an matre & ſorore ſemotis ab inteſtati ſucceſſione autoritate legis municipij cum matri eadem cõſtitutione legitima concedatur, quanta cenſenda ſit portio, quæ ipſius ſtatuti matri auctoritate cõceditur. Et quidem inteſtati ſucceſſione tamẽ nulla legata vel fideicõmiſſa vel mortis cauſa donatione interueniũt, ſicut contingit iure communi legitimę portionis tractatus & diſputatio ſuperflui ſunt, & multomagis impertinens eſt is tractatus in ijs perſonis, quæ ab inteſtatu fuerant ſucceſſione ſemotæ,nulla nempe portio illis ll.debita eſt,quos ipſæ ll.ab inteſtato protinus ſucceſſione coercent.Et iure quoque præſenti talis fuerat diſputatio in auis. ſi lex municipij extantibus & venientibus agnatis quarti gradus matrem & ſororem defunctæ a ſucceſſione cohibuiſſet ſimpliciter. & agnatis hæreditate prohibuit vel de legitima pertinet. In vero perſona matris hactenus de legitima portione tractandum eſt quatenus ſermo conſtitutionis expreſſit, quoniam in hoc caſu nil ius commune differt,ait itaque lex, habeat mater & habere debeat dumtaxat in bonis ſuorum deſcendentiũ debitũ bonorũ ſubſidiũ, videlicet tertiam partem portionis,quæ eidem ab inteſtato obueniſſet. Cõcedit igitur ei tertiam eius qđ habuiſſet ab inteſtato,ſi eam lex municipii non vetaſſet,hoc enim volunt hæc verba,nam quid aliud velle poſſunt,itaque ſi cum patre iure communi ſola veniſſet, habuiſſet dimidiam.habebit ergo tunc ex ipſa conſtitutione municipij tertiam dimidiæ,& pari ratione ſi ſola cum filia ſua ea denique defuncti ſorore etiã conſanguinea ſit, nam & iure communi ab inteſtato dimidiam habuiſſet,vt in auth.defuncto.C.de tertu.nec dicat quis, ſi ſoror defunctæ ſuperſtes ad defunctę hæreditatem non veniſſet,vel repudiſſet,habuiſſet mater totum iure cõmuni,habeat igitur nunc excluſa ſorore,aut l.municipij,aut ſi repudiat,tertiam totius,quia reſpondeo,ſicut recte reſpondet iureſconſultus in eiſdem aut pene ſimilibus terminis.ff.de conditio.& demoſt.l. mulieri & titio,relictus eſt vſuſfructus,ſi mulier non nupſerit, quãuis mulier nubat, & ſic conditioni non poterat, tantũ non aſſequitur legis beneficio, quantum habuiſſet, ſi paruiſſet,habet autem dimidiam quamdiu titius viuit, & in eodem ſtatu manet, tantum enim habuiſſet ſi cõditioni paruiſſet,nam impleta conditione Titius viuẽs & non capite minutus habuiſſet dimidiam, nec prodeſt mulieri,vt habeat totum Titius,quia ſit excluſus a legato, quia non ſit conditioni paritum,aut quia repudiet, nunc vt ibi in fine diciditur, inſpicitur enim lex non qđ nunc eſt,quia Titius cõditione defectus eſt,ſed quod fuiſſet, ſi non defectu cõditionis excluſus fuiſſet, quia mulier conditioni paruiſſet, ſic & inſpicit lex municipij quod re propoſita defuiſſet, ſi ſoror ipſa lege nõ fuiſſet excluſa,quo caſu ſoror matri partem feciſſet,nõ aũt quod nunc eſt,cùm ſit ipſa lege ſubmota.Et quanquam ſi iuri communi locus fuiſſet, ſoror repudians matri partem non feciſſet,imò iure totũ habuiſſe, non proderit tñ nunc matri,ꝙ repudiet,ꝙ nec volens habere poſſet,ſicut nec præallg.l.mulieri.prodeſt mulieri,ꝙ Titius repudiet nunc,qđ nec volẽs habere poſſet,vnde nec eſt ꝓprie repudiatio,vt ff.de acq.hær.l.is poteſt.& ff.de re.iur.l.eius eſt nolle, facile.n.repudiaret vt legi & defuncti voluntati faceret fraudem, quanquã ſi conditioni peritum fuiſſet, repudiatio Titij mulieri profuiſſet,& tantum legis beneficio mulieri concedatur, quãtum habuiſſet, ſi conditioni paruiſſet, ſed in repudiatione id non proſpicitur vt dixi,ne legi fraus fiat.porro ſi capite minuatur Titius,aut moriatur Titius, quia iis caſibus fraus ceſſat,& nulla regula reſiſtit,totum habere mulier ex iure accreſcendi,vt apperte lex illa ſignat licèt plurimi contra.Et ſic ex illa l.mulieri,aperitur manifeſta reſponſio ſubtiliter intuentibus ad obiecta. Et quanquam in oppoſitum me fortiter vrgeat ratio pietatis debitæ parentibus in hæreditate, velut quonſque luctuoſa in ſolatium amiſſorum liberorum. Ratio ta-
3 men ipſa † verbis legis expreſſa ſeruandæ familiæ inter agnatos,quam cõſtituentes veſtigia ſequuti.l.12 ta. pietati debitæ prætulere, & verba ipſius conſtitutionis hinc magis interpretationi proxima in hanc ſententiã vt ſola tertia dimidiæ matri tribuatur ipſa lege municipij me procliuiorẽ efficit Ang. & ꝙ conſtitutio non faciat cauſam magis deteriorem quàm proprium filiæ teſtamentũ,ſi teſtari potuiſſet, potuiſſet enim filia matre in ſua legitima portione ſcripta hærede totum reliquum ſuis agnatis & ſorore prærerita efficaciter relinquere.vti ſupra mõſtratum eſt, per l ſiue patronus, §.ſi ex duobus.ff.de iurepa.de inoffi.teſta.l.mater decedens, & rurſus ꝙ pater puellæ impuberi filiæ mortuæ ita ſubſtituere poterat, vt omnis ratio debitæ pietatis procũberet,vt C.de impub.& ali. ſub.l.precibus. & de teſta.c.ſi pater.lib.6.lex igitur patriæ multo minor multoque minus ægra ferenda eſt. Et hanc partem tandẽ tanquam veriorem concludo eo libentius,ꝙ neminẽ ſcribentium in his terminis contradicere inuenio, dũ tamen illud accipiam ſororem quoque ſuperſtitem ſtatuti auctoritate ſemotam,vt in facti narratione propoſitum eſt,& ita etiam iudicatum intelligo, neque.n. debere ſuperioribus diſputatio vlla vel deciſio per me facta credatur. Ex his neceſſarium nõ eſt tractare duas, quæ in allegationibus iure tacite vel incidenter ſunt propoſitæ quæſtiones,prima an dicta domina Camilla ſeu procurator eius potuerit partes ſingulariter rerũ, quas ad manus hæredis perueniſſe dicebat,petere.

¶ Secunda an cum non probauerit in proceſſu ipſa res, quarũ partes ſingulariter in libello petierat extare uel ad hæredem perueniſſe,an lata ſententia ſicut ſupra relatum eſt,poſſit in executione liquidare eas res ad hæredem perueniſſe.Cum namque ſuper ſententia de nullitate concluſerint,de ipſius executione fruſtra quæretur,puto tamen recte & iure futurum hæredem ſi ipſæ dominæ ſine ulla difficultate præſtiterit æſtimationem tertiæ partis dimidiæ bonorum, quæ intelliguntur deducto ære alieno, & funeris impenſa. Et cæteris huiuſmodi,de quibus habetur in l.1.§.fi. & l.ſe.ff. ad l.falci.& de inoffi.teſt.l.pap.§. quin autẽ,& C. de iure deli.l.fi.§.in computione.ſi fecerit inuentariũ ſecundùm formam iuris, ita vt eius beneficio recte perfrui poſſit,aut ſi non poſſit commode æſtimationem perſoluere in vna re, ſaltem eius portiouem conſtituat, prout ipſi dominæ conueniat,aut ſi non cõueniat boni uiri arbitrio fiat,hoc eſt,iudicis, aut quod eſt expeditius arbitri partibus ad rem eligendam & eius æſtimationem

tionem faciendam communi conſenſu & cōuentione recepti, vt arg. C. de ſecun. nup. l. hac edictali. §. his illud. cum concor. ibidem allegatis. petitionem autem partium in ſingulis rebus poteſt facere. ſi adiecerit habita ratione æris alieni & eorū, quæ deducenda ſunt, ſicut rectè factū eſt in petitionibus & libellis oblatis, ſemper namq; ſub incertæ partis mentione, prout res patitur & iuris ratio deſiderat, cōcluſiſſe videtur. ſicut & docet Bar. in l. nō amplius. §. fi. ff. de leg. 1. cum l. ſeq. & quanquam non probauerit eas res, de quibus ſingulatiter in libello mentio facta erat ad hæredem perueniſſe, ſententia tamen, ſi lata eſt, valida permanente, putarem eam poſſe idipſum in executione probare p ea, quæ nota. per glo. ff. de eden. l. 1. in prin. in gl. magna. & per doct. ibidem. & arg. in l. 2. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. profe. & quod ibi per Bart. cum magis hæres gratias poſſit agere, tum forſitan poſſet quaſi ex condemnatione licet non iure facta. cum probatum non eſſet ipſarum rerum partes petere, deductione tamen quàm fieri oporteat faciēda. Sed huiuſmodi pernicioſæ difficultates pro partis vtriuſq; vtilitate vitādæ ſunt, & aſſumptis vno vel pluribus, qui totius patrimonij æſtimationē rectam videant, deductis oneribus ſextæ totius, æſtimationem in pecunia aut in vna re vel duabus dictæ d. Camillæ celeriter & ſine litium anfractibus bona fide ſua pronunciatione deſignēt ſecundùm præall. §. his illud. & ſic parcēt ſumptibus & laboribus atquam iudiciorum anfractibus indulgebunt. Quod ſi fortitan partis alterius indurata ceruice fieri nequeat, tunc per iudicem, qui ad id partes compellat faciendū, vt ſecundum faciendam ſibi bonorum virorum a partibus eligedorum ad patrimonij quantitatis computationem & rerum æſtimationem faciendam relationem ſua iudex pronunciatione diffiniat, ſicque finem controuerſijs his imponat, arg. ff. de confeſ. l. pe. & qui ſatiſda. cog. l. ſi ab arbitro & l. ſeq.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius

ARGVMENTVM.

¶ Teſtamentum an, & quando poſſit probari per ſcripturam publicam, & quis ſit modus, vt illud probetur per ſcripturam mortuis teſtibus, & quid ſeruandū ſit in apertura vel publicatione eius.

SVMMARIVM

1 *Teſtamentum in ſcriptis poteſt probari per publicum inſtrumentum.*

2 *Notarius quæ habeat obſeruare in ſcribendo inſtrumenta quæcunque.*

3 *Teſtamentum aperire & publicare in quo differant.*

CONSILIVM LVI.

QVAERITVR Quomodo & ante teſtamentum in ſcriptis per publicum inſtrumentum probari poſſit, & plenam fidē faciat etiam, ſi teſtes, qui ſubſcripſerunt & ſignauerunt, ante teſtatorem moriantur, vel poſt ante publicationē teſtamēti, & quæ forma ſeruanda ſit, vt tuta ſit intentio teſtatoris. † Ad quod re-
1 ſpondetur, iam exploratum eſſe, teſtamentum in ſcriptis poſſe probari per publicum inſtrumentum, vt not. gl. ff. quemad. teſta. aper. l. 2. in prin. & ibi Bar. voluit ēt glo. C. de teſta. l. 1. & ibi etiam Bart. & Bald. videndum igitur quomodo inſtrumentum conficiendum erit, vt probet. vbi varij modi adhiberi poſſunt. Primus quidem, & hoc expeditiſſimum foret, ſi ab initio coram notario & teſtibus ſeptem teſtator legi feciſſet tenorē ſcripturæ & voluntatis ſuæ tunc enim dici poſſet teſtamentum inſcriptis & nuncupatiuum, cùm vtriuſque formam & ſolēnitatem haberet, vt no. Cy. C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem, poſſetque probari per inſtrumentum publicum & tanquam teſtamentum in ſcriptis, vt ſupra. & tanquam nuncupatum, vt no. C. de fideicom. l. fi. & d. l. 1. de teſta & ff. eodē l. hæredes palam. in prin. Item etiam ſi teſtamentum in ſcriptis non eſſet lectum coram notario & teſtibus, ſed teſtator coram notario & teſtibus ſeptem rogatis profeſſus ſit illud eſſe ſuum teſtamentum ita ſigillatū & ſubſcriptum a teſtibus, & ita Ia. Bu. & Bar. cum eo reſidens in d. l. 2. quemad. te. aperi. intellexerunt ibi gloſſ. & idem Bar. & Bal. in d. l. 1. de teſta. & vtitur Barto. hac colorata ratione. Creditur notario de teſtamento nuncupatiuo, & ſic de tenore teſtamenti, quàm de ſolemnitate, multo ergo magis credendum erit de teſtamento in ſcriptis, in quo de ſola ſolemnitate rogatur: non enim difficilior debet eſſe probatio ſolius ſolemnitatis, quàm voluntatis & ſolemnitatis, imo facilior, vt plene legitur & not. C. de bo. poſ. ſecundùm tab. l. 2. hoc autem ex mente prædictorū doc. & glo. intelligendum eſt, cùm ipſe notarius rogatus interfuit tempore, quo teſtamentum factum fuit ſecundùm formam l. hac conſultiſſima. in prin. C. de teſta. videlicet cùm teſtator obtulit ſcripturam, quam dicebat teſtamentum ſuum fore ſeptem teſtibus rogatis ſubſcribendam & ſigillandam, & ipſi ſeptem teſtes in præſentia teſtatoris & notarij rogati de conficiendo inſtrumento ſubſcripſerunt, & ſigillarūt, & ipſemet teſtes ſubſcribentes & ſigillantes fuerunt rogati vt eſſent teſtes inſtrumenti, & ſic ad duo rogati fuerunt, vt ſcilicet ſubſcriberent, & ſigillarent, & prætereà teſtes eſſent etiam in inſtrumento, ſic. n. poteſt dici teſtamentū ſcriptum per manum publicam. Idem tamen ſi alij ſeptem teſtes cum notario fuiſſent rogati, & audiuiſſent teſtatorem dicērem, hoc, eſſe teſtamentum ſuum, & mandātem ſubſcribi & ſignari, vidiſſentque ſubſcribi & ſigillari, ſiue notarius ante ſubſcriptionem & ſignationem eſſet rogatus inſtrumentum conficere, ſiue poſt incontinenti tamē, dummodo, vt præmiſſum eſt, ipſi teſtes inſtrumēti interueniſſent ipſi confectioni teſtamenti. & melius erit adhiberi teſtes qui ſubſcripſerunt. Aduertendū tamen
2 † ꝙ notarius in eadem charta ſic a teſtibus ſubſcripta & ſignata, puta exterius cùm ſit clauſa debet ſcribere totum tenorem inſtrumenti ſui cum omnibus ſolemnitatibus oportunis videlicet anno, indictione, menſe, die talibus, talis teſtator in præſentia mei notarij teſtiū inſcriptorum dicit, & confeſſus fuit, ꝙ hæc ſcriptura, in qua ego notarius inſcriptus præſens inſtrumentum in publicam formam conficio, eſt ſuum teſtamentum & ſua vltima voluntas rogans teſtes qui ſupra ſcripſerunt & aſſignauerunt, vt ſubſcriberet & ſigillarent, & huiuſmodi inſtrumenti teſtes eſſent, qui teſtes in præſentia teſtatoris mei notarii & teſtium inſcriptorum ad hæc omnia rogatorum ſubſcripſerunt, & ſigillarūt rogans me notarium, vt de prædictis conficiam publicum inſtrumentum, & poſtea ſe ſubſcribat notarius, & omnia ſolemnia publici inſtrumenti perficiat. Si. n. non ſcriberet inſtrumentum in eadem ſcriptura ſubſcripta & ſigillata a teſtibus, licēt faceret mentionem de ſcriptura ſubſcripta & ſigillata mandato teſtatoris, poſſet committi falſitas & produci alia ſcriptura, & ſic non probaret inſtrumentum. ar. de fide inſtru. c. cum Ioannes eremita. & per Bar. in d. l. hæredes palam, & aperiretur via falſitati contra l. iubemus. de teſta. & l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſ. & C. de fideicom. l. fi. ſi illa charta non ſufficeret, poſſet alia adiungi, vt fit in inſtrumentis magnis. dixit tamen Bald. in d. l. 1. C. de teſta. ꝙ ſi teſtamentum foret ſcriptum manu teſtatoris, & ſcriptura teſtatoris eſſet notoria, ꝓbaret, ex quo aliæ ſolemnitates probantur adeſſe per authē. & quod ſine. eo. tit. pari rōne videretur dicendū, ſi teſtamentū eſſet ſcriptum manu authentici notarij, cuius ſcriptura eſſet notoria, vel per cōparationem literarum probari poſſet, ſed præcedens modus tutior eſſet. Poſſet etiā quamuis ante ſine notario perfectum fuiſſet inſtrumentum inſcriptis adhiberi ſolemnior modus, videlicet vt teſtator coram judice competenti vocatis teſtibus,

bus,qui ſubſcripſerunt, petere, & faceret ipſum teſtamentum per ipſum iudicem publicari & authenticari ſecundùm formam l. publicati. C.de teſta. Nec per hoc eſſet opus teſtamentū aperiri. Aliud eſt enim † publicare.i.ad publicam ſcripturam & auctoritatem redigere. Aliud aparire, vt patet ex d.l. publicati. & ibi Bar.& in ti.quemad;te;apari,& licèt glo.dicat in d.l.publicati.aparıri teſtamentum, tamen illa apertura non eſt neceſſaria, eùm teſtes neſciant tenorem teſtamēti, nec ad hoc vocentur, & ideo vbi ipſe teſtator nō vult aperiri,ſed ſolū authenticari,hoc fieri debebit, nec erit opus aliquē citari tanquam de eius præiudicio agi poſſet in huiuſmodi publicatione & authenticatione, cū nō agatur principaliter de alicuius præiudicio, poſſet q; teſtator de bonis ſuis diſponere prohibito voluntatis. ar.l.adoptio.de adop.& per Bar.& alios in l.gallus.§.& quid,ſi tantum.de lib.& poſth. & iudex faciat ſcribi dicta teſtium in eadem charta, & quomodo ad petitionem teſtatoris petentis authenticari fecit citari teſtes ad recognoſcendum ſubſcriptionem & ſigilla, qui teſtes delato ſibi iuramento per ipſum iudicem recognouerunt,& dixerunt ſe ſubſcripſiſſe & ſignaſſe, vt ſupra continetur,& ideo ad inſtantiam prædicti teſtatoris petentis ſolummodo authenticari & publicam fidem teſtamento imponi, non tamen aperiri,ne volūtas eius innoteſcat. Iudex viſa fide teſtium pronunciauit, ipſas atteſtationes ſuper eodem teſtamēto in publicam formam redigi ad perpetuam rei memoriam, & ſic erit practica,ꝙ notarius mandato iudicis ſicut ſolent ſcribi acta publica,ſcribat petitionem teſtatoris, citationem teſtium, depoſitionem eorum, pronunciationem iudicis,& ſe ſubſcribat in eodem teſtamento.& ſi in eodem teſtamento hæc omnia,fieri nō poſſunt, ſcribātur prædicta acta ſeparatim,& in eodem inſtrumento notarius in publica forma conficiat inſtrumentum referendo ſummatim omnia acta,& remittēdo ſe ad acta ſubſcripta manu ſua.Tertium etiam remedium adhiberi poſſet, vt ſi teſtator confici faceret publicum inſtrumentum cum ſeptem teſtibus, quomodo talis ſcriptura ſubſcripta & conſignata per ſeptem teſtes eſt teſtamentum ſuum , & ad cautelam omnia in eo diſpoſita de nouo repetit, diſponit, & valere vult, valebit enim tanquam nouum inſtrumentū factum coram tabellione & teſtibus,licèt non exprimat continētiam,ſecundū in ea,quæ habentur per Bar.de cond.& demon.l.ſi ita ſcripſero.& ne in dubium reuocetur,ne ſit illa ſcriptura,tutius erit,quod notarius conficiat inſtrumentum ſuper eadem charta,vt prius dictum ſuit, vel ita inſtrumentum publicum contungat ipſo teſtamento in ſcriptis, quod appareat manifeſte teſtamentum eſſe illud,de quo confectum eſt inſtrumentum publicum,ſecundùm doctrinam in fine hic traditam per Bar.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi nuncium de notario qui ſignum & ſubſcriptionem voluit apponere pluribus imbreuiaturis ſeparatis.Ange.de teſta.in l.ad teſtium &c.Et ita dicimus nos infraſcripti doctores.

¶ Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſq; doctor cum municato conſilio cum excellentiſſimo & clariſſimo iuris vtriuſq; doctore domino Raphaele de Raymundis dico & conſulo vt ſupra.

¶ Et ad fidem ſubſcripſi, & ſigillum meū imprimi iuſſi &c.Raphael Fulgoſius doctor iurium.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtamentum primum an tollatur per ſecūdum imperfectum concurrente lapſu temporis 10.annorū, & quando tale tempus incipiat currere, an a tempore primi vel ſecundi teſtamenti,an medio tempore.

SVMMARIVM

1 *Teſtamentum idem poteſt pro parte valere,& pro parte non valere quidem quo ad inſtit.& ſubſt. quo ad legata non.*

2 *Medium tempus inter duo extrema vel integrum & continuatum tempus quando capiatur.*

4 *Teſtamentum an aliquo temporis curſu viuo teſtatore tollatur.*

CONSILIVM LVII.

QVAERITVR. Teſtator condidit ſolenne teſtamenti. 1388. deinde 1396. coram teſtibus nouem id reuocauit, poſtea moritur, 1405. Contentio eſt inter hæredes vnius ex inſtitutis hæredibus inteſtamento, qui non fuerat ab inteſtato patris ſa. ſucceſſurus & inſtitutum alium vel alios,qui erant de liberis mortuę perſonæ.de cuius ſucceſſione diſceptatur,& qui ab inteſtato fuerant & ſunt ſucceſſuri, ſi teſtamentum id per dictam voluntatem contrariam ſublatum ſit.Quęritur ergo,an dictum teſtamentum euanuerit ſeu ſublatum ſit, & ab inteſtato ſucceſſioni locus ſit. allegatur qd non per §.ex eo autem ſolo.in Inſtit. quib.mo.teſt. infir.Nec ob.C.de teſta.l.ſancimus,quia ſecūdùm vnū ſenſum decennium,de quo ibi,incipit a tempore reuocationis factæ,hic autem ex tempore reuocationis nō tranſierat decennium . Nec rurſum ſecundùm alium ſenſum obſtat,ſecundùm quem incipit quidem decēnium ex tēpore conditi teſtamenti.Sed debet recurriſſe decennium ante ipſam reuocationem. ſic vult Azo in ſumma de teſta.verſus ſi.& eiuſdem ſententiæ dicūtur fuiſſe Ang.& Bu.eo ꝙ magis eſt, etiā glo. idē tenet in ſi.glo.ſi.vnde dicit, primi ſubaudiūt poſt. nos ante,& ſic ex ſententia glo.eſt, vt decenniū ante reuocationē defluxerit,palā autē eſt in propoſita ſpecie a tēpore cōfecti teſtamenti vſque ad reuocationē, ne tranſcurriſſe decenniū. Manet igitur teſtamentum in ſuo robore

1 † quo ad inſtitutiones, & ſubſtitutiones, licèt non quo ad legata.vt ff.de teſt.mil.l.militis codicillis.§.veteranus.& de adi.le.l.3.§.ſi.& l.ſeq.& l.ex parte.

¶ In diuerſam partem arguitur,nā certū eſt ꝙ decennium de quo loquitur l.ſancimus præal.C.de teſt. incipit a tempore confecti teſtamenti, in manifeſte colligitur ex tex.d.l.ſancimus.ibi.& poſteius confectionē decennium profluxit &c.& eſt ſententia gl ibi.& Cy.&omnium ſequentiū,quo aūt tēpore debeat interueniſſe contraria voluntas teſtatoris,dicit tex.Sin aūt cōtraria voluntas in medio tēpore oſtenditur &c.Et vt referatur & cōtinuetur ad præcedentia, debet intelligi medio tēpo.ſ.de quo dixerat,hoc eſt,decennij poſt cōfectionē teſtamēti,ſecundū quē ſenſum palā eſt ſatiſfactū illi legi, quoniā ante cōpletū decennium reuocatio teſtamenti facta eſt, & ſic teſtamentū ſublatū eſt tā ex cōtraria volūtate defecti,ꝗ ex tranſcurſu decennij,quod ab ipſa teſtamenti cōfectione ſine dubitatione profluxit.Sed & ſi illa ver

2 ba,in medio tēpore &c.† intelligantur de medio tēpore inter teſtamēti confectionē & mortē teſtatoris, adhuc legi ſatiſfactum eſt,quia contrariā voluntatē aparuit teſtator inter teſtamentu confectionē & mortē teſtatoris, hoc nāq; manifeſtū eſt.Et ſic adhuc ſublatum eſt teſtamentū,& cōter inteſtato ſucceſſioni locus eſt. Tertio vere modo dicitur, dicta verba in medio tēpore poſſe intelligi.(inter completū decenniū & mortē teſtatoris, ſi contraria voluntas teſtatoris aparuerit, & ſecundū hunc ſenſum nō eſſet ſatiſfactum illi legi ſancimus.nec eſſet ſublatū teſtamentū, quia ante cōpletū decenniū teſtator cōtrariā ſuā voluntatē aperuit, verū hic ſenſus nāq; literæ conuenit, quia tūc nō in medio tpe , de quo prædixerat , ſed potius poſt dictū tēpus teſtator contrariā ſuā voluntatē aperuiſſet.Nec eſt verus hic ſenſus.nec ſtare poteſt,vt exigatur contraria voluntas teſtatoris poſt decenniū tm̄ a confectione teſtamēti.ne anterior voluntas contraria proficiat.Nam in illo verſi.ſin antē in medio, loquitur legiſlator de contraria voluntate teſtantis,ſiue ſit perfectiſſima ſecunda teſtamenti compoſitio , quo caſu ipſo iure prius tollitur teſtamentū,ſiue alio prorſus adminiculo,ſiue tantummodo dixerit teſtator, non voluiſſe prius ſtare teſtamentum

mentum vel alijs verbis vtendo, contrariam aperuit voluntatem coram tribus teſtibus, vel apud acta, quo caſu ſecundo non ſufficit ſola voluntas contraria, ſed exigitur profluxus decennij cum contraria voluntate &c. Conſtat porro, q ſiue ante completum decennium ſiue poſt completum contraria voluntas teſtatoris, quæ ſit perfectiſſima ſecundi teſtamenti compoſitio, interuenerit, tollitur teſtamentum prius factum, nec illa verba, in medio tempore, poſſunt intelligi eo caſu, vt taxationem notent temporis decennij iam cõpleti & tranſacti, ſed accipienda ſunt ſecundùm alterum duorum ſenſuum priorum prius relatorum, ergo ita debebunt intelligi & accipi cum contrariã voluntatem aperuit non in forma ſecundæ perfectiſſimæ compoſitionis teſtamenti, ſed dicendo nolle ſe prius ſtare teſtamentum, hoc namque ex eo deprehẽditur, quoniam in prin. illius ver. ſin autem in medio tẽpore, vtrunq; caſum comprehẽdit, & ſic illa verba, in medio tẽpore, quo ad vtrunq; caſum idem tempus ſignant, licèt poſtea diſtinguat ipſos caſus, & ſingulos proſequatur. Et huius ſententiæ eſt Ang. qui ſic ait, vt in libro meo ſcriptum eſt ſuper illis verbis. in medio tempore, appellatur hoc medium tempus ante decurſum decennij vnde totum illud tempus intermediũ inter confectionem teſtamenti & curſum temporis completum appellatur tẽpus mediũ, & appellatur illud tẽpus decennij ſecundũ verã opi, & approbatã in glo. magna in fi. a tempore teſtamenti, & hoc ſequebatur Iac. But. & Cy. licèt alios referat aliter dicentes, quos improbat. ſic ſcribit Ange. quamuis aliqui cum dicant contrarium dicere. Sic enim debet intelligi gl. d. l. ſancimus. in gl. vltima. in fi. dum dicit, nos ante, nã glo. ibi quærebat duntaxat, quando incipiebat decennium, & cùm aliqui dicerent poſt apertam voluntatem contrariam incipere, ipſa glo. ſubdit, tu dic a tempore compoſitionis teſtamenti, vt patet in prin. huius l. primi ſubaudiunt poſt nos ante. Illa ergo verba, poſt, & ante, ex mente gl. referuntur ad principium decennij, quia ſecundùm primos incipit illud decennium tantùmodo poſt contrariã voluntatẽ ſm glo. etiam ante Non autem vult gl. decidere, q finis decennij & ſic totum decenniũ debeat præcedere contrariã voluntatem teſtatoris, quia de hoc non quærebatur, nec erat vlla contentio. Et ſimiliter debet intelligi Azo in ſumma, vt intelligatur ſecundù gl. quã fecerat in ipſa, & ſuper ipſa l. ſancimus. & de eo de quo quærebatur & dubitatur in ipſa l. ſancimus, vt illud verbum Azo in ſumma poſtea accipiatur propterea, vt duo copulatiue & coniunctim exigantur contraria voluntas & tranſcurſus decennij, quo autẽ tẽpore exigatur contraria voluntas ante implementum decennij, vel nõ, non reuocabatur in dubium, & tex. quo ad contrariã voluntatẽ in fi. ſimpliciter & indeterminate loquitur reſpectu tẽporis, licèt in præcedentibus dixiſſet, in medio tempore, quæ verba qualiter intelligi debeant ſu-
4 pra monſtratum eſt. Illud etiã adijciendum eſt, † q veteres leges volebant, q ex ſolo tranſcurſu decennij tollitur teſtamentum quaſi tanti tẽporis lapſu q voluntates hominũ & perſonarũ conditiones mutarentur q prohibet d. l. ſancimus. Sed ipſas leges veteres admittit, ſi cũ tẽporis curſu concurrat voluntas cõtraria teſtatoris, licèt non ſit perfecta ſecunda teſtamenti cõpoſitio. Incipiebat autẽ decennium ſm leges veteres, a tẽpore teſtamenti confecti. Nam alioquin a quo inciperet vel incepiſſet. Cũ itaq; olim ſolo profluxu decennij teſtamentũ tolebatur, hodie contraria quoque voluntas exquiratur, quid refert quo tẽpore contraria voluntas teſtatoris interueniat ſiue ante completũ tempus, ſiue poſt, & quæ differentiæ ratio poterit aſſignari? certe nulla, dũ tamen ſimul concurrant & lapſus decennij & contraria voluntas. & ideo cum nulla poſſit differentiæ reddi ratio, ceſſabit ea differẽtia, ar. C. de lib. præt. vel ex hæ. l. 1. in fi. & l. ſal. Sicq; trahenda ſunt verba Azonis & glo. ad tex. d. l. ſancimus. per quẽ loquuntur & mentes eorum, non oportet namq; ius ciuile calũniari & verba eius, vel gl. captari. ſed qua id mente diceretur, animaduertere cõuenit, vt dicit Paulus iuriſconſultus in ſimili ff. ad exhib. l. pe.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta vt hæreditas deueniat in aliquem vel eius hæredem, de quo hærede intelligi debeat, & an Inſtitutio facta de vxore in vſufructu omnium bonorum alio non dato hærede dicatur ſingularis vel vniuerſalis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum appellatione quando contineantur etiam extranei.*
2 *Hæreditas an poſſit deferri vno ſingulariter & vniuerſaliter.*

CONSILIVM LVIII.

PATERFAMILIAS Teſtamento ſolemni factis certis legatis inſtituit ſibi hæredem in omnibus ſuis bonis vxorem ſuam. ita tamen q ſit hæres vſufructuaria in vita ſua tantum. Et q poſt mortem dictæ vxoris hæreditas ipſius teſtatoris libere, integre, & ſine vlla diminutione veniat ad dominas G. & C. filias quondam I. fratris ſui ſeu hæredes earum. † Quæritur cum altera dictarum G. & C. ſine liberis mortua ſit poſt mortẽ teſtatoris viua vxore ſupraſcripta hærede, ſicut præfertur, teſtamento facto, quo ſibi maritũ hæredẽ inſtituit, qui & hæres extitit, poſſit & idem mari-
1 tus mortua poſt dicta vxore teſtatoris partem hæreditatis dicti teſtatoris ex dicta ſubſtitutione repoſcere. Et allegatur q non, ex perſona namq; vxori ſuæ ſubſtituta minime, cum fuerit ſubſtituta ſub conditione, videlicet poſt mortẽ vxori teſtatoris hæredis inſtitutæ ea viua deceſſerit, vt ff. quando di. le. ce. l. ſi cum hæres. & de condi. & demõſtra. l. hæres meus. in prin. de ſuis & legi. l. ſi ex pluribus. in fi. & de acqui. re. do. l. ſubſtitutio. & quod not. in eis. Ex perſona quoq; ſua non, quia illis verbis, ſeu hæredes ipſarum, comprehenduntur ſoli liberi earum. ar. ff. ad treb. l. ex facto. § fin. & quod no. per Bar. ff. de lib. & poſth. l. gallus. §. etiã ſi parente. ſecundum Ricar. Malum.

¶ Sed diuerſam ſententiam veriorẽ arbitror, dictũ maritũ ſubſtitutæ & hæredem ex illis verbis, ſeu hæredes ipſarum, in ipſa ſubſtitutione vocari, cum appella-
1 tione hæredum † etiam hæredes extranei cõprehenduntur, cum profertur in ea re, quæ ſui natura ad quoſcunq; transferatur hæredes, vt ff. de verb. ſig. l. hæredis appellatione. & l. ſciendum. cũ legibus allegatis in eis. C. de hære. inſti. l. fina & de leg. l. in annalibus. & notatur per Bar. in d. §. etiam ſi parente. in l. gallus. Conſtat autem hæreditatem ſemel alicui quæſitam ad quoslibet tranſmitti ſucceſſores, vt præalleg. l. fi. C. de hære. inſti. & ff. de hære. peti. l. 3. §. 1. & ad l. ex facto. §. fi. reſpõdetur ſecundum quod ibi glo. reſpondet, quia in caſu ſingulari ipſius §. appellatio eius hæredis reſtringitur tãtum ad liberos eius. cui fiebat ſubſtitutio, quoniam alias illa ſubſtitutio foret inanis & ridiculoſe facta, cũ vix aut nunquam contingat, quod quis ſine hærede decedat, alias autem extra illum caſum regulariter appellatio hæredis etiam a teſtatore prolata, & ad alterius perſonam relata cõprehendit extraneos quoque ſucceſſores. Et eodem modo reſpondetur ad id quod no. Bart. ſecundùm Ricar. in præalleg. §. etiam ſi parente. quia diuerſus eſt caſus a propoſito, & diuerſa ratio. Nam in caſu ibi poſito per Bart. non tantum inſtitutum prætulerat ſubſtituto, verũ etiam liberos inſtituti, hic vero ſolam inſtitutã, non liberos eius prætulit ſubſtitutæ, immo liberis inſtitutæ prætulit ſubſtitutas, vt colligitur ex not. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub-

condi.

condi.tac l.generaliter.§.1.in gloſſ.quæ incipit,eidem in omni poſteritate &c.ad fi.glo.Si ergo ſubſtitutas & earum liberos liberis inſtitutæ præponit,ita etiam hæredes quoſlibet ipſius ſubſtitutæ voluiſſe præferre ſucceſſoribus extraneis inſtitutæ credendū eſt, eo maxime quòd hi hæredes ſubſtitutæ ſunt de agnatione tam teſtatoris, quàm ipſius ſubſtitutæ præmortuæ, quod & Bart. vbi ſupra licèt in perſona inſtitutæ conceſſerit.Iuſta namq; ratione præſumpſit prudens teſtator, ꝙ dictæ ſubſtitutæ,quas agnationis iure ipſe ſubſtituerat, ipſæ quoq; in extraneis ſcribendis hæredibus ius agnationis inſpicerent, ſicut & ipſe proſpexerat optimo exemplo, quod in eis teſtator obſeruauerat eas admonens, omne vero ius vxoris, quam in vita ſua dumtaxat hæredem inſtituerat, voluit eius prorſus morte finiri, non autē ad hæredes etiam eius liberos forſan ex altero matrimonio pertinere, quod maxime inducunt illa verba, ita tamen quòd ſit heres vſufructuaria &c. quæ res in oppoſitum cederet, ſi præmortuis ſubſtitutis ſine liberis quaſi defecta conditione fideicommiſſi remanſura foret hæreditas apud ipſam vxorem teſtatoris,& eius communiter hæredes. Illud porrò haud inſubtiliter acceptari poſſet ex ſententia teſtatoris,quòd per illam limitationem, Ita tamen quòd ſit hæres vſufructuaria &c.fuerit inſtituta hæres in vſufructu bonorum omnium, ſicque fuerit ſingularis hæres. hoc eſt,certæ rei, ſcilicet vſufructus, filiæ verò fratris fuerunt vniuerſaliter inſtitutæ, pure videlicet: & verba illa poſt mortem dictæ vxoris ſuæ &c. non verbum,deueniant immediate reſpiciāt,Sed illa verba,libere integre & ſine vlla diminutiōe,quaſi etiam viua vxore ſint hæredes, ſed cum detractione & diminutione vſufructus. poſt mortem vero liberè &c. Et hanc fuiſſe mētem teſtatoris inſinuat ſubiecta clauſula,iubens & mandans quòd dictæ G & C. non poſſint dictam vxorem compellere ad culturam poſſeſſionū ipſius hæreditatis, vel ad aliud dum uixerit, niſi namque ea fuiſſet mens teſtatoris, vt etiam viua vxore proprietas hæreditatis foret filiarum quōdam fratris, vt quid de vſufructu dixiſſet? qui nunquam fuiſſet a proprietate ſeiunctus. Aut quid prohibuiſſet, ipſas filias fratris dictam ſuam vxorem,quę fuiſſet ſibi pleno iure hæres,ad culturam poſſeſſionum compellere.hoc enim ad proprietarium pertinet cum vſufructus alienus eſt,vt ff. vſufr. quemad. ca.l.1.§. cauere. & § ſequen. Quibus ex omnibus relinquitur concludendum,dictum maritum ſubſtitutæ ad dimidiam hæreditatis admitti ex illis verbis. ſeu hæredes ipſarū. Aut ex perſona defunctæ,quæ viua quoque vxore hæreditatem adierit,hæreditatemque quæſierit.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius. doctor vtriuſque iuris minimus &c.

ARGVMENTVM.

¶ Actio competens filijs vel alijs perſonis pro dote, an habet priuilegium dotis. & an ſtatutum diſponens. dotem eſſe reſtituendam filijs mortua muliere in matrimonio intelligatur in eodem matrimonio, ex quo filij orti ſunt, an verò de quolibet matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Soluens alij quàm debuerit,non liberatur.*

2 *Actio perſonalis non dicitur niſi in hæredes vel ſimiles ſucceſſores actiue vel paſſiue tranſire.*

3 *Statutum Mutinæ,diſponens dotem a patre profectam ad patrem non redire, ſed ad filios vtriuſque matrimonij quo caſu loquatur.*

4 *In ambiguis pro dotibus eſt iudicandum.*

CONSILIVM LIX.

DOMINA Beata habēs duos filios ex priore matrimonio nupſit comiti Petro,cui pater dictæ dominæ Beatæ dedit dotē, pro eaque ſtipulatus eſt,eam debere reddi dictæ d.Beatæ, aut hæredibus eius, aut cui ius dederit,ſaluo tamen ſemper ſtatuto Mutinæ. vnde vir erat oriundus, & cōtractus dotis celebratus. deinde mortua eſt in matrimonio nullis liberis ex ſecundo matrimonio,ſed tantum dictis duobus primis ſeu ex priore ſupeſtitibus, quos inſtituit ſibi hæredes in 10 lib.ſingulis,partem vero ſuum,a quo fuerat emācipata,ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, cui dictus comes Petrus vir ſecūdus dimidiam dotis reddidit tā quam hæredi dictæ dominæ B. Aliam vero dimidiam ſibi lucri ſtatuti actoritate retinuit. tandem dictus comes Pe. aliam vxorē D. Catherinam duxit, a qua ſeu cuius patre dotem accepit,& eiuſdem quantitatis ſibi donationem propter nuptias fecit, & poſt eidem omnia bona ſua donauit,& mortuus eſt nullis liberis vel parentibus ſuperſtibus relictis, quæ & ipſorum bonorum donatorum poſſeſſionem quaſi donatione morte confirmata corporaliter nacta eſt per patrem. Nunc vero filij dictæ d. B. ex priore marito petunt dimidiam dotis maternæ ab hæredibus dicti comitis Petri ſi qui ſunt, & in bona dicti quondam comitis Petri agunt contra dictam d. Catherinam poſſidentem per hypothecariam. Quæritur quid iuris.viſo ſtatuto Mutinæ tam veteri,quam nouello.

¶ In propoſita quæſtione,quia res non caret ambiguitate,quo magis veritas illuceſcat,arguam in vtraq; partem ſub compendio. Et videtur,dictum comitem Pe.non rectè ſoluiſſe, ſeu reddidiſſe dimidiam dictæ d.B.patri & hæredi eius propter ſtatutū Mutinę,quod vetat dotē à patre profectam ad patrem redire defuncta filia in matrimonio liberis extantibus, Sed iubet eam reddi liberis vtriuſq; matrimonij: & ſi plura fuerint matrimonia,iubet, eam diuidi inter omnes pro virilibus portionibus,ſaluo quod ipſa mulier poſſit teſtari de 8. parte ſecundum vetus ſtatutum pro anima ſua. Secundum vero nouellum poteſt diſponere aliquod in præiudicium filiorum in vltima voluntate,male itaq; dictus comes Petrus dimidiam dotis dictæ d.B.reddidit patri & hæredi eiuſdem dominæ B. cùm debuerit eā reddi filijs prioris matrimonij, † & ſic alij cum ſoluerit,quàm debuerit,liberatus non extitit,vt ff.de ſol.l.qui hominē §.ſi nullo.& de pe. hær. l.ſed ſi lege.§.ſi minori in fi. Et ſibi competiji indebiti condictio cōtra patrem dictæ d. B. quæ & hæredibus eius competit. ad quod ff.ſi cer. peta. l.cum fundus §. ſeruum tuum.& ibi no.per Bart. & in l.ſi me & Titiū. Quamobrem poteſt hæres dicti comitis Pe. ad ipſam dotis dimidiam conueniri per filios dictæ dominæ B. actione pſonali & hypothecaria ſimul, ſi res aliquas dicti quōdam comitis Pe.poſſideat ex generali hypotheca,quæ pro dote competit, vt C.de rei vx. ac. §. vt plenius, & ipſa domina Catherina, quæ vt proponitur poſſidet velut ex cauſa donationis morte confirmatæ,& dotis ac propter nuptias donationis,facta tamen hæredum & bonorum, ſi qua in hæreditate remanſerit,excuſſione præmiſſa,vt in Auth.de fideiuſ. §.ſed neque.& C.de pig.& hyp.auth. hoc ita. & ex lege municipij Mutinenſis.

¶ In oppoſitum arguitur vbi ſciendum.ꝙ cùm lex noua nouam obligationem inducit,ſi non ſit cautum in ea,quo genere actionis experiamur, agitur condictione ex ipſa l. vt ff. de condi. ex lege. l. vnica. Cùm itaque ſtatutum Mutinæ de vxore cognita & in matrimonio mortua iubeat dotem reddi filijs & inter eos diuidi pro virili, etiam ſi ex varijs matrimonijs fuerint contra matris teſtamentum,etiam ſi non ſint hæredes matris,nec cautū ſit in eo ſtatuto, qua actione agere debeant, & dotis actio, quæ matri competebat,

tebat, eis, qui non ſunt matris hæredes, cõpetere nequeat, vt C. de hære. inſti. l. quotiens. Nec enim tranſit
2 perſonalis actio † niſi in hæredes vel ſimiles ſucceſſores actiuè vel paſſiuè vt in iuribus vulgaribus, conſequens eſt dictis filijs ſolam ex l. municipij condictionẽ cõpetere. Nec huic ex l. condictioni data eſt ipſa hypotheca ipſa l. municipali, nec ex iure cõmuni competit. nam hypotheca, quæ pro dotibus data eſt, data eſt actioni ex ſtipulatione, quæ fingitura a muliere interpoſita, ſeu vere fuerit interpoſita, nõ autem actioni ex ſtipulatione, quæ fuerit interpoſita ab extraneo. quid enim ſi eum mulier dotem marito det aliquem cohibuerit animo donandi, qui in certum caſum ſoluti matrimonij dotis partem ſtipulatus eſſet ſecundũ l. quæ dotis. ff. ſolu. matrim. habebit ne is tacitam hypothecam, profecto minime, quia cautum non eſt. l. namque vnica. §. & vt plenius. C. de rei vx. ac. dat hypothecam tacitam actioni ex ſtipulatu, quã ipſa pro muliere vel patre, in cuius ſit poteſtate, introducit, non alijs, ſi quis recte proſpexerit. ad quod facit in ea. l. de rei vxo. act. §. accedit, vbi extraneo, qui dotẽ dederit & eam ſibi reddi pactus vel ſtipulatus eſt, competit actio præſcriptis verbis vel ex ſtipulatu, & ſicut illa præſcrip. verbis actio non habet dotis priuilegia, cùm non ſit bonæ fidei, vt Inſti. de act. §. actionum. pari ratione nec habebit tacitam hypothecam, licèt ergo dicti filij dominæ Betæ perſonali actione ideſt ex legis condictione agere potuerint contra hæredes comitis Petri ſi qui ſint, contra tamen dictam dominam Catherinam poſſidentem certas res dictiq. comitis titulo donationis & dotis neq; perſonali agere potuerũt. cùm ipſa non ſit hæres dicti comitis Pet. vt C. de hær. actio. l. fi. neq; hypothecaria, cùm hypothecam non habeant, vt ſuperius edoctum eſt. Quin etiã ſi hypotheca competeret, cùm in bonis & in hæreditate dicti quondam comitis Petri foret indebiti condictio contra hæredes patris dictæ quondam dominæ Betæ ſi pater ipſe non viuat, ad dictam dotis dimidiam indebite ſolutam ceſſaret hypothecaria contra extraneos poſſeſſores, & ſic contra dictam dominã Catherinã, niſi proponerentur hæredes dicti patris dictæ dominæ Betæ non eſſe idoneos vt in præalle. §. ſed neq; in Auth. de fideiuſ. & C. de pig. auth. hoc ita. Rurſum
3 diligenter proſpiciendum eſt, quia † ſtatutum Mutinæ tam vetus, quàm nouũ, quod diſponit dotem a patre profectam ad patrẽ nõ redire, ſed ad filios vtriuſq; matrimonij, loquitur eo caſu, quando mulier eſt defuncta in matrimonio liberis extantibus in ipſo matrimonio, in quo moritur, quod etiam iudicant illa verba vtriuſque matrimonij. nã in caſu propoſito dicta domina Beta mortua eſt in matrimonio ſecũdo, ex quo liberi non extabant, non autem mortua eſt in priore matrimonio, ex quo filij ſuperſtites ſunt, nec conſuetudo ſeu ſtatutum vno caſu loquens ad alium caſum extendendũ eſt, vt ff. ſol. ma. l. ſi vero negociũ. §. de viro. & de legi. & ſe. l. quod no. contra. & ita no. Bar. recte in his terminis ſeu omnino ſimilibus in cõſuetudine, quæ eſt ſecura opinionem Martini Goſiani in l. dos a patre ꝓfecta. C. ſol. ma. & ff. ſol. ma. l. poſt dotem. in verſi. & iſta diſputatio, vbi etiam refert ita fuiſſe deciſum per octo doctores Bononiæ, & ſe putare id verum eſſe. Et hanc interpretationem adiuuat; quia ſtatuta ſunt ſic interpretanda, vt minus corrigãt ius commune, quàm poſſint, vt ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. & ſi lege & C. de noxa. actio. l. 2. & de cõſuetu. c. cum dilectus. Nec dicat quis, ꝙ ſit intellectum ſtatutum, idẽ dicer ꝙ conſuetudo generalis prius introduxerat, de qua in præall. l. dos a patre. C. ſo. ma. & ſic nihil operaretur ꝙ non eſt ferendum, vt præalle. c. cum dilectus. quia reſpondeo, ꝙ imò duo operatur, & quia conſuetudinem, de qua potuiſſet dubitari an eo loco ſeruaretur, in ius ſcriptum & proprium ipſius ciuitatis redigit, & ſic feudorum conſuetudines in ſcriptis ſunt redactæ, quæ conſuetudinis probatio plerumque difficilis eſt, vt tractatur ff. de leg. & ſena. cõ. l. de quibus. & C. quæ ſit lon. conſue. l. cõſuetudinis. tollatur quæſtio de qua in d. l. dos a patre profecta. inter ipſos Martinum & Bulgarum, cæterosq; iuris noſtri gloſſatores mouebatur vnde facile ad eam decidendũ facta fuit ea conſtitutio Mutinæ, Bononiæ terminata, quia ea quæſtio tractabatur, denique etſi ea conſuetudo dudum antea valuiſſet, id tamen ſtatutũ nõ ſuperfluũ eſt, nec occupat membranas, interpretatur namque & declarat eam conſuetudinem, & Mart. opinionẽ, quæ recte verbis dictæ cõſtitutionis vtitur, & quædam circa ea dubia diffinit, ꝙ ſcilicet dos ipſa non ad liberos ſecundi matrimonij, in quo mortua eſt mulier, redeat apud ſecundum virum remaneat, ſed ad liberos etiam prioris matrimonij vel priorum etiam ſi plura præceſſiſſent matrimonia, ex quibus liberi ſupereſſent, & non in ſtirpes, ſed in capita, & pro virilibus dos diuideretur inter ipſos liberos, quæ ipſa Martiniana opinione & ſecundùm eam conſuetudinem non fuerunt explicata. Et ſecundùm hanc ſententiam illa dotis dimidia, de qua quæritur, recte fuit data per comitem Petrũ hæredi dictæ Betæ, nec filij eius vllam habent actionẽ in rẽ vel perſonalẽ contra hæredes dicti comitis Petri, nec contra dictam d. Catherinam vltimam dicti comitis Petri vxorem. Et ſic male iudicium contra eos inſtituerunt, ipſique hæredes ſi qui ſunt, & dicta domina Catherina prorſus abſoluendi ſunt. Et hæc ſecunda pars profecto videtur eligibilior, tum quia per eam ius commune magis ſeruatur, & legum correctio deuitatur, tum quia in dubiis ſolet pro reo iudicari, vt ff. de re iudi. l. inter pares. de reg. iur. l. fauorabiliores. & cùm iura parti ſint in obſcu
4 ro &c. vt in regula, Cũ ſunt, de reg. iur. in 6. Tũ † quia in ambiguis pro dotibus iudicãdum eſt. ff. de iure do. & de reg. iur. l. in ambiguis. vt ipſa d. Catherina non remaneat indotata, & ſic nequeat nubere ac ciuitatẽ legitimis hominibus replere. Ipſi namque filij dominæ Betæ licèt dotem petant, de dote materna agunt, quam velut lucrũ petunt, nec ſubeſt ratio fauoris dotium, de quo in l. 1. ff. ſol. ma. cum mater ipſa mortua ſit, vt C. de codicil. l. fi. Poſſunt tamen ipſi liberi cõtra auum maternum vel eius hæredes ſupplementũ ſuæ legitimæ portionis ſine exceptione depoſcere. vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. cæterum. Mouet etiam vehementer quòd viuentibus vitrico & auo materno ſemper & tanto tempore ſiluerunt, nec vnquam de ea dotis dimidia queſti ſunt, qui potuerunt cauſam ſuperſtitis adiuuare. Nunc autem contra d. C. infectam defenſionum, vt eam ſua dote & dotalibus iuribus exuant, non ſine calumniæ ſuſpicione litem inſtituũt. Quibus ex omnibus reliquitur concludendũ cauſam dictæ d. Catherinæ iuſtiorem eſſe, nec poſſe per filios quondam d. Betæ quomodolibet in ſua maxime dote & propter nuptias donatione vexari.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *Dotis onus ad eum ſpectare debet, ad quem pertinet onera matrimonij, & quæ conſideratio ſit habenda in computatione legitima, & an in ea teneat grauamen aliquod.*

CONSILIVM LIX.

G DECESSIT Facto teſtamẽto, quo tres filios ſuos legitimos & naturales ſibi vniuerſales hæredes inſtituit, tres autem nepotes ex præmortuo filio in certis rebus immobilibus & mobilibus, quorũ duo erant vxorati, & dotes uxorũ dictus G. auus paternus acceperat, Tertius erat impubes iuſſitque onus reſtituendarum dotium prædictarum in totum uel in partem

tem ipſis nepotibus ſuper bonis eis relictis, quoniam erant vltra legitimam portionẽ eorum. incumbere. Quæritur quid iuris.

1 ¶ † Super eo quod quæritur cõcluſiue dicendũ eſt, dotes vxorum dictorum duorum nepotum integras anteponi, & dictos duos nepotes percipere debere, cùm onera matrimoniorũ ipſi ſunt laturi, ibique eſſe debeat dos. vbi & onera matrimonij. vt ff. fa. erci. l. ſi filia §. ſi filius. §. hoc amplius. & §. percipere. & l. ſi maritus. & de iure do. l. ſi is. §. 1. deducta itaque dotium quantitate ex bonis relictis dictis duobus nepotibus vxoratis & eorum portionibus ſtatim & non expectato caſu reſtitutionis ipſarum vel alterius earum, inſpiciendum erit, quòd ſi ſupererit ex bonis ſibi relictis & eorum portionibus, & ſi quidquam quoq; ſupererit, valeat ad legitimam eorum portionem, contentos eos eſſe oportebit, nec queri poterunt, nec vltra quicquam petere. Et ſimiliter ſi tertia pars relictorum ipſis nepotibus, quæ tangit nepotem impuberem deductis ipſis dotibus, ſufficiat ad legitimam eius portionem, oportebit eum eſſe contentum, nec vltra queri aut petere poterit. Eſt autem legitima, horum trium nepotum tertia pars quartæ portionis omnium bonorum dicti quondam Gerandini deducto ære alieno, quo computabitur etiam ipſum debitum dotium prædictarum ſecundum quod hæc probantur C. de inoffi. teſta. auth. nouiſſima. & in corpore vnde ſumitur. & ff. de inoffi teſt. l. papi. §. quoniam autem quarta. Si autem deductis dictis duabus dotibus, quas ſtatim debẽt dicti nepotes præcipuas habere, quod ſupererit, non ſufficiet, nec valebit ad dictam tertiam quartę, poſſunt dicti nepotes petere quod ſibi deerit ad tertiam quartæ a patruis & hæredibus patris & aui paterni protinus adimpleri, vt in authen. vt cum de appella cog. §. cæterum. debent enim dicti nepotes tres omnino tertiam habere quartæ præter & vltra dotes ipſas, quas debent habere præcipuas. Nec ſupra concluſis retragatur ſtatutum quoddam, quod incipit ſtatuimus & ordinamus, quod teſtamenta vltima, quæ fient &c. quia illud ſtatutum prouidet vltimis teſtamentis, ne priora eis derogent, quæcunque conditiones aut verba fuerint in prioribus, fortaſſis appoſita, non autem diſponit. quod in teſtamentis licèt vltimis non habeant locũ leges, nec ea interpretatio prorſus admittenda eſt, vt arg. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. in prin. Et quia legum correctio pro iuribus euitanda eſt, vt arg. in c. cum dilectus de conſue.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Mandato teſtatoris, ſi hæres non nupſerit oriundo alicuius loci, an ſit parendum & an ſufficiat, quòd quis ſit effectus oriundus in loco illo per gratiam vel reſcriptum principis, & an. & quando princeps poſſit tollere ius alteri quæſitum, vel reſcriptum concedere contra ius gẽtium, etiam cum clauſula ſpeciali & de plenitudine poteſtatis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio præſtans impedimentum matrimonio reijcitur.*
2 *Statutum principis lex eſt, & quid de reſcripto.*
3 *Teſtator an ſuum hæredem in adeunda hæreditate poſſit in aliquo ſub pœna coercere.*
4 *Reſcriptum principis ius alienum abſorbens reſpuendum eſt.*
5 *Reſcriptum principis an poſſit teſtamentum perfectum infringere.*
6 *Papa ſoli conceſſum eſt relictum ob piam cauſam alterare.*
7 *Aetatis priuilegium non debet derogare iuri alieno.*

CONSILIVM LXI.

DOMINA Catherina ſuo teſtamẽto ſolẽni ſibi hæredẽ vniuerſalẽ inſtituit Ioannam neptã ſuam, & iuſſit quatenus ipſa Ioanna nõ poſſit nubere alicui, qui non ſit oriundus terræ Ripæ Tridenti, cuius erat ipſa teſtatrix. & qui nõ habitet in terra ea Ripæ & ſi dicta Ioan na ſecus fecerit aut quacunq; ex cauſa hæres non erit, ipſam Ioannã in tertia dũtaxat parte hæredã inſtituit, & cõe dictæ terræ in alijs duabus. Itẽ ſi præcepto teſtatricis paruerit, quia nupſerit oriũdo & habitatori dictæ terræ, ſed ſine liberis deceſſerit, eidẽ Ioannæ ſubſtituit dictũ cõe cũ certo onere in piã cauſam vtroq; caſu inſtõnis & ſubſtitutionis prædictarũ de dicto cõi ſactarũ poſt mortua teſtatrice & eius hæreditate agnita per Ioannã prædictã, Antonius de quinto & Nicolaus eius filius Veronẽſis impetrauerũt a principe, vt ſint cõitarenſes terrezani natiui & originarij atq; habitatores caſtri ripæ Tridentinæ diœc. prædictę, quodq; pro talibus habeant. & reputẽtur, & tractent, quo ad oẽs honores, onera, vtilitates, & cõmoda, quos, quas, & quę ſubit, percipit, & cõſequitur quilibet natiuus & originarius & habitator dicti caſtri ſiue terræ prædictæ, & perinde ad ea oĩa admitti ſine impedimẽto quorũlibet, ac ſi ipſi Antonius & Nicolaus eſſent natiui originarij & habitatores caſtri & terræ prædictæ, quodq; dicta Ioanna inſtituta, vt ſupra poſſit cõtrahere cũ Nicolao pdicto, cùm peruenerint ad ætatẽ legitimã in matrimonijs, conditionibus, grauaminibus, & verbis pœnalibus in dicto teſtõ ſeu inſtitutione poſitis & cõtentis nequaq̃ obſtãtibus. Et quod ex tunc conditionẽ grauamẽ & huiuſmodi plene adimpleſſe dicatur, & reputetur, dum mõ ſponte cõtraxerit dictũ matrimoniũ, perinde ac ſi dicta Ioanna cũ viro originario & habitatore dicti caſtri ſeu terræ ripæ matrimoniũ contraxiſſet, ſupplẽdo & habilitãdo oẽm defectũ in pmiſſis, ſi quis dici cogitari aut reperiri poſſit, & de plenitudine ptãtis remitẽdo, & ſup hoc diſpenſando ac ẽt dictam Ioannã ab omni cõditione, grauamine, ac pœna in ipſo teſtõ ſeu inſtitutione cõtento ex certa ſcientia liberando, cum clauſula, non obſtantiũ pleniſſima quantũ poſſit dictari. Tandẽ dicta Ioãna ætatis nubilis nupſit dicto Nicolao, & dictũ cõe dicti caſtri ſeu terræ Ripæ prædictę per ſyndicos ſuos auctoritate iudicis cõpetentis miſſum eſt in poſſeſſionẽ certorũ immobiliũ dictæ hæreditatis quæ poſſidebantur per dictã Ioannam, ea tñ citata & cõparente ac contradicente dicto Antonio de quinto tamquã legitimo adminiſtratore dicti filij ſui & nuncio ac procuratore dictæ Ioannæ, tũc tamen mandatũ non exhibuit, licèt petierit ſibi alium terminum ſtatui ad exhibendum. Ex his omnibus quæritur in duabus partibus dictæ hæreditatis, cuius potior cauſa ſit, vel dicti communis, vt præmittitur inſtitui, an dictæ Ioannæ &c.

¶ In propoſita quæſtione quo melius veritas eluceſcat arguã in vtranque partium. Et videretur prima fronte dicẽdum, potiorem fore cauſam dictæ Ioãnæ,
2 primũ, † quoniam eiuſmodi conditio tanquã impedimentum matrimonio præſtans, & libertatem, quæ in matrimonijs maxime deſideratur coercens, & conſequenter contra bonos mores reijcitur, & pro non ſcripta eſt. ar. ff. de condi. & demon. l. cum tale. §. ſi arbitrio. & de leg. 1. l. turpia. §. 1. cum ſimilibus.

¶ Secundo, quia cum dicta Ioanna pure fuerit inſtituta, & in caſu quo nuberet non oriundo dicti caſtri Ripæ, pœna ſit impoſita duarũ hæreditatis partium ademptionis, conſtat pœnam adiectam nullam eſſe. licèt enim mulier poſſit ſpe lucri ad matrimonium inuitari, tamen metu pœnę non poteſt ad id coerceri, vt ff. de condi. & demon. l. Titio centum. §. 1. & de verbo. obl. l. Titia.

¶ Tertiò

¶ Tertiò, quia etſi non ſit reijcienda cōditio, attamen impleta eſt, cùm beneficio generali, originarius
& habitator terrę Ripę factus ſit dictus Nicolaus, ſicq;
nupſit Ioanna natiuo & habitatori dictæ terræ Ripæ,
prout a teſtatrice iuſſa & grauata erat. Item per ipſum
principis beneficium ſpecialiter conſtitutū eſt, vt ſit
2 & intelligatur ſtatutis in teſtamento paritum † quod
principis reſcriptum ipſi negocio lex eſt, vt C. de legi.
l. 2. & ff. de conſt. princi. l. 1. §. 1. Rurſus cum ipſa Ioanna minor ſit 25. annis, etſi conditioni non paruiſſet,
vel teſtatricis iuſſui culpa ſua, reſtituenda tamen videtur, vt perinde habeatur, ac ſi paruiſſet, vt ff. de mino.
l. 3. §. ſi hæres. & l. ſi, ex cauſa. §. nunc videndū. verſi. ſed
ſi cū. quibus ex omnibus concludendū relinquitur, dictā Ioannā in tota hęreditate teſtatricis exiſtere potiorē.

¶ In diuerſam partem arguitur. Clarum eſt quod iuſſa
nubere certæ perſonæ etiam neptis aut filia teſtantis
aui materni vel matris ſi cum poſſit, non pareat, à cōmodo hæreditatis vel legato repellitur, vt C. de inſtit.
& ſubſt. ſub cond. fac. l. 1. & 2. & de condi. inſer. l. legatum. Idem multo magis ſi iuſſa ſit nubere in certum
genus perſonarū, puta in familia. vt ff. de cōdi. & dem.
l. ſi cui fuerit. Idem multo magis ea vel pari ratione, ſi
iuſſa ſit nubere in ſuo municipio teſtatricis, vti erat
hic. Idem ſi vni vel pluribus nominatis perſonis vel in
vno municipio vetita ſit nubere, nam ſi ſecus fecit
amittit relictum, dum tamen legi fraus facta non ſit,
quia honeſte & commode poteſt nubere, vt teſtans
iuſſerit, vt ff. de condi. & demonſt. l. cum ita. & l. hoc
modo, cum itaq; dicta Ioāna iuſſa ſit nubere in caſtro
ſeu terra Ripæ Tridentini, & communiter alibi vetita ſit, vt d. l. cum ita, ipſaq; neq; in dicta terra nupſerit
ſed alibi puta Veronæ, vt commodum dictarum duarum partium teſtatricis ipſa non habeat, ſed ad dictū
commune, prout teſtatrix diſpoſuit, pertineat. Præte-
3 rea † ſecundo licèt teſtanti hæredem ſuum pœnæ nomine in adimenda hæreditate vel cohæredis aditione
coercere, ſi forte iuſſui teſtantis non pareat etiam circa matrimonium filiæ ſuæ, vel ſuimet hæredis pari ratione, vt eſt expreſſum in Inſti. de leg. §. fi. & C. de his
quæ pœ. no. l. vnica & ar. ff. de condi. & demon. l. hæres meus. §. fi. quod hic factum eſt.

¶ Tertio, quia non ſufficit præceptum ſeu conditionem impleri ciuiliter & fictæ, ſed naturaliter & vere
deſideratur impleri, vt C. de his qui ve. æta. impe. l. fin.
quod ibi not. ff. de leg. 2. l. ſi ita quis. § is cui. & de cond.
& demon. l. fideicommiſſum. Hic autem dictus Antonius vere & naturaliter non eſt oriundus & habitator
terræ Ripæ prædictæ igitur &c.

4 ¶ † Quarto, quia reſcriptum principis ius alienum
prorſus abſorbens reſpuitur, etiam ſi ibi ſit clauſula,
non obſtantium, ſi contra ius naturale vel gentium &
ſine iuſta cauſa conceſſum ſit, & ab omnibus magiſtratibus refutari præcipitur, vt C. de prec. Impe. offe.
l. quotiens. & l. nec damnoſa. & l. reſcripta. & ſi cōtra
ius vel vti pub. l. fi. & ita no. per glo. in præall. l. quotiēs.
& l. fi. & ibi etiam per Odof. & per gl. ff. de conſti. prin.
l. vnica. & de na. reſti. l. fi. & per Azonem in ſumma, ſi
contra ius vel vti. pub. & Dy. inclinat in c. ſine culpa.
de reg. iur. libro 6. & Ia. de Are. expreſſe. & Bart. vt ipſe
refert in prima conſtitutione Digeſto. & in d. l. fi. ſi cōtra ius vel vti. pu. & Cy. poſt vltramon. in d. l. reſcripta.
& licèt adijciat ſemper in principe præſumi iuſtā cauſam, & pro eo violentā præſumptionem eſſe, & ideo
ſemper ei de facto obediendum, quod effectu cōtradicit
ſententiæ glo. & ſuperiorum, quia ſic ſemper valeret
effectu reſcriptum ius alienum abſorbens, nec eſſet
vnquam a iudicibus refutandum. Idem tenet Bald. in
d. l. reſcripta. vt non poſſet princeps contra ius gentiū
ſine iuſta cauſa reſcribere. Sed adijcit quācunque motiuam cauſam ſeu rationem ſufficere pro cauſa, quod effectu quodam glo. vbi ſupra & alijs contradicit. Ipſe
tamen Bald. in prima conſtitutione Digeſto. dicit ſimpliciter, principem ſine cauſa non poſſe ius gen. tollere. allegans no. in d. l. fina. C. ſi contra ius vel vtili. pub.
Porro hanc quoque ſententiam tenet Inn. Compoſt.
in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſtit. & Gof. magis
inclinat in ſumma. de reſcrip. c. 1. & Hoſti. etiam idē
in ſumma ſua. §. quas vires. ver. fin. Et mihi videtur expreſſum hæc ſententia comprobari in cle. paſtoralis.
de re iudi. verſus fi. & ibi per Io. And. in glo. per Ioan.
de Lig. præſertim abſente eo & non vocato, vt in præalleg. cle. paſtoralis. & communior & plurium ſententia, licèt alij quidā contradixerint, ius autem, quod ex
teſtamento defertur, ex iure gentium eſt. nam licèt a
iure ciuili ſit introducta ſolemnitas teſtamentorum
faciendorum, ipſa tamen teſtamentorum ſubſtantia,
& teſtamenta de iure gentium ſunt, vt no. Ray. Bar.
contra Ia. de Are. ff. de cond. inde. l. interdum. Et videtur eſſe de mente gloſſarum, quæ dixerunt ex teſtamento perfecto naſci naturalem & ciuilem obligationem, ex imperfecto naturalem tantum ad inſtar
ſtipulationis & nudæ pactionis. vt narrant in l. ſi poſt
diuiſionem. C. de iure & fac. igno. nam hoc iure vtimur, vt acceptilatio & pari ratione vel maiori ſtipulatio iure gentium fiunt, vt ff. de accepti. l. an inutilis.
§ fi. & ar. de reſcin. ven. l. cum emptor. in prin. & hoc
5 ipſum † vt reſcripto principis reſcindi non poſſit teſtamentum perfectum, etiam ſi ibi ſit illa clauſula, nō
obſtantiū, cum hæres inſtitutus ſit capax, videtur apperte innui per tex. adiuncta gloſ. C. de teſta. l. ſi teſtamentum & l. ſi non ſpeciali proxi. præcedenti. vbi dicitur contra ſolemnitatem teſtamenti poſſe reſcriptū
principis, ſi adſit clauſula predicta. ita vult. text. cum
gloſſ. in d. l. ſi non ſpeciali. Sed teſtamentum iure validum, non reſcinditur reſcripto, vt d. l. ſi teſtamentum, dicit glo. & ſi illud concedamus, nec excipit de
clauſula, non obſtantium. vt ſupra l. proxi. notauerat.
Nec mouet quòd Bald. ſuper illa l. ſi teſtamentum. notauit de illa clauſula, non obſtan. quia ibi notat relictum ad pium vſum poſſe per principem etiam ſine
cauſa alterari, ſi apponat clauſulam, non obſtan. non
autem dicit de iure alicui priuato quæſito protinus
auferendo, ſeu perimendo, vel in alium prorſus transferendo, præſertim contra ſpecialem voluntatem
6 teſtantis ſicut hic agitur. Nam † & papæ hoc permittitur relictum in pium vſum alterare, vt in clem. quia
contingit. de relig. do. & tamen ius proprium priuatū
alicuius ſine cauſa non poteſt transferre, vt not. &
probatur in cle. paſtoralis. de ſen. & re iudi. ſæpius allegata. Et hoc voluiſſe videtur Cyn. ſuper ipſa l. ſi teſtamentum, dum quæritur, quid ſi ex certa ſciētia reſcribat princeps contra teſtamentum, & reſpondet, vt l.
quotiens. ſupra de preci. imper. offe. vbi dicitur. non
eſſe admittendā ſupplicationem, quo ius alienum abſumatur, ſed quo differatur. Et in hanc nouiſſimam
partem tanquam æquitati magis & naturali iuſtitiæ
congruentē procliuior ſum, nihil enim eſt quod magni hominibus debeatur &c. vt C. de ſac. ſan. ecc. l. 1. eo
maxime quòd plerunque hodie maxime propter importunitatem petentium huiuſcemodi reſcripta potius obtinentur, vt C. de pet. bo. ſubla. l. 1. lib. 10. ex qua
importunitate reſcripta contra ius obtineatur, ea quoque obtinetur, vt illa clauſula, non obſtan. inſeratur.
ar. ff. de noua. l. doli exceptio. ver. diuerſum, & quod
no. per Cy. in l. 2. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu. in
2. q. per l. ſi mulier. C. ad velle. & per Bart. in l. ſi quis in
conſcribendo. C. de pact. ad inſtar eius quod de eo cœleſti dici ſolet vulgo, quòd omnia poſſit, non tamen
poteſt iniuſtum facere, quia id nihil eſt, vt in euangelio Io. primo.

¶ Ad argumenta aūt in diuerſam partē facta ſatis
apparet per ſuperiora miſſo. Nā in primo dicendū eſt,
quod aliud eſt in ea conditione, ſi arbitrio Titij nupſerit,
quia illa veratur quū per eā nuptiæ ſuſpendunt & differunt. imò & quādoq; protinus impedirētur, vt colligitur
in d. l. cū tale. §. ſi arbitri. & l. filiæ. ff. de cōd. & dem. quod
non eſt in ea, qua iubetur mulier aut certæ perſonæ
aut

aut in municipio nubere cũ honeſte & cõmode id poſſit, & non in fraudẽ legis adiecta eſt conditio, ut patet per allegata in arg. priore in hanc ſecundã partẽ facto.

¶ Ad ſecundum quoque in diuerſum factum reſpõdetur per allegata in ſecundo pro hac parte facto, in q bus expreſſum id probatur per quã. n. refert an pœna incipiat a lucro, ut ea quoque valeat in matrimoniis. ar. optimũ. ff. de don. inter vi. & vxo. l. ea quæ. & quod ibi no. ĝĝ & illud attentari poſſit non adimi vel auferri ius quæſitũ, pendente namq; ↄditione inſtitutionis, de cõi facto pendet, an illa Ioãna hæres ſit illis duabus partibus, & conditione defecta magis declaratur hæres retro non fuiſſe, ut eleganter notauit Bar. ff. de leg j. l. plane. §. coniunctim interpretãs ita gl. in l. 2. ff. ſi pars hære. pe. Vnde non proprie pœna eſt, hoc eſt, ſui amiſſio, ſed lucri ceſſatio.

¶ Ad tertium, quòd ſit impleta conditio, reſpondetur per allegata in tertio, quia non ſufficit ciuiliter & ficte factũ, nec potuit princeps ſine cauſa ius ipſius communitatis tollere. Ad quod facit optime quod no. Bal. in rubrica prima ſui codi. ad fi. ſui cõmenti, & in prædicta l. reſcripta. in ver. ex prædictis. eſt violẽta præſumptio iuſtæ cauſæ in principe, ut quidã aiunt alle. cle. paſtoralis. de re iud. quæ hoc expreſſum probat, & facit l. fi. C. de loca præ. ciuil. lib. 11. Quod antẽ nouiſſime dicebatur ætatis ratione in integrum reſtituẽdam fortaſſis admitteretur, ſi conditioni parere poſſet minor, licèt ſuo tempore non paruerit, & ita loquitur d. l. 3. § etſi hæres ibi, parato patre & c. quod ibi no. in glo. Cæterũ ꝙ reſtituatur ad legatum capiendũ ſi conditioni pare-
7 re non poſſet, durum eſt, quãuis eius culpa parere poſſe deſierat † neque enim ætatis priuilegiũ iuri alieno derogare debet. arg. ff. de ami. tu. l. impuberi. Quinimo nec differre, vt C. de hęre act. l. ſub prætextu. & durum videretur d. l. 1. & 2. C. de inſti. & ſubſti. ad maiores tãtũmodo mulieres coarctare, & poſſe mulieres aut etiã mares in huiuſmodi cauſis ratione ætatis minoris teſtamentarias voluntates illudere. Ad l. plane ſi ex cauſa. §. nunc videndum, ſuperius allegatam reſpondetur, ꝙ ibi minor reſtituitur ne damnũ patiatur, hic autem reſtitueretur ad lucrum. quod non ſic facile profecto admittendũ eſt, arg. C. de iure deli. l. fi. §. licentia. & in illo ſolet dici ſpeciale, ut in dolo, minor reſtituatur, vt no. in d. §. nunc videndũ. & in l. 1. C. ſi aduer. do. in aliis ergo in contrarium erit ius commune, ut ff. de leg. i. ius ſingulare. & ad municip. l. 1. in fi. Quoniã tamẽ propter varias maiorẽ noſtrorũ ſententias & rationum conflictus res ſcrupuloſitate non caret, ſed digne tranſactionem & cõpoſitionem laudarem, ut tamen in ea tranſactione ſeu compoſitione pręualeat pars communis dictæ terræ, quoniam profecto tam voluntati teſtantis, q̃ veritati & æquitati ac naturali iuſtitiæ magis conſentanea eſt, ſicut alleg. in ſimili. ff. de hære. īſti. l. ſi paterfa. & in Inſti. de mil. teſtamento. §. fi. Sane ſi tranſactioni locus eſſe non poſſit, ſed iudicio & ſententia rem dirimi oporteat potius pro cõmuni dictæ terræ mea fert opinio & iudicandi religio q̃ contra, eoque amplius ꝙ in hunc caſum quo commune ſuccedat in dictis duabus partibus in piam cauſam onus dicto communi poſitũ eſt, quod fauore digniſſimũ eſt, ut C. de epiſ. & cle. l. ſi quis ad declinandam. nec in hoc in dubio poteſt imperator quicquam contra ſtatuere, cùm ad Papæ non ipſius imperatoris pertineat iuriſdictionẽ, vt extra de teſta. c. tua nobis. & c. Ioannes. & facit quod no. per Hoſti. in ſum. de conſti. §. quis poſſit. ver. item imperator. & clemen. quia contingit. in ver ſedis apoſtolicæ. & qđ ibi not. in glo. de reli. domi. & per hanc rationem videtur indubiè tenendũ non potuiſſe imperatorem in cauſa, de qua quæritur contra commune Ripæ Tridenti quicquam præſcribere, quoniã vt ex facto proponitur ipſum caſtrum Ripæ non imperatori, ſed epiſcopo tridentino etiam quo ad temporalẽ iuriſdictionẽ ſuppoſitũ eſt, & conſequenter eccleſiæ Romanæ. ar. eorũ quę not. extra qui filii ſint legiti. c. per venera. & in clemen. paſtoralis. de re iudica. cum aliis ſi. & quod not. per Bald. in rubro in fine ſui cõmenti, de no. cod cõpo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Statutũ excludens filias fœminas extantibus filiis maſculis, an filius ſpurius legitimatus per comitem palatinum excludat tunc filias, & an, & quando valeat legitimatio facta per comitem in præiudiciũ debentiũ ſuccedere, & ex quibus cauſis videatur princeps velle derogare iuri aliorum, & ex quibus non.

SVMMARIVM.

1 *An ſpurij legitimati proprie dicantur filij.*
2 *Statuta ad iuris communis correctionem tendentia etiam in cauſam odij ſpecialem non contineant ſic ſunt interpretanda, vt quanto poteſt, ſeruetur ius commune.*
3 *Filiorum appellatione communiter illi continentur, qui ex iuſtis nuptijs prodierunt, non qui illicite geniti etiam ſi poſt fuerint legitimati.*
4 *Poteſtas legitimãdi quo pacto comitibus palatinis fuerit elargita.*
5 *Clauſula, non obſtan. &c. in reſcripto legitimationis inſerta cuius ſit natura.*
6 *Quod ſpecialiter vetitum eſt peti, ſpecialiter neceſſe eſt tolli.*
7 *Beneficia vel reſcripta principum ſic ſunt interpretanda, vt non dicantur in aliorum iniuriam indulta.*
8 *Non ſufficit relinquere in teſtamento deſcendentibus aliquid tit. fideicommiſſi, ſed tit. Inſtitutionis.*

CONSILIVM LXII.

STANTE ſtatuto ciuitatis Veronæ &c. Titius condito teſtamento deceſſit filiis, vel nepotibus maſculis legitimis & naturalibus, in quo poſt multa relicta ſuos vniuerſales hęredes īſtituit. Primo dñam A. vxorẽ ipſius teſtatoris, quæ tamẽ poſtea ante mortem dicti teſtatoris deceſſit. Itẽ dñam Diamantẽ filiam ſuã legitimam & naturalem, dñam Ior Elenã monacham vnius monaſterii Veronæ ſuã filiã legitimã & naturalem. Itẽ Antoniũ eius nepotẽ naturalem tm̃ natum ex quondã eius filio legitimo & naturali præmortuo, Zãpetrũ eius nepotẽ naturalẽ tm̃ natũ ex altero filio eius legitimo & naturali præmortuo, quos tamen nepotes naturales tñ legitimati fecit dictus teſtor per quendã comitẽ palatinum, his aũt æqualibus partibus inſtitutis ſubiunxit idẽ teſtator, quod ſi quis eorũ ſine filijs legitimis & naturalibus decederet, ꝙ eius portio ad reliquos ſuperſtites peruenire debeat, & ita ſingulos eorũ de primo ad vltimũ vulgariter, pupillariter, & per fideicom. ſibi inuicem ſubſtituit. In caſu autẽ quo omnes prædicti decederent ſine filiis legitimis & naturalibus, tunc & eo caſu ſuos vniuerſales hæredes inſtituit, & eſſe uoluit Paulũ & Doctũ fratres & eius nepotes legitimos & naturales natos ex vna eius filia legitima & naturali præmortua, vnã autẽ ſuam neptem ſororem dictorũ Pauli & Docti natã ex eadẽ teſtatoris filia p̃mortua nullatenus nominauit. Quæritur vtrum tale teſtm̃ validũ ſit in quo nepotes ex filia pręmortua præterijt, & neptẽ ex eadem filia nullatenus nominauit. Et poſito ꝙ valeat, an dictis nepotib' & nepti, vt ſupra dr̃. pręteritis nullũ competat auxiliũ in bonis & hæreditate defuncti teſtatoris vltimo ſi aliquod eis cõpetit auxiliũ firma maneat illa ſubſtĩ decis vltimo loco facta.

¶ Pro determinatione eius, de quo quæritur, ſciendũ eſt, ꝙ ſtatutũ Veronẽſę, de quo ſupra, & quod excludit filia & eis deſcẽdẽtes ꝑſonas ꝓpter ſupſtites maſculos liberos & ex maſculis venientes a ſucceſſione parẽtũ, non hẽt locũ in caſu noſtro, vbi proponit̃ ſupſuiſſe tm̃-
1 modo naturales nepotes. licèt legitimatos. † qm̃ ꝓprie nõ dñr filij q ſpurij nati ſint, licèt poſſent legitimari, cũ nõ eis cõueniat diffinitio filij poſita per legiſlatorẽ. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filium. & in vſ. feu. ſi de feu. defun. cont. c. naturales coll. 10. & ita no. Bal. C. de fideicom. l. eam quam. in verſi ſed quæro ſtatutum. &

de his qui ve.ęta. impe.l.fi.& ff.de hære.inſti.l. Lucius.
præſertim hoc admittenduio eſt in caſu propoſiti ſta-
tuti, ꝙ excludens filias a ſucceſſione parentũ propter fi
lios, tanquam accuſans naturã cur non omnes maſcu
los generauit, ut nõ eſſet vnde poſtea generarentur, &
tãquam odij pleniſſimũ ſtrictim interpretandum eſt,
ar.C.de lib.præt.vel exhæ l.maximũ vitium. & de leg.
hære.l.ix.tab. & quod in eis per dñm Bal.& ff. de lib. &
poſth. l.cum quidam.& de reg.iur.c.odia.lib. 6. Eoque
2 amplius quod & generaliter † ſtatuta ad iuris commu
nis correctonẽ venientia etiam ſi aliam odii cãm ſpe-
cialem nõ contineat. Ita iubemur interpretari vt quo
minus fieri poſſit a iure cõmuni recedant, dum tamẽ
aliquid operentur, ut de conſue.c.cum dilectus. & facit
de mune.& ho.l.ut gradatim.§.ſed ſile.ff.& C. de nox.
ac.l.2. Satis aũt eſt operaturũ ſtatutũ Veronenſe, ſi de fi
liis iuſtis & ex legitimo matrimonio natis, ut filias & ex
eis prolem deſcendentẽ excluſerit, intelligatur, & ad
ſpurios quamquam poſt legitimatos nõ trahatur, hoc
etiam eſſe de mente ipſorum conſtituentium ſatis ap-
paret ex communi vſu loquendi, qui maxime etiam
in ſtatutis & in aliis diſpoſitionibus attendendus eſt, vt
ff.de leg. 3. l.librorũ.§. quòd tamen Caſſius, & de reg.
iur.l.ſemper in ſtipulationibus, & frequentiſſima appel
3 latione filiorum. nam † eos communiter appellatione
filiorum vocamus, qui ex iuſtis nuptijs ſunt, non qui il-
licite geniti, etiam ſi poſt fuerint legitimati per reſcri-
ptum, nã & ſi quis eos filios dixerit ſimpliciter audiẽs,
ſæpe numero reſponſum accõmodat ita filios ex me-
retrice aut filios baſtardos aut naturales hoc facti eſt,
& magis facti notorietate liquere poteſt, quàm legum
probationibus. Rurſum & in ciuitatibus & earum mo
ribus apud bonos & graues ciues non eſt par eadẽque
cauſa iuſtorum filiorum, & poſtea legitimotũ, quiſque
namque facilius cæteris paribus daturus eſt filiam ſuã
in vxorem filio ex iuſtis nuptijs, quàm nato ex mere-
tricio, quamquam poſtea quadam imagine legitimi re
ſcripti auctoritate ſuffulto, & econtra quiſque facilius
eſt ducturus eam, quæ legitime nata ſit, quàm quæ ex
illicito coitu, licèt veritas poſt regiæ poteſtatis obum-
bretur velamine. Hocque euidentius apparet ex con-
ſuetudine nouioris Romæ quæ valde ſpectanda eſt in
his cauſis, in quibus leges ſcriptas ſpecialiter non habe
mus, ut ff.de leg. & ſena. conſul.l. de quibus. & C. de
ve.iur enu. l.1.§.ſed & ſi quæ. Nouiorẽ autẽ Romã in-
telligo rem publicam Venetorũ, qui in ſui ditione ſup
poſitos nouioris Romæ prærogatiua lætatur, ipſa nam
que reſpublica nequaquam illegitime natos in conſi-
lium ſuæ ſerenitatis admittit, tametſi poſtea quoquo-
modo legitimorum iura nacti ſunt. Et pro hac nouiſſi
me facit ſententia, quod no. eleganter Oldr. ſecundũ
Rizar. Malum in l.generaliter.§.fi.C.de inſti. & ſubſti,
ſub condi.fac. vbi vero illegitime natos licèt poſt legi-
timatos non excludere filio factam ſubſtitutionem, ſi
ſine liberis deceſſiſſet. Sed & illud ſecunda conſtitutio
4 ne digniſſimum eſt, quòd † princeps in reſcripto ſuæ
imperialis gratiæ conceſſit illis comitibus palatinis po
teſtatem legitimandi minus legitime natos, dummo-
do legitimis hæredibus nullum penitus in patrimonio
ſeu cæteris eorum iuribus vbique locorum præiudi-
ciũ generetur. Quæ clauſula, quamuis per aliquos re-
ſtringatur ad legitimatos poſt mortem parentis, cum
tamen poſt vtroſque tam in vita parentis quàm poſt le
gitimari conceſſa ſit, eam ad omnes pertinere æſtimã-
dum eſt, ut ff.de leg. 1.l.talis ſcriptura, & quod not. ff.de
iuri.om.iu.l.ſi idem cum eodem in fi. præſertim quia
ad reſtringendam poteſtatem diſpoſitionis pertinet,
cui magnopere ſtuderi oportet, ut de fi.presby.c.fi.lib.
6. Quibus ex verbis illud fieri videtur, ut tunc tantum
legitimandi poteſtatem habeant ipſi comites, cùm ne-
mo ipſorum legitimorũ eſt, quod & ius tunc tãtum fie
ri concedit per reſcriptum principis.l. cum nemo iu-
ſtus filius eſt, ut in Auth quib. mo.na.effi.ſui.§. ſiquis ꝯ
tra legitimos.& §.ſit igitur licẽtia.& §.& hoc dicimus,

ibi, omnino enim legitimis exiſtentibus, quinimmo &
tunc tantũ permittit principi ſupplicare cũ his qui na-
talibus eſt reſtituendus, hoc eſt legitimandus ex con-
cubinatu natus eſt, ut in §.vlti. in Auth.quib.mo.na.ef
fi.ſui.& ex rubrica colligitur, verum contra hoc impe
dimentum concedit principis dictis comitibus palati-
nis ſpecialiter, & nominatim diſpenſare, cùm in reſcri
pto gratiæ poſt verbum naturales adiecit baſtardos,
ſpurios, & manſeres & alios quoſcunque &c. Circa au
tem primũ quo prohibitum eſt per ius principi ſuppli-
cari, hoc eſt ſuper legitimatione naturaliũ, & multo-
magis aliorũ ex illicito coitu genitorũ, cùm legitima
ſoboles exiſtat, tunc non cõcedit princeps dictis comi
tibus hoc facere, quod ſpecialiter vitiũ eſt impetrari.
5 Nec ex clauſula non obſtantiũ, poſt ſubiecta † licèt col
ligere, eam fuiſſe mentem principis, cùm ipſa clauſula
generaliter, non ſpecialiter aliquibus legibus deroget,
quinimmo mens principis potius aperitur in oppoſitũ
illis verbis, quibus ſtatuit nullum penitus, quæ duo ver-
ba notanda ſunt præiudicium generare legitimis hęre
dibus, ideſt filijs, per l.ex facto.§.penul.ff.ad treb. In pri-
mo modo, vel alijs eorum iuribus vbique locorũ. neq;
enim fieri poſſet, quia legitimario ſi teneret liberis le-
gitimis extantibus, ipſis præiudicium fieret in matri-
monio hoc eſt patris hæreditate & ſubſtantia, propter
concurſum namque legitimatorum minueretur por-
tio legitimorum. Et ideo vidi nonnulla reſcripta am-
pliorem indulgentia gratiam comitibus palatinis, di-
cunt enim ita, quod nullum liberis legitimis per legiti
mandos fiat præiudicium, quin liberi legitimi ſuam ra
tam & virilem portionem conſequãtur, tũc enim ma-
nifeſta eſt ſententia principis concedentis, ipſos illegi-
time natos per palatinos comites legitimari poſſe, etiã
ſi extẽt legitimi. At in re propoſita cùm eiuſmodi ver
ba non ſunt in reſcripto comprehenſa, exiſtimo non
poſſe illegitime natos extãtibus legitimis legimos fie-
ri. Nã ſi ea clauſula, dũmodo ex huiuſmodi legitima-
tionibus, non fuiſſet reſcripto cõprehenſa, cùm tamen
ſpecialiter non ſit comprehenſum, quod poſſint extã-
tibus legitimis liberis legitimare minus legitime na-
tos, deberet reſcriptum quod ſtrictiſſime interpretan-
dum eſt, per præalleg.c.2.de fi.presby.li. 6. ad hunc ca-
ſum iure ſpecialiter vetitum intelligi pertinere. ar. etiã
ff.de pigno.l.obligatione.& reg.iur.c.in generali. libr.
6. Tanto magis quod ubi ſpecialiter prohibitũ eſt prin-
cipi ſupplicari, non valet reſcriptum etiam conceſsũ,
niſi adſit ibi clauſula ſpecialiter derogatoria illius l.pro
hibentis, immo præſumitur falſum aut ſubreptitium
per l.2.C.de ſum.tri. & fide catho.& de ſacr.ſan. eccle.
l.iubemus nullam.& ſi nup.ex re.pe.l.1.& 2.& per Bal.
in l.omnes.C.ſi contra ius vel uti.pub. verſus finem cõ
6 menti ſui, quod habet optimam rationem, ut † quod
ſpecialiter vetitum eſt peti, ſpecialiter neceſſe ſit tolli.
Cùm itaque non ſit in reſcripto ſpecialis derogatoria,
non tenet. & ita poſt multa diſputando tenet Bald. in
præalleg.l.eam quam.C.de fideicom. in caſu noſtro,
ſeu pene in terminis noſtris. Ad hanc interpretationẽ
facit etiam frequens conſuetudo, quia nunquam vel ra
rò extantibus legitimis legitimãtur liberi, vnde credẽ-
dum eſt principe ſe ad ſolita retuliſſe, & id concedere
tantũ voluiſſe quod cõmunibus hominũ moribus ob-
7 ſeruatur. ff.de leg.& ſe.con.l.nã ad ea † & præſertim qa
reſcripta & beneficia principũ ita interpretanda ſunt,
ut non intelligantur iniuriam aliorũ continere & alie
no iuri derogare, ut C.de eman.lib. l.nec auus.ff.de ad
mi.tu, l.impuberi.de vulg.& pu.l.ex facto.& ne quid in
lo.pu.l.2.§.merito.& §. ſiquis a principe. maxime hic,
vbi ius legitimorũ liberorum penitus tolleretur, ſi ſtatu
to quoque ij legitimati cõtineantur, contra l. quotiẽs.
C. de preci. impe. offe. ſiue itaq; ij liberi, de qbus quæ-
ritur non fuerint facti legitimi ex defectu poteſtatis in-
dultæ, quod argumenta poſteriori loco facta conten-
dunt, ſiue quidem fuerint facti legitimi, verũ verbis ſta
tuti Veron. minime comprehendantur, quod argu-
menta

merita priora demonſtrant. Cōſequens eſt caſum ꝓpoſitum ſecundum merum ius commune tractandū, quo iure certo certius eſt, liberos etiam ex fœminis deſcendentes, ſi neque ſint inſtituti, neque ex iuſta cauſa exhæredati, teſtamento nullo exiſtēre ab inteſtato ſuccedere cum cæteris, ut in Auth. ut cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum, & §. ſi igitur omnes. Cum igitur Paulum & Doctū de dotis eius nepotes ex præmortua filia & vnam eorum ſororem neque inſtituit neque ex iuſta cauſa exhæredauit, licèt dictos Paulū & Doctum per fideicōmiſſum hęredibus inſtitutis, ſi ſine filiis deceſſiſſent, ſubſtituit, fuit enim fideicommiſſaria ſubſtitutio prædicta, cum maioribus ſimul & im-
2 puberibus poſt aditam fuerit facta, †quod non ſufficit, ſcilicet vt titulo fideicōmiſſi relinquatur, ut d. §. aliud quoque capitulum. Relinquitur quod teſtamento eiuſmodi pro nullo habito ab inteſtato ſuccedant dicto domino Alberto dictæ duæ filiæ ſuperſtites eius ꝓ duabus partibus & pro tertia dicti Paulus & Doctus & ſoror eorum nepotes & neptis ex præmortua filia. ut Inſti. de hęre. ab inteſt. §. item vetuſtos. & C. de colla. l. illam. & auth. ibi poſitam. & in Auth. de hære. ab inteſt. §. 1. non autem excluſis dictis Antonio & Zampetro portio eorum accreſcit reliquis filiabus duabus ſuperſtitibus hæredibus inſtitutis, cùm teſtametū ſit nullum ut ſupra monſtratum eſt per dictum §. aliud. & §. ſit igitur, ſecundum communem ſententiam. Et idem quoque dicendū eſt in hæreditate auiæ maternæ dictorū Pauli & Docti ac ſororis, ut. ſ. dicti fratres ſuccedāt ab inteſtato in ſtirpes, non in capita, cum dictis duabus eorum materteris ſuperſtitibus. prælleg. Auth. de hære. ab inte. §. 1. Ex quibus omnibus apparet reſponſum ad propoſitam conſultationem. & ad eas, quæ ex dicta facti narratione inſurgunt, dubitationes.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum faciens mentionem de filiis an comprehendat filias, & an legatum factū vxori per maritum perdatur per tranſitum ad ſecunda vota ſtantibus liberis ex primo matrimonio, & an ſecundus maritus dictorum legatorum aliquid habere debeat ſtātibus duobus ſtatutis, vno diſponente maritum lucrari debere dimidiam dotis vxore præmoriente ſiue cum filijs ſiue non, altero volente mulierem nubentem nulla conſtituta dote intelligi omnia bona in dotem dediſſe marito, & an pater poſſit filio impuberi in legitima ſubſtituere, & per quæ verba videatur facta dicta ſubſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitum in quibuſdam, in cæteris videtur eſſe permiſſum.*
2 *Muliere ad ſecundas nuptias tranſeunte omnia, quæ a præmortui viri liberalitate inter viuos vel vltima volūtate fuerit aſſecuta quod ad proprietatem pertinet, debent ad liberos primi matrimonij remanere.*
3 *Dos an poſſit de rebus alienis vel reſtitutioni ſubiacentibus conſtitui.*
4 *Pupillo in legitima portione nequit ſubſtitui.*

CONSILIVM LXIII.

BLASIVS quondam Ioānisſpetri ſuum vltimū cōdidit teſtm̄, in quo q̄plura legata ordinauit, & inter cætera legauit dominæ Pantaſileæ eius vxori quaſdam poſſeſſiones pure & ſimpliciter, & quaſdam alias poſſeſſiones dictę eius vxori reliquit ſub conditione, ſi oēs filij ſui decederent in pupillari ætate, uel poſtea quandocūq; ſine filiis legitimis & naturalibus &c. prout inferius declarabitur, ut in dicto teſtō ſeriosius cōtinetur, in quo Nicolaū & Ioannēpetrū filios ſuos ſibi hæredes inſtituit & eſſe voluit, & ſi contingeret dominam Pantaſileam eius vxorē, quę modò erat grauida, parere maſculū vnū, vel plures peruenientes in lucem poſthumos aut medio tēpore natos, ipſos vel ipſum æqualibus portionibus ſibi hæredes inſtituit cū ſupraſcriptis Niculao & Ioānipetro: ſi autē pariet fœminā vnā vel plures, ipſas vel quālibet earum in 400. duc. auri pro vna quaque & de tot rebus & arneſijs a ſponſa, quæ ſint communi æſtimatione valoris 250. duca. ꝓ vnaquaque filia ſua hæredes inſtituit, & iuſſit ipſas ſeu ipſam fore tacitā & contentā. Et ſi aliqua filiarū ſuarū naſciturarū ex dicta eius vxore & dicto teſtōre aut poſthumorū quādocūq; deceſſerit ſine filiis legitimis, ſubſtituit ei filios maſculos ipſius teſtatoris, ſi tūc extabūt. Et ſi oēs filii ſui maſculi tā nati q̄ naſcituri ex dicta dña Pantaſilea eius vxore & dicto teſtatore decederent in pupillari ætate vel quandocunque ſine filiis legitimis & naturalibus, fecit idē teſtator iſta legata & de bonis ſuis dari, & diſtribui, & diſpenſari fecit in hac forma, & inter cætera quaſdā poſſeſſiones legauit dictæ dñæ Pantaſileæ prout in dicto teſtō ſeriosius ꝯtinetur. Poſtmodum vero mortuo dicto Blaſio teſtōre dicta dña Pantaſilea eius vxor peperit vnā filiā noīe Blaſiā, poſt q̄ paulū dictus Ioannesſpetrus deceſſit in pupillari ætate relicta dicta Blaſia eius ſorore vtrinque coniuncta, & dicta domina Pantaſilea eius matre, quæ poſt tēpora luctus ad ſecunda vota tranſiuit, ex quo ſecundo matrimonio filios ſuſcepit, demū dicta dña deceſſit, relicta dicta Blaſia eius filia ex primo matrimonio, relictisque filiabus ex ſecundo matrimonio. ¶ Modò quæritur nunquid propter tranſitū ad ſecunda vota dicta dña Pantaſilea effecta fuit de ꝓprietaria vſufructuaria, ita ꝙ dicta Blaſia debeat habere bona & poſſeſſiones oēs legatas dictæ dñæ Pantaſileæ in dicto teſtamento patris, & ſi nō in totum obſtantibus forſan ſtatutis præſuppoſitis, ſaltem ipſarum poſſeſſionū medietatē. Item nunquid dicta Blaſia ſuccedat in legitima Ioannisſpetri non obſtāte ſubſtōne facta dicto Ioāni petro in dicto teſtamēto.

¶ Itē ſtatuimus & ordinauimus, ꝙ ſi qua mulier habens dotē penes maritum per additionem vel promiſſionem, & deceſſerit ante maritū ſine filiis ſuperſtitib⁹ natis ex ea & dicto marito, maritus lucretur medietatem dictæ dotis. & hoc ſiue habeat filios vel filias liberos ex primo marito ſiue non, non obſtante aliquo pacto tacito vel expreſſo facto vel faciendo in contrariū, etiam interueniſſet iuramentum. Et prædicta locū habeant in pręteritis præſentibus & futuris, & ſit hoc ſtatutum præciſum nec mutari poſſit.

¶ Itē ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi qua mulier viro per matrimoniū cōpulabitur nulla dote conſtituta. & dicta mulier habeat ſeu poſſideat aliqua bona, ꝙ illa bona intelligantur dotalia & ſint in dotē data per dictā mulierē dicto ſuo marito, ita & taliter ꝙ oīa iura & ordinamenta cōis Vincen. loquentia de uera dote locum habeant in dote a bonis ſupradictis. Si vero mulier aliqua copulabitur viro per matrimoniū dote aliqua cōſtituta, & vltra illā dotē habeat aliqua bona paraphernalia, ꝙ omnes ipſorum paraphernaliū bonorum fructus, redditus, & prouentus deueniant & conſumēitur, & deuenire, & conſumari debeant in domū viri, vel ſoceri, vel alterius, qui oneta dicti matrimonij ſubſtineat, & quod vir ſocer vel alia prædicta perſona lucretur dictos fructus, redditus, & prouētus, ita ꝙ eorū occaſione non poſſit aliquo modo moleſtari tā ipſi, q̄ hæredes ꝑ dictā mulierē uel eius hæredes uel aliā quācunque perſonā, & ꝙ oīa prædicta vēdicent ſibi locū in matrimonijs iā contractis pēdentibus, ſiue præſentib⁹ ac futuris.

¶ Super eo qđ primo loco quæritur videreť prima facie reſpōdendū, dictā Blaſiā non debere habere dictas res legatas ipſi quondam dom. Pantaſileæ matri eius in teſtamento dicti teſtatoris obſtantibus duobus ſupra relatis ſtatutis Vincentius lucrum dimidiæ partis rerum dotalium viro muliere præmortua deferentibus, videantur autem dictæ res in dotem datæ ſecun-

do marito, eo quod non proponitur vllam dotē datā ſeu conſtitutā per dictam dominam Pantaſileam dicto ſecundo marito auctoritate ſtatuti ſecundo loco relati, iurique priorum legitimorum, & ſic dictæ Blaſiæ derogatū videtur per ſtatutum anterius per ea verba, & hoc ſiue habeat filios ſiue filias ſiue liberos ex primo marito ſiue non. Secundo confirmatur hæc ſententia etiam ex mente teſtantis. nā cum quædam legata pure ſimpliciter dictæ quondā dominæ Pantaſileę legauerit eique licentiam conceſſerit de ipſis rebus faciēdi & diſponendi quicquid ei placuerit & voluerit abſque contradictione alicuius perſonæ, pro vt in teſtamenti verbis exprimitur. Manifeſte fecit ſuam voluntatem teſtator, quod eas res noluit eam perdere, eo quòd ad ſecundas forſitan nuptias euolaret, nec eas in eo caſu reſtitui, ſeu liberis cōmunibus reſeruari, & ſic iuri l. fœminæ. C. de ſecun. nuptijs. cum alijs ſimilibus derogare. Cùm tam per prædictā l. fœminæ. q̃ per l. hac edictali. §. his illud. eas res alienare protinus prohibetur, cui contraria eſt ex premiſſis uerbis teſtatoris ſententia, cum eidem in plenum faciendi & diſponendi de eis quicquid ei placuerit & uoluerit licentia concedatur. Præſertim cum & ipſe teſtator in quibuſdam alijs eidem dominæ Pantaſileæ relictis ſtatim adiunxerit, ut ſi ipſa domina Pantaſilea ad ſecūda uota tranſiret ea perderet, ut ex ſerie teſtamenti colligi-
1 tur. Quod namque † in quibuſdam prohibetur, in cæteris videtur eſſe permiſſum, & econtra, ut ff de iudi. l. cum prætor. & C. de procu. l. maritus. & quæ vtrobique notantur. in aliis itaque legatis, in quibus id teſtator non cauit, ut tranſiens ad ſecundas nuptias ea perderet, voluiſſe videtur ut etiam ad ſecunda vota pertranſiens ea non perderet &c.

¶ Diuerſam tamē ſententiā ſuperioribus nequaquā obſtantibus veriorem exiſtimo, vno duntaxat ex ſuperioribus ſublatis ſufficiet medio per l. videlicet fœminæ, & dictam l. hac edictali. §. his illud, & in Authen. de non eli. ſecun. nuben. §. hoc autem. & de nuptijs. §.
2 ſi uero expectet. Quibus ex oībus id cōcluditur † muliere ad ſecundas nuptias cōuolante omnia quæcunq; ex præmortui viri liberalitate inter viuos, vel vltima voluntate fuerit aſſequuta, quod ad proprietatem pertinet, ad liberos prioris remanere matrimonii. res itaque dictę dominæ Pantaſileæ legatæ per dictum quondam teſtatorē eundemque maritum, cum ad nuptias ſecundas tranſiit, ad dominium & proprietatē dictæ Blaſiæ pertinere cæperunt. vſuſfructu dumtaxat ad ipsā quondam dominam pertinente, cuius dominæ Pantaſileæ morte ipſarum quoque vſuſfructu ex dicta proprietate ad dictam Blaſiam deuoluto.

¶ Super eſt nūc ad ea, quæ ſunt in diuerſam partem ſuperius poſita reſpondere. Et ad primum de ſtatutis reſpondeo, quod in caſu propoſito non loquuntur, nā ſtatutum primum quod de dimidiæ dotis lucro diſponit, locum habet, cùm mulier viro præmoritur ſine filiis ex eo procreatis, ipſa autem domina Pantaſilea ex dicto ſecundo uiro etiam filias reliquit ſuperſtites, ut ſupra in facti narratione relatum eſt. Non dicitur autē ſine filijs mori, qui & filias poſtea reliquerit, ut arg. C. de condi. inſer. l. 1. & ad trebel. l. iubemus. §. ſin autem. & ff. de teſta. tute. l. ſi quis ita. & de verbo. ſig. l. 1. niſi forſan quis dixerit id ex interpretatione procedere, quia maſculinum concepit fœmininum, ut ff. de verb. ſig. l. pronunciatio. & no. per Barto. in dicta l. j. de verb. ſig. quæ interpretatio in ſtatutis non cadit, ut ibidem per Barto. poſt Dy. licèt Cy. contra in l. quicunque. C. de ſer. fug. ſecundum Iaco. de Are. quod & mihi videtur verius quo ad propoſitum attinet, nam & rationi congruentius eſt non tantum filios, uerum etiam filias in rebus mortuæ uiro præferri, ut C. vñ vir, & vxor. l. vnica. idcirco namque dixit lex municipalis ſine filijs, quoniam prudens legiſlatoris conſiliū filios marito præferre voluit, vt ff. de hæred. inſti. l. Lucius. in fi. Id autē expeditiſſimū foret, ſi quo ſtatuto ciuitatis illius caueretur quod maſculinum genus fœmininum conciperet, qđ & in nonnullis ciuitatibus vidi. rurſus etſi ſtatutū hunc caſum contineret aut forte dicta quondā domina Pantaſilea nullos poſt ſe cuiuſuis ſexus liberos reliquiſſet, idem nihilominus arbitrarer, dictum ſcilicet ſtatutū, & conſequenter nec ſecundum dictæ Blaſiæ non officere, nam dictum ſtatutum dotis dimidiam lucro viri vxore præmortua ſtatuit. non fuit autem datum in do-
3 tem viro, niſi earum rerum vſuſfructus. † neque enim plus in dotē dare potuit, quàm apud eā foret, ut ff. de acqui. re. don. l. traditio. fuit autem ſolus vſuſfructus apud eandem proprietate in prædictā Blaſiā legum auctoritate tranſlata per leges ſupra pro huius partis fundamēto prolatas, quemadmodum & ſi res alienas in dotem dediſſet: neque enim credendum eſt voluiſſe ſtatuentes ius alienum aut etiam filijs iam quæſitis dominiū abrogare, licèt iuri quętendo per ſucceſſionem filiis derogandum putauerit per illa verba, & hoc ſiue habebat filios &c. ar. l. impuberi. ff. de admini. tu. & C. de emancip. lib. l. nec auus. & hoc maxime in re propoſita recipiendum eſt, vbi nulla dos ſecundo marito conſtituta proponitur, quo caſu bona mulieris in dotem cōſtituta creduntur ſecundi auctoritate ſtatuti. Non autē erat in bonis mulieris niſi ſolus vſufructus, vt ex ſuperioribus liquet, is igitur ſolus in dotem extitit, & hāc quoque partem adiuuat illa uulgata ratio, quod ſtatuta municipalia ita ſunt interpretanda, vt quantominus fieri poſſit a communi iure recedant, dum quid operētur, ut extra de conſue. cap. cum dilectus. & arg. de electio. cap. cum expediat. li. 6. Sic ergo ſtatutū illud operabitur, ſi ſuper id quis derogatū exiſtimet iuri ſucceſſionis filiorum prioris matrimonij, qui in vniuerſam dotem ipſi marito iure communi præferuntur, ut in l. vnica. C. vnde vir & vxor. Nunc autem per ſtatutū ſolius perſona mariti liberis cuiuſcūque numeri fit æqualis. & rurſum alteri iuri derogabitur, nam cùm non plus poſſit maritus poſterior dotis lucri nomine ex pacto vel etiā lege municipali acquirere q̃ quiſque, ſeu is filiorū, qui minus habet, a matre acceperit, per l. hac edictali. in princi. C. de ſecun. nup. hic efficitur per ſtatutum, ut tantum ſolus accipiat, quantum ſimul omnes filii habituri ſunt. Satis igitur eſt in ijs duobus iuri filiorum detractum abſque eo, quod putemus etiā rerum dominium & proprietatem filijs prioris viri quæſitum legis voluiſſe latorem auferre, & leges ſupra pro huius partis fundamēto deductas prorſus corrigere. arg. de inoffic. teſtamen. l. ſi quando. in principio. & ne alioquin fiant filij deterioris conditionis, q̃ extranei qui habent aliquarum rerum nudam proprietatem. cùm apud mulierem eas res vel etiam ſua in dotem bona dantem foret vſuſfructus, nullam ex eiuſmodi ſtatuto ſentirent protinus læſionem, quod profecto foret inhumanum, ut deterioris conditionis putentur filij, quàm extranei. arg. C. de bon. mater. l. ſi viua. videatur tamen omnimodo quod notauit Barto. in præalleg. l. hac edictali. in princi. vbi inquit elegāter, per hoc dixi ſemel, ſi mulier dat in dotem omnia bona ſua ſecundo viro & decedit in matrimonio ſine liberis, non poteſt vir lucrari ex forma ſtatuti vltra q̃ vni filiorum relinquitur primi matrimonii, & ſubdit, tene menti, quia hoc millies contingit. Ex ijs igitur claret ſuperiora ſtatuta ſupra factæ determinationi ꝓ Blaſia protinus dupliciter non officere.

¶ Ad id autē quod ſequenti loco proponitur de mēte teſtantis propter conceſſam dictæ quondam dominæ Pantaſileæ plenam de ipſis rebus legatis licentiam diſponēdi multiphariam reſpondetur. Primo qđ eiuſmodi licentia duntaxat in rebus mobilibus legatis indulta eſt, deinde quia eiuſmodi conceſſio etiam non expreſſa tacite inerat, vnde nihil niſi abundantem cautelam ad obſeruantiam iuris communis operabitur. argum. ff. de lega. 1. l. 3. & C. de fideiuſſo. l. non recte. & ff. man. l. qui mutuum. in princi. Quiſnamque ambigit legato rerum aliquarum, dum id foret

conſequens

cōſequens, ut de rebus ſuis poſſit velut dominus diſpo-
nere. C. man. l. in re mandata. Et rurſus non ea fuit ſē-
tentia teſtatoris, ut per ea verba uellet leges in liberorū
fauorē latas, de quibus nec apparet vſquequaque cogi-
taſſe teſtantem, his caſibus ſubmouere, ſed ut oſtende-
ret differentiam inter id legatum duoque ſequentia u-
ſuſfructus certæ poſſeſſionis & ſuę domus habitationis,
quæ voluit protinus euaneſcere, ſi ad ſecundas nuptias
conuolaſſet, cùm duo præcedentia pure & ſimpliciter
dictæ dominæ Pantaſileæ relicta ipſa ſecundarum ele-
ctione nuptiarū non pereant ex diſpoſitione teſtantis,
ſed permanent apud eam, verum ex legibus vſque in
diem vitæ ſuę etiam poſt ſecundas nuptias apud eam
permanēt pleno iure his vtendi atque fruēdi, proprie-
tatem earum poſt mortē eius omnimodo prioris ma-
trimonii liberis relicturam, ut d. l. fœminæ. C. de ſecū.
nup. & hanc interpretationem aſſumere noto nem-
pe quòd magis congruit menti teſtatoris namque qs
ambigit maluiſſe teſtantem poſt mortē coniugis eas
res coniugi ſuperſtiti relictas ad liberos ſuos potius,
quàm ad extraneos pertinere arg. C. de inſti. & ſubſti.
ſub cōdi fac. l. generaliter. §. fina. & de fideicom. l. cum
acutiſſimi. & ff. de condi. & demonſtra. l. cum auus.
porro honor bene tranſacti matrimonii, & fides cō-
munium liberorum hoc patrem de matre, ut poſt ſe fi-
liis eas res relinquere præſumpſiſſe nos inſtruunt, vt ait
iuriſconſultus eleganter. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia.
§. fin. & per hoc reſponſum eſt ad id, quod tertio dice-
batur, quod hoc ipſo quod ſequentia duo legata vo-
luit ex tranſitu ad ſecundas nuptias deperire, cætera nō
uoluit, quia concedatur quod hoc ipſa non volult ne-
que diſpoſuit. Ius autem publicum id diſponens nō ut
pereāt omnino ſicut duo ſequentia. ſed ut ipſa mulier
in diem vitæ ſuæ utatur iis & fruatur, proprietatē poſt
ſe filiis communibus relictura, ut d. l. fœminę. propte-
rea non eſt abrogatum, ut recte inquit legiſlator in
huiuſmodi terminis. C. de condi. inſer. l. cum patrem.
arg. namque à contrario ſenſu, & ſic ex tacito ad dero-
gationem iuris communis non eſt aſſumendum, ut d.
l. cum patrem. Concluditur itaque quantum ad pri-
mum conſultationis articulum dictas res legatas dnæ
Pantaſileæ tam pure, q̄ in caſum mortis filiorum ſine
liberis ad dictam Blaſiam pertinere. Quo fit ut ſeques
ſeu ſecundus conſultationis articulus ſuperfluat qui de
parte ſaltem dimidia quærit. Nam ſi tota res pertinet
ad Blaſiam, pertinet & dimidia. Cæterùm etſi ſtatuto
locus foret, vt dimidiā uir ex his rebus lucretur: illud
tamen palam eſt, ut de altera dimidia nulla ſit dubita-
tio, quin ad dictam Blaſiam ſpectet, cum in altera di-
midia uerbis ſtatuti ceſſantibus locus ſit iuri commu-
ni dictæ l. fœminæ. cum concor.

¶ Ad tertium autem & nouiſſimum de quo conſuli-
tur, prima facie videretur, dictam Blaſiam in legitimā
dicti Ioannis Petri non ſuccedere, cum etiam in legiti-
ma portione filio impuberi poſſit pater ſubſtituere, ut
C. de inoffic. teſt. l. ex tribus. Sed verior eſt diuerſa ſen-
tentia, lex namque, ex tribus, loquitur in directa & pu-
pillari ſubſtitutione. per quam ſubſtitutus pupillo di-
4 recto hæres ex teſtamento ſuccedit, † cæterum pupillo
in legitima portione nequit ſubſtitui, ſicuti fuit in ꝓpo-
ſito per legata aut fideicommiſſa ſpecialia, vel genera-
lia, ut not. in d. l. ex tribus. & probatur in C. in e. ti. l. quo-
niam in prioribus. & ff. de uulga. & pup. l. cohæredi. §.
cum filiæ. in fi. & facta contributione legatorum tam
ab ipſo impubere viuente, quàm poſt mortem eius re-
lictorū hæres impuberis beneficio falcidiæ potietur,
ut ff. ad l. falcid. l. in ratione. § quod uulgo. & ſequenti-
bus vſq; ad fi. leg. & de leg. 1. l. ſi fundū per fideico. §. fi.
& l. ſeq. quas ſic intelligo, ut d. l. in ratione. §. quod vul-
go. cum ſequentibus conſonent. Ipſa itaque Blaſia fra-
tris quōdam ſui hæres inſolidum eſt, aut eo quod dicta
quondam domina Pantaſilea mater dicti impuberis
delatam ſibi vnà cum dicta Blaſia impuberis hæredita-
tem per authen. de facto. C. ad ſe. con. ter. pro ſua par-
te non adiit. Ideoque dictæ Blaſiæ accreuit, ut ff. de ſui.
& leg. l. ſi ex pluribus. aut ex eo quod ſi adiuit mater fi-
lii hæreditatem, quoniam tamen tranſiuit ad ſecunda
vota ſolo eius vſufructu in bonis, quæ in filium a patre
deſcenderat potita eſt, proprietate eorum ad dictā Bla-
ſiam ſororem eiuſdem matrimonii deuoluta. vt C. de
ſec. nup. auth in teſtamento. & in corpore vnde ſumi-
tur. Ipſa itaque Blaſia hæres dicti Ioanniſpetri fra-
tris vtrinque ſibi coniuncti ab inteſtato inſolidum ut
præfertur falcidiæ ratione rectiſſime in vtriſque lega-
tis ſecundum ſupra propoſita potietur. prout & im-
pubes in relictis a ſe ſi viueret frueret. de Nicolao quō-
dā filio dicti teſtoris aut eius vita uel morte ſupra nihil
eſt tractatū. ſed ſi ante teſtatorem mortuus extitit, ni-
hil vltra quærendum eſt: Sin autem poſt mortem teſta-
toris intra pubertatem diem ſuum functus eſt, quod in
perſona dicti Ioanniſpetri ſupra relatū eſt. in huius quo-
que perſona cenſeo. Concludendum itaque relinquit.
& in hunc tertiū & nouiſſimum conſultationis articu-
lum, dictam Blaſiam in legitimam dicti quondam Io-
anniſpetri ſibi fratris inteſtati mortui ſucceſſiſſe, eam-
que uelut hæredem dicti fratris eius falcidiam poſſe
detrahere de relictis ſpecialibus in caſum mortuorū ſi-
ne liberis maſculorum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas non adita per deſcendentē an tranſmit-
tatur ad quoſcūque ſucceſſores ſuos, & an præſcriptio
currat aduerſus hæreditatem non aditam, & ſtatuta lo-
quentia de præſcriptionibus qualiter intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non inchoatur contra iacentem hæreditatem nec con-
tra pupillum.*

CONSILIVM LXIIII.

FRANCISCVS, Sarra. & Bartholome⁹
fratres & filij quondam Guidoti de Paca-
gnis de Montagnana fuerunt ut ſupra fra-
tres & hęredes dicti quondam eorum pa-
tris, & inuicem ſteterunt in cōmunione,
donec Franciſcus deceſſit relicta poſt ſe eius filia Fran-
ciſca legitima & naturali, & nullo per eum condito
teſtamento in bonis ſui patris & fratrum cōmunibus,
Franciſca prædicta nupſit Albertino quondam Dona-
ti de Padua, & nullam habuit dotem de bonis pater-
nis nec maternis. nec aliud de bonis hæreditariis dicti
quondam ſui patris & nulla adita hæreditate, poſt hęc
dicta Franciſca, modo poſſunt eſſe anni 20. vel circa, de-
ceſſit ſuo vltimo condito teſtamento, in quo ſuos u-
niuerſales hæredes inſtituit Anzoletū, & Grandoniū
fratres &c. ¶ Modò quæritur ſi dicti hæredes poſſunt
adire hæreditatem dicti Franciſci patris dictæ Franci-
ſcæ teſtatricis vigore dicti teſtamenti, non obſtante ꝙ
ipſa dicta Franciſca ipſam hæreditatem non adiuerit
tempore vitę ſuæ.

¶ Item quæritur ſi præſcriptio aliqua tā de iure cō-
muni, quàm de iure municipali habeat prohibere ip-
ſis hæredibus ad petendum bona hæreditaria prædi-
cta tam mobilia, quàm immobilia.

¶ Ad id de quo primo quæritur videretū prima fron-
te dicendū, dictos quondā Franciſcæ hæredes non poſ-
ſe adire hæreditatē dicti quondā Franciſci patris dictæ
Franciſcę, cū hæreditas nō adita nō traſmittatur, ut C.
de cad. tol. §. in nouiſſimo. nec hic caſus vr̄ exceptus a
dcā regula, ut colligitū ex dicto §. ī nouiſſimo. ut ibi not.
Sed verior eſt diuerſa ſententia, qm̄ filia in ptāte pa-
tris qualis hæc erat, ignorans etiam delatam patris
ſibi hæreditatem etiam furioſa ipſam patris hæredita-

tem tranſmittit ad quoſlibet ſuos ſucceſſores, vt C. de iure delib. l. 3. & de ſuis & legitis. l. apud hoſtes. de cura. furio. l. ſi vero perpetuo. & plene notatur & concluditur hoc per multas leges, & rationes ſecundum Barto. C. de iure deli. l. ſi infanti. vbi ſolẽniter tractauit, poſſunt itaque dicti Anzoletus & Grandonius fratres hæredes instituti a dicta quondã Franciſca dictæ Franciſcę hæreditatem adire, ut C. de iure delib. l. ſi curatores. & l. cum antiquioribus. & ea adita poſſunt poſtea hæreditario nomine dictæ Franciſcæ, ſe immiſcere dictæ quondã Franciſci patris eius hæreditati ſeu bonis ꝑ ſuperius allegata, & hoc de primo. Nec obſtat d. §. in nouiſſimo, quia loquitur in extraneis hæredibus, quorum numero ſunt etiam liberi, qui ſui parentis in poteſtate non eſſent, vt in Inſti. de hære. qua. & diſ. §. extraneus. hæc autem Franciſca patri ſua hæres extitit, vt in Inſti. de hære. quæ ab inte. deferun. §. ſui. &c.

¶ Ad id de quo ſecundo quæritur, videretur prima facie reſpondendum, præſcriptionẽ dictis hæredibus inſtitutis officere, ut 30. anno. iure communi, ut C. de iure delib. l. licèt. & quod ibi not. & de præſcr. 30. vel 40. annorũ. l. ſicut. aut 20. anno. ex ſtatuto ciuitatis Paduæ de præſcriptione loquente, verius tamen arbitror neutro iure communi, ſcilicet vel municipali præſcriptionem obſtare. Impedimentis ex vtraque parte interuenientibus iure quidem communi vel ſpeciali non procederet ea præſcriptio propter malam fidem poſſidẽtium & præſcriptionem obijcientium, dicti namque Sarra & Bartholamæus ſcientes fratrem eorum ab inteſtato mortuũ relicta poſt ſe filia, cui deferebatur
1 hæreditas mala fide poſſederunt, † vnde nullo tempore præſcribere potuerunt. extra de præſcrip. cap. quoniã omne. de reg. iur. c. poſſeſſor. in 6. & notatur per glo. in Authen. vt eccle. Roma Ganſpa cen. an. circa mediũ. & id vitium malæ fidei ſucceſſores earum filij, qui & ipſi ſororem patruelem ſupereſſe ſciſſe præſumuntur, ut ff. unde cogna. l. octaui. & C. de in integr. reſti. mino. l. de tutela. habuerunt aut vere, aut etiam iuris interpretatione. quoniam hæres eſt ſucceſſor vitiorum & culpæ defuncti, quo ad impediendam præſcriptionem, vt ff. de diuer. & temp. præſcri. l. cum hæres in prin. & nota. C. pro hæred. l. nihil. & ff. de pub. l. ſi ego. §. partus. Statuta namque recipiunt interpretationem declaratiuam, quin & reſtrictiuam iure communi ne quis rei ſuæ detrimentum patiatur, ut plene traditur per Barto. ff. de iuſti. & iur. l. omnes populi. Satis enim operatur id ſtatutum contra ius commune, vt in præſcrip. 20. anno. titulum non exigat. nam & ita debet ſtatutũ interpretari, ut minus, quàm fieri poſſit, ius commune corrigat. ut de conſue. cap. cum dilectus. & C. de noxa. act. l. 2. & ff. de mune. & hono. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. Sed & ex parte eius, contra quem deberet præſcribi impedimentum occurrit. nam † contra hæreditatem iacẽtem non poteſt inchoari præſcriptio, ut C. de tempo. in integ. reſti. l. ea quæ. in fi. Nec contra pupillam hoc eſt contra Franciſcam quãdiu fuerit in pupillari ætate, cucurrit præſcrip. 30. ann. vt C. de præſcr. 30. vel 40. an. l. ſicut. §. pupillari. nec contra minorem 25. ann. minor præſcriptio annis 30. & ſic 20. non currit ipſo iure contra eam, ut C. in qui. cau. in inte. reſtit. non eſt ne. l. fina. etiam ſi ex ſtatuto deſcendat ſecundũ Bar. quando ea perſona, contra quam præſcribitur, de damno vitando certat, ut not. Barto. in prealleg. l. fina. hic autem Franciſca de patris bonis ſuis quodãmodo certabat, ut ff. de libe. & poſth. l. in ſuis. & l. de damno. arg. C. de codi. l. fi. contra dictos autem hæredes eius necdum impleta reperietur præſcriptio vicenalis, quoniam nec inchoata ut ſuperius allegatum eſt. denique & ſi præſcriptio cucurriſſet, ipſis ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur propter eorum iuſtã ignorantiam teſtamenti, quod nuper repertum eſt, & quia in ius alienũ ſuccedunt, per in integrum reſtitutionem ſuccurrendum videbitur per glo. ff. quemadſeruit. amit. l. ſi ſic. & l. ſi partẽ. in prin. ſeu §. 1. & per Bar. de iti. actuque pri. l. 1. §. ſi quis autem. & de re. iur. l. cũ quis in ius alterius. de ver. obli. l. cum filius. §. in hac. & C. de iure emphy. l. 2. Ex quibus omnibus concluditur, neutro iure præſcriptionem officere, & cũ allegatio, ꝙ ex tempore ſubſtantiam capit lege, reputetur improba. ut in Auth. eccle. Ro. circa medium, contra eam facile interpretandum eſt, & non ei faciendum. arg. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. & de reg. iur. cap. odia. lib. 6. Ex ijs apparet ad allegata in oppoſitum clara reſponſio.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael Fulgoſius vtriuſque iuris doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Legitimatio facta de filio naturali nulla exiſtente legitima prole an euaneſcat, ſi pater legitimati ſuſcipiat legitimam prolẽ. & an talis legitimatus poſſit agere contra teſtamentum patris ad legitimam, vel eius ſupplementum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus an ad æquales partes hæreditatis admittatur cum legitimis*

CONSILIVM LXV.

TITIVS coniugem non habens de ſoluta muliere, quam tamen in concubinatu non tenebat, naturalem filium genuit, ſuperduxit vxorem, & legitima & naturali maſculina ſobole carens, duas tamẽ filias legitimas & naturales habens, naturalem filium quem ex ſupradicta ſoluta muliere ſuſcepit, legitimari fecit, deinde ex alia vxore filios legitimos & naturales mares & fœminas procreauit, & deinde defunctus eſt cõdito teſtamento, in quo filio naturali legitimato minus, quàm in legitimo filio legitimo & naturali debita prouidit. Iubens eum emplius non petere, & ſi teſtamento non acquieuerit, & plus petierit, bonis eidem in teſtamento conceſſis priuauit, volens illa ad hæredes ſuos legitimos & naturales reuerti. Quæritur, an talis ſupradicta legitimatio facta non exiſtente naturali, & legitima ſobole maſculina euaneſcat, ſiue tollatur ſuperueniente legitima & naturali prole vtriuſque ſexus. ¶ Rurſum ſi non euaneſcat legitimatio facta vel ſuſcepta ſuperueniente dicta prole legitima & naturali ſexus vtriuſque, an agere poſſit legitimatus ad legitimæ ſupplementum, quæ naturali & legitimo filio debetur, non obſtante patris iuſſu & prohibitione, &c.

¶ Ad primum de quo ſupra quæritur, videretur prima fronte dicendum, legitimationem, de qua quæritur, euanuiſſe ſeu ſublatam eſſe legitima & naturali ſobole poſtea legitima procreata per l. ſi vnquam. C. de reuoca. dona. vbi donatio inter viuos facta de vniuerſis bonis ſuis, vel certa parte ab eo, qui tempore factæ donationis nullos habebat liberos, ſuſceptis poſtea liberis, reuocatur, quia non ſit veriſimile donatorem talem feciſſe donationem, ſi de liberis cogitaſſet, facit in ratione ſui C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condi. fac. l. generaliter. § 1. & de fideicom. l. cum acutiſſimi. & hoc videtur de mente Bald. C. de fideicom. l. eam quam in 3. char verſi. denuo dubitatur. vbi dicit, quod tunc noua proles ſuperueniens non reuocat factam legitimationem, quando omnes, ſcilicet legitimatus & poſt legitime nati ex eiſdem ſunt parentibus, ut quia concubinam, ex qua filium naturalem legitimauerat, per reſcriptum principis vxorem duxit, & poſtea vxore legitima facta filios procreauit, quaſi ſentiat, ſi ex diuerſa matre ſuſcepti forent poſtea legitimi, prima legitimatio tolleretur. ſi namque cogitaſſet ſe filios vere legitimos ſuſcepturum & maſculos, non curaſſet de vmbratili & ficta & impropria legitimitate,

cessare

ceſſare enim debet vmbra & fictio ſine color & imago ꝓpter veritatē & ſubſtātiā.ar.de li. & poſth. l.filio quē.
¶ Diuerſam tamen ſententiam prædictis non obſtantibus arbitror veriorem, non tolli videlicet nec euaneſcere prius factam legitime & ſolenniter legitimationem, primum quidem ex generali regula iuris.factum legitime in ſexto,de reg.iur.Secūdo per tex.pene in ſimilibus terminis hanc quæſtionem decidentem.C.de ſuis & legiti. l.ſi te.vbi filius adoptiuus ſuccedit æqualiter inteſtato patri adoptiuo cum filiis legitimis & naturalibus ante adoptionem vel poſtea ſuſceptis. Et idē dicit ibidem Baldus multomagis in legitimato,in quo ius vtrumque legis.ſ.& naturæ concurrit, q̄ in adoptiuo,vbi ſolum eſt ius legis.non autem naturæ.ar.C. cōmuni.de ſuc.authen. itaque Et idem dicit ibidem Ange.& refert ſe ſæpius ex facto uidiſſe ſeruatum. Confirmatur per l.ſi tibi ff.de adop.vbi dicitur non cōuenire moribus filium habere temporalem, eſſet autem hic legitimatus filius temporalis, ſi filius legitimus eſſe definiret ſuſceptis poſt ex matrimonio legitimo filiis,quod eſſet cōtra bonos mores & naturæ ordinem. hoc etiā probatur ex verbis imperialis priuilegii, in uerſi. & ꝙ virtute huiuſmodi legitimationis &c.vbi ſtatuit, quod legitimati eius auctoritate reſcripti admittant̄ ad æquales cum legitimis portiones,nō uult ergo legitimationem euaneſcere propter legitimos, ſed concurrere cū legitime natis,perinde ac ſi ipſi nati fuiſſent legitime, & ex iuſtis nuptiis,ut in uerbis exprimitur priuilegij.

¶ Ad argumenta in oppoſitum facta reſpondetur, & primo ad l.ſi unquam C.de reuo.do. quia loquitur in diuerſo valde caſu, loquitur in donatione facta per patronum liberto.ſecus autē foret ſi facta fuiſſet prorſus extraneo, tunc enim non reuocaretur, niſi in ſola legitima,ut eſt tex. 17.q.4.c.ſi.cū facilius quippe reuocetur in libertū donātis facta donatio,q̄ ſi fuiſſet collata in extraneum.ar.C.de inoffi.teſta.l.fratres.in ſi. legitimatio hæc de qua proponitur non reuocatur, quia per eam legitima portio poſtea natorum, & æqua portio tam ex legibus,q̄ ex reſcripto principis conſeruatur ad id no.quod no.Bal.in præalle.l.eam quam. C. de fideicom.reſpondetur quòd licèt dicat Bal.ꝙ legitimatio ꝑ nouam ſobolem poſt ex iuſtis nuptiis procreatam nō tollatur ſi noua ſoboles ex eiſdem parentibus fuerit ꝓcreata,non tamen dicit contrarium fore ſi fuerit ex diuerſis ſuſcepta parentibus & ipſe Bald.hoc ipſum vult ſine diſtinctione matrum in præalleg. l. ſi te. C. de ſuis & le.ubi etiam Ang.& habet rationem ut ſuperius eſt oſtenſum. & hoc de primo propoſitæ conſultationis articulo.

¶ Ad ſecundum vero de quo quæritur ſuperioribus conſequenter indubitate dicendum eſt, poſſe legitimatum agere ad ſupplementum legitimæ tanquam ſi fuerit ex iuſto ſuſceptus matrimonio. Cum nāque ſupra oſtenſum ſit,eū legitimum & naturalem filium ac in patris poteſtate ſubſiſtere,conſequens eſt legitimā portionem iure naturæ debitam ſibi nō poſſe per patrem tolli vel minui, niſi iuſtis ex cauſis ingratitudinis quę enumerantur in dicta Auth.ut cū de appel.cog. §. aliud quoque capitulum.& §.cauſas.& §.& hoc. verſi. cæterū.& in Auth de hære.& fal.§.1.& C.ad tre.l. iubemus. in prin.& ad l.falci.l.ſi ut allegas, in quibus hæc quæſtio nominatim deciditur. Quinimmo nec filio legitimo tantū,non etiam naturali,vt eſt filius arrogatus, poteſt eam auferre,vel diminuere, ſed tanquam æs alienum patris æſtimatur,vt ff.de inoffi.teſta.l.pap. §. quoniam autem quarta.& §. ſi impubes.& de adop.l. ſi arrogator. & ff.ſi quid in frau. patro.l. finali. & de colla. bo.l.1.§.ſi impuberi. & in Inſti.de adop §. quoniā autem. Quanto igitur magis hoc recipiēdum eſt in filio legitimato, in quo ius vtrunque concurrit legis.ſ. & naturæ,ideoque ius potentius habet,ut not.Bar.in præalleg.l.ſi te pates. C.de ſuis & legi. Et hoc volunt verba illa imperialis priuilegij ad inſtar aliorum, qui ſunt de legitimo matrimonio deriuati.Et plenius poſt in ipſa legitimatione palatini Comitis repetuntur. Quibus ex omnibus concludendum relinquitur, dictum legitimatum petere poſſe efficaciter & cum effectu ſupplementum legitimæ portionis, quæ ſibi ſi natus foret ex legitimis nuptijs deberetur, non obſtantibus prohibitione & iuſſu patris ſupra in teſtamento relatis.

¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Dos data per patrē filiæ in poteſtate mortua filia poſt maritum relictis liberis,qui demū moriuntur ſuperſtitibus auo paterno & materno ad quem ſpectare debeat,& quis ſuccedat in dicta hæreditate ab inteſtato an auus paternus,an maternus.

SVMMARIVM.

1 *Dotis actio cedit patri viua filia & mortuo genero.*

2 *Conſuetudo,qua certo caſu diſponit contra ius commune, ad aliū caſum in correctione iuris communis extendenda non eſt.*

CONSILIVM LXVI.

SER Gnarnerius de Faſſia & ſer Federicus notarius de Pabo cōtraxerunt matrimonium in hac forma,ꝙ dictus ſer Guarnerius tradidit Derotheam eius filiam in uxorem Ioanni filio dicti ſer Federici cū dote 400.duc.auri poſtea deceſſit dictus ioannes relicta poſt ſe dicta eius uxore prægnante, quæ immediate ante trigeſimum diem poſt mortem dicti ioannis peperit filium vnum, & in puerperio deceſſit dicta Derothea relicto poſt ſe eius filio & ſer Guarnerio eius patre & ſer Federico eius ſocero,poſt quam per ſpaciū duorum annorum uel circa deceſſit dictus filius natus ex dictis duabus iugalibus relictis poſt ſe dictis ſuis auis paterno & materno.Quærit̄ modò quid iuris, q̄s ſuccedat dicto filio vł auus patern⁹, aut matern⁹, aut ambo.

¶ In propoſita quæſtione concluſiue reſpondeo, ꝙ ſi de hæreditate ſeu ſucceſſione īfantis mortui de quo præponitur, quæratur, uterque tam auus maternus q̄ paternus pariter ſuccedant in bonis,quę fuerūt infantis, vt C.ad tertul. auth.de facto.& in corpore vnde ſumitur. Sed adúertendū eſt, ꝙ dos ſeu obligatio dotis illorum 4050. duc. auri datorum in dotem per dictū Guarnerium de Faſſia pro dicta filia ſua & matre dicti infantis, propter quam dotem vehemēter opinor conſultationem proponi, non erant in bonis nec in hæreditate dicti infantis mortui,ſed etiam viuo eo pertinebat dos & dicti ducati 4050.ad ipſum ſer Guarnerium iure communi.nam in dote profecta a patre pro filia, quæ ſit in poteſtate patris ſicut hic erat,qa nec fuiſſe emancipata proponitur,quæſita fuit actio communis patri & filiæ,ut ff.ſolu.matri.l.2.§.quod ſi in poteſtate,& mortuo genero.ſ. Ioanne prædicto actio de dote quęſita fuit communis patri & filiæ, mortua vero poſtea filia iure communionis in perſona patris conſolidata fuit,& ſic nec ad dictum infantem hæreditario iure matris tranſiuit,ut no.per gl.C.ſo ma. l. dos a patre profecta,& ab oībus fere approbatur tā ibi q̄ ff.ſo.ma. l.poſt dotem.nec mouet ꝙ licèt ex iure cōi ita ſit,ꝯſuetudo tamen in ꝯtrariū pręualuit ſ̄m ſnīam Martini Goſiani, ut liberis extātibus ex ipſo matrimonio cōibus non reuertitur ad patrem,ſed apud liberos ſeu liberorū remaneat actio,ut no.C.ſo.ma.l.dos a patre, quia reſpondeo ꝙ illa conſuetudo diſponit quando mulier filiaſamil.moritur in matrimonio relictis liberis communibus ex ipſo matrimonio.Caſus autem noſter vltra illam cōſuetudinē eſt.quia loquit̄ qn̄ maritus prior
1 eſt mortuus † vnde dotis actio cedit patri viua filia & mortuo genero, cū filiæ cōiter ſtatim competeret non obſtante conſuetudine, quæ non hoc caſu loquitur.&

Ideo poſtea mortua filia in patre ſuperſtite ſolo conſo-
2 lidata eſt. non eſt † namque conſuetudo, quæ certo ca-
ſu diſponit cõtra ius cõe. ſ. cũm filiafa. in matrimonio,
id eſt, marito & liberis ſuperſtitibus mortua eſt, ad aliũ
caſum in correctione iuris cõmunis extendẽda, ut ff.
ſolut. mat. l. ſi vero negocium. §. de viro. & ar. ff de legi.
& ſe. con. l. quod vero contra. & de reg. iur. l. quod con-
tra. co. tit. in 6. in ar. & ibi per Dy & Barto. ff. ſol. mat.
l. ſi conſtante. in prin. & per Ia. Bu & Bar. poſt gl. C. de
ſacro ſan. eccle. auth. quas actiones. & ita recte ſcribit
in his terminis propoſitis Bar. in prælleg. l. poſt dotẽ.
in ver. item facit ad aliud. & Albe. de Bergamo com-
mentator egregius in prælle. l. dos a patre. in fi. ſui cõ
mentarij, ſentiens, nec hoc caſu. ſ. quãdo præmoritur
maritus vxori induci poſſe conſuetudine, ut dos etiam
liberis extantibus apud eos remaneat, ut notatur pacto
non poſſe fieri. ff. de dote præleg. l. 1. in prin. Et hoc niſi
probaretur conſuetudo in ipſo loco vigere, quod etiã
præmortuo viro & poſt filiaſa. vxore liberis extãtibus
dos apud liberos remaneret, ut dicit Bar. vbi ſupra. Re
linquitur itaque in propoſito caſu alia ꝯſuetudine nõ
propoſita, de qua proxime feci mentionẽ. dotẽ prædi-
ctam ad dictũ ſer Guarnerium tantũmodo pertinere,
quod & videtur æquitati conſentaneũ, ut ad eũ redeat,
vnde fuerat profecta, ne alias parentũ erga liberos mu
nificentia retardetur, vt C. de bonis quæ lib. l. 2.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Hæres an, & quando poſſit contrauenire facto de
functi, & promiſſio quod habebit ratum & firmũ con
tractum quid contineat, & an ea promiſſio intelligatur
ꝙ neque per promittentem neque eius hæredem con-
trafactum fuerit, & quid de clauſula, totiens quotiẽs, &.
rato manente pacto.

SVMMARIVM.

1 *Res reſtitutioni ſubiecta & alienata poteſt vendicari.*
2 *Pater an iura filiorum titulo donationis alienare poſſit.*
3 *Non licet hæredi contra factum defuncti venire.*
4 *Stipulatio habere licere etiam ex donatione interpoſita dicitur cõ
tinere factum promiſſoris & ſuorum hæredum.*
5 *Conſenſus ſimplex an tollat ius præſens, quod conſentiens ignora-
bat ſibi competere.*

CONSILIVM LXVII.

PATERFAMILIAS teſtõ recte facto
ſibi vniuerſales hæredes inſtituit A. B.
C. voluitque, quòd ſi aliquis vel aliqui eo-
rum decederent ſine filiis maſculis legiti
mis & naturalibus, pars decedentis ſeu de
cedentibus ꝑuenire debeat in ſuperſtites vel ſuperſtitẽ.
ipſis autẽ omnibus deficientibus, ſeu decedentibus hæ
reditas libere deuenire debeat ad eorum filios maſcu-
los legitimos & naturales tunc ſuperſtites, deficientibꝰ
autẽ ipſis tribus hæredibus, & eorũ filijs legitimis & na
turalibus maſculis, tunc & eo caſu dicta hæreditas per-
ueniat, & peruenire debeat ad proximiores maſculos
legitimos & naturales de agnatione ſua. Mortuo teſta-
tore hæredes inſtituti adita hęreditate cognoſcentes
D. aut æqualem aut proximiorẽ dicto teſtatori iure a-
gnationis non inſtitutũ, ſed præteritum ab ipſo teſtato
re ex falſis & mẽdacibus aſſertionibus ipſi teſtatori ſug
geſtis, & nolentes ipſum ex huiuſmodi mẽdacijs iactu-
ram pati aſſumpſerunt ipſum D. in quartũ hæredẽ effe
ctu, ut perinde habeatur quo ad cõmoda & incõmo-
da hæreditaria, ac ſi fuiſſet inſtitutus hæres in ipſo teſta
mento, donantes ſibi quartã partẽ hæreditatis irreuo-
cabiliter inter viuos, ita vt ſubſtitutio ſupra relata inter
ipſos tres facta & inter ipſos quatuor, & ipſis quatuor,
facta credatur in oĩbus & per oĩa eiſdẽ verbis & cõdi-
tionibus inter ipſos quatuor & ipſis quatuor expreſſis
verbis ſpẽaliter fuerit repetita pactis & ſtipulatione val-
latis. & illico ſubdiderunt. Quæ omnia & ſingula in ꝑ
ſenti cõtractu contenta promiſerũt ſibi vicisſim dictæ
partes ꝑpetuo firma rata & gratia hře, tenere, attẽde-
re, & obſeruare, & non contrafacere, uel contraueni-
re per ſe, vel aliũ aliqua rõne, vel cauſa, de iure vel de fa
cto ſub pœna &c. Quæ pœna totiens cõmitatur &c. &
qua pœna ſoluta &c. Pro quibus oĩbus & ſingulis me-
lius attendendis & obſeruandis prædictæ partes ſeſe o-
bligauerunt, ſuoſque hæredes, & bona oĩa ſua præſen-
tia & futura poſt hæc A. & B. ſine filijs maſculis deceſ-
ſerunt relictis ſupſtitibus C. & D. ad quos peruenerũt
duæ partes dictorũ A. & B. hæreditatis dicti teſtatoris,
quas ipſi C. & D. inter ipſos diuiſerunt cũ clauſulis con
ſuetis cũ & reliquis duabus prius habitis inter ſe diui
ſis. Tandẽ moritur C. relictis duobus vel pluribus filijs
maſculis legitimis & naturalibus ſibi factis hæredibus,
Qui filij dimidiã partẽ hæreditatis ſeu res hæreditaria
quæ pro ſua parte dimidia ex diuiſione facta C. ad D.
deuenerant, ab ipſo D. petũt & vendicant ex teſtamẽ-
to ſupra relato. Quæritur nunquid efficaciter poſſunt,
proponitur ꝙ ipſe C. fuit hæres pro dimidia dicti B.

¶ In propoſita quæſtione videtur filios C. petere &
vendicare poſſe dictas res hæreditarias apud D. titulo
donationis cõſtitutas per l. fi. §. ſed quia. & auth. ibi po-
1 ſita res quæ. C. cõia de leg. † vbi probatur res reſtitutio
ni ſubiectas ex vltima voluntate minime poſſe per hæ
redes rogatos alienari, & impleta conditione fideicõ
miſſi ſicut hic eſt per fideicõmiſſarios poſſe vendica-
ri ſine impedimento pręſcriptionis longi tẽporis ab ip
ſarum rerũ poſſeſſoribus, nec potuiſſe C. licèt patrem
filiis, quamuis in poteſtate ſua conſtitutis, ius fideicom-
miſſi tollere, tũ ꝗa ea bona & fideicõmiſſum poſt mor
tẽ patris filiis relicta in legitimam adminiſtrationẽ pa-
tris prãis rõne non cadunt, cũ patre viuo filij non cõ-
petant nec quærantur, nec in eis filij vſufructũ habeãt,
ſed ex ſua perſona pater viuens ea ſibi vendicet, tum
2 quia pater res & iura filiorũ titulo donationis alienare
non poteſt, vt C. de bo. ma. l. 1. & de bo. quæ lib. l. cum
oportet. §. non autẽ. & l. cũ non ſolum. §. vbi autem in
vnum. in fi. & quod legitur & notatur ff. de tranſa. l. de
re filiorũ. & C. eo. ti. l. præſes. & facit totus titulus C. res
inter alios acta in rubro & nigro. His tñ nõ obſ. verius
vř dictos filios & hæredes dicti quondã C. Primo qui-
dẽ pro parte, ꝗ dictus C. dicto D. donauit. vẽdicare ſeu
3 cõtrauenire nõ poſſe ꝑ l. cũ a matre. C. de rei ven. † vbi
non licet hřdi contrafactum defuncti ẽt ex ſua perſo-
na ſine ſuo proprio iure venire. Et notandũ ꝙ l. illa, cũ
à matre, loquitur eo caſu quo nec de euictione teneba
tur hæres, ꝗa ſciẽs fuerat emptor, ꝗd res vẽdita fuerat,
ſiue foret aliena. arg. C. de euic. l. ſi fundũ ſciens. ſicque
emptori eidẽq; poſſeſſori nõ erat adminiculo illa uul-
garis regula. Quẽ de euictione tenet actio, eundẽ agen-
tẽ repellit exceptio. ſola igitur ea rõ eſt, quia reputatur
eadẽ ꝑſona cũ defuncto, ut in Auth de iureiur. a mo. ꝑ-
ſti. §. 1. & ſicut nõ poſſet nec potuiſſet defunctus ẽt ex
ſuperueniẽti iure ſibi ꝯtrauenire facto ſuo, ita nec hæ
res eius, vt not. in d. l. cũ a matre. per glo. & doc. Sic igi-
tur & in donatione de qua in præſenti agitur obſeruan
dũ eſt. licèt de euictione, quæ ab alio fieret, non tenerẽ-
tur C. vel hæredes eius, ut in l. 2. C. de euic. ꝗꝗ & hic du
bitari poſſet, ꝙ dictus C. licèt ex donatione de euictio-
ne teneretur propter interpoſitã ſtipulationẽ de atten
dẽdo, & obſeruando promiſſa ꝑ d. l. ſecundã. & ibi no.
C. de euic. rurſum idẽ C. ſolenni ſtipulatione promiſit
dicto D. oĩa & ſingula in dicto contractu ꝯtenta per-
petuo firma, rata, & grata hře, tenere, attendere, & ob-
ſeruare, & nõ contrafacere vel ꝯtrauenire per ſe vel a-
liũ. ꝗ ſtipulatio effectu id cõtinere vř, ꝗd ſtipulatio habe
re ipſam rẽ donatã, id eſt per ſe nõ fieri quo minus id
quod donatũ eſt habere liceat ipſi D. Stipulatio autem
hře licere † ẽt ex donatione interpoſita non tm̃ factũ
continet

continet promiſſoris, verum etiam hæredum eius, vt ff. de verb obli l. ſtipulatio iſta. in prin. ibi ſed ſe obligat, aliàs eſt §. ſed ſi ſe. & §. quæſitum. & nõ tantũ continet ius tunc competens, verùm etiam ius futurum, hoc eſt, vt nec ex iure tempore ſtipulationis interpoſitæ cõpetẽte promiſſori, verùm etiam nec ex futuro & poſt quæſito poteſt ipſe promiſſor vel ſui ſucceſſores rem ipſam euincere vel auferre ſtipulatori ſeu ſucceſſoribus ſuis, vt d. §. quæſitum. & §. ſicut. & not. in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſed quatenus in gloſ. magna ante mediũ ibi. eſt eius promiſſionis effectus, &c. Non poſſunt igitur hæredes dicti C. facere, vt dicto D. res donatas habere non liceat, id eſt ſibi euincere vel auferre etiam ex ſuo proprio iure, cum d. l. ſtipulatio iſta. de ſucceſ. indiſtincte loquatur, & de poſt quæſito iure comprehendat, & maxime per d. l. cum a matre, & de re. alie. nõ ali. l. vẽditrici. ſecundo reſponſo. & ff. de excep. rei ven. & tra. l. ij. 2. reſponſo. Quod tamen ita verum intelligo ſiue ipſi filij & hæredes dicti quondam C. inuentariũ ſolemniter non fecerint, ſiue fecerint, ſed hæreditas dicti C. eſt idonea vel ſoluendo id eſt, quia dicti filij & hæredes tantum ex bonis & hereditate patris fuerunt aſſecuti, quãtum valet dicta pars hæreditatis per dictum C. dicto D. donata per ea, quæ notantur in præalleg. l. cum a matre. & C. de iure delib. l. fina. §. in computatione, & per Bar. ff. de viuc. l. cum vir. verſus finem commentarij ſui in verſic. quæro quid econuerſo. Et per hæc eadem argumenta ſequitur idem eſſe dicẽdum in media parte dicti B. cui hæres extitit dictus C. pro dimidia & ꝑñte ipſi filij & hæredes dicti C. pro parte vero, quæ dicto A. contigit & pro reliqua dimidia partis, quæ contingit dicto B. in qua neque C. neque filij eius fuerunt hæredes dicti quondam B. pluſculum dubitationis exiſtit. Nam cum dictus C. eas partes non donauerit, neq; donatoribus conceſſit nihil, niſi quod tacendo conſenſerit, ipſi aſcribi poteſt In eo autem qui tantum conſenſiſſe probatur, ea videtur doctrina colligi, vt ipſe quidem, qui conſenſerit alieno contractui, contrauenire non poſſet, neque hæres eius ex perſona defuncti. Nam qui alij conſentit ſua iura perdit, vt C. de admi. tu. l. cũ quidam. cæterum ſi proprio nomine & ex ſuo iure nõ hæreditario hæres eius, qui alieno conſentit contractui, contrauenire minime prohibetur, cùm non ipſe hæres conſenſerit, porro filij & hæredes ei donationi a eo heredibus patris factæ dicto D. minime conſenſerunt, licèt C. pater eorum conſenſerit, vnde ex ſua propria perſona & ſuo proprio iure hæredes dicti C. contrauenire minime prohibentur, ſecundum ſupra relatã doctrinam quæ probatur C. de euict. l. exceptione & l. fi. & quod ibi per Cyn. ſecũdum Pe. At qui fortitan id admittendũ concederem ſi proponeretur a dicto C. ſtatum in finibus ſimplicis conſenſus adhibiti donationibus cohæredum. enimuero cum dictus C. ſolemni ſtipulatione ſpoponderit dicto D. ſe omnia & ſingula in dicto ꝯtractu per ipſum C. & cohæredes facto ꝯtenta, rata, grata, & firma habere, & non contrauenire &c. & ſic etiam donationes a cohæredibus factas, eaque promiſſio contineat abſolutionem hr̃e licere eas donationes id eſt neque per ſe, neque per hæredes ſuos, quos etiam expreſſit, vt ſuperius in facti narratione comprehenſum eſt fieri, quominus dicto D. res donatas habere ſibi liceat, iuſque etiam quod poſt quæreretur, contineat, non animaduerto quomodo hæredes dicti C. contrauenire pñt, & res ipſas donatas dicto D. euincere vel auferre, cùm committatur ea ſtipulatio ſiue per ipſum promiſſorem ſiue per ſucceſſores ipſos factum ſit, aut fiat quominus ipſi D res donatas liceat habere, vt d. l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum. ibi, cùm neque per eum neque per ſucceſſores, &c quicquam factum eſt a contrario ſcolũ. Nam ſicut committitur, ſi ſit tempore promiſſionis aliena, fiat autem poſtea promiſſoris, vt d. §. quæſitum, ita quoque pari ratione videtur committenda ſi poſt promiſſoris hæredũ facta ſit, cùm hæres & defunctus vna perſona iuris interpretatione cenſeantur. & hac ratione etiam hæres ex ſua propria perſona proprioque iure veniens protinus excludatur, & factum quoq; hæredis expreſſim complectatur, nõ ſic fideiuſſor factum ſuum promittit, nec ex facto ſuo, ſed ex facto principalis committitur contra fideiuſſorem ſtipulatio faciendi, vt ff. de ver. ob. l. cum filius. § 1. & de oper. lib. l. ſi libertus moram. Ideoque nec factũ hæredis amplectitur, ipſe autem fideiuſſor venditionis idcirco a vendicatione repellitur, quia venditioni & alienationi conſenſit, non quia de euictione teneatur, vt expreſſe dicit d. l. exceptione, quòd in hærede dici non poteſt fideiuſ. ſcilicet vt ꝯſenſerit d. l. fi. ſicque nec eum repellat conſenſus ſi ex proprio iure, non hæreditario veniat, neq; factum fideiuſſoris comprehendit ea fideiuſſo & multominus factũ hæredis. ideoque ipſe põt eam rem vendicare vel euincere ſiue auferre, licèt de euictione teneatur, & ideo haud improbabiliter attẽtari poſſet, quòd ſi poſt fideiuſſionem de euictione factam, dominiũ rei venditæ & traditæ ad fideiuſſorem ſuperueniet ex noua cauſa, cum eo nomine venditioni non conſenſiſſet, non impediretur euincere, licèt euicta re de euictione teneretur. doli namque exceptio, quæ contra fideiuſſorẽ vendicantem tribuitur per l. exceptionẽ. preal. non ex eo deſcendit quia de euictione teneatur, ſic omnque pari ratione repelleretur hæres fideiuſſoris doli exceptione, cùm & ipſe de euictione teneatur, quod eſt falſum, vt d. l. fi. C. de euic. nec illa ratione, quia de euictione teneatur fideiuſſor, vtitur legiſlator. d. l. exceptione, ſed ea ratione, quia ꝯſenſit, ſieque ius ſuum amiſit, ſicq; remiſiſſe videtur, vt C. de admi tu. l. cum quędam. & de remiſ. pig. l. 1. & 2. & l. cum te. Non poteſt aũt videri ꝯſenſiſſe, ſeu ius remiſiſſe reſpectu iuris, qđ poſtea ſuperuenit, vt d. l. cũ te in fi & ar. in l. acquiliana oino ocs præcedentes. & in l. cũ acquiliana. ff. de traoſ. Conſenſus. n. pñs adhibitus ius pñs tollit ſeu remittit, non futurum ar. ff. quo. leg. l. 1. §. qđ ait prętor voluntate, pacto vero etiam ius futurum tollitur. nam & ad tempus futurum pactum ſeu ſtipulatio refertur, vt ff. de pac. l. & hære. §. filia. & de ver ob. l. 5. §. ſtipulatio. & C. de pac. l. 1. & ibi no. ideoq; præalle. l. exceptione. C. euic. ſignanter de iure, quod ipſi fideiuſſori tempore fideiuſſoris competebat, loquuntur. Am-
5 plius dubitari poſſet † an ſimplex ꝯſenſus ius præſens, quod conſentiens ignorabat ſibi competere, tolleret, nam nec pactum quod amplius eſt id tollit, vt ff. de inoffi. teſt. l. mater. & de hære. pe. l. legitimum. & de tranſac. l. qui cum tutoribus. §. pe. & fi. & l. acquiliana, & l. cum acquiliana. nam & in fideiuſſore ius ſuum ſciente loquitur præal. l. exceptione. Quod nemo dixerit in venditore ſeu donatore, etiam qui ius ſibi competens ignorauit, vt ff. man. l. ſeruum Titij. & ſi cer. pe. l. eius qui §. quas vero. nec ob. ff. de contrahen. emp. l. & ſi ꝯſenſum. §. fi. quia non ſolemniter rem donabat, ſed reſpectu iuris, quod apud alium conſtitutum foret, tradi iubebat hęc tamen inquiſitio in re præſenti neceſſaria non eſt, ſed hoc ideo tractaui, vt oſtenderẽ, aliud eſſe ſimplicem conſenſus adhibitionẽ in aliquo contractu, & aliud promittere nihil contra fieri, vel ꝯrauenire, ſeu rem ipſam hr̃e licere. nec ſuperioribus refragantur. ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. fi. vbi qui promiſit ſe nihil cõtra diuiſionem & contractum præcedentem facturũ ex fideicommiſſo, cuius conditio poſt impleta fuit, partem tamen quæ fratri ex diuiſione contigerat euincit, & aduocat. Multo ergo magis hæres eius, qui id promiſerit, audiendus erit, quoniã ibi frater ſuperſtes nequaquam euincit & afert eam partẽ, quã ex diuiſione ſeu permutatione, vt ff de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. Io 2. tradiderat fratri. ea nãque pars in fideicom. non erat. nec eum frater præmortuus ex patris hæreditate, ſed ex permutatione ſuſceperat, cuius nomine ea clauſula ſtipulationis fuerat interpoſita. Vnde putarẽ, eam partẽ auocari vel euinci non poſſe per fratrẽ ſuperſtitem. ſi forte cum fuiſſet aliena domino hæres extitiſſet, & ſic ex iure nouo ſuperueniente ſicut in venditione

tione ſeruatur, vt ff. de euic.l.vendicantẽ, ita & in permutatione ſeruandũ ſit.ar.ff.de re.permu.l.fi. Sed eam partem petit & auocat frater ſuperſtes.quæ fratris præmortui fuerat hæreditario iure patris, ſicque reſtitutioni ex fideicommiſſo ſubiacebat, nec ad eum ex diuiſione ſeu permutatione,ſed ex patris hęreditate peruenerat, atque etiam eam partẽ petit frater ſuperſtes, quę ſibi a fratre præmortuo ex permutatione peruenerat,& quæ etiam reſtitutioni ſubiacebat,quarum nomine nihil ipſe frater ſuperſtes fratri pręmortuo licere habere promiſerat, ſed earum tantum rerum & partiũ noie, quas ipſe fratri præmortuo tradidiſſet, & apud ipſum ex ipſa diuiſione ſeu permutatione fuiſſent,non eius partis, quæ ad ipſum fratrem ſuperſtitem perueniſſet,& quam ipſe poſſidebat. Illi namq; parti, quam ille promiſſor habet & poſſidet, non conuenit ea ſtipulatio, ſed ei parti & rei quam ſtipulator habet ne auocet ab eo, & quam habet ab ipſo promiſſore,non quã ſuo iure prius hẽbat,quia nec id agebatur. Ac in propoſita ſpecie filij dicti C.volunt auocare eas partes hęreditatis,& res quas dictus D. a dicto C. aut eius cohæredibus per traditionem ex cauſa donationis acceperat,& ex contractu inter eos habito, non aũt aliunde habuerat vel hẽbat ſuo iure prius, & quas partes & res promiſerant dicti A.B. & C.habere licere per ſe & hæredes ſuos dicto D.quod ex eo quoq; maxime demõſtratur, quoniã dictus C. dum vixit partes dictorũ B. & A. quæ ad ipm C.ex fideicommiſſo ſecundũ formã teſtamenti perueniſſent ſeu peruenire debuiſſent,quia ſine filiis maſculis deceſſerant, nõ ſibi ſolus vendicauit, ſed cum ipſo D.fratre ſuo partitus eſt,ſicque ſenſit, vt neq; ex fideicom. in teſtamento dato dictæ partes donatæ dicto D. protinus auocarentur. Sicut igitur ipſe C. viuens auocare non potuiſſet ex eo quod actum erat inter eos, vt ſequentia declarant, ita quoque nec hæredes dicti C.auocare poſſunt, quaſi de ipſo quoq; fideicommiſſo in teſtamento tranſigerẽt,vt nominatim ẽt de ipſo fideicom. atque ſi ſpecialiter aliter diſponitur, quàm in teſtamento fuiſſet mendatiis circunuẽtus,quo fit, vt ea portio, quam relicturus fuerat teſtator dicto D.ſi non deceptus fuiſſet per dictum D. ab ipſis hæredibus inſtitutis vendicari potuiſſet, ſi id conſtitiſſet,quod nunc ipſorum hęredum inſtitutorũ confeſſione manifeſtũ eſt.ar.ff.de hære.inſti.l.fi.& C.eodem.l.ſi pater. & l.nec apud.vnde dicti A. B.& C.veritate proſpecta potius dicto D.debitum exſoluerunt,quàm donarunt. Et ſi hoc ipſum contra filios C. etiam non hæredes eius probatione conſtaret,eis agentibus doli obſtaret exceptio, qui ſi poſſiderent eo nomine,efficaciter conueniri poſſent per dictas leges de hære.inſti.& arg.ff.de reg. iur. l. inuitus.§. cui damus.cum ſimilibus. Satis plane vehemens & quaſi violenta præſumptio eſt, quod ita res ſe habuerit,tum ex qualitate gradus & ſanguinis dicti D.cum dicto C.fratre ſuo & priore conſanguinitate cum cæteris, tum ex confeſſione dictorũ A. B & C. tum quia veriſſimiliter eum non admiſiſſent in quartum hæredem, niſi iuſtior cauſa dicti D. eos ad id impuliſſet,non enim ſunt faciles homines in magnis donationibus, & maxime tot numero concordes quorũ duo, aut nulla aut exigua dictum D.cognatione tangebant A.videlicet,& B.cum donare ſit perdere & iactare, vt ff. de dona.l.filiusfa.& de proba.l.cum de indebito.§.1.Illud poſtremo nõ inſubtiliter pro veritatis adiutorio memorandũ cenſui, quod dicti filij & hæredes dicti C.dictũ fideicommiſſum petunt non ex primo capite ſubſtitutionis, ſiquis vel qui ſine filiis maſculis deceſſiſſent. ex eo enim vocatus fuit C. pater eorum ad partes dictorum A. & B. nec ex tertio & vltimo quod locum habet ipſis tribus inſtitutis, & filiis eorum deficientibus. Ex ſecundo itaque venient,quod recte conſiderantibus locum habet duobus caſibus, ſiue omnes filios maſculos reliquerint ſiue vltimus moriens qui eſt caſus noſter. Ex illo vero capite C.vltimus moriens iuſſus eſt filiis ſuis reſtituere hæreditatem, quibus verbis continetur,vt ipſe C.partem ſuam,quam habet hæreditario iure reſtituat,vbi nullam prorſus heſitationẽ oſtendi per l.cum a matre.& l.exceptione.C.de euictio & l.ſiue poſſeſſio. Non autẽ continentur partes, quas ipſe C.ex fideicom. recepit ab A.& B. qm̃ appellatione hæreditatis non continentur fideicommiſſa, vt videtur expreſſum.ff.de l.3.l.ſi Titius.& ad tre.l.Marcellus. §.quidam.eoque amplius quoniã & ſi fideicom. continerẽtur, videndum foret, an trebellianice deductioni quartæ locus foret, in qua ſi locus foret ſaltem donatio tenuiſſet, vt ff. ad tre. l. marcellus.§.res quæ.&c. Quibus ex omnibus concludendum relinquitur, dictos filios & hæredes dicti C. donata dicto patruo ſuo auocare non poſſe.

¶ Ad allegata vero per diuerſam apparet per ſuperiora reſponſio procederent, namque vbi dicti filij C. ſuo patri non extitiſſent hæredes vel fuiſſent, & facto ſolenni inuentario non ſupereſſet ex bonis patris quantum donata dicto D. valeant. Cæterùm ſi ſint patris hæredes,& inuentariũ ſolemne non fecerint, & hæreditas ſit idonea vltra omne æs alienum ſolutum eis ſuperſit quantum conſcendit æſtimatio donatorum, improbe deſiderant a patruo donata repoſcere, immo etiam forte verius debitẽ ſoluta ſeu reſtituta velut indebita reuocare, ac factum & promiſſionem patris, qui bonam fidem agnouit, contra fidem ſanguinis, & placitorum etiam irrita facere, &c.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael Fulgoſius vtriuſque iuris doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Legatum factum per teſtatorẽ de certa parte bonorum ita quod deueniat in nepotem dicti teſtatoris natu maiorem, an nepotis appellatione contineatur pronepos, & an pronepos natu maior non hæres patris admittatur ad dictum legatum.

SVMMARIVM.

1 *Filius nepotis non eſt nepos.*
2 *Nepotis appellatione non poteſt contineri conceptus poſt mortem teſtatoris.*
3 *Pluralitas ſeu differentia graduum an detur inter nepotes, ita an perpetuitas.*
4 *Nepotum appellatione qui contineantur.*

CONSILIVM LXVIII.

MATHEVS De Perono legauit por mortem Machaldæ vxoris ſuæ ſer Nicolao fratri ſuo medietatem pro indiuiſo bonorũ ſtabilium cõmunium ſibi cum dicta vxore ſua,ſi tunc, ideſt tempore mortis dictæ vxoris ſuæ vixerit dictus ſer Nicolaus.alioquin maiori natu, qui tunc vixerit ex nepotibus ſuis gradatim ſucceſſiue & imperpetuum. Ita tamen quod tam dictus Nicolans vel alius de Perono,qui dictam medietatem tenebit & poſſidebit, vt ſupra. debeat anno quolibet imperpetuum cuidam ſacerdoti celebraturo miſſas ad altare quoddam,quod ſtatuerat quibuſlibet diebus imperpetuum debere celebrari,dare & ſoluere certã quãtitatem pecuniæ. Mortuo dicto teſtatore dictus ſer Nicolaus frater teſtatoris mortuus eſt viuente dicta Machalda quondam vxore dicti teſtatoris, & ob id ea bonorum medietas poſt mortem dictæ Machaldæ prouenit ad A. maiorem natu de nepotibus,ideſt filius fratrum dicti teſtatoris. Qui A. mortuus eſt relictis certis ſibi hæredibus nullo filio fratris dicti quondam teſtatoris relicto ſuperſtite, ſed relictis ſuperſtitibꝰ filiis ſuis pluribus. Quæritur, an dicta bonorum medietas, vt præmittitur legata, debeat peruenire ad filiũ ſuũ maiorem natu,qui nõ eſt patris hæres, An verò debeat pertinere ad alios filios minores ſupradicti A. tãquã hęredes

des ipſius A. quaſi legato ipſo finito, cùm de nepotibus dicti quondã teſtatoris nemo ſuperſit, cùm dictus A. fuerit vltimus qui ſuperuixit de nepotibus, &c.

¶ In propoſita quæſtione videretur prima fronte dicendum, hæredes quoſcunque dicti quondam A. ad dictam bonorum medietatem admittendos, non etiã dictum filium ipſius A. natu maiorem per l. agrum. C. quando di. le. ce. vbi vltimus ſuperuiuens ex pluribus, quibus ager legatus erat ita vt ad vltimum perueniret, fideicommiſſo non tenetur. dictus ergo A. qui proponitur vltimus ex nepotibus ſuperuiuens fideicommiſſo non tenetur, & ſic nec hæredes obligatos &c. Cõfirmatur, quia filius dicti A. natu maior nõ eſt nec fuit ne-

1 pos dicti teſtatoris, ſed filius nepotis, † filius quippe nepotis non eſt nepos, ſicut nec filius fratris frater eſt, nec appellatione nepotis continetur pronepos. vt ff. de lib. & poſthu. l. gallus. §. idem credendum. & §. inſtituens. & ibi not. per gloſſ. & Dy. Præſertim quia dictus filius

2 A. † conceptus eſt poſt mortem dicti teſtatoris, vnde non fuit nepos nec tempore teſtamenti nec tempore mortis, quod exigi videbatur. vt ff. de reb. du. l. ſi cognatis & de ſuis & leg. l. Titius. cũ duabus ſequẽtibus. & aliis coocor. ibidem allegatis. Quinimmo ad dictũ legatum vocatus videtur vnus tantùm ex nepotibus dicti teſtatoris, qui tempore mortis dictæ Machaldæ maior natu foret, ſi frater teſtatoris tunc non viueret. Ait enim teſtator perueniat ad ſer Nicolaum de Perono fratrem ſuum, ſi tunc vixerit, alioquin ad natu maiorem, qui tunc vixerit de nepotibus meis, & quod ſequitur, gradatim ſucceſſiue, notat ſucceſſionem de gradu in gradum ex teſtamento delatam, quia fratrẽ primo vocauerat, ſi tunc ſcilicet tempore mortis vxoris viueret. Eo vero mortuo ſubſtituebatur nepos, qui tunc maior eſſet natu de ſuis nepotibus, ſic de ſecundo gradu, quo frater eſt, ſubſtitutio fiebat, velut edictum ſucceſſorum de nepote, qui erat tertio gradu, non autem nepotes omnes gradatim vocabit, quia inter nepotes non eſt gradus cum ſint omnes in tertio gradu quotcũque ſint. & in Inſti. de gradi. cogna. §. 3. & quod ſequit. imperpetuum, ideo dixit, quia non ad tẽps vitæ ſuæ ſicut vxori primo vocatæ paulo ante legauerat, ſed vt perpetuo iure ad ipſum nepotem perueniret. Et hoc ſuadet numerus ſingularis, quo vſus eſt teſtator bis, dũ poſt addidit. Ita tamen quòd tã dictus Nicolaus, quàm ille de Perono &c. Nam & ſi frater ſcilicet ſer Nicolaus vixiſſet tempore mortis dictæ vxoris, libere legatũ accepiſſet, nec fideicommiſſo obſtringebatur. nepos n. ita vocatus eſt, ſi frater non vixerit tẽpore mortis vxoris, non autem ſi tunc vixiſſet frater, & legati emolumentum accepiſſet, vocatus eſt poſt eum nepos, ſic ergo fratre præmortuo ſolus nepos natu maior vocatus eſt libere, nec fideicommiſſo obſtrictus eſt, quaſi teſtator conſilio totum accipientis legatum iudicio & diſponi reliquerit, qui melius & prudentius de poſt contingẽtibus & futuris ſuo tẽpore poterit iudicare, pariter & diſponere, quàm teſtor qui futura neqt cognoſcere.

¶ In contrarium arguitur, quòd immo dictus filius A. natu maior tametſi non patris hæres ſolus ex fideicõmiſſo ad dictum legati emolumentũ vocetur, primũ, quia appellatione nepotis etiam ſinguli numero indiffinite prelati continetur, & pronepos & ſic filius dicti A. per l. cui eorum. §. t. ff. de poſtu. & de ver. ſig. l. iuſta. & multo magis quia in ſono vocis magis conueniunt nepos & pronepos, quàm filius & nepos, & videtur euidenter probari in præal. l. gallus. §. inſtituens. vbi ſimilitudo notatur per Scæuolam inter inſtõnem nepotis, qui ſibi poſt mortem ſuus naſceretur, & illam inſtõnẽ quiſquis ſibi liberorum natus erit, vel quicunque natus erit, ſit inſtitutus ſi ſuus naſceretur. quas duas vltimas inſtitutiones etiã pronepotes & alios deinceps quibus præpoſitio ſolet præponi, ptinere, dubium nõn eſt, ſecundũ Bar. in d. §. inſtituens. Et hãc fuiſſe mentẽ & ſententiã teſtatoris manifeſtiſſime probant verbã ſequentia, gradatim, ſucceſſiue, & imperpetuũ. Inter nepotes

3 namque † non eſt pluralitatem ſeu dñiam graduũ dare, quam notat illud verbum, gradatim, cum in eodem gradu ſint omnes. Et verbum illud, imperpetuũ, illud aperte demonſtrat. neque enim in nepotibus poteſt eẽ perpetuitas ſi de nepotibus ideſt de filiis fratrũ ſolum intellexerimus. debet ergo intelligi de his, qui locũ ipſorum nepotũ cooperantis naturæ beneficio ſubrogati perpetuitatem in ſpecie, quam in iodiuiduis obtinere non eſt poſſibile, cõſeruabunt, ar. optimũ ad hoc ff. de ſerui. vrb. prædi. l. eum debere. Et hoc etiam cõfirmat forma ſubiecti oneris perpetui & perpetuo præſtandi ab vno de familia de Perono, dum ſubditur, ita tamen quòd tam dictus ſer Nicolaus vel alius de Perono, qui dictam medietatem bonorum ſtabilium prædictorum poſſidebit & tenebit &c. vt ſuprà teneatur, & debeat quolibet anno imperpetuum dare & ſoluere &c. Ex quibus verbis apparet, teſtatorem ſenſiſſe, quòd vnus de Perono debeat tenere & poſſidere dictã medietatem bonorum ſtabilium imperpetuum, & iniunctum onus ſoluere, quod futurum non foret, ſi intellexerimus dictum A. nepotem dicti teſtatoris non fuiſſe obſtrictum fideicommiſſo dictæ medietatis reſtituendæ vni de familia teſtatoris, ſed potuiſſe quibuſcunque extraneis hæredibus relinquere, vel alio titulo in quoſcunque extraneos transferre. Rurſum ex cõi

4 vſu loquendi, qui notorius eſt † omnes liberos fratris & ſororis meæ cuiuſcunque gradus ſiue filios ſiue viterioris gradus nepotes appellamus, & ipſi me Cyum, patruum vel auunculum vocant. Conſtat autem cõmunem modum loquendi in vltimis voluntatibus propriæ etiam ſignificationi verborum præferendũ, vt ff. de leg. 3. l. librorum §. quod tamen Caſſius. & de ſuppel. leg. l. Labeo. & de fun inſtruc. & inſt. lega. l. cũ de lanionis §. aſinam. & no. in d. §. quod tamen Caſſius.

¶ Quibus ex omnibus licet inferre, dictam medietatem bonorum ad filium quondã dicti A. natu maiorem, quamquã non patris hæredem, nõ etiam ad alios natu minores licèt patris hæredes ex teſtamento & fideicõmiſſo dicti primi teſtatoris pertinere, quod & verum eſt ſecundũ pulcherrimam doctrinã Bar. & etiã doctrinam Ang. in d. l. gallus. §. idem credendum. vbi concludit, appellatione nepotis contineri pronepotẽ, niſi lege noua quæ ad veteris iuris correctionẽ pmulgetur, vt in d. §. idem credendum. niſi aliud nominati alia lege declaratum ſit ne obſtet. C. ad macedo. l. ſi filius. hic etenim nil de veteris iuris correctione tractatur. Ex quibus apparet ad in diuerſum allegata reſponſum. Et in hanc vltimam partem tanquam iuſtiorem validioribusque iuris & æquitatis rationibus ſubnixã & voluntati vel menti teſtatoris magis conſonantem & conuenientem procliuior ſum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Inſtitutus in re certa an habeatur loco hæredis, & an verbum, relinquo, importet directam inſtitutionem, & an poſthumus natus quinto menſe præteritus rumpat teſtam maxime matris morientis in puerperio.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, relinquo, certæ rei vel quantitati adiectum non dicitur inſtitutionem directam inducere, ſed potius legatum.*

2 *Abortiuus partus an patris teſtamentum interrumpatur.*

CONSILIVM LXIX.

DEFVNCTVS Talis eſt. Marianus Colucij de Camus dum eſſet infirmus grauiter corpore & ſanus mente fecit teſtamentum & filiam vnicã Eliſabetam hñs vxorem prægnantem nomine Mathiã voluit, q ſi poſthumus naſceretur eſſet hæres vniuerſalis, prædictam vero filiam iure inſtitutionis & dotis nomine

mine 200. habere. Si vero poſthuma naſceret, æquali-
ter cũ iam nata prædicta hæredẽ eſſe iuſſit, vxori aũt
ſuæ Mathiæ. & quæ a patre eius in dotem, habuerat, &
inſuper duc. 25. reliquit. Poſt mortem dicti Mariani v-
xor ſua infirmata eſt, & teſtamentum condidit, in quo
filiam ſupradictam ſibi hæredem inſtituit in duc. 100.
Et ſi dicta eius filia decederet, ſubſtituebat fratres ip-
ſius teſtatricis, quibus fratribus quinquaginta reliquit,
& diuerſis perſonis tot fecit relicta, quę aſcẽdũt ad ſum
mam aliorũ 50 ducatorum, poſt teſtamentũ ita condi
tum prædicta Mathia peperit filiam quinq; menſiũ vel
circa, & hæc vixit per mediam horã. Ipſa vero mater
poſt 5. horas deceſſit, & ſic cum predicto teſtamento,
remanentibus ex ea dicta Eliſabeth & duobus fratri-
bus eiuſdem teſtatricis. Ex quibus oritur dubitatio, an
teſtamentũ valeat, cum dicatur, ꝙ poſthuma fuit præ
terita, an ruptum fuerit ſiue nullum. Et pro parte dicẽ
tium pro teſtamento allegatur, ꝙ debet haberi pro
inſtitura. Quæritur quid iuris, ſuper quo conſulatur.

¶ Super quod quæritur, indubitate dicendũ eſt, di-
ctum teſtamentum Mathiæ nullatenus ruptũ eſſe nati
uitate poſthumæ præteritæ vel ea ratione, quoniã hr̃
pro inſtituta dicta poſthuma cum proponatur mortua
matre in puerperio, & aliam filiam ſolam inſtitutã hæ
redẽ per tex. expreſſum in l. ſi mater. C. de inof. te. nec
me mouet quòd ipſa filia fuerit inſtituta in certa quan
titate puta in duc. 100. ſicq́ue pro legataria recipiatur ꝑ
l. quotiens. C. de hæ. inſti. quia illud procederet ſi ha-
buiſſet hæredẽ vniuerſaliter vel ſimpliciter inſtitutũ,
ut d. l. quotiens. At hic ſola fuit hr̃s inſtituta in duc. 100.
nec alius quiſquam hæres inſtitutus eſt. vnde detracta
mentione dictæ certæ quantitatis intelligitur ſimplici-
ter inſtituta, & ſic ſola in vniuerſum fit hæres inſtituta,
vt ff. de hæ. inſti. l. 1. §. ſi ex fundo. & no. in præal. l. quo-
tiens. Neque enim fratres teſtatricis, qui non ſunt no-
minati hæredes, ſed eis quinquaginta reliquit, hæredes
1 ſunt, ſed legatarij. verbum namq;, reliquit, † certæ rei
vel quantitati adiectum legatum vel fideicõmiſſum,
non autem directam inſtõnem inducit, vt ff. ad trebe.
l. cogi. §. generaliter. vbi per Dy. & Bar. Sic ergo cum
dicta Eliſabeth ſola fuerit hęres inſtituta per matrem,
quæ mortua eſt in puerperio. ita qđ non potuit mutare
teſtamentum, habenda eſt pro inſtituta dicta poſthu-
ma, vt d. l. 3. C. de inoff. te. & ſic teſtamentũ non ruptũ.
Aut ea quoque ratione non eſt ruptũ, quia puella poſt-
huma hr̃ pro non nata, cum mater abortum fecerit. nã
ꝑtus quinque menſiũ dumtaxat ſeu quinto menſe edi-
tus non eſt perfectus, ſeu perfecte editus, cùm ſecundũ
nãm & ſententiam doctiſſimi hypocratis a iure rece-
ptam ſeptimo tantũ menſe poſſe naſci perfectum par-
tum receptum ſit, vt ff. de ſtat. ho. l. ſeptimo menſe. not.
ergo arg. a contrario ſenſu illius legis, quod ar. optimũ
eſt, vt ff. de offic eius cui man. eſt iur. l. 1. §. huius rei. & đ
teſti. l. ex eo. & de teſta. l. qui teſtamẽto. §. mulier. & qa
incluſio vnius temporis alterius continet excluſionẽ.
a ff de lega. a. l. ſtatu liberum. §. fi. Porrò † ſi mulier abor
ſa eſt, vel perfectum ꝑtum non edidit, non ſit ruptum
etiã patris teſtamentu, de quo magis videret. de poſtu.
hære. inſti. l. vxoris abortu. & l. quod certatum. talis. n.
partus omniũ appĩone dicitur abortiuus, quem certũ
eſt non ſuo tempore editum, nec poſſe viuere, ſicut cæ
teros homines vel ꝑtus recte & mature editos. Hic nã-
que immaturus eſt, nec tam dicitur peperiſſe mulier, ſi
cut eieciſſe, vt ff. ad legem aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi
mulier. & l. quintus. & facit in ea. l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam
immaturã. Aut etiã tertia ratione, quoniã præteritio 1
materna non rumpit ipſo iure teſtamentũ, ſed per que
relam, quæ querela ceſſat in propoſito, cùm viua teſta
trice mortua ſit poſthuma, ſicq́ue nec vnquam quere-
la nata fuit, quæ ſolet naſci poſt aditam hæreditatem
teſtatoris mortui, vt ff. de inoff. te. l. papi. §. ſi ꝯditioni.
& C. eod. l. ſcimus. §. fi. & l. ſi quis filium. in fine. ideoq;
nec tranſmitti potuit ad ſucceſſionem, quam tertiam
rationem ſubtili diſputatione veram puto, licèt a ple-
riſque non reciperetur. Supereſt & quarta ratio, quã
nemo, qui ſapiat, diffitebitur, quia etſi ſine præiudicio
veritatis teſtamentũ ruptum factum eſſet natiuitate
poſthumæ præteritæ, quamquam diuerſa ſnĩa ꝑualue-
rit, cum tamen mortua præponatur viua teſtatrice ru
ptum, prætoria æquitate conſurgeret duplici ex capi-
te. & l. poſthumus. in prin. & ſecundo quia ſunt inſtitu
ti qui forent rem ab inteſtato habituri, hoc eſt, Eliſa-
beth, vt ſ̃. dictum eſt, vt eadem l. poſthumus. §. idem
circa. & per argumentum a maiori. ¶ Concludit̃ itaq;
teſtamentũ id valere, & legata in eo facta deberi. quã-
quam & ſi ruptum cõcederetur, nec morte poſthumæ
viua teſtatrice conualeſcere, legata tamen in eo facta
deberent, vt C. de lib. præ. vel exhære. auth. ex cauſa.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Vxor inſtituta in certis rebus in vita tantũ, ita vt
poſt eius mortem deueniant in filium vniuerſalẽ hære-
dem, ſi præmoriatur filius relicto hærede extraneo, an
ad hæredem filij dicta bona vxori relicta ſpectent, &
an pupillaris ſubſtõ euaneſcat, ſi pręmoriat̃ ſubſtitutus.

SVMMARIVM.

1 Quando teſtator reliquit vxori in vita ſua aliquam rem & nihil
aliud addidit.
2 Tacita teſtantis voluntas non procedit, vbi apparet expreſſa.
3 Moriens fideicommiſſarius pendente conditionem non tranſmiſit
ſit ſpem legati.
4 Charitas & affectio quid in vltimis diſpoſitionib⁹ dubijs operẽtur.
5 Fiſcus non indiget vt in rebus dubijs contra pauperes adiuuetur.

CONSILIVM LXX.

PROPONITVR Quod dominus Lu-
cas de Caſali inter cætera reliquit in ſuo
teſtamento dñæ Iuſtinæ eius vxori certa
bona immobilia in vita dominæ Iuſtinę
tãtum, & quòd poſt mortem dictæ domi
næ Iuſtinæ dicta bona libere deueniant ad inſtitutum
hæredem ſuum. Inſtituit autẽ poſtea in eodem teſtõ
Zilium filium ſuũ vniuerſaliter in oĩbus bonis ſuis &c.
Zilius autem poſt mortuo patre hæres patris factus ve
niens ad mortẽ filiam ſuã Lucam in mille inſtituit, &
eidem in eiſdem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, &
per fideicommiſſum infraſcriptum hæredem ſuum, in
ſtituitq; ſibi poſt eodem teſtamento in vniuerſum hæ-
redem dominũ Franciſcum de Cararia: mortuoq; di-
cto Zilio mortua eſt Luca eius filia in pupillari ætate
ſuperſtitibus dicta domina Iuſtina auia ſua paterna, &
dicto domino Franciſco, poſt idẽ dominus Frãciſcus,
vltimo dicta dña Iuſtina, quæ domina Iuſtina dũ viue-
ret, donauit dimidiam omnium bonorũ ſuorũ ſtabi-
lium ſeu immobilium dominæ Margaritæ vxori Egre
gij doctoris domini Paduani de Pizaconimis & ſuæ ꝓ-
ximæ cognatæ. Quæritur primò ad quem pertineant
bona, quæ relicta fuerant dictæ dñæ Iuſtinæ in vita per
dictum dominum Lucam primum teſtatorẽ. Secũdò
ad quẽ pertineat hæreditas dictæ pupillæ mortuæ, &c.

¶ Circa primum videretur dicta bona ad hæredem
vniuerſalẽ dicti Zilij hoc eſt dominum Franciſcum de
Cararia ſpectaſſe. ff. de le. 2. l. Titia cum teſtamento. in
§. fi. per Bar. & Bald. Sed certe illa dicta Bar. & Bal. lo-
1 quuntur in diuerſo caſu†, videlicet cùm teſtator ſimpli
citer reliquit vxori in vita ſua aliquas res, & nihil aliud
addidit, tunc enim manẽt ſeu redeunt poſt mortẽ vxo
ris ad hæredem dicti teſtatoris etiam ſcdm & tertium,
& vlteriorẽ, quamquã primus vxore viuente deceſſe-
rit, quia non de certo hærede ſiue de certa perſona ap-
paret cogitatum, ad quem ſeu quam poſt mortẽ vxo-
ris debeant deuenire, vt in l. fi. C. de leg. At in propoſito
caſu addidit teſtator, & quod poſt mortem dictæ do-
minæ

minæ Iuſtinæ dicta bona libere deueniant ad inſtitutũ
hæredem meum, quibus verbis videtur dicta domina
Iuſtina rogata per fideicõmiſſum ea bona poſt mortẽ
ſuam reſtituere infraſcripto hæredi ſuo, hoc eſt, Zilio
qui ſolus ſcriptus erat hæres in inferiori parte teſtamẽ
ti, vt in preall. §. fi. l. Ticia. manifeſte probatur. Conſtat
autem his verbis ſignificari ipſum Zilium, qui ſcriptus
erat hæres, non autem hæredem hæredis, qui nõ ex iu-
dicio ipſius teſtatoris deueniat, vt ff. de vul. & pup l. qui
liberis. §. hæc verba. & ſic non de omni hærede cogita-
uit, nec haber tunc locum præſumpta ſeu tacita volun
2 tas teſtatoris ex prædicta l. ſi C. de leg. immo † expreſ-
ſa voluntas facit ceſſare tacitam, vt ff. de vul. & pup. l.
cum ex filio. §. 1. Quin etiam ſpãliter exprimens filiũ
ſuum hæredem infraſcriptũ cæteros excluſiſſe videt.
ar. ff. de iudi. l. cum prætor. in prin. & C. de procur. l. ma
ritus Rurſum conſtat huiuſmodi fideicũmiſſum poſt
mortem grauati relictum, eſſe conditionale, vt C. de
fideicom. l. poſt mortem & ff quando di. le. ce. l ſi cum
hæres. in prin & de condit & demon. l. hæres meus. in
3 prin. & not. in præal. l. poſt mortem. † ideoq; moriens
fideicommiſſarius, ideſt dictus Zilius pendente condi-
tione, hoc eſt, ante mortem dominæ Iuſtinæ non trãſ-
mittit ſpem ipſius legati conditionalis ad hæredẽ præ-
ſertim extraneum, ſed tanquam caducum remanet
apud ipſam dominam Iuſtinã, a qua fuerat derelictũ,
vt C. de cad. tol. § ſin autem aliquid ſub conditione, &
not. in l. vnica. C. de his qui ante ap. ta. & probatur ff.
ad tre. l. hæredes mei. §. cum ita. hoc vult aperte d. §. fi.
in l. Ticia. qui recte ponit hunc caſum & in his termi-
nis, niſi quod ibi fuit caſus conuerſus. ſ. quia ibi uxor
viro reliquit, hic vero vxori vir. Et ibi dicit, quòd poſt
mortem viri filia petit fideicommiſſum, non dicit de
quocunque hærede filiæ, ſignanter dixit filiam fideicõ
miſſum petituram, non generaliter, & in rem fideicõ-
miſſum peti poſſe. Hanc quoque interpretationem &
mentem ſuadet affectio & charitas teſtatoris ad perſo
nas tam honoratam, quàm oneratam, quæ affectio &
4 charitas † ad declarationem voluntatis teſtatoris con-
ferunt, vt & augeant interdum, atque reſtringant, vt
de le. t. l. ſi ſeruus plurium § fi. & de auro & arg. leg l.
quintus mutius. in fi. & C. de leg. l. cum alienam. & de
fideicom. l prædia Credẽdum eſt namq; quod idcirco
dixit in vita ſua tantum propter filium ſuum, de quo
erat ſubditurus. argu. optimũ. ff. de vſu. ear. re. quę vſu
con. l. tribus. ceſſante autem filij perſona, quæ ad ipſas
res admitti non valeat, præſumi probabiliter poteſt, vt
vxorem ſuam, cuius affectum legatum facit potentius
& validius ſeu amplius, vt in allegatis proximis legib9,
cuique forſitan nihil aliud relinquebat, fideicommiſſo
grauatam eſſe noluerit. Et quemadmodum vxorẽ in
illis rebus, quas ei reliquerat, filio, cui ſatis ex vniuerſo
hæreditatis prouiderat, prætulit & prædilexit, itaq; hæ-
redem vxoris maxima quoq; ipſi teſtatori affinitatem
adiunctam prædilexerit, & præferre voluerit hæredi fi
lij extraneo, & qui ipſum defunctũ nulla prorſus ꝯſan-
guinitate vel affinitate hoc contingeret, maxime ſi per
eam hoc eſt ꝯtrariam interpretationẽ res ipſæ in fiſcũ
deſerantur, ꝯtra quem in ambiguis facile rndendũ eſt,
5 vt ff. de iure fiſci. l. non puto. † Fiſcus namque velut ma
re magnum ditiſſimus eſt atque abundantiſſimus, ne-
que indiget, vt in rebus dubiis ſæpenumero cõtra pau
peres adiuuetur. Illud quoq; ſingulariter aduocandum
eſt, quòd nec apparet dictum dominũ Franciſcũ hære
ditatem adiiſſe dicti Zilij ex inſtitutione, in qua adeũda
oporteret ſciſſe, ſe teſtamento hæredem inſtitutum, ſe-
cundũ ea, quæ plene traduntur per Bar. ff. de acqui. hæ.
l. is poteſt. quod ſi non appareat, non fuit hæres, nec ius
adeundæ hęreditatis in ſuum ſucceſſorem tranſmittit,
vt C. de iure deli. l. quoniã. & de cad. tol. §. in nouiſſimo.
ſed aut accreuit cohæredi filiæ teſtatoris, hoc eſt Lucæ
licèt in certa quantitate inſtitutæ ſecundum nonnul-
lorum ſententiã in l. quotiens. de hæ. inſti. aut ſi non ac-
creuit, pertineat & pertinet ad proximiorem ab inte-
ſtato ipſi Zilio, & ſic ad filiam ſi ſuperfuiſſet. Aut ad
dictam dominam Iuſtinam matrem eius ſi adijt, aut ſi
non adiit, pertinet ad dominam Margaritam ſuperſti-
tem, quæ ſi vt ipſi dominæ Iuſtinæ proximior eſt, debe
tur ipſi quondam Zilio. & hæc de prima quæſtione in
qua concludendum relinquitur, dicta bona pro dimi-
dia pertinere ad dominam Margaritam ex titulo do-
nationis. Pro reliqua vero dimidia ad eandem perti-
nere tanquam ad hæredem ab inteſtato proximam di
ctæ dominæ Iuſtinæ &c.

¶ In ſecunda vero qua quæritur, cùm proponat̃ do
minam Lucam in pupillari ætate deceſſiſſe, ſi quidem
tunc mortuus erat dominus Franciſcus, res in expedi-
to eſt, quia hæreditas pupillæ ad eum minime præmor
tuum potuit euenire, & euanuit ſubſtõ. Si vero tẽpore
mortis impuberis ſupererat dictus dominus Frãciſcus,
non tamen apparet per eum adita hæreditas ex pater-
no teſtamento, adhuc euanuit pupillaris ſubſtitutio, vt
ff. de vul. & pup. l. 2. §. quiſquis. porro ſi adita appareat
paterna hæreditas, nec adita appareat pupillaris, adhuc
idem, quoniã non adita hæreditas nõ tranſmittit, ad
adeundam autem ſcire oportuiſſet dominum Franci-
ſcum ſe pupillariter ſubſtitutum, vt ſupra dictum eſt.
& hoc caſu non agnitæ pupillaris ſubſtitutionis hæredi
tas ab inteſtato pertineret ad dominam Margaritam
tanquam proximiorem dictæ pupillæ, cum non appa
reat proximior. Si autem dominus Franciſcus ex ſub-
ſtitutione adijſſet, tunc ad ſucceſſorem domini Franci
ſci ipſa pupillaris hæreditas pertineret.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Frater vel ſoror an, & quando poſſit agere de inof
ficioſo teſtamento contra teſtũ fratris turpi perſona
inſtituta, & quæ dicatur turpis perſona, & an condem-
natus ex publico iudicio per inquiſitionem efficiatur
infamis, & an eo caſu clauſula codicillaris operetur, vt
hæreditas debeatur ex fideicõmiſſo detracta quarta.

SVMMARIVM.

1 *Querela inoffìcioſi fratris vel ſororis teſtamenti cui competat.*
2 *Fratris appellatione an poſſit comprehendi ſoror.*
3 *Damnatus publico iudicio an eo ſit infamis, quod fuerit accuſatus.*
4 *Inſtitutio directa quãdo in fideicommiſſum vniuerſale cõuertatur.*
5 *Hæreditatem ſibi delatam adire an quis cogi poſſit.*
6 *Clauſula codicillaris in teſtamentis inſerta nullis eſſe potentia di-
citur, vbi teſtamentum querela inoffìcioſi venit reſcindendum.*

CONSILIVM LXXI.

MVLIER Maritum ſuum ſibi hæredem in
ſtituit duabus ſororibus ipſi teſtatrici cõ-
iunctis ex vtroque latere ſeu parente prot
ſus præteritis, nulloq; eis protinus derelli-
cto, fuerat n. ipſe maritus per inquiſitionẽ
& abſens per contumaciã ꝯdemnatus in lib. c. ſecũdũ
formam ſtatutorum illius terræ per iudicẽ competen
tem, eo quòd ipſe armatus panceria & enſe, & alius ar
matus vna celata & vno baſelario ſibi inuicẽ auxilium
& operam præſtantes inſultũ fecerunt in perſonas V.
& A. & cum dictis armis vulnerauerunt dictũ V. ſuper
capite cum ſanguine. Et condemnationis partẽ dictus
maritus ſponte ſoluit S. fuitque idem maritus per aliũ
iudicem competẽtem ꝯdemnatus in 60. eo quod aliũ
certis vulneribus affeciſſet, & poſtpaulo per dies ali-
quot ex eodem proceſſu per eundem iudicẽ ꝯdemna-
tus in lib. 340. in ſupplementum vſque ad li. 400. cõpu-
tatis dictis primis lib. 60. primę ꝯdemnationis, eo quod
ex dictis vulneribus debilitata fuiſſet manus percuſſa,
verùm Sereniſſima ducalis Dominatio noſtra eas ſen
tentias ſubſtulit, & caſſauit primam, quia iudex, qui eã
tulerat de ipſis illatis vulneribus & negotio ſeu crimine

tempo-

tempore ſententiæ primæ nō fuerat informatus, cùm
maior debuerat proferri condemnatio, quàm fuerit
prolata ſecundum ſtatuta illius terræ, vt ipſi domina-
tioni ſignificatum extiterat. Secundam vero, quia nō
potuit ex eodem proceſſu duas diffinitiuas ferre ſentē-
tias. quia poſt primam ſn̄iam ſiue bene ſiue male latā
deſierat eſſe iudex in ea cauſa, & ſuo fuerat functus of-
ficio, mandauitq; dictæ terræ poteſtati quatenus de di-
cto exceſſu denuo inquireret, examinaret ac ſn̄iaret,
& condemnaret, & procederet, vt ex forma ſuæ cōmi
ſionis & ſtatutorum dictæ terræ teneretur. Inciſis &
cancellatis dictis duabus condemnationibus cū depē-
dentiis & exemplis ac ſecutis ſuis ſic, q̄ de cętero nul-
lius valentiæ ac vigoris exiſtant. Nunc vero mortua di
cta teſtatrice & adita hæreditate per maritum inſtitu-
tum, agunt ſorores de inofficioſo teſtō ſororis tanquā
præteritæ & turpi perſona ſcripta hærede. Quæritur
an recte agant ita vt valeant obtinere. Secundo poſi-
to ſine præiudicio veritatis, quod recte agant ita vt ob-
tineant, an quia in fine teſtamenti dixit ipſa teſtatrix,
quod id volebat ſuum vltimum fore teſtamentū, q̄ ſi
iure teſtamenti valere nō poteſt. voluit valere iure co-
dicillorū vel donationis ex cauſa mortis, vel alicuius
alterius cuiuſlibet vltimæ voluntatis, quibus melius va
lere poteſt, poſſit dictus hæres inſtitutus velut ex fidei-
commiſſo vniuerſali petere ſibi hæreditatem reſtitui
a dictis ſororibus ab inteſtato ſuccedentibus retenta
quarta iure legitimæ ſiue trebellianicæ.

1 ¶ † Ad primum videtur, dictas ſorores non recte de
inofficioſo teſtamento agere, quia fratribus cōſangui-
neis, non etiam ſororibus eſt conceſſum de inofficio-
ſo fratris vel ſororis teſtamēto agere, vt C de inoſ. te l.
fratres. Tum quia maritus hæres inſtitutus nō eſt infa-
mis ſeu turpis perſona ex cauſis ſ. relatis, quia damna-
tus per inquiſitionem non fit infamis, vt not. per glo. &
Dy. ff. de ſuſpec. tu. l. 3. §. præterea. & C. eo. ti. l. fi. & ibi
per Cy. per l. j. de modo mul. & l. j. C. ſi tu. vel cur non
geſ. præſertim vbi damnatus eſt abſens, quoniā præſu-
mitur damnatus, non quia nocens & malam cām ha-
buerit, ſed quia non erat defenſus, vt ff. de inoff te. l. qui
repudiantis. §. fi. & de euic. l. ſi ideo. in princ Tum quia
poſteriores ſententiæ & damnationes ſublatæ fuere p
principem cum ſuis dependentijs, ita vt nullius forent
valentiæ vel vigoris, & quia ꝯdictione ex ſtatuto mu-
nicipij non ſit infamis, vt ff de acti. & ob. l. ceſſat. & quia
cum grauatus fuerit in proceſſu, diſpenſatum videtur
ſuper infamia, vt C. ex quib. cau. irro. infa. l. & ſi ſeue-
rior. & ff. eo. l. quid ergo. §. pœna.

¶ In diuerſum videtur, quia & ſorores conſangui-
2 neæ agunt de inofficioſo. Nam † appſone fratris ſoror
continetur. ff. de pac. l tres fratres. famil. erciſ. l. Lucius.
de lega. 3. l. Lucius. §. quæſitum. & notatur in eis, & eſt
expreſſum etiam nominatim ſorores agere, in Inſti. de
inoffi teſta §. 1. & C eodem. ti. l. fratris Sed dictus mari-
tus, vt præmittitur condemnatus, infamis eſt, vel quia
dānatus publico iudicio l. Iuliæ de vi publica, quia vim
cum armis intulit, vel l. corneliæ de ſiccarijs, vt ff. ad l.
iul. de vi publi. l. 1. & 3. §. eadem. & ad l. corne. de ſicca.
l. 1. §. diuus & C. eodem. ti. l. is qui cum telo. vel quia
damnatus iniuriarum, vt ff. de iniur. l. corne. quocunq;
namq; iudicio ex his cauſis damnatus eſt, infamis eſt.
vt ff de his qui not. infra. l. 1. in prin. & de publi. iudi. l. in-
famem Nec mouet, quòd per inquiſitionem dānatus
ſu, nam nihilominus verbis edicti comprehenditur, q̄a
damnatus eſt publico iudicio vel iniuriarum. Nam ver
ba edicti notant dānatū, non accuſatum & damnatū,
& in locum accuſationis ſucceſſit hodie iàm morib⁹,
quam legibus & ſpecialibus municipiorum inquiſitio,
vt not. Bart. eleganter. ff. de publi. iudi. l. infamē. & pro-
batur. ff. de his qui not. infa. l. athletas. § calūniator. cū
glo. & ff de publi iud. l. fin per argumentum a ſpeciali
3 vbi † damnatus publico iudicio non per accuſationē
fit infamis. & idem dām eſt, ſi ex crimine publico per
ſtatutum alterata ſit pena. Nam nihilominus ꝯdemna-
tus erit Infamis, quia publico damnatus iudicio, vt nōt.
Bar. magiſtraliter in l. 1. in antepenultima. q. ff de publi.
iudi. ſic enim eſt in ſpecie propoſita. Ad glo. in contra-
rium allegatas reſpondendum eſt ſecundum Bart. eas
loqui quando facta ſint non ex publico iudicio, ſed ſe-
paratim & ex alio capite, q̄d nō ſuccedit in locū accu-
ſationis in publico iudicio, vt eſt exemplū. C. de teſti. l.
nullum. Et hoc ſequutus eſt Angelus in præallegata. l. I
famem. quibus omnibus & ſupra relatæ gloſarum cō
cordiæ aſſentiunt Oldr. & Ant. de Piſ. vt refert Barto.
in præallega. l. infamem. Quod autem propter ordinē
in procedendo mutatum contra reum diſpenſatū cre
datur ſuper infamia, quod ei adiuuabat Dy. ſ. ſn̄ia, in
præalleg. l. fi. C. de ſuſpec. tu. & in d. l. 3. §. pręterea ff. de
ſuſpe. tu. recte damnatur per Bart. in d. l. infamem. per
l. ordo. ff. de pub. iudi. & ad l. 1. C. ſi tu. non ge. reſpōdet
Barto. quia ibi nihil aliud dicitur de infamia. Nec rur-
ſum refragatur, quod fuerit condemnatus cum fuit ab
ſens per contumaciam. quoniā licèt ſententia lata ꝯtra
abſentem per contumaciam non faciat ius ꝯtra alios,
quibus aſ ideſt ſi præſens cauſam egiſſet, fuiſſet nocitu-
ra, vt in præalle. l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoffi. te. &
de euic. l. ſi ideo. in prin. quo tamen ad ipſum condēna
tum ius facit, & pro veritate hr̄ vt eiſdem legibus. non
enim melioris conditionis debet eſſe cōtumax, quàm
non contumax, vt ff. de noxa. l. non ſolum. & quod vi
aut clam. l ſeruis. immo deterioris, vt ff. de ap. l. ex ꝯſē-
ſu. §. 1. & de iudi. l. & poſt edictum. §. fi. & l. ſi creditor. §.
2. præterea cum ipſe condemnatus acquieuerit dictæ
ſententiæ, pariterq; conſenſerit ſoluendo partem cō-
demnationis. ar. de re iu. l. quidam ꝯſuleoant. & C. eo-
dem ti. l. ad ſolutionem. Et his rationibus, quibus vſus
ſum in priore condemnatione, puto vtendū & in po-
ſteriore, qua fuit condemnatus in libr. 60. vel 40. Nec
mouet quod fuerint illæ condemnationes extinctæ &
ſublatæ p Sereniſſimæ ducalis dominationis decretū
& literas cum ſuis dependētijs, quia non fuere ſublatę,
ideo quia fuit vel reputatus fuerit innocens, immo q̄a
non pęna, quam meruerat nocens habitus apud Domi
nium, illata non fuit per primā cōdemnationem. ſecū-
da, quia nō potuerat ex eodem proceſſu proferri. vnde
non videtur ſublata infamia. quoniā mens principis
fuit, non vt pęnam minueret, vel remitteret. immo po
tius vt augeret. Deniq; nemo eſt qui negauerit, & ſi ex
ſupra relatis condemnationibus iuris infamiā non cō-
traxerit condemnatus, facti tamen infamiam non eua
ſerit tāquam grauata eius opinione apud bonos & gra-
ues. ar. optimum. ff. de obſe. a lib. præſt. l honori. & l. pa-
rens. & l. licèt, & quæ notantur in eis. nam & probato
eiuſmodi crimine per exceptionem grauatur eius o-
pinio, vt repellatur a teſtimonio, in cauſis criminali-
bus. extra de except. c. denique. & de teſti. c. teſtimoniū.
quæ notantur ibidem. Palam aūt eſt etiam facti infa-
miam turpitudinem irrogare, ꝯtra quā fratri & ſorori
conceditur ꝯtra ſcriptum querela. quæ aliter nō cōce-
deretur. nam & in hac re ſufficit notæ leuis, ſeu macu-
læ aſperſio. vt de inoff. te. l. fratres. & multo magis hæ
condemnationes per diffinitiuas prolatæ cauſa cogni-
ta ſententias, quàm interlocutio præſidis vel increpa-
tio partis debeat facti infamiam irrogare. vt C. ex qui.
cau. no. infa. l. ea quæ. & l. interlocutio. & ad hoc faciūt
not. in l. nullam. C. eodem. ti. & ff. eodem l. 1. Relinqui-
tur igitur ex omnibus ſuperioribus inferendum, dictas
ſorores recte de in off. teſt. ſororis acturas & obtēturas.
quia maritus fuerit teſtatricis. Nec competit, debere
querela excludi, quia lex generaliter lata eſt d̄ perſonis
turpibus inſtitutis per querelam excludendis, vt d. l. fra
tres. & Inſti. eodem. §. j. & hęc de prima quæſtione.

¶ Ad ſecundum videtur prima fronte dicendū, etiā
ſi dictæ ſorores obtinuerint in querela, & ab inteſtato
ſuccedant, teneri eas reſtituere hæreditatem dicto ma
rito ex generali fideicommiſſo, quod ex illa cſa codicil
lari conſurgit. C. de fideicom. & de manu. teſta. l. ſi non
4 iure. & vtrobique notantur & expreſſius, quia † his ver
bis

bis inſtrumento directa conuertitur in fideicõmiſſum vniuerſale, vt ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. l. poſthumus. §. fi. & de teſta. mi. l. querebatur. §. vtrũ autem. Conſtat autẽ fideicommiſſum vle valere reſciſſo teſtamento per querelam inofficioſi teſtamenti, vt C. de li. præ. vel exhære. auth. ex cauſa. quæ loquitur generaliter. & in corpore, vnde ſumitur. & in Auth. vt cum de app. cog. §. ſi tamen cõtigerit. & §. legatis. vbi ſimpliciter ſtatuit legata & fideicommiſſa valere reciſo teſtamento per querelam, neque ſeparat fideicommiſſa ſpecialia ab vniuerſalibus. & ita glo. expreſſim notauit etiam vniuerſale fideicommiſſum. per eam auth. confirmari. ff. ad treb. l. ita tamen. §. quotiens. & docto. ibi ſequũtur, vt C. de lib. præte. auth. ex cauſa.

¶ In diuerſum arguitur palam ex iure veteri, eam clam nihil operari in rupto teſtamento per querelam, nec vertebatur per eam inſtitutio in fideicommiſſum, nec, qui obtinuiſſent querelam, tenebantur ex fideicõmiſſo reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, vt ff. de inoſ. te. l. titia. Nec hoc vllo iure nouo mutatum eſt in teſtamento fratris vel ſororis turpem perſonam ſibi inſtituentis & fratrem vel ſororem conſanguineã prætereuntis. Namque Auth. vt cum de ap. cogno. §. aliud quoque capitulum. cum omnibus ſequentibus, vnde ſumpta eſt auth. ex cauſa. C. de lib. præ. vel exhær. indubitate loquitur tantum de teſtamentis liberorum & parentum, & de querela inofficioſi teſtamenti, quæ datur liberis contra teſtamenta parentum, vel parentibus contra teſtã filiorum, vt ex verbis dictæ auth. & in d. auth. multis partibus exprimitur. Igitur ius antiquũ quo ad querelam inter fratres & ſorores & eorum teſtamentum remanet immutatum, neque enim quis recte cenſebit fratrẽ hodie debere, aut inſtitui prorſus, aut præteriri, aut nominatim exhæredari, nominatim quoq; certa cauſa ingratitudinis præſertim ex his, quę ſunt in noua conſtitutione deſcripta. Nec rurſum ius nouiſſimum ius vetus in vno caſu corrigens ad alterũ caſum etiam per identitatem rationis, vt ſcribitur per Iaco. Butr. & Bar. & cæteros. C. de ſacr. ſanc. eccl. auth. quas actiones. poſt gloſ. ibi poſitam, & per Barr. ff. ſolu. matrimo. l. ſi conſtante. in prin. ad quod facit ff. eodem titulo. l. ſi vero negocium. §. de viro. Quod enim noua lege ſpecialiter non eſt expreſſum, ſub antiquis regulis & legibus relictũ eſſe credendũ eſt, ſic dicit legiſlator in l. præcipimus. in fi. C. de ap. Et notandum verbũ ſpecialiter ibi poſitum. Si quis ſane ſtatuerit totam eam nouiſſimam conſtõnẽ Auth. vt cum de ap. cog. ad liberos tantũ, & parẽtes eorum, qui teſtõ pręterierint pertinere, exceptis illis duobus mediis. §. ſi m̃ contigerit. & §. legatis. qui & ad fratres & ſorores ac eorum teſtã pertineant, aut extendant, nec recte ſentire videbit, & contra l. fi. §. fi. ff. de iur. & fac. igno. vbi quale eſt principium conſtitutionis, tale debet intelligi mediũ. Et multo magis medium recipere eſt intellectum a principio & fine, ſiue a precedentibus & ſequentibus. ar. ff. de le. i. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. & contra iura volentia, ꝙ legum correctio quantũ fieri poſſit, ſit vitanda. de ele. c. cum expediat. lib 6. in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. tribus. eoq; magis quia diuerſa ratio eſt in liberis & parẽtibus, & diuerſa in fratribus & ſororibus. Ius namq; vetuſtum pro liberis per nouius immutatum eſt, quoniã hodie neceſſe ſit, eos inſtitui, nec ſufficeret eis legitimã portionem alio quouis titulo dari vel relinqui, niſi fuerint ingrati, quo caſu id pro eis innouatũ eſt, vt dẽant dici in teſtamento ingratitudo & cã ingratitudinis nominatim in teſtamentis inſeri, quod iure veteri nõ fuerat neceſſarium. Si quid igitur ꝯtra eos ius nouiſſimũ ſanxerit ſuper legatis & fideicõmiſſis cæteriſq; capitulis, vt valeant, ægre ferendum non eſt. ar. ff. de iureiu. l. eum qui. in prin. pro fratribus autem & ſororibus nihil nouo iure ſancitum eſt, ſic ergo nec ꝯtra eos nec inſtar eius qđ dixerunt doc. C. de bo. quæ lib. l. cum non
5 ſolum in prin. quia † per ius nouum ſublatum eſt patri compulſionis ius in filium, quia non poteſt eum compellere adire hæreditatẽ, nec in eum recuſantem patriam exercere poteſtatem, ꝯceſſum eſt patri ſoli filio recuſante adire per ſe hæreditatẽ filiofam. delatã, ſibiq; in plenum eam quærere. Quoniã vero in ſeruis ius vetus non eſt mutatum, quia poteſt in ſeruum recuſantem adire hęreditatem ſibi delatam, & dominicã exercere poteſtatem, ſicq; ꝯtra dominos iure nouo immutatũ eſt, ita nec pro eis. vnde ſeruo nolente nullatenus poterit dominus hæreditatẽ per ſeruum delatã, acquirere ſecũdum ius vetus. ff. ad tre. l. ſeruo inuito. in prin. Sicq; plus habet pater in delatis per filium, quàm dñs in delatis per ſeruum iure nouo, cum tamen ꝯſtet plenius eſſe ius poteſtatis dñicæ, quàm paternæ, denique poſt hæc omnia cogitata gauiſus ſum, ꝙ Angelũ huius quoque ſententiæ comperui in auth. ex cauſa, & neminem memini vidiſſe contrarium. Adiuuabam ẽt hanc partẽ per ea, quæ notat Guil. de Cu. C. de reſt. inoſ. l. fratres. vbi notat, quòd etiamſi frater fuerit in ſtia parte vel ampliore, turpis antẽ perſona in aliqua ẽt minima parte ſcriptus, nihilo magis querelam excludi, ſed potius eam partem turpi hæredi ſcripto per querelam auferendam, quoniam hoc de querela in odium turpiũ inſtitutorum conſtitutum eſt, quod nemo tamen in liberis & parentibus diceret, quamquã eis pluſquã fratribus faueatur. C. de inoffi. teſta. l. quę ſuper. & in Auth. vt cum de app. cog. §. & hoc diſponimus. ver. cæterũ præ-
6 tereo ꝙ hæc eſt ſentẽtia gloſſ. generalis, † vt cľa codicillaris nil operetur, cùm teſtamentũ querela inofficioſi teſtamenti reſcinditur in auth. ex cauſa, quam ſequitur Guil. de Cu. in l. fina. C. de codi. Cuius gloſſatoris auctoritas quãta ſit in negotijs forenſibus teſtatur Iac. But. C. qui pro ſua iuriſditione. l. j. vbi ait in deciſionibus cauſarum non eſſe a gloſſ. ſententia recedendũ, niſi cõtraria foret conſuetudo iudiciorũ, præſertim cùm fuerit alicuius clari doctoris auctoritate ſuffulta. Nouiſſime & ipſius clauſulæ codicillaris conditio ſuſpectanda eſt, ſi non poteſt valere iure teſtamenti, quæ eſt falſa. nam & valet, & rurſum valere poteſt, & potuit multis caſibus efficaciſſime. Quid enim ſi fuiſſent præmortuæ ſorores teſtatrici, quid enim ſi poſt mortẽ teſtatricis ante aditã hæreditatem. cum necdum querela nata eſt. quid ſi poſt aditam priuſquam querelã præparaſſent, aut quid ſi quinquennio tacuiſſent, aut etiam querelam repudiaſſent? His omnibus potuit valere iure teſtamenti & irretractabiliter. codicillaris ergo contraria ſi non põt valere iure teſtamenti, falſa eſt, vt ff. de reb. du. l. ſi is qui ducenta. §. verum. igitur irritam reddit eam diſpoſitionem. ff. ſi certum petatur. l. cum ad præſens. de verb. oblig. l. conditiones. Et periculoſum eſt ſcripturã, quæ iure teſtamenti valuit, eaq; pro teſtamento vſus eſt, ad codicillos transducere, argumento C. de codicil. l. fina. quæ conſideratio adiuuat gloſſ. dictæ authen. ex cauſa. Verùm hæc vltima non ſunt dictis ſororibus neceſſaria, cùm ſat eis priora ſufficiant. Et cùm per quę ſ. deduxi, ratio naturæ & ſanguinis adiuuet, & turpes mores meritiſſime puniantur, quod reipublicę congruit, vt C. quo. bo. l. fina. & ff. ad legem acquil. l. ita vulneratus. & de fideiuſ. l. ſi a reo. §. quod vulgo. protinus in hanc ſententiam decurri, vt agere poſſint dictæ ſorores & obtinere, nec reſtituere teneantur, præſertim cùm vxores plerunq; in vltimis conſtitutę aut metu aut nimia reuerentia mariti, ne forſitan ſibi indignantes reddant, aut efficiant de ſalute ſperantes, non vltro ita teſtentur, vt maritum contra reſponſa prudentum & naturę ratione conſanguineis præferant, vt d. l. fina. C. quo. bo.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Legitimatus a papa in ſpũalibus an intelligatur legitimatus in temporalibus, & ſic an debeant inſtitui a patre, & an per tacitum conſenſum accommodatum fratribus hæredibus inſtitutis inter ſe bona paterna diuidenti-

uid entibus ſit præindicatum filio legitimato præterito, & quanto tempore excludatur a querela vel inre dicendi nullum teſtamentum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio ſtrictiſſime eſt interpretanda.*

2 *Legitimatus aut fama reſtitutus vel ſuper defectu natalium diſpenſatus tam dicitur habere cum diſpenſante natura.*

3 *Ius adeundi vel immiſcendi hæreditatem an alicuius temporis lapſu cum taciturnitate tollatur.*

CONSILIVM LXXII.

SVPPOSITA Bulla ſeu gratia apoſtolica tenoris, qui ſequitur, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio G Mathei monacho monaſterij ſancti Emiliani ordinis ſancti Benedicti Eugubiñ. diœceſ. ſalutem & apoſtolicã benedictionẽ, diuina ſuperueniẽs largitas nonnunquã in multis ſic ſuæ gratiæ dona diffundit, quòd etiam defectum nataliũ patientes per ſuarum virturum merita defectum ſupplentes huiuſmodi merẽtur ad dignitatum culmina promoueri. Cùm itaque nos monaſterij ſancti Pe. Eug. diœceſ. ordinis sãcti Benedicti abbatis regimen deſtitutũ de perſona tua propter grandia virtutũ dona, quibus perſonam ipſam nouimus multipliciter inſignitã, prouidere hodie intẽdimus, tu quoq; patiaris defectum nataliũ, cum de ſoluto genitus & de ſoluta exiſtas, & alia tibi affutura ſuffragia eidem monaſterio eſſe poteris multipliciter fructuoſus, tecum vt prædicto defectu, necnon pictauieñ. concilij & quibuſcunq; alijs conſtitutionibus apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus ordinis prædictorũ & monaſterij contrarijs nequaquã obſtantibus. Curã regiminis & adminiſtrationis eiuſdem monaſterij libere recipere, illaq; in ſpũalibus & temporalibus gerere & exercere, & licite valeas apoſtolica auctoritate tenore pñtiũ diſpenſamus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtrę diſpenſationis infringere vel ei auſu temerario contrauenire, ſiquis autem hoc attẽtare præſumpſerit indignationem Dei & beatorũ Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. data Lucę 7 Idus Martij Pontificatus noſtri anno ſecũdo &c Quæritur an is, cum quo, vt præmittitur, diſpẽſatum eſt per eiuſmodi gratiam factus patri tũc ſuperſtiti legitimus adeo vt teſtamẽtum patris poſtea factũ, quo filios alios ex iuſtis nuptiis procreatos hæredes inſtituit, eumque præterijt, iniuſtum & ipſe nullum efficiat, cùm ipſe, cum quo diſpenſatum eſſe proponitur, ſit de temporali iuriſdictione papæ. ¶ Secundo poſito ſine præiudicio, quòd teſtamentum patris ex defectu præteritionis nullum ſit, an ſi tacuit poſt mortem patris biennio, vel triennio, aut ampliore tempore & diuiſioni bonorum & hæreditatis patris inter fratres legitimos inſtitutos per eos factæ pñs non contradixerit, videatur a bonis & hæreditate patris excluſus.

1 ¶ Circa † primũ videtur, nõ factum per eiuſmodi diſpenſationẽ patri legitimũ, nec in paterna ſucceſſione per eiuſmodi gratiam diſpenſatũ, quoniam eiuſmodi gratia tanquã exorbitans a iure cõmuni & odioſa ſtrictiſſime interpretanda eſt, vt ſuper eo ſolo, de quo in ea diſpenſatione ſit mentio, diſpenſatio pro ſit, id eſt ad curam & regimen monaſterij memorati, per c. vltimũ de fi. presby. li. 6 & quod ibi traditur per ſcribentes Io. An. Io Mo. & archipiſ. Confirmaĩ hoc per id qđ notauit Io. An in c. per venerabilem. qui filij ſint legit. in nouella, ſuper gl. 2 in fine diſtinctionis ibi per eum relatę, vbi diſtinguit an papa ſit vſus verbo legitimationis, & proſit etiam in ſucceſſione paterna an diſpenſationis, & ad ea ſola prohibita admittatur, in quibus eſt diſpenſatum is, cum quo diſpenſatum eſt.

¶ In oppoſitum eſt textus in præallegato c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. in prin. in ver. videretur ſiquidem, & duobus ſequentibus. vbi determinatur, quòd ſi cum aliquo ſuper defectu natalium diſpenſauit Papa in ſpũalibus, videatur conñ in temporalibus diſpenſatũ, & ad temporales actus factus eſſe legitimus ſaltem in patrimonio beati Petri ſecundum omnes vbi papa, & ſummi ius põtificis & ſupremi principis ptãtẽ exercet. eſt aũt is, cũ quo, vt premittitur, diſpenſatum eſt de tẽporali iuriſdictione eccleſiæ tam ipſe quàm pater eius & patria, vnde ſunt oriundi. Confirmatur per notata

2 per Inn in c. per venerabilem. vbi † no. eum, qui legitimatus eſt, aut ſama reſtitutus, vel cum quo diſpenſatũ eſt ſuper defectu natalium, in vtroq; foro omnia poſſe, quæ potuit is, qui & gratiam facit. vnde & in terra ſubdita legitimanti reſtituenti aut diſpenſanti patri in hæreditate ſuccedet, vt ibi innuit. idem dicit Spec. in tit. de lega. § vlti. ver illud. Adiuuatur ratione. nam cui conceduntur maiora, conceſſa creduntur & minora, ſicut & per contrarium cui prohibentur minora, intelliguntur interdicta maiora, vt de decimis. c. ex parte. 3. cum concor. ibidem allegatis. & ff. de ler. expor. l. cui pacto. & de interdic. & releg. l. relegatorum. §. poteſt. & hæc ſecunda pars videtur iuſtior & humanior, & iõ præeligenda, de re. iur. l. in ambiguis. & C. de iudi. l. placuit. Nec obſunt in diuerſam partem propoſita, quia hoc videlicet, diſpenſatio ſtricte eſt interpretãda, vt nõ ad ſimilia nec maiora pertineat, nec probaĩ per prælle. c. vltimũ. de fi. presby. li 6. & ff de legi. & ſena. conſul. l. quod non contra. Sed ad minora conceſſis vtiq;, vt in præal. c. ex parte. de decimis. ſunt autem ſecularia minora ſpũalibus, vt in præal. c. per venerabilem. Non ob. quod no. Io. An. vbi ſupra, quia finis illius diſtinctionis loquitur in terris, quæ non ſunt de tpali iuriſditione Papæ. Cæterùm in terris ſubditis eccleſiæ quo ad temporalem iuriſditionem conceſſerat, indiſtincte idem Io. An. in prin. memoratæ diſtinctionis diſpenſationem in ſpiritualibus, in ſecularibus, & hæreditatibus quoq; proficere, non diſtincto, verbo legitimationis, vel diſpenſationis vſus fuerit Papa. Et ſic illa nota. Ioann. And. pro hac ſecunda parte põt fortius allegari. Concludendum itaque relinquitur, eum, de quo quæritur, factum patri legitimum, & cùm neque fuerit inſtitutus neque inſerta cauſa ingratitudinis exhæredatus, teſtamentum patris ipſo iure irritum facere, vt in Auth. vt cum de appella. cog §. aliud. & C. de epiſco. & cleri. l. fi. §. 1. & hæc de primo articulo.

¶ Circa ſecundum videretur anni taciturnitate per filium poſt mortem patris conualuiſſe teſtamentũ, quaſi approbauerit, vt ff. ad car. l. ſi impubes. §. fi. & de iniuſto. ru. & irri. teſt. l. filio. & vtrobique hoc not. per. Bart. annali ſilentio quaſi tacita approbatione filium a patris bonis & hæreditate ſemotum. Rurſus ſaltem ſubmotus eſt, eo quod patris diuiſioni tacuerit. arg. ff. de pig l. fideiuſſor. §. 1. & quib. mo. pig. vel hypo. ſol. l. Titius. Præſertim propter coniunctionem, quia fratres inter ſe diuidebant, argumen. ff. de dona. inter virũ & vxo. l. ſi ſeruus communis. de proba. l. procula, &c.

3 ¶ Contrarium verius eſt, quia † neque ius adeundi, neque immiſcendi, neque poſt aditionem vel immixtionem petitio hæreditatis competens anno tollũtur. C. de iure deli. l. ſi curatoris. & l. licèt. & l. cum antiquioribus. & de inof. teſt. l. pe. § fi. & hoc vult. Bal Cy. & cæteri. C. de bo. poſſ. contra tab. l. poſthumo. Quia & ibi teſtamẽtũ foret validum, ſed odioſa querela veniat reſcindendum, non niſi quinquennali ſilentio filius ſubmouetur, vt d. l. pe. §. fin. & l. ſiquis filium. eodem ti. Non ob. l. ſi impubes. §. fin. quia ſcriptus bene poteſt petere ſecundum tabu. ſi intra annum filius nõ petierit cõtra tab. ex ordine edicti ſucceſſor. verum illa bo. poſ. ſecundum tabu. ſine eff. ctu eſt, quia filius iure ciuili etiam poſt annum omiſſa bo. poſ poteſt admitti, vt C. de iu. deli. l. ſuum. quemadmodum & ſcripto hærede extraneo non accipiente ſecundum ta. inter centum dies ſubſtituto vulgari ex edicto ſucceſſorio defertur ſecundum ta. ſed ſine effectu propter ius aditionis, quod adhuc ſcriptum primo loco ſaluum exiſtit,

ne

ne alioquin quod adiuuandi iuris ciuilis gratia & aliquius fauore factum eſt, in contrariam vertereiur figuram, contra l. quod fauore. C. de legi. & l. 2. in fi. de iura. calum. Et bene facit ad propoſitum l. 2. ff ſi ta. te. nul. exta. Non ob. l. fideiuſſor. & l. Ticius, quia illæ in pignoris obligatione, ſecus in diuiſione, vt eſt expreſſum. ff. de le. 2. l. ticia cum teſtamento. §. Lucia. & per gloſſ. in l. gayus. ff. de pig. ac. & Barto. ff. ſo. ma. l. quæ dotis. Nec nocet perſonarum coniunctio, quia illa præſumptio donationis poteſt ſumi in modicis aut non maximis, non vbi de vniuerſis facultatibus iacentis agitur. ar. eodem ti. de dona. inter vi. vx. l. vtrum, nec illa donatio vltra quingentos aureos ſine inſinuatione valuiſſet. C. de dona. l. ſancimus. aut forte nec dum bonis patris ſe immiſcuerat. Ne ex ea taciturnitate repudiatio vel abſtentio inducatur, licet aliquando ex non facto præſumatur, vt ff. de acqui. hære. l. recuſari. vbi per Ia. de Are. & per Barto. eodem ti. l. gerit. quia hic non eſt de illis caſibus. Et forte quia monachus nec donare, nec adire, nec repudiare ſine conſenſu Monaſterij potuit. ff. de acquiren. hæredi. l. qui in aliena. & l. is poteſt. & quod not. per Barto. in materia vulgaris in l. 1. ff de vulg. & pupil. &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

Pactum de ſuccedendo alteri factum inter aliquos ad quos ſpectare debeat ſucceſſio ſine conſenſu eius, de cuius ſucceſſione tractatur, an & quando valeat, & an ſaltem firmetur iuramento, & an id arbitri in laudo facere poſſint, & an tertius promittens paciſcentem ratum & firmum habiturum obligetur ex tali promiſſione ſi fuerit contrauentum per illum, pro quo promiſit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non ſuccedendo iuramento firmatum ſeruandum eſt.*
2 *Iuramentum illius non poteſt eſſe virtutis, vt & ius publicum & rei ſubſtantiam immutet.*
3 *Correctionis extenſio an procedat in rebus eandem rationem habentibus.*
4 *Arbitramentum in materia, & diſpoſitionibus rerum pupillarium diuerſimode conſiderandum, & non obſtante iudicis confirmatione.*
5 *Non contingit alienatio rerum minoris ex tranſactione interpoſita ſine decreto prætoris.*
6 *Pactis non datur hæreditas; ſed teſtamento.*
7 *In ambiguis contra fiſcum potius iudicandum.*

CONSILIVM LXXIII.

PATERFAMILIAS Habens filium patriæ bannitum ſeu rebellem, & ex præmortuo filio nepotem teſtamento inſtituit ſibi vſem hæredem nepotem, & ſi filius patriæ reconciliaretur, voluit, vt iſte nepos dimidiam ſuæ hæreditatis præſtaret ipſi filio, & in eum caſum tàm filium quàm nepotem in æquis ſibi portionibus hæredes inſtituit. Et ſi dictus nepos decederet in pupillari ætate, vel poſt quandocunque ſine liberis, dictum filium ſubſtituit ſi ad patriæ gratiam foret reſtitutus, poſt hæc dictus paterfa. mortuus eſt dicto nepote ſuperſtite dicto filio, & ventre nurus ex præmortuo filio, quæ & filium peperit. Et cum dictus filius ad patriæ ius rediiſſet. Exorta quæſtione hæreditatis dicti patrisfa. defuncti inter prædictum filium & auū maternum tutorem dicti poſthumi nepotis altero nepote præmortuo auctoritate legis municipij ſumpti ſunt ex compromiſſo duo cōmunes amici tanquam arbitri, & arbitratores inter dictas partes ſuper eiuſmodi controuerſia, qui arbitri & arbitratores tandem pronunciarunt dictos filios & nepotem æquis portionibus dicti patrisfa. hæredes omnibus vtrinque propoſitis exceptionibus reiectis, ſtatuerunt tamen, vt idem filius perfectæ ætatis vniuerſa bona hæreditatis communis gubernaret, & adminiſtraret, & certam ſummā pro redditibus ſuæ portionis tutori præfati infantis ſingulis annis ſtatutis temporibus præſtaret, & rurſus pecuniam dictum puerum tangentē, cuius quantitatem expreſſerunt, ipſe filius adminiſtrans de ea negocietur, & certū quid eius lucri nomine in ſingulos annos præſtaret dicto puero cum ad pubertatem perueniſſet, vel etiam prius ſi ipſe filius forte præmoreretur, vbi autem dictus nepos in pupillari ætate ſuperſtite filio prædicto eodemque pueri patruo moreretur vniuerſa bona prędicti quondā patrisfa. & aui præmortui ipſe filius haberet & mater pueri ſuperſtes ſola trecenta. Aut ſi eo caſu ſolus venter maternus ſuperſtes foret, ipſe nihil omnino de bonis dicti patrisfam. ſeu dicta ſucceſſione reſpectu bonorum patris dicti nepotis acciperet, ab hac arbitrorum ſententia prędictus tutor prouocauit & reclamauit ad iudicem competentem, qui denique cauſa diſcuſſa arbitralem ſententiam per omnia confirmauit. Poſt hæc auus maternus & mater pueri cum dicto pueri patruo inierunt tranſactionem, ſi idem puer in pupillari ætate ſuperſtite patruo & auo ſolo materno moreretur. Idem auus maternus finem fecit, ac remiſſionem & donationem dictu patruo pueri de bonis hæreditatis dicti quondam patrisfa. defuncti primo loco aui. ſ. paterni dicti pueri, & de bonis ac hęreditate & ſucceſſione ipſius pueri reſpectu dumtaxat bonorum, quæ fuiſſent quondam aui paterni. Et finaliter ꝯſenſu quoque patris & matri fecit ipſa mater, præſtante tñ ipſo patruo ipſi matri ſuperſtiti trecenta, quæ præſtare eo caſu promiſit, & has conuentiones etiam iureiurando corporali & pœna ſubiecta firmauit ipſa mater & auus maternus pueri, & præterea ipſe auus maternus ſolenni ſtipulatione ſub pœna promiſit, ſe curaturum & facturū cum effectu, quod dicta mater pueri & filia eius prædicta omnia & ſingula attenderet, & obſeruaret cum cæteris clis communibus hypothecæ. & renunciationibus ꝯſuetis. Nouiſſime vero idem puer mortuus eſt in ætate pupillari ſuperſtitibus patruo, matre, & auo materno. Nunc quæritur de duobus. Primo an dicta mater prædictis ſententiis & ꝯuentionibus ſtare teneatur. Scd̄o an dictus auus mr̄nus pueri filia ꝯueniēte ex ſua promiſſione, qua promiſit ſe curaturum & cū effectu facturum &c. vt perſeſtur ipſi pueri patruo ad id quod eius intererſit & ꝙ penæ noie promiſſum ſit, efficaciter obliget. & ſic ab eodē valeat efficaciter ꝯueniri.

1 ¶ † Ad primum videtur quod ſit prima fronte dicendum. nam pactum de non ſuccedendo iureiurando præſtando corporaliter a muliere ſeruandum eſt, per c. quamuis. extra de pact. li. 6. & quia omne iuramētū, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, nec in alterius ſeruatum negat diſpendium & neque vi, neq; dolo malo ſit extortum, iubent canones obſeruari, de iureiu. c. cum contingat. & eodem ti. li. 6. c. licet mulieres. Item & ſententiam latam per arbitros & arbitratores aſſumptos inter coniunctas perſonas iubet lex municipij protinus obſeruari, & per competentem iudicem executioni mandari. & idem in ſententia iudicis, qui confirmauit ſnīam arbitralem, a qua iudicis ſnīa non fuit prouocatum, cenſendum eſt, vt ff. de re. iu. l. res iudicata. Veriorem tamen diuerſam ſnīam exiſtimo eo iuris cōis indubitati fundamento ſuppoſito, quod ſinciter ad inteſtati filij ſui mortui ſucceſſionem, cum ex Tertuliano vocata ſit. Aduertendum eſt namque ꝙ eiuſmodi ſupra relata conuentio cum religione iureiurandi non tam fuit pactum de non ſuccedendo dicto ſinpuberi filio, quàm potius fuit donatio bonorum tātum quondam dicti aui paterni præfati pueri, qui ideo poſſet peruenire ex ſucceſſione dicti filij in pupillari ętate mortui ſub conditione facta patruo ſi ei daret trecenta, quod ex eo maxime apparet, quia non vniuerſam filij infantis mortui in ætate pupillari ſucceſſionem pacto refutat mater, ſed reſpectu bonorum tantummodo, quæ fuiſſent aui paterni, quaſi alia bona ſi qua habuerit infans tempore ſuæ mortis in ætate pupillari ve-

ſit mater habere, quod non poteſt filio ipſi hæres exiſte
re, magis itaque donatio eſt ſub ꝯditione facta patruo
pueri de bonis auitis, quod & verba ipſa etiam pactio-
nis exprimunt, dum dicitur, fecit liberam donationē.
Nā & ſi refutationem partis hæreditatis ipſius pueri tā
tum quis illis verbis factam intelligeret, ſciret nec par-
tem hæreditatis in totum delatæ repudiari poſſe, vt ff.
de acqui. hære. l. 1. & 2. & ibi no. nec in ea re, quæ ex eiꝰ
2 quod agitur neceſſitate ꝯtingit, poſſe iuramentū, † ius
publicū, & rei ſubſtātiam immutare. vt ff. de vſuſ. eat.
rer. quæ vſu conſu. l. 2. Conſtat autem donationem vel
alium contractum ſuper bonis, vel bonorum parte vi-
uentis ſine ꝯlenſu domini in ipſius domini morte col-
latam ſeu collatum tanquam ꝯtra bonos mores & tri-
ſtiſſimi ac periculoſiſſimi euentus pleniſſimū, necnon
& votum captandæ mortis alterius ꝯtinentē legibus
protinus improbari. & conſequenter reſponſum ad
præall. c. quamuis. de pac. li. 6. cum ꝯcordantiis in par-
tem oppoſitam allegatum. Rurſus & illud videtur mi
hi conſideratione dignisſimum, ꝙ pactum quidem de
non ſuccedendo cuidam inter certas perſonas factum
generaliter legibus improbatum eſt. vt ff. de ſuis & legi.
l. pe. & C. de colla. l. pcñ. & d. c. quamuis. Iure vero ca-
nonum comperi pactum cum religione iureiurādi pa-
tri factum per filiam, quod ad bona patris ipſius nul-
lum habeat regreſſum, ſeruari iuſſum, vt in præalle. c.
quamuis. quādo ſcilicet factum eſt eo volente, & ꝯſen-
tiente de cuius ſucceſſione quæritur, tale quippe pactū
non eſt plenum periculoſi & triſtis euentus, cū is de cu-
ius bonis agitur, conſentiat. vt præall. l. fin. C. de pac. ne
que enim veriſimile eſt, eum qui conſentit, eiuſmodi
pactioni ꝯſenſurum, niſi plenā fidē & ſecuritatem ſalu
tis ſuæ de paciſcentium perſonis acciperet. Et cum ſit
etiam rei conſcius, diligentius ac facilius & prudentius
omnem periculi ſuſpicionem prouidens euitaturus ē,
quæ ceſſant, cum ignorans eſt is, de cuius bonis quidā
paciſcuntur. Quare enim quodam viuēte & ignoran-
te de rebus eius quidam paciſcentes conueniunt vt ait
Iuſtinianus in præall e. l. fi. C. de pac. & in alienis rebus
viuentis aliquid fieri vel paciſci boni mores non patiū-
tur. vt in fi. eiuſdem quæ omnia ſibi locum vendicāt, ēt
ſi quidem aliquo viuente & ignorante paciſcatur, qđ
alter ipſorum paciſcentium, qui proximam ſpem ſuc-
ceſſionis illius viuentis & ignorantis obtinebat ſe non
ſucceſſurum paciſcitur ei, qui ſecundo loco ſpē ſucceſ-
ſionis eiuſdem viuentis & ignorantis habebat. quid n.
aliud vult hæc pactio, quàm ꝙ is qui ſin locum obtine-
bat illius viuentis ignorantis poſt mortem eius res ha-
beat & accipiat. & quamuis pactio illa verbis negatiuis
concepta ſit, ꝙ hic videlicet non ſuccedat, niſi calūnia-
ri velimus illa mente hæc pactio celebratur, vt ille ſuc-
cedat & habeat. quam mentē ante verborum corticē
legū latores intuentur, hanc itaq; pactionem de nō ſuc
cedendo illi ſine illius conſenſu & voluntate factam al-
teri profecto tanquam contra bonos mores & triſtiſſi
mi ac periculoſiſſimi euentus ei ſcilicet de cuius ſucceſ-
ſione agitur, pleniſſimā atq; captandę mortis illius vo
rum ꝯtinentem legibus improbatam cenſeo, nec iure-
iurando eam confirmari legibus, aut rationibus cautū
inuenio, ꝯtra autem generaliter cautū eſſe palā eſt, vt
videlicet rei, quæ turpis ſit & contra bonos mores, ac
peccatum foueat aut prouocet, nec iuramenta tenere.
vt C. de nup. authē. quod eis. & in corpore vnde ſumit
cum plurimis concordantiis ibidem abunde per gl. ad
ductis. & in præalle. c. non eſt obligatorium cum pleriſq;
canonum concordantiis. Cæterū vbi eiuſmodi pactū
de non ſuccedendo ei factum ſit, de cuius ſucceſſione
agitur vel alteri eius conſenſu per identitatem ratio-
nis iure canonum iureiurando ſubiecto eiuſmodi pa-
ctum ſeruandum eſſe, ceſſantibus hic periculis factis &
prohibitionis ratione ꝯcedo per præalleg. c. quamuis.
de pacti. libro. 6. Neq; enim capitur illud ius ciuile cor-
rigens ad alium caſum, quàm ibi comprehenſum, &
habentem euidentem & promptam diſſimilitudinis

rationem producendum quiſq; recte cenſuerit. arg. C.
de app. l. præcipuum. in fi. & extra de elec. c. cum expe-
3 diat. libro. 6. In re quippe habente eandem rationem,
† an correctionis extēſio facienda ſit, pleriq; diſſentiūt.
C. de ſacro. ſanc. eccle. authen. quas actiones. vbi poſt
gloſ. la. Bu. & Bart. & per eundem ff. ſolu. matri. l. ſi cō
ſtante. in prin. & facit in eodē titulo. l. ſi vero negociū.
§. de viro. palam aūt eſt de re propoſita, infantem, de
cuius ſucceſſione & bonis tractabatur. eiuſmodi pa-
ctionibus neque ſcientiam, neque conſenſum, aut vo-
luntatem adhibuiſſe, nec adhibere potuiſſe. vt ff. de iur.
& fac. igno. l. fin. Et per eundem modum reſpondeo
ſententiæ ab arbitratoribus latæ. nam compromiſſum
de iure & de facto factum cum arbitramento ſecuto,
tranſactio eſt. in Authen. vt diffe. iu. §. primo. & ibi not.
eleganter ſecundum Io. & per Bat. C. de tranſac. l. ſi
quis maior. etiam ſi legis municipij auctoritate factum
ſit, vt ibi per Bart. & ff. eod. l. poſt rem. & de condi.
inde. l. eleganter. §. 1. & facit auth. ſi vero contigerit. C.
4 de iudi. Et pari ratione † ſententia præſidis ipſius ar-
bitramenti confirmationem continens nulla eſt, cùm
vitium, quod inerat ſententiæ confirmatæ, in confir-
mante perſeueret, vt ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. l. 1. §. 1.
Hoc amplius hæc ſentētia nulla ratione conſiſtit, quæ
auum maternum & mřem a pueri ſucceſſione repel-
lunt. quoniā auus mřnus proprio nomine nec mater
in compromiſſo non fuerant. ar. C. de ſen. & interlo.
om. iu. l. 1. & ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. ex officio.
& in rubro & nigro. res inter alios acta. & quibus res
iudi. non no. Quinetiam nec intra eaſdem, quę compro
miſerint, ſi tamē ſuper eadē re pronūciatum ſit, quę in
compromiſſum non venerat, vt ff. de arbi. l. qđ tū. in fi.
& l. ſi cum dies. §. plenum. & d. §. de officio. & l. de re-
bus. Conſtat aūt de ſucceſſione pueri poſt mortē eius ī
ætate pupillari non fuiſſe queſtionē. nam cū tutor pue-
ri tutorio noīe petiſſet a patruo poſſeſſore totius hære
ditatis aui přni dimidiam ipſius hæreditatis petitione
hřditatis libello propoſito & ſuper ea petitione & ꝯten
tis in ea, ac dependentibus, & connexis ab ea factū fuerit
cōpromiſſum, certo certius eſt, hanc rē videlicet pupil
li futurā ſucceſſionē ea petitione minime cōtentā, nec
ab ea dependentē, vel connexā. Nec dicat, ꝙ magis ob-
ſtare videbitur, ꝙ dicti arbitri non de infantis adhuc vi
uentis futura hæreditate vel ſucceſſione pronūcient,
tunc enim argumenta ſuperiora procederent. Sed po
tius de bonis quondā aui paterni dicti pueri, quæ pro-
culdubio in compromiſſum veniſſent ſententiam pro-
tulerint. quaſi puerum condemnantes ad ipſorū bono
rum reſtitutionē patruo, ſi in ætate pupillari deceſſerit,
quemadmodū impuberi a patre, aut quod verius eſt
ab auo paterno directa ſubſtitutio aut fideicōmiſſaria
facta fuiſſet. Quoniā quidem primū idipſum facere ne-
quierunt, cùm neq; id petitione hæreditatis pro infan
te propoſita clauderentur, nec ab ea foret id dependēs
ſiue connexum. ſuper quibus ſolis extitit compromiſ-
ſum. Nam etſi id ſine veri præiudicio conſtituiſſet im-
puberi auum paternū rectiſſime directo vel aliter in-
ter pubertatis annos ſubſtituiſſe, cùm tamen in oppo
ſitum veritas euidentiſſima militet, quia fuerat in aui
teſtamento præteritus, cùm nec de eo, qui fuerat in
vtero nurus auo neſcio cogitatum extitit, nihilo ma-
gis ad ipſum ius ſubſtitutionis ius hæreditatis petitio-
nis pueri pariter propoſitæ coſtituēs fuerat aut conne-
xum. quinnimo nec ſi nominatim fieret, potuiſſet ea
ſubſtitutio directa vel inflexa in iudicium aut petitio-
nem recte deduci, quæ fuerat manifeſta conditione ſu-
ſpenſa. ff. de iudi. l. non quemadmodum. non fuit itaq;
ea res dependens, vel connexa hæreditatis petitioni
libello propoſito, ideoque quaſi nec ea res in compro
miſſum venerit, & ſibi commiſſæ poteſtatis arbitri
fines exceſſerint, non valuit tanquam a non ab arbitris
latum, qđ extra tenorē pronunciarunt, ideoq; huiuſmo
di nullitatis exceptio ex notionis defectu proueniens
ſtatuto nō tollitur, ꝙ nullitatis allegationē ſubmoueat.
vt no.

vt no. in cle. vnica. de ſeq. poſſ. & fruc. & per Barto. ff.
qui ſatiſd. cog. l. 2. §. 2. Adeſt præterea manifeſtior cau-
5 ſa nullitatis. † quoniã ex tranſactione ſine decreto præ-
toris interpoſita non contingit rerum minoris aliena-
tio, vt C. de prædi. mino. l. nam ſolum. & no. ſi aduer-
ſus tranſac. l. 1. & 2. Nec dicat quis prætoris decretum
interueniſſe, quia pronunciatet compromiſſum facien
dum nec cauſæ cognitio nec exacta ſolẽnitas iure cõ-
muni aut municipali interuenit, aut etiam ſi decretum
interueniſſet, dicatur non ſubeat æs alienum, quod ſi-
mul deſideratur, vt C. de prædi. mino. l. ob æs. vel alia
ſimilis cauſa. Poſtremo etſi decretum interueniſſet,
& omnia geſta ipſo iure tenerent, ſupereſſet nouiſſimũ
reſtitutionis auxilium, læſum enim fuiſſe eiuſmodi
pronunciatione pupillum manifeſtiſſimum eſt, qua-
re enim res ſuas ſine vlla iuſta cauſa poſt mortem ip-
ſius impuberis alteri adiudicarunt, eumq; oneri reſti-
tutionis earum ſubegerunt, cùm & eius nõ interſit ob
ligatum non fore, & de rebus ſuis obligandis & alie-
nandis per ſe cum auctoritate ſuorum tutorum, aut
per eos neceſſarias cauſas, quæ plurimæ ſuperuenire
potuiſſent, quæque hypothecã aut alienationẽ exige-
rent plenam habere licentiam & poteſtatem, quam
ſibi eiuſmodi pronunciatio ademit, quoniam alteri
adiudicatæ ſunt in euentum mortis ſuæ in ætate pupil-
lari. arg. auth. res quæ. & in l. fi. §. fin. C. de lega. & licèt
ibi quibuſdam caſibus rerum ſubiectarum reſtitutioni
permittatur alienatio, non ſic cùm ex contractu ſuo
contingit reſtitutio, ſicut cum ex vltima voluntate pa
rentis. Intereſt quoque hæredem ſuum locupletem
relinquere, vt ff. ſi mul. uen. no. in po. mi. l. 1. §. nonnun-
quam. Deinde cum arbitrorum pace vitium dam-
nabiliter inciderunt, quod magnopere deteſtatur le-
giſlator in prealle. l. fi. C. de pac. etiam ſi non de pupil-
li hæreditate futura, ſed de rebus, quas ad eum ex aui
paterni hæreditate pertinuiſſe decreuerant, pronun-
ciarint. Quare enim viuente & ignorante de rebus
eius nullo iure obligationis intercedente? tunc enim
non de rebus eius debitoris, ſed de iure, & ſic de re cre
ditoris ſtatuerent aliquid per viam tranſactionis, con-
uentionis, aut compoſitionis cùm vehementi diſcri-
mine ſalutis pueri, & voto inducto captandæ mortis
ipſius, & bonis contrarium moribus attentarunt, de-
nique mentis ſuæ ſenſum incongruum reſerarunt,
vel de pueri ſucceſſione diſponenda, non etiam de
puero condemnando ſentirent, cùm matri ſuperſtiti
puero impuberi mortuo quæ nec in compromiſſo fue
rat, certam bonorum pueri partem hoc eſt treeenta
conſignarunt, & auum maternum præmortua filia
puero impuberi mortuo ſuperſtitem protinus a bonis
ipſis omnibus ſubmouerunt, qui nec etiam alius ſuo
nomine compromiſſum effecerat. Quid de his perſo-
nis, meminiſſe conuenerat, etſi de pueri tantũ faciẽda,
licèt perperam ꝯdemnatione ſenſiſſent. Q̃m itaque de
pueri ſucceſſione futura, aut bonis pueri viuentis &
ignorantis certo modo inter perſonas eiuſmodi diſpo
nendis, ſi puer impubes deceſſiſſet. memoratos arbitra
tores ſenſiſſe, licèt nõ honeſte manifeſto cognoſco im-
6 memores † ꝙ pactis non datur hæreditas, ſed teſtamen
to. C. de pac. conuen. l. pactũ do. & l. hẽditas. nulla mi-
hi ratione perſuadere vales, vt eiuſmodi pronunciatio
nibus contra bonos mores & cum diſcrimene ſalutis
alienæ, & ſuper rebus non cõmiſſis & inter perſonas,
quas compromiſſum nõ clauſerat, factis defendendis
ꝯſilium vel ſuffragiũ eis firmandis accomodẽ. Nec ſibi
blandiuntur diuerſæ ſententiæ defenſorum, ꝙ arbitri
aui paterni teſtatoris ſententiã immitati ſunt quam ſta
tuiſſent in hoc puero & eius parte ſi de eo fortaſſis co-
gitaſſet, quem ignorauerat, exemplo nati nepotis, de
quo cogitauit, cui eo modo ſubſtituit, ſi impubes in fa-
cto conſenſiſſet ita ſtatuerunt. Quoniam ea poteſtas
auo quidem paterno in nepotes ex filiis præmortuis na
tos legibus optima ratione conceſſa eſt, non etiam ad
extraneos homines, vel etiam ius dicentes, maxime de
illis, de quibus agitur viuentibus pactis aut ſententiis
producenda. vt prealle. l. hæreditas. de pac. conuen. &
d. l. fi. C. de pac. & ſi de omiſſo & incogitato teſtatoris iu
dicio dicti arbitri cogitarunt, cogitent quoq; de diui-
no & inſcrutabili Dei iudicio, qui eã rem ꝯcepti nepo
tis in vtero natus ea ratione forſitan occultauit ipſi pa
triſa. ne quid ſuper eo diſponeret, & potius eius ſucceſ-
ſio & bona ad matrem ratione pietatis magis debita,
& aliis quidem vobis occultis, Deo tamen non inco-
gnitis dignius & iuſtius, quàm ad patruum peruenirẽt.
Vobis autem de & ſuper his, quæ facta ſunt aut conti-
gerit, nec etiam quæ fieri aut contingere potuiſſent, iu
dicandum eſt. Porro ſi diuerſa ſententia præualuerit.
l. fin. C. de pact. tanta grauitate compoſita hominum
machinatione diffuſa eſt, cùm compromittant homi-
nes de controuerſijs & rebus omnibus & arbitri alteru
trum compromittentium alteri damnent de rebus co
gnati proximi viuentis ſi ad ipſum damnatum quoque
ſucceſſione deuenerint, aut etiam vita comperta eſt ſi-
ne parentis iudicio matrem ab impuberis filij mortui
protinus ſucceſſione depelli, vt tutor ſuſcitata contro-
uerſia cum agnato proximo impuberis l. municipij,
quæ frequentiſſima eſt in omnibus ciuitatibus & munici-
pijs, compromiſſa componat, & tea arbitramenta de re
bus impuberis & futura ſucceſſione ſequuntur, quæ
quantum reipublicæ vtilitati & honori ac honeſtati di
ſcongruãt, nemo eſt, qui non intelligat. dixerit aliquis,
matrem infantis mortui velut indignam pueri ſucceſ
ſione ex ſupra relata donatione ſeu tranſactione mul-
ctandam, tametſi donatio nulla ſit, quia contra ius gẽ-
tium feſtinarit. ff. de dona. l. quidam in iure. §. fi. & l.
ſe. & ff. de his qui. vt indi. l. 2. in fi. Et ego quidem con-
ſenſerim, non tamen vt patruus aduerſus eam de hoc
poſſit excipere per not. ff. fa. erc. l. his conſequenter. §. 1.
ſi non eam benignius & iuſtius excuſarit, quod neceſ-
ſitate præcedentium ſententiarum, quibus parendum
putauerit, id fecerit, quod extimandum eſt, cum omni-
bus & per omnia tenor tranſactionis tenori pronun-
ciationum conſonet, & maxime ſcilicet ſi hæc per er-
rorem mater ipſa proponat & alleget, cùm & publice
id & per publica documenta confecerit. vnde bona fi-
de magis feciſſe putanda eſt, ar. ff. de adul. l. ſi adulte-
rium cum inceſtu. §. 1. & ſequen. & de ritu nup. l. pe. &
de adi. tut. l. non extimo. nam & iudicis auctoritate id
eam feciſſe defenditur, quæ iudicis auctoritas ſecundus
in huiuſmodi cauſis a pœnis excuſat legalibus, vt ff. de
his qui not. infa. l. fur. §. qui iuſſu. & ad l. aquil. l. liber hõ.
7 in pro. & quod ibi not. Et † in ambiguis contra fiſcum
potius iudicandum ſit, vt ff. de iure fiſci. l. non puto.
& in pœnis inferendis molles eſſe interpretatione iu-
beamur. ff. de pœnis. l. interpretatione. & in obſcuris
ſemper benigniora præferenda ſunt. ff. de regu. iur. l.
ſemper in dubiis. & pro reis abſoluendis potius, & pro
liberationibus, quàm pro ꝯdemnandis & obligationi-
bus inducẽdis proniores eẽ debeamus, vt ff. de ac. & ob
li. l. Arrianus. & de reg. iur. l. fauorabiliores. & de re iudi.
l. inter pares. profecto in ea re matris excuſationem ad
uerſus fiſcum admittendã non allegans procliuius in-
clinarem. & hæc de primo conſultationis articulo.

¶ Super vltimo conſultationis articulo, cum ſupra
defenderim, eiuſmodi conuentiones inter matrẽ pue-
ri & patruum de hæreditate nullius eſſe momenti, &
tanquam ꝯtra bonos mores, ac peccati cauſam inducẽ
tes, legibus & canonibus improbatas, ꝯſequens eſt pa
tris ipſius mulieris promiſſione, quæ fideiuſſio eſt, per
ea quæ not. ff. de ver. ob. l. cum filius. §. 1. non tenere. ar.
ff. de fideiuſ. l. ſi a reo. §. quod vulgo. de reg. iur. l. cùm
principalis. & dato ſine præiudicio veritatis, quòd idẽ
pater mulieris auus ſcilicet maternus pueri tanquam
principalis eo ſe nomine conſtituiſſet nec eiuſmodi ſti-
pulatio ſeu promiſſio interpoſita, quaſi etiam rei tur-
pis & flagitioſæ, ac contra bonos mores, ac in fraudem
legis ſuppoſita firmitate conſtaret ar. ff. de ver. obl.
l. generaliter. & l. ſtipulatio hoc modo. & l. plagij.

& ar. ff. de condi. & demon. l. hæres meus. §. fi. & ff. de leg. & ſe con. l. contra legem. & l. ſe. & C. eodem. l. oon dubium. & de pœnis, & ff. de pac. l. iure geotium. §. ſi paciſcar. & §. & generaliter. & l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. cum inſioitis ſi. Quibus ex omnibus relinquitur ↄcludenduio, dictam matrē pueri impuberis mortui hæreditatem booa q; eius vniuerſa ſine metu vel obſtaculo dictarum ſententiarum vel tranſactionum & fiſci & damno paternæ promiſſionis tam piè quàm vtiliter atque efficaciter obtenturam. Sed quia tertia ſuper hoc adnectitur dubitatio, an ſi mater pueri hæreditati reounciet, & ſimiliter pater matris an ſola auia materna pueri ipſius inteſtati ad hæreditatem admittatur, an patruo præferatur, vbi res expediſſima eſt. præfertur namq; auia, quę eſt in ſecundo gradn rectæ lineæ aſcendentis patruo, qui eſt in tertio gradu lineæ tranſuerſalis, licèt agnatus ſit, vt in Auth. de hære. ab inteſt. §. conſequens. & §. ſi igitur. & facit C. de hære. l. patruo. & quod ibi no. dum notetur eam corrigi. Et ſic ceſſabit omnis ſerupulus factæ donationis ſeu promiſſionis patruo, cùm ipſam pueri hæreditatem mater non accipiat, ſicque nec ex perſona ſua valebit illa donatio, cùm ipſius matris res factæ non fuerint. Et inter pueri matrē & patruū controuerſiæ finis imponitur,

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius,

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas paterna infanti delata an & quādo poſſit tranſmitti ad quoſcunque hæredes, licèt oon fuerit per eum adita. & ao ſaltē tranſmittatur ad aſcendentes puta ad matrem, & an beoeficium reſtitutionis in integrum ei competens aduerſus hæreditatem oō aditā tranſmittatur, & quis pręferatur in ſucceſſione infantis, an auia paterna, mater, vel patrui infantis.

SVMMARIVM.

1 *Iure nouiſſimo venit mater ad ſucceſſionem filij vnà cum patruis.*

2 *Infans ante agnitam iuris ſucceſſionem moriens an beneficium in integrum ad ſuos ſucceſſores transferat.*

3 *Ius pratoriū ſuis ōt neceſſarijs ab hareditate abſtinere permittit & ſic creditoribus hareditarijs contra eos denegatur quarela.*

CONSILIVM LXXIIII.

INFANS Poſt mortem patris inteſtati, cùm tutore careret, breui tempore mortua eſt ſuperſtitibus matre, & auia paterna, & duobus patruis. Quæritur ad quē ſpectet hæreditas patris infantis, & videtur ad patruos ſimul & ad matrem infantis. ſ. auiam paternam pertinere, cùm infans, cui patris delata fuit hæreditas eam oec agnouerit, nec adire ſeu ſe boois patris immiſcere potuerit, quoniam tutore carebat, vt io Inſti. de auc. tut. §. ſed neque. & C. de iure delib. l. potuit. Non adita verò hæreditas non tranſmittitur. C. de cad. tol. §. in nouiſſimo. & de iure delibe. l. quoniam. igitur ad fratres defuncti iure conſanguinitatis pertinet.
1 C. de legi. hære. l. defunctis. † & iure nouiſſimo venit mater cum eis, ſi fuerant vtrique defuncto coniuncti, alias mater ſola defuncti. vt C. ad tertul. auth. defuncto. & in corpore vnde ſumitur, & videtur iſte caſus expreſſe decidi. C. de iure delib. l. ſi infanti. §. ſinuero oon ſit tutor. & ita etiam glo. ibi, decidit ſpecialiter in hæreditate paterna, de qua in præſentiarum quæritur, & huius quoque ſententiæ eſt gloſſ. in l. fi. §. ſinautem perpetuo. C. de cura fur. dicitur quoque per Ia. Bu. eſſe communis ſententia glo. vt ipſe not. in præalle. l. ſi infanti. & eiuſdē ſententiæ fuit Ia. de Bel. in Auth. de trien. & ſe. circa prin. quod infans neq; ratione ſuitatis, nec beneficio ætatis patris non aditam hæreditatē tranſmittat,
2 & idem ſequitur Bal. & Ang. in l. ſi infanti. qd † infans ante agnitam iuris ſucceſſionem moriens beneficium in integrum reſtitutionis ad ſucceſſores ſuos non tranſferat per tex. d. §. ſin vero, cùm non ſit tutor & verbis perueniat, & in illis minime fuiſſet hæreditas infanti delata, p l. vrbana. §. pernoctare. ff. de ver. ſigni. & de peti. hęre. l. vtrū aūt. & de hære. vel act. ven. l. 2. §. pueniſſe.

¶ Diuerſam tamen ſententiam veriorem arbitror, primò quidem per ll. hoc expreſſe dicentes, ſecundò per rationem, præterea per noſtrorum maiorum auctoritates, per l. ſi quidem. C. de ſuis & legi. l. apud hoſtes. vbi pene idem eſt caſus in terminis. licèt enim de infante non loquitur nomioatim, tamen ſermo generalis illius l. etiam infantem amplectitur, præſertim cùm ſermo ſit de filia mortem patris ignorante, oeque delatam ſibi patris hæreditatem, ſimilis autem eſt furioſus & infans ignoranti, pro hoc etiam ff. ad Tert. l. 2. §. ſiquis ex liberis, vbi infans patri agnoſcens & illico moriens impedit matrem defuncti ex tertulliano vocari, facit quoque l. Lucius. ff. de iure fiſ. vbi rectè iſte caſus deciditur, ſed nulla fiat violentia literæ, quæ loquitur de infante etiam poſt patrem inteſtatum mortuo breui tempore. Confirmatur apertius in Inſti. de hære. quæ ab inteſta. defe. §. ſui, vbi dicit, & in furioſos & in pupillos quaſi continuari dominium bonorum patris, & eis patris hæreditatem acquiri etiam eis ignorantibus, nec in ea re opus fore pupillis auctoritate tutorum, & C. de cur. fur. l. fi. §. ſinautem perpetuo, & ſenſus ibi per gloſſ. ſecundum aliquos poſitus, vt furioſus pater ſit hæres quo ad nudam adminiſtrationē, non quo ad veram acquiſitionem, nec quo ad tranſmiſſionem nō eſt verus. quia tunc non eſſet differentia inter paternam ſucceſſionem & extraneum, in qua idē eſſet, vt ea. l. §. tali. itaque, quam manifeſtam dr̄iam voluit notare ille §. ſinautem perpetuus & §. ſe. facit quoque in hanc ſententiam l. ſi fratris. C. de iure delib. & licèt non loquatur ſpecialiter in infante, generalis tn̄ & indiſtinctus ſermo idem ſeruari debere in infante ſignificat. Et ſimiliter leges plurimæ, quæ ad id allegantur, vt ſuus hæres patris hæreditatem, licèr non agnitam, ad ſuos quoslibet tranſmittat hæredes, vt ff. de teſta. mili. l. ex militari. §. fi. cum l. ſeq. de reb. dn. l. qui duos. §. cum in bello. de ſtip. ſer. l. liber homo. §. fi. & de caſtren. pe. l. hæreditate. §. patet. & bn̄ dicunt iudicio meo de hære. inſti. l. ſuus quoque. §. fi. cum l. ſeq. & de condi. inſti. l. fi. §. fi. in quibus oepotes non admittuotur viuo filio ex ſubſtitutione vel ab inteſtato, qui porro admitterentur, ſi in vltimo vitæ momēto filij, quo poteſt impleri conditio deſideraretur filij voluntas, & agnitio ad acquirendam vel tranſmittendam patris hæreditatem, cùm eo vitæ ſupremo non poſſit filius ex teſtō patris hæreditatem adire, vt ff. qn̄ di leg. ce. l. ſi facit quoq; l. venire. §. ſed ſi vacuo. vbi filius pp incertū partum, qui putabatur aduenire, adire non potuit, & tamē mortuus intelligitur hæres fuiſſe, ꝙ ſecus eſt in extraneo ſeu emancipato filio vnde ei neceſſarium eſt decretū. ad quem facit l. cum quidam. §. ꝙ dr̄. & §. ſuum hſdem. & de ↄtratab. l. illud. §. fi. Sed & præter text. ac leges ſuperius allegatas ratio adiuuat iſtam ſeoteotiā. Nam palam eſt iure ciuili, filium in poteſtate, cui patris hæreditas pure delata eſt ex teſtō vel ab inteſtato, illico ſuum patri hæredem & neceſſarium illico factum, & morientem ipſam hæreditatem quantū in ſuos quoslibet tanquā ſibi veraciter acquiſitam tranſmittere ſucceſſores, vt ff. de acquir. hęre. l neceſſariis. & in Inſti. de hęre. qua. & diſ. §. fin. hoc aūt ius vetus & ciuile ex. l. 12. ta. deſcendens nullo poſteriore iure ciuili, vel prætorio corre-
3 ctum eſt. Ius namque prætorium † permittit ipſis ſuis & neceſſariis ſi volunt abſtinere ab hæreditate, & tunc denegar creditoribus hæreditariis actiones contra eos, vt ff de acquiren. hæredi. l. neceſſariis & in Inſtitu. de hære. qua. & diſ. §. ſed his. Aut igitur quam voluit hæreditatem relinquere nec iure prætorio hæredes eſſe deſinunt, & rerum dominia retinent, merito hæreditatem tanquam quæſitam ad ſuos transferunt hæredes, ſeu ſucceſſores, vt in ſimili not. C. de iure emphy,

phy. l. 2. in verſicu. volenti, & ff. ſi ager vec. vel emphy. pe. l. 2. & facit l. 2. & 3. ff. de leg. commiſ. & probatur hæc ratio ſecundũ Barto. ad contextum. C. de vul. ſub. l. ſi filius qui patri. vt per beneficium prætoris non deſinant eſſe hæredes in his, quæ reſpiciunt commodum eorum. Eſt aũt commodum eis quod tranſmittãt ipſam hæreditatem cũ beneficio ſubſtituendi per text. optimum. ff. ſi mu. ven. no. in po. calum. ca. eſſe di. l. 1. §. nonnunquam. Supereſt poſt textus & rationem iuris prudentium auctoritates afferre. & gloſſ. quidem in l. ſi infanti. C. de iure delibe. quæ incipit, nunquid erit idẽ in paterna, relata vtraque opinione neutram firmam eligit in glo. eiuſdẽ l. quæ incipit, vt ita demum, firmiter dicit paternam etiam non agnitam tranſmitti, licèt alleget l. vnicam. C. de his qui ante aper. tabu. non recte & plene probantem. gloſſ. quoque in l. fi. C. de cur. fur. §. ſin autem perpetuus, dubitat, quia relata quorundam opin. adiicit arg. contra prædictos, quaſi ea ſententia non ſua, ſed aliorum ſit, & leges contra eos per gloſſ. allegatæ inconuincibiliter eos confutant. gloſſ. quoque in l. cum antiquioribus. ſimpliciter & ſine vlla varietate decidit, ſuum poſſe perpetuo adire & perpetuo tranſmittere, licèt alleget legem non ſtringentem. In tranſmiſſione itaque paternæ hæreditatis concedenda gloſ. illæ duæ ſine vacillatione & diſtinctione loquutæ ſunt, videlicet in l. ſi infanti. & l. cum antiquioribus. aliæ vero ſemper vacillando loquutæ ſunt. hanc tamen ſententiam, quod ſuus, hæreditatem quamquã non agnitam tranſmittat ad quoſcunque velit quæſitam, eſt communis doctorum ſentẽtia, ſequitur & Ia. de Ra. per Cy. Barto. & Ang. licèt Bald. dicat, hanc rem principis declarationem quo ad infantem deſiderare. In maiori vero infante conſentit communi doctorum ſententiæ, quòd ſuus ad quoſcunque tranſmittat. & ita determinatum eſt in collegio doctorum præclari ſtudij Peruſini, vt refert Bart. Bald. & Ang. & certe quòd deterioris ſit conditionis infans, quàm maior infante, non habet rationem, cùm magis ei ætati ſubueniendum fuerat, vt fit in ipſa l. ſi infanti. in princ. Nec obſt. præalleg. l. ſi infanti. §. parente. & §. ſin autem, quia loquitur in hæreditate materna vel maternæ lineæ, vel alterius cuiuſcunque parentis per virilem ſexum, vt manifeſte colligitur ex principio ipſius legis & quale eſt legis principium, tale debet intelligi medium & finis, vt ff. de iure & fac. ign. l. regula. § fina. præſertim cùm tota lex diſtinguendo ac continuatiue procedat, verbum itaque, omnes hæreditates, in dicto verſic. ſin autem, intelligendum eſt, de quibus ſupra propoſuerat, cùm ſequentia a præcedentibus determinationem accipiant atque declarationem vt in vulgariſſimis legibus. Si quis porro dubitauerit, vt doctorum plerique cenſuerunt, communem fore gloſantium ſententiã, quòd ſuus non agnitam patris hæreditatem non tranſferat in ſuos ſucceſſores, & a gloſis nollit abire propter communem ſequentium doctorum ſententiam, illud conſiderare proſpiciat, quia omnes glo. concorditer & ſine vlla diſcrepatione conſentiunt in propoſita ſpecie, cum agitur de tranſmittenda hæreditate parentis per liberos in matrem vel alium aſcendentem, vt C. de his qui ante aper. ta. l. vnica. & de ſuis & legi. l. apud hoſtes. & ad orſi. l. 2. §. impuberem. Nec glo. vſpiam ab hac opinione diuertit, nemo itaque tam temerarius fiat vt ab hac ſententia, in quam doctores omnes & gloſatores confluxerunt, diſſentiat denique ſi res nec protinus ſcrupuloſitate careret, quamuis diuerſa ſententia obtinear, quoniam res omnia hæc ſcrupuloſitatis & ambiguitatis eſt exors, Reminiſcatur principalis exempli ac imperialis ſententiæ, qui in ambigua facti queſtione ſeu dubia inter matrem & agnatos mariti, cùm mater filij hæreditatem, agnati verò patris hæreditatem vendicarent contra agnatos pro matre iudicauit quiſquis in hac re ſententiã fuerit prolaturus, vt ſicut in dubietate facti, ita & iuris ambiguitate ſtatuatur ff. de reb. dubiis. l. qui duos. §. cum in bello, eſt lane magis danda filij luctuoſa hæreditas matri in ſolacium ſuæ triſticiæ, vt ff. de iure do. l. iure ſuccurſum. & ar. C. de his qui ante aper. tab. l. vnica. in fi. & de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. l. fi. & ratione pietatis, vt ff. de inoffi. teſt. l. nam & ſi parentibus. in prin. quàm fratris hæreditas fratri, hoc namque palam eſt ex inofficioſi querela, vt C. de inoffi. teſt. l. fratres. & ff. eo. l. 1. Et cùm iure ipſo manifeſte monſtrauerim, matrem puellæ ad hæreditatem mariti per mediam filij perſonam vocatam, apparuit nihil de in integrum reſtitutione ætatis beneficio perſcrutandum, in qua ſpecie penes quoque noſtros maiores magna fuit & eſt concertatio, Cõmunior eſt tamen ſententia, potius in integrum reſtitutione ſuccurri. ſi facta prius concluſio dececiſſet, vt tractat Bar. ſecundũ Ia. de Are. ff. de vul. & pu. l. qui duos. & de acqui. hære. l. pantonius, licèt Ia. de Bel. contra, quẽ ſequitur Bal. in d. l. ſi infanti. & Ang. tam ibi quàm in d. l. pantonius. referens vtrobique Bal. poſtea mutaſſe ſententiã, & adhæſiſſe Ia. de Are. & Bar. ſed hæc diſcepratio in re præſenti ſuperuacua eſt, ideoq; nihil ĩ ea re decidi credatur. ¶ Concluditur itaque in re propoſita, matrẽ infantis ſolam vocari, ne hoc egre ferãt patrui, qui matre ſubmota puellæ aut ſoli non venirent ad fratris hæ̃ditatem, aut nullatenus, ſed ſola auia paterna, ſi nõ vtroq; latere ſunt ↄiuncti. C. ad tertul. auth. defũcto.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulguſius.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum prohibens filiumfa. contrahere aut ſe obligare ſine conſenſu patris, an cõprehendat filiamfam. & an eo caſu poſſit filius hæreditatem adire non ſeruata forma ſtatuti, & an filiusfa poſſit eſſe exequutor & exequi non ſeruata forma ſtatuti prædicti, & an teſtator poſſit relinquere filiofa. cum hoc, ne vſusfruct. acquiratur patri, & quibus ex cauſis videaẽ hoc feciſſe.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo filiusfamil. capax ſit hæreditatis.*
2 *Executor teſtamentarius vel fideicommiſſarius ſuum officium exercere non poſſunt ante aditam hæreditatem.*
3 *Executoris teſtamentarij officium tutoris officio æquiparatur.*
4 *Filiafamilias an abſque patris conſenſu poſſit contrahere, aut efficaciter executorio nomine alienare.*

CONSILIVM LXXV.

EX FACTO Proponitur, ꝙ dña M. materfamilias poſt nonnulla legata ſibi vlem hæredem inſtituit Antoniam filiamfa. cũ ea conditione, ꝙ creditoribus dictæ Ant. aut eius patri vel alteri cuiuſque perſonæ in bonis & hæreditate dictæ d. M. teſtatricis nullũ ius quæratur ſiue quæſitum eſſe intelligatur, quoniam dictam hæreditatem & bona ſua vult manere apud dictã Antoniam dum vixerit pro implenda voluntate teſtatricis & pro executione eorum, quæ dicta teſtatrix in ſecreto dictæ Antoniæ appoſuit. Ipſique Antoniæ quatenus ante mortem ſuam non diſpoſuiſſet de ipſis bonis & hæreditate dictæ d. M. teſtatricis per diſpoſitionem inter viuos, vel vltimam voluntatem alias perſonas ſubſtituit, & tandem eidem Antoniæ, de qua plene confidebat, ſpecialiter poteſtatem vendendi & alienandi & donandi relinquendi etiam ſine conſenſu & voluntate ſibi ſubſtitutorum quomodocũq; voluerit ex bonis dictæ hæreditatis relictis nonnullis aliis fideicommiſſarus & executoribus legatorum in ipſo teſtamento relictorum & ipſius teſtamenti, quod etiã voluit valere iure codicillorum & cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis, quo melius poſſet. Quæritur itaq; an dicta Anto. poſſit ſine conſenſu patris ſeu eo inuito bona dictæ hæreditatis vendere vel alio quoquo modo alienare, prout ſibi placuerit, Non obſtante ſtatuto

quondam communis Senarum, quo in effectu cautũ
eſt, quòd nullus filiusfamilias poſſit obligari in cõtra-
ctu, vel quaſi, in obligatione, vel quaſi, ſine conſenſu &
voluntate patris, ſi ſecus fiat ipſo iure ſtatuit non tene
re, quod actum eſt &c.
1 ¶ † In propoſita quæſtione videtur prima fronte di-
cendum, non poſſe dictam Anto. alienare ea, de qui-
bus quęritur. Nam licèt filiafamilias hodie iure codicis
capax ſit hæreditatis ſibi quo ad proprietatem quęren
dæ non patri, in cuius poteſtate ſit, vt C. de bonis quæ
lib. l. cùm oportet. in prin. ſi tamen velit delatam ſibi
hæreditatem adire & pater ei conſentiat, vſuſfructus &
legitima adminiſtratio patri deferẽ, vt C. de bonis quæ
lib. l. cũ non ſolũ. §. vbi aũt voluntas. nec hoc caſu ipſi
filiæfamilias licet aliquid alienare ſine patris ꝯſenſu &
voluntate, vt eadem l. cùm non ſolũ. §. filij aũt fami. Si
autẽ patre volente eam hæreditatẽ adiri ipſa filiafami-
lias recuſet, vt in totum patri hæreditatẽ acquiri, & tũc
multo minus ipſa filiafamilias, quæ nihil iuris acquirit
eadẽ ea bona alienare poterit patre non cõſcio vel vo-
lente, vt ea. l. cum non ſolũ. §. 1. Sed & licèt iure cõi pa-
tre recuſante vel ignotante poſſit ipſa filiafamilias hæ
reditatem adire ſi pubes ſit, vt not. in l. 1. C. qui admit.
ad bo. poſ. pũt. & probatur eo. l. cùm non ſolum. §. 1. pro
pter tamẽ ſtatutũ ſupra relatũ videtur hodie filię fami.
hoc licitũ non eſſe, cùm adeundo non ſit ambiguum,
ipſam filiãfa. quaſi ex contractu obligari, vt in Inſti. de
obli. quæ ex quaſi contractu na. §. hæres quoque. & ff.
ex quib. cau. in poſ. ea. l. apud iulianũ. §. fi. & l. ſeq. & de
act. & oblig. l. ex maleficiis §. hæres. ad qđ optime præ-
ſtat argumentũ l. more noſtræ ciuitatis. ff. de acqui. hæ-
redi. ſic igitur nullo caſu vtroque iure tam cõi quàm
municipali Senenſium licebit dictæ Antoniæ aliquid
ex dicta hæreditate ſine patris voluntate diſtrahere, ſi
tanquã hæres id velit facere ſeu tanquàm exequutrix &
fideicommiſſaria. Hoc etiã non poſſe videtur, & quia
nec exequutrix in teſtõ relicta eſt, ſed conceſſa alienan
di poteſtas ei tanquam hæredi, conceſſa eſt propter ſub
2 ſtionem, quæ obſtare videbatẽ. Et quia † nõ pôt executor
ſiue fideicommiſſarius ſuum officiũ exercere niſi adita
hæreditate, quæ nec adita proponitur, vt ff. de teſta. tu.
& l. ſi nemo. ff. de reg. iur. & not. ita per dñm Bar. l. alio
hærede. ff de aſi. & ci. le. vbi tractat materiã huiuſmodi
exequutorum, & quoniam ciuilia officia videntur
adempta mulieribus. ff. ad velle. l. 1. ideo &c.
¶ In oppoſitam partem arguitur, qđ poſſit ea, de qui
bus quæritur dicta Anto. ſine patris voluntate & con-
ſenſu diſtrahere. Primò quidem iure communi pro-
ſpecto. Nam cum in teſtamento ſpecialiter cautũ ſit,
quod in ea hæreditate & bonis nullũ protinus ius quæ-
ratur creditoribus dictæ Antoniæ, vel patri eius, aut
generaliter alteri cuiuſcunque perſonæ addita per te-
ſtatricem ratione ſui iudicij, manifeſtum eſt, eam vo-
luiſſe immo & vetuiſſe ius vſuſfructus patri dictæ hæ-
redis quoquo modo deferri, qđ & potuit vetare dicta
teſtatrix. Itaque licebat dictæ Antoniæ ipſam hæredita
tem ſine patris voluntate ſuſcipere, & de ea prout ei li-
buerit in plenum tanquam materfamilias quacunque
inter viuos diſpoſitione diſponere, vt in Auth. vt li.
ma. & aui. in prin. & §. 1. & tranſumptiue. C. de bonis
quæ lib. auth. item hæreditatis. in fi. & auth. excipitur.
ſignatis ſuper prin. l. cum oportet, & in his, quæ ibi no
tantur. Præterea ſi eam ponamus fuiſſe exequutri-
cem & fideicommiſſariam deputatam & nudam ve-
lut miniſtram, quod & voluntas teſtatricis ſatis admit
tit, & verba illa blandiuntur, quibus prohibuit ius vl-
lum creditoribus eius aut alteri cuicunque deferri in
eiſdem bonis & hæreditate, eo quod volebat ex eis im
pleri id, quod in ſecreto impoſuerat ipſa teſtatrix ipſi
An. & in eo quod ipſa non diſpoſuiſſet alias perſonas
ad id & alio modo faciendum ſubſtituit poſt mortem
dictæ Antoniæ, vnde nullum apparet voluiſſe commo
dum dictæ Antoniæ, remanere, & conſequenter nu-
dam miniſtram eſſe, arg. ff. in l. ſi quis Titio. de lega. 2.
& quod ibi not. & facit ff. ad treb. l. ſeyus. & de vſur. l.
in fideicommiſſi. §. cum Polidius. ex eo maxime,
quòd poſtea ipſa teſtatrix addidit. Inſuper dicta M. ple
ne confidens de dicta Antonia, in quam voluntatem
ſuam dicta teſtatrix plene remiſit & eſſe voluit. &c.
Quibus verbis videtur voluiſſe ipſa bona ſua in pias
cauſas diſtribui dicta Antonia velut exequutrice & nu
da miniſtra relicta. per ea quæ not. per dominum In-
no. in c. cùm tibi. extra de teſta. & poſt eum per Ho-
ſtien. & Io. an. & Bal. C. de teſta. mil. l. capratorias. &
maxime propter clauſulam in fine poſitam, vbi vol-
uit omni iure quo melius poſſit. Conſequens eſt, eam
ipſam Antoniã quamuis filiamfam. poſſe omnia age-
re exequutorio nomine tanquam matremfam. quem-
admodum etſi tutrix filiafam. aut teſtamento aut lege
quibus caſibus liceat, conſtituta ſit. ar. ff. de in ius voc. l.
quæſitum. & de procur. l. filiusfam. §. ipſe quoque. & ex
tra de procur. c. qui generaliter. §. 1. li. 6. & quod no. per
gloſſ. & doct. in l. cùm non ſolum. §. neceſſitate. C. de
3 bonis quæ lib. Eſt namque † officium huiuſmodi exe-
quutorum ſimile officio tutorum, vt eleganter no. per
gl. ff. de tut. l. pe. & facit ad præmiſſa peregregie l. pen.
C. quando decre. opus non eſt. Nec huic obſtat, quòd
fœminis adempta ſint moribus officia ciuilia, vt ff. ad
velle. l. 1. & de reg. iur. l. fœminæ. quoniam in hoc offi-
cio contrarius mos obtinuit. vt pulchre not. per Io.
an. in c. religioſus. extra de teſta. li. 6. & per cæteros
doc. hanc materiam exequutorum tractantes genera-
liter approbatur, vt per Spec. & alios quos refert Albe.
de pergamo ſuper l. nulli. C. de epi. & cle. Iure autem
communi Senarum ſingulari pluſculum dubitationis
eſt, ſiue eam tanquam hæredem proſpicimus, ſiue tan
quam commiſſariam & exequutricem propter ſtatu-
tum ſupra relatum. Nam & ex officio exequutionis
aſſumpto eam obligari palam eſt, vt c. Ioannes, extra
de teſta. & quod ibi traditur per Io. An. in nouella. &
c. tua nos. eo ti debet eum reddere rationem ſuæ villi-
cationis, vt eiſdem. ce. colligitur. ſed certe illud qui-
dem primũ poteſt attentari, ꝙ ſtatutum in verbis ma
ſculini generis conceptum ſit, dum de filiofamilias
vetat, cum obligatio non pertinebit ad filiamfa. in iuris
lectionis correctionem, quoniam extenderetur vltra
propriam ſignificationem verborum, quod non licet,
vt l. 1. & quod ibi per dominum Bar. poſt Dy. ff. de ver.
ſign. l. & facit quod not. per eundem Bar. in l. omnes po
puli. ff. de iuſti. & iure. dum tractat, an ſtatura recipiant
interpretationem extenſiuam, præſertim quia nec eſt
eadem ratio in filiafam. quæ in filiofamilias, quoniam
frequentius in filiofamil. qui licentius & liberius cum
omnibus cõuerſatur, quàm mulier, ſiue honeſtius pro-
pter ſexus pudicitiam ſtrictius, mari poſſet id contin-
gere. Deinde & ſi ad filiam quoque familias putet quis
4 verba ſtatuti ſuprà relati pertinere, conſideret, quòd †
etſi ipſa filiafam. obligationem non contrahat ſine pa
tris conſenſu, ſi quid tamen geſſerit velut executrix
alienando, vel quid ſimile faciendo, nihilominus te-
neat quod geſſerit, & dominium transferat ex ſibi cõ
ceſſa poteſtate, & eum, cum quo contraxerit, etiam
obliget, quamuis ipſa fortaſſis proprio nomine non ob
ligetur, ſicut & in pupillo, qui & ſine tutoris auctorita-
te more noſtræ ciuitatis obligari vetitus eſt, vt in præ-
alle. l. more, & tamen ſi alienum negocium geſſerit
mandato eius, qui mandare potuit, ipſum mandantẽ
obligabit, & rerum mandatis dominium propter vo
luntatem domini transferet, & ſibi ſecum contrahen
tes aut alieno aut ſuo nomine pupilli obligabit. vt ff.
de mino. l. eum mandato. & de inſti. l. ſed & ſi quis. §.
pe. & fin. & facit l. iul. §. ſi quis a pupillo. ff. de act. emp.
& de neg. ge. l. 3. §. pupillus. Nec his obſiſtat, quòd non
ſit adita hæreditas, ideoque executricis officium con-
quieſcat, per ea, quæ ſuprà poſita ſunt, quoniam in reli-
ctis ad pias cauſas, quale hic eſſe ſuprà probaui, hæc cõ
ſideratio ceſſat, vt in l. 1. C. de ſac. ſan. ec. & ita ibi bene
determinat dominus Bal. & præterea hæc allegatio per.
ſtatu-

ſtatutum aliud Senenſe conquieſcit, quo data eſt prās quibuslibet executoribus, ſiue ipſi ſint hæredes inſtituti, ſiue non, etiam non adita hæreditate poſſe ſuū officium executionis exercere, per quod ſtatutum vñibus verbis conceptum etiā in filiofamilias executore deputato relictorum ad pias cauſas. Idem videtur poſſe defendi, quod in propoſito caſu conuenire ſatis manifeſtum eſt, præſertim ſi & in has cauſas ipſa Antonia impoſitionem ſibi a teſtatrice factam aſſeueret. arg. in l. theopompus. ff. de do. præale. & in l. vtrū. §. cum quidam. ff. de reb. dub. Nec quicquam facit, quod & alij deputati fuerint fideicommiſſarij ſeu executores in eodē teſtamento per ipſam teſtatricem, quoniam ad legata & iudicia ſpecialiter facta in ipſo apparet mens certa ex verbis, eoſdem commiſſarios deputatos, non ad ea quæ ſecrete dicta teſtatrix ipſi Antoniæ impoſuerat. Et in hanc ſecundam partem, cum & pietati & tuendæ voluntati teſtatricis conuenientior ſit, & ſaluti teſtatricis animæ fructuoſior, nec vere commoda dictæ Antoniæ patris lædat, cui nihil ex iure aut teſtatricis voluntate quæri poteſt. ar. ff. ad mace. l. ſed & ſi pater. §. ſi ab alio. & C. de bonis quæ liberis. l. fi. in fi. his, quæ in diuerſam partem fuere prius propoſita, minus obſtantibus, ad quæ clare ſatis per ſuperiora reſponſum eſt, finaliter & concluſiue procliuior ſum. Illud autē firmare non audeo, licèt mihi ſumme æquum videretur ſtatutum eiuſmodi, quod filiumfamil. prohibet obligari, aut his dumtaxat caſibus latum intelligi, quibus filiusfamilias obligetur, non autem acquirat, vt ſic minus a iure communi deuiet. & tamen aliquid operetur, quod & faciendum eſt, vt extra. de conſue. c. cum dilectus. nam licèt perſonæ vniuerſaliter ſtatutum conceptum ſit, reſpectu tamen obligationis indiffinite loquutum eſt, quæ indiffinita non æquipollet vniuerſali, quando non eſt in omnibus eadem ratio, vt not. per Dyn. in rubrica de re. iur. lib. 6. & ſic non tam reſtringatur ſtatutum, quàm potius declaretur, aut ſi omni caſu aut omni genere obligationis idem ſtatutū accipiatur, ſi filiofami. vtilis & opulenta deferatur hæreditas, & præſertim qua pium opus exequendo plurimum lucri habiturus ſit. vt in Authē. de hære. & fal. §. ſi vero expreſſum, cogendus ſit taliem pater filio conſentire, ſi velit filius adire, & pater impie contradicat, vt contra voluntatem teſtantis aliquid ſibi vſurpet, vt d. l. cum non ſolum. §. neceſſitate. & arg. ff. de annu. le. l. quintus mutius. & ff. de peti. hære. l. hæreditas. in fi. et ad treb. l. imperator. in fi. Hoc namq; ſatis deſiderat æquitas, & naturalis iuſtitia, ideoq; & aliquo iuris auxilio ſubuentum eſſe credendum eſt. & in ambiguis rigori æquitas pręferenda eſt. C. de iudi. l. placuit.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Citatio an & quando poſſit fieri ad habitationem ſiue domum citati, & ſi citandus tempore citationis fiendæ reperiatur in alio loco, vbi debeat citari, & an hæres debeat citari, vel poſſit in domicilio defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Quare citatio ad domum tantum admiſſa ſit.*
2 *Domus habitationis qua & quare dicatur.*
3 *Citatio ad domum, intimationi ſeu denunciationi æquiparatur.*
4 *In re dubia qualis debet eſſe interpretatio.*

CONSILIVM LXXVI.

FACTVM, Super quo de iure ꝯſiliū quæritur, tale eſt, videlicet Quidā Iacobus vanuncij de campagnatico comiti ſuum cōdidit teſtamentum, in quo dñam Bartholameam Olimatiam de monte vrſario comiti ſibi hæredem inſtituit vniuerſalem, & dominæ Minæ vxori tam pro codicillis, quàm etiam pro donatione fecit certa legata, & inter alia vſum & vſufructum toto tempore vitæ ſuæ reliquit eidem vxori ſuæ. mortuo teſtatore dicta d. Mina vxor eius agit contra dictam dominam Bartholameam hæredem inſtitutam prædictam, & contra alios hæredes ii qui forent ſeu vellent pro hæredibus reſpondere, vel bona hæreditaria dicti quondam Iacobi defendere, petendo ab eis dotes ſuas & legata ſibi facta. Iſta domina Bartholamea & alij hæredes per nuncium communis Senæ citantur ad inſulam hæreditariam dicti quondam Iacobi, in qua eadem domina Bartholamea per annum continuum a morte teſtatoris habitauerat, tunc tamen tempore citationis ad aliam villam eiuſdem cōmunitatis profecta fuerat, filio eius in ipſa inſula hæreditaria dimiſſo & eam habitante cum iam eſſet perfectæ ætatis. modo viſa citatione prædicta quæritur, an iſta do. Bartholamea hæres inſtituta prædicta, & alij hæredes citati ad inſulam hæreditariam fuerant legitime citati, vel non. Et ſuppoſito ſtatuto Senenſi, quòd habitans in contrata Seneñ. debet citari perſonaliter, vel ad domum ſuæ habitationis.

¶ Ad id de quo quæritur, videretur prima fronte dicendum, citationem huiuſmodi non tenuiſſe duplici 1 ratione. Prima quoniam † citatio ad domum tantum admiſſa eſt, cum perſona citanda inueniri non poteſt vel eius procurator, & ſic in ſubſidium, ſecundū quod probatur ff. de dam. infec. l. 4. §. prætor ait. & ibi per Dy. & Barto. de libe. agno. l. 1. in prin. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter §. & ſi forte. & ita etiam not. canoniſtæ in c. cūm quæ extra de dolo & contu. & probatur c. ſi aduerſarius. & ibi per dominum Innoc. extra. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. immo etſi iudex ſimpliciter in commiſſione citationis faciendæ nuncio impoſuerit, vt perſonaliter vel ad domum citando præcipiat quatenus coram eo compareat &c. intelligitur ipſa commiſſio ſiue mandatum iudicis ſecundum iuris ordinem, hoc eſt, vt eat ad domum, ſi non poſſit eam perſonaliter inuenire, & hoc ipſum debet clare & indiſtincte nuncius in ſua relatione referre, quod illum diligenter inquiſierit, eoque non inuento eum ad domum citauit. prout eleganter no. Barto. in prælleg §. prætor ait. quæ cùm hic minime eſſent obſeruata, conſequens videtur eiuſmodi citationem nullam eſſe. Secunda ratione quoque etiam nulla videtur ea citatio, quoniam etſi citatio ipſa ad domum fieri potuiſſet, non tamen ea inſula hæreditaria domus erat citationis dictæ dñæ Bartholameæ. cùm proponatur, quòd tempore ipſius citationis non in ipſa domo habitabat, ſed ad aliam villam profecta fuerat, ibique per dies immo & menſes manſerat, vnde ad ipſam domum præſentis habitationis tempore citationis fuerat facienda citatio, per allegatum §. prætor ait. ibi ſed domum, in qua degit. & ſic præſens tempus ſecundum tempus factæ denunciationis inſpicitur, & ita etiam ibi no. Barto. poſito etiam quòd in alia domo maiori parte anni habitet, ſecundum quòd ibidē videlicet in d. §. prætor ait. no. per dominum Bart. &c.

¶ In oppoſitam partē arguitur, ꝙ ſcȝ valuerit ea citatio. Nam licèt iure cōi citatio ad domum non aliter admittenda credatur, quàm ſi perſona citanda non inueniatur vel eius procurator per ſuperius allegata, cùm tamen per ſtatutum municipale diſponitur citationem perſonaliter vel ad domum faciendam, put in re pñti diſponi proponitur, dicitur tunc citationem ēt primo loco fieri poſſe ad domum, vt ſtatutum aliquid operetur non inſpecto iuris communis vel ſcripturæ ordine. arg. ff. de leg. 1. l. ſi qñ. in prin. & eius quod notatur in l. non ſolum. de rei ven. & de leg. 3. l. ſi mulier. §. ſi tem. Et ita etiam pulchre not. per dominū Bar. in pręalle. §. prætor ait. in verſic. quæro quid ſi ſtatutum. Et hanc ſuiam eo maxime amplector, ꝙ ita etiā fori ꝯſuetudo & ſtilus interpretatur. ar. de le. & ſe. con. l. ſi de interpretatione. & l. minime. & de teſti. l. 3. i fi. & in Inſti.

de ſatiſda.§.fin. Et per hoc apparet reſponſum ad id qđ priore loco in partem oppoſitam extitit allegatum. Superest nunc vt ad id, quod ſecundo loco in diuerſam partem proponitur, reſpondeatur, vbi videtur dicendum, quod non idcirco minus ipſa inſula hæreditaria, in qua ipſa domina Bartholamea hæres per annũ habitauerat. ſuæ domus habitationis extimãda eſt, quòd tempore citationis & denunciationis in aliam villam & domum profecta fuiſtet, cùm in ipſa inſula hæreditaria, quam inhabitabat, filium quoque ſuum dimiſiſ-
2 ſet. nam† domus habitationis ea dicitur, in qua quis larem. ſ. ſedem & tabulam habet, ſuarumq; rerum conſtitutionẽ feciſſet, vt ff. de verb. ſig. in l. cenſere. & in prçalle. l. 1. §. 1. ff. de libe. agno. etiam ſi tempore citationis ibi non ſit pñs, ſed alio profecta, vt not. per gloſſ. in præalleg. l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. in gloſſ. quæ incipit, manere dicitur, & nota. per dominium Cy. & alios doc. in l. pen. C. de anno. excep. & l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. & facit l. ciues. in fi. C. de incol. & mu. libro. x. quinimo ſufficere videtur, quòd in ea domo ſolita ſit ſeu conſueuit communiter habitare, vt in cle. cãm. extra. de elec. & ibi per Ioan. An. in gloſſ. ordi. hmõi autẽ erat domus ſeu inſula hæreditaria, vt ſuprà propoſitũ eſt. eoque amplius, quod & filium ſuum, & ſic familiam inibi dimiſerat, quo ipſo ipſa quoque habitari & habitationem retinere intelligitur, ar. ff. quib. mo. vſuſ. amit. l. ſi mulieri. & de vi & vi. ar. l. pe. §. ſiquis vi. Nec ab hac ſententia me retrahit id, quod dicit Bar. in præalle. §. prætor ait. quod aliud ſit in intimatione, de qua loquitur clemen. cauſam. extra. de elect. quia illa poteſt fieri ad domum, in qua conſueuit communiter habitare, quia lex ibi vtitur verbis præteriti temporis, & aliud ſit in citatione, quæ fieri debet ad domum pñtis habitationis etiam ſi pro maiori parte anni in alia domo habitet propter verbum degit, quod eſt præſentis temporis, poſitum in præalle. §. prætor ait. quinimo intimatio, de qua loquitur præalle. cle. cauſam. eſt intimatio appellationis ad apoſtolicam ſedem interpoſitæ, quæ in ſe vim habet citationis, vt dicit tex. in c. ſæpe. extra de appel. & not. per Spec. de citatione. §. ſequitur. poſt principium. & gloſſ. ordinaria Ioan. An. finalis in præalleg. cle. cauſam. dicit tutum eſſe, eam ſeruari in intimationibus, quæ habent etiam annexam requiſitionem qualis eſt citatio, & rurſum citatio ad domum idcirco iuſſa eſt fieri, vt in noticiã veniat & ſcientiã ipſius citati. Præſumitur namq; ſecundum Ia. de are. ea, quæ domi denunciantur, in notitiã ipſius, qui domum inhabitat, deuenire, vt ff. de excuſa. tu. l. ſcire oportet. §. oportet autem ei. & not. per dominum Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. Sicque†
3 ipſa citatio ad domum quædã intimatio eſt & denunciatio, vt in d. l. 4. §. ait prætor, de dam. inſec. & de lib. agno. l. 1. §. 1. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. & ſi forte. Nec poteſt probabilis diuerſitatis ratio aſſignari inter intimationem & citationem, ergo nec diuerſum ius ſt. ad l. aquil. l. illud. & de verb. obli. l. Titio. verba ergo illa, vbi degit, poſita in præalle. §. ait prætor. interpretatur Papa in prealleg. cle. cauſam, quæ loquitur generaliter in quibuſlibet intimationibus, vt ex fine eius colligitur, eam eſſe domum ſiue ibi degere, vbi communiter conſueuit habitare, & ſi duas debeat habitationes, in quibus æqualiter habitet, in vtraque fieri poteſt ipſa denunciatio, vt ibi not. Ioann. An multo ergo magis in ea, in qua magis conſueuerit habitare, & tunc potiſſimum, cùm & ibi dimiſerit filium, ſicut eſt in propoſita domo ſiue inſula hæreditaria, vbi etiam filium dimiſit ſecum habitantem. hæc etiam ſuadet naturalis æquitas, quoniam cum libellus & citatio in ſcriptis fuerunt affixi ipſius domus hoſtio, quã ipſe tunc filius habitabat, credibile ſatis eſt, vt filius ipſe non hoc matri occultauerit. ar. C. de epiſ. audi. l. & ſi legibus. & quod ibi not. vnde non ſine fraude non comparuit, & magis de bona fide, quã debeat nec ne, quaſi de iuris apicibus diſputandum eſt, vt ff. man. l. ſi
4 fideiuſſor. §. quædam. Et præterea† in re dubia potius ea interpretatio aſſumenda eſt, vt res valeat, quàm quod pereat. ff. de reb. du. l. quotiens. & de reg. iur. l. quotiẽs. & præſertim pro iudicis proceſſu & ſnĩa, extra de renun. c. in pñita. præſtat etiam adiutorium huic ſnĩæ, quòd & domus erat quoque domus & domicilium ipſius quondam teſtatoris, poteſt autem conueniri hçres hæreditario nomine defuncti vel ex cauſa legati non tantum in ſuo domicilio, verumetiam in domicilio defuncti, vt ff. de iudi. l. hæres abſens. & l. fideicommiſſum. in prin. & §. pe. per quandam igitur ſimilitudinem & imitationem idem iuſſit perſuaderi, quinimo & de ſtilo fori ita eſſe aſſeueratur, vt ex huiuſmodi cauſis citationes ad inſulam hæreditariã fiant, quod per quàm maxime hanc quoque partem confirmat. Concludendum itaque videtur, eiuſmodi citationem tenuiſſe. nec ex hac ſola cã ſi cætera rite acta ſunt, pceſſum iudicis irritum pronunciandum. Quæ pars æquitatis quoque rationi magis videtur eſſe conſentanea, vnde & potius amplectenda. C. de iudi. l. placuit.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum excludens filias fçminas extantibus filiis, ſi extat nepos ex filio præmortuo, an excludat filiã teſtatoris, & quare fuerat factum illud ſtatutum. & an poſſit fieri eius extenſio ex eadem vel ſimili ratione.

SVMMARIVM.

1 *Ratio & mens legis pro eodem habetur.*
2 *Iuris diſpoſitio id ſeparare non debet quod eadem ratio connectit.*
3 *Beneficium ſeu honor nomine filij conceſſum an tranſeat ad nepotẽ.*

CONSILIVM LXXVII.

SVPPOSITO Statuto tenoris, qui ſequitur, Statuimus & ordinamus, qđ ſorores cum fratribus, neptes cum nepotibus, proneptes cum pronepotibus, & deinceps, æqualiter non ſuccedant ab inteſtato, nec hæreditatem paternam, maternam, auitã & proauitam & deinceps æqualiter deinceps diuidant, ſed dotentur ſecundum facultates hæreditarias, & quòd pax, finis, & remiſſio per ipſos facta de dictis hæreditatibus valeat, & teneat, & infringi non poſſit aliquo modo, vel iure, & ſi in alicuius poteſtate conſiſtant &c.

¶ Caſus talis ponitur. Magiſter Albertus deceſſit ab inteſtato relictis Georgio eius nepote legitimo ex filio præmortuo naturali & legitimo, & Antonia eius filia legitima & naturali, quæ dotata fuit competenter iuxta ſuas facultates in lib. quadringentis per præfatum magiſtrum Albertum patrem ſuum nulla ſibi facta pace, remiſſione, ſeu renunciatione ſuæ ſucceſſionis. Modò quæritur, an Antonia prædicta virtute ſtatuti præmiſſi excluſa ſit a ſucceſſione paterna.

1 ¶ In propoſita quæſtione videretur prima fronte dicendũ, dictam Anto. a patris ſucceſſione per nepotẽ dicti auctoritate ſtatuti non excluſam, quoniam hic caſus tanquã in eo ſtatuto nõ cõpræhenſus iuris cõis diſpõni relinquitũ. arg. ff. de ꝯdi. ob cauſam. l. ſi extraneus. ſo. ma. l. ſi cum dotem. in prin. & C. de appel. l. præcipimus. in fin. de teſta. l. ſancimus. loquitur namque ſupra relatum ſtatutum, vt frater excludat ſororem in ſucceſſione inteſtati parentis vtriuſque ſexus & cuiuſcunque gradus, ꝙ autem nepotes præmortui filiam non exprimit. Iure itaque cõi çquo iure ſuccedent, vt in Auth. de hære. ab inte. §. 1. nec quòd in filio, nepote, & deinceps vt ſororẽ excludat, conſtitutum eſt, ad alterum caſum præſertim diſſimilem, vt nepos filiam, quæ ipſum nepotẽ gradus anterioritate & defuncti proximitate præcedit, producẽdũ eſt, Cùm enĩ exiſteret in vtroque ſimilitudinis rõ, nihilo magis eſſet producendũ.

ar. ff.

ar.ff.de leg.& ſe.con.l.ꝙ vero cõtra. & ſo.ma.l. ſi vero
negociũ.§.de viro.& de teſta. mili.l. ꝙ cõſtitutũ. & de
reg.iur.l.ꝙ contra.Præſertim cùm huiuſmodi ſtatutũ
videatnr odioſum & quaſi naturã accuſans, cur non
omnes maſculos generauit, & omni iuri cõi tã veteri
l.12.ta.q̃ nouo & nouiſſimo contradicens, ut C.de lib.
præte.l.maximũ vitium.de le.hær.l.12.tabu.& in Au
then.de hære.ab inteſt.§.1.& §.nullã.Si namque lex cõ
munis ius vetus in vno caſu corrigens propter identita
tem rationis ad correctionẽ alterius ſimilis caſus non
extenditur.iuxta no.Iac.But.Bar.poſt gl.C.de ſacr.ſan.
eccle.auth.quas actiones.& eiuſdem Bar.in l.ſi conſtã-
te.in prin.ff.ſol.ma.& C.de appel.l. præcipimus. in fin.
qnantominus municipalis conſtitutio in correctionẽ
iuris communis interpretationem extenſiuã accipiet,
cuius nec eſt tanta auctoritas nec æque fauorabilis in-
terpretatio.arg.extra de conſue.l.cum dilectus.& ff.ad
municip.l.conſtitutionibus.& de verb.ob.l.quicquid
aſtringendæ,quamquã & in propoſito caſu non ſit, vt
ſuperius eſt relatum,tanta paritas rationis, ut licèt ne-
pos excludat neptem, ita quoque excludat filiã ſe gra-
du & propinquitate præeuntem, verùm hanc quæſtio
nem tactã & diſputatã apud noſtros maiores inuenio.
Et quidem Iaco.de Are. ipſam diſputauit vt refert Bar
to. in l.liberorũ.ff.de verborũ ſign. & Bald. in l. maxi-
mum vitium.ſuperius alleg. Et ſoluendo decidit, filiam
per nepotem excludi ea maxime ratione,quoniã ratio
memoratæ conſtitutionis eſt,ut agnationis, ſalua ſit di
gnitas.Ita militat in nepote per quem agnatio conſer-
uatur,ſicut in filio.immo magis, nam per nepotem ge
neratio augetur, & memoria magis conſeruatur, ut ff.
de ver.ſignificat.l pronũciatio. Igitur & in nepote mi
2 litabit quoque ipſa conſtitutio,cùm † ratio & meus idẽ
ſunt,ut not.Dy.extra de reg.iur.c ſi.verbum autẽ ex le
gibus ſic accipiendum eſt tam ex legum ſententia q̃ ex
verbis, vt ff.de verbo. ſigni.l.nominis & rei. §. verbum
ex legibus.& ar.optimum.C de indi.vi.tol.l.ſi. in prin-
3 ci.quos namque ſecundum Bal. vbi ſupra † eadem ra-
tio cõnectit, nõ debet iuris ratio ſiue diſpoſitio ſepara
re,ut C.de diuer.reſcri.l.1.ſi vnus ex pluribus app.l. 1.
ff.de lib.leg.l. ſi is qui duos, & de excu.tu.l.non ſolum.
§.qui primipilum.ibi dum dicit,recte adaptans omni-
bus ſimilibus capitulis.Et licèt hæc ratio, ut ſalua ſit a-
gnatorum dignitas verbis, ſtatuti nominatim non ſit
comprehenſa.Et propterea de ea dubitauit Bar. in præ
alle.l.liberorum.quoniam tamen ea ſola reddi poteſt,
certa eſt, & pro expreſſa habenda.ar.in l. nominatim.
ibi,dum modo vnicus ſit.ff.de libe.& poſthu. & de fun.
inſt.l.fundus.qui locatus.& de op.leg.l.ſi optio. primo
reſponſo.ſecundum Bald.pro quo.l.1.in fi.C.de lib. præ
te.& facit præalleg.l.vlt.de indic.ui.tol. Et conſequen-
ter ex ea ratione,licèt tacita, tanquam ex cauſa finali
argui poteſt ſecundum Bald.arg.ff.de re mili.l. milites
agrum.in prin.Hanc etiam quæſtionẽ poſtea diſputa-
uit Iaco.But. vt referunt Barto.& Bal.ubi ſupra & idẽ
ꝙ Iac.de Are.licèt alia ratione decidat,quia putauit ap-
pellatione filii nepotẽ ex verbi propria ſignificatione
comprehendi,adiicit ꝙ etſi non comprehenderet, pri
4 uilegium tamen † honor & beneficium filio conceſ-
ſum iure cõmuni tranſit ad nepotem, ut C.de quæſt.
l.milites.l.diuo Marcho.& de pœnis.l.decurionum. &
ff.de ſenat.conſul.l.emancipatum,cum ſimi.præterea
nepos filio ſublato in locũ & gradũ atque ius filii ſuc-
cedit.vt in Inſtitu.de exhære.libe. §.poſthumorum. &
de hæredi.quæ ab inteſt.deſe.§.cum filius.& ff.de libe.
& poſthu.l.gallus.§ nũc videndum. & C.de lib.præte.
l.3.& ff.de iniu.& irri.te.l.poſthumorum.Et hanc ean-
dem determinationem ſequitur dominus Bar.& Bal.
licèt prima ratio Iacobi.But.eis placere non videatur
per alias ſuperius relatas rationes vt ſupra, pro qua ſen
tentia facit quod no.d.Cy.poſt do.Ricar.de Sen. & Ni
co.de Matta.in l.1.C.quæ ſit long.conſue.& per d.Bal.
notatur.ff.de legi.& ſena.conſ l.ꝙ vero contra. Et per
eundem,& poſt Cy.C.de fur.& ſeruo corrup.l. ſi quis
ſeruo.Nefas itaque foret a tantis rationibus & tanto-
rum auctoritate diſcedere.Hanc ego etiam partem ſe
quendam arbitror.

¶ Ad allegata autem in diuerſam partem poteſt ſa-
tis colligi per ſuperiora reſponſio, videlicet ꝙ aut hic
quoque caſus ſaltem ex ſentẽtia & ratione claudatur,
& conſequenter non dicatur extendi municipalis cõ-
ſtitutio ad alium caſum,ar.d.l. nominis & rei. §. ver-
bũ ex legibus.ff.de verb.ſign.& de legi. & ſenatuſcon.
l.ſcire leges.& C.de indi.vid.to.l.ſi.in princi. hoc nam-
que magis eſt cõprehendi q̃ extendi, ut ait dominus
Bal.in legibus ſuperius allegatis, ſcilicet l. ꝙ vero con-
tra.& l.ſiquis ſeruo. & l.maximum vitium.aut ſm do.
Bar. Et ſi ſtatuta non recipiant interpretationẽ extenſi
uam actiue per allegatas l.in oppoſitũ.paſſiuam tamen
interpretationem extenſiue recipiunt, vt ff. de mune.
& hono.l.vt gradatim.§.ſed ſi lege. Auctoritate igiẽ iu
ris cõmunis volentis, ꝙ nepotes ex mortuo filio in lo-
cũ ius & priuilegium filij ſuccedat, ut in allegatis iuri-
bus, vt C.de priuil.do.l.vnica.& qui po. in pig.ba.l. aſſi
duis.nepos de quo quæritur ex priuilegio patri dato ꝑ
ſtatutum filiã eandemque amicam ſuam a patris eius.
& aui ſui ſucceſſione ſecludet. Et ad huius confirma-
tionem bene facit quod no.glo.in præalleg.l.ꝙ vero cõ
tra.ff.de leg.& ſenatuſcon.ad finem glo. & in prælle-
l.ſiquis ſeruo. C.de fur.vbi ſtatutum nouum & pænale
& contra regulas per illam l.ſi quis in ſeruo.tantum ex
tendiẽ ad filium non vi propria illius l.ſiquis ſeruo. ſed
virtute veteris l.vt tantum.§.1.ff.de ſeruo.corrup.Idem
volens obſeruari in filio corrupto quòd in ſeruo ſtatui
tur.Statutum igitur in filio per legem municipalem,
licèt nouam, & ſine præiudicio odioſam.vere namque
magis fauorabilis eſt,quia principale propoſitum legis
eſt fauendi lineæ maſculinæ,licèt in conſequentiam fę
minis noceat.arg.ff.ſi cer. peta.l. ſiquis nec cautam. in
princip.& quod ibi per Bart.auctoritate iure cõmunis.
Idem in nepotibus ex filiis præmortuis, ꝙ in ipſis filiis
ſi viuerent ſeruaretur, probabiliter protendetur. Con
cludendum igitur relinquitur non obſtantibus in diuer
ſam partem allegatis per dicta proxime, Antoniam ſu
pradictam & competenter dotatã vt præfertur ꝑ Geor
gium a dicti magiſtri Alberti ſucceſſione repelli.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael Fulgoſius vtriuſ
que iuris doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtis teſtamentarius, ſi contradicat teſtamento,
an facit illud ſuſpectum, ita quòd non probet pro hære
de ſcripto. Et an falſa denominatio in cognomine te-
ſtiũ noceat teſtamento. Et an ſi hæres ab inteſtato mul
to tempore tacuit ſciens defunctum teſtatũ mortuum
ſibi præiudicet. Et an currat præſcriptio contra eum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ambigua non releuat, & quòd ſola nominis comparatio pareat ambiguitatem.*

2 *Semiplenam probationem plena detrahere, inciuile pariter & inconueniens eſſe cenſetur.*

3 *Longa taciturnitas inducit violentam præſumptionem.*

CONSILIVM LXXVIII.

QVIDAM Nomine Britinus de Valenti-
nis de Vtino Aquileg. diœce. condidit te-
ſtamentũ, & inſtituit in eo hæredẽ vniuer
ſalem Ioannem eius fratrem, & eius ma-
tri Eliſabeth iure inſtitutionis legauit cer-
tum quid.mortuus eſt Britinus teſtator, & ſuperuixit
Ioannes eius frater.adita hæreditate Britini eius fratris
mortuus eſt etiam dictus Ioannes, hæredes dicti Briti-
ni,cui ſucceſſit ab inteſtato tanquam proximior qui-
dam ſer Valentinus de Valentinis hæreditate adita ab
inteſtato

inteſtato poſſidet hæreditatem tam Ioannis q̃ Britini
eius fratris. modo accidit, ꝙ mater dicti Britini videli-
cet Eliſabeth petit hæreditatē dicti Britini eius filij ab
inteſtato tanquam proximior ſuccedēs à dicto Valenti
no de valentinis tanquam poſſeſſore bonorū, & hære
ditatis dicti Britini. in proceſſu cauſæ dictus Valētinus
produxit teſtamentum dicti Britini pro ſuo iure, cuius
copia decreta fuit cum termino opponendi & dicen-
di contra dictum teſtamētum dictæ do. Eliſabeth quō
dam matri dicti Britini, cuius etiā copia teſtamenti vo
bis tranſmittitur & copia atteſtationum duorum te-
ſtium, per quos duos teſtes dicta do. Eliſabeth conata
eſt probare contra dictū teſtamentū, quos teſtes dicta
do. Eliſabeth aſſerit fore ſcriptos in teſtamento. quod
tamen non eſt verum de vno teſte, qui vocatur Con-
rardus Cōcius, cùm iſte aliter ſit nomine & loco, pro
ut comprehendi poterit tā ex teſtamento, q̃ ex ſcriptu
ra atteſtationum teſtium, cū oēs teſtes alij ſcripti in te-
ſtamento ſint mortui & notarius tm̄ viuat. pōderetur
ſi videtur ꝙ elapſi ſunt 20. anni, quibus dictū teſtm̄ fuit
conditum & modò de præſenti teſtes teſtificentur.

¶ Quæritur modò nunquid tale teſtm̄ productum
in cā probet in iure non obſtantibus dictis atteſtationi
bus duorū teſtiū, vel præſumatur ita ſuſpectum ſiue fal
ſum dictū teſtm̄ per dictos duos teſtes, ꝙ nihil in iure
probet. & hoc de iure ciuili pōt, cùm ſimus in terris ec
cleſiæ. ſupra prædictis petitur cōſuli de iure ut ſupra di-
ctum eſt.

¶ Super eo, de quo quęritur, videtur mihi ꝑ plenio-
re veritatis indagine, eas eſſe debere partes iudicis, qui
in falſi quæſtione vndique debet exquirere veritatē, ut
C. de fal. l. vbi falſi. ſcrutari an dñs olim Anzolinus mi-
les & legū doctor de Gombertinis, qui dicto teſtamen
to interfuiſſe proponitur ex ſcripti ſerie documēti, ha- 2
buerit tunc aliquem familiarē, qui Concius de Auſtria
vocaretur, vel non habuerit nā ſi diligenter adhibita
inquiſitione reperiretur, dictū do. Anzolinū nullū ha-
buiſſe famulum, qui tempore teſtamenti Concius de
Auſtria vocaretur. habuiſſet aūt hunc, qui teſtimoniū
perhibuit, qui Conrardus dictus concius de auſpurgo
dicitur crederetur eſt de hoc Corado, qui Cōcius di-
cebatur ſenſiſſe tabularium, & aut nomine ciuitatis er
raſſe, aut fortaſſis eandem ciuitatem duplici nomine
nominatā fore, vel altero ſignificari fortaſſe prouin-
ciam, cū nāque duę demonſtrationes huic Conrardo
conuenirent, quia & Concius vocaretur & familiaris
tunc fuiſſet dicti quondam dñi Anzolini, ut dicit docu
menti tenor, in reliquis demonſtrationibus præſume-
retur erratum per l. j. in fi. ff. de dote pręle. & ſm doctri
nam pulcherrimā Bar. ff. de condi. & demon. l. demō
ſtratio falſa. Quo comperto vel admiſſo grauis admo
dum militaret contra teſtamenti publicū documentū
ſuſpicio, cū duo ex in ſcriptis & neceſſarijs teſtibus palā
contradicerent teſtamento, ꝙ nullis alijs adminiculis
adiuuatur. Quin non modo ex eorū atteſtationibus
oriretur contra teſtamentum vehemens ſiniſtra ſuſpi
cio, verum etiam plena ex eorum teſtimonijs contra
teſtamentum facta probatio, ut tota prorſus eius fides
excideret, ſm ꝙ eleganter tradit Inno. in c. cū Ioānes.
de fi. inſtr. & Cy. poſt Ia. de Are. C. de fi. inſtru. l. in exer
cendis. & per Bar. ff. quemad. teſt. ape. l. j §. fi. vbi etiam
idem ſentit Bal. & in præalleg. l. in exercendis. eoq; ma
gis, quia notarius errauiſſet in nomine vel in patria ip-
ſius teſtis, augetur ſuſpicio, ꝙ non recte, nec ex fide fe-
ciſſet tabellio, qui in re ita ſubtili, qualis eſt teſtamenti
confectio atque ita crimini falſitatis expoſita, quia nō
ſupereſt, qui rē egiſſe dicitur, ut C. de fideicom. l. fi. in-
conſulte ſeculer, ꝙ errore monſtratur. vbi vero reperi
retur ex inueſtigatione præhabita, ꝙ idem quondam
dominus Anzolinus alium habuiſſet familiarem, qui
Cōcius de Auſtria vocaretur, aut res in incerto vel ob
ſcuro ſit, quia neutrū ꝙ. ſ. habuerit, uel non habuerit, re
pertum ſit, tunc in expedito uidetur teſtimonium hu-
ius Conrardi, qui Concius dicitur de auſpurgo nihil ef

ficeret teſtamento, cui nullatenus contradicit, cùm nō
teſtatur tabularius. hunc Conrardum interfuiſſe teſta
menti factioni. Nec ex vnica demonſtratione ex pluri
bus in teſtamento comprehenſis, quæ huic teſtamēto
conueniat, idē cōſiſtere conuincatur. Præſertim cū nec
inconueniat, nam illi ex teſtamento deſcripto Cōcius
proprio nomine tribuatur. Hic vero pro agnomine. ꝑ
hoc facit C. qui teſtamē. face. nō poſ. l. hac ꝯſultiſſima.
1 vbi ſola noīs cōmemoratio parit ambiguitatē. † Am-
bigua vero probatio non adiuuat probare debentem,
vt C. de proba. l. non nudis. & l. non epiſtolis. & l. neque
natales. & vnde leg. l. nō hoc. vbi pulchre per Bal. & ex
tra. de proba. c. in pręſentia. debet enim probatio de ne
ceſſitate concludere, vt eiſdem iuribus. Alterius vero
teſtis vnici depoſitio videlicet manu notarij quondā
Nicolai de Cremona, qui contradicit, documento offi
cere non videtur, cùm vnicus ſit, arg ff. de teſti. l. iuriſiu
randi Nec obſtabit ff. quemadmo. teſta. ape. l. 1. §. fi. vbi
vnus ex infraſcriptis teſtibus & neceſſarijs negans ſe in
terfuiſſe & teſtamentum ſignaſſe, reddit tabulas teſta-
menti ſuſpectas, & conſequenter non probēt, vt C. de
proba. l. iubemus. quia §. ille loquitur in ſcriptura teſta
menti priuata, quæ de ſe fidem non habet niſi teſtium
legitimi numeri depoſitionibus adiuuetur, ut C. de te-
ſta. l. hanc conſultiſſima. §. pe. & de edic. di. adri. tol-
len. l. fi. in prin. quo fit, vt ſi vnus teſtis non modo con-
tradicat, verū mortuus ſit, vt non poſſit perhibere teſti
monium. teſtamentū probatione deficiat, ut ſingulari
ter traditur per glo. C. de teſta. l. 1. & 2. Et probatur in
l. ſi vnus. cod. ti. Caſus autem noſter proponitur in pu-
blico documento, quod de ſe fidē habet integram ab-
ſque ſuffragio vocis & depoſitionis teſtiū, ut no. in ead.
l. 1. C. de teſta. vnde inciuile videtur pariter & incon-
2 gruens, † ut plenæ fidei atque probationi detrahat ſe-
miplena probatio, nam etſi duo teſtes cū plenā faciūt
probationē, ut ff. de teſti. l. vbi numerus. & nota. de iu-
reiu l. admonendi. & C. eod. l. in bonæ fidei, aliquid in
iudicio recte expoſuerunt, & viuens teſtis in diuerſum
deponat, nemo, qui ſapiat, dixerit plenæ probationi ꝑ
ſemiplenā detractum, nec per illius vnici teſtis depoſi-
tionem contrariā dicetur res dubia facta, ut iuramen-
to deferendo neceſſario locus ſit, ſed plena probatio
protinus confutat ſemiplenā, ut eleganter traditur per
Cy. in alle. l. in bonæ fidei. & per Bar. in præalleg. l. ad-
monēdi. & arg. ff. de teſti. l. ob carmen. §. ſi teſtes. & ex-
tra eod. c. in præſentia. & quæ not. in eis, & in præalleg.
l. in exercendis. de fid. inſtrumen. Conſtat autē publicū
documentum. plenā facere probationē, ſicut & duos
teſtes in pręalleg. l. in exercendis. & C. de proba. l. cum
precibus. & hanc ipſam ſententiam videtur voluiſſe do
minus Inno. in præalleg. c. cū Ioannes. in glo. ſua ma-
gna. in ver. paulopoſt prin. communis glo. vbi optimū
adiungit arg. Nec mouent in aduerſum no. doctorum
in præalleg l. 1. §. fi. quemadmo. teſt. ape. & in præalle. l.
in exercendis. volentium, ꝙ vbi etiam viuens ex inſcri
ptis & neceſſariis teſtibus publici documenti contradi
cit ipſo publico documento, ſuſpectū ipſum reddat, vt
nō probet, niſi aliter fides inſtrumenti iuuetur, quoniā
hoc publicum documentū adminiculis adiuuatur, pri
mū quidem ſupereſt ipſe tabellio, qui bonæ & integræ
famæ atque opinionis reputatus eſt, quique ſaltē vnius
teſtis, in teſtamentis, per nūcupationem, qualis eſt hæc
probatio per teſtes facienda, vim ſuſtinet, ut not. in l.
domicius. ff. de teſta. & C. de teſta. l. iubemus, quemad-
modū igitur ſi ex teſtibus teſtī duo ſupereſſent, & vnus
pro ipſo teſtō, alter non cōtra deponeret, diceretur ip-
ſum teſtm̄ iuuari. Ita & tunc, adeſt quoque & ſecūdum
adminiculū, quod me vehementer in hanc ſnīam vo-
cat, quia proponitur poſt teſtm̄ factum & forte teſtato
ris mortē tranſiſſe annū vicenū. Cùm namque mater
ipſius teſtatoris ab inteſtato ad ipſius filij ſui Britini vo
cabatur, ſi teſtm̄ factū non eſſet, ipſaque ſciens filium
mortuum paſſa fuerit aliū bona filij poſſidere videlicet
hęredē ex teſtō, credēdum eſt, ꝙ ſciret & notitiam ha-
buerit

buerit de ipſo teſtamento, & cũ genus mulierum auaritiſiuũ ſit, ut ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſtipulata. in fi. veriſimile de ipſo teſtamento & de eius veritate a teſtibus, qui tunc ſupererant, noluit informari, ne filij ſibi debitã hæreditatẽ luctuoſam inconſideranter amitteret. Et quia comperuit recte teſtũ factũ, tacuiſſe. Sic namque feciſſet quælibet diligens & ſolicita mater familias, qualẽ nunc ſe oſtẽdit, propter quod creditur & ex tanti tẽporis diutina poſſeſſione, & ipſius matris patiẽtia, ipſum teſtũ & c. ſequẽtia recte acta fuiſſe, ar. C. de hære. pet. l. ſi filius. & ff. de acqui. hæred. l. qui in aliena. §. 1. & arg. eius quod nota. per glo. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. in prin & p doc. C. qui admi. ad bo. poſ. l. 1. vbi ex poſſeſſione hæreditatis pdictæ uni creditur delatã bo. poſſeſ. petitã per filiumfa. cui fuerat delata ſolenniter, ratã per patrem hoc eſt inter centum dies vel an-
3 num ex tempore delatæ ipſius bo. poſ. † Et violenta p fecto ſurgit contra ipſam matrẽ præſumptio, quæ uiuentibus teſtibus teſtamẽti per quos ueritas aperiri potuiſſet, tacuit. Nunc autem per unũ tantũ, qui ſuperſit, uelit publico documento fidem detrahere, & tabellionem probatæ hactenus opinionis & famæ falſi criminis reũ facere. Porro fortaſſis etiam longi tẽporis præſcriptione poſſeſſor tuebitur in ſingulis rebus ſoli quas bona fide poſſedit, & iuſto titulo Valentinus titulo. ſ. pro hærede dicti quondam Ioannis ſi ex morte Ioannis & adita hæreditate per Valentinũ tranſcurrit decẽnium. Licẽt regulariter non præſcribatur petitioni minori ſpacio 30. ann. & forte idem in ipſo quondã Ioanne propter iuſtam ignorantiam & probabilem apparens uidelicet teſtamentum, quo ſcriptus erat, & etiã ab eo exordiũ capiat ipſa longa præſcriptio. C. de edi. di. adri. l. fi. & ff. de peti. hære. l. nec vllã. §. 1. in gl. quæ incipit, quod ſi ignorans. & in §. quod ſi quis ſciens. & l. 4. pro leg. & de viuc. l. celſus. Adeſt quoque ſuperueniens nuper pro teſtamento ſufragiũ, quia ſicut ex facto proponitur, quæſtio hęc corã Sereniſſimo Romanorũ Imperatore tractata eſt, qui tabellionẽ abſoluit, quod plurimum fidei & auctoritatis apud iudicem hæreditatis præbiturũ eſt, arg. ff. de re iudi. l. ſæpe. §. ſed ſciẽtibus. & quod not. per Iaco. But. ff. de fide inſtru. l. 2. & facit ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. in prin. non eſt itaque memorata teſtamenti ſcriptura ſine ſuffragio. quæ ſic fot & tantis adminiculis atque præſumptionibus adiuuatur, ut unius ſolius teſtimonio, qui de uetuſta, & quæ non facile in memoria retinetur, quoniam ad teſtẽ res, quæ agitur, minime pertinet, teſtimonium perhiber, non debet ita facile confutari, ſed magis dictæ mulieri res imputanda eſt, quæ geſta, prout aſſerit in ſua prouincia, tanti temporis taciturnitate firmauit, ut C. de his, qui a non do. ma. ſunt. l. fi. in fi.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael, Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Demens & mentecaptus an & quando furioſo æquiparentur. Et an alienationes factæ per eos valeãt, & quo iure uia & modo poſſint retractari, & qualiter curator cõſtitui debeat eis, & quod ipſe facere debeat quando creatur curator. Et ex quibus coniecturis præſumatur aliquid eſſe dolo circumuentum.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus quis a lege dicatur & an dementi, vel mentecapto æquiparetur*
2 *Amens & demens vnde dicantur.*
3 *Furioſo an exigatur bonis interdictio aut curatoris datio.*

CONSILIVM LXXIX.

QVIDAM Ser Vẽtura de Magnayo ciuis Feltis. ætatis annorũ 80. vel circa oppreſſus ſenio a duob⁹ annis citra mentecaptus effectus eſt, adeo ꝙ ſenſus corporeos fere amiſit, ut p actus extrinſecos facillime ꝯprehendi poteſt. Et dum taliter mentecaptus eſſet præſenti anno videlicet a 6. menſibus citra. Idem ſer Ventura ſuas poſſeſſiones omnes, quas poſſidebat in quadam villa de Magnayo, vẽdidit & alienauit aliquibus ruſticis habitantibus in dicta villa ſeductus ut puer ab ipſis, & captus blanditiis & potationibus vini & comeſtionibus in hoſpitiis ipſius factis taliter mentecapto & dementi, & adeo ꝙ fere deceptus eſt a dictis ruſticis in prædiis ipſarum poſſeſſionum taliter venditarũ in dimidia iuſti precij. Et dũ ad notitiam perueniſſet attinẽtiũ ipſius ſer Venturæ ipſum fore taliter deceptum a dictis ruſticis requiſierunt a dictis emptoribus, ut dictas venditiones retrahere vellent, & ipſas poſſeſſiones reſtituere dicto ſer Venturæ offerentes ſe velle ipſis ruſticis emptoribus precia ipſarum poſſeſſionũ integre reſtituere. quas poſſeſſiones ipſi ruſtici emptores reſtituere recuſauerunt inhærentes titulis & inſtrumentis dictarum emptionũ factis & obtentis per eos a dicto ſer Ventura venditore. Quæritur ergo primò curatore decreto dicto ſer Venturæ tanquam mentecapto, ſequuta prius pronunciatione per decretũ iudicis ipſum ſer Venturã fore mentecaptum & dementẽ, An dictæ poſſeſſiones taliter venditæ & alienatæ poſſint actione ad hoc oportuna recuperari & redimi è manibus dictorũ ruſticorũ emptorũ, qui ipſas taliter emerũt a dicto ſer Ventura mẽtecapto mediante reſtõne prædictorũ preciorũ ipſarũ poſſeſſionũ. Et ſi p hanc viã recuperari potuerunt, formetur libellus ſup actione cõpetẽti ꝯtra dictos ruſticos emptores, & detur modus procedẽdi ꝯtra ipſos. Et primo modus obſeruandus in faciẽdo ipſum ſer Venturam pronunciari mentecaptum. Et ſi per dictam viam recuperari non poſſent dictæ poſſeſſiones, vtrum actione hypothecaria poſſent redimi. Pro cujus actionis informatione casus eſt talis, prædictus ſer Ventura de Magnayo tempore iuuentutis ſuæ, dũ ageret in humanis, præſtitit ad vſuras aliquibus mẽſibus, adeo ꝙ de vſuris extorſit ab aliquibus lib. 500. paruorũ vel circa, ad quarũ reſtitutionem tenetur idem ſer Vẽtura. Euenit igitur, ꝙ cũm ſer Ventura perueniſſet ad ſenium, compos tamen mentis tunc exiſtens, pœnitentia ductus cautionẽ pſtitit corã dño epo Felt. ſiue eius vicario de ipſis vſuris extorſis reſtituendis, ad quarum reſtitutionem ſe obligauerunt Petrus Franciſcus & Ioãnes fratres de Boue ciues Felt. per publicum inſtrumẽtum, in quo inſtrumento idem ſer Ventura obligauit omnia bona ſua præſentia & futura vſque ad ſummã lib. quingentarum paruorum.

¶ Quæritur ergo viſo inſtrumento prædicto & ſtatuto quodã Felt. quorum copia pro informatione trãſmittitur, an actione hypothecaria procedi poſſit p dictos fideiuſſores dicti ſer Venturæ venditoris cõtra dictos ruſticos emptores, qui dictas poſſeſſiones emerũt a dicto ſer Ventura, cũm dictus ſer Ventura nihil amplius habeat in bonis, & ab ipſis ruſticis emptorib⁹ poſſint ipſi fideiuſſores prædicti euincere, redimere, & recuperare dictas poſſeſſiones vſque ad dictã ſummã fideiuſſionis factæ. vt ſupra eadem actione prædicta viuẽte dicto ſer Ventura, an poſt mortem ſuã. Et ſi redimi poſſint dictæ poſſeſſiones a dictis emptoribus p dictos fideiuſſores obligatos, vt ſupra viuente dicto ſer Ventura & ante ſolutionem & reſtitutionem dictarum vſurarum, ad quam ipſi fideiuſſores obligati ſunt, formetur libellus dicta actione hypothecaria contra dictos ruſticos emptores, viſo dicto ſtatuto, &c.

¶ Super eo quod quæritur dicendũ puto, venditiones factas per dictũ ſer Venturã eo tẽpore, quo demẽs ſeu mentecaptus erat, non valere. Nam quod ius in furioſo ſtatuitur, & in demente ſiue mentecapto locum habet, & contra, vt colligitur C. de nup. l. ſi furioſi. Et pbatur ex coniunctione leg. humanitatis. C. de impu. & alijs ſubſti. quæ loquitur de demente & mẽtecapto, & l. fi. §. 1. C. de cura. furio. quæ facit mentionẽ de prædicta l. humanitatis & eã confirmans. & ibi appellat fu-
1 rioſum, † quem ipſa l. humanitatis, vocat dementẽ ſeu menteca-

menteceptum, & gl.fin. in præalleg. l.humanitatis.ap
pellat furioſum quem ipſa l. humanitatis, uocat de-
mentem ſeu mentecaptum. Nã eleganter ait Bald. ſu-
per d.l.humanitatis.in verſi.venio ad quartũ notabile.
dupliciter dicitur mentecaptus, & cũ ſæua dementia
& quaſi rabies, & cũ quieta amentia eſt, ut in Auth. ut
ij qui oblig.ſe habe.ꝓhib. res mino. §. & hæc dicimus
in omni curatore. Hoc etiam ex ipſa nominis alluſio-
ne ſeu uocabuli ethymologia deprehenditur, dicitur
2 enim amens † ab a.ꝙ eſt ſine, & mens, quaſi ſine men-
te, & demens, quaſi deorſum mente, & idem menteca
tus, quaſi captiua mente, & ſic non compos mentis. Et
hoc manifeſtius colligitur ex ſententia gloſſatoris in
Inſti. quib.non eſt permiſ. fa.te.§.prætcrea. dicit ibi nã
que textus, furioſos non poſſe teſtari, quia mente catẽt,
dicit ibi glo. Hac ratione idem dico in mentecapto, ut
ff.de verb.obli.l.a titio.in fi. Et ad hoc facit quod not.
Cy. C.qui teſta fa.non poſ.l.ſenium.circa prin.ſui com
mentarii, vbi loquitur de ſequeſtrato ab cõmuni iudi-
cio propter multã ætatẽ.ut nec ipſe poſſit teſtari. Cùm
itaque in furioſo manifeſtum ſit nec eum teſtari poſſe,
nec ullũ aliud negociũ gerere poſſe, quia non intelligit,
qd agit, vt Inſti.de inutil.ſtip.§.furioſus ff. de reg. iur.in
negocijs contrahendis.& de loca.& conduc.l.quod ad
certũ.ꝯſequens eſt & in mẽtecapto idem eſſe dicendũ,
quo argumento gl. præalle.vtitur in §. prætcrea. quib,
non eſt permiſ.fa te. His cõſequens eſt, dictas venditio-
nes a dicto ſer Ventura factas retrahi poſſe quaſi nullas,
& dictum curatorẽ ipſi dementi poſſe eas res venditas
& traditas ab ipſis emptoribus vel quibuſcunq; poſſeſ-
ſoribus curatorio nomine vendicare, oblato tamen
precio, quod emptores in vtilitatẽ mẽtecapti verſum
probauerint.ar. de prædi.mino. l.ſi quidem.cũ concor
dantijs.dabitur aũt curator idoneus fide & ſubſtantia
ipſi dementi per ptãtẽ, vel præſidẽ inſtãtibus, aliquibus,
vel oibus neceſſarijs, ideſt cognatis dicti dementis cau
ſa cognita.& vocatis ipſis cognatis ipſius dementis, ſi-
quis non inſtiterit ex vicinis ac amicis, & ſaltẽ generali
ꝓclamate & fide facta magiſtratui de demẽtia & mo-
ribus ac ſubſtantia dandi curatoris, qui ſatiſdabit, iura-
bit, ac inuentarium faciet. & hypothecam cõſtituit ſua
rum rerũ ſm l. tam dementis.& l. de creationibus. C.
de epi.audi.& de cur. furi. l.fi.§.ſin autem teſtiũ.& ff.ex
qui.cau.in poſ.ca.l.hic autẽ.§.1. & ex qui.ca.ma.l.ergo
ſciendum.& C.qui pe.tu.l.2.& 3.& 4 & l.nepotibus.&
qui curator ſpecialiter defenſionẽ ipſius dementis pro
mittat, & iuret ſecundũ formã l.fi.§.oẽm. C. de admi.
tu.& res ipſius dementis ac earum adminiſtrationem
per ipſius poteſtatis decretum accipiat præmiſſa pro-
nunciatione, quod mentecaptus exiſtat, ut C.arbi. tu.l.
fi.§.fi. Et poſt curator ita conſtitutus vendicatione ſeu
publiciana iure dominij, vel quaſi propoſita ꝯtra poſ-
ſeſſores ipſarum rerum probato dominio, vel quaſi, ſi
excipietur de venditionibus per dictũ Venturã factis,
replicabunt & probabunt de dementia tempore ven
dicationum & ante & poſt, & ſic de nullitate earum, &
conſequenter ſententiam & victoriã reportabunt red
dito precio, quod in dicti fuerit Venturæ vtilitatem cõ
uerſum, ſicut ſupra monſtratũ eſt, vel ſi maluerit ipſe cu
rator officium iudicis nobile quod ꝓponit, petet prin-
cipaliter ipſas venditiones factas a dicto ſer Ventura tã
quam factos a demente pronunciari & declarari nul-
las ipſo iure, & quatenus de facto proceſſerunt tam ip-
ſas quàm omnia ſequuta de facto in priſtinũ ſtatũ re-
uocari, poſſeſſores ad earum reſtitutionẽ cõdemnari,
& condemnatos compelli. Ex his appatet non obſta-
re notata per glo.per Bar. & cæteros in l. is cui. de ver.
obli.quæ habent venditiones & alios cõtractus factos,
antequam ſit interdictum bonis.vel datus curator, mi
nime irritas eſſe, nec retractari debere, quia illa pro-
cedunt in prodigo. Caſus autẽ propoſitus eſt in amen-
te, ſeu demente, vel mentecapto, qui & aliquando fa-
tuus appellatur, ut ff.de poſthu. l.1.in fi.& l.ſeq. quem
ſupra furioſo comparandũ manifeſte probaui. In furio
3 ſo autem † non exigitur interdictio bonorum aut cu-
ratoris datio, ut no.per eoſde doc.in præalle.l. is cui. &
ff.de cur.furi.l. 1. in prin. Eſt tamen & illud ſpecialiter
adnotandũ, quod etſi non probaretur dementia, pro-
baretur tamen ꝙ emptores inſidioſe potationibus &
cõmeſtionibus ab ipſo Ventura eiuſmodi vẽditiones;
& alienationes, cũ eſſet bachatus extorſiſſent ſeu obti-
nuiſſent ꝓ tã exiguo precio, quaſi dolus malus empto-
rum bonæfidei contractibus cauſam dediſſet, ipſo iu-
re declarentur nulle dictæ venditiones & traditiones
effectu, & ipſi emptores ad ipſarum reſtõnem condẽ-
narentur, & condemnari compellerentur. arg ad hoc
C.de dolo.l.dolũ.& quod ibi per gl.ff eo.l.& elegãter ;
in prin.& C.de reſcin.ven.l ſi dolo.licèt enim ex ſola
precij paruitate emptoris dolus non arguatur, alijs tñ
indicijs concurrentibus tum precij exiguitate, ut pro-
poſita ſpecie comprobatur, ut in præalleg l.ſi dolo.Cõ
ſultiſſimũ itaque cenſeo ſi officio nobili nullitas cõtra-
ctuum & venditionum ex vtraque cauſa, vel altera ip-
ſarum, hoc eſt ex dementia venditoris & dolo empto-
ris principaliter proponatur.

¶ Et ita dico & ꝯſulo Ego Raphael Fulgoſius vtriuſ-
que iuris doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Debitor legens ſimpliciter creditori, an videatur
legare animo cõpenſandi, & an legatum factũ filiæ cõ
putetur in legitima, & legatum factum per patrem fi-
liæ pro dote filio inſtituto hærede, ſi filius legat ſorori
pro dote, confundatur primum in ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Agitur condictione ex l. ad ſupplementum legitimæ.*
2 *Argumentum totius ad partem an in materia debiti ſemper pro cedat.*
3 *Debitor legis diſpoſitione legans creditori an intelligendus ſit animo compenſandi legare.*

CONSILIVM LXXX.

TESTATOR In teſtamento ſuo ſic inqt,
inter cætera. Itẽ legauit iure inſtitutionis fi-
liæ ſuæ centum, cũ quibus deberet dotari
ac fulciri. In cæteris vero bonis inſtituit S.
filium ſuũ, qui filius per aliquod tẽpus poſt
mortẽ patris vixit. In vltimis conſtitutus condidit te-
ſtamẽtũ, In quo inter cætera legauit antedictę filiæ ſuæ
ſorori ſit verbis vt ſequit. Itẽ ordinauit, iuſſit, & legauit,
ꝙ eius infraſcriptus vniuerſalis hęres teneatur & dẽat
maritare infraſcriptã filiã eius ſororẽ, & eam dote &
nuptialibus fulcimentis præparare, ſi maritari eam cõ
tingerit in poſterũ, computando tamen & ponẽdo in
prędictis dote & fulcimentis centũ ipſi eius ſorori du-
dũ ut dixi legata per præfatũ L. eius patrem in vltimo
eius teſtõ pro dote & nuptialibus paramentis ſuis. Itẽ
legauit &c. Quo S. defuncto dicta F. eius ſoror contra
hæredẽ ipſius S. & per conſequens dicti L. patris ſui. Et
primo petit in bonis L. patris ſui dicta centũ & ſupple-
mentum adeo vſque ad ipſius legitimã, cùm aſcende-
ret vltra centum, & hæc tanquam ſibi debita de iure
communi, vel dicta centũ & ſupplementum ad ea uſ-
que ad dotẽ & nuptialia pręparamenta, quæ iure muni
cipali extantibus maſculis fœminæ debent habere in
bonis patris. vnde in optione hæredis dimittit, ut alte-
rum eligat præſtare ut ſupplementũ legitimæ. uel ſup
plementum dotis & pręparamentorum. Item in bo-
nis S. fratris ſui agit iure legati. & petit illud vltra quod
aſcenderet dos & nuptialia præparamenta ſecundum
ſtatum & poſſibilitatem ſuorum progenitorum vltra
centum, cùm intentio fratris fuerit, vt ſupra patet
ex legati verbis ei legare dotẽ & ꝑparamenta de nupt.
centũ, reſpondetur ꝙ intentio S. fratris ſui fuit taliter le
gare,

gare,ut relicto patris legato fratris ipſa F.remanere deberet contenta,nec agere deberet ad ſupplementũ legitimæ ſiue dotis in bonis patris. Replicatur & negatur intentionem S.talẽ fuiſſe,cùm ex verbis legati contrarium appareat.Nam ſi intentionẽ talem habuiſſet,potuiſſet clarius loqui,nam facile ſibi fuiſſet adiicere talia verba.Et volo dictam F.ſororem meã hoc modo legato,& relicto patris mei eſſe contentã. iuxta habita & no.in c.officii extra de teſta.Nam non facta mentione de ſupplemento legitimæ ſiue dotis videtur eundem S. voluiſſe iſta computari in ipſius legato,& iure caueantur,quod petendo legatũ non renuntiat quis legitimæ. vnde quæritur,an dicta F. petita & habita legitima ſiue ſupplemento dotis & paramentorũ ſm formã ſtatuti in bonis patris petere ualeat in bonis S. fratris ſui legatum tanti valoris; quantum aſcenderet dos & præparamenta ipſius de nup. centum.

1 ¶ † In propoſita quæſtione videtur.dictã F.petere poſſe ex teſtamento fratris S.dotem & præparamenta cõgrue,& præterea condictione ex lege id quod deerat legitimæ ſuæ portioni acceptis centũ ex patris teſtamento. Nam ex teſtamento L. patris dicta F. erat creditrix fratris ſui S.hæredis vniuerſalis L patris ſui in centum ex teſtõ,& in eo quod deerat ad implendã legitimam portionem condi.ex l.oĩno.C.de inoffi te.& in Auth. ut cũ de ap.cog.§.certũ.Cũ igitur S.frater eius & debitor in eo,quod ſorori ſuæ legauit,hoc eſt, dote & paramentis nuptialibus iuſſerat compenſari centum quæ ſibi debebat ex patris teſtamento,de eo aũt ꝙ debebat condictione ex l.compenſando nil dixerit. manebit id debitum integrũ ar.ff de leg a.l.creditorẽ. & C. de rei vxo.ac.l.j.§ ſciendum.Sic igitur ex teſtamento fratris petet dicta F. dotem & præparamenta.Condictione vero ex l.oĩmodo.petet ſupplementũ legitimæ ſuæ quod non eſt iuſſum compenſari.Rurſus ſi quis putauerit dictũ S.filiũ,& hæredem vniuerſalẽ dicti L.patris ſui fuiſſe debitorem dictæ F.ſororis ſuæ duorum alternatiue aut centum & ſupplementum legitimæ , aut centum & ſupplementum dotis & præparamentorum nuptialium congruentium pro dignitate & modo facultatũ auctoritate ſtatuti,eũ tamen alterũ ex debitis alternatiue legauerit, remanet alterum, quod non eſt legatũ in obligationem, niſi quatenus teſtator iuſſerit ex altero compenſari, vel in legatũ a ſe factũ cõputari. Quemadmodũ ſi debitor ſtichi,aut 10.legauerit ſtichũ creditori nihil refert creditorem & ſtichum ex teſtamento petere,& 10.ex ſtipulatione,vel alio cõtractu, ex quo creditor extitiſſet,ut præfertur.arg.ff de ſol. l. q decem.§.ſtichũ. Aut ut propius accedamus , fingamus promiſſionem ſtichi.& 10.aut Pamphili , & 10. legaſſe ſtipulatori ſtichũ,& 10 ita vt in hoc legato 10. quæ ſibi ex ſtipulatione debentur,computentur,non erit ratio, quare ex ſtipulatione petere Pamphilum prohibeatur.

2 † Quod enim iuris eſt in altera tota parte debiti alternatiue,ut maneat debita ſi nil in ea teſtator nouerit, licèt altera pars ex legato tota ad creditorem peruenerit,ut arg. prælleg.§.ſtichũ,idem iure cenſendum erit in parte patris vnius debitæ alternatiuæ,de qua in l. vetitũ ſit argumentũ totius ad partẽ.ff.de vſur. l.qui ſcit.in prin. & de rei vendi.l quæ de tota.in prin.&c.

3 ¶ In oppoſitũ arguitur,nã † debitor non ex facto ſuo voluntario,ſed legis diſpoſitione legans creditori intelligitur legaſſe animo compenſandi, in dubium, etiã ſi nil exprimat,ut ff.ſol.ma. l.ſi cũ dotẽ.§.ſi pater. & ibi ꝑ Iac. de Aret.& Bar.& C.vnde vir & uxor. auth. præterea.& quod ibi per Bar Sed iſte frater dictæ F.erat ei obnoxius ex diſpoſitione legali ad ſupplementũ legitimæ non ex facto ſuo & contractu uoluntario igitur intelligitur cõpenſare voluiſſe.Præterea & illud attẽdendũ , quod debitor erat duarũ quantitatũ alternatiue videlicet quantitatis, quæ deerat ad implendã ſibi legitimã vel eius quantitatis,quæ deerat ad dotem & nuptialia ꝑparamenta electione data ipſi S per l. municipij . ſicut ſupra in facti narratione proponitur. In debito autem ſeu obligatione duarũ quantitatũ alternatiue ſemper ſola minor quantitas intelligitur in obligatione eſſe , ut ff.de leg.2.l.ſi ita relictũ §.ſi. & de ver. obl.l ſi ita ſtipulatus fuero 10.aut 15.& l.inter ſtipulantẽ.§.a. cùm itaque minor eſſet quantitas eius,quod deerat ad implendã dotẽ & nuptialia præparamenta , ꝙ eius quantitas, quæ deerat ad implendam ſibi legitimã , cõſequens eſt centũ & eius quantitatis,quæ deerat ad implendã dotẽ & nuptialia præparamẽta dictũ S. fuiſſe debitorẽ dictæ F.ſororis ſuæ Ita ꝙ ſorori debebat,legauit , quo ſit ut legatũ nullius ſit momenti,vt in Inſti. de leg.§.ſi debitor. Aut fortaſſis eo teneat,quia quæ debebãtur ex diuerſis cauſis.hoc eſt,centũ ex teſtõ patris & ſupplementũ ex condictione ex l.vna ſola noua ex teſtõ ipſius fratris obligatione debeantur,quemadmodũ ſi decem ex ſtipulatione debita,& 5.ex alia ſtipulatione debita coniuncta ſumma puta dicta 15. alia noua ſtipulatione ſtipuler.itam valiturã puto hanc vltimã ſtipulationem, etſi nouandi fiat animo priores ſublaturã. quãquam ſi rurſum 10.& 5.ſtipulatus fuerim,nõ teneret ſtipulatio. ar.l qui bis idem.& l.ſcire debemus.in prin.ff. de uerb. oblig. Aut ſi nouandi animo nõ fiat,licèt utraque producet,unã tamen ſolutionem ad utranque,ut ff de noua.l.ſi ſtichum.§.penul.& quod not C.eo.titu.l.ſi.& in Inſtitu.quib.mod.tol.oblig.§. præterea . Sic igitur erit & in re propoſita,nã aut nullũ erit legatũ ex teſtõ S.fratris quaſi debitor creditori legauerit. Aut ſi valuerit,una ad omnem cauſam ſolutio proficiet Pro hac quoq; parte facit ff.de leg.2.l.titia cũ teſtamento.§ qui in uita.quia ſcilicet non ſit veriſimile, fratrẽ voluiſſe hæredẽ ſuum duplici onere pſtandorũ præparamentorum nuptialũ onerare.Idẽ cum in legato,quod idẽ S.frater ſorori faciebat,voluerit cõfundi legatũ, quod in patris teſtamento dicta F.ſoror acceperat.idẽ iuris exiſtimandum eſt,eum voluiſſe de augmẽto ſeu ſupplemẽto. qđ eidem legato accedebat. arg.ff. de pac.dota.l. inter ſocerum.§.cum inter.in fi C.de dona.ante nupti.l.ſi conſtante.§.pactis.nã etſi qua ex cauſa relictũ in teſtamento tollatur,ius,qđ ad ſupplementũ eiuſdẽ relicti ꝯpetierat, conſequenter quoq; ſublatum intelligitur, vt ff. de bo.quæ libe.l ſi patronus ex minore Et licèt profecto res ſcrupuloſitate non careat, ob id ea digniſſimã amabili compoſitione cenſerem , ſi tum alteram partem præſumi oporteat, in hanc ſecundã partẽ tã factis rõnibus procliuior ſum,quàm ga mihi ea fuiſſe mens fratris teſtatoris, vt ſola dote & fulcimentis nuptialibus ꝯgruis & decẽtibus ipſa ſoror ꝯtenta foret, vt̃ per dictũ §.qui inuita. & qm̃ facile fuerat ſi quid ei vltra dotẽ & paramẽta decẽtia ꝑſtari voluiſſet idipſum exprimere , cùm nec putauerit aliud ſorori ſuæ à ſe deberi , quàm ꝙ pater ei reliquerat teſtamento,vt eo.§.qui inuita. in ſi.& arg.C.de cad.tol.§.ſinaũt ad deficientis. Et qm̃ in re obſcura,qđ minimũ eſt,ſequimur, vt ff.de reg.iur. l. ſemper in obſcuris.& potius pro reo quàm pro actore iudicãdum eſt.vt ff de reg.iur.l. fauorabiliores. Et ſi qd de obligando aliquid dubitetur ſeu quæratur, propenſiores eſſe iubemur in deneganda obligatione,ſi quam occaſionẽ ad eam denegandã debeamus, vt ff.de ac. & obli.l.Arrianus.ad allegata vero in diuerſam partẽ apparet per ea, quæ fuerũt pro hac parte dicta rñſio. itaq; licet concludere dictã F.non legitimã portionem iure cõi debitam ſibi,& præterea ex teſtamento fratris totum legatum ſibi factum deductis centum petere. ſed ex vtraque cauſa ſolam dotem & fulcimenta nuptialia pro dignitate & conditione perſonarum , & modo facultatum patris congruentia poſſe eum conſequi .

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Hæres hæredis an poſſit deducere ex fideicõmiſſo id, quod hæres ſoluit in alieno ære aut onere legatorũ. & an per non confectum inuentarium per hæredem talis prohibeatur deductio.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius vel fideicommiſſarius an æris alieni dicantur onere grauati.*

2 *Legatum vltra vires hæreditatis non præſtari iure veteri cautum erat.*

CONSILIVM LXXXI.

PVNCTVM Super quo conſultatio proponitur tale eſt, an hæres hæredis instituti, & de reſtituenda vniuerſa hæreditate poſt mortem ſuam rogati, qui nõ fecerit inuentarium, poſſit in reſtitutione hæreditatis deducere ea, quæ defunctus hæres inſtitutus viuens legatorum aut æris alieni nomine ſoluerat. Et allegatur ꝙ non, quoniam hæres, qui non fecerit inuentarium, legata & fideicommiſſa inſolidum & ſine vlla detractione & diminutione perſoluit ſeu ſoluere cogitur, vt in Auth. de hæredi. & falcid. §. ſi vero non fecerit. totam igitur hæreditatem per fideicommiſſum relictam & debitam hæres ex perſona defuncti hæredis, qui inuentarium non fecerat, ſine vlla detractione & deductione fideicommiſſo ſoluet. Confirmatur ex eo, quod, qui non fecerit inuentarium, hæres res hæreditarias occultaſſe & ex hæreditate ſubtraxiſſe præſumitur, vt in Auth. eod. §. hinc nobis. & dolo verſatus adeo vt & contra eum de rerũ quantitate iuratur in litem per eos, quibus res ipſæ hæreditariæ reſtituendæ ſunt, vt C. de iure delib. l. fina. §. pen. & arg. in ſimili. ff. de administra. tuto. l. tutor, qui repertorium. in princip. Ipſe itaque fideicommiſſarius, cui hæreditas reſtituenda eſt, de rerum quantitate iuramento delato declarare poterit id, quod ſolutum eſt ex ipſa hæreditate, ſolutum, aut eo amplius maiorem fuiſſe hæreditatis quantitatem, quàm ſit, quæ in præſentiarum reſtituitur, quod effectu ad idem decidit. Et hanc partem ſingulariter adiuuat l. penulti. in fin. ff. ad Treb. vbi deductionem æris alieni, quæ alias hæredi iure conceſſa eſt, in reſtitutione fideicommiſſi, impedit quod ipſe hæres multa ex hæreditate cõſumpſerit, quod & hic ex iuris præſumptione proponitur per præallegatũ §. hinc nobis. Sed & magni hoc viri teſtimonio & inter legis prudentium vertices auctoritate firmatur, domini ſcilicet Bal. in l. filium quem. C. famil. erciſcund. notantis ſoluta per hæredem, qui non fecerit inuentarium non ex ſuo patrimonio credi, ſed magis ex hæreditate ſoluta.

¶ His tamen nequaquam obſtantibus diuerſam ſententiam veriorem puto & exiſtimo, poſſe videlicet hæredis hæredem ea, de quibus quæritur, de fideicommiſſo deducere per leges ad hoc notiſſimas. ff. ad Treb. l. cum hæreditas. & l. cum hæres deductis. in fin & l. ita tamen. § fina. ff. de ſolutio. l. ſtichum §. aditio. in fin. & quod ibi no. Quin immo & ſi ſine deductione ſolueret, poſſet repetere, vt no. C. ad treb. l. 1. per doctores. Nam & poſſeſſori hæreditatis etiam prædoni permittitur ea deductio, vt ff. de hæred. peti. l. ſi quid poſſeſſor. in principio. & quod ibi plene traditur. & de neg. geſt. l. fina. & facit C. de hæredit. petitio. l. vltima. quanto igitur magis hæredi vero & iuſto poſſeſſori, qui etiam ad eorum ſolutionem cogi potuit pendente conditione fideicommiſſi. id minime aduerſus fideicommiſſariũ denegandum eſt, ad quod. ff. de condition. indebi. l. qui exceptionem. §. ſi pars. & de lega. primo. l. domos hæreditarias. cum legibus ſequentibus. Sic & in venditore hæreditatis, vt C. de hæredita. vendi. l. 2. ff. eod. l. 2. §. ſi ipſe. & §§. ſequentib. Hoc quoque demonſtrat ratio, & verborum vis, ac fideicommiſſi vniuerſalis natura. Cùm namque hæreditas per fideicommiſſum iubetur reſtitui, aut legatur, id agitur, vt ad fideicommiſſarium ſeu legatarium transferatur onus æris alieni & legatorum, vt ad trebel. l. prima §. 1. ff. de legat. 2. l. ſi quis ſeruum. § fina. & l. cum filius. §. lucio. & C. ad trebel. l. 1. & 2. & fi. & in Inſtitu. eo. §. poſt quod. & in §. ſed quia.

1 Quod ergo † æris alieni nomine vel legatorum ſolutum eſt, aut ſolui debeat, ad fideicommiſſarium ſpectet, cui tota reſtituatur hæreditas, non ad hæredem, apud quem nulla hæreditatis portio maneat, vt in iuribus præalleg. & ff. ad treb. l. 1. §. antepe. & fi. Et hoc iure priſco expeditiſſimum eſt, nemoque iure veteri proſpecto ab hac inuenietur ſententia diſſonans. Supereſt itaque ad ea, quæ in diuerſam partem propoſita ſunt, reſpondere, & conſequenter ad ius nouiſſimum, quo ſolo pars altera nititur rectè intelligendum deſcẽdere. Et ad primum quo dicitur, hæredem qui inuentarium non fecerit fideicommiſſa ſiue vlla detractione ſiue diminutione debere perſoluere, concedatur, & ita fiet in propoſito, ſi quod æris alieni nomine vel legatorum præſtitum eſt ex fideicommiſſo hæreditatis, hæres ipſe, qui præſtitit vel eius ſucceſſor deduxerit. Hoc namque continet hæreditatis relictum fideicommiſſum ve vt onera eiuſmodi ad eum, & hæreditas ipſa relicta pertineat, per ll. ſupra proxime allegatas, ſicut & alia iuris ſimili vniuerſitate ſeruatur, puta legato ſerui peculio, vt ff. de pecu. leg. l. ſi peculium. in princip. & §. antepenu. pe. & fin. & l. ſi ſeruo manumiſſo. cum ſimilib. Nemo namque qui ſapiat. negauerit in omittente confectionem inuentari etiam hodie ll. illas manere. & præallegat. l. ſi quis ſeruum. §. fina. & l. cum filius. §. lucio. & l. cum pater. § menſe. ff. de leg. 2. neque enim minus, quàm legatum ſit, dicetur hæres præſtare legatario, ſi quod æris alieni nomine ſibi debitum fuerat, ex peculio vel hæreditate deduxerit, immo ſi nõ facta deductione forſitan per errorem ſoluerit quaſi plus debito ſolutum condiceret, vt ff. de condi. inde. l. ſi quis a fideicommiſſario. & l. ſi is qui. & l. exceptionẽ. §. ſi pars. & no. per glo. in l. pen ff. ad treb. Et quemadmodum ſi pure rogatus hæres nulla æris alieni, vel legatorum, ſeu fideicommiſſorum facta ſolutione fideicommiſſario ſtatim ſuſcipienti hæreditatem reſtitueret vniuerſam ex fideicommiſſo, in ipſum fideicommiſſarium tranſiret ex ſenatuſconſulto treb. tam creditorum quàm legatorum onera ſaltem vſque ad vires ſubſtãtiæ. Etiam ſi ipſe fideicommiſſarius inuentarium fecerit, cùm hæres ſuo tempore nõ feciſſet, licèt hæres ipſe in id, quod excederet, teneretur, ſecundùm pulcherrimã doc. Bar. in l. in ratione. §. quod vulgo. verſus finem commenti ſui ſuper illo §. ff. ad l. Falc. & fortaſſis inſolidum, ſi ipſe quoque fideicommiſſarius repertorium non feciſſet iuxta legum ſcita veterum, vt in præallegat. l. 1. §. 1. ff. ad treb. & C. eo. l. 1. & 2. & vlti. & in Inſti. eod. §. poſt quod. & §. ſed quia. quo ad creditores, & hodie quo ad legatarios & fideicommiſſarios per authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. & in corpore vnde ſumitur, ſicque ipſi fideicommiſſario non prodeſſet ad euitandum onus æris alieni vel legatorum aut fideicommiſſorum, ſi opulenta foret hæreditas, ad ſatis omnibus faciendum etiam ſalua falcidia, quod hæres inuentarium nõ feciſſet. Ita hic quoque non proderit, vbi non proponitur inops hæreditas, quin ex ipſis rebus hæreditarijs æri alieno atque legatis ſatisfiat, & tanto minus ipſe conſideicommiſſarius aſſequatur, licèt hæres, qui inuentarium non fecerit propter conditionem fideicommiſſi, reſtitutionem diſtulerit, neque enim ea temporis intercapedo pro fideicõmiſſario eſt, ſed potius hæredi facta eſt. Quid porrò refert ante ſolutionem reſtituat hæres fideicommiſſario, & in eum tranſeat onus & obligatio ſolutionis, an poſt ſolutionem, quod ſupereſt ex hæreditate liberum nõ omni onere fideicommiſſario quoque liberato vel non obligato futuro reſtituat. Nam & id, ad quod quis obligatus ſit, non facta ſolutione iã poteſtate iuris abeſſe intelligitur, vt ff. de reg. iu. l. qui actionem. & de neg. geſti. l. ſi quis mandato. in fi. Rurſum & illud quiſquis in diuerſum ſentit, excogitet, quod & priſco iure idem ſancitum fuerat in hærede quo ad æs alienum hæreditarium ſeu defuncti, vt. ſ. inſolidum teneretur & vltra vires hæreditatis hæres, quod hodie quoque nouo iure ſtatutum eſt in hærede, qui non fecerat inuẽtarium, ſicque eo caſu nõ tã ius nouum inſtituit, quàm vetu-

vetuſtum cõſeruat. Hoc amplius etiam in legatis & fideicommiſſis idem ius inſtituit noua ſanctio hærede ſ. inuentarium non faciente, quod in ære alieno tã vetus ius cenſuerat, quàm noua cõſtitutio ſequitur & obſeruatur. Palam autem eſt, ꝙ etiam olim hæres, qui æri alieno in ſolidum erat obnoxius, in reſtitutione tamen hæreditatis fideicommiſſariæ ſi quid ſoluerat, deducebat, vt ſ. deductum eſt. Quinimo & qđ ſibi ẽt nã dumtaxat defunctus debuerat, tamet ſi aditione confuſa foret obligatio, vt ff. de ſolutio. l. ſtichum. §. aditio. ad fin. ergo & hodie deducet, cũ quod ad æs alienũ pertinet, hoc caſu quo hæres inuentarium non fecerit, vt ſupra relatum eſt, nouum ius nihil immutet, & idem ſimiliter in legatis & fideicommiſſis, quo hoc caſu non facti repertorij ius & vim alieni æris nacta ſint nouo iure, quod & tam vetus ius, quàm nouum ipſi æri alieno tribuerat. Alioquin plane eſt, ſi non ex fideicommiſſo hæres ſolutum æris alieni vel legatorum nomine deduxerit, plus reſtituet, quàm iuſtus ſit, quod profecto nouæ conſtitutioni contrarium eſt. ibi complebit legatarios & fideicommiſſarios in præallega. §. ſi vero non fecerit iouentarium. in Auth. de hære. & fal. & Authen. ſed cum teſtator. C. eo. tit.

¶ Ad ſecundum aũt ꝙ ex diuerſa parte proponitur, quia. l. res ex hæreditate ſubtraxiſſe credaẽ & dolo verſatus, vnde vt in litem iuretur. Rñdeo, eã præſumptionem eo vſq; procedere, quo legata & fideicõmiſſa & debita ſolida ſine vlla diminutione ſoluantur vel rõne inopis patrimonij ſiue hæreditatis, vel rõne falcidiæ, vt ex ipſa conſtitutione Auth. manifeſte deprehenditur. cæterùm in re propoſita nulli diminutioni fideicõmiſſi, quod nõ eſt recte quantitatis vel rei, ſed hæreditatis, quæ ſuapte natura & vſq; ab initio æris alieni onus, & conſequenter diminutionem continet, vt ſuperius mõſtratũ eſt, intenditur. ſicut & in peculio legato, vbi non idcirco minus, quàm legatum ſit, præſtitum dicetur, ꝙ æs alienum peculij vel quid ipſi dño forte debitum ſit, deducatur, niſi fortaſſe id de quo teſtator vetuiſſet, qui peculium non deducto ære alieno legaſſet, quo tñ caſu non actionem legatario ea adiectio, ſed poſſidenti dũtaxat ad exceptionẽ proficeret, vt ff. de pecu. leg. l. ſi peculiũ. in prin. & in §. 1. ꝙ tñ in hæreditate ita fideicõmiſſo relicta non omnino ſuſciperem ẽt hodie, ſed ſecundùm l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad treb. quẽ nemo dicit corrigi rem decidentem, Quod aũt de in litem iuran. ſubnectitur, tũc arbitror proceſſurũ, cũ hæres vocatus deliberatione obtenta, & non facto inuẽtario hæreditatẽ pronnus recuſaſſet. & ita loquitur præal. §. pe. non aut cum deliberatione minime petita illico hæres adierit, licèt inuentariũ non confecerit, vt in eodẽ §. ex notatis colligitur. quamquàm & ſi in propoſito caſu ẽt iuriſiurãdi in litẽ delationi locus ex præſumpto dolo fuiſſet, fortiã nõ aduerſus ipſius hæredẽ lite nõ cõteſtata pęna ea trãsferretẽ, vt C. de in lit. iurã. l. fi. & ff. de fide. & hæ. tu. l. vl. Ad l. aũt pe. ff. ad treb. multifariã rñdetẽ, quia in protinus diuerſo caſu loquitur cũ. ſ. rogatus erat hæres, quod ſuperfuiſſet reſtituere. vnde veteri iure poterit totũ cõſumere dũ non in fraudem fideicõmiſſi, hodie vero quadrantem ſolũ tenetur fideicõmiſſario reſeruare, vt C. ad treb. auth. contra rogatur. hic aũt erat fideicõmiſſum reſtituendæ totius hæreditatis, vbi tota vel pene tota reſtituenda erat hæreditas, vt e. ti. l. iubemus. itẽ ibi in debito ipſi hæredi a debitore. ſ. defuncto, qđ & aditione hæreditatis fuerat cõfuſum, vt ibi ſignãter innuit text. in fi. hic aũt in debito, qđ nõ erat cõfuſum, ſed manens vt per act in factum contra ipſum fideicõmiſſarium ſecũdùm doc. in l. 1. C. ad treb. Aut aliter forſitan per indebiti condictionem poſt reſtitutionem nõ facta retentione, vt ſ. notatũ eſt, vel ꝙ nota dignus eſt ibi de petitione, non retentione ſeu deductione per hæredem poſſidentem & reſtituere debentem, ſicut hic cõtingit, agebatur, facilior quoq; æquitas potens eſt ad retentionem plerunq; quàm petitionem, vt ff. de cõdi. ind. l. ſi in area. in fi. & de dol. exce. l. paulus. gb. mo. pig. vel hyp ſol. l. 1. in prin. C. etiã ob chyrograp. pe. l. vnica. Poſtremo ibi de vera cõſumptione loquitur tex. & ſm Bart. etiã dolo malo facta in fraudẽ fideicõmiſſi. §. aũt hinc nobis, doli præſumptionem inducit, quæ ad extraneos effectus quàm ibi nominatim comprehẽſum ſit, velut odio plena, nõ eſt probabiliter extendenda. ar. ff. de li. & poſth. c. cũ quidẽ. & extra de re. iu. l. odia. li 6. qua ẽt allegatione vtitur elegãter, licèt ad aliud doctor excellentiſſimus d. Bal in Auth. ſed cũ teſtator. ſæpius alleg. Ad notã nouiſſime ſingularem illius iuris vtriuſque luminis in præal. l. filiũ quem. C. fa. erc. rñdetur hãc proculdubio eius mentẽ exiſtere, vt cũ lex nouiſſima recte præſumpſerit, vbi hæres nõ fecerit inuentariũ, hęreditatẽ fuiſſe locupletẽ atq; omnibus creditoribus, legatariis, & fideicõmiſſarijs falcidiæ quoq; ſufficere. & iõ ſi non appareat ſufficiens ſubſtãtia, hæredẽ ex hæreditate celaſſe, quæ præſumptio ſatis vero proxima eſt, feciſſet n. inuentariũ, ſi nõ ſuffeciſſet, ne in ſuo proprio patrimonio periclitaretur, ſuũ ne iactaret, quod nemo præſumitur, vt ff. de proba. l. cum de indebito. & de dona. l. filiusf. Conſequenter idcirco præſumi, ꝙ ſoluit hæres non de proprio, ſed de hæreditate credi ſoluere, cũ ipſa hæreditas opulenta credatur, ſed res magis quaſdã ab hærede celatas. Hæc igitur præſumptio, qua vtitur d. Bal. prime & ex ea neceſſario eſt conſequens, hactenus itaque præſumptio recipienda eſt, vt creditoribus & legatarijs atque fideicommiſſarijs integra, quæ debentur, aut ſunt relicta, ſoluantur, hoc quoque colore

2 ius vetus conſeruatur, † quo cautum erat vltra vires hæreditatis legata non præſtari, immo & falcidiam haberi, nec ſic indebita ſoluta fuiſſe videri, vt vult euidentius textus in corpore, & ſimili colore vtitur prætor in §. ecce plerunque. in Inſtit. de action. & obligatio. § ius ciuile. & l. a. ff. de inoffici. teſtament. non autem vt plus aliquis aſſequatur, quàm ei relictum ſit, quod fieret in re propoſita ſi petita deductio denegetur, vt ex ſuperioribus demonſtraui. Illud autem magis dubitari potuiſſet. vnde ſoluta fructibus medij temporis vſq; ad concurrentem quantitatem accepto ferenda forent. ar. ff. ad treb. l. mulier. §. cũ propoſueretẽ. & quod ibi not. maxime legata. ar. C. de bo. quæ libe. l. fi §. vbi autem in v. nuit, hic namque hæres poſt mortem patris iuſſus vniuerſali vſufructuario quodammodo ſimilis eſt. argu. ff. de vſufru. ea. re. quæ vſ. con. l. vlti. quod non reor, diuerſis namq; non paribus caſibus eatura loquuntur, quod conſulto ſtudio breuitatis nõ proſequor. & leges prius in alteram partem propoſitæ hoc oſtendunt, & l. pe. a cõtrario ſenſu. ff. ad treb. Concluditur itaq; deductioni petitæ ab hærede hæredis, de qua quæritur, locũ fore.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas non adita an tranſmittatur per filiũ infantem ad quoſcũque, & ſi filius legitimatus decedat, an eius mater poſſit ei ſuccedere excluſis alijs proximioribus, & quid admittat mater ex ſucceſſione per tranſitum ad ſecunda vota.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſuus hæres patri tranſmittit hæreditatem moriens ad quoſlibet.*
2 *Principis beneficium filys ſpurijs indultum an eorum matribus proſit vel conferat.*
3 *Mater quando & quare a ſuorum filiorum ſucceſſione repellatur.*

CONSILIVM LXXXII.

NICOLAVS De Capriolo coniugem habens legitimam ex muliere ſoluta ſuſcepit filium & filiã, quos fecit legitimari per Comitem palatinum ad id poteſtatem habentem, deinde mortuus eſt ab inteſtato relictis

relictis dictis filio & filia ſuperſtitibus, poſtea mortuus
eſt puer ætatis octo annoru vel circa ſuperſtitibus ma-
tre & ſorore non agnita patris hæreditate, cum & tuto
re careret duobus annis vel circa poſt mortē patris.
Quæritur ad quem pertineat hæreditas dicti Nicolai;
& ſimiliter ad quem pertineat hæreditas dicti pueri cū
mater poſt mortem pueri mortuo marito ſuo ſecun-
do nupſerit.

¶ Circa primum videretur prima fronte dicēdum,
hæreditatem dicti quondam Nico totam ad dictā eius
filiam legitimam pertinere, quia non pro numero fi-
liorum mortis parentis tēpore ſcinditur hæreditas,
ſed pro numero adeuntium, vt C. ad orſic. l. 2. Hic autē
dictus puer non ſe immiſcuit bonis patris cum aucto-
ritate tutoris, cum non habuerit tutorem, ſine quo hæ
reditatem adire ſeu ſe bonis immiſcere iure non po-
tuit, vt ff. de acq. hære. l. more. & l. pupillus ſi ſari poſſit.
& C. de iure deli. l. potuit, non adita vero etiā patris hæ-
reditas non tranſmittitur ad ſucceſſorem morientis,
niſi foret de liberis moriens, & liberos ſeu hæredes re-
linqueret, vt C. de cadue. tol. §. in nouiſſimo. & l. vnica.
de his qui ante aper ta. pertinebit igitur ex iure accre-
ſcendi ad filiam ſuperſtitem, ſi eam agnoſcat, perinde
ac ſi iure ipſo filio pupillo nunquàm fuiſſet delata, vt
ff. de ſuis & legiti. l. ſi ex pluribus & eſt expreſſum. C. de
iure deli. l. ſi infanti. § 1. & §. fi. & ibi not. in gl. & d l. non
pro numero. C. ad orfi. & de cura. furi. l. fi. § ſin autē per
petuus. vbi etiam ita not. ꝙ cōem ſnīam gloſarū tanq̄
veriſſimā obſeruauerat mediolanenſe collegium. Quo

1 niam in cōis doctorum opi. firmiter tenet † ꝙ immo fi-
lius ſuus hæres patri, in cuius tēpe mortis fuit poteſtate,
illico fiat hæres ſuus patri & ipſam hæreditatem etiam
ignorans filius delatā moriens trāſmittat ad quoſlibet
ſuos ſucceſſores extraneos per l. 3. C. de iure deli. & de
ſuis & legi. l. apud hoſtes, vbi plene per Cy. & p alias cu
mulatas leges & efficaces rōnes, quas poſuit Bar. in pal
le. l. ſi infanti. & ita obſeruat collegiū aduocatorum ci-
uitatis Peruſij. & cōiter ex facto ſeruatur. Fingamus ip
ſum pupillum partem ſuā trāſmiſiſſe in ſuos hæredes,
quicunque ſint, quaſi ſuū patris hæredem, cùm in ptāte
patris factus fuerit per ipſam legitimationem & anti-
quis natalibus reſtitutionem, vt in Auth. qui. mo. nata.
eſſi ſui. in rubri. & in §. generaliter. nec quem moueat,
ꝙ legitimatio non tenuerit, quia non appareat impu-
berem legitimationi conſenſiſſe, quoniā in infantibus
non exigitur conſenſus, vt C. de emācipa. li. l. iubemus.
in fi. & ibi no. ſingulariter per Barto. erat autem dictus
puer infas tempore legitimationis, vt ex ſupra notatis
colligitur. videndum itaque eſt, qui vocentur ad hære-
ditatem dicti pueri maioris infante mortui. Et quidē
mater ipſa non videtur ad filij hæreditatem vocata, cū
ex illicito damnatoque coitu, & qui poteſt accuſari,
cum dictus quondam Nico. coniugatus foret, eum ſu-
ſcepit, vt not. in Inſtitut. de ſe. con. orfi. §. nouiſſime. &
de ſucceſ. cogn. §. vulgo quæſitos. & C. ad orfi. l. ſi qua il
luſtris. Nec dicat quis per beneficium legitimationis ad
impedimentum ſublatum, vt quemadmodum ipſe
puer potuiſſet ſuccedere parentibus, cognatis, & agna-
tis parentum, ita & ipſi parentes agnati & cognati poſ
ſint eis ſuccedere ex natura maxime correlatiuorum,
vt C. de legi hære. l. ſi ab eo. & quod ibi per Barto. Bald.
& Ang. & de indi. vi. tol. l. final. in princ. & de ſcu. ex lu.
dati. non ce. l. vnica. libr. 11. quia illud intelligēdum eſt
de his perſonis, quæ non peccati ſunt participes qualis
eſt in re propoſita ipſa mulier, quæ vere rectiſſime de-
pellenda eſt. ar. C. de inceſt. nup. l. ſi quis inceſti. §. penu.
ne honorem & commodum conſequatur, vnde de-
buit pœnam & odium promereri. Et profecto hæc ſan
cta & honeſta videtur interpretatio, quoniam palam
eſt, non eam principis intētionem, vt mulieri, quæ pec-
cauit, & cuius in ea legitimatione non exquiritur con
ſenſus nec præſentia, quæque nihil principi ſupplica-
uit, per ſe vel per alium voluerit princeps aliquod bene
ficium vel indulgentiam impartiri. argu. ad prædicta
omnia. ff. de negoc. geſt. l. ſiue hæreditaria. & quod ibi
not. vt C. de nupt. l. imperialis & ad Tertu. l. ſi qua mu-
lier. Quin etiam hoc videtur expreſſum decidi. in Au-
then. quib. mod. na. effi. ſui. §. illud. & §. ſit igitur. ibi, ma

2 trem, in priori ſtatu relinquenti &c. vbi † mulier in prio-
ri fœmare id eſt ſtatu cauſa & conditione relinquitur,
licèt filij principis beneficij ius conſequàtur. Quod er-
go magiſtraliter traditum eſt etiam patris agnatis legi
timatos per reſcriptum principis poſſe ſuccedere, ip-
ſiſque legitimatis etiam patris agnatis poſſe ſuccede-
re. vt notatur per Bartol. in l communium. C. de natu.
lib. de his intelligendum eſt, qui non ſunt indigni co-
rum delictis per ſuperius allegata. Nec tamē quiſpiam
incongruens eſſe putauerit, ipſos quidem legitimatos
qui nihil deliquerunt ipſi matri poſſe ſuccedere princi
pis beneficio, non autem matrem eis, cum legibus ſue-
rint odioſæ, & ſic ius correlatiuorum ceſſare, quoniā
& hoc alias contingit, vt mater, quæ filio impuberi pa-
tre mortuo ſtatuto tempore tutorem petierit, velut in-
digna ab impuberis filij mortui ſucceſſione protinus
excludatur, vt ff. ad Tertul l. 2. § fina. Et tamen nemo,
qui ſapiat recte negauerit, filium ſuum matri ſuæ, cùm

3 ſit innocens, poſſe ſuccedere. † Simile porro fiebat & in
muliere, quæ inter annum luctus nupſerit, & hodie etiā
in ea, quæ legitima liberorum tutela relicta ad ſecun-
das migrauerit nuptias, non ordinato tempore filio
impuberi & non reddita ratione. nam & ipſa vltra ter
tium gradum ab inteſtato ſucceſſionem velut infamis,
& indigna nō vendicat, nemo tamen agnatis vltra ter-
tium gradum, cum nihil ipſi peccauerit, ipſius mulie-
ris ſucceſſionem iure negauit. vt C. de ſecun nup. l. 1. in
fi. Et per hoc apparet reſponſum ad l. 12. tab. ibi, cum &
aliam &c & l. ſi ab eo. quia ibi ex neutra parte vitium
intercedebat. Ad qd optime facit ff. de le. 1. l. fi. & de ri-
tu. nup. l. præfectus. vbi mulier poteſt capere, quia inno-
cens ſucceſſionem a viro, non vir, quia nocens eſt, ab
ea. Rurſum ſi quis putauerit per legitimationem eam
quoque factam matrem legitimam filio ſuo, Ex alio
capite videbitur mater excludi a filij ſui mortui impu-
beris ſucceſſione tanquam indigna, cùm neq; tutelam
filij legitime ſumpſerit, nec eidem tutelæ renunciaue-
rit, vt ſic fiat locus tutelæ legitimæ vel datiuæ, propter
quod pupillus tutore caruit. ar. in l. matres. C. ad Tertu.
& quod ibi no per Bar. & Bal & ff ad ter. l. 2. §. ſi mater.
& in Inſti. eo. ti. §. fi. Sola igitur ſoror ſuperſtes ad ſucceſ
ſionem fratris ſibi vtrinq; coniūcti ab inteſtato admit-
tenda eſt, neq; poteſt imputari, ꝙ nec ipſa tutorem pe-
tierit; quia minor erat 25. annis tēpore mortis fratris,
immo hodie cēt minor eſt, vnde excuſatr. vt C. ſi aduer.
deli. l. 2. & no. in eadem l. matres. C. ad tert. ſi quis plane
putauerit matrem, nec ex hoc, nec ex ſuperiori capite
a filij ſucceſſione ſubmouēdam, quod tn̄ nulla rone re-
cipiendū eſt, Sciat eā vna cū ſorore vtrinq; coniunctā
pariter in ſucceſſione vocatā. Filius ergo patris hæredi
tatem pro dimidia dumtaxat, ad quam cū ſorore pa-
riter & æquis portionibus fuerat vocatus, tranſmiſit, li-
cèt ſe rite non miſcuerit, ad matrem & ſororē ex vtro
que parente & legitimā factā reſtitutione natalium cū
in patris poteſtatē ambo peruenerint, vt in Auth. qui.
mo. na. effi. ſui. §. illud. & §. ſic igitur. & §. generaliter. &
iō pariter cū matre ſuccedat. vt C. ad tertu. auth. defun
cto. Habebit ergo filia Nico. dimidiam partem hæredi
tatis dicti quondam Nico. ex parte ſua, vt C. de ſuis &
legit. authen. in ſucceſſione. & in Auth. de hære. ab in-
teſta. §. 1. Reliquæ vero dimidiæ, quæ ad fratrem ſuum
eundemque filium Nic. pertinuit ex perſona dicti fra-
tris ſui, cui pro medietate ſuccedit, habebit dimidiam.
& ſic habebit tres partes hæreditatis quondam Nico.
Quarta vero portio ſcilicet dimidia dimidiæ, quæ ad
filium delata fuerat, matri impuberis defertur, quæ vo
catur ad ſucceſſionem impuberis cum ſorore vtrinq;
coniuncta, cum tamen proponatur, ꝙ ipſa mater ſecū
do nupſerit illius quartæ partis hæreditatis quōdam Ni.
proprietas ad filiā Nic. deuoluitur ſolo vſufructu dictæ
quartæ

quartæ partis apud ipſam mulierem remanente, vt C. de ſecun. nup. l. ex teſtamēto. Et fortaſsis ita demū ipſo vſufructu potietur ſi ſatiſdederit de vtendo & fruēdo arbitrio boni viri, & de reſtituendo finito vſufructu, cùm nulla lege releuetur ab hac ſatiſdatione, ut ff. de vſuſ. quem ad. ca. l. 1. in prin. & C. de ſecun. nup. l. hac edictali. §. is illud. quæ omnia procedunt, ſi mater ad ipſius impuberis filii ſui mortui ſucceſſionem uocetur. quod profectò durum uidetur & iniquum, & tamen humanius quàm iuſtius & æquius tota Nicolai hæreditas ad filiam legitimam & naturalē, & quæ ipſa innocens eſt, cum ſola ſuperſit ex liberis Nico. debeat pertinere.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris utriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Remiſſio facta per filiam teſtatoris de omnibus legatis ſibi per patrem factis an ſit valida non inſpectis neq; cognitis uerbis teſtamenti, & an & quando filius acceptando legatum ſibi præiudicet in ſupplemēto legitimæ, & an contra filium currat præſcriptio, & an ei competat hypotheca in bonis patris pro legitima vel eius ſupplemento.

SVMMARIVM.

1 *De relictis in vltima voluntate non licet paciſci non inſpectis, neque cognitis verbis teſtamenti.*

2 *Agnitio voluntatis defuncti & acceptatio legati vel alias relicti dicitur querelam inofficioſi teſtamenti tollere, & an etiam tollat petitionem ſupplementi & repletionem legitimæ.*

3 *Præſcriptio, per legiſlatorem dicitur improba allegatio & iniqua defenſio.*

CONSILIVM LXXXIII.

BONACVRSVS Condidit teſtamentū de anno 1390. & inſtituit ſuos vniuerſales hæredes Petrū & Ioannem eius filios legitimos & naturales, & reliquit Dominicæ eius filiæ legitimæ & naturali iure inſtitutionis alimenta ſibi neceſſaria pro toto tempore vitæ ſuæ, & in domo teſtatoris, & 20. lib. Marchien. omni anno pro veſtimentis, & in caſu quo ipſa nō vellet idest non poſſet habitare cum hæredibus dicti teſtatoris, iuſſit dictus teſtator, quod infraſcripti hæredes ſui teneātur & debeant expēdere ſexcētas lib. Marchien. in terris & in vineis, & illas conſignare dictæ Dominicæ pro toto tempore vitæ ſuæ, quæ quo ad vtile dominium, ita quod dictæ terræ & vineæ liberæ redeant ad dictos ſuos hæredes dicti teſtatoris poſt mortem dictæ Dominicæ, dicta Dominica fecit remiſſionem de dictis legatis omnibus in abſentia & ſine auctoritate iudicis. 1394. dictis hæredibus. dicta dña de dicto 1494. de conſenſu & voluntate dicti hæredis eius fratris nupſit ſe viro vni Titio, & dedit dictus hæres & conſignauit Titio pro dote & dotis nomine dictæ Dominicæ eius uxoris lib. ſexcentas Marchien. cum ſolennitatibus conſuetis in dictis inſtrumentis dotis. Hoc caſu ſtante quæritur, ſi dicta Dominica poſſit petere dicta legata non obſtante remiſſione facta & receptione dotis lib. ſexcentarum, quas ipſe Titius recepit nomine Dominicæ eius vxoris. Secundum dubiū, an petere poſſit dicta Dominica legitimam a dictis hæredibus præſcriptione aliqua non obſtante, &c.

1 ¶ † Ad id de quo primo loco quæritur, puto, remiſſionem quidē de dictis legatis factā dictis hæredibus nullam protinus fuiſſe, tum quia de relictis in vltima volūtate neque tranſigi, neque paciſci licet non inſpectis, nec cognitis verbis teſtamēti, ut ff. de tranſa. l. de ijs. & quemad. teſt. aper. l. j. Non proponitur autem per dictā Dominicā fuiſſe inſpecta vel cognita verba teſtamenti. Tum quia de relictis alimentorum non vez facta trāſactio ſeu pactio gratuita ſine prętore cauſa cognita ſuū decretum interponente, ut ff. de tranſact. l. cum ij. §. j. verum cum teſtator diſpoſuerit, vt ſi nolet habitare cū hæredibus, emeretur ei poſſeſſio terrarum, & vinearū pro ſexcentis lib. extiteritq; conditio per matrimoniū, quia noluit habitare cum fratribus & hæredibus teſtatoris, cùm oportet eam habitare cū viro, vt ff. de oper. lib. l. ſicut. & C. de repu. l. cōſenſu. & ff. de iure dotium. l. j. & acceperit lib. ſexcentas per maritum, cui ſuo nomine dotis cauſa datæ ſunt, ut C. de rei vxo. l. j. §. accedit. & qui po. in pig. ha. l. fi. nō videtur poſſe quicquam petere non vi remiſſionis, ſed ibi factæ ſolutionis quantitatis relictæ, in quam transfuſum eſt legatum alimentorum & veſtiarij, ut ff de penu. leg l. 1. & ad l. ſal. l. j. §. item ſi ita cum concordantibus aut ſi diceret debuiſſe ſibi emi terras & vineas, quāquam vtilius ſit ei quod factum eſt, cùm dotis quantitas non ſit reſtitutioni ſubiecta, cui ſubiecta foret empta poſſeſſio reddere cogenda eſt lib. ſexcentas, quas fratres ſororis voluntate marito dediſſent dotis nomine. arg de tranſac. l. & poſt rē. §. fi. & l. cum hi. §. ſiquis de alimentis. in fi. & de condi. indebiti. l. eleganter. §. 1. ad fi. ſummatim itaque cōcludendum circa primū relinquitur, dicta legata effectu peti non poſſe, cum quod ſibi legatum eſt, acceperit, fortaſſis enim quantitas ſexcentarum lib. in legato ſeu obligatione erat terræ vel vineæ in præſtatione ſeu ſolutione. ar. ff. de ſolu. l. ſiquis ſtipulatus 10. in melle. & de penu. lega. l. j. cum concordantiis. & hæc de primo.

¶ In ſecundo videretur non poſſe peti legitimam, tū quia fecerit quietationem, tum quia patris volūtatem agnouit dictas ſexcentas libras, quas ei nolenti cū fratribus habitare pro alimētis & veſtiario legauerat, ſpōte acceptando. arg. de inoffi. teſt. l. pap. §. ſi conditione. & C. eod. tit. l. parentibus. Tum quia petitio ſupplementi legitimæ fuerit quinquēnio poſt aditam hæreditatē, eo quod in locum querelæ ſucceſſerit, quæ quinquennio finiebatur, ut C. de inoſ. teſt. l. ſi quis filium. uerius tamen ſecundum Bar. vel ſecūdum alios omnes ſaltem annis 30. quo ſpacio tolluntur omnes perſonales actiones, ut C. de conſti. pecu. l. 2. & de præſcr. 30. vel 40. an. ſicut trāſierunt autem anni 32. & ſic ex lege cōdictio. quia petit quod minus legitima quantitate relictū eſt, vt C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. & ibi no. & in Auth. ut cum de ap. cogno. § cæterum. Cæterum his non obſtātibus uerior videtur diuerſa ſententia, poſſe. ſ. peti per dictam Dominicam ſupplementum legitimæ portionis per l. omnimodo in prin. de inoffi. teſta. & in præal
2 leg. §. cęterum. licèt enim † agnitio uoluntatis defuncti & acceptatio legati uel alias relicti tollat querelam inofficioſi teſtamenti, ut in legibus in contrarium allegatis, petitionem tamē ſupplementi & repletionis legitimæ nequaquam tollit, niſi ſpecialiter & nominatim de ipſa repletione legitimæ & ſupplemento non petendo pactio cum hæredibus patris facta ſit, ut eſt expreſſum. C. de. inoſ. teſti. l. ſi bene. §. & generaliter. quod hic minime factum proponitur. Sed nec quinquennalis pręſcriptio ex ſententia Bart. admittitur per doctores modernos: quoniam non tam loco querelæ ſucceſſerit, quàm correctio iuris querelæ ſeu remotio aliud ſalubrius tam parentibus quàm liberis eorum teſtamentis remedium comparatum eſt, tricenalis porro præſcriptio nec hæredibus ſuffragabitur, qui ſcientes quantitatem patrimonij patris ac per hoc intelligentes non eſſe relictam legitimam integram ſorori, ſicque ſe debere ſorori, quod legitimæ deerat portioni propter malam fidem præſcribere nequiuerunt, præſcriptionem namque tricennalem impedit ſcientia & mala fides præſcribere volentis, vt de præſcrip. l. quoniam omne. vbi per dños canoniſtas & per gl. in Auth. vt eccle. Ro. circa medium, in gloſſ. quæ incipit. ſed hodie, & in gl. parua quæ dicit. l. actione perſonali. & Io. An. in c ſi de excep. li. 6. in nouella. & Barto. C. de ſerui. & aqua. l. 1. & Ang. ff. de excep l. ſequitur. §. ſi viā. licèt Bar. ibi dubitauerit

uerit. Illud poſtremo haud inſubtiliter adnotandum
eſt, quod etſi perſonali actioni tricenali foret præſcriptio-
ne detractum, ſupereſſet tamen hypothecaria, quæ
ſola annorum 40. circulis vacuatur, vt C. de lui. pi. l. in-
telligere. & de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. cũ notiſſimi.
in prin. Pro legatis namq; factis ipſi Dominicæ teſta
mento patris competere hypothecariam in omni-
bus bonis patris palam eſt. vt C. cõmu. de le. 1. l. & con
ſequenter. pro ſupplemento ſeu repletione legitimæ
quod eſt augmentum legati tacita patris voluntate le
gis auctoritate præſumpta, ſiue enim adijciat teſtator,
vt quod deeſt, boni viri arbitrio repleatur, quod & ve-
teri iure prudẽtes teſtatores faciebant robori teſtamẽ
ti prouidens, vt ff. de inoffi. teſt. l. ſi non mortis cauſa. in
princip. Siue teſtator non adijciat, iure tamen nouo
ipſo iure ineſt ipſa repletio, quaſi & hoc voluiſſe teſtã-
tem, & minus ſcriptum, & plus nuncupatum. optima
interpretatione ſancitum ſit fauore liberorum & pa-
rentum ac ipſorũ teſtatorum, ne alioquin minus cau-
tum foret liberis & parentibus, quàm extraneis, &
hæc manifeſtę colliguntur ex l. omnimodo. C. de in-
officī teſta. & l. ſancimus. in princi. Sicut & optimo iu
re ſubintelligitur a iure non expreſſa conditio, ex ve-
riſimili tamen mente teſtatoris, vt ff. de condit. & de-
monſtra. l. cum auus. & C. de inſtit. & ſubſtit. ſub con-
1 dit. fa. l. generaliter. §. 1. & de fideicommiſ. l. cum accu-
tiſſimi. & hoc colore iure nouo teſtamenta iuuantur,
quaſi ea clauſula, repletionis arbitio boni viri facien-
dæ, teſtamento comprehenſa ſit, ne teſtamenta rum-
pantur, ſicut & in l. 3. C. eodem ti. de inoffi. teſta. & hoc
ſatis inſinuat l. quoniam in prioribus. eod. tit. in fi. vbi
ſi quid expreſſum eſt in teſtamento, quod legitimam
diminueret, per quod locus fieret querelæ, iure veteri
detrahitur quod additum eſt ad diminuendam legi-
timam, & perinde haberi iubetur, ac ſi in teſtamen-
to neque dictum neque ſcriptum foret, & ita cauſam
procedere quaſi nihil eorum in teſtamento additum
eſſet. ſic igitur per regulam contrariorum, & ſi quid
minus dictum eſt, quàm dici oportuerat, per quod lo-
cus ſecundum leges veteres fieret querelæ, dicendum
2 eſt habendum eſſe, ac ſi id teſtamento cõprehenſum
eſſet, & ſic pro eo etiam competat hypotheca in bo-
nis teſtatoris, hæc quippe interpretatio ſancta & æqua
eſt per quam liberis & parentibus prouidetur, ne alio-
quin ſint deterioris conditionis, quàm extranei lega-
tarij, & nihilominus hæredibus non nocetur non
enim per hoc plus debetur, nec plus debetur, ſed his
quibus debetur, cautius prouidetur, & ideo latius in-
terpretandum. arg. C. quæ res pig. ob. pol. l. fin. & quod
ibi not. & ff. de pact. l. ſi tibi decem. §. de pignore. & de
conſti. pec. l. 1. in prin. denique ſupplementum vel ad-
ditum augmentum eis legibus cenſeri, quibus & id ip
ſum cui adiungitur cenſetur, etiam ſi nil de augmen-
to dictum eſt, palam eſt, vt ff. de pac. do. l. inter ſocerũ.
§ cum inter. & C. de don. ante nup. l. ſi conſtante. §. iu-
ca. & ff. de pig. ac. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. & quod ibi
3 per Guil. & Bart. Poſtremo † in hanc me ſententiam
fortiter vocat odioſa præſcriptio, & quæ improba al-
legatio & iniqua defenſio per ipſum legislatorem ap-
pellatur. in Authen. vt eccle. Roma. circa medium, &
ipſe etiam Ange. contra eam facile dicit iudicandum
in l. prima. C. de præſcrip. 30. vel 40. an. & arg. ff. de lib.
& poſthum. l. cum quidam. & de reg. iur. c. odia. lib. 6
Quibus ex omnibus concludendum relinquitur, quod le-
gitima dicta per quondam, Dominicam peti poſſit
præſcriptione non obſtante, &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

A R G V M E N T V M.

¶ Hæreditas non adita an tranſmittatur per Infan
tem. & an beneficium reſtitutionis in integrum aduer
ſus hæreditatem non aditam tranſmittatur, & an ſta-
tutum, quòd frater excludat ſororem, debeat inter-
pretari de vtriuſque coniuncto.

S V M M A R I V M

1 *Hæreditas non adita an tranſmittatur.*
2 *Ius in integrum reſtit. an tranſeat ad hæredem minoris.*
3 *Ius commune quo- in ſta- uti interpretatione operetur.*

C O N S I L I V M LXXXIIII.

IN propoſita quæſtione videtur compen-
dioſe dicendum potiorem eſſe cauſam
ſororum defunctæ, quàm fratris conſan-
guinei tantũ ſuperſtitis, primum, quia nõ
apparet quod dicta quõdam Eliſabeth auiæ
maternæ adierit hæreditatem, ſolus namq; pater non
potuit ipſius Eliſabeth hæreditatem acquirere, licèt
fuiſſet pupilla per apprehenſionem & adminiſtratio-
nem bonorum auiæ. Sed ipſius quoque pupillæ volun-
tas fuerat neceſſaria, vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. ſi au-
tem in ſecunda ætate. & §. vbi autem pueriliis. a con-
trario ſenſu. & ar. C. de iure delib. l. potuit. Mortua igi-
tur ea non adita hæreditate portio eius, ideſt quæ ſue-
rat ſibi delata ſororibus ſuperſtitibus auiæ hæredita-
1 tem adeuntibus acquirentur, † cũ hęreditas non tranſ
mitatur non adita, vt C. de cad. tollen. §. in nouiſſimo
& non pro numero liberorum. Nec huic ſententiæ re
fragatur, quòd ipſa quondam Eliſabeth beneficio mi-
noris ætatis in integrum reſtitutionis ad adeundã hæ-
reditatem tranſmiſerit ad ſuum quemlibet ſucceſſo-
rem, per l. qui duos. de vulga. & pupil. vbi per Iaco. de
Are. & Bar. quoniam hæc ſententia vtcunque expedi-
ta non eſt. nec l. qui duos. id probat, quia loquitur ſecun
dum veritatem in fratribus, qui diuerſis & ſeparatis
per magna interualla tẽporibus deceſſiſſent, non cũ
in vno & codẽ naufragio illico alter poſt alterum de
ceſſiſſent. is enim caſus principaliter in ea l. proponi-
tur ad pleniorem deciſionem. Alter caſus primo lo-
co deciditur, vt ſæpenumero in legibus obſeruatur.
2 Iaco. namque de Bel. diuerſæ ſententiæ eſt, † vt ius in-
tegrum reſtitutionis non tranſeat ad hæredem mino-
ris, per l. ſi infanti. C. de iure delib. & licèt in abſente
reipublicæ cauſa id receptum ſit, vt ff. de acqui. hære. l.
pantonius. in princ. & l. cum quidam. in princip. In
minore tamen nullibi id inuenitur expreſſum vel cau
tum. quod cum frequentiſſime veriſimiliter occurre-
re debuiſſet, profecto non debuiſſet omitti, nec veriſi-
militer fuiſſet omiſſum. nec ſemper procedit. argum.
ab abſente cauſa reipublicæ ad maiorem, vt colligitur
ex l. auxilium. in prin. ff. de mino. & ex quib. cau. maio.
l. ſi qua militi. in princip. denique hoc auxilium ſingu-
lare non tranſmittitur cũ ſuperſunt liberi ex ea perſo
na, de cuius hæreditate agitur, Præſertim qui ſunt in
pari gradu, & ad quos poſſit iure accreſcendi perti-
nere portio morientis non adita hæreditate, per l.
præalle. non numero. C. ad orfi. & ita ibi recte in his
terminis hoc eſt in beneficio reſtitutionis in integrũ,
vt hoc caſu non tranſmittatur ratione minoris æta-
tis, determinat d. Bald. ſecundo principaliter etſi dicta
quondam Eliſabeth ſuam hæreditatis partem acqui-
ſiſſet, nihilominus quæ in ipſis bonis, quæ ab auia ma-
terna in eam perueniſſent. ſorores prædictæ fratri con
ſanguineo tantum in ſucceſſione præferũtur iure cõ
muni dupliciter eas adiuuante. Primo, quia ipſę ſuper
ſtites ſorores ex vtroque latere, hoc eſt ex vtroque pa
rente defunctæ Eliſabeth iungebantur, Ipſe autem fra
ter ſuperſtes ex patre tãtum ipſi Eliſabeth frater erat,
vt C. de legi. hære. auth. ceſſante. & com. de ſuccеſ. auth.
itaque. ſecundo quia etſi tantum ex parte matris eidẽ
fuiſſent coniunctæ, nihilominus in bonis, quæ ex li-
nea materna ad Eliſabeth ſpectauiſſent, ipſæ ſorores
ex matre iunctæ fratri ex patre tantummodo cõiun-
cto debeant anteferri, vt eſt textus ſpecialis ſecũdùm
fere

fere omnes gloſſ. & doct. C. de legi. hære. l. de emanci-
pa §. exceptis. & no. per gloſſ. in præal. authen. itaque.
C. commu de ſucceſ. & per Cyn. ibidem in diſtinctio-
ne magna, quam ſecundùm Dyn. ibi tranſcripſit, &
nemo legentium contradicit Sola videbatur inſiſtere
dubitatio per legem municipalem Brixiæ ſuperius re-
latam. quæ videtur etiam in ſucceſſione mulieris in
pupillari ætate morientis fratrem conſanguineũ tan-
tum & generaliter & ſine vlla diſtinctione ſororibus
præſerre, ſed aduertendum eſt. quòd ſtatuta recipiũt
interpretationem declaratiuam & reſtrictiuam a iure
cõmuni. vt C. de nox ac l. 2 ff. de mu. & hono. l. vt gra
datim §. ſed ſi lege. & de publi. l. Cæſar. & de iure pa. l.
adigere. §. quamuis. ea lex igitur municipalis, quæ in-
diffinite non autem vniuerſali ſermone locuta eſt, de-
claratiuam interpretationem ſuſcipiat, quando frater
& ſoror ſuperſtites pari iure in defunctæ perſonæ ſuc-
ceſſione ponebãtur, quia vtrique vel ex vtroque la-
tere defunctæ perſonæ, de cuius hæreditate quæritur
vel vtrique ex altero tantum latere iungerentur. ſatis
enim fratri, & ſic maſculo ſiue lineæ maſculinæ ſane
tur lege municipii. quòd qui iure communi par fuerat
factus, anterior præferatur Porro cum iure communi
frater erat poſterior in ſucceſſione ſororibus, non eſt
interpretandum voluiſſe conſtitutionem. vt quæ prio
res fuerant, poſtponantur. Et hanc interpretationem
triplex doctrina magiſtralis & iuris regula & veriſimi-
lis ratio & mens ipſius conſtitutionis inducere vide-
tur. Prima, quoniam ea conſtitutio accuſatrix naturæ;
cur non omnes maſculos generauit. tanquam contra
rationem ius diuinum & gentium ac ciuile commu-
ne fœminas a maſculis nimia ſubtilitate diſtinguens.
ſtrictim quantum fieri poteſt, interpretanda. & arg. ff.
de legi. l. quod vero contra. & l. quod nõ ratione. & de
reg. iur. l. quod contra. in prin. & de lib. & poſth. l. cum
quidam. & extra de reg. iur. c. odia. lib. 6. & C. de lib. præ
teri. & exhæ l fi. & de legi. hære. l. lege 12. ta. & quod in
eis no. per Bal. ſecũda, quia ſtatuta ſpecialia ita debet
interpretari, vt quantominus fieri poſſit, ius commu-
ne corrigant, dummamen aliquid operentur, etiam ſi
aliqualiter impropria verborũ ſignificatio capiatur,
vt de conſu c. cum dilectus, ſatis nempe eſt, vt qui par
fuerat, efficiatur anterior, non qui fuerat poſterior,
prioribus præferatur. iuris namque correctio poſte te
nus euitanda eſt. ſicut in toto, ſic & in parte. argu. to-
tius ad partem, ff. de vſfr. l. qui ſcit. in pri. & de ele. c. cũ
expediat. in 6. & in authẽ. qui. mo. na. effi. ſui. §. tribus.
Tertia, quia lex noua etiam communis, quæ latiorem
recipit interpretationem q̃ municipalis, ſi gñaliter lo
quat. potius diſtinguenda eſt per veterem diſtinctio-
nem, quàm putandum quòd lex vetus diſtinguens per
nouam indiſtincte loquentem protinus abrogetur,
vt colligitur ex l. ſciendum, in prin. ff. qui ſatiſda. cog.
& auth. offeratur. C de lit. conte. & quod no. in eis &
per Ang in d. l. ſciendum, optime ad propoſitum. Re-
cipiat itaq; lex nouiſſima reipublicæ Brixien. a lege ve
teri duplicem diſtinctionem, vel ſi non vtranque ſal-
tem alteram, hoc eſt, niſi frater ſit ex altero parente tã
tum, ſorores vero vtrinque ex præalleg. auth. itaque,
vel ſaltem niſi in bonis maternis, in quibus etiam V ter
rina ſoror fratri conſanguineo iure præfertur præalle.
l. de emancipatis. in fi. multomagis vtrinque coniun-
cta hanc quoque interpretationem veriſimilis mens
& ratio conſtitutionis admittit, quæ bona familiæ in
familia ideſt agnationem cõſeruat. Hæc autem bona,
de quibus agitur nec a patre nec familia patris, ſed a
matre ſeu linea materna deſcendunt, quæ ſi remotis
ſororibus in fratrem defunctæ conſanguineum tranſ-
ferantur, & pietas auita in neptes & votum natura-
le ipſius auiæ in liberos oſtenditur & fruſtratur. & ſi res
præſertim apud arbitros, vt aliquando fieri aſſolet in-
ter propinquos ex legibus municipalibus agereiur, nõ
vererer ex omnibus ſuperioribus, quæ & veteris &
communis ac ſtricti etiam iuris ac æquitatis rationi-
bus fulciuntur ſpreta nimia ſubtilitate nouæ legis pro
ſororibus potius iudicare.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMEMTVM

¶ Subſtitutio facta q́ hæreditas deueniat in deſcen-
dentes maſculos an comprehendat maſculos deſcen
dentes ex fœminis, ita vt ſit locus ſubſtitutioni, an ve-
ro ſolum intelligatur de maſculis deſcendentibus ex
linea maſculina.

SVMMARIVM.

1 *Maſorum deſcendentium appellatione qui contineantur.*
2 *Quæſtio voluntatis non admittatur ex diſpoſitione teſtatoris vbi in eius verbis nulla datur ambiguitas.*
3 *Benignitas & fauor eſt in cauſis dubijs & ambiguis admittenda.*

CONSILIVM LXXXV.

EX facto Proponitur. q́ nobilis & honeſta
domina Agnes teſtamento ſolemni poſt
certa legata facta ſibi hæredes inſtituit in
omnibus ſuis bonis vniuerſales Egregiũ
virum dominũ Bartholomeum legum
doctorem de Capitibus vacæ fratrem ſuum, & eius
domini Bartholomei filios deſcendentes maſculos
tantum de legitimo matrimonio. Ita quòd ipſa hære
ditas deueniat poſt mortem ipſorum omnium hære-
redum ſolum in eorum deſcendentes maſculos de le
gitimo matrimonio. Quibus non extantibus dicta hę
reditas debeat vendi per commiſſarios ſuos infraſcri-
ptos, & precium habitum de ipſa hæreditate detur &
diſtribuatur pauperibus Chriſti per cõmiſſarios ſuos
infraſcriptos pro anima ipſius teſtatricis & defuncto-
rum ſuorum oibus animabus Mortua dicta teſtatrice
& adita hæreditate per inſtitutos mortuus eſt primo
loco d. dominus Bartholomeus relicto ſuperſtite do-
mino Rambaldo filio ſuo ex legitimo matrimonio
& hærede, qui fuit legum doctor & miles, & vnica fi-
lia, quę poſt maritata deceſſit filijs, deinde deceſſit do
minus Rambaldus relicto poſt ſe vnico filio pupillo
poſt ſe, qui & in pupillari ætate deceſſit, & quatuor fi-
liabus, ex quarum nonnullis ſunt nepotes. Quæritur
an factus ſit locus ſubſtitutioni pauperum, vbi videtur
non eſſe factum locum ſubſtitutioni, quia nec extitit
conditio dictæ ſubſtitutionis, quæ eſt deficiẽtibus ma-
ſculis deſcendentibus ab eis. ſ. dominis Bartholomeo
& Rambaldo de legitimo matrimonio. his nãq; ver-
bis ex propria ſignificatione continentur etiam filij fi
liarum dicti quõdam domini Rambaldi. nam & ma-
ſculi ſunt & ab ipſis dominis Bartholomeo & Ram-
baldo maxime deſcendẽtes & ex legitimo matrimo-
nio. & q́ dicantur & vere ſunt a domino Rambaldo
maſculi deſcendentes manifeſte probatur in Authẽ.
de hære. ab inte. §. 1. & 2. ibi. ſi quis igitur deſcendentiũ
fuerit ei, qui inteſtatus moritur cuiuslibet naturæ &
gradus & ſiue ex maſculorum genere ſiue ex fœmi-
narum deſcendens, & paulo infra, ſit tamẽ vt ſi quem
horum deſcendentium &c. & in ver. nulla ibi ſiue ma
ſculi ſiue fœminæ ſint. & ſiue ex maſculorum ſiue ex
fœminarum prole deſcendant. Maſculi igitur & de-
1 ſcendentes † recte dicuntur etiam qui ex fœminis de-
ſcendunt, nec ſimplici appellatione maſculorum de-
ſcendentium ſoli deſcendentes ex maſculis continen
tur, vnde non ſatis fuit legislatori dicere ſiue maſculi
ſiue fœminæ ſunt, ſed adiecit & ſiue ex maſculorum
ſiue ex fœminarũ prole deſcendat. quod fuiſſet ſuper
uacuo adiectũ, ſi maſcu. i deſcendẽtes hi tm̃ intellige
rent, qui deſcendũt ex maſculis. Cũ itaq; ſuperſint ma
ſculi deſcendẽtes ex dicto dño Rãbaldo. licèt ex filia-

bus, & alij rurſum naſci poſſunt maſculi deſcendentes
ab ipſis dominis hæredibus inſtitutis, conſequens eſt,
non extitiſſe conditionem vltimi capitis ſubſtitutio-
nis, hoc eſt pauperum, quæ habet deficientibus maſcu
lis deſcendētibus & hæredibus inſtitutis. quinimo etſi
nulli ſupereſſent maſculi deſcendentes ab eis, quia ad
huc in futurum ſupereſſe poſſunt & naſci maſculi de-
ſcendentes ab eis. i. ab hæredibus inſtitutis de legitimo
matrimonio, non diceretur tamen extare dicta con-
ditio. arg. ff. de verb. ob. l. veluti. §. 1. & l. quicquid aſtrin-
gendæ. §. 1. & l. ita ſtipulatus. in prin. Nō eſt itaq; factus
locus ſubſtitutioni de pauperibus factæ, non impleta
conditione ipſius ſubſtitutionis, vt in vulgatiſſimis iu
ribus verborū poteſtate & propria ſignificatione pro-
ſpecta. Non eſt autem a verbis & earum propria ſigni-
ficatione vllatenus abeundum, niſi cùm manifeſtum
eſt teſtatorem aliud ſenſiſſe, vt ff. de le. 3. l. non aliter.
a & alibi dicit iuriſconſultus † ꝙ cū in verbis nulla am-
biguitas eſt, non debet admitti voluntatis quæſtio, vt
eo. tit. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. Non ap-
paret autem in oppoſitum contraria teſtatricis volū
tas manifeſta. nam nec alijs codicillis aut vltimarum
diſpoſitionum ſcripturis contraria teſtatricis volūtas,
oſtenditur vnum porro contrariæ voluntatis indiciū,
ſeu coniectura poteſt ex ipſius teſtatricis ordinatione
proferri, quia ſcilicet filias fratris aut filij fratris ad ſuā
hæreditatem non vocauerit. veriſimile ſit nec ex eis
videlicet filiabus deſcendentes admittere voluiſſe.
Nam cum mulier eſt ſucceſſione ſubmota, intelligun
tur & qui ab ea procreantur, ab eadem quoq; ſucceſ-
ſione ſubmoti, quaſi ex inutili germine deſcendentes
ac medio ſeu legitima conſequentia non interuenien
nientibus, vt C. de quæſtioni l. diuo Marcho. & de na-
turali. lib. l. fi. de ſer. ruſti. prædi. l. tria prædia. & in libro
feudorum de his qui. feu. da. poſ. §. hoc autem notan-
dum. & per Bar. ff. de verb. ſig. l. liberorum. in ver. quæ-
ro pone quòd aliquis & in diſtinctione per eum ibi-
dem relata. & per Bald. C. de lib præt. l. fina. circa fi. t.
colum. atqui profecto hoc arg. perexile eſt Nam ſupe
rius in oppoſitum allegata loquuntur in ſucceſſioni-
bus, quæ ab inteſtato deferuntur legibus. Cæterum in
his, quæ ex teſtamentis deferuntur, ſæpenumero acci-
dit, vt teſtantes vlteriores in gradu anterioribus in gra
du anteponant, & plerunque ex facto ſeruatum vi-
di, vt filiarum ſuarum filios & ſororum ſuarum aut
etiam fratrum filios ſibi hæredes inſtituant poſt habi-
tis inſtitutorum parentibus. facile eſt itaque quòd do-
mina Agnes prudens teſtatrix fœminas quidem ad
ſua bona non vocauit propter ſexus muliebris imbe-
cillitatem, & genus reſpectu marium inhonoratum
ac maritorum plerunque poteſtati atq; voluntati for-
taſſe non æque etiam in rerum ſuarum adminiſtratio
ne ſuppoſitas. vt C. de pac. dota. l. hac lege præſertim
ſecundum ſtatuta Patauij. quę omnē fructū bonorum
quorumlibet ad vxores ſpectantium maritorum po-
teſtati ſuppoſuit, viros autem ſeu maſculos quāquam
ex eis deſcendentes velut honorabiliores ſucceſſores
ſibi futuros, & nomen ſuum glorioſius commemora
turos cenſuit admittendos, qui etiam in ſucceſſioni-
bus, quæ legibus deferuntur etiam in deſcendentes
ex fœminis maſculos fœminis ſemotis. quanquam
pari gradu admittit, vt eſt exemplum in feudis quæ
ita conceſſa ſunt vt ad mares & fęminas tranſeant
ſeu pertineant. nam ſi mas & fœmina ſuperfuerint,
ſolus mas ſubmota muliere recipitur, vt in ti. Epiſco-
pum vel Abbat. §. quin etiam. Et poſito quòd ad fœ-
minas tranſierit, ſi tamen vna earum moriens filiū
reliquerit, altera verò moriens reliquerit filiam, ſo-
lus filius ad totū feudum admittitur, vt de capitaneo
qui curiam vendidit. c. ſimiliter. & idem ſi vaſallus re-
liquiſſet vnicam filiam & acquiſito feudo moriens
duos filios relinqueret. ſuperſtites, quorum alter poſt
moriens filiam relinqueret, aliter vero filium, ſolus fi-
lius admittitur vt in titu. de eo qui ſibi & hæred. ſui. c.
vnico. Amplius etſi ex eo, qui fuerit inueſtitus de feu
do. ſimiliter duo filij ſuccedentes fuerint pariter inue
ſti, deinde alter eorum deceſſit filia relicta, alter defun
cti frater ſuperſtes etiam in parte defuncti ſuccedit,
filia defuncti ſemota, vt in c. de duo. fra. à capit. inueſt.
a cōtrario ſenſu illorū verborum de nouo beneficio,
quaſi contra ſi eſſet veteri, arg. ff. de offi. eius cui māda.
eſt iur. l. 1. §. 1. ſic ergo etiam leges & mores nonnunꝗ
inter deſcendentes de fœminis differentiam faciunt
inter maſculos & feminas, vt maſculos ad ſucceſſio-
nem admittant. & fœminas, aut pari gradu, aut etiam
anteriore concurrentes in acquiſitione depellant. eſt
namque honorabilior maſculo nunquam fœminarū
ſucceſſio. Potuit igitur ea quoque ratione moueri atq;
affectione teſtatrix. Nam & legitur, Cæſarem Octa-
uianum filium ſororis ſibi inſtituiſſe Octauia Cæſaris
ſorore præterita. Non ſurgit itaque nec eſt differentia
manifeſta dominæ Agnetis de nobili genere teſtatri-
cis voluntas, vt nepotes ex filiabus hæredes ad ſuam
ſucceſſionem admitti voluerit contra verba & eorū
ſignificationem propriā, eo ſolo ꝙ filias ipſas non vo
cauerit. Nam ſi id voluiſſet, facile fuerat teſtatrici ad-
dere ſiue dicere, maſculos deſcendētes ſiue ex maſcu
lis. vt addidit legiſlator in prælleg. Auth. de hære. ab-
inte. §. nulla differentia. Quod cum omiſerit teſtatrix
ſignanter omiſſum eſt credendum eſt, vt C. de cadu.
tol. §. ſin autem ad deficiētis, & ff ſo. ma. l. ſi vero nego
cium. §. de viro. Satiſque ſit, ꝙ vnam differentiam, quā
leges quaſi naturæ accuſatricē damnarūt, vt C. de lib.
prę. l. fi. & de leg. hære l. pe. ſ. inter maſculos & fœmi-
nas teſtatrix admiſerit, abſque eo quòd & aliam ſimi-
liter & legi diſplicentem differentiam in ipſis maſcu
lis, videlicet an ex ipſis maſculis vel ex fœminis deſcen
dant, vt præall. §. nulla, eam teſtatricem voluiſſe, & ſic
malum malo cumulaſſe putemus. Et cùm benignius
etiā ꝗ verba patiantur plerunque quo res vitio careat
interpretemur quodammodo contra verba & eorū
propriam ſignificationem rem interpretamur, quo
magis res vitio abundet contra l. benignius. & l. in am
biguis. ff. de legi. & ſe. com. Rurſum cùm non ſit ma-
nifeſta contraria verbis ſententia teſtatricis, quod exi-
git lex, vt a verbis abeatꝰ, vt d. l. nō aliter. ſed ambiguis
verbis & eorum proprię ſignificationi ſtandum eſt, vt
ff. de vſufruc. le. l. ſi aliū in fi. & quod ibi no. ſecundùm
Rog. & ita etiam notauit gl. in d. l. non aliter. In ambi-
gua namq; voce legis melius eſt verbis edicti deſerui-
re, vt ff. de exer. l. 1. §. ſi is qui nauem. poſtremo conſe-
quens eſt in ambiguis & diuerſis legum interpretatio
nibus titubantes cauſas iuris naturalis moderamine
temperare, vt C. de bo. quæ lib. l. non ſine ratione. & in
omnibus rebus præcipua eſſe debet iuſtitiæ & æquita-
tis, quàm ſtricti iuris ratio, vt C. de iud. l. placuit. In hac
itaque ambiguitate volūtatis teſtatricis naturalis cau-
ſa eſt pro nepotibus, qui iure ſanguinis ad deficientiū
bona vocantur, vt C. vnde vir & vxo. l. vnica. in ver. na
turalis. non autem Chriſti pauperes vocati ſunt vllo iu
re, niſi quatenus ab vltima voluntate certa cōprehen-
3 ſum ſit. Denique † in ambiguis fauorabilior eſt cauſa
liberationis, quàm obligationis. abſolutionis quàm cō
demnationis, rei quàm actoris, vt ff. de act. & ob. l. arria
nus. de reg. iur. l. fauorabiliores. de re iud. l. inter pares.
Ipſi autem hæredum hæredes ſunt, qui ex fideicom-
miſſo conueniuntur, pauperes autem onus ſubſtinent
petitorum. vnde cum obſcura ſunt vtriuſque partis iu-
ra, ſolet pro reo iudicari, vt in regula, cum partium iu
ra. de reg. iur. lib. 6. Quibus ex omnibus concludēdum
relinquitur, potiora iura eſſe deſcendentium maſculo
rum, & nec dum factum locum ſubſtitutioni in pau-
peres deſtinatæ. Non tamen eorum ſententiam im-
probaui, qui propter incertum voluntatis rem dignā
compoſitione cenſuerunt, vt ff. de tranſact. l. contro-
uerſia. & C. de tranſact. l. cum te & l. ſequenti. &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGV-

ARGVMEMTVM

¶ Teſtator inſtitutis quatuor filiabus ſubſtituit ſuperſtites, morientibus ſine liberis, & eo caſu vetuit teſtari filias, an hoc onus valeat, & an ſaltem pro legitima poſſint teſtari vel de bonis per eas acquiſitis, & quanta ſit legitima, & quæ conſideratio habeatur in computatione legitimæ, & an fructus medio tempore percepti per grauatum computentur in legitima.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum factum per patrem in proportione debita iure naturæ non tenet.*

2 *Trebellianicam perdit, qui negligit inuentarium conficere.*

3 *Tertia pro legitima deducenda eſt ex rebus principalibus, nec fructus computantur in ea.*

CONSILIVM LXXXVI.

PROPONITVR ꝙ honorabilis vir ſer Iulianus de Cremona teſtamento ſolēniter facto plurimis factis legatis ſibi hæredes vniuerſales inſtituit quatuor filias legitimas & naturales, ipſasq; inuicē ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſiue in pupillari, ſiue poſt ſine legitimis hæredibus ex ſe deſcendentibus ætate deceſſerint, l. vt pars ſic decedentis & dicta bona teſtantis in ſuperſtites vel earum hæredes in ſtirpes & non in capita peruenirent. Poſt hæc mortuo teſtatore vna earum poſtquam bonis paternis ſe immiſcuiſſet deceſſit relicto ſibi ſuperſtite ſpectabili viro domino Iacobo Valuaſono filio ſuo legitimo & naturali. Reliquæ quoque tres ſine liberis deceſſerunt ipſo domino Iacobo ſuperſtite & vltimo quidem teſtamento facto, in quo poſt multa legata ipſum d. Iacobum hæredem inſtituit vniuerſalē, quæritur de quatuor.

¶ Primo vtrum hæc vltima, quæ teſtata eſt, quæ domina Nicolucia vocabatur, teſtari potuerit, cùm dictus ſer Iulianus in fine teſtamenti cauiſſet, vt quęlibet filiarum de ducentis lib. paruorum pro ſua anima ſuper dote ſua teſtari poſſe, & reliquum ad ſorores aut earum hæredes perueniret &c.

¶ Secundo vtrum iam dictus ſer Iulianus prædictam dominam Nicoluciam in ſua legitima iure naturæ debita grauare potuerit, & vtrum ſubſtitutio facta dictæ dominæ per patrem, vt præfertur, trahi poſſit, & debeat ad fideicommiſſum.

¶ Tertio vtrū fructus percepti ab ipſa domina Nicolucia a tempore mortis patris citra cōputari poſſint in dictam legitimam dictæ dominæ.

¶ Quarto vtrum acquiſita per ipſam dominam Nicoluciam a morte dicti ſui patris citra computari & connumerari poſſint & debeant in patris bonis tanquam ex ipſis profecta & acquiſita videantur & ſint.

¶ Vltimò vtrum mobilia & immobilia quo ad ſupra quæſita pari iure cenſeantur &c.

¶ Ad quæſita per ſingula concluſiue reſpondens in primo cōſultationis articulo puto, dictam dominam Nicoluciam teſtari potuiſſe ſine impedimento teſtamenti paterni, tum quia illa clauſula in fine teſtamenti patris poſita, eo caſu loqui videatur, quo ipſi teſtamenti filius maſculus naſceretur, quem ſolum relinquebat hæredem, ipſas filias iubens certa dote fore cōtentas eo caſu ſuper ipſa dote in ducentis libris teſtamenti factionem filiarum cuilibet liberam concedebat, qui caſus non extitit, quia nemo ei filius maſculus natus eſt. Tum quia nec teſtamenti factionem filiabus etiam volens adimere potuiſſet, vt ff. de teſtam. l. teſtamenti factio. l. qui in poteſtate. & de inoffi. teſta. l. poſthumus. in fine principij. Teſtari tamen non potuit ipſa domina in præiudicium fideicommiſſi ab ipſa filia relicti, ſed in ratione falcidiæ ipſum fideicommiſſum tanquam æs alienum de bonis dictæ dominæ Nicoluciæ deducetur, & hæc probantur. C. ad l. falcid. l. irritum. & l. quanquam. Teſtari itaque potuit ipſa domina Nicolucia ſed de ſuis bonis tantum effectu, non de his quæ ex fideicommiſſo reſtituenda erant prædicto domino Iacobo, vt ex inferioribus apparebit, quæ & quanta ſint &c.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, dictā dominam Nicoluciam nō potuiſſe grauari in legitima iure naturæ per patrem debita, per l. quoniam in prioribus. & l. ſcimus. in prin. C. de inoffi. teſta. Ipſamq́; ſubſtitutionem dictæ dominæ factam proculdubio fideicommiſſariā eſſe tam ex verbis, quàm ex mente teſtantis. Aduertendum itaq; eſt pro plena eorū, de quibus quæritur, veritate, ſingulas filiarum ex inſtitutione tres vncias accepiſſe, & ſic quadrantem totorum bonorum hoc eſt quartam partem hęreditatis dicti ſer Iuliani patris
1 earum, cum quatuor eſſent, † fideicommiſſum autem ſingulis earum iniunctum de reſtituēda ſua portione ſi ſine liberis deceſſiſſent in portione legibus debita iure naturæ ſecundùm ſupra monſtrata minime tenuiſſe. Erat autem ea portio tertia pars ſuæ cuiuslibet portionis, quæ earum ſingulis ab inteſtato contigiſſet, vt in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & ſic tertia pars quartæ totius hæreditatis, & ſic vna vncia ex tribus, quæ ſingulas contingebat. Pars itaque matris dicti domini Iacobi tota hæc eſt quarta totius hæreditatis dicti ſer Iuliani, & ſic tres vnciæ totæ ſuæ matris ad ipſum d. Iacobum matris hæredem, & ſine vllo fideicōmiſſi onere prouenerunt, quia conditio grauaminis impoſiti matri ſuæ deficit, cùm liberos ſuperſtites hoc eſt ipſum do. Iacobum reliquerit, vt C. de cond. inſer. l. 1. & ad treb. l. iubemus. §. ſin autem. & ff. de verb. ſig. l. non eſt ſine liberis. Ex perſona vero duarum, quę ante dominam Nico. inteſtatæ, quoniam nec eis teſtatas proponitur, deceſſerunt, ipſe dominus Iacobus earū hæreditatem accipiens vtrique ſucceſſit in dimidiam ſuarum partium, Reliqua verò dimidia ad dictam dominam Nicoluciam materteram dicti domini Iacobi cum onere iniuncti ſingulis fideicommiſſi peruenit, vt C. de legi. hær. auth. ceſſante Si tamē apparet ipſam dominam Nicoluciam ſororum hæreditates adijſſe, vel ius deliberandi tranſmiſiſſe intra legitimum tempus anni, alias hæreditates non aditas dicta domina Nicolucia non tranſmiſiſſet, ſed ex iure accreſcendi tota vtriuſq; dictæ materteræ hæreditas ad ipſum dominum Iacobum pertineret, vt C. de cadu. toll. §. in nouiſſimo. ſic igitur dominus Iacobus prædictus aut habet totas ſex vncias illarum duarum filiarum, quæ ſine liberis mortuæ & teſtamento proponūtur ſi domina Nicolucia earum hæreditates non agnouit, nec tranſmiſit: aut ſi ipſa domina Nicolucia eas hæreditates agnouit vel tranſmiſit, habet ſaltem ipſe dominus Iacobus dimidiam vtriuſque, & ſic tres vncias, hoc eſt ex tribus cuiuſque materteræ ſuæ vnam vnciam cum dimidia. Et primo ſi quidem caſu, hoc eſt, ſi dictus dominus Iacobus totas hæreditates dictarum duarum filiarum ſer Iuliani, quæ erant ipſi domino Iacobo materteræ, ex accreſcendi iure quæſiuit, nihil vltra quærendum de illis ſex vnciis, ſed habebit dominus Iacobus nouem vncias hæreditatis & bonorum dicti quondā Iuliani aui ſui materni, tres à perſona matris ſuæ, ſex ab illis duabus ſuis materteris. Secundo verò caſu, hoc eſt, ſi domina Nicolucia ſucceſſit pariter ſororibus cum domino Iacobo, & ex illis ſex vncijs tres habuerit, habuit cum onere fideicommiſſi ipſis impoſiti. Erat autē vtraq; rogata de reſtituēda ſua parte ſuperſtitibus vel præmortuarum liberis, ſi ſine liberis ipſæ deceſſiſſent, quæ conditio exiſtit, quia ſine liberis deceſſerunt. Debet itaque domina Nicolucia ex illis ſex vncijs, quæ a dicta peruenerunt, duas

vnclas dicto domino Iacobo reſtituere ex cauſa fidei-
commiſſi, tertiam uero iure legitimæ ex natura debi-
tæ dictis duabus ſuis ſororibus, in qua non potuerunt
agrauari tanquam earum hæres pro dimidia potuit
retinere. Reliqua namq; vnica iure naturæ debita di-
ctis duabus ſororibus & teſtatoris filiabus ad ipſum
dominum Iacobum, qui eſt hæres ipſarum pro altera
dimidia pertinet. Ruſum debet dicta domina Nico.
ex dictis tribus vncijs, quas ex inſtitutione ex perſona
ſua habuit cum ſine liberis deceſſerit, duas ex fideicō-
miſſo dicto domino Iacobo reſtituere, tertiam vero
ſibi iure naturæ debitam retinere, in qua grauari non
potuit vt ſupra monſtratum eſt. Nec dicat quis dictas
tres filias, quæ ſine liberis deceſſerunt, potuiſſe per ſin-
gulas ſemiunciā iure trebellianicę retinere. per c. Ray
nucius & per cap. Raynaldus. de teſtamen. & quæ no
tantur ff. ad l. fal. l. quanquam. quoniam illud verū eſt
2 ſi feciſſent inuentarium † cùm autē non fecerint, non
poſſunt trebellianicam retinere ut notatur per d. Bal.
in authen. ſed cùm teſtator. C. ad l. ſalcid. Concluditur
itaque ꝑ domina Nicolucia vbi duarum ſuarum ſo-
rorum præmortuarū hæreditates agnouerit, de dua-
bus tantum vncijs ex ta. teſtari potuiſſe, & ſic de trien
tæ tantum parte totius hæreditatis Iuliani. Reliquas
autem quinq; partes ad dictum do. Iacobum libere
pertinere, vbi vero ſororum ſuarum hæreditates non
agnouiſſet, ſororum tunc ſolum vnam vnciam, quæ
ad eam pertinuit legitime potuit tantum per ſuū te-
ſtamentum diſponere, prout voluit. Reliquæ verò 11.
vnciæ ad dictum dominum Iacobum pertinent ſine
omni onere. Et eſt attendendū. ꝙ ſi ad dictam domi-
nam Nicoluciā aliquid ex fideicommiſſo iniūcto ſuis
dictis ſororibus perueniſſet, quia ſcilicet peruenit ad
ipſum quoq; debuit dicto domino Iacobo reſtituere,
cum fuerit vnaquæq; dictarum filiarum grauata re-
ſtituere portionem ſuam ſiue partem ſimpliciter. nō
dixit portionem hæreditatis vel hæreditariam vel hæ
reditatem, vt ff. ad trebel. l. marcellus §. quidam. Prudē
ter itaque faciet dictus d. Iacobus ſi non hæreditatem
dictæ dominæ Nicoluciæ facto ſolemniter ſuſceperit
inuentario, qm̄ habebit 10. vel 11. vncias ex 12. totius
hæreditatis dicti quondam aui ſui materni ſine vllo
onere ſecundum ſupra relatam diuiſionem, & ex re-
liquo eiuſdem hæreditatis hoc eſt vna vncia vel dua-
bus deducet ſalcidiam in his legatis, quæ ſalcidiā pa-
tiuntur vt in dicta l. irritum. & in authen. ſed cū teſta
tor. & hæc de ſecundo.

¶ Ad tertium propoſitæ conſultationis articulum
3 reſpondetur † non eſſe cōputandos fructus perceptos
a tempore mortis patris dictæ d. Nicoluciæ, ſed ex ip-
ſis rebus principalibus deducendam tertiam pro legi
tima, vt C. ad treb. l. iubemus. & de inoffi. teſt. l. ſcimus
§. repletionem. & quæ nota. in eis. & ff. famil. erci. l.
filium quem. & ff. de inoffi. teſt. l. papi. §. vnde. & hæc
de tertio.

¶ Ad quartū apparet per ſuperiora reſponſum. nā
quæſita per dictam dominam Nicoluciam vel fructi
bus ſuæ portionis vel aliunde non ex ipſis rebus hære-
ditarijs non cadunt in fideicommiſſum, quin etiam
nec quæſita ex ipſis rebus principalibus, ipſæ tamē res
principales apud quemcumq; ſint vendicari poſſunt.
vt C. communi. de le. l. fi. §. ſed quia. & Auth. res quæ, ſi
fortaſſis non extent ex propria. ſubſtantia ipſius domi
næ Nicoluciæ ipſi domino Iacobo reſarciendum fo-
ret, quod deeſſet, vt in dictis iuribus &c.

¶ Super vltimo vero quæſitorum videtur, nil in-
tereſſe inter res mobiles vel immobiles quo ad ſupe-
riora, de quibus quæſitum eſt, cum nulla lex inter eas
differentiam feciſſe videatur, nec ſit vlla differentiæ ra
tio, ſed potius identitas rationis. & ideo pari iure cen-
ſendas, arg. ff. ad l. acqui. l. illud. & de verb. oblig. l. a Ti-
tio. cum concordantibus. Et ſic ſuper his quinq; quæ-
ſtionibus dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Donatio cauſa mortis an dicatur vltima volun-
tas, & quid operetur clauſula, ꝙ ſi non valeat teſtamē
tum iure teſtamēti ualeat iure codicillorū vel alterius
cuiuslibet vltimæ voluntatis, an comprehendatur do
natio cauſa mortis & an filiusfa. poſſit patri donare
cauſa mortis ipſo auctore, & an hæreditas non adi-
ta tranſmittatur ſaltem ratione ſuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Mortis cauſa donatio voluntas vltima eſt.*
2 *Donatio quæ & quando dicatur eſſe iuriſgentium, & an filius ex aduentitio poſſit nolente patre donationem facere. & quid de filiofamilias & ſeruo de bonis domini.*
3 *Suus patri hæres non exiſtit, qui in patris non fuit poteſtate, nec ſuum hæredem habet, qui in aliena fuit poteſtate.*
4 *Deſcendentes an hæreditatem deſcendentium & non agnitam ad parentes & aſcendentes tranſmittant.*

CONSILIVM LXXXVII.

VISIS Superius allegatis & in ſingulis qua
tuor quæſitis factis concluſionibus, quæ
ſingula per ſe ad aui paterni, de quo pro
ponitur, intentionem ſufficerent, ſolam
ſecundam concluſionem, quæ mihi ui-
detur tam in ſtricti iuris quàm æquitatis
& naturalis iuſtitiæ ratione tenenda, paucorum adie-
ctione firmabo. Poſt uero ex alio capite alia conſidera
tione præfati aui paterni cauſam, quæ profecto natu-
rali iuſtitiæ conuenientior & morientis ultimæ uolun
tati manifeſte, tuebor. Pro primo itaque conſideran-
dum eſt, quòd in uerbis illius clauſulæ (ꝙ ſi iure teſta-
menti non ualeret, ualeat ſaltem iure codicillorum,
ſiue cuiuslibet alterius ſuæ ultimæ uoluntatis) Primū
uidendum eſt quid ſenſerit ſeu uoluerit ipſe Petrus fi-
liusfa. ea uerba proferens & pronūcians, deinde quid
pater eius ei conſenſum accomodans. Sic namque na
turaliter res intuenda eſt, primum. l. in eo, qui princi-
paliter agit. Et quidem his uerbis ex uirtute & pote-
ſtate uerborū ſignificatur etiā mortis cauſa donatio.
1 † Nā mortis cauſa donatio uoluntas ultima eſt. ut ait
glo. ſingulariter. ff de. dona. cauſa mortis. l. tam his. §.
1. & probatur legibus per eam ibidem allegatis. & ipſa
ui demonſtratur. Nam uoluntas quippe donantis eſt
ipſa mortis cauſa donatio & effectu in mortem donā
tis & diſponentis, ſeu poſt mortem collata & ambula
toria uſque ad extremum uitę ſpiritum, ſicut & cæte-
ræ ultimæ uoluntates, cum ſola donantis pœnitentia
reuocetur, & mortuo donatario protinus euaneſcat, &
ſic uolūtas ultima, ut in Inſti. de do. §. mortis donatio.
& de dona. inter ui. & uxo. l. cùm hic ſtatus. §. ait oratio.
& de adi. le. l. 4. licèt enim uere contractus ſit, quia
pacto & duorum conſenſu ſit, non tamen ideo minus
& ultima uoluntas donantis pro ueritate cenſetur. ni-
hil enim repugnat formæ uel ſubſtantiæ ſupremæ uo
luntatis, ꝙ etiam alterius uoluntas acceſſerit, & actui
quoque inter uiuos ſeu donationi uoluntas ultima cō-
fungatur, ut no. ſingulariter per d. Bald C. cō. de le. l. fi-
lia. & facit ff. ad l. ſalcid. l. cum quo. §. fi. uerba itaque illa
uniuerſaliter demonſtrata per illud uniuerſale ſignū,
cuiuslibet, omne indiuiduum ſeu ſpeciem omnem
ſupremæ uoluntatis comprehendentia etiam mortis
cauſa donationem, quàm ſupremam eſſe uoluntatē
oſtendi, neceſſario demonſtrabunt, ad quod facit opti
me ff. de le. 3. l. hr̄s meus. §. 1. iuncta l. quæſitū. §. illud for
taſſe. eo. ti. & qđ no. in eis. Nec ad hāc inquiſitionem. ſ.
uoluntatis ipſius Petri confert. quicquam ſeu protinus
attinet l. filiusf. ff. de do. ubi de patr. s ipſius ſolius per-
mittentis & quid agentis uoluntate & intentione tra
ctatur. Eam quoq; fuiſſe illius mentē & ſententiam, ut
mortis

mortis cauſa donatio illis verbis clauderetur pp vim
& priãtem verborũ & ſtrictã ſignificationem de qua
ſupra locutus ſum. Ex illa quoq; vulgari lege monſtra
tur, ꝙ nunq̃ creditur quis elegiſſe viam ad impugnao
dũ iudicia ſua, ſed magis eam voluiſſe, per quã valeãt,
vt ff. de teſt. mi. l. 3. & C. cõmuni. de lega. l. 1 ibi. ſi enim
teſtator &c. Cùm igitur nec alio modo poſſit valere
vel tenere ipſius Petri filijſa. ordinario, quàm per do-
nationem cauſa mortis quis ſanæ mentis negauetit,
ipſum diſponentem eam viã, per quã ſuũ iudiciũ im-
pugnetur, noluiſſe, & nam per quam valeat, voluiſſe,
cùm & tertio ſuccedant vulgaræ iuris regulæ ita rem
ponus interpretandam, etiam ſi ad impropria ſignifi-
cata tranſiri oporteat, quo res io tuto ſit & potius va-
leat, quàm pareat, vt ff. de re. du. l. quotiens. & de re iu.
l. quoties. Concluditur itaque verbis illius clauſulæ vo
luiſſe loquentem etiã mortis cauſa donationẽ cõpræ
hendi, huic conſequens eſt, patrem veræ vltimæ filij
ſui voluntati atque diſpoſitioni conſenſum accõmo-
dantem, etiã donationi cauſa mortis qua voluit filius
vti, vt ſupra concluſi, conſenſum ſuum accõmodaſſe.
nec l. filiusſa. § pari autem, adhũc caſum pertinet. ſed
cùm patris voluntas & diſpoſitio in re, quæ agitur prin
cipalis eſt, non ad filij præſentem principalem diſpo-
ſitionem collata ſed ad futurã & ab ipſa patris con-
ceſſione formanda, deinde loquitur cùm pater per-
mittit donationem, quæ proprie eſt pura & abſoluta
donatio, vt ff. de do. l. 1. in princ. vnde ea conceſſio ad
maiores cauſas minime protrahenda eſt. Cæterum ſi
pater ſpecialibus verbis maiora coceſſerit, generalem
ſubditam clauſulam ad inferiora vel æqualia nõ ſpe-
cificata pertinere, iuri cõſentaneũ eſt, vt ff ſi quis caut.
l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. & de reſcrip c. ſedes & in cle.
non poteſt. de procu. Cõſenſerat namq; hic pater ma
ioribus ſpeciebus hoc eſt teſtamento & codicillis, quę
maiora ſunt, vt ff. de do. cauſa mor. l. tã is §. ſi & qđ ibi
nota. & C. qui te. ſa. non poſ. l. pe. iuncta l. fi. §. filius aũt
fami de bo. quæ lib. & in auth. vt liceat ma. & aui. §. 1.
Et cum ſolo iure donationis cauſa ea filij voluntas
valere potuerit, verba gña. io l ad ſpeciẽ ipſam neceſ-
ſario reſtricta vim ſpecialis diſpoſitionis contioent.
ſecundùm ea, quæ tradit Bald. C. de teſta. auth. hoc in-
ter liberos & Barto. in l. ſi quis. in prin. ff. de leg. 3. Verũ
hæc ſecunda conſultatio & omnis ſuper ea diſputatio
facta videtur inanis per ea, quæ glo. notauit, & doc. ſe-
quuntur. ff de auct. tu. l. 1. in fi. vbi notauit filiumſa. pa-
tri, in cuius eſt poteſtate, rem ſuam conſenſu & auto-
ritate eius donare cauſa mortis non poſſe, etiam ſi ſpe
cialiter agatur ioter eos mortis cauſa donatio. & ob
hanc nota. gl. & doc. inuitus ad hac ſecundam conſul
tationẽ & ſupra relatã diſputationẽ deſcendi. Cæterũ
conſueuit mihi placere filiumſa. ſi non minoris ætatis
refragetur ratio, rem ſuam ex aduentitio poſſe dona-
re patri ſuo per præall. l. fi. §. filijs autem. a contrario
ſenſu. C. de bo. quæ lib. Alienatio namq; ipſarum rerũ
filio ſine patris voluntate & cõſenſu prohibita eſt pro
pter patrem ne patri præiudicet, ad quem poſſunt bo-
na filij eo mortuo peruenire, ideo voluntas patris ip-
ſam prohibitionem tollit. Nemo namq; dubitaoerit
filiumſa. etiam ſine patris conſenſu rem alienam do-
2 mino volente poſſe donare. † Eſt enim donatio iuriſ-
gentium, vt in Inſti de rerũ di. §. per traditionem, quo
iure gentiũ filius ſui iuris eſt, vt in Inſti. de pa. po. & ff.
de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. nam ciuium. & pari ra-
tione mortis cauſa donare tam patri rem ſuam ex
aduentitio, quàm alij alienã volẽte domino etiã ſine
patris conſenſu cum ab eadem ratione procederet in
vtraque donatione ipſa iuris prohibitio eſt, vt ff. de do.
l. filius. §. pari. quia ſcilicet reſerant patris eo iure, non
quia donationis faciẽdæ ſimplicis vel ob cauſam qua-
lis eſt mortis cauſa donatio, non eſſet capax & habilis
filiusſa. cum ipſa donatio iuriſgentium ſit, quo iure &
ipſe ſui iuris eſt, & hoc ipſum poſſe. l. filiũſa. patri mor-
tis cauſa donare ſenſit, arg. in l. ſenium. C. qui teſt. fa nõ
poſ. Et Mar. Si. vt ibi refert Alb. de Ro. & ego. ibidẽ in
curſu lectionis eadem ſentiebam, etiam non viſis illis
doctoribus, & reuerentiæ glo. in d. l. 1. de auc. tu. ac ve-
terũ auctoritati deſerens dicebã gl. vt veritati & rõni
non obuiet, exaudiendã, cum patris rem donaret cau-
ſa mortis patris conſenſu. ſic. o. loquitur l. filiusſa. & l.
tã. §. 1. ſæpius alle. qm̃ nec alias & in re aliena patris cõ
ſenſus exiſteret neceſſarius, vt ſupra deduxi. Tũc. n. in
patrẽ collata mortis cã nõ teneret, quanquã hanc in-
terpretationẽ non ſat quo ad mentem eius ea glo. pa-
tiatur, ſed honeſtius cenſebam ita eam potius, licèt inu-
tiliter, interpretari. q̃ eũ de falſitate cum criminatione
dãnare. Porro qm̃ hæc nimis ſcrupuloſa ſunt, præſer-
tim pp veterum maximas auctoritates & rurſum qm̃
etſi vt mortis cauſa donatio ea filijſa. ordinatio defen
datur, futurũ eſt, vt mater pueri infantis mortui hẽdi-
tario noie ex perſona infantis mediã partẽ bonorum
mariti iure naturæ debitã & falcidiã detrahet. ſm̃ ea
quæ tradunt in l. q̃q̃. C. ad l. fal. optimũ cenſui cauſam
aui paterni tanq̃ naturali iuſtitiæ & mortui voluntati
magis congruentẽ alio capite aliaq; cõſideratione de-
fendere. Et quidẽ nõ ꝓponitur infantẽ, qui intra duos
menſes poſt mortẽ pr̃is cõceſſit in fatum, patris hęre-
ditatẽ ſibi ab inteſtato delatã vt in auth. de hęr. abinte.
§. 1 quõlibet adiuiſſe, nõ addita vero hæreditas nõ trãſ
fertur ad ſuos ſucceſſores, vt C. de cad. tol. §. in nouiſſi
3 mo. non. n. † ſuus patri hæres exiſtit, qui in patris non
fuit ptãte, ſed cum patre aui paterni. Nec ſuum hære-
dẽ habet, qui in aliena fuit ptãte, atq; ideo nec aliũ in
ptãte habere potuit. cõſulto omitto allegationes tam-
quam notiſſimas ſtudio breuitatis. Itaq; ſequenti in
gradu vel ordine. i. patri pueri deſertur ſuceſſio priore
infante excluſio. ff de inoffi. teſt. l. pater. & in auth. de
hære. ab inte. §. conſequens. imò videntur obſtare qua-
4 tuor. ¶ † Primũ, quia deſcendẽtes hæreditatẽ aſcen-
dẽtium ẽt non agnitã ẽt ad ſuperiores hoc eſt parentes
& aſcendentes tranſmittũt. vt C. de ſuis & legi. l. apud
hoſtes. & not. in l. vnica. C. de his qui ante aper. ta. & in
l. 2. C. ad orfic. ſed rñdetur, ꝙ illud non eſt verũ ſi de-
ſcendentes non ſint ſui hæredes, quo caſu loquitur l.
apud hoſtes. ſicut dicũt Cy. & Bar. & Ang. in præall. l.
& Bal. qn̄ tranſmiſſioni ad aſcendẽtes par æquitas cõ
tradiceret, ſicut erat in propoſito, longe. n. æquius eſt
hæreditatẽ Peri ad patrẽ iure cõi pertinere, quàm iure
ſingulari ad Peri ipſius vxorẽ. cùm non fuerit hæc hæ
reditas infantis, vt per eum trãſeat ad matrẽ ſuam, &
ad hoc bene faciunt notata per Bal. in l. præalle. Et rõ,
qm̃ ius nouum veteris correctiuum & contra iuris cõ
munis regulas introductũ fauore præcipue liberorum
non debet produci ad conſequentiã in aſcendentes,
vbi nec eſt eadem, nec tanta rõ, vt ff. vnde liberi l. ſcri
pto. & maxime in iuris veteris correctionẽ, ẽt ſi eſſet
eadem ratio, vt ff. de le. & ſe. con. l. quod vero contra.
& de reg. iur. l. quod contra. & l. ſi vero negociom. §. de
viro. lo. ma. & quod not. per Barto. in l. ſi conſtante. in
prin. co. tit. authen. quas actiones. C. de ſacroſa ecc. Et
mihi videtur expreſſus caſus in l. ſi infanti, quia eſt ſpe
ciale in parente per lineam maſculinã, vt ad eum tranſ
mittat non aditã matris hæreditatẽ infans. Nõ igitur
ad auum maternũ. Et eſt notandũ, quòd eſt lex noua
Theodoſij, ſicut & illa de his, qui ante aper. tab. in fi.
legiſlator admodũ conſiderat votũ morientis, de eu
ius traſmittenda ſucceſſione tractatur, votũ autẽ Peri
hic non ad vxorem ſuam, ſed in caſum mortis filij ad
patrem dixerit, & ita etiam ratio exigit.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum de dote lucranda per maritum vxore
prædecedẽte an locum habeat ſi mulier habeat libe-
ros ex alio matrimonio, & an eo caſu poſſit maritus
hæres ab vxore inſtitui vna cum liberis primi matri-
monij, & quanta ſit licentia filij ex primo matrimo-
nio ſtatuto deſcrente partem dotis marito.

SVMMARIVM

1 *Mulier ad ſecunda vota migrans non poteſt amplius poſteriori viro conferre quàm vnicuique liberorum anterioris matrimonij.*

2 *Statuta municipalia ius commune corrigenda qualiter ſunt interpretanda.*

CONSILIVM LXXXVIII.

DOMINA Catherina filiam habens ex primo matrimonio ad ſecunda vota migrauit nulla per ipſam ſecundo viro dote conſtituta. deinde veniens ad mortem ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo eius virum ſibi vniuerſalem hæredē inſtituit, & Margaritæ eius filiæ pupillæ ex primo matrimonio ſibi tantum ſuperſtiti legauit 300. lib. & in ipſis 300. lib. pariter ipſam ſibi hæredem inſtituit, & iuſſit ipſam fore tacitam & contentam de bonis & hæreditate ſua Modo cum dicta Margarita velit petere legitimam ſibi iure naturæ debitam in bonis matris, ſiue ſupplementum ſuæ legitimę Quæritur, an legitima dictæ filiæ ſit tertia pars omnium bonorum dictæ d. Catherinæ, an vero tertia pars dimidiæ hæreditatis ſiue bonorum dictæ dominæ Catherinæ, attēto quòd maritus lucratur medietatem dictorum bonorum ex forma ſtatutorum infraſcriptorum. ¶ Statuimus & ordinauimus, ꝙ ſi qua mulier habens dotem penes maritum per dationem & promiſſionem & deceſſerit ante maritum ſine filijs ſuperſtitibus natis ex ea & dicto marito, maritus lucratur medietatem dictæ dotis, & hoc ſiue habeat filios vel filias vel liberos ex primo matrimonio, ſiue non. non obſtante aliquo pacto tacito vel expreſſo facto vel faciendo in contrarium, etiam ſi interueniſſet iuramētum. & prædicta locum habeāt in præteritis, præſentibus, & futuris, & ſit hoc ſtatutum præciſum, nec mutari poſſit.

¶ Item ſtatuimus & ordinauimus, quod ſi qua mulier viro per matrimonium copulabitur nulla dote conſtituta, & dicta mulier habeat ſiue poſſideat aliqua bona, intelligantur & ſint dotalia & in dotem data per dictam mulierem dicto ſuo marito, ita & taliter quòd omnia iura & ordinamenta cōmunis Vincen. loquentia de vera dote locum habeant in dote & bonis ſupradictis. Si vero mulier aliqua copulabitur viro per matrimonium dote aliqua conſtituta, & vltra illam dotem habeat aliqua bona paraſernalia, ꝙ oēs ipſorū paraſernaliū bonorū fructus redditus & ꝓuentus deueniant & conſumentur & deuenire & conſumari debeant in domo viri ſui vel ſoceri alicuius perſonæ, quæ onera dicti matrimonij ſuſtineat, & ꝙ vir, ſocer, & alia prædicta perſona lucretur dictos fructus redditus & prouentus, ita ꝙ eorū occaſione non poſſint aliquo modo moleſtari tā ipſi, quàm eorum hæredes per dictā mulierem vel eius hæredes vel per aliā quācunq; perſonam. & omnia prædicta vendicent ſibi locum in matrimonijs iam contractis præſentibus, præteritis, & futuris &c

¶ Pro clariori determinatione propoſitæ quæſtionis illud prius inſpiciendum exiſtimo, an dicta domina Catherina virum ſuum vniuerſalem hæredē ſibi potuerit inſtituere, qđ & prima facie videretur, quaſi nulla ſit iuris parte hoc vetitum. per l. ab ea parte. ff. de proba. & ex qui. ca. ma. l. necnō. §. quod eis. & quia tractatus hæredum inſtituendorum certarum perſonarū prohibitionē & cōſequenter generaliter permiſſionem aliarū continet. vt ff. & C. de hære. inſti. per totum. & in ſumma ipſius tituli colligitur. & arg. ff. de proc. l. mutus. §. cū quæritur. de teſti. l. 1. cum ſi. Veriorem tamen diuerſam ſententiam arbitror. per l. hac edictali. in prin. C. de ſecun nup. † quæ mulierem pro-
1 hibet ad ſecunda vel vlteriora uota migrantē amplius quoquo titulo uiro poſteriori cōferre, quàm vnicuiq; liberorum anterioris conceſſerit matrimonij, & plus collatum pro infecto protinus eſſe conſtituit. Cum itaque dicta domina Catherina dicto ſecundo coniugi dotis nomine dimidiam ſuorum bonorum efficaciter & irreuocabiliter ſtatuti autoritate contulerit, conſequens eſt, reſidui ſemiſſis filia ſuper extante prioris matrimonij nihil eidem ſecundo viro teſtamento potuiſſe relinqui. licèt namq; municipalis conſtitutio illud efficitur. vt poſteriori viro poſſit vtiliter dotis nomine, quæ quandoq; vniuerſum mulieris patrimoniū continet, conferre dimidiam contra ius antiquum eo ſolo caſu quo liberi plures prioris ſuperextent matrimonij. nam ſi vnicus ſuperforet etiam cū iure id mulier poſſet, niſi forte quis contra putet, quoniam iure cōmuni præter illam portionem ex l. hac edictali. filiæ delatam etiā legitimam iuræ naturæ debitam peti poſſe dixerit. vt & glo. not. in Auth. de nup. §. optime. nunquam tamen ſupra dimidiā contra ius vetus mulieri quicquā permiſit nouiſſima cōſtitutio. Nec ſunt ſtatuta municipalia † ius priſcum & commune corrigentia proroganda, imò magis poſſetenus coartāda, & vt quominus fieri valeat a iure cōmuni deuenient interpretanda. vt extra de conſue. c. cū dilectus. & ar. ff. de verb. obli. quicquid aſtringendæ. & ad municip. l. conſti. & de leg. & ſe con. l. qđ vero contra. inſtitutio itaque de viro facta iuris autoritate nulla. & pro infecta eſt. Et cōmuniter filia incerta quātitate hæres inſtituta quaſi ſola fuerit inſtituta quantitatis mentione detracta ſolidum capiet vt. ff. de hære. inſtitu l. 1. §. ſi ex fundo. l. ex facto. §. rerum. & quod no. C. eo. tit. l. quotiens. Quod maxime ſecundùm eam procedit ſententiam, quæ putauit hæredem in vniuerſum inſtituto repudiante inſtitutum in re vel quantitate certa eodem teſtamento vniuerſum iure accreſcendi capere. quā ſententiā ſequutus eſt Cy. poſt Ia. de ra. & Pe. & ſequitur Bar. tam in d. l. quotiens. & in præalle. l. ex facto & alijs pleriſque placuit: & ſi quis eorum vtrunque negauerit, quæ ſupra conſcripta ſunt, ſaltem vt confiteatur oportet inteſtati exitu facto tantam mulieris hæreditatem hoc eſt bonorum dimidiam, quę viri lucro non cedit, ad ſolam filiam pertinere. vt Inſt. de hære. quæ ab inte. defe. & in auth. e. §. 1. vel ſi quis ex l. condictionē ad id reuocandum filiæ competiſſe putauerit effectu quodam nihil refert, quamquam mihi prior ſententia præualeat. Et hanc ſentētiam plurimū confirmat & ſuadet ipſa rei æquitas & naturalis iuſtitia ſ nimis. n. congruens foret, vt credamus voluiſſe municipes mulieri, quæ nōnunquā & ſubſtantiā & vitā filiorum ſecundo adicit viro. vt C. de admi. tu. l. quæ tutores. verſus ſi liceret totius patrimonij vncias. 10. viro ſecundo conferre, qui nouiſſimus ad eius ſucceſſionē vocatur. duas autē dūtaxat tertiam dimidiæ filiis prioris matrimonij. tam etſi quatuor ſint, ſine vlla querela conferre. Hæc quippe nimis in humana foret interpretatio & ſummopere fugiēda eſt, etiā ſi verborum conſtitutionis propria ſignificatio memorato ſenſui blandiatur. quod non eſt verum. vt ff. de leg. & ſena. conſ. l. benignus. & l. in ambigua. Pro parte vero diuerſa clarer reſponſio ad allegata. his ſit conſequens ſuperuacuam fore propoſitam cōſultationem, ſcilicet an legitima filiæ ſit triēs totius uel ſemiſſis, cum ſemiſſem integrum ad eam pertinere defenderim. Quamquā ſi ei locus foret uideretur prima fronte putandum eſſe trientē ſemiſſis, quoniam in ſtatuēda ratione falcidiæ iure naturæ debitę quantitatis bonorum parentis ſecundùm tēpus mortis inſpicitur, ut C. de inoffi. teſta. l. cum quæritur. non erat autem mortis tēpore in bonis mulieris niſi bonorū antiquorum dimidia. cū reliquū uir lucretur. Sed in aduerſum prouocat, quoniam imo etiam tēpus antecedēs, quoad inofficioſa donatio uel dos data foret, ſpectatur. C. de inoffi. teſta. auth. unde ſi parens quæ in hac derogat d. l. cū quæritur. ut ibi tradidere doctores. & de inoffi. dona. l. 1. & pene per totū. & de inoffi. do. l. vnica. videtur aūt inofficioſa dos vel

donatio

donatio cum liberis ſuperſtitibus vniuerſa bona doti
vel donationi tradantur, vt C. de inoffi. do. l. ſi totas. &
de inoffi. dot. l. vnica. & de his quæ in frau. cre. l. oïs. §.
lucius. Et hæc profecto pars videretur humanior pro
filio contra maritum vt quis recte & probabilius pu-
tet, viro debere ſufficere ſi beſſem vniuerſi patrimo-
nij mulieris, hoc eſt vncias octo conſequatur, & filiæ
trientē relinquat, & ita videtur gl. decidere in l. vnica.
ln 6. q. ad fi. C. de inoffi. dona. quā etſi nonnulli redar-
guant ſoleo legens eam in hoc protueri. Nam inter va
rias doctorum ſententias præſtantior eſt ſententia gl.
Hoc quoque videtur expreſſum ſentire Bart. in l. vni-
ca. C. de inoffi. dot. in ſecunda ſolutione primæ oppo
ſitionis, vbi de lucro certæ portionis dotis ex ſtatuto,
ſicut hic contingit, loquitur. Relinquitur itaq; conclu-
dendum ex omnibus, quæ ſupra ſparſim conſcripta
ſunt, dictam filiam dictorum bonorum omniũ quon-
dam dominæ Catherinæ matris ſuæ dimidiam poſſe
tanquã efficaciter ad ſe pertinentẽ poſcere, aut ſi hoc
non obtinuerit, quamq̃ veriſſimum ſit, ſaltẽ tertiam.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Subſtitutio facta ſi poſthumi hæredes inſtituti de
cederent in pupillari ætate, an porrigatur ad illum ca-
ſum ſi poſthumi non naſcantur, & an mater ob tuto-
rem non petitum propter iuris ignorãtiam priuetur
filij hæreditate, & an verbum. relinquo, adiectum cer
tæ rei in filio vel extraneo importet legatum an inſti-
tutionẽ, & quid operetur clauſula, omni meliori mo-
do, & an minor iurans ſe maiorem præiudicet ſibi
quo ad omnes.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, relinquo, in materia vltimarum voluntatum quam ge-
neralitatem importet.*
2 *Verbum, promitto, in inſtrumentis inſertum, cuius ſit natura.*
3 *Legatum filia imputari dicitur in legitimam*
4 *Ignorantia iuris non excuſat nec mulieres nec mares in cauſa hæ
reditatis.*

CONSILIVM LXXXIX.

IN quæſtione Ioannis Canagnoli oſtendi
tur primo, ꝙ hæreditas quondam Bar-
tholomei non pertinuerit ad Barthola-
meam eius poſthumam, & conſequen-
ter nec pertineat ad eius mediam perſo-
nam ad dominam Franciſcam vxorem quondã dicti
Bartholomei & matrẽ dictæ Bartholameæ, & nunc
vxorẽ egregij doctoris domini Bartholomei Gloriæ.
Quoniam ſubſtitutio facta poſthumo vel poſthumis
maſculis in teſtamento dicti quondã Bartholomei,
quos ſibi vniuerſales hæredes inſtituerat, in caſu quo
poſthumus vel poſthumi maſculi in pupillari ætate de
cederent, porrigitur ad eum quoque caſum ſi nullus
maſculus poſthumus naſceretur, qui caſus accidit per
l. fin. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. & quia illa fuit
ſubſtitutio pupillaris expreſſa, quæ in ſe habet tacitã
vulgarẽ per l. iam hoc iure ff. de vulga. & pup. & C. eo.
l. hæreditatẽ. & l. quamuis. Franciſcus ergo & Ioannes
fratres dicti teſtatoris tanquã vulgariter ſubſtituti ex-
cludunt ſucceſſionem ab inteſtato, quæ prætenditur
in perſonã poſthumæ, vt C. cõm. de ſuc. l. antequã. &
de re. iur. l. quãdiu. Nec obſt ꝙ poſthuma quaſi præte-
rita irritã fecerit vulgarẽ ſubſtitutionẽ, quia non fuit
præterita, quia ei relicti fuerunt quingenti duca. quod
intelligendum eſt titulo inſtitutionis, nam verbũ, re-
3 liquit, † quod eſt generale ad inſtitutionem, legatum,
& fideicommiſſum, & ad omnẽ ſpeciẽ vltimæ volunta-
tis, vt ff. de tab. exhi. l. 1. §. 1. C. de ſac. ſanc. eccl. l. fi. & de
ſecun. nup. l. hac edictali. in prin. & in Auth. de hære. &
fal. §. ſi vero nulla. & ibi in glo. quæ incipit nota verbũ
relicti &c. cum ſit ſimpliciter prolatum, accipi debe
potius in ea ſpecie, qua res, quę geritur, valitura ſit, hoc
eſt in vi inſtitutionis, q̃ legati vel fideicõmiſſi ſecundũ
ꝙ teſtamentũ futurũ eſſet nullũ. arg. ff. de re. du. l. quo-
tiens. & de verbo. obli. l. quot. & reg. iur. l. quotiens. &
ſic et anquã inſtituta poſthuma in certa quantitate non
erit præterita. Nec obſtat ff. de his qui. vt indi. l. eũ qui.
§. pro parte. vbi iuris ratio non debet inducere diuiſio
nem voluntatis, qui §. allegatur per diuerſam partem,
qui tamen mihi videtur aut nihil aut parũ facere, quia
ibi iuris ratio non attenditur ad impediendam volun
tatem defuncti Hic autem iuris ratio attenditur ad cõ
ſeruandã voluntatẽ, & ſic ille §. magis facit contra di-
uerſam partem, q̃ pro ea, nam ſi a iuris ratione decedi-
tur propter conſeruationẽ voluntatis defuncti quan-
to magis ſi qua conſideratione poteſt iuris ratione pro
conſeruanda volũtate teſtantis aptari, id admittendũ
& faciendũ eſt vt hic. Nec obſt. ꝙ inſtitutio in re certa
iure ſingulari recepta ſit per l. quotiens. §. hæredes. ff.
de hære. inſti. & eo. tit. l. 1. §. ſi ex fundo. & ibi verbum
generale ſimpliciter prolatũ ad hoc ius ſingulare tra-
hi non debet, quod diuerſa pars cõtra ſupra factũ fun
damentũ proponit, quia imo inſtitutio in re certa non
eſt contra ius commune, ſed eſt quædã mixta ſpecies
inter inſtitutionẽ vniuerſalem & legatũ, vt C. de hære.
inſti. l. quotiens. & quod ibi per Bart. aut etiam ſi quis
velit eam benigne recipere per l. cum quidam ff. de li.
& poſth. nihil minus potius in hoc ſenſu. quamuis in
proprio recipiendum eſt verbum ſimpliciter prolatũ,
quàm ꝙ res vitietur per tex. expreſſum. ff. de iureiurã.
l. ſed & ſi poſſeſſori. §. Item ſi iurauero, iuncta l. 2. ff de
vſuf. ear. re. quæ vſ. conſu. & arg. ff. de re iu. l. in teſtamẽ
tis. & de leg. & ſe. con. l. benignus. Secundo principali-
ter confirmatur, quia ex natura & qualitate rei, cui
adijcitur hoc verbum, relinquo, ad inſtitutionem tra-
hitur, puta, quia quis in voluntate ſolemni dicat, bona
mea Sempronio relinquo. nam Sempronius videbi-
tur inſtitutus, vt ff. de teſt. mili. l. diuus. & Inſt. eo. §. pla
ne. & glo. ff. de hæ. inſti. l. his verbis. in prin. Igitur & ex
perſona ad quam refertur ipſum verbum relinquo,
quæ ex ſui natura & qualitate valet, quia filius inſtitu-
tionem ex neceſſitate deſiderat, debebit in ſpecie in-
ſtitutionis intelligi, ad quam quoque aptũ eſt. arg. ff de
teſta. l. ſi quæramus. & de iure codi. l. quidam referũt,
tantoq; magis quod niſi ita intelligeretur ad huiuſmo
di perſonam relatum teſtamentũ foret inutile, cum
vniuerſitati relatum ſi intelligeretur in virtute legati
vel fideicõ. res foret etiam valitura. Tertio compro-
batur idem per clauſulam in fine teſtamenti poſitam,
qua patet voluiſſe teſtatorem teſtamentum & ſuam
vltimã voluntatẽ ualere illis iure & modo, quibus me
lius & utilius poſſit, quæ clauſula uim habet acſi per
ſingulas partes ipſius teſtamenti & ultimæ uoluntatis
foret expreſſa ar ff de uerb. ob. l. eum Titia §. idem, &
l. pluribus. in prin. & C. de præſcrip. 30 uel 40. an. l. om
nes. ſed, non eſt dubitandũ, ꝙ ſi teſtator in relicto facto
poſthumæ uel poſthumabus addidiſſet, ſe relinquere
eo modo & forma, quibus melius res poſſit ualere, qđ
intelligeret de titulo inſtitutionis, igitur & nunc. Quar
2 to per ſimile uerbi promiſit, † quod in inſtrumento
ſcriptũ in ſuo potiori ſignificato, hoc eſt ſtipulatio-
nis, accipitur, ut in Inſti. de inuti. ſtipu. §. ſcriptum. q̃q̃
ſignificet ſtipulationem & nudum pactum, ac ſolam
pollicitationẽ, ut ff de ædil. edic. l. ſciendum. §. dictum.
& quanquam a teſte prolatum non pro ſtipulatione
aſſumeretur, ut C. de uſur. l. 1. ſic igitur ſit in uerbo re-
licti in inſtrumento prolati, ut in potentiore ſenſu, &
per quem res ualitura ſit magis accipiatur. Nã & hic
uerbum, relinquit, magis eſt uerbum tabellionis q̃ te
ſtatoris, quãquam idem ſit, & fuerit teſtatoris per l. 1.
C. de contrahen. & cõ ſtip. & ff. de uerb. ob. l. Titia. § j.
Quinto probatur per c. Ray. ubi uidetur expreſſum,
ꝙ ſi uerbum relinquens ad certam rem & perſonam
filiæ relatum ſit, ualeat teſtamentum. Nec dicatur ꝙ
aliud

aliud ſit iure canonico, quia cùm non inueniatur contrarium iure ciuili per textum deciſum etiam in prato Iuſtiniani & ſoro tẽporali deciſioni iuris canonici magis ſtandũ eſt, quàm autoritati aliquorũ magiſtrorum iuris ciuilis, cùm & in iure conſtituendo & maxime circa Papam credatur ſemper affuiſſe multitudo prudentium. ar. C. de leg. l. humanum. & de teſt. l. omniũ. & de conſti. lib. 6 c. 1. & arg. extra de oper. no. nun. c. 1 & 2. & quod ibi no. per Io. An. & per Bar. in l. per hãc. C. de tempo. appel. Sexto ſi de autoritate ſocte quæratur, magiſtrali hanc ſententiam poſuit gloſator. C. fami. erc. l. quotiens, vbi vult glo ꝙ ſi pater inter fillos ſuos in ſolemni voluntate diuiſit bona ſua aſsignando cuilibet certam portionem vel etiam certam rem, pro eodem habendum eſt, ac ſi dixiſſet, hæredes inſtitu. nam quilibet neſcit dicere hæredem inſtituo, licèt Bal. ibidem qui gl. non inſpexerat, aliter eã puter dicere. Hanc ſententiam ſequuti ſunt doct. vltramon. vt refert Bal. in l. his verbis. ff. de hære. inſti. Hanc ſententiam ſequutus eſt Guido de Suz. vt refert Albe. C. de ſacroſan. ecc. l. fi & in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. Nico. de Mat. & Bal. in l. quotiẽs ff de hære. inſti. & licèt ibi mentionẽ faciant quando illa clauſula eſt appoſita, omni modo iure & forma &c. tamẽ & principio formatæ quęſtionis & rationibus determinationis apparet quod idẽ ſentiunt, quod idem ſit ex generalitate verbi relinquo, quanquam verba illa, omni modo &c. non forent appoſita, ſed & hic fuerunt appoſita, vt ſupra retuli. idem Iacob. de Are. in l. illa inſtitutio. ff de hære. inſtituen. & ibi Raynuci. Bal. & Ang. licèt loquâtur eo caſu, quo iuſſit teſtator dictari ſuam voluntatem ad ſenſum ſapientis, ſed hoc non immutat, quia per illa verba ſapiens poteſt tantum declarare ſingulariter & explicite ſiue in ſpecie, quod in verbis teſtatoris generalibus claudebatur. non autem poteſt addere aliquid, per quod immutaretur rei geſtæ ſubſtãtia, & ſummatim debet ſapiens non nouam ſpeciem facere, ſed eam, quæ erat in verbis teſtatoris detegere. vt eleganter not. Specu. in tit. de inſtr. edi. §. inſtrumentum, ver. quid ſi a contrahentibus. vbi Io. An ſequitur opi. Ia. de Are. & Bald. hanc virtutem illius clauſulæ ita declarat in l. capratorias. C. de teſta. milit. apparet igitur, ꝙ in verbo relinquo, claudebatur titulus inſtitutionis, quia ſi tantum legati vel fideicommi. propter rem ſingularem, cui fuiſſet adiectum, titulus fuiſſet comprehenſus, vt ait pars diuerſa, profectò non liceret ſapienti addere iure inſtitutionis, quia per hoc immutaretur rei ſubſtantia, & ab vna ſpecie transferretur res in aliã ſpeciem oppoſitã, & nouam ſpeciem faceret, quod nõ licet per ſuperiora, & per hoc apparet reſponſum ad id, quod in oppoſitum allegatur: quód ſi ſine clauſula idem operaretur verbùm relinquo, nil operaretur illa clauſula, fruſtraque eſſet adiecta, quia ex abundanti & tollendæ dubitationis cauſa fuit adiecta. arg. ff. man. l. qui mutuã. in pri. & in regula iur. quæ dubitationis. nam & ſecundum Bald in d. l. illa inſtitutio. adiciet ſapiens ea, quę de conſuetudine in tali cõtractu veniũt, quanquam & non adiecta clauſula illa veniſſent, vt ff. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. & de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. 1. & de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. Apparet etiam reſponſum ad notata in l. his verbis ff. de hære. inſti. per gl. quia loquitur in perſona extranei, vt loquitur & ſe declarat gl. aliud dicẽs in filiis. in l. quotiẽs. C. fa. er. & ad l. cogi. § generaliter. ff. ad treb. eodem modo reſpondendũ eſt. Nec eſt verum, ꝙ Bal. dicat contrarium in filio in d. l. his verbis, cum relatis ſententiis vltramon. & citramon. ipſe tenet ꝙ dixerat in l. illa inſtitutio. illuc ſe remittendo vbi ſequutus fuerat Iaco. de Aret. vt ſupra dixi. Poſtremo nemo, qui ſapiat, negabit hoc eſſe dubiũ, & inter doctores iuris varias eſſe ſententias. In dubio autem & varijs ſententijs eligenda eſt potius ſententia pro teſtamento, quàm contra, etiã contra filium, vt ff. de inof. teſta. l. ſi pars. & extra de re iudi. c. duobus. Sic igitur concluditur hæreditatem dicti quondam Bartholomei ad Franciſcum & Ioannem fratres teſtatoris ex vulgari ſubſtitutione ſpectare, non ad poſthumam ab inteſtato. Rurſum etſi ex cauſa præteritionis teſtamẽtum eſſet nullum, vi tamen clauſulæ codicillaris tenetur poſthuma reſtituere hæreditatem ſubſtitutis retentis ſibi quingentis ducatis in legitimam, vt no. in auth.
3 ex cauſa, legatum namq; filię† imputatur in legitimã, vt C. de coll. l. illud. in prin. vbi no. & loco legitimę habendum foret. arg in Inſti. de fideicom hære. §. ſi quis vna. & ff. ad treb. l. ſi quis legatũ. §. multum. & non detraheret trebel. quia pure eſſet rogata, vt no. C. ad l. fal. l. quanquam, ad Franciſcum namque & Ioannẽ pertinet dicta hæreditas quõdam Bartholomei vel iure directæ ſubſtitutionis vel fideicom. & vi ſtatuti Paduæ ſi ad aliquem poſſeſſio, ad eos fuit a defuncto translata & continuata poſſeſſio. Sic igitur circa primum concluditur hæreditatem quondam Bartholomei nõ ad poſthumam, ſed ad patruos pertinuiſſe, & ſic in tranſactione veritas fuit dicta, quòd etiam teſtes in ſuis atteſtationibus confirmant. &c.

¶ Circa ſecundum ꝙ hæreditas puellæ non pertineat ad matrẽ hoc probatur dupliciter. Vel quia ſubſtitutio pupillaris expreſſa facta hæredi maſculo vni vel pluribus comprehendat ex verbo plures, vbi non eſt repertum maſculi, etiam filiam, quod fuiſſe de mẽte teſtantis euidentiſſime teſtes, qui interfuere teſtamẽto, declarant. arg pro hoc quod no. C de teſt. mili. l. in teſtamẽto. & ff. de le. 2. l. cum proponebatur, & ſic per pupillarem mater omnino eſt excluſa, vt C. de impu. & alijs ſubſti. l. precibus. Vel ex eo mater excluditur, q̃a mater non petijt intra annum tutorem filiæ nõ habenti, quia Ioannes in teſtamento datus propter ætatem erat idoneus, vt C. de leg. tut. l. final. Nec obſt. ꝙ mater ignorabat ætatem minorẽ Ioannis, quod contrarium iure præſumitur propter perſonarum ſtrictiſſimam cõniunctionem & aſſiduam conuerſationem, vt C. de In inte. reſt. l. de tutela Nec ob. quod ibi erat tutor. quia idem, etſi non fuit tutor, vt ff. vnde cog l. octaui. §. 1. de acqui. hære. l. filium. Nec ob. quod illud habeat locum quando coniunctus aſſereret ſe conditionem coniuncti notam habere, quia iſta reſponſio confunditur per præalleg. l. de tutela. & l. octaui. §. 1 de conuerſatione, ꝙ præſumatur notitia, quia ex ſola vicinantia hoc præſumitur. vt no. Bar ff ſi cer. pe. l. 1. vbi allegat iura hæc probantia, multomagis ex conuictu & familiaritate domeſtica. Item ſcientia d. Franciſcæ probata eſt per teſtes. Nec obſt. quod de facto longinquo præſumatur ignorantia vel obliuio. per l. peregre. de acqu. poſ. quia hic factum erat recens, videlicet quòd tẽpore mortis Bartholomei Ioannes eſſet minor. 25. quando & 20. imo 18. annis. Nec ignorantia iuris etiam ciuilis excuſat matrem, quod ſecundo allegatur loco, quia eſt cõtra l. fi. C. qui pe. tu. l. nulla. & quia iuris ignorantia non excuſat filiam in matris vel patris hæreditate, vt C. de iur. & fac. igno. l. 2. & 3. & qui admit. ad bo poſ. l. emãcipata, multominus excuſabit matrem in hæreditate
4 filiæ. ar. l. ſcripto. ff. vnde lib. Item regula eſt, † quòd iuris ignorantia non magis excuſat mulieres, quàm mares qui non in hæreditatibus excuſantur, quoniã de lucro agitur. vt ff. de iur. & fa. ign. l. error. & l. iuris, quæ regula probatur in l. fi. C. de iure & fa. ign. & ff. eo. l. regula. in prin. in ver. in quibuſdam caſibus. Excipiuntur quidam caſus vt eiſdem legibus, inter quos non eſt hic. Et hoc dixit glo. in præalle. l. fi. C. qui pe. tu. in ſecunda ſolutione. Nec ob. ꝙ tertio dicitur de paupertate, quia non erat pauper, quæ habebat quingentos duc. in patrimonio. vt no. C. vnde vir. & vxo. auth. præterea. Nõ obſtat l. 2 §. conſeſtim. ff ad tertu ad ſi. §. quem allegat vene. d. Conſultus, quiã filia nil habebat, niſi fideicommiſſum reſtituendæ ſibi hæreditatis cum fuiſſet pubes, quo ipſe videtur teſtator potius voluiſſe committere adminiſtrationem matri, quam hæredem ſcripſerat, quàm tutoribus dãdo. vt ff. ad treb. l. Seyus. Eratq;

ibi

ibi remiſſa fideicõmiſſi ſatiſdatio, hic autem non erat ſatiſdatio, & relictum quingentorum duca. erat pure relictum. & hæc de ſecundo, ſcilicet quod hæreditas puellæ ad matrem non pertineat.

¶ Circa tertium, ꝙ dictus Ioannes non fuerit tutor, apparet quia minor 25. ann. hoc eſt probatũ per teſtes Non obſt. iuramẽtum in diuiſione præſtitum, quia in alio negocio & aliis perſonis non obſtinet, vt ff. de mino. l. minor 25. an. ex aſpectu. & in tit. res inter alias geſta. quinimmo nec in eodem negocio nocet minori aſpectu eorum, qui ſcierunt. vt d. l. minor. & l. de tutela. ibique not. per Bald. & per cæteros ſpecialiter per Cyn. & Bar. in l. ſi alterius. C. ſi quis mi. ſe. ma. di. Nec obſtant not. in l. ingenuum. ff. de ſtat. ho. quia ibi iuramento litis deciſorijs. Item pareſt cauſa ſententiæ & iuramenti. vt ibi not. ſed ſuper ætate non nocet minori ſententia. niſi his, qui ignorarunt, igitur nec nocebit iuramentum. vt prædlle. l. minor. licèt ſecus ſit in ſententia ſuper ingenuitate contra patronum, quanquã ſcientem lata, vt noceat omnibus etiã ſcientibus. Aut quia ad patronum ſpecialiter ſpectabat & principaliter cauſæ defenſio, vt ff. de coluſ. detec. l. cùm non iuſto. quod non fit in cauſa ætatis, quia ad omnes æque principaliter, aut ea fortaſſis ratione, quia licèt pro minoris intentione, qui ſe maiorem dicit, lata ſit, non tamen contra alios, quia nemo contradicebat aſſertioni, nec erant in hoc aduerſarij. quod ſecus in cauſa ingenuitatis. Non obſt. quòd iuramentum, quod ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternę, ſeruandũ ſit quantum ad omnes per c. cùm contingat. & c. quamuis. & per no. per Bald. in auth. ſacramẽta puberum. C. ſi aduer. ven. quia illud in iuramento obligatorio, non in iuramento quod eſt veritate rei præſentis vel præteritæ, quod aſſertorium poteſt dici. Illud namque contra veritatem præſtitum non tam iuramentum eſt, quàm periurium, nec illud iubent canones contra veritatẽ obſeruari, ſed potius volunt locum eſſe veritati, & eũ qui falſum iurauit, de periurio puniri, ſicut & in temerario iuramento ſtatuunt, vt extra de iureiu. c. venientes. Nec rurſus ob. quod quis non poſſit allegare ſuam turpitudinem, quia illud verum, vt ex ea agendo iudex fundet ſuam intentionem vt not. per Bar. in l. alias. ff. de iureiu. Nec hic allegat Ioãnes ſuam turpitudinem, ſed aliud allegando ſua turpitudo detegitur, quod nõ eſt vetitum vt in prædlle. l. alias &c.

¶ Circa quartum etiam ſi fuiſſet tutor debuiſſet agi vtili actione tutelæ, quia ceſſauit, non directa quia adminiſtrauit. vt l. non quaſi. §. illud. ff. rem. ra. ha. Ex negocio namq; hæreditario ſuo nomine geſſit cũ ſe putaret hęredem, & hac ratione non poteſt cõueniri, quaſi pro tuto. quia non geſſit tanquam tutor, quod exigeretur, vt ff. pro tut. l. 1. in prin. Nec ſunt hæ actiones propoſitæ, cũ ex prius narratis nullo mõ poſſint cõpetere.

¶ Circa quintum & vltimum de tranſactione, quæ per dictum Ioãnem opponitur, cui per diuerſam partem reſpondetur, quod non valet quaſi de viuentis hæreditate, replicatur ꝙ duo continet principaliter illa tranſactio quo ad propoſitum attinet. Primum de hæreditate dictæ puellæ diuidẽda, & de diuidendis. 500. du. & in hoc procedit diuerſæ partis meæ intereſſe, vt non teneat in ea parte tranſactio, cùm ad ipſos fratres pertinet hæreditas puellæ matre excluſa, vt ſuperius eſt oſtenſum. Secundum continet tranſactio ſuper hęreditate Bartholomei in hoc eſt quod allegat pars rei, & ſecundùm hoc non procedit reſponſio partis diuerſæ, quia non de hæreditate viui, ſed iam mortui paciſcebatur, vt C. de pac. l. 1. & de tranſa. de fideicommiſſo. & vt in poſ. ie. l. cum Arthimedoram. Secundo reſpondet pars aduerſa, quòd actrix agit ex iure, quod poſtea ſuperuenit. ar. in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſac. Sed hoc non eſt verum, quia ius nullum ſuperuenit vt ſuperius monſtratum eſt. Item promiſſio de nõ mouenda controuerſia ſuper re, de qua conſtat promittentẽ de præſenti ius non habere re, vel ſpe, ſicut erat hic, pertinet ad ius etiam futurum, ne aliàs foret inanis & fruſtra interpoſita, vt eſt expreſſum ff. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. §. quęſitum. Nec eſt bona reſponſio, quòd loquatur de promiſſione interpoſita ex cauſa liberalitatis, quod dicitur notari per glo. ibidem & Bart. quia imò glo. magna in prin. l. intelligit etiam de interpoſita ex cauſa oneroſa propter dictionem, etiam, ibi in glo. poſitam, nec hic de hæreditate quondam Bartholomei tunc erat controuerſia inter ipſos, vnde non proprie ſuper ea fuit tranſactio, ſed magis pactio, licèt non omnino gratuita. Et plenior debet eſſe liberatio alieni facta ex cauſa oneroſa, quàm ſi fuiſſet facta ex cauſa lucratiua. ff. de ædil. edict. l. ad res donatas. Ex quibus apparet euidenter Ioannem abſoluendum a petitis per partẽ diuerſam, & diuerſam partem abſoluendam a petitis per Ioannem, quia venit contra tranſactionem in ea ſaltẽ parte, quia fuit valida. Et conſequenter in pinguibus ſumptibus in vtraque cauſa proculdubio cõdemnandã. Cætera ſuppleat diſcretio & prudẽtia conſulti viri.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtamentum primum perfectum an & quando tollatur per ſecundùm imperfectum, & an cæcus faciens teſtamentum inter liberos poſſit illud facere cũ duobus teſtibus, & dato ꝙ non poſſit quid operetur clauſula codicillaris vel omni meliori modo &c.

SVMMARIVM

1 *Cæcus quando & qua forma poſſit teſtamentum vel aliam vltimam voluntatem efficaciter ordinare.*

2 *Teſtamentum imperfectum an & quo caſu etiam exiſtente alio perfecto facilius admittatur.*

CONSILIVM XC.

SVPER Eo quod primo loco quæritur, an teſtamentum ſecũdo loco factũ prius ſubſtulerit. Videretur prima fronte ꝙ ſic per l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & §. ſi quis autẽ. C. de teſta. vbi ſecundum teſtamentum imperfectum, in quo ſunt inſtituti liberi, vel ẽt ſi liberi non eſſent ſed alius quilibet ab inteſtato veniens ſaltem adhibitis quibuſdam teſtibus, qui hic interuenerunt, tollit prius perfectum. Confirmatur per l. ſancimus. co. ti. de teſta. vbi reuocatio prioris teſtamenti perfecti corã tribus teſtibus facta vel apud acta cum tranſcurſu decennij ex tempore prioris teſtamenti facti tollit præcedens teſtamentum perfectum, hic autem vtrumque interuenit & temporis tranſcurſio, & reuocatio illius prioris teſtamenti per illa verba in poſteriore poſita, caſſans & reuocans &c. vbi affuit præſentia non modo trium teſtium, verum etiam nouem tabelliones.

¶ Verum diuerſam partem veriorem arbitror per l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. non poſ. & in Inſti. e. §. cæcus autem. vbi expreſſe dicitur † cæcum vtroque lumine qualis erat hic paterfamilias, de cuius teſtamẽto quæritur, tempore ſecundi teſtamenti non poſſe teſtamentum vel aliam vltimam voluntatem facere, niſi ſecundùm formam traditam in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. non poſ. quam conſtat hic non eſſe ſeruatam. Et cùm generaliter loquantur prælleg. ll. & præſertim prælle. §. cæcus autem, vbi omnino & abſolute negat potentiam illis verbis, non poteſt, & vnã dumtaxat exceptionem ſupponit, niſi ſecundùm formam &c. generaliter debent intelligi. arg. ff. de pub. l. de precio. & de aleat. l. 1. §. quod ait prætor. Nec me mouet §. ex imperfecto in l. hac conſultiſſima. C. de teſta quia dupliciter poteſt reſponderi. Primò quia loquitur in non cæco, vt apparet ex principio illius l. cui ille §. coniunctiue continuatur, in quo principio de non

non cæco indubitate loquutus eſt, & quale eſt legis principium, tale debet intelligi medium, vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. 1. & eum etiam ſequentia illius l. indubitate loquantur de teſtatore non cæco, ſic & media debent intelligi. nam ex præcedentibus & ſequentibus media recipiũt intellectum, vt ff. de teſta. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. & de lega. 1. l. ſi ſeruus plurimum. §. ſi. Rurſus de his debet intelligi exceptio, quę ſub precedẽti ſunt regula. vt p Dy. extra de reg. iu. lib. 6. in rubro. & ar. l. nam quod liquide. §. fina. ff. de pe. le. Cùm igitur præcedentia, in quibus fit exceptio de nõ cæcis teſtantibus loquerentur, de his quoque exceptio intelligenda eſt Sed & ratione confirmatur. nam non congruit vt teſtamenta cæcorum licèt inter liberos facta communi non cæcorum iure fungantur, ſicut enim in teſtamento, qđ fit inter extraneos, non fungĩ cæcus communi iure cæcorum propter maiorem timorem & maius periculum falſitatis vt in præalle. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. non poſ. & Inſti. eo. §. cæcus autem. Ita etiam in teſtamento quod fit inter liberos, debet a paritate rationis diuerſo iure a cæteris teſtamentis differre vt in eo maior ſubtilitas exigatur, quàm in nõ cæcis teſtantibus. arg ff. de verb. obl. l. a Titio. & ad l. aquil. l. illud. Secundo reſpondetur, quia dictus. § ex imperfecto, loquitur de teſtamento inter liberos facto, cùm aliud teſtamentum perfectũ nõ procedit, quod apparet ex §. ſi quis autem in eadem l. vbi primum incipit loqui cum facto priore teſtamento ꝑfecto veniť ad ſecundum, nec ibi vlla fit exceptio de teſtamento imperfecto inter liberos facto, ſed omnino exigitur alius teſtium numerus quàm exigatur in teſtamẽto inter liberos in d. §. ex imperfecto. & in auth. quod ſine. & in prin. d. l hac conſultiſſima. & in l. ſi. C.
2 de codicil in ſi. Nec eſt mirum † facilius admitti teſtamentum imperfectum fauore liberorũ quando illud teſtamentũ perfectũ non procedit, quàm ſi aliud præcederet, vt no eleganter per glo ff. de lib & poſthu. l. ſi filius qui in poteſtate. & colligitur in eadem l. iuncta l. filio præterito ff. de iniuſt. rup. & irri. teſt. Nec ignoro Bald. quidem in vtroque præmiſſorum contradicere, ſicut ipſe notauit in d l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. face. poſ. & in d. §. ex imperfecto. ſed ipſius Bal ſententia videtur mihi per ſuperiora confundi. Nec mouet me ratio, qua motus eſt in d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa non poſ quod videlicet §. ex imperfecto. ſit ſpecialior, quàm l hac conſultiſſima. C. qui te. fa. non poſ. quia cum pace eius, contra eſt reſpectu perſonarũ teſtantiũ, quoniam l. hac conſultiſſima. qui teſta. fac. nõ poſ ſpecialior eſt. quia loquitur in cęco teſtãte vel aliã vltimam voluntatem faciente, quàm l. hac conſultiſſima. C. de teſta. reſpectu perſonæ teſtantis generali ſermone concepta eſt, ideoque l. hac conſultiſſima. C. qui te. fa. non po. tanquam ſpecies deroget generi, hoc eſt alteri l. hac conſultiſſima. de teſta. ar. ff. de re iur. in toto. Et ſicut derogat in actione hoc enim palam eſt, ita etiam deroget in exceptione quę fit in illo §. ex imperfecto. Et ita allegat eam Mar. de Fano, qui primus mouit iſtã quæſtionẽ, vt refert Bal. in d. l. hac cõſultiſſima. qui teſt. fa. non po. Et hanc ſententiam, quæ mihi ſupra placuit, videtur idem Marti. magis approbaſſe, eo ꝙ pro vltima poſuit, ar. ff. ad treb. l. qui filium. ac quod ibi no. Nec hæc ſententia primum nunc cœpit mihi placere, ſoleo namq; hoc ipſum legens illam l. hac cõſultiſſima. qui teſt. fa. non poſ. dicere & tenere multis ante actis annis. Quod autem dictus §. ex imperfecto. habeat locũ non tñ in primo, teſtamento vt prædixi, verum ẽt in ſecundo, vt ſecundũ teſtamentũ inter liberos factũ licèt imperfectũ teneat & tollat primum. Bal. quidem in ipſo § ex imperfecto. ſentit, dum ſoluit oppoſitionem §. eiuſdẽ leg. Sed nulla ratione vel lege probat. Et ſupradicta hoc eſt tam ipſa l. hac conſultiſſima, quàm rõ qua ſuperius functus ſum, eius ſentẽtię contradicit. Ad §. autem ſi quis autẽ. d. l. hac conſultiſſima. de teſta. Reſpõdeo ꝙ ille §. non loquitur in cæco, vt per ſuperiora manifeſte probatũ eſt, quæ & hic poſſunt repeti. Et præterea loquitur, qñ in priore ſcripti erant extranei, hic aũt etiã in priore inſtituti erant liberi. Quinimo huic ſequens eſt, ꝙ ipſum primũ teſtamẽtum inter liberos factũ licèt cõmunem ſolemnitatem habeat, non debeat tolli per poſterius etiã inter liberos factũ, niſi ei ſpecialiter derogatũ ſit, vt in auth. hoc inter liberos. C. de teſta. & quod ibi no. per Cy. poſt la. & Pe. & in corpore vnde ſumitur. in ver. talem &c. in gl. Nec. obſt. præalle. l. ſancimus. quia loquitur in teſtamento vel vltima voluntate non cæci, Cæcus aũt non poteſt vltimam voluntatem facere, niſi ſm formam l. præalle. hac conſultiſſima. §. quæ omnino. C. qui teſt. fa. non po. Præterea l. ſancimus. loquitur in reuocatione teſtamẽti præcedentis facta ſimpliciter & abſolute non reſpectiue. Nam ſi teſtamento poſteriore facto licèt inutili ſit inſerta illa clauſula, caſſans & irritãs oẽ teſtm̃ præcedens & omnẽ voluntatem præcedentem &c. cũ intelligitur facta contẽplatione illius teſtamenti vltimi, ꝙ valere putabatur & non valebat, non derogabit priori teſtamẽto ſm quod eleganter no. per Bar in l. ſi iure. ff. de leg. 3. Nec me mouet ꝙ in hoc vltimo teſtamento cæci eſſet inſerta illa clauſula, ſi non valet iure teſtamenti &c propter quam videtur Bar. in d. l. ſi iure velle, ꝙ videãtur rogati venientes ab inteſtato, & ſic eorum aditione cõfirmatio illius clauſulæ reuocantis prius teſtamentũ fieri poteſt, quia illud, ꝙ videãtur rogati, & conſequenter inſtituti venientes ab inteſtato, procederet in non cæco. per d. l. hac conſultiſſima § quæ omnia. C. qui teſta. fa. non po. Præterea tunc per illam clauſulam intelliguntur rogati venientes ab inteſtato, cũ venientes ab inteſtato erãt ſucceſſuri, q̃a nullũ aliud teſtm̃ perfectũ præcedebat. Cæterũ verba illius clauſulæ porriguntur ex indefinito ſermone ad eos, qui ſucceſſuri ſunt, & ad quos peruentura ſit hæreditas ipſius patrisfa. Si igitur illud teſtm̃ inutile præcedebat aliud teſtm̃ perfectũ, cũ per id ceſſet inteſtati cauſa, clauſula illa. Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorũ. inſerta illi teſtamento inutili, conuertit illam voluntatem in codicillos, quæ pertinebat ad teſtamentũ præcedẽs, nõ ad cauſam inteſtati, quæ valeat propter illud præcedens teſtm̃ perfectum. ar. ff. de iure codi. l. ſi quis cum nullum. in prin. a contrario ſenſu. & §. ſi. & C. eo. l. ſiue. & in Inſti. eo. §. pe. Cõcluditur itaq; circa hoc primum quæſitum, Primum teſtamentum recte factum non obſtante poſteriore imperfecta voluntate protinus in ſua firmitate permanens nullatenus euaneſcere.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Inſtitutio facta de filia hoc modo donec maritaretur; quomodo intelligatur, & ſi reperiatur mortuus hæres inſtitutus tempore teſtamenti cui debeat accreſcere, & an legata vel fideicommiſſa relicta ab hæredibus intelligantur repetita a ſubſtitutis.

SVMMARIVM

1 *Filiam loco portionis hæreditariæ congrua dote contentam eſſe debere cautum ſtatutis municipalibus.*

2 *Pluralis locutio in materia ſubſtitutionum reſoluitur in ſuas ſingularitates.*

CONSILIVM XCI.

ANTONIVS Gradus poſt nonnulla legata facto teſtamẽto ita diſpoſuit. Item reliquit in alijs ſuis bonis tam mobilibus & immobilibus pro ſuis hæredibus Iulianum eius filium & Ientinam eius filiam donec ipſa maritaretur, & ſi ipſa maritaretur,

reliquit

reliquit pro dotæ quingentas lib. in rebus mobilibus.
item relinquit quod quiſque eorum poſſit teſtari ſecũ
dùm ſuam voluntatem, ſi peruenirent ad mortem,
poſt interpoſitis quibuſdã legatis ita loquutus eſt. Itẽ
in aliis oĩbus ſuis bonis mobilibus & immobilibus in-
ſtituit Iulianũ & Ientinam ſuos vniuerſales hæredes
ſi vixerint, & ſi non vixerint cum legitimis filiis & hę
redibus reliquit Girardino & Iacobo filiis quondam
Ricobini fratris ſui totum ſuum caſamentum &c. &
omnes terras &c. ſi vixerint in ætate deficiẽtibus hære
dibus dicti teſtatoris. erat autem mortuus tẽpore iam
facti teſtamenti dictus Iulianus filius teſtatoris, cùm
id dictus Antonius ignoraret. poſt hæc dicto mortuo
teſtatore dicta Ientina vniuerſa bona patris accipiens
nupſit, & in matrimonio mortua eſt relicta ſuper-
ſtite filia ſua paruula, quæ & ipſa maternæ mortis in-
tra paucos dies conceſſit in fatum ſuperſtitibus dictis
Girardino & Iacobo, qui impleta ætate ſua etiam
mortui ſunt. Quæritur an hæredes dictorum Girardi-
ni & Iacobi dictum caſamentum & terras ſibi a dicto
teſtatore relictas petere poſſint &c.

1 ¶ † Pro determinatione breuiſſima eius, de quo
quæritur conſiderandum eſt, quòd illis verbis (donec
maritaretur dicta Ientina, & ſi maritaretur, reliquit ei
quingẽtas lib. pro dote) videtur teſtator rogare ipſam
Ientinam de reſtituenda ſua parte hereditatis Iuliano
fratri & cohæredi ſuo cum ad matrimonium perueni
ret retentis lib. quingentis nomine dotis. argu ff. de le
2. l. Titia cum teſtamento. §. fin. & quod ibi no. in glo
videtur autem fideicommiſſum huiuſmodi quaſi vi-
duitatem indicens filiæ non valere per l. quotiens. ff.
de condi. & demon. Sed non puto eam fuiſſe mentẽ
patris, vt filiæ viduitatem indiceret, quam excludit pa-
ternæ pietatis præſumptio. Sed his verbis voluit, quòd
modernorum ſeculorum mores exigunt, nam filium
voluit ſibi vniuerſalem fieri ſucceſſorem, filiam vero,
cùm in alienam domũ tranſitura foret per cauſam nu
priarũ & liberos alterius familiæ genitura, voluit eſſe
contentam pro ſua ſucceſſione dote perſonarum ho
neſtati & modo facultatum congruo. Sic enim & ple
runque teſtantur hodie ſapientes patresfa. & ſic & mu
nicipiorum frequentiſsimæ leges in inteſtatis conſti-
tuunt. Teneat igitur id fideicommiſſum, & loco legata
riæ habeatur dicta Ientina per §. ſi quis vna re. Inſti. de
fideicom. hære. & C. de hære. inſt. l. quotiens. & ff. de le.
2. l. peto. in prin. Et ſi dictæ quingentæ lib. ad debitam
iure naturæ portionem, & eam portionẽ quam iure
retinere poſſit, non ſufficerent, ſuppleatur eidem, vt
in Auth. vt cum de appel cogno. §. cæterum. niſi for-
2 taſſis, vt plerunque contingit, † ſtatutis municipalibus
caueatur dote congrua filiam debere eſſe contẽtam,
tunc enim ſi dicta quantitas doti congruebat, nil ſup-
plendum fiet. Sed ex alio capite videtur id fideicom-
miſſum nullum, & ſolam Ientinam in vniuerſum hæ
redem patris ſine fideicõmiſſi onere, cum propona-
tur dictus Iulianus ante teſtamentũ mortuus. vnde &
inſtitutio eius & fideicõmiſſum ſibi datũ pro non ſcrip
tis fuere. C. de cadu. tol. §. in primo. Sed hoc ipſum con
cedendum puto, & tamen onus fideicommiſſi, quòd
præſtaturus fuiſſet Iulianus ſi vixiſſet & hæres patris
fuiſſet, ipſa Ientina, cui accreſcit portio pro non ſcri-
pta, & apud quam remanet fideicõmiſſum pro non
ſcriptum, perſoluatur. ſed ſi Iulianus vixiſſet, & hæ-
res patris extitiſſet, & ſine liberis deceſſiſſet, vt fuit, fu-
turum erat, vt dicti Girardinus & Iacobus ea legata
aſſequi potuerunt, & id ius ad ſuos hæredes tranſmiſ-
ſerunt. Nec ob. §. in primo. C. de cadu. toll. vbi portio
cadit & fideicommiſſum pro non ſcripta ſine onere.
quia illud verum in legatis pro non ſcriptis, ſecus au-
tem in inſtitutione ſeu hæreditatibus pro nõ ſcriptis,
vt ibi not. & in §. his ita. in eo. tit. de cadu. tollen. quod
ſequuntur Pet. Cy. & Barto. ibidem. & Bart. plenius. ff.
de condi. & demon. l. quæ conditio. & de lega. 1. l. ciui-
tatibus. §. 1. nec contradicit l. celſus. §. penult. ff. de leg. 2.
quia ibi loquitur, cùm ab vno ex pluribus hæredibus
inſtitutis nominatim fuiſſet fideicommiſſum relictũ.
hic autem non nominatim ab ipſo Iuliano relictum
erat ipſum caſamentum & cæteræ terræ, ſed ſimplici-
ter idem teſtator diſpoſuerat, vt ſi dicti hæredes ſui nõ
vixerint cum hæredibus, quod ad mentem teſtatoris
non ſonat. i. nõ ſine liberis deceſſerint, vt ff. ad trebelli.
l. ex facto § fina. & probat finis verborum ipſius lega-
ti. videlicet deficiẽtibus hęredibus teſtatoris, quæ mẽs
& ſenſus potius quàm verborum facies & cortex ſpe
ctari debent, vt C. de lib. præt. l. 3. dictum caſamentũ
& terræ ad dictos Girardinum & Iacobũ pertinerent,
etsi non fuerant nominatim relicta ab vno ex pluri-
bus hæredibus. Nec dicat quis conditionem legati
ſeu fideicommiſſi defeciſſe, quia dicta Ientina nõ de-
ceſſit ſine liberis, cum filiam ſuperſtitem ſibi relique-
rit. arg. l. 1. C. de condi. inser. quia † illa pluralis oratio,
ſi dicti hæredes ſine liberis deceſſerint, reſoluitur in
ſuas ſingularitates, vt ff. de condi. & demonſt. l. falſa. §.
fina. Et probatur expreſſim. ff. ad treb. l. hæredes mei.
§. cum ita. & l. lucius. § Gaio. & de leg. 2. l. 2. §. filium. &
plene not. poſt glo. per doct. C. de impu. & ali. ſubſti. l.
penul. Cùm itaque in perſonam dicti Iuliani conditio
extiterit, quia ſine liberis deceſſerit, ex perſona eius de
betur fideicommiſſum dicti caſamenti & prædicto-
rum. Et aduertendum, quod cum ipſe Iulianus ex or-
dinatione & mente teſtatoris futurus erat ſucceſſor
in vniuerſum ius defuncti patris Et ipſa Ientina pro
legataria, cùm nupſiſſet, haberetur, quia certa quan-
titate iuſſa erat eſſe contenta, totum caſamentum &
prædia ab ipſius Iuliani hæredibus ſine liberis mortui
fuerant debenda, petenda, & pręſtanda ſi patris hæres
fuiſſet. Ita igitur & nunc debebũt ſucceſſores dictę Ien
tinę, ad quã pars hæreditatis pro non ſcripta fratri ac-
creuit, & apud quam fideicõmiſſum a ſe datum fratri
& pro non ſcriptum manſit cum ſuis oneribus, quæ
ipſe Iulianus ſi vixiſſet & patris hęres fuiſſet, debuiſſet.
Et cum profecto hæc fuerit euidens & indubitata ſen-
tentia teſtatoris, vt deficientibus liberis ſuis id caſa-
mentum & prædia villæ Francæ ad filios quondam
fratris ſcilicet Girardinum & Iacobum ſpectarent, de-
feceruntq; præſertim illi ex oẽs dicti teſtantis, æquiſſi-
mum eſt id tueri, vt dictum caſamentum & pręDia ad
dictos Girardinum & Iacobum pertinuerint & ad hæ
redes ſuos, cum poſtea deceſſerint, quàm dies fidei-
commiſſi ceſſerat, transferatur, vt C. de fideicom-
miſ. l. ſi in perſonam. Summo namque ſtudio ſum-
moque opere ſuppremæ deficientium voluntates tuẽ
dæ ſunt, vt C. de ſacroſan. eccl. l. 1. nec vſquam inter-
pretatio verborum in tantum valeat, vt ſenſu melior
exiſtat, vt præallega. l. 3. C. de libe. præ. vel exhære.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Donatio inter viuos an in vltima voluntate poſ-
ſit reuocari, & an acquiratur dominium quando do-
natarius eſt abſens, & an iurans non reuocare codicil-
los, vel votum emittens de non reuocando vltimam
voluntatem, an poſſit mutare non obſtantibus iura-
mento & voto, & an vxor intelligatur ſubſtinere
onera & factiones in loco, in quo cum viro habitat,
& an vſuſfructuarius faciat fructus ſuos non præſtita
ſatiſdatione.

SVMMARIVM

1 *Ambulatoria eſt voluntas hominis vſque ad vltimum ſpiri-
tum.*

2 *Iuramentum, promiſſio, ſeu votum liberam teſtamenti factio-
nem annihilantia tanquam odioſa & contra bonos mores
non ſeruanda decernuntur.*

3 *Contractus*

3 *Contractus dotis an per leges domicilij mariti, an per leges loci, in quo initus eſt, conſideretur.*

CONSILIVM XCII.

AD id de quo primo loco quæritur, dicendum eſt cõcluſiue legata relicta dictæ dominæ Sophiæ vxori dicti teſtatoris tam in teſtamento, quàm codicillis poſtea factis integra præſtanda eſſe, niſi aut bona teſtatoris æri alieno non ſufficerẽt aut falcidiæ locus foret, cum hæres inſtitutus hæreditatem inuentario facto ſolenniter adiuiſſet, vt ad l. fal. authen. ſed cum teſtator. & in corpore vnde ſumitur. Non me mouet, quod idem teſtator ea relicta factis poſtea codicillis ademerit, quia & poſt illos nouiſſimos codicillos, eademq; dictæ dominæ Sophiæ reliquerat renouauit, 1 quod potuit. † quia ambulatoria eſt volũtas hominis vſque ad vltimum vitæ ſpiritum. ff. de adimen. leg. l. quod ſi interim. in fin. Nec huic derogat, quòd in illis codicillis derogatoriis eorũ, quæ vxori ante relinquerat iuſſit dominium ex tunc peruenire ad dictum dominum Androandinum ſuum futurum hæredem, & in fine iuſſit ipſos codicillos valere iure donationis et inter viuos, quia dictus dominus Androandinus ibi præſens non fuerit dictam donationem acceptans, nec etiam alius eius nomine ipſam donationem ſuſcipiens, non valuit ipſa donatio conſenſum duorũ exigens, vt no. C. de ſacroſan. ecc. l. illud. quanquam & ſi præſens fuiſſet ipſe dominus Androãdinus dubitetur apud viros prudẽtes, vtrum teneat ipſa donatio quaſi fraude facta legi ne poſſit mutare voluntatem, & ſic tollit liberam teſtamenti factionem cõtra bonos mores, vt C. de pac. l. pactum quod dotali. & ff. de verb. ob. l. ſtipulatio hoc modo, prout de his tractat Barto. ff. de teſta. l. hæredes palam. §. ſi. & Cy. in c. quod ſemel placuit. de re. iur. in 6. In propoſita tamen ſpecie idem ſi donatio tenuiſſet, & dominium ipſarum rerum in ipſum dominum Androandinũ tranſiſſet, quod eſt difficile, cùm traditio non interuenerit nec aliud quod pro traditione habeatur, cùm res eſſent abſentes, vt C. de pac. l. traditionibus. Attamen renouata poſt legata ipſi d. Sophiæ deberentur. per l. vnum ex familia §. ſi rem. ff de leg. 2. poteſt enim hæredem ſuum etiam in rebus propriis hæredis onerare. Non officit etiam, quòd teſtator promiſerit notario tanquam publicæ perſonæ recipienti nomine omnium, quorum intereſt nunquam reuocare ipſum codicillum, quo relicta vxori ſubtraxerat, iurauitq; & vouauit eum imperpetuum minime reuocare. quia † eiuſmodi iuramentũ, 2 promiſſio, & votum tanquam liberam teſtamenti factione ſapientibus hominibus adinuenta contra bonos mores eſſe putata ſunt, vt tangitur per Cyn. C. de ſacroſa. ecc. l. 1. in vlti. q. & per Dy. de reg. iur. c. quod ſemel placuit. vbi & Io. An. in mercurialibus. determinat valere vltimam voluntatem, licèt periuriũ incurrat &c. Bart. opinatur & valere vltimam voluntatem & periurium fieri quaſi nõ ſit obligatorium tale iuramentum contra bonos mores præſtitum, vt eo. titu. l. non eſt obligatorium. vt tractatur ff. de verb. obli. l. ſtipulatio hoc modo. & de le. 3. l. ſi quis in prin. Itẽ quoq; pari ratione de voto dicendum eſt, nam me etiã mouet, q in eodem codicillo reuocatorio legatorum vxoris derogauerit poſteriori voluntati, per l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. quia cum ſpecialiter in poſteriori codicillo huius prioris codicilli meminerit, ipſumque ſpecialiter reuocauerit & dixerit ſe velle ea legata vxori deberi, poſterior voluntas priori quanquã poſterioris derogatoriæ derogauit, vt ff de le. 3. l. ſi qs in prin. teſtamenti. in prin. & de iure codi. l. diuus. §. licèt. Nec refragatur huic, quod ipſa domina Sophia non ſuſtinet onera & factiones cum communi Beluni, quoniam ſtatutum ciuitatis Beluni de ſucceſ. & nu. in poſ. hær. de. quod incipit quoniam conueniens & cùm in fine excipiantur vxores habitantes cum maritis ſubſtinentibus, tam etſi ipſæ non ſubſtineant. nam & vxor ſequitur domicilium viri & iuriſditioni illius ciuitatis etiam quo ad onera perſonalia vel mixta illius ciuitatis ſuppoſitæ ſunt, vt C. incol. l. mulieres. & muli. in quo lo. l. vnica. lib. 10. & ciues ſunt vt not. de incol. l. ciues. lib. 10. & per Barto. ff. ad municip. l. fina. § item reſcriptum. Item loquitur ſtatutum de rebus immobilibus, de mobilibus verò rebus non. & licèt prohibitione alienationis contineatur vſufructus datio, vt C. de re. alie. non alie. l. fina. Defendi poſſet ex ea parte legati qua dixit, ſine redditus manſi &c. nõ vſufructum ſi legari non potuiſſet, ſed fructus annuos legaſſe, qui ſunt res mobiles, ſicut in ſimili dicitur ius decimandi, cùm ſit ſpirituale non cadere in Laicum, ſed ipſam fructuum perceptionem cadere. Relinquitur igitur concludendum quo ad id, de quo primo loco quæritur, relicta d. Sophiæ in teſtamento vel codicillis ei deberi non obſtantibus obiectionibus ſupra relatis. Ad ſecundum breuiſſime communis docto- 3 rum ſententia eſt † in contractu dotis ſpectari leges domicilii mariti iure quodam ſpeciali, non etiam leges vel conſuetudines loci vbi contractus factus eſt contra regulam l. hæres abſens. §. 1. ff de iudi. per l. exigere. eod. titul. vbi Bartol. Bald. & Ange. & in l. cunctos populos. C. de ſumma tri. & fide catho. & ſic in re propoſita ſtatutum Beluni ſequendum eſt. quandam ibi maritus habebat domicilium, de donatione vero propter nup. nõ loquitur l. exigere. & ſi ſpeciale eſt in dote contra regulas vt prædictum eſt, in donatione propter nuptias ſtabitur regulæ. Non enim iura ſpecialia ſunt trahenda ad conſequẽtias, vt ff de legi. l. quod vero contra. & de regu. iur. l. quod contra. & plerumque ſtatuta in dote non habent locum in donatione propter nuptias. C. qui pot. in pi ha. l. fina. in fine. & ad velle. authen. ſiue a me. & ff. ſoln. mat. l. ſi vero negocium. §. de viro. Tutius tamen & conſultius eſt ipſi, ſe cum hærede componere, & hæres benefaciet aliquanto amplius libr. 50. dictæ dominæ liberaliter condonare. facit authent. præterea. C. vnde vir & vxor. & quod ibi per Bartol. & Bald. & hoc de ſecundo membro.

¶ Ad tertium videtur fructus poſt mortem teſtatoris ac aditam hæreditatem percipiendos ad ipſam dom. Sophiam pertinere, vt ff. de condit. & demon. l. j. in fin. & ff. de vſufruc. leg. l. fundi trebatiani. Si autem ſit fructuaria, non ante poteſt fructus percipere, quàm ſi cauerit hæredi. vt C. de vſufruct. l. vſufructu. & ff. de vſufruct. leg. l. vxori. & ideo conſulte faciat domina Sophia ſi cautionem offerat, & no. per Cyn. in dicta l. vſufructu.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas ab inteſtato an poſſit peruenire ad illum, qui mortis tempore eius, de cuius ſucceſſione agitur, neque natus neque conceptus erat, & ſtatuta deſerẽtia hæreditatem certis perſonis an porrigi poſſint ad eas, quæ non erant in rerum natura tempore delatæ ſucceſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*
2 *Qualitas adiecta verbo cuius ſit reſpectu verbi naturæ.*
3 *Statutum an ſemper & in totum recipiat interpretationem a iure communi.*

CONSI-

CONSILIVM XCIII.

EX facto ꝑponitur ꝙ Symoninus infans
factus hæres matris præmortuæ ſolus in
re municipali ex aditione paterna, in cu
ius erat poteſtate, mortuus eſt in infanti
li ætate ſuperſtitibus patre & duabus ei
vtrinque coniunctis ſororibus Elianora & Nicoloſa,
quibus ſororibus ex ſtatuto Ianuæ delata fuit fratris
hæreditas quo ad proprietatem maternorum ſaluo
vſufructu patri. poſt hoc deceſſit Elionora fratris hæ-
reditate non agnita, poſtea vero dudum deceſſit Ni-
coloſa hæreditate quoque fratris non quæſita relicto
poſt ſe filio Antonio concepto & nato poſt mortem
dicti quondã Symonini forte. 10. annis vel circa. Exor
ta eſt quæſtio de hæreditate iſtius quondam Symoni-
ni inter hunc Antonium, qui adita hæreditate dictæ
Nicoloſæ quondam matris ſuæ adiuit etiam hæredita
tem dicti quondam Symonini reſpectu bonorũ ma-
tris dicti quondam Symonini, & Coſmam filium ex
ſecundo hæredem vxoris quondam Antonij de Laza
rino patris quondam dicti Simonini, qui mortuo ipſo
quondam Symonino hæreditatem eius, licèt nõ ſibi,
ſed filiabus delatam quo ad bona materna ex ſtatuto
Ianuen. ſuo proprio nomine adierat, & Antonius pe-
tit, Coſmas vero poſſidet. Quærit̃ an dictus Antonius
poſſit & debeat obtinere in hæreditatis petitione pro
poſita contra prædictum Coſmam filium & hæredẽ
dicti quondam Antonij de Lazarino vel ex iure com
muni vel ex iure ſpeciali ciuitatis ſub titulo de ſucceſ-
ſionibus ab inteſtato & ſpecialiter in §. ſi vero deceſ-
ſerit. nõ relictis fratribus maſculis ex eodem patre &c.
1 ¶. † In propoſita quæſtione, quæ mihi videtur parum
aut nihil habere dubitationis, concluſiue procedam
reſpondens, ꝙ non poſſit neque debeat de iure optine
re dictus Antonius quoniam in hæreditatis petitione
ex iure actoris iudiciũ metimur, vt ff. ſi pars hære. pe.
l. 1. §. 1. et ſi actori ius nullum cõpetit, poſſeſſor etiam
nullo iure ſuo probato vel quæſito, ꝑtinus abſoluitur
C. de rei ven. l. fina. in Inſti. de interdic §. commodũ,
ſed dicto Antonio petenti nullum ius competit in bo
nis dicti quõdã Simonini maternis. vt probato. igitur
ꝙ nullũ ius iſti Antonio cõpetat in hæreditate quõdã
Symonini de iure communi expeditiſſimum eſt, per
l. ſi quis filio exhæredato. in prin. verſic. cæterum. ff. de
iniuſt. rup. & irri. teſt. & l. 1. §. ſi quis vnde cogna. l. 1. §.
ſciendum. & l. Titius. cum l. ſeq. de ſui. & leg. & Inſtit.
de ſucceſ. ab inteſt. §. cum autem. verſi. plane. notatur
in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſta. & l. qui ſe patris. vn-
de liberi. authẽt. Itaque. C. communia de ſucceſ. & ibi
per Cy. & Dy. in ſua magna diſtinctione. & in l. gallus.
ff. de lib. & poſthu. & nemo docto. deſſentit. & ratio po
nitur in ſupra allegatis legibus, quia nullo iure cogna
tionis tetigit eum, qui eo viuo non fuit in rerum natu
ra. Sed nec iure ſpeciali ciuitatis Iannuæ puto enim ad
eam hæreditatem admitti. Nam ſi qua ex parte dicti
capituli Ianuen. de ſucceſſionibus ab inteſtato poſſit
vocari, ex ea parte poſſit vocari, quæ eſt in §. ſi vero
deceſſerit. ſuperius allegato. Sed ea pars ſtatuti profe-
cto eum non vocat, loquitur namque cùm decedens
ab inteſtato relictis ſororibus vna vel pluribus, vna vel
ex vtraque parte coniunctis, aut filio, vel filia ſororis
præmortuæ ſorore extante, vel nõ extante deceſſerit.
In propoſito autem non poteſt dici relictus filius ſoro
ris a dicto quondam Simonino, qui filius ſororis nec
dum erat in rerum natura. Nam vbi non eſt ſubiectũ,
non poteſt eſſe qualitas, vt ff ſi cer. pet. l. eius qui in pro
uincia. §. pen. Nec ei quod non eſt verbum hoc reli-
2 ctum, conuenire poteſt præſertim quia † qualitas, quæ
aliquo verbo regitur, ſecundum illius verbi tempus &
actum verificari requiritur, vt ff. de noxa. l. in delictis.
§. ſi vero extraneus. Cùm itaque hoc participium re-
licto, reſpiciat verbum deceſſerit, ab eoque regatur, ſe
cundum tempus verbi illud relictum eſſe, hoc eſt, ſe-
cundum tempus mortis requireretur, vt ea diſpoſitio
ſibi locum vendicet. Et hoc colligi poteſt ex conſtitu
tione authenticorum de hære. ab inteſta. quæ & hoc
verbo reliquerit, in pleriſque locis vtitur, & in §. ſi ve-
ro neque fratres. & tamen conſtat eos, qui concepti
ſunt poſt mortem eorum, de quorum ſucceſſione agi
tur, ab inteſtato non vocari, vt in legibus ſuperius alle
gatis manifeſte depræhenditur. Nec dicat quis, quod
in perſona filij vel filiæ ſororis non ſit illud verbum
relicto, quia cum dicat idem intelligi de filio vel filia
ſororis, quòd in ipſa ſorore dixerat, & in ipſa ſorore di
xerat. ſed relicta ſorore & cætera. in filio quoque ſoro
ris idem intelligendum eſt. Et præterea ſubdit, qui ne-
potes & neptes &c. quæ verba nõ cõueniunt niſi con-
ceptis eo viuo, cuius nepotes eſſe dicantur. Nam poſt
mortem concepti non dicuntur nepotes, niſi abuſiue,
vt in præalle. l. Titius. ff. de ſuis & leg. Intellectus ſeu ſen
ſus improprius & abuſiuus vulgarium non recipitur
in ſtatutis, vt eleganter ſcribit Bald. ſecundùm Iacob.
But. & refert ita a multis docto. de facto conſultis ita
fuiſſe reſponſum in l. 1. de ſucceſ. edict. Item nec pro-
prie poteſt dici hunc eſſe vel fuiſſe filium ſororis dicti
Symonini. Nam dum vixere Symoninus & Nicolu-
cia non fuit filius Nicoluciæ, quo tempore erat ſoror
dicti Symonini, poſt mortem dicti Symonini iam ſo-
ror eſſe deſierat, quo tempore dictus Antonius fuit di
ctæ Nicoluciæ, nunquam igitur filius fuit ſororis di-
cti Simonini, licèt fuerit filius q. ſororis, & ſic nec ver-
bis ſtatuti Ianuenſis appræhenditur. Probo ex dedu-
ctione ad abſurdum, nam ſi mortuo dicto Symoni-
no ſuperfuiſſet agnatus vel cognatus decimi gradus
ipſius Symonini excluſis cæteris in gradu præcedenti-
bus morte vel repudiatione decimi gradus cognatus
vocabatur, vt not. Inſti. de ſucceſ. co. §. fina. & C. vnde
cog. l. fina. & eo quoque nolente fiſcus quaſi ad bona
vacantia fuiſſet volens admiſſus, an igitur poſt voca-
tum agnatum decimi gradus & fiſcum forte repu-
diantes vocabant filium ſororis defuncti, quod vide-
tur incongruens. Nam ſi uocaretur, hoc eſt ſi vocati ſpe
raretur, pro certo ſequentibus in gradu interim nulla-
tenus ſucceſſio deferretur, vt ff. unde cogn. l. 1. §. ſi quis
proximior. & de ſtat. ho. l. qui in utero. & tamen nemo
qui ſapiat negauerit quod ſi mortuo dicto Symonino
dictæ ſorores quibus hæreditas fuerat delata, hæredita
tem repudiaſſent ſequentes in ordine vel gradu ſecun-
dum diſpoſitionem dicti capituli Ianuen. ad eam hæ-
reditatem uocabantur, non inſpecto quòd ipſæ ſoro-
res filios poſſent poſtea ſuſcipere. Et nouiſſime hanc
fuiſſe mẽtẽ dicti capituli. apparet ex §. & ſuccedãt, ubi
vocat ad ſucceſſionem defuncto proximiores agna-
tos uſque ad quartum gradum &c. Sic igitur vocat ad
inteſtati ſucceſſionem eos, qui defuncto aliquo gradu
agnationis uel cognationis iungebatur. Nec his obſtat
3 quòd † ſtatutum quod eſt contra ius commune, non
recipiat interpretatione ſecundum ius cõmune, quia
illud uerum eſt in eo, in quo eſt contra ius commune,
cæterum bene recipit interpretationem a iure com-
muni in hoc, vt quanto minus poſſit fieri, ius com-
mune corrigat, dummodo aliquid operetur, ut extra
de cõſu. c. cum dilectus. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim.
§. ſed ſi lege. Cùm itaq; ſtatutũ alia multa noua indu-
cat quod ius cõmune corrigit per expreſſum in hoc
articulo, in quo ſpecialiter & nominatim nõ corrigit,
ſtabit ius uetus. ut C. de appel. l. præcipimus. in ver. ſpe
cialiter. & quod ibi not per Barto. in fi. Nec refragatur
his. l. paulus. § paulus ff. de bo. quæ lib. quinimo ille §.
eſt caſus magis pro ſuperiori determinatione in eo
quod ad ſucceſſionem auiti liberti admittit nepotem
poſt mortem auiti cõceptum. ita demum ſi cõceptus
fuerit ſuperſtite liberto, de cuius ſucceſſione agatur.
Conceptus namque poſt mortem liberti non admit-
teretur, vt colligitur ex illis verbis, Conceptum ſuper
ſtite liberto, a cõtrario igitur ſecus ſi mortuo. oportet
enim ꝙ vt quis admittatur ad hæreditatem alicuius

ex perſona ſua eo ſuperſtite, de cuius perſona quæratur ſit conceptus ſi alio iure quàm cognationis ab inteſtato vocandus ſit. ſed quod conceptus ſit poſt mortem alterius, de cuius hæreditate non agitur, nõ curatur. & idẽ ita ibidem probatur. nam nil obſtat quod fuerit conceptus poſt mortem aui, de cuius hæreditate non agitur. Et manifeſtior ratio illius §. eſt, vt bene intelligatur. qa ex perſona aui ius patronatus ad filium deſcenderat. ibi namque neceſſario filius patri ſupererat, cùm poſt mortem ipſius patris filius nepotem concepiſſet vel genuiſſet, a perſona itaq; filij ius patronatus ipſi filio quæſitum ad nepotem tranſit quãquam poſt aui mortem conceptum, hoc enim palam eſt. Nepos itaque mortuo patre ſuo habẽs ius patronatus in libertum ſuperſtitem libero mortuo ex iure patronatus, quod quoniam ipſum habebat ei ſine liberis mortuo ſuccedat, vt in Inſti. de ſucceſ. lib §. ſed noſtra. & §. multis. Rursũ non officit ſuperioribus Barto. in l. titius. ff. de ſuis & legi. immo expreſſe probat iſtam ſententiam, quoniam in ſucceſſionibus & hæreditatibus & ſucceſſionibus ab inteſtato deferendis ex quibuſcunque legibus vel ſpecialibus vel communibus ceulet filios nepotes eos ſolos complecti, qui viuis his, de quorum hæreditatibus agitur, fuiſſent concepti, & ſic in hoc caſu pro hac parte iudicat, in diſpoſitionibus autem contrahentium. dicit enim non conceptos viuis contrahentibus comprehendi, quia non ex iure quod ex eorum poſthumorum perſonis reſideat, ad eiuſmodi compendium vocantur, ſed potius ex ipſis contractibus. nullo iure cognationis, vel agnationis medio, quod iuscognationis quantum ad contractus pertinet eſt impertinens. Et idẽ dicerem audarius in vltimis voluntatibus, ſi quis puta res ſuas immobiles a filijs in nepotes & a nepotibus in pronepotes debere peruenire, non enim tam ex iure cognationis ad id compendium vocantur, quàm ex diſpoſitione teſtantis. quia de illis ſenſit licèt abuſo vocabulo eos nominauerit, ſed voluntas teſtantis, nõ propria verbi ſignificatio ſpectanda eſt. vt. C. de lib. præte. vel exhære. l. 3. appellatione autem liberorum, vbi de cuiuſcunque hæreditate agitur, non comprehendi cõceptos poſt mortem illius in lege de liberis loquente manifeſtiſſimũ eſt. quia cùm edictum prætoris vocet liberos ad ſucceſſionem inteſtati, non tamen vocat cõceptum poſt mortem, ut toto ti. C. & ff vnde li. coniunctis alijs ll. ſupra allega. & expreſſum eſt in Inſti. de hære. quæ ab inteſta. §. plane. in fi. & fortaſſis etiam ſi lex vteretur verbo poſteri. dum hæreditatem alicuius inteſtato mortui deferat, non venirent ex ſuis perſonis niſi concepti eo viuo, de cuius ſucceſſione quæreretur ꝑpter naturam ſucceſſionis hæreditatis, quæ ad tempus eius, de cuius ſucceſſione agitur, refertur, vt in §. proxi. in Inſtitu. de leg. agn. ſucceſ. & alijs ſuperius allegatis. alioquin id futurum erit, ut repudiantibus filijs, qui patri fuiſſent ſuperſtites, nemo alius frater defuncti vel parens, quia filij etſi tunc liberos non haberent, poſſent acceptis vxoribus poſthumos procreare, qui parentes & tranſuerſales antecederent, per l. 1. §. ſi qui ꝓximior. vnde cogna. & idem diceretur nepotibus poſtea conceptis repudiantibus, quia & alios poſthumos poſſunt procreare, qui admitterentur. & ſic in ſecula ſeculorũ vacaret ſeu iaceret hæreditas, qđ ꝙ ſit abſonum & incongruens. nemo eſt qui non audiat. Verba igitur Barto. in ſtatutis & alijs diſpoſitionibus in alia materia, ꝙ deferendarũ hæreditatũ intelligenda ſunt, ſicut & ipſe recte loquitur. Non autem ſunt ad materiam ſucceſſionum contra eius mentem & verba in fi. ſui commenti protrahenda. Concludendum itaque dictũ Antoniũ omni re in ſua petitione deficere.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit tollere in totum aut minuere legitimam debitam liberis iure natura.*

CONSILIVM LXXXV.

QVIDAM V. cõdidit ſuum vltimũ teſtũ, in quo quidẽ teſtõ reliquit filiæ ſuæ A. iure legati vnam vineam &c. & multa alia legata fecit, in reliquis ſuis bonis iſtituit D. eius vxorem hæredem vniuerſalem. Modo dicta A contra dictam D. agit ad ſupplementũ ſuæ legitimæ, per dictam D. reſpondetur, ꝙ teſtamentum debet executioni mandari non obſtantibus aliquibus legibus in contrarium diſponentibus vigore ſtatuti & legis municipalis, cuius copia vobis miſſa eſt & ſignata vbi de ſimilibus fit mentio, ſuper quibus conſilium petitur de iure.

1 ¶ † Super eo ꝙ quæritur, ſciendũ eſt, ꝙ apud maiores noſtros iuris commentatores dubitatum eſt, an per ſtatutum municipale alicuius loci poſſit auferri vel diminui legitima portio debita liberis ex legibus iure naturæ. & Dy. quidem in c. indultum. de reg iur. in 6. determinat ꝙ non modo diminui, verum etiam in toto auferri poteſt. Quod & Cy. videtur magis placere in l. ſancimus. C de nup. Riear. vero Malum. vt refert Cy. vbi ſupra diſputando decidit, non poſſe quidem in totum auferri per ſtatutũ uel conſuetudinem legitimam liberorum portionem, poſſe tamen eam diminui, quod videtur ſequi Bal. Cum itaque in propoſita quæſtione dictus V. dictæ filiæ ſuæ A. vineam & ortum poſt mortẽ vxoris hæredis reliquerit, immo pure quidem ortũ legauerit deducto uſufructo. quem uoluit ad uxorẽ pertinere. Et per conſequens tollat prorſus dictæ D. A. filiæ ſuæ legitimam portionem, non minuat. & ſtatuto Tergeſti poſito ſub rubrica de teſtamentis & ultimis uolũtatibus & modo ſeruando in eis, qđ incipit, ſtatuimus. ꝙ in quolibet teſtamento &c. in §. vltra prædicta cautõ ſit, ꝙ omnia teſtamenta & codicilli ac aliæ ultimæ uoluntates ordinatæ per ciues habitatores deſtrictuales Tergeſti cum ſolẽnitatibus ſupradictis & de bonis ſuis tantum ſint firma ſeu firmæ & rata habeãtur vt iacẽt, dummodo non ſint facta contra formam ſtatutorum Tergeſti. nec poſſit per capitan. contraueniri illis in totum uel in parte, Non obſtãtibus aliquibus ſtatutis canonicis uel ciuilibus, quæ in contrarium loquerentur ſub pœna &c. Conſequens eſt, ut teſtamentũ illud V. factum ſit cum ſolennitatibus, de quibus loquitur prędictum ſtatutum, nec ſit factum contra formam ſtatutorum Tergeſti, ipſi teſtamento protinus ſtandum ſit nec poſſit illi teſtamento in totum uel in parte contraire, quod fieret ſi ad ſupplementum legitimæ poſſit ipſa hæres inſtituta compelli. Sic enim relictum hæredi inſtitutæ diminueretur & in hoc omnium doc. concors ſententia, quia dictæ A. filiæ teſtatoris nõ tollitur in totum uel aufertur legitima portio, quod fieri poſſe omnes conſentiunt, ut no. per Cy. & Bal. in præalle. l. ſancimus. & ff. de condi. & demon. l. titio centum. §. titio. Et pro hac ſententia facit idem ſtatutum in §. item ſi quis. q ſequitur immediate dictum §. ultra prædictã, ubi ſpecialiter conceditur, patrem uni ex filijs emãcipatis poſſe minus relinquere, quàm alijs, nec poſſe eum, cui minus relictum ſit, plus petere. Moueri iam quod dicta A. erat maritata & etiam dotata, unde habebat a marito. qui ſuſtinet onera matrimonij. uitæ ſuæ neceſſaria, ut C. de iure do. l. pro oneribus. & ff. ſolu. ma. l. ſi cùm dotẽ. §. ſin autem in ſæuiſſimo. Ex quibus omnibus concludẽdum relinquitur, dictã A. non recte petere ultra, quàm pater ei reliquit, nec debere ei ſupplere quicquam, quoniam ſua legitima portio eſt, quam pater ei reliquit auctoritate ſtatuti.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMEMTVM

¶ Legitima debita iure naturæ an perdatur propter omiſſionem inuentarij. & quid de trebellianica & ſimi

liter

liter de ſalcidia. Et an teſtes recepti in vno iudicio faciant fidem in alio. Et quid operetur reſtitutio in integrum, quæ datur oppreſſis propter tyrannidem.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debita iure naturæ non perditur propter omiſſionem inuentarii.*
2 *Conſuetudo quare dicatur optima legum interpres.*
3 *Legitima quid dicatur.*

CONSILIVM XCV.

PRO Deciſione eorũ, de quibus quęritur,
1 ſciendum eſt † quòd propter omiſſam ſolennis inuentarii confectionem nõ amittit hæres ſibi iure naturæ debitam portionem per auth. amplius. C. de fideicom. Nam ſi non amittit eam is, qui legi teſtatoris & iudicis non paret, vt ibi, multo minus priuabitur, qui legi tantũ non obtemperauit, præſertim cùm lex illa non tam iubeat inuentarium fieri, quàm conſulat & concedat cum beneficii ſponſione, vt C. de iure delib. l. fin. §. ſin autem hoc aliquis. in ver. cum n. gemini &c. in Authen. de hære. & fal §. ſancimus itaque. & hoc ſine vlla titubatione glo. determinat in præalleg. auth. hoc amplius. & in præalleg. l. fi. §. ſin autẽ. C. de iure deli. ad fi glo. magnæ. & in authen. de hæredi. & falci. §. ſi uero non fecerit. in glo. hoc facit. Nec eſt quiſquam, qui huic ſententiæ contradicat, licèt Ricar. Ma. dubitauerit. & aliqui gloſſatores, quos refert glo in præal lega. §. ſi vero non fecerit. De trebellianica vero an perdatur ob non factum inuentarium, dubitatio eſt inter doct. Iaco. quippe de Bel. in corpore Authen. de hære. & fal. diſputando publice determinauit non amitti, cuius ſententiam ſequuti ſunt Barto. & Angel. ſicut ſcripſerunt. ff. ad trebel l. marcellus. §. quod autẽ. diuerſæ ſententiæ fuerunt Iaco. de Are. Cyn. & Bald. C. ad l. falci. authen. ſed cum teſtator, vbi etiam vtriuſque partis argumenta notantur. In hac itaque dubi-
2 tatione ſequenda eſt conſuetudo, † quæ eſt optima legum interpres, vt C. de leg. & conſti. l. cum de nouo. & ff de lega. & ſe. con. l. ſi de interpretatione. Si ea non apparet, iudex eam partem ſequetur, quæ validioribus argumentis ſibi ſubnixa videtur. Mihi autẽ magis placere conſueuit ſententia Iaco. de Are. & ſequentium eum, ſi non iuſto impedimento fuiſſet hæres præpeditus per tex. in corpore Authen. de hæred. & fal. §. ſancimus igitur, vbi loquitur de fideicommiſſis ſimpliciter, nec diſtinguit ſpecialia ab vniuerſalibus, & ſequentibus, & ſpecialiter in §. ſi vero non fecerit. iubet ſimpliciter falcidiam ceſſare, quo verbo falcidiæ etiam trebellianica continetur, vt C. ad trebel. l. iubemus. & ad l fal. l. irritum. & l. quamquam. & l. ſi vt allegas. cum aliis multis ſi. Falcidiam vero debitam iure inſtitutionis de ſingulis relictis debitam perdi propter non factũ inuẽtarium ſolẽniter non eſt dubitatũ, vt d. authen ſed cùm teſtator. Conſequenter cum dictus Mimus & Catherina ſingularia legata petant, vt 3 lib. 2000. eorum vtrique relictas, non etiam fideicommiſſum totius hæreditatis proſequantur, videtur ceſſare falcidia, niſi quis fortaſſe proſpexerit, ꝙ cum fideicommiſſum totius hæreditatis dicti Doſij ſibi reſtituẽdæ petierint, eiſque per iudicem fuerit reſtituta ſicut præmittitur, onus ipſorum legatorum ſingularium in ipſos fideicommiſſarios tranſierit, vt C. ad tre. l. fi. Sicque ipſe hæres ab ipſis legatis ſingularibus ꝑ exceptionem liberatus ſit, ut in co. tit. ad tre. l. 1. §. 1 quin ipſa legata quadam confuſione ſublata ſint, cùm ipſi Mimus & Catherina facti ſunt debitores ipſorum legatorum, quæ ſibi ipſis debebantur, & ſic in eaſdem perſonas ius debiti & crediti confluere videtur, vt ar. C. de fideicõ. l. 3. & de pac. l. debitori.

¶ Secundu principaliter videndũ eſt, an ſentẽtia cõdemnatoria lata contra dictum Ioan de Villanoua & cohæredem de legatis ſingularibus ſoluendis dictis Mimo & Catherinæ mille quadringentis lib. vt præfertur quamuis male lata, vt ſupra monſtratum eſt, ſuſtulerit dictis Ioan. & cohæredi ius deducendæ legitimæ debitæ filiæ teſtatoris trebellianicæ ſecundum Iaco. de Bel. Barto. & Angel. quæ non admittuntur, propter omiſſum. Et ſimiliter quæritur de confeſſione, quam emiſit idem Ioan. in compromiſſo faciẽdo, vbi vltra confeſſus extitit, ſe dictorum legatorum debitorem, vbi breuiſſime reſpondetur, non ſuſtuliſſe, verum etiam poſt eam ſententiam & confeſſionem potuiſſe dictos hæredes in executione petita ſententiæ vel confeſſionis, ſi fortaſſis in iure fuiſſet emiſſa, exceptionem non ſufficientis patrimonii ad legatorum ſolutionem opponere propter legitimam & trebellianicam deducendas, vt ff de confeſ. l. cum fideicommiſſum. & quod ibi not per Barto. & ff. de re iud. l. nenſenius. §. fin. & eiuſdem ſententiæ eſt, arg. in d. l. cum fi-
3 deicom. Eſt enim legitima † pars iure naturæ debita, quo ad legatarios attinet loco æris alieni, vt ff. de inoffic. reſta. l. Pap. §. ſi quis impubes. Conſtat itaque vſque ad tempus. 1401. de Menſe Martij, quo Ioannes de Bẽtiuolijs occupauit Tyrannide ciuitatem Bononiæ nihil actum, vel omiſſum per præfatum Ioan. de Villanoua & cohæredem eius in hæreditate dicti quondã Doſij per mediam filiæ perſonam, per quod amiſerit deductionem legitimæ, vel trebellianicæ ſecũdũ opi. Barto. & Ange. Nec quidem ipſo iure. vnde nec ipſis Ioanni de Villanoua & cohæredi non eſt nec fuit neceſſaria in integrum reſti. Supereſt nunc tertia deliberatio, an ex his, quæ acta ſunt contra ipſum Io. de Villanoua poſt turbatam patriæ libertatem per dictũ Io. de Bentiuolis ſublata ſunt ipſi Io. de Villanoua & cohæredi eius iura legitimæ & trebelleanicæ, quæ ſibi ex perſona filiæ & hæredis ſuæ dicti quondam Doſij teſtatoris competierãt. ubi mihi videtur indubie reſpondendum non eſſe perempta ſaltem beneficio reſtitutionis ipſo iure conceſſæ vigore prouiſionis & reſtitutionis & conſtitutionis additæ ſeu factæ per dominos reformatores conſtitutos ut oportuit & confirmatæ per literas apoſtolicæ Sedis ſicut ſupra relatum eſt Nec me mouet, quod obiicitur de teſtibus, qui depoſuiſſe dicuntur, quod ex bonis dicti quondam Doſij teſtatoris tot & tanta peruenerunt, quæ ſufficiant ad quantitatem legitimæ & trebellianicæ, quæ nunc petuntur ad dictum q. Ioannem de Villanoua, quia reſpondetur primo, quia illi teſtes fuerant recepti in cauſa in integrum reſtitutionis poſtulare contra omiſſionem cõfectionis inuentarij. Nunc autem agitur alia cauſa, qa ſcilicet petitur legitima & trebellianica quaſi plus debito ſoluto. Cum igitur ad aliud agatur & ad alium effectum, quàm tunc actum fuerit geſta in illo anteriore iudicio non faciunt fidem in poſteriore iudicio, ſicut nec lata ſententia licèt inter eaſdem perſonas, ar. ff. de re iud. l cùm quæritur. & l. ſeq. & ff. de iureiur. l. ſed ſi poſſeſſori. §. fina. & l ſeq. Poſtremo cum nou iure cõpeteret dicto Ioan. de Villanoua in integrum reſtitutio, qui ipſo iure tutus erat quo ad legitimam & trebellianicam, licèt inuentarium non fecit, vt ſupra monſtratum eſt. Rurſum & ſi quis putauerit eas atteſtationes in hoc quoque iudicio fidẽ facturas, ſciat contra huiuſmodi atteſtationes dictum Io. & eo tũc non ſuperſtite ſucceſſorem ſuos ſupra relatæ prouiſionis beneficio reſtitutos. Neque enim dubitandum eſt ſub illis verbis, proceſſus plurimos ciuiles, & criminales &c. ac verbo illo ſententias in prooemio dictæ prouiſionis comprehenſas productiones capitulorum, ſuper quibus teſtes erant tunc depoſituri, ipſorum quoque citationes & præcepta iudicis, vt veniant probaturi teſtimonium in cauſa cum iuramento delato ipſis teſtibus, & per præſtitas admonitiones factas parti dicti quondam Ioan. de Villanoua, vt intereſſet ad videndum iurare teſtes, eorum etiam

depoſitiones, publicationes atteſtationum, quæ ſunt iudiciũ ſententię ſeu interlocutiones, protinus ꝑtineri, vt de proba. c. quoniam cõtra falſam. & C. de re iud. l. geſta. & de teſti. l. ſi quando. Nec obſtat, ꝙ allegatur, dictã prouiſionem reis tantũ, nõ etiam actoribus qualis erat pars Io. de Villanoua, conſulere. quoniam hæc allegatio vera non eſt. Et verba dictæ prouiſionis nõ modo in ipſa diſpoſitione & ſtatuto, uerum etiam in procemio prouiſionis poſita tam ad actorem, q̃ ad reum generalia ſunt, potiſſime verba illa, & multas iniuſtitias & iniurias plurimas pene in prin. procemii cõprehenſa. ar. ff. ad ſil. l. propter veneni. §. fina. & in Inſti. de inlu. in prin. & illa quoque in fine ſeu paulopoſt ſubiecta, ſententias proceſſus &c. quæ non eſt dubium etiam agentibus conuenire, de ipſis autem verbis dubitaſſe ꝓuiſionis ridiculum eſt, quoniam omnes infugati quouis modo, quorum numero conſtanter aſſeritur probatum eſſe fuiſſe dictum Ioan. de Villanoua, eorumq́; ſucceſſores ipſo iure reſtitutos, decernit dicta prouiſio & in ſtatu, in quo erant ante vllas innouationes quoad res, bona, iura, priuilegia, dignitates, & honores, quæ ſibi ante dictas innouationes comperiſſent. nec reos diſtingui ab actoribus. generaliter & indiſtinctè intelligenda eſt. ff. de publ. l. de precio. de off. pręſi. l. 3. & de legatis præſtandis. l. j. § generaliter. Præcipue cum eadem ratio æquitatis in omnibus perſonis vigeat, ſiue rei fuerũt ſiue actores, vt in iuſtitias & iurarias paſſiẽt ab ipſis iniuſtitijs & iniurijs liberentur argumẽtũ. C. ad l. Falc. l. ſi ff. ad l. Aquil. l. illud. de inoffi. teſta. l. ſi pars. Et ſimili modo reſpondetur ei, ꝙ contra ſucceſſores dicti quondam Ioã. de Villanoua per aduerſarios allegatur quod loquatur, ſcilicet ea prouiſio in illis duntaxat perſonis, quæ non fuerint defenſæ. Hic enim dictus quondam Ioan. fuit à ſuo procuratore defenſus, quoniam hæc allegatio minime vera eſt, quoniam verba conſtitutionis tam in procemio, quàm in ſtatuto generalia ſunt, nec ſe ad defenſas perſonas reſtringũt. Et licèt dicatur. in procemio, non examinatis, nõ diſcuſſis, & perſæpe minime auditis iuribus eorundem, non tamen hæc uerba his ſolis conueniunt, pro quibus abſentibus nemo interceſſerit, verum etiam congruũt illis, quorum procuratores cauſas agebant, fieri enim poteſt, vt licèt procuratores abſentium iura proponerent, nõ examinarentur, aut etiam examinatis & diſcuſſis abſentium iuribus contra ipſos abſentes & eorum procuratores perperam & per iniuriam iudicaretur, fauore & in oppreſſione tyranni & eius officialium, quod contra ſuſpectos & inimicos tyranni factũ eſſe probabiliter præſumendum eſt, ſecũdum notata per Bal. C. de ſac. ſan. ecc. l. decernimus. & per Bar. in ſuo tractatu de tyrãno. & hoc voluerunt uerba illa procemij. dum dicitur. & perſępius minime auditis quaſi velit etiã ſi fuerint audita aliquando & propoſita, quia tunc non fuerunt examinata & diſcuſſa, ſicut oportuit, vt præſumit rectiſſima prouiſio dicta, hoc enim notat aduerbium perſæpius, quaſi ſentiat quod aliquãdo fuerint audita. denique fieri poteſt, vbi abſens procuratorem ſuum nõ potuerit propter ſuſpicionem per ſe de ſuis iuribus informare, quia tutus ei acceſſus non fuiſſet. arg. in clem. paſtoralis. de re iud. Aliũ aũt fidum ſibi & idoneum, quẽ mittere poſſet non haberet, eo quoque fortaſſis quod & miſſus ſuſpicionem tyrãni cum ſalutis periculo ſubijſſet, vt in ead. cle. paſtoralis. Relinquitur ita concludẽdum, verba dictæ prouiſionis. & in procemio & in ſtatuto generaliter ad actores ſicut & reos, & ſiue procuratores habuerint, ſiue non, pertinere, vt pleniſſima reſtitutio in ius priſtinum facta credatur. illud plane negari non poteſt in cauſa adiudicationis omniũ immobilium quondam Dolij, dictum Ioã. de Villanoua reũ fuiſſe & indefenſum, cum nemo cauſam interpoſitæ ꝓcurationis per eius procuratorem peregerit, vt ff. de appel. reci. l. j. de in integrum vero reſtitutione denegãda non eſt curandum, quia nec competebat, cùm ipſe iure tutus foret, vt ff. de mino. l. 1 cauſæ. 2. per hoc apparet ſuperuacuum eſſe, quod ſecundo loco quæſitum eſt. quoniam ex his quæ ſupra dicta ſunt, integra ſunt iura dicti quondam Ioan. quæ ante nouitatem competebant beneficio prouiſionis, nec auxilio ſtatuti opus eſt.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM

¶ Maritus vel vxor per tranſitum ad ſecũda vota nõ poteſt amplius ſecundo coniugi relinquere, quàm minus reliquerit filiis ex priore matrimonio, ſed an filius ex primo matrimonio prius detrahat legitimam, demum fiat æqualis cum ſecundo coniuge, & an filia computet legitimam dotem ſibi per patrem datam.

SVMMARIVM

1 *Legitima debita iure natura filio debet confundi cum eo quod deberetur ex beneficio l. hac edictali. C. de ſecun. nup.*

2 *Lex noua an ſemper veterem annihilet.*

3 *Lex, hac edictali. C. de ſecun. nup. qualiter ſit intelligenda.*

4 *Filij ſecundi matrimonij an filijs primi ſint in hæreditatis paternæ diſtributione ſint, vel alicuius legis beneficio debeant indiſſerenter haberi.*

CONSILIVM XCVI.

ANTONIVS Trãſiẽs ad quinta vota habens quinque filios ex quatuor vxoribus ꝑdefunctis tres maſculos & duas fœminas, quibus filiabus dedit cẽtum in dotẽ ex proprijs bonis pro vnaquaquã. Promiſit Luciæ eius quintæ vxori ducenta in donationẽ propter nuptias ſibi danda adueniente caſu reſtituẽdæ dotis. Modo præſuppoſito, quòd dicta domina Lucia debeat habere tantum quantum habuerit filius vel filia, qui vel quæ minus habuerit ex bonis paternis ſecundum formam l. hac edictali. dubitatur vtrum plus debeat detrahi legitima debita iure naturæ. Secũdo præſuppoſito, quod debeat detrahi, an illa centum data in dotem debeant computari in legitima.

1 ¶ † In primo conſultationis articulo videtur legitimam debitam iure naturæ nõ detrahi, ſed cum eo q̃d ex beneficio l. hac edictali. C. de ſecundis nuptijs. deberetur filio, debere cõfundi per d. l. hac edictali. in princi. in verſic. Ita tamen, vbi iubet non plus dari ſecundo viro vel relinqui, quàm dederit vel reliquerit illi ex filiis prioris matrimonii, cui minus dederit uel reliquerit, ſubdit. Ita tamen ut pars legibus debita nullatenus minuatur. Si ergo non vltra legitimam portionem debitam liberis iure naturæ vult ipſum filium minus habentem vlterius aliud aſſequi in quo ſit æqualis ſecũdo coniugi, hæc enim uerba illius l. non perſtringũt, ſed ipſum datum vel relictum minus filio inter cæteros habenti, quod tamen dicit non debere eſſe minus legitima portione ſtatuit non excedi ab eo, quod ſecundæ coniugi datum vel relictum ſit de una namque quantitate danda vel relinquenda filio, non de duplici mentionem facit, & hanc ſententiam ſuadent regulæ generales, quia vnicuique debet eſſe liberum de rebus ſuis ut libet diſponere. C. de ſacr. ſan. eccle. l. 1. ff. mandati. l. in re mandata. & de contrahen. emp. l. dudũ. & ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. l. 2. & Inſtit. eo. § pe. & quia in obſcuris ſemper, quod minimũ ẽ, ſequimur. ff de re iu. l. ſemper in ambiguis. & promptiores ſumus ad liberationem ſeu denegandam actionẽ quàm ad concedendam. ff. de actio. & obli. l. arrianus. Alioquin ſm diuerſam ſententiam euenturum eſt, q̃d incongruens & inelegans, vt ſi pater non niſi legitimã portionem dare vel relinquere velit filio, quod iterdũ iuſta ratio ſuadet, ut C. de impu. & ali. ſubſti. l. humanitatis.

tatis, & ff. de cur. fu. l. ſi impubes, non poſſit quicquam
dare vel relinquere ſecundo coniugi, quod videtur im-
pium & inhumanum, & hanc ſententiam ſequitur Ia
co. de Raue. & Cy. in d. l. hac edictali. & nonnulli alij.
¶ In oppoſitam partem videlicet filius prioris matri
monij vtrunque habeat beneficium & legitimæ debi-
tæ iure naturæ. & præterea vt tantum habeat quãtum
ſecundus coniunx, vel ſecunda, videtur tex. in Auth.
de nup. §. optime. colla 4. vbi cum ſtatuiſſet nõ plus da-
ri poſſe vel relinqui ſecundo coniungi, quàm vnicuiq;
filiorum etiam minus habenti dederit vel relinquerit,
ſtatuit & iubet omnimodo legibus debitam portionẽ
ei dari vel relinqui debere, & ſic vltra beneficiũ l. hac
edictali. ius antiquum & beneficium vetus reſeruat. Et
2 pro hac ſentẽtia facit ff. de ac. & ob. l. quotiẽs. vbi † quo
tiens lex nouam obligationem introducit, niſi nomi-
natim cauerit, vt ea ſola actione vtamur, etiam vete-
res eo nomine competunt actiones, & ſi auxilium vtrũ
que tam vetus, quàm nouum ſimul concurrunt. Et cũ
ad diuerſa competant non ad idem & ex diuerſis cau-
ſis vt in re propoſita. vnum namq; beneficium velut
ex l. naturali ſine ratione deſcendit, vt ff. de bo. dam. l.
cum naturalis ratio. Alterũ vero ex l. poſitiua & prin-
cipis conſtitutione ſeu beneficio propter tranſitum ad
ſecundas nup. vbi lex mulierem & matrẽ habet ſuſpe-
ctam, ne non modo ſubſtantiam liberorum, verum
etiam filiorum adijciat ſecũdis viris, vt C. de admi. tu.
l. lex quæ tutores. non eſt ratio quare altera actio alte-
ram debeat tollere vel conſumere vel etiam diminue-
re. & arg. a contrario ſenſu. ff. de acti. & oblig. l. cũ ex
eo. & de priua. deli. l. 2. & quod ibi no. Et hanc ſenten-
tiam ſequitur glo. in §. optime. ſuperius allegato. vbi di
cit id manifeſte probari ſecũdum Albe. Hanc quoque
ſequitur Iac. But. in l. vnica. C. de inoffic. dot. Barto. &
Bald. ibidem. & tex. expreſſum, a quorum ſententijs &
auctoritate recedere videtur mihi duriſſimum. & Bal.
per expreſſum confirmat tanquam veritatem, vt ſcri-
bit C. de ſecund. nupt. l. hac edictali. in prin. vbi etiam
dicit ſe ita ſæpe numero conſuluiſſe. Et in hanc ſenten
tiam mouet etiam iuſtus & pius liberorũ fauor. Neque
enim cenſendum eſt parem eſſe debere cauſam filio-
rum & ſecundæ coniugis, vt non aliquantulo debeat
filialis charitas ſecundis nuptijs præualere, quæ reputã
tur odibiles, vt in Auth. de nup. §. ſoluto. Sed poſſet tan
tum quis ſecundæ coniugi dare vel relinquere, quantũ
filio prioris matrimonij dederit vel reliquerit, ſicque
par ſit cauſa filij & ſecundæ coniugis, cùm alias in ſuc-
ceſſione prima ſit liberorum cauſa, & vxoris etiã poſt
cognatos decimi gradus nouiſſima, vt C. vnde vir, &
vxor. l. j. & in Inſtit. de hæredi. ab inteſt. §. 1. & cùm hæc
ſententia gloſſatoris & tot & tãtorum virorum docto
rũ auctoritate ſuffulta videtur, tutius & ſecurius & con
ſultius eam fore ſequendam in iudicijs.
¶ Ad argumẽta autem in oppoſitum facta plene po
teſt reſpondieri. Et ad l. hac edictali. in prin. reſponde-
3 tur, † quòd illa debet intelligi ſecundum §. optime. in
Authen. de nup. ſuperius allegatum, vbi ſenſus dictæ
cõſtitutionis refertur, & exponitur. Ad regulas gene-
rales allegatas in contrarium videlicet ad l. in re man
data cum concor. & l. ſemper in obſcuris. reſpõdetur,
quòd derogantur debita liberis a parentibus charitas
& inſtans ſuſpicio delirationum nouercalium, ut d. l.
cum naturalis ratio. & de bon. dam. & ff. de inoffic. te
ſta. l. non enim. & præalleg. l. lex quæ tutores. C. de ad
mini. tuto. In toto namque iure noſtro generi per ſpe-
ciem derogatur, vt ff. de re. iur. l. in toto. & extra eod.
titu. c. generali. lib. 6. & hanc ſententiam faciunt c. Ray
nutius. & c. Raynaldus. extra de teſta. vbi filius detrahit
duas falcidias. vnam quia debitum iuris naturæ, quia fi
lius. & alteram quia hæres inſtitutus, & de reſtituenda
hæreditate rogatus. Sic & in propoſita re duas ſortia-
tur filius prioris matrimonij detractiones, vnam quia
filius ex iure naturæ, alteram æqualem ſecundæ coniu
gi, quia per ſecundas nuptias contriſtatur, vt dicit legiſ
lator in Authen. de nupt. §. ſoluto.
¶ Ad vltimum autem de intelligentia & impietate
ac inhumanitate propoſitũ reſpondetur, quòd ipſe tran-
ſiens ad ſecundas nuptias poteſt prouidere. Relinquat
namque vltra legitimam filio prioris matrimonij quã
tum ſatis eſt viſum ſibi relinquere poſteriori coniugi,
& ſic relinquere poterit ſecũdæ coniugi. Nec ad ea, quę
perraro poſſunt contingere, regulæ iuris aptandæ sũt,
vt ff. de leg. & ſe. con. l. nam ad ea, cum duabus l. ſequen
tibus. Ex quibus omnibus circa primum conſultatio-
nis articulum relinquitur concludendum, prius debe-
re detrahi legitimam debitam filiæ, cùm minus relictũ
eſt. & in reliquum ſecundæ coniugi coæquandam per
d. l. hac edictali. & per d. §. optime. & hæc de primo.
¶ Ad ſecundum præmiſſę conſultationis articulum
videtur mihi omiſſa diſputatione concluſiue dicendũ,
dicta centum in dotem data debere in legitimã dictæ
filiæ iure naturæ debitam computari per l. quoniam no
uella. C. de inoſ. teſt. & de rei vxo. act. l. vnica. §. videa-
mus. nec ob. ff. ad l. fal. l. pater filiã. in prin. & l. in quar-
ta. quoniam data inter viuos non imputantur in falci-
diam debitam iure inſtitutionis, nec etiam in trebell.
vt in illis legibus. Sed in falcidiam debitam iure naturæ
bene imputantur data inter viuos, vt l. ſancimus. in
prin. & l. ſi quando. §. & generaliter, cum alijs ſuperius
allegatis. C. de inoffic. teſta. & nota per doc. in præal-
leg. §. optime. & C. famil. ercíſ. l. filium quem haben-
tem. & hæc pro ſecundo breuiſſime tanquam pro in-
dubitato ſufficiant. Comperi tamen poſt hæc ſcripta
clariſſimæ memoriæ dominũ Bartholomæum de Sa-
lyceto in præalleg. l. hac edictali. in princip. hunc arti-
culum pleniſſime examinãtem finaliter in partem op
poſitã inclinare, & velle in effectu, vt legitima portio
debita filijs iure naturæ cum eo quod ex beneficio l.
hac edictali, detrahitur, confundatur. Primum, quia
hoc magis dicit litera l. hac edictali. & d. §. optime. con
uenire, deinde quia hic velit gloſſ. in d. l. hac edictali.
prima facie, dum dicit, filios prioris matrimonij ita re
trahere, vt ſint ſinguli eorum æquales ſecũdæ coniugi.
& idem dixit in l. quoniam prætéritæ. & in authen. ſua
cod. titu. Et expreſſius idem vult in Authen. quib. mo.
na. effi. ſui. §. & quoniam variæ. colla. 7. in gloſſ. 1. affert
quoq; auctoritatem Ray. præter Iac. de Ra. & dicit de
mente eſſe Bu. eam ſententiam, & ſibi magis æquam
videri ex falcidia debita iure naturæ, quæ confundi-
tur cum treb. uel debita ex iure inſtitutionis ex ſingu-
lis legatis ſi eodem tempore contingat vtranque detra
hi. Cæterùm licèt & rationes & auctoritates prælíba-
ri clariſſimi præceptoris me magnopere moueant, nõ
tamen a priore ſententia Barto. quam & dixi gloſſa-
toris in præalleg. §. optime. & Iaco. Butr. C. de inoffic.
do. l. vnica. & ibidem Bartol. & Bald. in prædicta l. hac
edictali. diſſentio per ſupra recitatas conſiderationes &
allegationes, per quas apparet rurſum reſponſum pri
mæ quæſtioni ipſius Salyceti, quoniam ſaltem literæ
§. optime. magis conuenit hæc ſententia quam tenui,
quàm diuerſa, vti ſupra deduxi. Porro recte ait, quòd
glo. in d. l. hac edictali, prima facie velit illã diuerſam
ſententiam & recte prima facie, quoniam ex veritate
4 & mente eam non vult. Notat namque æqualitatẽ † fi-
liorum primi coniugij & ſecundæ coniugis quantum
ad beneficium legis prædictæ, hac edictali, de debito iu
re naturæ nil loquitur, & ſic intelligitur quod not. in
d. l. quoniã præterire. Quod vero no. i §. præalle. & quo-
niã variæ magis eſt pro me & Barto. quia remittit ibi ſe
gloſſator ad notata in §. optime. vbi per expreſſum &
& velut manifeſto iure ſententiam, quam tenui, dicit
probari ſecundum Albe. nec poſt nullatenus in cõtra-
rium dubitat nec attentat, & quod dicit eam ſententiã
fuiſſe Ray. non infiteor nec profiteor, quia nõ vidi ſu-
per hæc vlla ſcripta eius Ia. plene But. cõperi tenentem
hanc, quam ſupra tenui, ſentẽtiam in l. vnica. C. de in-
offi. do. dicentem vtrunque auxiliũ concurrere, nec al-
terum p alterum tolli, quoniã ad diuerſa & ex diuerſis

cauſis competant. alibi autem neſcio eum contra notantem. De æquitate vero huius ſententiæ ſupra ſatis tractaui. Nemo enim ſatis æquum putauerit, æquam fieri cauſam filij & ſecundæ coniugis, vt ſupra luculentius explicaui, licèt autem patrimonii & datorum ac relictorum quantitas ſecundum tẽpus mortis binubi parentis exiſtimanda ſit, vt in Auth. de nup. §. quia vero hactenus, Ex diuerſis tamen temporibus vtrinq; auxilium proficiſcitur, vnum ex quo filius eſt, alterum ex tranſitu ad vota ſecunda, vt nec alterũ poſſit a parente mutari vel admitti. Cuius contrarium eſt in Falcidijs, quarum altera, ſcilicet ex ſola parentis voluntate dependet, & cùm maior ſit in hanc partem auctoritas noſtri iuris interpretum & ſane benignius pro filijs ſit cenſere, eam ſicut prius ſequor.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Acta facta in eccleſia an valeant. & an ſtatutum excludens filias fœminas dotatas extendatur ad filiam nondum maritatam, & an eo caſu filia ſemel excluſa per maſculum poſſit amplius admitti ad dictam ſucceſſionem, & an quando quis poſſit ſe iuuare ex poſitione negata, & an ſtatutum excludens filiam per iſta verba, donec, vel quamdiu quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Scire, eſt aliquid per cauſam cognoſcere, & q non entis nulla ſunt cauſæ, & conſequenter nulla ſcientia.*

2 *Iuris ignorantia quid in præſcriptionibus iure communi vel municipali deſcendentibus operetur.*

3 *Dictiones, donec, quamdiu, quoad, & ſimiles in ſtatutis appoſitæ quid operentur, & cuius ſint naturæ.*

CONSILIVM XCVII.

VISIS petitionibus tribus oblatis coram prouidis viris Ioanne quondam Borglorioſis, & Antonio Angeli Carbonis de caſtro Citernæ arbitris aſſumptis inter & per infraſcriptas partes videlicet dominas Franciſcam & Iacobam olim Donuci quondam de caſtro Surci communitatis Aretij ex parte vna ſeu pluribus agentes, & Guidonum olim Pieri, & Ioannem quondam vnagnatij rectores ſiue priores fraternitatis ſanctæ Mariæ de dicto caſtro Citernæ, & dominam Nutiam vxorem quondam Guid. de dicto caſtro Surci, & poſtea terrigenæ dicti caſtri citernæ, & Landinum quondam Angeli de dicto caſtro citernæ, & eorum quemlibet ex altera parte ſiue ex alijs partibus ſe defendentes ex compromiſſo, de quo in ipſis petitionibus ſit mentio, in cauſis litibus & quæſtionibus inter ſupraſcriptas partes vertentibus per ſer Trotulum quondam Butij de altantt de curuallo habitatorem caſtri montherchij procuratorem & procuratorio nomine dictarum dominæ Franciſcæ & Iacobæ, ac oppoſitionibus exceptionibus, & reſponſionibus ad eas factis poſitionibus, & capitulis, & proteſtationibus, & ad eas reſponſionibus, atteſtationibus receptis, inſtrumentis exhibitis, & omnibus denique in dictis cauſis inter dictas partes & coram dictis dominis arbitris factis, agitatis, actis, & actitatis, quæ dicti domini arbitri nobis exhibuerunt, & decretis quibuſdam magnificorum dominorum Caroli & Pandulphi de Petramaladominorum dicti caſtri citernæ, & ſtatutis ipſius caſtri citernæ, & præſertim vno poſito ſecundo libro cauſarum ciuilium voluminis ſtatutis caſtri citernæ & ſub rubrica 49. videlicet quòd mulier dotata non poteſt venire ad ſucceſſionem, & altero quod mater non admittitur ad ſucceſſionem filiorum rubrica libro, & alio de landis & arbitris. & altero qualiter procedatur ſi citatus venerit, & altero quoque de præſcriptioni-bus, ac partium obligationibus in ſcriptis exhibitis. cæteriſque quæ videnda fuerint. Ipſis etiam omnibus excuſſis, conſulti quæ nam eſſe debeant partes dictorum dominorum arbitrorum in præfactis cauſis. Redemptoris domini noſtri Ieſu Chriſti ac glorioſiſſimæ ſemper Virginis eius matris Mariæ nominibus inuocatis.

1 Reſpondemus † ſeponendas eſſe quidem exceptiones exclamatorias, & ſolum reſpicientes proceſſum, quæ nobis obſtare nequaquam viſæ ſunt vel vigere. Præter tim cùm de compromiſſo ſatis cõſtitiſſe dicatur dictis arbitris per decretum Magnificorum dominorum prædictorum Caroli & Pandulphi 11. menſis Ianuarij proxime exacti ſuper eo promulgatum. argument. in clemen. literis. extra de probatio. & eorum quæ ibi notantur, licèt plurimum obſtare videatur, quod in eccleſia ſancti Iacobi factus ſit proceſſus, vt ex tribus primis citationibus colligitur. & ſic nullus per cap. decet. extra de immunita. eccleſiar. libr. 6. & cap. primo. eod. titu. maxime parte contradicente prout contradixit 8. Februarij. in 24. charta, niſi quis dicat nec ex actis apparere, quod illo loco acta facta ſint, niſi in illis tribus primis citationibus. Nam etſi proceſſus irritus conſtituatur, non tamen litibus finis, quin potius primordiũ imponetur contra decretum & mentem magnificorum dominorum prædictorum & iuris vtriuſque votum, vt extra de dol. & contuma. c. finem. & C. de iudi. l. properandum. & de fruc. & lit. expen. l. terminato. & ff. ſi cer. peta. l. quidam, vnde & in ambiguis tanquàm benignior hæc ſententia in re propoſita magis amplectenda eſt, vt ff. de regul. iur. l. ſemper in dubijs. Potiſſime cum hoc partis non interſit, quæ hoc oppoſuit, vt ex inferioribus apparebit. Veniẽdum itaque magis eſt ad merita negocij principalis, vbi eſt primo vidẽdum, quo iudicij genere pars actrix experta ſit. Deinde nunquid ea probauerit, quæ in ea actione, quæ ſit propoſita, probare oportuerit. Poſtremo nunquid ea pars tale quid propoſuerit per quod vel ipſo iure uel ope exceptionis partis actricis intentio uacuetur. Et quidem circa primum uidetur actio hæreditatis petitio, & rei uendicatio ſimul & publiciana, qđ magis eſt, inſtituta per libelli concluſionem, & ea quæ traduntur in inſtitu. de act. §. ecce plerunque. Circa ſecũdum ante omnia illud inſpiciendum eſt, nunquid dictæ dominæ Franciſca & Iacoba ſint hæredes & quanta ex parte dictorũ contra Doni patris & Titi quondam fratris earum. Nã ſi nulla ex parte hæreditatis utriuſq; eas hæredes fore conſtiterit, q diffinita manebit, etenim expeditiſſime fiet non probatum. Et uidetur fortaſſis prima fronte eas hæredes extitiſſe Dono quõdam patri earum probaſſe, hoc eſt pro duabus portionibus ſecundum ius commune, vt Inſti. de hæred. quæ ab inteſt. defe. §. 1. & in Authen. ſed. §. 1. C. de ſuis & leg. auth. in ſucceſſione. Statutum namque citernæ ſolas dotatas excludit a ſucceſſione. Non erant autem iſtæ dotatæ tempore delatæ ſibi paternæ ſucceſſionis & quæſitæ, cum poſt mortem patris illico ſuo patri hæredes extiterint etiam ignorãtes, ut in Inſti. de hære. quæ ab Inteſt. deſc. §. ſui. & de hær. qua. & dif. §. ſui. & C. de ſu. & le. hære. l. apud hoſtes. & de iure deli. l. 3. licèt multo poſt dotatæ quæſita ſucceſſione non priuantur. Statutum etenim eeliſtit acquiſitionis initio, non quæſitæ ſucceſſionis retentioni, ad quod ff. unde li. l. vlt. Nec quicquam mouet earum opinio quæ ſe nouiſſime uocatas ad hæreditatem patris per mortem Titij eorum fratris & Guidonis earum patrui putarunt, & hoc mẽſe Septembris proxime exacto eam agnouerunt, quoniam erant dotatæ quaſi tunc primu dicerentur patri ſuccedere, quo prohibitæ ſint. arg. ff. d noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. & præalle. l. fina. ff. unde liberi, quoniam non tam nunc ſuccedere dicũtur, quàm potius iam quæſitam etiam ignorãtibus, ut probatum eſt per abſtentionẽ non perdere. Et cũ eis lege ſit quæſita ſucceſſio, non uidebitur neceſſarius interuentus propinquorum, qui alias forſitan ex forma ſtatuti ad eas obligandas exigitur, per ea, quæ notantur

per

per Barto.ff de acquirend.hæreditat.l.more. per l.con-
ditionibns.ff.de condition.&demonſtratio. & de con
di.fur.l.2.& d.§.fina. Secundo etſi non fuiſſent tunc pa
tris hæredes ſcilicet cum vixit Titus & Guido,nunc ta
meo eis de medio ſublatis ad hæreditatem patris ex
ſua perſona pro duabus partibus, & pro tertia ex per-
ſona Titi,ad cuius hæreditatem iure communi vocan
tur ceſſante impedimento ſtatuti ex perſooa Guido-
nis eo mortuo admittendæ ſunt non obſtante teſta-
mento dicti Guidonis, & alienationibus per eum fa-
ctis, quoniam non perpetuo, ſed ad tempus ab huiuſ-
modi ſucceſſiooibus excludantur propter verbum.do
nec,in ſtatuto poſitum,& per ea quæ not. per Bartol.ff.
de bono poſ.contrata.l.1 §.qui filium.& ad tertu.l.fin.
& per Bald.in l.ſi quis poſthumos. §.ſi filium . & l.Gal-
lus . §.& quid ſi tantum . et §.inſtituens . ff. de liber. &
poſthum.& C.de inoffic.teſtamen.l.ſi qnis filium. quæ
conſulto velut notiſſima ſtudio breuitatis omittamus.
In diuerſnm facit. quoniam interrogatæ dictæ domi-
næ Franciſca & Iacoba in iudicio per procuratorem
reorum reſponderunt,dictos quondam Titum & poſt
Guidonem dum vixeruot fuiſſe dominos hæreditatis
& bonorum quoodam Doni patris earum , vt patet in
tertia interrogatione cum exceptionibns reorum fa-
cta & reſponſione ſequuta, quæ verba oihil aliud ſi-
gnaot,quàm ipſum Titum,& poſt Guidonem fuiſſe hę
redes dicti quondam Doni in totum per l.his verbis.in
principio. ff. de hæredib. inſtitueo. iuncta l.ſi ſine . §.
alias ſi deſeoſor.§.qui interrogatur.ff.de interro.actio.
Igitur ipſæ nulla ex parte fuere patris hæredes Tito &
Guidone viuentibus, vt ff.de regulis iuris l.quod con-
tra.§.vni duo.Nec ad rem pertinet quod poſtea in ſex-
ta poſitione idem per reos poſita dictæ dominæ nega-
uerunt,quoniam confeſſioni earum contra ſe, oō pro
ſe ſtandum ſit,vt ff.de interro.actio.l.de ætate.§.1.& C.
de proba.l.exemplo.& l.rationes.Quinimmo in deci-
ma ſuarum poſitionum ſiue earum probationum pro
poſuerat dictum Titium ſcientem ad ſe hæreditatem
patris deuolutam &c.quod profecto ſciri non poterat,
niſi fuiſſet. Non entis eoim nullæ cauſæ ſunt, & conſe-
2 quenter † nulla ſcientia ,cùm ſcire ſit rem per cauſam
cognoſcere,de quo traditur per legiſtas. C.de proba.l.
actor.,Verum quoniam ea decima poſitio fuit abroga
ta,niſi admittatur, neutra partium ex ea poteſt ſe iuua
re,vt no.in materia poſitionum per doc.C.de iur.ca.l.
2.§.quod obſeruari.& in c.1. & 2.extra de confeſ.lib.6.
& ar de reg.iur.c.ex eo.libr.6.Per quam appatet arg.in
diuerſam partem factum protinus conquieſcere,quā-
quam & illud ſine dubitatione non tranſeat, quo ma-
gis tēpore dicatur ſuus hæres patri ſuccedere, An quo
cooſertur hæreditas,cum nudum nomen hæredis ha-
beat,an vero tunc cum ſe patris hæreditati immiſcuit-
nam tunc dumtaxat effectus naſcitur, & tunc effectu
tantummodo creditoribus obligatur , vnde & impu-
beribus opus eſſe etiam tutoris auctoritate nemo ne-
gauerit , vt ff.de acq.hær.l.impuberibus & l.neceſſarijs.
& optime faciunt l.pro hærede.§.pampi.verſic.ita de-
mum.eo.titu.& de leg.1.l. nam nec emancipatus.& in
Inſti.de hære.qua.& dif § ſed his.& quod not.io l.1.C.ſi
vt ſe ab hæred.abſti.& in præal.l.2. ff.de condi.fur.ma
gis enim res & effectus, quàm verba vel ouda nomina
ſunt ſpectanda,vt C.communi. de leg.l.2 in fi & l.2.§.
& ſi ſint . ff.ad tert.& ſi hoc tempus ſpectandum forer,
palam eſt prius fuiſſe dotatas,quàm ſe patris hæreditati
miſcerent.vnde nunquā videntur ſucceſſiſſe ante mor
tem Guidonis . ſed & ſi ſine præiudicio veritatis patri
ſucceſſerint ex tempore mortis, cùm conſtet quod pa-
ter earū mortuus ſit iam elapſis annis . 30. & vltra pro-
ut ipſi in ſuarum poſitionum 8. poſitione poſuerunt &
pars aduerſa conceſſit,a iure communi viderentur ex
cluſæ.de iure deli.l.licet,aut ſaltem iure municip.Citer
næ ann.præſcriptione 20. cum 12. poſitionem reorum
coofeſſæ ſunt contioentem,quod Guido poſt mortem
Titi,quem ipſi poſuerant in 12.poſitione iam deceſſiſ-

ſe ann.18. elapſis & vltra vel circa & teſtibus compro-
batur, tenuerat tanquam hæres ipſius Titi inſolidum
vniuerſa bona Titi,& quæ in eius hæreditate remanſe
rint, & ſic etiam bona quondam Doni patris earum.
Ex quibus etiam probatur, quod dictus quondam Do-
nus iam annis 38. deceſſerit . nec in eiuſmodi præſcri-
3 ptionibus † ex iure communi vel municipali deſcen-
dentibus iuris ignorantia quamuis mulieres excuſan-
tur,vt C.de iur.& fact.ignorant. l.3.in fin. de præſcript.
long.tempor l.final.& quod in eis notatur . ſic nec ip-
ſi quondam Guidoni ad præſcriptionem ignorantia iu
ris offuit.per l.nunquam . & l.ſi furt. §.primo ff.de vſu-
cap.& quod nota.per Dyn.in capitu.poſſeſſor.extra de
regul.iur.libr.6.aut eo quod ipſe Guido in ius alienum
ſucceſſerit,vt in reg iur.c.cum quis in ius,extra.de regu
lis iuris libr.6.& cap.cura.ſecundum vltimum ſenſum
gloſſ.1.extra de iure pa.Aut ex eo quod iuris ignoran-
tia proficiet quidem ad bonum fidem ,licèt non ad ti-
tulum , vt ſenſit Innocent.io præallegato capitu.cura.
& Albricus de Roſate commentator egregius in l.re-
gula.in principio.ff.de iur.& fact.ignoran. vnde in hac
præſcriptione,quæ titulum oon exquirit,non officit,ſe
cus in vſucap.& long.tempor.præſcript.vt in l.in con-
trarium allega.& ita Dynus. Minor autem ætas aut 12.
ex iure communi, ant 15.ex municip. non probatur,
quinimmo cōtra venitur,cùm nuptæ eſſent ante mor
tem Titi poſtquam 20.anni tranſierunt , vt ex ſuperio-
ribus licèt colligere. Ex primo itaque capite quaſi mor
tuo patri illico hæredes extiterint pro duabus portio-
nibus nequeunt adiuuari . Ex ſecundo autem capite
quaſi nouiſſime poſt mortem Guidonis hæredes pa-
tri & fratri factæ ſunt,admitti nō videntur ex eo quod
ſuperſint alij maſculi de genere patris & fratris ea-
rum videlicet Valdinus Bāderiæ,prout teſtibus cōpro-
batur de quaſi poſſeſſione conſanguinitatis deponenti
bus.argu. io l.lege 12.ta.C.de legi.hæredit. & ff.de pro-
bat.l.ſi filius.& C.eod.titu.l.non nudis. & l. oon epiſto
lis.& quæ ibi ootantur poſt gloſſ per Barto. & per glo.
ſingulariter . C.qui accuſa. oon poſſ.l. non ignorat . &
extra de probatio.capitu.per tuas.& 35 quæſtion. 6.ca
pitu.ſi duo . & capitu.conſanguineos . & ipſius quoque
Baldini teſtimonio licèt noo per omnia idoneo con-
firmatur. Et rurſus quia Picrus vocatus Pacrale olim
Banderiæ, & ſic frater ipſius Baldini tanquam proxi-
mus dictarum dominarum in agnatione dictarum hæ
reditatum patris & fratris conſenſum præſtitit ipſis do
minabus . Nec mouet quod per nonnullos allegatur,
quod de genere non dicantur dicti Doni patris earum,
niſi qui ex eo deſcenderunt , quoniam contra eſt, vt ff.
de probation.l.prima.& quod ibi notatur,licèt allega-
ta per illos de generatione loquantur, alioquin nec ip-
ſe Guido frater patris de genere Doni patris earum di-
ceretur nec ipſas a ſucceſſione Titi amouiſſet, quod
non eſt verum , quod & ipſæ profeſſæ ſunt vt per ſupe-
riora licèt colligere. Et quoque quoad viuentem di-
ctum Guidonem & bona quondam Titi tenentem
tanquam hæredem dicti Titi non inquietarunt per
20. annos, quibus etiam ſi non eſſet ſeu fuiſſet de ge-
nere dicti Guido, Doni, vel Titi forſitan quaſi præ-
ſcriptum eſſet , excluderentur vt in capite ſuperiori
tractauimus, quamquam hic aliqua magis poſſet eſ-
ſe deſenſio. Rurſus & illud attentari poſſe putamus ,
quod excluſæ ſemel a patris ſucceſſione per Titum &
a Titi ſucceſſione per Guidonem ,his etiam de me-
dio motis ex ſua etiam perſona immediate uocentur,
4 Nec nos mouet dictio, † donec, in ſtatuto poſita vel
ſimilis puta , quamdiu, vel quo ad . Nam & regula iu-
ris ſtatuit , quod quamdiu inſtitutus poteſt ſuccedere ,
ſubſtitutus noo ſuccedat , vt ff.de acquirenda hæredi-
tate l.quamdiu & tamen certo certius eſt quod admiſ
ſo inſtituto,licèt poſtea moriatur,non tamen ſubſtitu-
tus admittendus eſt,vt C.de impnbe. & alimen.ſubſti,
l.poſt aditā. Simile eſt quoque in l.prima §.ſi nemo. ff.
ad ter.Nam quādiu filius vult & poteſt , hoc.n.neceſſa-

rio ſubintelligitur matris legitimam hæreditatem & ex tertuliano, conſanguinei ſiue agnati excluduntur a mortuæ ſucceſſione, & tamen mortuo filio qui matri hæres extiterit, nihilominus agnatus mulieris admittitur. Et ad idem In eod. titul.l.2.§.ſi qnis. uerſus fioem, obi eſt uerbum, dooec. Similis quoque ſermo eſt in l. inter agnatos.§ quamdiu.ff.unde legi.& facit l.2.§.primo.de bonorum poſſeſſione contra tabu. in quibus legiſlator utitur illo uerbo, quamdiu, illo tamē, qui prius uocabatur, ſuccedente ſequens remanet excluſus in perpetuum. Quinimmo ipſe Bartol. & cæteri doctor. ſæpe aſſerunt, quòd donec eſt aliquis ex liberis defunctæ perſonæ ab inteſtato, qui uelit & poſſit ab inteſtato ſuccedere, ſuperiores & collaterales excluduntur, ſeu non ſuccedunt, & tamen his uerbis nemo putauerit hoc ſentire, ut excluſio ſit temporalis aliquo ex liberis redeunte, immo illo hæreditatem & ſucceſſionem admitteote cæteri remaoent perpetuo ſubmoti. hoc ſermone utitur Bartol. in l. unica. C. quando non pet. par. & in alijs locis, & alij pletique, de quibus nominatim exprimere potius foret laborioſum, quàm ſobiile. Ad notam autem ſupra relatam Bartol. & Bald. ubi ſupra. Reſpondemus quod diuerſo caſu loquuntur ab eo, qui in præſentiarum proponitur. Ibi namque uerba ſtatuti ſiue municipalis conſtitutioois habebant, quòd quamdiu filius uixerit filia dotata patri inteſtato non ſuccedat, quæ uerba pertinent ad filium ſuperuenientem etiam hæredem factum, cùm ſermo ſit indifinite prolatus, quo fit, ut etiam ſi filius patri ſucceſſerit & poſtquam hæres extiterit, excluſio oihilominus temporalis ſit & ex uita filij limitanda. In re autem propoſita dicit conſtitutio, quòd fœmina dotata noo ſuccedat ab inteſtato defunctæ perſonæ, donec ſit maſculus &c. qui ſuccedere poſſit & uelit, & ſic caſum & tempus necdom quæſitæ ſucceſſionis ea uerba ſignificant, ideoque in eum caſum temporalem continent excluſionem, ut ex morte ipſius maſculi terminandam. unde eo mortuo qui potuiſſet ſuccedere & nullo alio ſuperſtite, qui poſſit ſuccedere, dotata mulier admittetur iure ſcilicet communi ceſſante impedimento ſtatuti, cùm nemo ei hæres extiterit. Cæterùm ſi maſculus illæ defunctæ perſonæ inteſtatæ ſucceſſerit. mulier dotata perpetuo ſubmouetur. per l. ouamdiu. & alia ſuperius allegata, & quamquam eo poſt mortuo mulier non vocabitur. Nam quo iure non quidem cōmuni, quo poſtquam eius hæres extiterit, geoeraliter hæres eſſe non deſinit, vt ff. de minor. l. & ſi fine. §. ſed quod papi. non ex l. municipij, ea oamque magis ſacta eſt ad excludendum & adimendam ſeu denegandam ſucceſſionem, quàm conferendam, vt ioquit iuriſconſultus in ſimilibus terminis. ff. de manu. teſtamen. l. ticia. §. lucius. facit l. legata inutiliter. ff. de adiment. lega. & de conditio. & demonſtration. l. cum tale. §. falſam. lex namque municipalis excludit fœminam dotatam propter maſculum eiuſdem domus & generis ſuperſtitem tpe, quo eſt hæreditas acquirenda, non vt eā acquirat limitato tempore, ſeu vt ipſum maſculum in cludat pro tempore vitæ ſuæ. non enim dixit donec ſu peruixerit, ſed ſimpliciter, & ideo ſatis eſt ſupereſſe tempore, quo hæreditas poteſt acquiri, ipſumque hæreditatem acquirere, quo dotata mulier excludator. Quibus ex omoibus manifeſtum relioquitur, ad dictas dominas Franciſcam & Iacobam hæreditates quōdam Dooi patris, & qoondam Titi fratris earum nulla prorſus ex parte pertinere, & conſequenter ſuperuacuum fore tractari, an ſufficienter ſit probatum res per eas ſiue earum petantur nominibus io dominio vel quaſi eorum de quorum hæreditate extitiſſe, quamquam & illud non videretur ſufficienter probatum. Tum quia nec eſt probata ſocietas bonorum omnium, cùm de diuiſione bonorum immobilium inter dictos Donū & Guidonem conſtiterit, nec de collatiooe lucrorum omnium in commune fides facta ſit, & poſt mortem dicti Doni ipſe Titus impubes remanſerit, ſecundum ea quæ traduntur per Bar. in l. ticium. §. altero. ff. de admini. tuto. & C. commooia vtriuſque iudi. l. ſi patruus. Tum etiam quia per teſtes noo eſt probata oiſi poſſeſſio, per publica autem documenta oon videtur titulos comprobari propter varietatem confioium, cùm non ſit probatum, eadem tamen eſſe corpora, quibus olim alij, & nunc alij ſunt confines ſecundum quod nos docet Bar. in l. demooſtratio. in princ. ad fi. ſui commenti ff. de condit. & demoo. quos videlicet titulos comprobari opportuerat ad rei vendicationem vel publicianam, quæ ſuot propoſitæ, vt in Inſtit. de act. §. ecce plenuoque. hæc tamen diligentius non proſequimur, quooiam ſuperfluum opinamur ſuperiore propoſitione cōceſſa, quam demonſtrauimus & hæc de ſecuodo, in cuius proſequutione clareſcit quid de tertio ſit cenſendum. Cooludimus itaque dominorum arbitrorū partes eas eſſe, vt reos omoes, de quibus ſupra nominatim memioimus, ſeu eorum procuratorem a petitis per dictas dominas Franciſcam & Iacobam ſiue earum procuratorem abſoluant, ipſas tamen dominas Fraociſcā & Iacobam ſeu eorum procuratorem quoniam iuſtā cauſam habuere litigandi, in ſumptus litis ceoſemus non condemnaodas.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum prohibens aſcendentes relinqoere extraneis vltra certam partem an valeat, & quare fuerit factum, & quo modo accipiatur illud verbum extraneis, de quibus intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentorum cauſa libera & fauorabilis eſſe debet.*

2 *Verbum, extraneis, a teſtatore prolatum & in vltimis voluntatibus inſertum de quibus intelligi dicatur.*

3 *Verba iſta, ab inteſtato, in ſtatutis inſerta quid ſignificare debeant.*

CONSILIVM XCVIII.

MAGISTER Guandaguinus meraſcalcus deceſſit coodito teſtamento, quo Ioannem filium eius legitimum & naturalem, & dominam Magdalenam eius vxorē & matrem dicti Ioaoois io uita ſua tantum, & ipſa viuente caſte & ſine marito ſibi hæredes vſes inſtituit, & ſi dictus Ioaones quādocunque ſine legitimis hæredibus ex ſe deſcendentibus deceſſiſſet, tertiā partem eius, quod ſuperſuiſſet, tūc voluit peruenire in Paulum quondam zanapet. fratris ipſius teſtatoris, & reliquas duas partes io ſcholā ſanctæ Mariæ de batutis de Triuiſio in pauperes diſpenſandas. Mortuo dicto teſtatore dictus Ioaooes agnita patris hæreditate ex teſtamento ioter duos menſes prope tamē 25. aon. ſuæ ætatis inteſtatus mortuus eſt relicta matre ſuperſtite quæ poſt oupſit, & filij hæreditatem ſibi ioteſtato delatam agnouit dictus Paulus quoudam zanapet. tertiā eius, quod ſupereſt petit, mater recuſat auctoritate ſtatuti Taruiſij. lib. 2. tractatu io c. 2. poſito ſub rubrica de maſculinorum ſucceſſione nepotibus & filiabus excluſis in fi. quæritur quid iuris.

1 ¶ † Pro determinatione quæſiti præmitto primo, quòd ſtatuta municipalia ſummo ſtudio ſunt interpretanda ſic, vt quanto minus fieri poſſit, a iure communi recedant. ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. §. ſi lege. C. de noxa. l. 2. de conſue. c. cum dilectus. ſecundum quòd voluntas ſuprema teſtantis ſummopere adiuuāda eſt. C. de ſac. ſan. eccle. l. 1. & fauorabilis cauſa teſtō-
2 rum † reputatur ſicut libertas & matrimooium, & in re obſcura pro ea potius iudicandum ſit, vt ca. ſioa. extra de re iudic. etiam contra filium teſtantis. ff. de inoffic. te-

ffic.teſtamen.l.ſi pars.ſacit l.in teſtamentis.ff.de re iud.
l.inter pares Tertium quod paria cenſeantur, quid cer-
to tempore fieri.vel in illud tempus conferri. ff.de hæ-
redi. Inſtitut.l.in tempus.& ff.de donat.inter virum &
vxo.l.quia in illud.& C.de dona.ante nup.l.qund ſpon
ſæ. Poſtremum quod mens & ratio legis ſeu conſtitu-
tionis ipſam legem ſiue conſtitutionem regit,& guber
nat.ff.de pact.l.qđ dictū.de iur patr.l.adigere.§.quāuis.
de le.& ie.con.l.ſcire leges.His itaque præmiſſis deſcen
do propius ad verba ſtatuti Taruiſij, inquit namque,
nec in teſtamentis aſcendentibus liceat extraneis per-
ſonis vel locis dimittere, qund excedat tertiam bono-
rum ſuorum partem,& ſi fiat,non valeat, ſed duæ par-
tes applicentur venientibus ab inteſtato. verbum ita-
que illud,extraneis,pnteſt duobns modis intelligi. vno
modn vt intelligatur extraneus, qui nulla cognatione
teſtantem contingeret, ſicut accipitur C.de iur.do.l.fi-
na.in princip. & ſecundum hunc ſenſum nihil feciſſet
Guandaguinus contra legem municipij ſui in eo,quod
Paulo nepoti ſuo reliquiſſet cum tertio gradu cogna-
tionis ſeu agnationis contingeret ipſum teſtantem. I-
deoque id relictum nulla ſui parte fieret irritum. feciſ-
ſet autem contra ſtatutum ipſe teſtator in eo quod v-
xorem in ſemiſſe ſcripſiſſet hæredem. Ideoque non va
luiſſet ea inſtitutio.ſed cum conditio inſtitutionis ſuæ,
quia nupſit, defecerit, & iden communi iure corruat
inſtitutio,ac ſi nunquam inſtituta fuiſſet, vt C.de indic.
vi.toll.authen. cui relictum de hoc in præſentiarum di
ſceptatio non eſt, & ſecundum hunc ſenſum corrigit
quidem municipij conſtitutio ius commune, ſed non
in multo, qnoniam non in omnes generaliter inhi-
bet paterſa. liberam teſtamēti factionem, ſed in extra-
neos tantum nulla ſibi neceſſitudine coniunctos. In
cognatos autem vel agnatos teſtari volētibus ius com
3 mune conſeruat. † Secundo modo poteſt intelligi id
verbum extraneis, vt omnes complectatur præter eos
liberos, qui proximi fuerant ab inteſtato teſtanti rela-
tione facta ad ver.parentibus, & ad alia ſequentia ſcili-
cet quia duæ partes debeant ab inteſtato venientibus
applicari, & ſecundum hanc interpretationem pluri-
mum a communi iure receditur. contra primum ſu-
perius præmiſſorum liberi hominis & patris ſeu ma-
tris ſimul ſupprema voluntas & libera teſtamenti fa-
ctio quàm maxime coarctatur nulla ipſius hæc culpa
faciente, ſicut in l.ſi quis inceſti.C.de inceſt.nup. Con-
tra ſecūdum ſuperius ex præmiſſis eſt illud vulgatum,
nihil eſt quod magis hominibus debeatur &c.C.de ſa-
croſanct eccleſi.l.prima.& contra illud.ff.quemad. te.
aper. l.vel negate. vnde tanquàm dura nimis & non
prorſus vitio carens fugienda foret hæc interpretatio,
& proxime præcedens tanquàm benignior & vitio ca
rens foret præaſſumenda, prælertim cum & propria
vis & ſermonis ſignificatio minime reſtagatur. Cæte-
rum ſi & hæc interpretatio, quam duriorem dixi, for-
ſitan præaſſumatur,defendi adhuc probe poterit, nec
feciſſe teſtantem contra ipſum municipij conſtitutio-
nes in eo quod poſt mortem filij ſine liberis defuncti,
tertium eius,quod ex ipſius teſtantis bonis ipſi filio nō
alienatum ſuperforet, reliquit dicto Paulo nepoti ſuo,
& in eum caſum hoc eſt ſubducta perſona filij ſine li-
beris ipſi teſtāti proximo, per quæ voluit proximo gra-
du liberis ceſſantibus inteſtato venire. Non enim pru-
dens conſilium teſtatoris vlla ſui parte bonorum fi-
lium fratris ſui proprijs liberis antetulit, ſed omnes ſi-
bi extantes vel extituros liberos filio quondam fratris
ſui id eſt Paulo in omnibus ſuis bonis rectius antepo-
ſuit.arg.ff.de hære. Inſtit.l.lucius. ſed quo caſu ad nullos
liberorum ſuorum ſua bona pertinerent, ad filium fra
tris, qui ſibi proximus erat & ab inteſtato ſolis ei libe-
ris ceſſantibus veniens quoniam partem bonorum ſuo
rum, quæ ſuperforent, per liberos ſuos non in alios de-
ſtinata pertinere decernit, nec aliud quicquam profe-
cto voluit conſtitutio municipij, quàm diſponentis pro
ximos ſanguine in bonis eiuſdem extraneis antepone

re,vt non calumniantibus conſtitutionis verba mani-
feſtius innoteſcit. ſicque non modo non contra vel
præter ipſam conſtitutionem, ſed ſecundum eam ma
nifeſtam ſententiam eius prudentiſſimus paterfami-
lias ordinauit, & quod patriæ moribus conuenit, cur
igitur vlla ex parte irrita debet conſtitui prudentiſſimi
patrisfamilias ordinatio? ſpectandum namq; eſt tem
pus non quo diſpoſuit ſeu teſtatus eſt, quo videlicet fi
lius eius ſupererat, ſed id tempus in quod ſuam contu
lit uoluntatem, hoc eſt quo neque filius de ipſis bonis
ſtatuiſſet, & perinde ac ſi eo tempore facta fuiſſet ipſa
ordinatio, quo nihil ſupereſſet liberorum, nec, quidq̃
ipſi liberi ſtatuiſſent, recenſendum eſt. Per tertium ſu-
perius præmiſſorum, & quæ ſunt ibidem allegata, di-
xerit aliquis, immo Paulus non erat de proximis ue-
niens ab inteſtato defuncto, videlicet magiſtro Guan-
daguino, cui Ioannes filius ex teſtamento hæres exti-
terat, & qui ſemel factus hæres eſt, regulariter hæres eſ-
ſe non deſinit, vt ff.de mino.l.& ſi ſine.§.ſed quod papi.
4 Sed reſpondebitur, † quòd uerba illa in ſtatuto poſi-
ta, ab inteſtato uenientibus, non actum ſignificant,
quia ab inteſtato ſuccedant. nam cùm in teſtamētis &
teſtantibus loquatur conſtitutio, inteſtati cauſæ locus
eſſe non poterat.vt C.eod.de ſucceſſ.l.antequam. & ff.
de regul.iur.l.ius noſtrum.& l.quamdiu ſed exponun-
tur id eſt qui vel ab inteſtato eſſent ſucceſſuri eo quod
forent agnati vel cognati proximi, ſi teſtamentum nō
feciſſet, ita etiam & in propoſito intelligitur Paulus
ueniens ab inteſtato, quando magiſtro Guandaguino
liberis ſublatis id eſt ſi liberi non eſſent hæredes. Po-
te.t autem probabiliter & illud dici, quod & morte
Ioannes filius teſtantis hæres eſſe deſinat, cùm mors
omnia ſoluat, neque enim ultra dominus eſt & idem
dominus & hæres, vt Inſtitut. de hæredi.qua.& differ.
§.final. Præterea ſpectanda eſt mens & ratio conſtitu-
tionis, quæ ideo prohibet parentibus extraneis perſo-
nis in teſtamento relinquere ut uenientes ab inteſtato
liberos protegat, conſtitutioque relicta deducit vt bo
na relinquentis in liberos eius maneant, & ne liberis
ſuis quiſquam extraneos præferat, quæ ratio conſtitu-
tionis ceſſat, cùm non in caſum quo ſuperſint proti-
nus aliquid reliquit extraneis id eſt non liberis, proxi-
mis tamen poſt liberos, ſed in caſum quo prorſus li-
beri non fuerint, tunc etenim nullos liberos extraneis
anteponit, merito & eo caſu ceſſat conſtitutionis pro
hibitio, quo & ratio ceſſat, vt ff.de iure pa l.adigere.§.
quamuis, regit namque id eſt reſtringit, & ampliat le-
gis ratio ipſam l.diſpoſitionem, vt ff.de calumn.l.hæc
actio.& quod ibi nota.& ad legem Aquili.l illud. Et pa-
tet ex nouiſſimo ſuperius præmiſſorum, quin amplius
ſi hæc interpretatio proxima reſpuatur, & diuerſa re-
cipiatur interpretatio, facile & ſæpius euenturum eſt
contrarium uoto conſtituentium, vt ſcilicet bona pa-
rentis contra ipſius diſpoſitionem ad extraneas ſibi pe
nitus omni neceſſitudine perſonas transferantur, ſicut
in re propoſita ſuccedet filio mater, aut vterina ſoror,
aut alius ex matris cognatione parenti teſtatori nulla
protinus cognatione coniunctus, quin forſan ipſi pa-
renti non gratus morituro, qui bona illius eiuſmodi
ſucceſſione ſuſcipiet, quo nihil horrendius, vt ex ea
conſtitutione ſequatur ſuæ contrarium intentionis,
contra l.legata inutiliter.ff de adimen.lega. & de con-
dit.& demonſtra.l.cum tales.§ falſum. de manu.teſta.
l.ticia.§.fina.valeat itaque rectius hæc inuidioſa inter-
pretatio,& diuerſa quam probaui meliorem. ratione
præualeat, per quam ius commune minus corrigitur,
libertas arbitrij in ſupremis morientium diſpoſitioni-
bus,quo nihil iuſtius & humanius conſeruatur, & ſu-
premæ deficientium uoluntates exitum habent, quod
& publice expedit, præfataque legis, mens defendatur,
& bona morientium in ſuam agnationem, nō etiam
extraneos transferuntur. Et in hanc denique profecto
ſniam procliuior ſum, vt velit relictum factum prædi-
cto Paulo nepoti teſtantis prædictæ municipij conſti-

ſntioni non obuiet, immo magis conueniat, Ideoque per illam nulla ſui parte protinus infirmetur, quod nõ idem de certis relictis conſtanter aſſeuero, quæ prorſus extraneis dimittantur. Cæterùm memini, niſi fallor, alias iam annis prolapſis integris ſuper hac vel ſimili cauſa voce vel ſcripto conſultatione reſponſum. Sed quid reſponderim conſulenti, nunc non teneo. Si qua igitur diuerſa parentibus & fortaſſis meliora præſcripſerim, hoc caſu illorum præſeruatione recenſeo.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

Prælegatum an poſſit fieri hæredi ſolo inſtituto, & ſi fiat prælegatum vni ex hæredibus an illud veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & quid importet dictio alijs appoſita in inſtitutione vel ſubſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio perſonalis, quæ ex teſtamento deſcendit, non poteſt in eandem perſonam actiue & paſſiue concurrere.*

2 *Verba iſta, alijs bonis, in inſtitutione ſcripta non excludunt res in legatis ſuperioribus comprahenſas.*

CONSILIVM XCIX.

QVIDAM A. veniens ad mortem ſuum condidit teſtamentum, in quo fecit legatum huius tenoris. Item reliquit iure legati dominæ B. eius vxori, omnia & ſingula bona mobilia, & omnes & ſingulas res, ac ſuppellectiles, ac omnes & ſingulos pannos tam laneos quàm lineos, & omnes ſingulos denarios, & omnem ac quamlibet pecuniam, & totum vinum, bladum, frumentum, ac legumen, & nomina debitorum ſuorum, ac ſocedarum ipſius teſtatoris libere, & expedite, & pleno iure pro animabus ſua & prædeceſſorum ſuorum. prædicta ſunt verba legati. In omnibus autem ſuis alijs bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & rationibus, ac actionibus vniuerſis tam præſentibus, quàm futuris ipſius teſtatoris, ipſe teſtator ſibi ſuam hæredem inſtituit vſem, elegit, eſſe voluit, iuſſit, cõſtituit, & ordinauit dictam dominam B. eius vxorem in vita ſua tantum ipſius dominæ B. cum cõditione infraſcripta. Cui namque dominæ B eius vxori ſubſtituit ſcholam ſanctæ Mariæ de batutis de Taruiſio dictus teſtator in bonis ſuis omnibus alijs mobilibus et immobilibus, iuribus, rationibus, & actionibus vniuerſis tam præſentibus, quàm futuris &c. Poſt hoc deceſſit teſtator, poſt quem dicta dña B. adita hæreditate dicti A. deceſſit ſuo hærede inteſtato derelicto. Modo inter dictam ſcholam ex vna parte, & hæredem dictæ dñæ B. dubium vertit. An dictum prælegatum factum in teſtamento dicti A. ſupraſcriptæ dictæ dñæ B. valeat, vel non, & ſi valeat, an dictum prælegatum veniat in reſtitutione fideicommiſſi fienda dictæ ſcholæ bonorũ dicti teſtatoris. Super primo. ſ. an prælegatum valeat, dubium facit, quia cum ipſa B. fuit ſola hæres inſtituta, nõ videtur ꝙ potuit legari ſibi ipſi a ſeipſa. Super ſecũdo. ſ. an prælegatum, ſi eſt validum, veniat reſtituẽdum per fideicommiſſum dictæ ſcholæ vna cum alijs bonis dicti quondam teſtatoris, vel non, dubium facit l. cum virum. C. de fideicommiſ. & l. marcellus. ff. eo. tit. &c. Super quibus petitur declarari quid iuris mera veritate inſpecta cum allegationibus oportunis &c.

1 ¶ † In primo ex primo themate conſultationis articulo videtur mihi indubie reſpondendum, legatum non tenere per rationem ſuperius allegatam, quia a ſeipſo ſibi legari non poteſt, vt ff. de leg. 1. l. legatum eſt delibe ratio. §. 1. & l. planè. §. ſi duobus. & ratio manifeſta con
2 cludit. Nam obligatio perſonalis, † quæ ex teſtamento deſcendit, non poteſt in eandem perſonam actiue & paſſiue concurrere. Nam & ſi in diuerſis perſonis ceperit, & vnus alteri vel vtrique alius hæres extitit, ipſa etiam conſtituta confunditur ipſa ratione impoſſibilitatis, quaſi non poſſit quis ſibijpſi debere, vt ff. de ſol. l. ſtichum. §. aditio. & de fideiuſſ. l. vranius. & C. de pac. l. debitori. & alijs concor. ibidem allegatis, multo igitur minus poteſt in vnam perſonam incipere. ar. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo. & de vſuſru. l. ticio, cum moreretur.

¶ Super ſecundo vero conſultationis articulo eiuſdem primi thematis videtur ex ſuperioris articuli deciſione diſceptare ſuperuacuum, an cadat in reſtitutionem fideicommiſſi ſcholæ factum legatum, quod non tenuit. & ita quærit proponens, ſi valeat huiuſmodi legatum, an cadat in reſtitutionem fideicommiſſi ſcholæ facti, ubi non valeat, nulla fit dubitatio, quin res legato compræhenſæ inutiliter, ſed in ratione utiliter in ſubſtitutionem generalem ueniant quaſi titulo inſtitutionis, & hæreditatis & acceptæ. Sed non eſt ita, immo puto etiam ſi legatum huiuſmodi nullum præmiſſis rationibus cenſeatur, res tamen ipſas legato compræhẽſas in ſubſtitutionẽ non cadere, & per conſequens nec in fideicommiſſi reſtitutionem propter verba inſtitutionis, quæ habent in oĩbus alijs bonis mobilibus &c. Illud namq; uerbum, alijs, ſubſtitutione compræhenſum excludit a ſubſtitutione ipſa generali, bona mobilia &c. in iure conſtituta, de quibus in ſuperiori legato erat facta mentio ſpecialis, ut nõ in ſubſtitutione claudantur. argu. ff. de lega. 1. l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus. Et ſi dicatur quæ ergo mobilia in ſubſtitutione claudantur, ſi legato compræhenſa excludantur, quia in legato omnia mobilia continebantur, vt omnes actiones ſeu nomina debitorum, nulla igitur mobilia uel actiones in ſubſtitutione uenient, quod eſt contra mentem teſtãtis, qui etiam in ſubſtitutione de mobilibus & actionibus nominatim cauit. Reſpondeo quòd legatum intelligitur de rebus mobilibus & actionibus, quæ tempore teſtamenti erant teſtatoris. not. in l. ſi ita. ff de aur. & argen. le. & quod not. in l. fina. C. quãdo res pig. ob. poſ. In ſubſtitutionem igitur uenient cætera mobilia, actionesq; poſt teſtatori quæſita, & verba illa, tam præſentibus quàm futuris, in ſubſtitutione poſita ad ſola mobilia, de quibus ibi compræhenditur, refertur. Nec alioquin ſcriptura teſtatoris repugnãtiam continere uideatur aut nugationem, quod protinus vitari oportet etiam per aliquam diuiſionem. argu in prima conſtitutione C. de nouo cod. compo. §. quibus. &
3 extra de reſti. c. cum tu. Et licèt † uerbum illud, in alijs, ſcriptũ in inſtitutione, non excludat res in legato ſuperiore compræhenſas, ut in arti. præcedenti. dic quòd id euenit ex iuris neceſſitate, quod ſtatuit inſtitutum in certa re uel certis rebus, quod etiam in uniuerſum cũ alicuius rei exceptione, nihilominus rei nominatione de certa hæredem inſtitutum intelligi, cum ſolus ipſe hæres inſtitutus eſt. vt ff. de hæredi. Inſtit. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ſi quis ita hæres inſtituatur excepto fundo, ne quis uidelicet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decederet contra regulam iuris. ius noſtrum. de regu. iur. quæ neceſſitas quæue interpretatio in fideicõmiſſaria ſubſtitutione non cadit, cum inſtitutione rata manente non poſſit inconueniens euenire, ſi fideicommiſſum uel legatum de certis rebus factum ſuam propriã uirtutem ſuamq; propriã ſignificationẽ retineat. Et hanc fuiſſe ſniam teſtatoris pter uerborũ quoq; propriã & rectã ſignificationem apparet biſſariam ex legato, quo ſpecialiter addidit illa uerba libere & expedite pleno iure. Nec. n. libera & expedita ac pleno iure ſunt illius, ſi reſtitutioni ſubiaceant. vt. C. cõia de le. l. fi. §. ſed quia. & quia inter ipſa mobilia & iura, quæ tunc erant teſtatoris &c. puta immobilia & mobilia ac iura futura teſtatoris aliquam manifeſte notare uoluit dr̃iam, dũ de ſingulis eis ſeparatim & ſingulariter in teſtõ diſpoſuit, licèt namq; legatũ nullũ ſit quo ad hoc ut res ipſæ ex legato capiantur per rõnes & iura in articulo

ſuperiore

ſuperiore deducta. Ad declarationem tamen voluntatis teſtantis, quæ ex præcedentibus & ſequentibus aperitur. vt ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. nõ eſt inutile ar. l. fi. ff. de re. eorum. Nec iuris ratio nec poſſeſſionis varietas debet inducere diuiſionem voluntatis teſtatoris, quæ fuerat ſimpliciter & vniformis. vt. ff. de his qui, vt indig. l. cum qui. §. pro parte. Ita nec rurſum per cõtrariorum diſciplinam debet iuris ratio diuiſam & difformen teſtatoris voluntatem in vnam & ſimplicem formam reducere. ar, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. in. l. 1. §. 1. Et præſertim in vxore admittenda eſt hæc interpretatio. arg. C. de lega. l. cum alienã. & ff. de aur. & arg. le. l. quintus. in fi. Habebit igitur vxor teſtantis & per eam hæres eius præcipua & libera ac extra cauſam teſtatoris, quæ nominatim legato vxori facto compræhenſa ſunt, cum nec vlla parte teſtamẽti etiam ex verborũ propria ſignificatione reſtitutioni ſubiecta ſunt, a qua ſignificatione non eſt recedendum, cum non appareat aliunde mens teſtantis illi contraria, quinimmo potius ex alia eiuſdem teſtamenti parte iuuetur. ff. de lega. 3. l. nõ aliter. Et hoc ipſum notandum eſt, quoniam in his, quæ ex ſubiecto themate proponentur, determinatio hæc fideicommiſſaria hoc eſt ſcholæ batutorum deficiet.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Spes futuri fideicommiſſi conditionalis an poſſit donari, & an & quando inter plures fideicommiſſarios habeat locum ius accreſcendi vel decreſcendi.

SVMMARIVM.

1 *Agnitio relicti accreſcendi ius ceſſare facit preter quàm in vſufructu legato.*

2 *Legatum quid ſit & an argumentum de legatis ad contractum procedat,*

CONSILIVM C.

TESTATOR In ſuo ſolemni teſtamento hrdes ſuos vniuerſales reliquit A. pro dimidia. & B. pro reliqua dimidia. C. certa bona ſua pure reliquit. Si tamen dictus C. decederet ſine filiis legitimis & naturalibus voluit, iuſſit, & ordinauit dictus teſtator ꝙ bona dicto C. legata libere reuertantur in dictos A. & B. hæredes ſuos mortuo teſtatore A. vnus ex hæredibus donauit dicto C. præſenti & acceptanti omnia iura omnesq; actiones reales & perſonales, quæ & quas dictus A. habet & habere poteſt, & poterit nunc & in futurũ in dictis bonis dicto C. legatis, & eodem tempore dictus C. deceſſit ſine liberis legitimis & naturalibus. In dubium modo vertitur, vtrum talis donatio valeat ita, & taliter ꝙ hæredes dicti C. in bonis dicto C. tangentibus perſonam dicti A. excludant A. & B. hæredes vniuerſales dicti teſtatoris, quod de iure eſſe videtur, cùm & ſpes rei legatæ debita poſſit mortuo teſtatore in contractu donationis deduci per l. ſpem. C. de dona. & optime facit quod not. Bar. & Bald. in l. fi. C. de pac.

1 ¶ † In propoſita quæſtione videtur prima fronte dicendum, ipſum. B. poſſe totas res legatas ipſi quondam C. hæredibus dicti C. auferre. Nam ex illis verbis teſtamenti, ꝙ ſi dictus C. ſine filiis legitimis & naturalibus deceſſiſſet, ipſa bona dicto C. legata libere reuertantur ad A. & B. hæredes ſuos inſurgit fideicommiſſum ſub conditione relictum dicto quõdam C. ꝯiunctim re & verbis dictis A. & B. vt ff. de leg. 2. l. titia cum teſtamento. §. fi. & l. vnum ex familia. §. fi. & de leg. l. ꝯ in re coniunctim. Item conditio fideicõmiſſi extitiſſe proponitur, quia dictus quondam C. ſine filiis deceſſit, & vnus ipſorum fideicommiſſariorũ videlicet A. ipſum fideicommiſſum omiſit, ſeu non voluit, igitur ex iure accreſcendi alter coniunctus videlicet dictus B. totum accipiet & petere poterit, vt C. de cad. tollen. l. vnica. §. his ita. & §. vbi autem legatarij. Præterea nõ videtur valuiſſe ipſa donatio. nam ipſe A. donauit dicto quondam C. omnia iura & actiones, quæ ſibi competant in præſenti, vel in futurum poſſint competere, ſed ipſi A. competitura erat actio ex teſtamento contra dictum quondam C. ſeu hæredes eius impleta conditione fideicommiſſi, quia ſcilicet ſine filiis dictus quondam C. deceſſiſſet, Igitur ipſis hæredibus ex ipſa donatione nõ poteſt actio ex teſtamẽto competere, quia ſic ſibi ipſis contra ſe ipſos competeret quod eſt impoſſibile, vt ff. de fideicom. l. videamus. Contrarium verius puto, videlicet hæredes quondam dicti C. non poſſe conueniri vel inquietari per dictum A. neq; per dictum B. pro parte fideicommiſſi, quæ ad dictum A. efficaciter pertinuiſſet, ſi non eam donationem feciſſet. Cuius rei gratia ſciendum, ꝙ aliquando vnus ex legatariis vel fideicommiſſariis, quibus coniunctim relictum eſt legatum vel fideicommiſſum pro ſua parte repudiat, & tunc concedendum eſt partem ipſius efficaciter repudiãtis ad collegatarium vel fideicommiſſarium ex accreſcẽdi iure pertinere, & hoc caſu loquuntur allegata in diuerſam partem loco priore. Aliquando vnus ex collegatariis vel fideicommiſſariis, quibus coniunctim relictum eſt nõ repudiat relictum, ſed donat, vel aliter de eo non petendo cum eo, a quo ipſum legatum vel fideicommiſſum relictum eſt, paciſcitur, & tunc portio ita donantis vel paciſcentis minime accreſcit ꝯiuncto. Hoc probatur primo, quoniam nulla lege cautum eſt, igitur &c. vt C. de coll. l. illam. Item ratione. nam qui repudiat ipſo iure in perſonam repudiantis vtiliter reſoluit relictum. vt perinde habeatur, ac ſi non nominatus eſſet, vel ſcriptus in ipſo legato vel fideicommiſſo, vt ff. ad l. acquil. l. Titio. eum l. ſe. in prin. ſeq. & ar. ff. de le. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. meritoque prorſus vacans ea portio ius accreſcendi recepit, & coniunctim legatum vel fideicommiſſum cognoſcẽs, totum agnoſcit, quaſi ſibi ſoli relictum fuiſſet. Cæterum cùm vnus ex ꝯiũctis relictum & ius ex eo competens ſibi aut competiturum donat, intelligitur nunquam fuiſſe ei relictũ, nec perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet ei relictum, nec portio ſua vacat, immo potius contra. intelligitur namque prius agnoſcere ipſum relictum, alioquin quomodo conſtaret donatio eius, quod ad eum nullatenus, pertineret. Et hoc maxime ex eo perpenditur, ꝙ donat ius vel actionem ſibi competentem vel competiturã, ſic igitur prior eſt in intellectu acquiſitio iuris vel actionis in ipſo donante, merito ceſſat ius accreſcendi, quia non tam repudiauit relictum, quàm agnouit, quæ agni
2 tio † ius accreſcendi facit ceſſare præterquam in vſufructu legato, vt ff. de vſuf. accre. l. 1. §. fi. In re itaq; propoſita fuit donatio fideicõmiſſi facta per dictum A. nõ autem repudiat, quod ex eo minime liquet, quia pendentis conditionis non potuiſſet fideicommiſſum renunciari, vt ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. Pactum autem & donatio etiam pendente cõditione fieri pñt, vt C. de pac. l. 1. & de dona. l. ſpẽ, cùm pactum ex duorum conſenſu, Repediatio vero ex ſóla repudiantis voluntate conſiſtat. vt not. in præalle. l. 1. C. de pac. merito ceſſabit ius accreſcendi, & ſolam partẽ ſuam fideicommiſſi poterit idem B. petere, non autẽ totum fideicommiſſum. Et quemadmodum ſi ipſam ſpem fideicommiſſi conditionalis donaſſet dictus A. alij quàm hæredi dicti quondam C. certo certius ceſſaret ius accreſcendi in perſonam dicti B. cùm illi donatario competeret pro parte donantis poſt impletam conditionem fideicommiſſi petitio, vt præalle. l. ſpem. C. de dona. & ita cùm donauit ipſi quondam C. debuori ipſius fideicommiſſi, debet ceſſare ius accreſcẽdi in. perſonam ipſius B. cùm ipſi C. ſeu hæredibus eius competat ex dicta donatione exceptio. facit l. plane, el 2. §. coniunctim & l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de 1. & de le 2. l. ſi Titio rei. Nec huic ſententiæ refragatur, ꝙ ſupra

ſe:un

ſecundo loco in diuerſam partem allegabatur, quia donatio actionis ei facta fuit contra quem fuit competitura, quia contra eſt, quia immo tenet talis donatio, & ptinet liberationem ipſius debitoris, ſicut & ſi teſtator creditor leget debitori ſuo id, quod ſibi debeat, liberationem legaſſe ſibi intelligitur, vt ff. de leg. l. legaui. &
2 C. ſal. cauſa. adiec. le. l. 2. & quod ibi no. Eſt† namque legatum donatio in teſtamento facta, vt ff. de leg. 2. l. legatum, & allegatis ad contractum procedit arg. vbi nō eſt varietatis ratio, vt ff. de verb. ob. l. ita ſtipulatus. §. Sabinus. C. de legat. l. fina. Tenebit itaque donatio vi pacti facti de non petendo argu. in l. tale pactum. in princi. & l. hæredi. §. penulti. ff. de pact. Ex quibus omnibus relinquitur concludendum, hæredes dicti quondam C. nullatenus conueniri aut inquietari poſſe pro parte dicti fideicommiſſi, quæ dicto A. competere potuiſſet neque per ipſum A. neque per ipſum B. non obſtantibus his, quæ in diuerſam partem ſunt propoſita &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Inſtitutus in certa quantitate alio vniuerſali hęrede inſtituto an totam habeat hæreditatem per ius accreſcendi. ſi hęres inſtitutus, vniuerſaliter præmoriatur ante teſtatorem, vel alio modo non poſſit ſuccedere, & an ſtatuto prohibente alienationem in non ſubditū locum habeat in acquiſitione legali ex iure accreſcendi, & ſtante ſtatuto quòd conſultor ſequatur opinionē gloſſ. quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi qualiter & vnde proueniat.*
2 *Inſtitutus in aliquo teſtamento, qui iam eſt mortuus, pro non ſcripto dicitur haberi.*

CONSILIVM CI.

PRAESVPPOSITO Statuto veronæ, quo cauetur, quod conſultor teneatur cōſulere primo ſecundùm ſtatuta & conſuetudinis ciuitatis Veronæ, & eis deficientibus ſecundū iura romana & glo. ordi. accur. approbatas per ipſum, & quantum ſibi inuicē cōtradicant, tunc conſulatur ſecundum illam glo. quam Dyn. approbat, & qui contra predicta conſulerit, teneatur parti ad reſtitutionem damnorum, intereſſe, & expenſarum &c.

¶ Item præſuppoſito etiam infraſcripto ſtatuto, obuiare volentes dolis & fraudibus aliquorum, qui vt onera ac munera fugiant ac vitent, qui ſubire tenentur & dēt, ab exactionibus & functionibus publicis, quæ per ſtatutum & manutentionem patriæ ac rei communis interponuntur & fiunt, res ſuas ſimulata alienatione conantur ſubtrahere, generalis ſtatuti & ſanctionis prohibemus edicto, ne aliqua perſona cuiuſuis conditionis vel ſtatus poſſit vel debeat vendere, permutare, vel legare, donare, aut in teſtamento vel alia vltima voluntate relinquere, nec in vſufructu relinquere, nec locare vltra 10. ann. dum tamen non fiat ad renouandū, nec in feudum dare, nec aliqua alia ratione, quæ dici vel excogitari poſſit proprietatem vel vſufruc. transferre, ſeu aliquo modo cauſa vel titulo alienare aliquam rē immobilem poſitam ſeu ſitam in aliqua parte ſeu loco ciuitatis aut diſtrictus Veronæ alicui perſonę quæ non ſit de iuriſdictione communis Veronæ & cum ipſo communi & hominibus Veronæ ſubeat & faciat ſcuſas, onera, & factiones datia, collectas, & alias quaslibet factiones, aut non vadat cum cōmuni Veronæ ad exercitū, caualcatas, & alias quaslibet andatas. Quidquid autē contra huius ſtatuti & ſanctionis prohibitionem quocunq; modo vel cauſa fuerit attentatum, eiuſdem ſtatuti & ſanctionis edicto ſit ipſo iure irritum & inane, res quocunque alienata ipſo facto alienata intelligatur, & in communi Veronæ deueniat &c. Caſus eſt.

¶ Nobilis domina Hengranata filia quondam egregij militis domini Albertini de caſtro nouo & vx. Iacobi de cara, condidit teſtamentum, in quo iudicauit & reliquit Ioanni & Andreæ fratribus ſuis naturalibus 200. duca. auri. in quibus 200. duca. ipſos ſibi hæredes Inſtituit. In omnibus aliis ſuis bonis dictum Iacobum maritum ſuum inſtituit ſibi hæredem vniuerſalē, moritur Iacobus viua teſtatrice, moritur teſtatrix ſuperſtitibus Ioanne & Andrea. inter Ioannem & Andreā ex vna parte, & dominam Annam ſororem legitimā dictæ teſtatricis ex altera occaſione dictæ hæreditatis quæſtio vertitur, quia pro parte dictorum fratrum dicitur & allegatur ex cauſa teſtati vigore iuris accreſcendi prouenientis ex diſpoſitione legali totam hæreditatē ſpectare ad dictos fratres. Pro parte verò dictæ dominæ allegatur totam hæreditatem tanquam ad proximiorem legitimam ab inteſtato ſpectare & pertinere, nec in caſu iſto habet locum ius accreſcendi propter ea dationem vniuerſalis inſtituti, pro qua parte adducitur opi. glo. & Accur. quæ videtur decidere iſtam quęſtionem, & maxime gl. in d. l. 1. § ſi quis priore, quæ firmat, quòd non habeatur pro hærede niſi quoad excludendum querelam inofficioſi teſtamenti, ſecundum quā in decidendo attenta forma ſtatuti conſultor tenetur conſulere, quid iuris modo quæritur. præſuppoſitis dictis ſtatutis & maxime prǽſuppoſito ſine præiudicio, quòd Ioannes ac Andreas prædicti qui nati ſunt in ciuitate Veronæ non ſubſtituerunt ſcuſas, onera, & factiones cum communi Verone, nunquid erunt capaces hæreditatis obuenientis ſibi ex diſpoſitione legali vigore iuris accreſcendi, & concluſiue nunquid in caſu præmiſſo dicta hæreditas ſpectet ad dictos fratres vigore dicti teſtamenti, ſeu ex cauſa teſtati, an vero ad dominam Annam ex cauſa inteſtati &c.

¶ Circa caſum præmiſſum primò videndū eſt quid iuris circunſcriptis dictis ſtatutis, poſtea apparebit quid iuris ipſis ſtatutis præſuppoſitis, tenoris prædicti. Et primo videtur, quòd dicta domina Anna debeat admitti tanquam hæres legitima ab inteſtato ad bona & hæreditatem dictæ dominæ Hengranatæ olim ſororis ſuæ legitimæ & naturalis vt præmittitur. nam teſtamentū prædictum videtur obſtare non poſſe, quaſi nemo ex eo poſſit hæreditatem adire, quia dictus Ia. hæres vniuerſaliter inſtitutus deceſſit viuēte dicta domina Hēgranata, nec habebat aliquem cohæredem vniuerſalem aut ſubſtitutum, ſed ſolum in eo teſtamento fuerāt inſtituti dicti Ioannes & Andreas fratres naturales prædicti in ano. duc. auri, ex quo magis videntur habendi pro legatariis, quàm pro hæredibus vniuerſalibus, & ſic iſtud teſtamentum videtur totaliter viribus deſtitui, & per conſequens videtur viam fieri ad cauſam inteſtati, vt l. ſi nemo. ff. de teſta tuto. & l. ſi veritas. & l. ex teſtō. C. de fideicom. & l. quoties. de hæ. Inſt. & ff. de le. 3. l. Lucius Titius §. fi. & quod no. in. l. ſi quis priore. ff. ad tre. per accur. & per Nic. de ma. & Bal. in d. l. quotiens. Prę terea aut volunt dicti fratres venire tanquam fuerint vniuerſaliter inſtituti, & in hoc obſtat tenor & lectio teſtamenti cum in certa pecuniæ quantitate fuerint inſtituti, & alius fuerit vniuerſaliter inſtitutus vt ex themate patet. Aut volunt venire tanquam ex iure accreſcē di & etiam hoc modo videtur, ꝙ venire non pñt. quaſi nullam habuerint portionem in quota, cùm ius ac-
1 creſcendi † veniat de portione portioni adaptiabili, vt l. ſi Titio vſuſr. in fi. ff. de vſufr. & no in l. ſi ex pluribus. ff de ſuis & legi. & per Bald. de hoc in d. l. quotiens.

¶ In contrarium de iure videtur dicendum. nam dicti fratres per dictam teſtatricem ſibi fuerunt hæredes inſtituti, licèt in certa quantitate certum eſt, quòd voluit, vt conſequerent ex ipſo teſtamēto ipſos. 200. duc. & tanquam hæredes ipſius teſtatricis, vt ex tenore teſtamenti apparet, Remoto ergo dicto Iacobo vſr inſtituto, ne ſuccedatur pro parte ex teſtō & pro parte ab inteſta-

inteſtato, ipſi fratres admitti debent ad hæreditatem & bona vniuerſa, quemadmodum ſucceſſiſſent, ſi ab initio de ipſo Iacobo nulla mentio facta fuiſſet, vt ff. de hæ.inſti.l.1.§.ſi ex fundo. l.quoties.§.ſi duo. & d.l.ſi quis priore.ad tre. Et pro hoc facit notabiliter id quod dicimus in materia quæſtionis illius de filia dotata, quę ex forma ſtatuti extantibus maſculis non ſuccedit. Nã intelligitur maſculis extantibus cum effectu ſcilicet extantibus & ſuccedentibus, alioquin etiam ſi extarẽt & incapaces prorſus eſſent, aut etiam repudiarent hæreditatem, tunc perinde eſſet, ac ſi ipſi maſculi non extitiſſent, vt ff. de bon.lib.l.ſi neceſſe.§.ſi deportatus.& l.ſiue patronus. §. fi. & de ꝯtrata. l.1. §. filium. & ibi per Bar.& hoc etiam in l.fi.ff. ad Tertu. Ita in materia propoſita not.per Guil.de Cu. in l. ſeruo manumiſſo.ff.de condi.inde.& no.per glo.in ratione ſui in d.l.quoties. C de hære.inſti.in glo. vlt. per quam glo. reſponderi poteſt prædictæ glo.quæ eſt in d.l.ſi quis priore.& infra patebit. Præterea nimis abſurdum & inconueniens eſſet, quòd hi fratres, qui fuerunt prælecti & præhonorati in titulo inſtitutionis prædictæ in ipſo teſtamento deberent excludi a cauſa teſtati, & deberet fieri locus ipſæ dominæ Annæ non ſic dilectæ, & nullius inſtitutionis titulo honoratæ ex cauſa teſtati, vt ff.de condi.& demonſtr.l.publius.§.Titia.& de hære.inſtitu.l.Lucius Titius qui fratrem.in fin.& ff.de acqui. hæred.l.quamdiu.& de reg.iur.l.quamdiu.& l.in teſtamento.ff.quem ad.teſt.aperi.l.negare.ff.de inoffi. teſt. l.ſi pars iudicantium, & in capitu. fina. de ſenten. & re. iudi. Præterea

2 †cùm quis inſtituitur in aliquo teſtamento, qui iam eſt mortuus, talis dicitur pro non ſcripto, & licèt viuat tẽpore teſtamenti, ſi moriatur antequam teſtator, periode eſſe de iure dicitur, ac ſi non foret ſcriptus, vt C. de cad.tollen.§.in primo. & §.pro ſecundo.& hi tales habentur, ac ſi de eis nulla fuiſſet mentio facta, vt ibi & no. de hoc in l.huiuſmodi.§. ſi Titio.ff. de lega.1. Cùm ergo dictus Iacobus inſtitutus vniuerſaliter deceſſerit adhuc viuente teſtatrice prædicta, ergo non præſtabit impedimentũ dictis fratribus Ioanni & Andreæ, quominus in vniuerſum ſint hæredes ex teſtamento prædicto, vt dicta l.1.§.ſi ex fundo. & lege quoties.§. ſi duo. & de libe. & poſthu.l.cum quidam. Idem tamen etiam videtur dicendum in caſu, quo inſtitutus vniuerſaliter ſuperuixiſſet, ſed tamen hæreditatem repudiaſſet, vt d.l.ſiuę patronus.§.fi.de bo. libe.& C. de cad.tol.§.in nouiſſimo.& quod no.in d.l.huiuſmodi.§.ſi Ticio. & per hoc de vul.& pup.ſub.l.ex duobus.§.filium.& l.qui plures hæredes. & l.cohæredi.§.qui diſcretas.verſic.agnoſcentibus. Ex his patet, quod de iure ſemotis dictis ſtatutis huiuſmodi hæreditas ſpectare debet ex teſtamento prædicto ad dictos Ioannem & Andream. & pro hac parte facit quod not.per Cy. in d.l.quotiẽs. ſecundum Iacob. de Bel. & Iaco. de Ray. Et idem tenet ibi Guil.de cu.& in d.l.ſeruo manumiſſo. & ibi Ray.dicit ꝙ iſta quæſtio non habet dubium de iure. Hanc partẽ etiam tenet Barto. ibidem. & plenius in l. ex facto. la grande.ff.de hære.inſti.vbi etiam idem tenet Iacob.de Aret. & Ray. præfatus de For.

¶ Nec obſtant allegata in contrarium pro parte ipſius dominæ Annæ, quia hoc teſtamentum non deſtruitur, immo ſubſtinetur & in pleno robore conſeruatur per huiuſmodi ius accreſcendi, vt confundantur ſimul cauſa teſtati & inteſtati, vt eſt dictum.& ſic nõ obſtat d.l.ſi nemo.cum cæteris iuribus prælleg. Nec etiã ob.l.ſi quis priore.quia illa glo.debet ſane intelligi, videlicet quando hæres vniuerſaliter inſtitutus poſſit & velit eſſe hæres, vbi verò non poſſit & non velit eſſe hæres, tunc illa gloſ.non procedit per rationem, quam ponit glo. in d.l.quotiens. in glo.vlt. videlicet ne teſtator reperiatur pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. Reddit enim caſus noſter ad caſum, in quo ipſe Iacobus hæres ſcriptus non fuiſſet vt eſt dictum, & pro hoc ff.ad l. acquil. l. quia in eum. & de fideiuſ.l. videamus. ibi, vt quemadmodum &c. Illa enim glo. in d.l.ſi quis priore. non tangit caſum quando vniuerſaliter inſtitutus hæres eſſe non poſſit, aut non vellet, & ideo eſt ſane intelligenda, vt procedat in caſu pręd'icto, videlicet quo ipſe vniuerſaliter inſtitutus fiat hæres, vt ex prædictis apparet. Nam aliter intelligendo male diceret attentis iuribus & rationibus prædictis. namque vt notabiliter dicit Barto. alibi dicta & opiniones gloſarum dñt reputari & præferri ſecundum quod examinando dubium aliquid in eo opi. ſuam firmant, non autem vbi perfunctorie ſuper aliquo dubio loquuntur.& ſic dictum illius glo.non debet trahi ad id, quod non exprimitur.& maxime cùm id non eſſet iuridicũ, vt in propoſito modo patet. Pro quo videndum eſt, quod notat Bar.in l non ſolum.§.ſi liberationis verba.ff. de libe. le. Præterea illi glo. poteſt reſponderi etiã aliter, vt infrà dicam. Item nec ob.d.l.Lucius Ticius. §. fi. de. le.3. & ibi per Barto. quòd ille eſt caſus ſingularis in hac materia. Item nec ob.quod dictum eſt, quod ius accreſcendi non procedat, niſi de portione ad portionem coadaptabilem &c. quia huiuſmodi ius accreſcendi non eſt prorſus ſecundum omnem regulam iuris accreſcẽdi, ſed ſecundum diſpoſitionem legalem coadiuuatitem teſtamentum, ne quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus &c. & pro hoc l. hæredes ſine partibus.de hæ.inſti.& de acqui. hære.l.ſeruus communis ab extero.& quod not.per accur.in glo.vlti. Itẽ pro hoc notabiliter quod no. d. Bal. in vſi. feu.in ti.qui feuda.poſ.§.& quia vidimus.in 4.colum.ver.ſed hic quæro vtrum frater fratri ſuccedat. Præterea cum huiuſmodi teſtamentum debeat ſubſtineri de iure iuxta prædicta, ſiue hoc ſit ius accreſcendi, ſiue tacita ſubſtitutio, ſeu quæuis conditionalis loquutio, quæ ſic exaudiatur tacite per l.ſi ſia.attenta veriſimiliter intentione teſtatoris, maxime ex pręd'ilectione & præhonoratione inſtitutionis prædictæ apparet, quòd ipſi fratres prædicti ad hanc hæreditatem admittendi ſunt ex teſtamento pręd'icto ſimul iuncta prædicta diſpoſitione legali per rationem prædictam, & pro hoc ff.de le.2.l.Ticio & Meuio.§.Iulianus.& de acqui.hære.l.qui patri.& quod ibi no.& de li.& poſthu.l.gallus.§.ſi eius.& de acquir.hær. l.quod ſi dubitet. & per iſta non obſt.opin.Bald.Iacob. Butri. & Nico. de mata. in d. l. quotiens. quia firmiter prædicta alia opinio eſt verior de iure, & eſt magis conſona ſano intellectui iurium, & procedit ſecundum veriſimilem intentionem, quam habere debuit teſtator, ſeu teſtatrix prædicta, & maxime in caſu noſtro & ſimilibus, & ſimul ex coadiuuatione diſpoſitionis legalis predictæ. Et ex prædictis euidenter apparet. Et hæc procedit circunſcriptis dictis ſtatutis ciuitatis Veronæ. & videndum eſt omne in. d.§. & quia vidimus per eũdem Bald. in ſimili materia iuris accreſcendi. Modo ẽ videndum, nunquid ſtatuta prædicta habeant in aliquo obſtare fratribus prædictis. Et dicendum eſt quòd non, nam primo primum ſtatutum non obſtat in eo quod allegat glo. d. l. ſi quis priore, quia illa glo.non attingit caſum noſtrum,& recipit declarationem per gl. quæ eſt in d.l.quotiens. in gl.vlti.vt eſt dictum ſuperius. Poteſt etiam dici, ꝙ illa glo. d. l. ſi quis priore.inquantum in examinatione caſus noſtri contradiceret prædictis, non eſſet tamen ſeruanda de iure etiam attento primo ſtatuto prædicto Nam primum ſtatutum dicit, ꝙ ſeruentᷣ primo ſtatuta & conſuetudines ciuitatis Veronæ,& eis deficientibus iura romana & gloſ. ordi. Accur.per ipſm approbatæ &c. Apparet ergo ex ordine & tenore ſtatuti, quòd dñi ſeruari iura romana amplius, quàm opi. Accur. Sed ex prædictis liquet, ꝙ illa opinio, quæ habet quod in caſu noſtro & ſimilibus procedat tale ius accreſcendi, de quo dictũ eſt, eſt verior de iure, & optimis iuribus & rationibus probatur & præualidioribꝰ valde, quàm ſint quæ adducunᷣ pro parte ꝯtraria, ergo in hoc non debet attendi opinio aliorũ doctorum, nec etiam opi.ipſius Accur. quia eſſet contra euidentem intellectum ipſorum iurium romanorũ, quæ primo debent attendi, vt ex ſano intellectu dicti ſtatuti patet

patet aperte. Et ideo videtur dicendum quod glo. Accur. ex diſpoſitione dicti ſtatuti tunc debent ſeruari, quũ intellectus iurium eſſet varius & dubius. Ita quod non eſſet euidens præponderatio ex parte altera, & pro hoc no. doct. iuris canonici in c. ne innitaris. extra de conſti. & quod not. Spec. in ti. de teſte. §. poſt quam. ad fi. vbi notabiliter loquitur ad propoſitum, & ad prædicta facit ff. de leg. l. ſcire leges. cum concordan. Præterea ad omnem dubietatem tollendam, vt eſt dictum ſuperius dicta glo. non examinat dictum caſum, nec ſimilem. Et ideo non poteſt dici quod inſtat opin. per ipſum Accur. approbata ſecundum quod exigit tenor ſtatuti prædicti &c.

¶ Item nec etiam obſtat ſtatutum ſecundum, quia huiuſmodi acquiſitio videt̃ ex legali diſpoſitione procedere attenta ratione prædicta, de qua in prædicta l. quotiens. in gl. vltima præallegata, ergo &c. vt ff. de fundo do. l. j. & ꝙ no. in l. vltima. C. de legi. tu. & quod no. Bal. in dicto titulo qui feu. da. poſ. d. §. & quia vidimus, in d. verſi. ſed quia quęro.

¶ Præterea primum fundamentum inſtitutionis dictorum fratrum nullam habet prorſus repugnantiam cum diſpoſitione ſtatuti prædicti, cum ipſa inſtitutio fuerit de bonis mobilibus, & licèt prædicta bona vniuerſa mobilia ſiue immobilia perueniãt ad dictos fratres, hoc euenit in quandam conſequentiam ad prædictam primæuam inſtitutionem ſimul ex legis diſpoſitione prædicta, & per ꝯñs non debet attendi prohibitio ſtatuti prædicti, vt ff. de auctoritate tutorum. l. 1. in prin. & de acquir. re. do. l. quædam. & quod ibi no. Præterea ſtatutum prædictum ex ſuo intellectu debet intelligi de non ſubſtinentibus onera, factiones communis Veronæ, & qui ſint tales quod ad id cogi non poſſent, ita quod non ſubſtineant nec actu nec habitu, vbi vero ſint tales, qui licèt actu non ſubſtinerent ipſa onera & factiones, ſed tamen habitu intelligi poſſit ſubſtinere, vt quia ſint ſubditi ſeu originarij ciues vti dicuntur eſſe fratres prædicti, non vendicat ſibi locum prohibitio ſtatuti prædicti, & pro hoc. C. de decurio. l. in filiis. lib. 10. & quod ibi no. Bar. & Inſti. de lege aquil. §. his autem verbis. cum gl. ibi poſita. Præterea affines ſeu qui ſunt de cognatione ipſorum fratrum ab antiquo ibidē ſuſtinuerunt onera & factiones ipſius communis Veronæ, & cauſa quare ante non ſuſtinerint, vt dicitur, fuit quia fuerunt abſentes. ergo &c. vt C. de agri. & cenſi. l. ne diutius. libro 11. & ibi per Barto. Item aduertatur, quia inhabilitas prædicta, quæ allegatur ex ſtatuto prædicto & in caſu quo procederet obiectio prædicta, quæ cum non procedit per prædicta, non eſſet prorſus excluſiua iuris dictorum fratrum ab vniuerſa hæreditate prædicta, cum hoc non eueniret ex vitio dictorum fratrum, & ſic ſaltem eis dẽretur æſtimatio ipſius hæreditatis, vt ff. de le. 1. l. filiusfa. §. ſi quid alicui. per Bar. per quod confidentius cum in omnem euentum in effectu erunt habituri hæreditatem prædictam, cõcludendum eſt de iure pro parte ipſorum fratrum, & pro hoc in Auth. de fideiuſ. §. quod autem. ver. ſed hoc ſit clementia. col. 1. Ex quibus omnibus concluditur, quod de iure dicta hæreditas ſpectat ad dictos fratres ex teſtamento prædicto, & ſimul coadiuuante diſpoſitione legali non obſtantibus in aliquo ſtatutis prædictis, nec opinionibus contrariis quibuſcunque.

¶ Ita dicimus & conſulimus nos infraſcripti doctores, videlicet dominus Ziliolus de Ciuitellis de Cremonã, & dominus Bartholomeus de Salyceto, Florianus de ſancto Petro. Petrus de Anchara. Antonius de But. omnes de Bononia, Benedictus de Plumbino, Franciſcus de Zabarellis, & Fantinus Dandalo de Venetijs docto. minimi.

ARGVMENTVM.

¶ Legata liberatione futura per teſtatorem tutoribus, quos filiis ſuis dedit propter adminiſtrandam tutelam, an porrigatur, ſi tutores aliquid dolo vẽl culpa geſſerunt, & an conditio poſſit adimpleri in perſonã hæredis, ſi debeat impleri in perſonam defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Dolus futurus remitti non poteſt, cùm ſit contra bonos mores.*
2 *Liber nummularij an & quantam fidem faciat.*

CONSILIVM CII.

NOBILIS Vir Henricus de Triſſino datus fuit tutor Ludouico de Pagellis per partem dicti Ludouici in teſtamento, & in eodem teſtamento liberauit eundem & alios quoſdam cõtutores his verbis. Liberans & abſoluẽs ex nũc dictus teſtator dictos ſuos tutores & executores, de quorum legalitate plene confidit, a confectione inuentarij, & a rationum redditione, & ſi caſus accideret, quod propter eorum officium & geſtionem & adminiſtrationem per eos vel aliquẽ eorum ratione dictæ tutelæ factam tam de iure, quàm de facto in aliquo dicti tutores ſeu executores ſeu aliquis eorum condemnaretur dictis pupillis, ex nunc dictus teſtator dictis tutoribus condemnatis, ſeu alicui eorum condemnato tot de ſuis bonis legat, quæ aſcendant ad ſummam condemnationis factæ de tutoribus vel executoribus antedictis vel eorum aliquo. Reperitur quoque in lib. factoris & procuratoris dicti Henrici. quod depoſiti fuerunt duca. xcvij ex pretio vini venditi & percepti ex vineis ipſius Ludouici apud quẽdã nummularium ad inſtantiam dicti Henrici, & ita etiã ſcriptum eſt in codice rationum dicti Henrici, quos ipſe Henricus poſtea recepit à dicto campſore, prout ex codice rationis apparet. Quæritur an dictus Ludouicus Pagelus dictos ducato. xcvij. ab hæredibus dicti quõdam Henrici petere poſſit non obſtante dicta liberatione legata dicto Henrico. Cui reſpondetur peti & exigi poſſe ſine impedimento dicti legati duplici ratione. Prima, quia in ea liberatione ab adminiſtratione futura nõ continetur liberatio ab obligatione doli futuri
1 † qui remitti nõ poteſt, quia eſſet contra bonos mores. argu. ff. de pac. l. ſi vnus. §. illud. cum § pacta quæ turpẽ. & ff. depoſiti. l. 1. §. illud. iuncta l. ſi quis inquilinos. §. penulti ff de lega. 1. Nec a reſtitutione reliquorum, quę negata dolum protinus inferunt, vt ff. manda. l. dolus. & l. ſi procuratorem. §. dolo. & hæc ibi not. & per Bar. apertius ff. de libe. lega. l. ſi quis rationes. & l. Aurelio. §. Gayus. Secunda ratione, quia legatum illud, quod fit ipſis datis tutoribus, vel alicui eorum de proprio patrimonio ſub conditione eſt, ſi ipſi vel aliquis ipſorũ fuerint condemnati dicto pupillo ex cauſa tutelæ, quæ ꝯditio non extitit, nec vnquam extare poterit in perſona dicti Henrici, quia nec cõdemnatus eſt, nec vnquam amplius condemnari poteſt, licèt hæres poſſit, ſed non tranſit hæc conditio ad perſonam hæredis, quaſi perſonæ defuncti cohærens, vt eſt tex. ſingularis etiam in ꝯtractibus, de quibus magis videretur ff. de verbo. obli. l. qui Romæ §. Augerius. & l. ſi ex cauſa petiero. & quæ no. in eis per Bar. & Cy. C. de condi. inſer. l. ſed plures. Multo igitur minus tranſibit implementum conditionis in vltimis voluntatibus, in quibus etiam non tranſit poteſtas implendæ conditionis ad hæredes, etiam ſi non cohęreat perſonæ, ſed deficit legatum, ſi legatarius ante impleram conditionem deceſſerit. vt C. de cadu. tollen. §. ſin autem aliquid ſub conditione. Poteſt itaq; dictus Ludouicus quondam pupillus ab hæredibus dicti Henrici dictos duca. xcvij. exigere cum effectu. Illud autem ſatis probabile dici poteſt probatum, & dictos duca. xcvij. ab ipſo Henrico debuos ex dictis duobus codicibus rationum ſcilicet & campſoris & factoris dicti quondam Henrici. nam
2 † liber nummularij facit ſemiplenam probationem cõtra tertium, vt not. ff. de eden.

eden.l.quẽadmod.§.nommularios.liber quoq; procu-
ratoris & factoris dicti quondam Henrici non impro-
be dici poteſt,velut liber rationum dicti quōdā Hen-
rici, cùm eius mandato factus ſit & de rationibus ad ſe
pertinentibus & ſuorum negotiorum. arg.ff. de admi.
tu.l. ita autem.§. geſſiſſe. & l.item tres tutores.§. item
in eo, vnde ei contra ipſum Henricum ſeu eius hære-
des fides danda eſt. argu. C. de eden.l.non eſt nouum.
& l.iuſtam. & l. fina & de fid. inſtrumen. l.illatæ.& qđ
not. per Barto. ff. de iureiuran.l. admonendi. & de do-
na.l.donda. Et ſi quid fortaſſis plenæ probationi defice-
re videatur, tametſi id non putem, ſupplebitur ex eo,
quod hæres non exhibebat librum rationum tutelæ,
quem Henricum prudentem patremfami. feciſſe cre-
ditur, & ex officio tutelæ quam gerebat, vt ff. de tu. &
ra.diſt.l. r.§.officio. & quem librum rationum exhibe
ri dicto pupillo manifeſtum eſt, quamquam liberatus
ſit a reddendis rationibus etiam præteritę adminiſtra-
tionis,quod magis eſt,vt eſt expreſſum ff.de lib.le.l.fi.§.
iorer cætera. & facit ff. de condi. & demon. l.cum ſer-
uus.cum cohæor. & C. de in litem iuran.l. is qui. & l.
alio. & l. fin. Et præterea ſi redditus poſſet ipſius pupilli
ad eam fructuum quantitatem habendam ſufficiat,
non enim ad vnam ſpēm probationis debet iudex ani-
mum ſuum alligare,ſed ex varijs & pluribus argumento
ris debet, & poteſt iudex vnam plenam fidem collige-
re, vt ff. de teſta.l.3.§ eiuſdem principis.& C. eo. ti.&
de rei ven. l. iudicia. de proba. l. inſtrumenta. & quod
no. de execu.tut. l.3. Relinquitur itaque cōcludendum,
dictam pecuniā recte exigere poſſe dictum Ludouicū
ab hæredibus dicti quondam Henrici, eoſq; dicto Lu-
douico rectiſſime condemnandos. Et pari ratione ſi
quid aliud probaretur ad ipſum quondam Henricum
ex bonis dicti pupilli perueniſſe, quod non doceatur in
res pupilli erogatum vel culpa dicti H. fore conſum-
ptam, debent dicti hæredes præſtare dicto Ludouico.
¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Fratres carmelitani vel alij mendicantes an ſint ca
paces legati annui perpetui & ſi prædictis fiat legatum
de ſtabili,an poſſint precium recipere pro eleemoſyna.

SVMMARIVM.

1 *Fratres minores an ab ingredientibus eorum religionem poſſint aliquod recipere.*
2 *Bona immobilia poſſidere an mendicantium religioni repugnet.*
3 *Religioſi mendicantes non habent proprium,vt communi.*

CONSILIVM CIII.

TITIVS Condidit teſtamentū in quo poſt
multa reliquit fratribus carmelitis ſancti
Martini de Ferraria 10.li.bonon.anno quo
libet in perpetuum ſoluendas per hære-
des ſuos in ipſo teſtamento venientes.mo
do quæritur an iſti fratres, qui mendicantes ſunt, ſint
capaces huius legati certi & perpetui, & ipſum lega-
tum anno quolibet petere valeant, nec ne.
¶ Sanctæ trinitatis nomine inuocato, vt clarius veri
tas eluceſcat ſuper præmiſſis ponam motiua,quæ repe
ri per alios doctores pro & contra inducta. Et primo
ad partem affirmatiuam inducitur, quia cùm iſtud ſit
paruum legatum reſpectu multitudinis fratrum nō eſt
contra mendicitatem. nam ex illo non prouidetur ne-
ceſſitati totali fratrum, quin habeant quærere victum
per mendacitatem,vt dicit tex.de reli.do.c. j.libro Sex
to. Si ergo non repugnat eodem ſtatui, valet tale lega-
tum. Præterea licèt mendicantes non poſſint retinere
poſſeſſiones, poſſēt tamen eis dari pretium poſſeſſionū
pro eleemoſyna,vt ſuſtententur,vt no.gl.in d.c.1.de re.
li.do.& ibi Io.An.& idem tenet Spe.de ſta.mo.§.quali.
ter.ver.3.& 4. Sed iſtud tale legatū videtur potius elee
moſyna annua pro eorum neceſſitatibus aſſignata.
nam ſine vſu eorum, quæ neceſſaria ſunt, ſubſtentatio
ni vitæ nulla religio quantumcunq; mendicās ſtare po
teſt, vt dicit tex.in c.exiui.§.porro.ver.nam autem.de
ver. ſigni. li. 6. & eſt licitum pauperibus pro his petere.
46. di.c.ſicut hi. cum igitur ſine his,per quæ ſubuenitur
alimentationi vitæ, viuere non poſſint,& per pecuniā
neceſſariis prouidetur, quæ eſt ordinata ad emendum
neceſſaria vitæ.88. di c.eiiciens.videtur eis conceſſum.
ar.de of.dele.c.præterea. cum ſi. Præterea de hoc vide-
tur caſus in cle dudum.§.verum. de ſepul.vbi tales cō-
pelluntur ſoluere quartam de legatis quibuſcunque &
quantcunque eis relictis ad quoſque certos & determi-
natos vſus. Ex quibus verbis apparet eos eſſe capaces
talium relictorum, quia ſi non eſſent capaces, non cō-
pellerentur de alieno ſoluere quartam. ar.1.q.1.c. ſunt
nonnulli.& de homi. c.ſicut dignū.§.eos inſuper.Item
de hoc videtur caſus in cle. exiui. §. ceterum. ver. cum
1 vero,vbi expreſſe dicit tex.† quod fratres minores poſ
ſunt recipere ab ingredientibus eorum religionem per
modū eleemoſynæ de bonis ingredientis, dumtamen
quantitas bonorum non ſit talis, quòd poſſit præſumi
contra eos,vt in fraudem fiat. & ſic ſi quantitas non eſt
notabiliter magna, poſſunt recipere etiam minores,
qui ſunt conſtituti in arctiori paupertate,quàm carme
litæ,vt patet in d.c.exiit. & in d. cle. exiui. Cum igiť iſta
ſit parua quantitas & diuiſa per annos, non poteſt dici
quòd ſit notabilis. Ita quòd contra eos poſſit de fraude
præſumi. Item pro iſtis facit conſuetudo quæ videtur
eſſe communis,vt iſti reputentur habiles ad talia lega-
ta annua, & conſuetudo eſt optima legum interpres.
de conſue.c. cum dilectus. Ad idem poteſt induci tex.
in d.cle.exiui.§.rurſus.vbi permittit minoribus habere
granarium & cellarium pro congregatione victus an-
nui, quando ab expertis crederetur non poſſe ſibi ali-
ter ſubuenire in eccleſiis: ſed ſi hoc eſt eis permiſſum
recipere ſimul pro toto anno, multo fortius debet eſſe
permiſſum recipere annuatim legatum.10. lib. pro ſua
ſubſtentatione,quod legatum pro paruo tempore cō-
ſumetur. Et quia vigentibus hodie peccatis refrigeſcit
charitas multorum, male ergo poſſent ſibi ſubuenire
per quæſtum eleemoſynæ, niſi talia acceptare poſſent
legata, & ſic videtur ibi caſus pro eis fratribus.
2 ¶ In cōtrarium arguitur† quòd mendicantes non
poſſunt bona immobilia poſſidere,cum eorum ſtatuti
repugnet, vt patet de reli.do.c.1.lib.6.Sed annui reddi-
tus in iure computantur inter immobilia, & habere
tales redditus repugnat mēdicitati,vt dicit tex. in d.cle
men.exiui.§. cum annui.Et idem voluit glo.ſuper ver.
mendicantium.in c.quorundam.de elect. lib. ſexto.&
glo.in c.1 de exceſ.præla.eo. li. quæ dicunt, quod men-
dicantes ſunt,qui habere non poſſunt poſſeſſiones vel
redditus in communi, & ſic æqualiter cum bonis im-
mobilibus ſunt prohibiti redditus annui, ergo iſte ca-
ſus videtur deciſus per illum tex. & illas glo. Nec ob-
ſtat ſi dicatur quod ille text. loquitur tantum de fratri-
bus minoribus, & ſic non debet habere locum in aliis
mendicantibus iuxta nota.per gloſſ in cap.conſtitutio
nem.de re iudic. in 6. & in regula quæ a iure.eodem ti.
& lib.quia pręterea tria inducit iſtud inducendo & in-
formando minorem, quam probat, poſtea ex illa in-
fert deciſionem minoris. Nam dicit ꝙ annui redditus
computantur inter immobilia, & habere talia repu-
gnat mendicitati, & ex iſta minori infert,quod fratres
minores non poſſunt talia habere, alias ſi maior con-
cluſio præmiſſa loqueretur tantū de fratribus minori-
bus,poſtea expreſſiſſet in ſpecie de ipſis minoribus. Ex
illa ergo ratione generali comprehenduntur non ſolum
minores, ſed etiam alij mendicantes. Nam ratio legis
ampliat legem etiam exorbitantem ad comprehenſa
ſub illa, licet in diſpoſitione legis non exprimantur, vt
no.glo.ſecunda.in clemen.1.de electio. Virtus enim le-
gis ſumitur ratione.l.j. de conſuetu. Cùm igitur ratio,
per

petium terræ & vineæ ſimul poſitarum in curte Penſauri & in ſundo ſancti Martini in Fogliano iuxta ſua latera tantum, & poſt mortem dictæ dominæ deueniat & deuenire debeat in dictum locum S. Auguſtini. Item reliquit dictæ dominæ Catherinæ eius filiæ vnum petium vineæ & thanati cum vna domo chanalibus & tenatio ſimul poſitis iuxta ſua latera in vita ipſius dominæ Catherinæ tantùm, & poſt mortem dictæ dominæ Catherinæ deueniat & deuenire debeat in dictum locum ſancti Auguſtini, hoc tantum adiecto & reſeruato dictæ dominæ Catherinæ, videlicet ꝙ dicta domina Catherina vendere & alienare poſſit, videlicet pro neceſſitatibus ſuis euidẽtibus requiſitis fratribus dicti loci prius, ſi ipſi velint emere. Contingit ꝙ dicta domina Lucia obijt ſuperſtite dicta domina Catherina, quæ ſe in hæreditate pro hærede geſſit, demum dictum petium vineæ cum thaneto domo & tenatio pure & irreuocabiliter inter viuos donauit dictæ eccleſiæ ſancti Auguſtini, & iurauit non contrauenire, quæ donatio non fuit inſinuata ſecundũ formã ſtatutorum cõmunis Penſauri nomine fratrum, qua donatione non obſtante obtenta quadã licentia per ipſam dominam Catherinam a vicario poteſtatis Penſauri dictã vineã cũ domo vendidit Bartolucio dicens ac aſſerens ſe in neceſſitate. vnde orta eſt quæſtio de vinea inter dictum locum & capitulũ ſancti Auguſtini ex vna parte, & dictũ Bartolucium ex altera, in qua lite & controuerſia pro parte dicti loci petentis intentata fuit rei vẽdicatio & publiciana ſimul vt moris eſt, & demũ in proceſſu finaliter latæ fuerunt duæ ſententiæ contra dictũ locũ, & cõuentum. & maxime multũ reuocatum fuit in dubium, an ſit probata publiciana pro parte dicti loci ex eo, quia dicitur per ipſos iudicantes non fuiſſe probatã poſſeſſionẽ, quæ requiritur in publiciana, & aſſeritur, non apparet dictum locum vel ipſam dominam, a qua dictus locus ſancti Auguſtini habuerat titulũ, poſſediſſe dictam poſſeſſionem maxime tempore celebrati tituli. Et oriũtur vltra prædicta plura alia dubia, quæ colligontur & percipiuntur ex actis & actitatis & dictis atteſtationibus teſtiũ & allegationibus factis in dicta cauſa. Et nunc pendet per appellationem factam pro parte dicti loci a dicta ſententia, quæ omnia acta & actitata cum atteſtationibus teſtium, ac allegationibus trãſmittuntur cum hoc puncto. Quæritur igitur generaliter an attentis prædictis actis & actitatis & dictis atteſtationibus teſtium quæ ſiot partes iudicis, coram quo pendet appellatio, & an ſit probata rei vendicatio ſaltẽ publicana maxime reſpectu poſſeſſionis, & an dictum capitulum foueat iuſtitiam.

¶ In propoſita quæſtione videtur concluſiue dicendum, partes iudicis, qui de appellatione cognoſcit, vt pronunciet recte prouocatum, at perperam iudicatis, & reformando ipſam ſententiam debere condemnare ream partẽ ad reſtitutionem vineæ petitæ in libello partis agentis. Cuius demonſtrandi cauſa ſciẽdum eſt, actum eſſe in rem iure dominii, vel quaſi. libellus ſaltẽ conſuetudinis iure recipitur, ut not. Inſtitu. de acti. §. ecce plerunque. & extra de re iudi. c. abbate ſane. lib. 6. Videtur autem probatum dominiũ ſaltem vtile ex præſcriptione longi temporis. Nam probatum eſt de titulo quondam dominæ Luciæ emptionis & inſolidum donationis ei factæ pro parte dotis ſuæ per ipſam quõdam dominã Catherinã filiam ſuam & hæredem patris per publicũ inſtrumẽtum rogatum & breuiatum per ſer Antoniũ Vgulmocii domini Vgulmocij publicum imperiali auctoritate notariũ. 1392. die tertia mẽſis Aprilis in Penſauro probatum eſt per duos teſtes, ꝙ ipſa quondam domina Lucia poſſedit ante tempus Blancorum, quod eſt notoriũ fuiſſe de 1399. ſeu 1400. hoc probant duo primi teſtes ſuper 6. c. priores. ſ. Ventiolus Terẽtij de Penſauro & frater Bonus ordinis ſancti Auguſtini, qui expreſſe deponunt. Nec excludendus eſt dictus frater Bonus teſtimonio, quia frater ſeu religioſus, vel quia in cauſa ſui monaſterij, vt not. vtrunq; in Auth. de monachis. §. cogitandum. in glo. in illo verbo, & probatur de teſtib. c. inſuper, & c. veniens. & qđ no. in eis, & facit qđ no. per docto. ff. de re. di. l. in tantũ. §. vniuerſitatis. & per gl. de teſtam. l. idonei. & C. eodẽ. tit. l. parentes. vbi per Cyn. præſumitur autem ipſa domina Lucia tenuiſſe ex eo. tit. quæ habebat, ut no. ff. de rei. vendi. l. quædam mulier. in glo. fi. ſicque probatum eſt principium poſſeſſionis dictæ quondã dominæ Luciæ per duos teſtes. Quod autem poſſideret dicta quondam domina Lucia dictas vineas tẽpore mortis ſuæ, probatum eſt per tres teſtes, videlicet per fratrem bonum, qui deponit ſuper 6. c. ꝙ ipſa quondam dicta dña Lucia poſſedit dictã vineã a trigiota annis vſq; ad mortem ſuam incluſiue, quod tãtum importat acſi diceret omni anno durante ipſo tẽpore 30. annorum. Sed & Petrus filius Ioannis Martinatij de Penſauro ſuper eo-
1 dem c. dicit ſe vidiſſe ſemper† quòd verbum, ſemper, tantum eſt quantum continue dictã dominam Luciã tempore vitæ ſuæ tenuiſſe & poſſediſſe dictam vineã, ſed & Nicolaus quondam Bratioli quartus teſtis idem deponit dicens, ꝙ dictam vineam toto tempore vitæ ſuæ vſque ad mortem tenuit & poſſedit pro ſua & tanquam ſua, quòdq; remanſit in bonis hæreditatis dictæ dominæ Luciæ. probatis itaq; duobus extremis præſumitur & poſſediſſe mediis temporibus per ea, quæ no. per Bar. ff. de vſuc. l. celſus. licèt enim teſtes ſatis de medio tẽpore exprimãt. Aut ergo in vita dictæ quondam dominæ Luciæ impletũ fuit longũ tempus, quod ad pſcriptionẽ exigitur, & expeditum eſt quæſitũ fuiſſe dominiũ vtile ipſi quondam dominæ Luciæ, & ſic dominæ Catherinæ, & conſequenter dictæ eccleſiæ, vt C. de ſacr. ſanct. eccle. l. fi. Aut in vita dictæ quondam dominæ Luciæ non tranſiuit integrum tempus 10. annorũ, quod ſufficit inter præſentes, inter abſentes 20. vt C. de præſcrip. long. tempo. l. pe. & fi. & certe cum poſt mortem ipſius dominæ Luciæ tranſierit, quod defuerat, impleta eſt præſcriptio. Nã tempus iacentis hæreditatis dictæ quondam domina Luciæ & poſt aditam hæreditatem a dicta domina Catherina filia eius etiam non apprehenſa poſſeſſione vineæ per ipſam dominã Catherinam computatur ad implendã longi tẽporis præſcriptionem, cũ non proponatur nec appareat aliũ medio tempore poſſediſſe, ut ff. de vſuc. l. namq;. §. vacuũ. & l. iuſto. §. nondum, & ſic ex primo capite petitionis hoc eſt iure dominii monſtratum eſt dictam eccleſiam ſancti Auguſtini fouere iuſtitiam. Sed & ſi quis perperam putauerit, non probatum dominiũ, attamẽ ex iure dominii quod fuit apud dñam Luciã, non conſtet de titulo & poſſeſſione ſuis, & quod dominiũ tranſit ad hæredẽ & ad legatariũ etiã ſine apprehenſione poſſeſſionis ſm omnium ſententiã, ut no. in l. 2. & 3. in prin. & l. cũ ſponſus. & §. is cui. ff. de publi. debuiſſet dicta eccleſia S. Auguſtini indubitabiliter obtinere, nec huic poteſt vllo etiã colore protinus reſponderi, cũ omne ius dominij, vel quaſi quod habuerit ipſa domina Catherina in dictam eccleſiam vel ex titulo donationis factæ & per dictã dominam Catherinã ut exprimitur in ipſa donatione, vel titulo fideicõmiſſi, vel legati relicti ab ipſa domina Lucia in ipſam eccleſiam, mortua domina Catherina ſic impleta conditione fideicommiſſi tranſierit, uel quia poſt mortem hæredis relictum fideicõmiſſum poteſt proculdubio etiam in vita præſtari, ut C. de fideicom. l. poſt mortẽ. & quod ibi plene no. Nec hoc caſu ſecundum omnes exigitur poſſeſſionis apprehenſio, ut colligitur & no. in allegatis ſuperius legibus. Sed & ſi ex iure dominii vel quaſi dominii, quod fuiſſet dictæ quondam dominæ Luciæ vel dictæ quondam dominæ Catherinæ quæ ex perſona quoque ſua habuerit quaſi dominiũ titulo pro hærede, quia matris hæres & poſſeſſione, quoniam conſtat per multos teſtes eã poſt mortem matris dictã vineã, quã conſtat dictam dom. Luciam tenuiſſe & poſſediſſe, pro ſua tanquam ſuam tempore vitæ & mortis tenuiſſe & poſſediſſe, non poſſet dicta eccleſia ſancti Auguſtini vllatenus, tã etſi con

traſit

tra ſit ac indubitatum, ex ſe tamen & ſuo ſaltem domi
nio poteſt & debuit dicta eccleſia infallibiliter obtine-
re, ipſa namque habet titulum donationis vel fideicō-
miſſi, qui ad publicianam proficiunt, ut ff. de publi. l. 1.
in fi. & l. cum ſponſus. §. is cui decem. & l. quæcunque.
in princip. iuncta l. a ntio. in prin. ff. de fur. De poſſeſſio
2 nis autem apprehenſione † ſciendum eſt, pleroſque pu
tare non eſſe neceſſariam poſſeſſionem ad nāciſcendā
publicianam, ſed ſolum titulum donationis ſicut ſuffi-
ceret ad rei ven. ſi donator dominus probaretur, ut C.
de ſacr. ſan. ec. l. fi. & hoc voluit gloſſ. ff. de publi. l. 3. in
prin. dum allegat caſus per eam notatos. ff. de rei ven-
di. l. ſi ager. & expreſſius glo. id ſentit in eod. tit. de pu-
bli. l. ſiue autem. §. ſi duobus. vbi not. in rei ven. ex ſolo
titulo priorē eccleſiā potiorē ſecūdo, cui priori res tra
dita fuiſſet, & ſtatim ſubijcit, & dicit in publi. quando
habitus fuit titulus a non domino. & licèt Ang. ibi de il
la glo. dubitauerit, tamē poſtea ipſe Ang. in l. ſi ſeruus.
eo. ti. illam partē firmauit. Palam autem eſt auctorita
te glo. & Ang. in iudicijs potiorem quàm ſententiam
Martini de Fano, quā retulit Specu. in titu. de iure em
phy. in ver. 59 & Bald. in l. j. in fi. ff. de pub. videtur eſſe
cum glo. licèt alleget in contrarium Spe. vbi ſupra. Et
in re dubia fauendū eſt piæ cauſæ & religioni. C. de ſa.
ſan. eccle. l. illud. & l. fi. in prin. Cæterùm & ſi quis inhæ
ret diuerſæ ſententiæ, aduertat, quod hic dicta eccleſia
primū titulū habuerit, poſſeſſionem ex conſtituto, quod
in donationis inſtrumento fecit dicta donatrix, quæ
ſe nomine dictæ eccleſiæ poſſidere conſtituit. arg. ff. de
acquir. poſſeſ. l. quod in eo in prin. de rei ven. l. quædā
mulier. & quod allegatur, quòd donatrix donationis tē
pore minime poſſidebat, per calumniā allegatur, ut ex
his quæ probata ſunt, probabiliter deducetur, quod debue
runt profecto, qui prius iudicarunt, veritatem, quæ ſe
ſatis offerebat, potius intuentes, quàm alicuius gratiæ
ſeruiētes proſpicere, Præſertim cum aliis ſuperius alle
gatis ſuffragiis iuuarentur. Et quidem eſt vnus teſtis in
tegre hoc eſt ſecundus teſtis, qui dicit, dictā dominam
Catherinam a tempore mortis dictæ dominæ Luciæ
vſque ad mortē Angelini ſcalchi mariti ipſius dominæ
poſſediſſe. Ante mortē autē quondā Angelini ſcalchi,
& tempore mortis eius dictam vineam dicta domina
poſſidebat & poſſedit, fuit autem facta donatio dictæ
eccleſiæ poſt mortē dicti Angelini &c. Et quod dicitur
quod probatur quod ante donationem poſſederit, non ſequi-
tur quod donationis tēpore poſſedit, cauilloſum atq; calū-
nioſum eſt. Cōtinuatur namque per priores ſua poſſeſ-
ſione vſquequo &c. ut not. Inno. de reſtitu. ſpo. cap.
ſæpe. & per gl. de acqui. poſ. l. licèt. & de vſuc. l. furtum.
§. fundi. & Inſti. eod. § quod autem. & quod no. ſecun-
dum aliquos. C. de proba. l. ſiue poſſidetis. Procedit quā
do is, qui olim poſſedit, negaret ſe tunc poſſidere quod
hic nequaquam eſt. Porro ridiculum eſt & ſumme fo-
ret iniquum, quod oporteat ad id & per id momentū
tempore. quo fit contractus alienationis, reſtringere
probationem poſſeſſionis quod fere ſemper aut impoſ
ſibile aut difficilimū foret. pro quod facit quod no. Cy.
eleganter. C. de rei vxor. ac. l. ſed quamuis. qui videa-
tur omnino in vlt. quæſtione. & Bal. C. de reſcin. uen.
l. x. verſi. ſed pone dicebat aliquis. Eſt autem ex hoc te-
ſtimonio ſaltem ſemiplena facta probatio. Sed & aliæ
ſunt plurimæ legitimæ pſumptiones. Et quia cōſtat quod
in bonis & hæredite dominæ Luciȩ ea vinea remanſit,
& quod ipſa domina Catherina eius vineæ poſſeſſionē
apprehendit. vnde credendum eſt quod apprehende-
rit eam vineā illico poſt mortē matris ſicut diligēs ma
terſa. Secundo quia in cōtractu donationis conſtituit,
ſe eam nomine dictæ eccleſiæ poſſidere, & ei dedit licē
tiam apprehendi corporalē poſſeſſionem propria au-
ctoritate, quæ ex bona fide agentibus non conueniūt,
niſi tunc poſſediſſet, non præſumitur autem fraus, vt
ff. de proba. l. quotiens §. qui dolo. Rurſum ſunt & alia
indicia, quia frater Matthæus fecit in dicta vinea ædifi-
cium & canales poni ſciente, immo & requirente di-

cta domina, ut nonnulli teſtes deponunt. Ex quibus at
teſtationibus & indiciis debet apud quencunque bo-
num virum alia ſemiplena contingere, vt C. de rei vē-
di. l. indicia. & ff. de teſtibus. l. 3 §. eiuſdem quoque prin
cipis. Manet itaque per ſuperiora petitricis partis proti
nus intentio comprobata ex alterutro capite domi-
nii vel quaſi dominii iam ex perſona quondam dictæ
Luciæ, quàm ex perſona dictæ dominæ Catherinæ, quàm
ex propria perſona petentis. Supereſt videre de quibuſ
dam alijs, quæ petenti obiciuntur a reis. Et primo quòd
ea donatio non fuerit inſinuata ſecundū quod exigunt
3 ſtatuta municipij. Sed reſpondetur, † quòd ea ſtatuta
non pertinent ad donationes locis vel perſonis eccle-
ſiaſticis factas, quibus eſſet, ſi ſpeciales ex ipſis donatio
nibus leges per laicos factæ forent, non valerent tanquam
cōtra libertatem eccleſiæ factæ. de immu. eccle. c. eos.
lib. 6. & C. de ſac. ſan. eccle. authen. caſſa, & irrita. quæ
eſt noua conſtitutio Federici. Cùm namque forent cō
tra ea, quæ ſunt conceſſa in priuilegiū eccleſiis per im-
peratores, qui conceſſerunt donationibus factis eccle-
ſiis & pijs locis priuilegium tam circa inſinuationem
non neceſſario faciendam, vt C. de ſacr. ſan. eccle. l. il-
lud, tam etiam ut fiant dominæ ex ſolo titulo donatio
nis ſine traditione, quàm etiam ut ipſa in rem actio ſi-
bi ex nuda donatione conceſſa centum annis uel 40.
an. tantūmodo præſcribatur, ut C. de ſac. ſan. ec. l. fi. &
auth. ibi poſita, conſequens eſt, ipſa ſtatuta fore ad dero
gationem eccleſiaſticæ libertatis ſm doc. Inno. de ſent.
ex con. c. nouerint. & Cy. & Bar. in d. auth. caſſa. & ſic
non tenerent. non debent igitur ſic intelligi, ut vitium
contineant. ar. ff. de legi. l. in ambigua & l. benignus, &
4 † generalis diſpoſitio non continet ea de quibus diſpo
nentes non fuiſſent veriſimiliter diſpoſituri, ut ff. de pi
gno. l. obligatione. & de reg iur. c. in generali. in 6. præ-
ſertim cum nec potuiſſent. ut in ſpē propoſita, & hæc
ſunt ex intentione Bart. & Bal. in l. cunctos populos. C.
de ſum. Tri. & fide Catho. & Bald. expreſſe recte in his
terminis pro ſimilibus, videlicet pro teſtamento, quo
clericus eſſet inſtitutus, vt non ſubijciatur inſinuationi
ex municipiorum legibus requiſitæ in præalle. authē.
caſſa. Sic & dici poteſt quando huiuſmodi donatio po
tius fuerit debiti fideicommiſſi plenior ſolutio, quàm
donatio, vt C. de fideicomm. l. poſt mortē. & ff. de his
quæ in frau. cre. l. patrem. & de dona. inter virum & vx.
l. ſi ſponſus. §. fin. In quibus hoc optime probatur. vnde
nec inter laicos huiuſmodi donatio indigeret inſinua
tione. Allegatur præterea contra huiuſmodi donatio-
nem l. de his. ff. de tranſac. quod rediculoſum eſt, tum
quia pertinet ad tranſactiones vel etiā pactiones per
legatarios factas cum hærede, non etiam ad donatio-
nes ſeu venditiones extraneis factas. vt C. de don. l. ſpē.
& quod ibi no. tum etiam quia magis fuit fideicommiſ
ſi ſolutio, quàm donatio, tum etiam quia in ipſo teſta-
mēto, quo fuerat a matre hæres inſtituta, legata fuerat
ſibi uinea, de qua contenditur. Vnde non poterat alle-
gare ignorantiam legati, quæ ex eodem teſtamēto ea-
demque ſcriptura hæreditatem acceperat. ar. ff. eo. ti. l.
non eſt ferendus. nō potuiſſet namque matris hæredi-
tatem acquirere vel adire, niſi & teſtamentum ſciſſet,
vt ff. de acqui. hære. l. ſi is ad quem. & l. is poteſt. & quod
ibi no. Rurſum allegas contra dictam donationem quod
factum fuerat legatum dictæ vineæ in alimenta dictæ
quondam dominæ Catherinȩ quod non eſt verum, quia
nec verba legati id ſapiunt. Et præterea ſciendum eſt,
quòd illam vineam non habuerit dicta quondam do-
mina Catherina ex ipſo ſpeciali legato vineæ, nam cū
ſola foret hȩres inſtituta, non ualuit legatum a ſeipſa.
ff de leg. 1. l. plane. §. ſi duobus. & l. legatum. §. 1. Accepe
rit itaque dictam vineam ex vniuerſali inſtitutionis ti
tulo & prohibitio vendēdi facta, niſi euidentibus ne-
ceſſitatibus ex abundanti facta eſt, qui tacite inerat, vt
C. communi. de le. auth. res quæ. & ad treb. l. contra ro-
gatus, ius commune non læſit. Cum itaque extitit con
ditio fideicommiſſi reſtituendæ hæreditatis, cùm mor

tua

tua ſit dicta domina Catherina locus eſt ipſius rei alienatæ etiam ſine alia reſtitutione verbi vel facti venditioni, vt C.cõia de le.l.fi.§.ſed quia. Nec probatum eſt per ream partem venditricem de euidentibus ipſius neceſſitatibus. immo contra probatum eſt per agentem, vnde non obſtat emptio vendicationi, nec fuit ſeruata forma ex teſtamento tradita, quia non fuit nũciatum fratribus. vnde non obſtat, vt arg. C. de iur. emphy. l.fin. Alia quædam etiam dictis agentibus obiecta ſunt in allegationibus, quæ quoniam nõ ſunt digna relatione & ſpeciali commemoratione tãquàm ſine dubitatione prætereunda conſtitui. Concludo itaque ſicut prius partes iudicis appellationis. eſſe, vt pronunciet iuſtam appellationem & iniuſtam pronunciationem. Nec mirari ſufficio quomodo iudicantes fuerũt in tanta iniquitate concordes.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Iudices mercatorum an ſint iudices competentes inter hæredem mercatoris, qui non ſit mercator, & an & qñ hæreditas iacẽs repræſentet perſonam defuncti.

SVMMARIVM.

2 *Actum vel iudicatum coram iudicibus incompetentibus nullius debet eſſe momenti.*

CONSILIVM CV.

1 IN propoſita qõne † vr̃ dictos conſules non fuiſſe iudices competentes in ea cauſa. Primũ quidem non vigore ſtatuti, quod incipit conſules merchadantiæ ſub titulo de iuriſdictione conſulum mercatorum Brixię, qm̃ illud tribuit conſulibus iuriſdictionem in cauſis vertentibus inter negotiatores vel mercatores vel fideiuſſores alicuius ipſorum in aliquo contractu vel mercato, inſtĩs & cauſis vel contrahentes cũ aliquo eorum ex inſtĩs cauſis &c. & hoc colligitur ex ſtatuto de ordine iudiciorum ciuilium cauſarum in §. verũtamen, niſi fuerit de partium voluntate, ibi nos & in cauſis mercatorum, quæ vertuntur coram eorum conſulibus mercatorum inter mercatores. Conſtat autem ꝙ in cauſa coram eis mota ex neutra parte actoris videlicet vel rei interuenit mercator vel negotiator, vel fideiuſſor alicuius eorũ, vel qui cũ aliquo eorũ contraxiſſet, verùm ex parte petentis erat commiſſaria q. Laurẽtij de Senis. Sed legitima perſona pro ea interueniſſet, quod tamen infrà negabitur. Quæ commiſſaria ſeu hæreditas ſi cõmiſſariam pro hæreditate recipiunt, quod iure cautum non memini, niſi ſore pauperibus inſtitutis eiuſdem modi perſonis certum commiſſarium, vt executorẽ deſignaſſet teſtator, qui ius & nomen hæredis ſubſtineret ſm̃ l. ſi quis ad declinandã. C. de epiſc. & cle. minime negotiator vel mercator poteſt intelligi, cùm hæreditas ſit res incorporalis, vt ff. de re. di. l. j. §. j. & in Inſti. de re. incorpo. in prin. Sed nec ex parte eius, contra quem iudicium mouebatur, erat aliquis negociator vel mercator, aut pro eo fideiuſſor aut cum eo contrahens, viſa eſt. n. hæreditas q. Speltini ſimiliter cõueniri, quã hæreditatẽ nemo qui ſapiat. dixerit mercatricẽ vel negociatricẽ, cùm ſit res incorporea, quæ huiuſmodi officia ſeu factorũ exercitia non recipiunt, vt argu. ff. de acq. re. do. §. ſeruus. l. incorporales. Nec dicat qs qđ hr̃ditas repræſentat perſonã defuncti, vt ff. đ acq. re. do. l. hæreditas, defuncti autẽ fuerunt mercatores. qm̃ illud eſt per fictionem & improprietatem, quæ non recipitur in ſtatutis, vt ff. de neg geſ. l. 3. §. hæc verba. & ibi per Bar. & cæteros. Alioquin ſm̃ eã rationẽ futurum eſſet. vt ſi quis mercator hæredem ſibi ſcriberet clericum. quòd conueniendus eſſet clericus hæreditario nomine apud conſules, quòd non videtur verum, immo apud ſuum iudicẽ eccleſiaſticũ, etiã ex contractibus defuncti foret conueniendus, vt ff. de iudic. l. hæres abſens. in prin. & quod ibi not. nam in foro non conſideratur priuilegiũ, quod non ſit in iuris corpore clauſum. Id autem quod in iuris corpore continetur, ſaluũ eſt. debuit itaque ea cauſa moueri apud poteſtatẽ Brixiæ iudicem generalem ordinarium etiam non mercantium neque negociantium quales erant huiuſmodi litigantes. Nam nec magiſtros militum etiã ex contractibus quos inierint dũ forent in expeditione militari militantes mortuis militantibus relictis filijs vel cognatis hæredibus, qui militiam non exerceant inter ipſos hęredes quondam militantium putauerim rectè ius dicturos, ſed magis præſidem prouinciæ vbi ſunt priuati hæredes orlundi, vel domicilium vel incola-
2 tum habentes adeundum exiſtimarem. † Non valuit itaque, quicquid actum eſt vel iudicatum per conſules etiam circa prouocationem tanquam ab incompetentibus iudicibus actum vel iudicatum, vt C. ſi a nõ compe. iudi. l. fin. & per totum. Et hæc nullitas ſemper poteſt allegari & opponi non obſtante ſtatuto, quod prohibet ſententias conſulum nullas dici. Illa namque exceptio nullitatis, quæ ex defectu iuriſdictionis proficiſcitur, tali lege ſublata non intelligitur, vt not. in glo. ordi. Ioan. And. in cle. vnica. de ſequeſt. poſ. & fru. & Bar. ff. qui ſatiſdar. cogã. l. 2. §. 2. Sed nec ex ſtatuto ſupra ſecundo loco poſito, quod incipit. ſi quis fuerit debitor &c. videtur fuiſſe iuriſdictio conſulum, neque enim illis verbis continetur hæreditas, cum & res hæreditariæ non dicantur alicuius eſſe, vt ff. de re. di. l. j. §. 1. & de cri. expi. hæred. l. fin. nõ dicitur igitur hæreditatis aliquis debitor eſſe, cùm nec aliquis dicatur. Et prætere a verba ſtatuti illius minime hæreditati conueniunt, cùm loquantur de ſcriptura ſcripta manu ipſius debitoris vel ſubſcripta, & cùm dicat debitorem cogendũ per captionem perſonæ, nec audiendum eum niſi deponat pecuniam, quæ petitur, quæ omnia nullatenus hæreditati conueniunt, ergo nec lex ipſa. ff. de accuſa. l. hos accuſare. §. omnibus. & quod no. Bald. ſecundum But. C. de ſer. fu. l. mancipia. Statutum ſupertus vltimo loco relatum, quod incipit. item ꝙ ſententiæ, ceſſat in hac quæſtione eiſdem rationibus, quibus circa primũ vſus ſum.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMEMTVM

¶ Inquiſitio formata nõ præcedentibus indicijs aut non ſeruata forma ſtatuti an valeat, & an ſtatutum dictans poſſe inquiri, debeat intelligi etiam non præcedẽtibus indicijs. & an credatur iudici in illis verbis, fama publica præcedente, & an & quando non ſeruata forma ſtatuti actus valeat, vel nc.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio debet inquiſitionem præcedere.*

2 *Albertus de Gandino dicitur fuiſſe maximus practicus & expertus in officio maleficiorum, & in cauſis maleficiorum vt princeps ſcribentium obſeruatur.*

3 *Benignitas in grauioribus cauſis ampleꝺanda, ſeueritaſq́; temperanda eſt.*

4 *Confeſſus de ſe crimen an & quibus caſibus de ſocijs interrogari debeat.*

5 *Dilatio expectatoria ſtatuta abſenti ad ſe præſentandum non dicitur eſſe peremptoria.*

CONSILIVM CVI.

SVPER eo de quo primo loco quæritur, vr̃ prima fronte dicendũ rite & recte fuiſſe formatam dictam qõnem ſiue inquiſi-
1 tionẽ. † Primum, quoniam poteſtas ex forma ſtatuti ſupra ſeptimo loco relati, vbi tuẽr, ꝙ poteſtas ſ'aduæ debet eſſe diligens, ꝙ crimina

& ſpecialiter falſitates minime relinquantur, & con-
tra quoſcunque delinquẽtes inquirat & inquiri faciat,
procedat & procedi faciat &c.ſicq; datur ei poteſtas,
immo & imponitur ei neceſſitas, vt inquirat de quocũ
que crimine & ſpecialiter de falſo, quo caſu non req-
ritur, ꝙ præcedat diffamatio præſertim cum ex mero
& puro ſuo officio in principio ſuæ inquiſitionis prote
ſtatus ſit, ſe formare inquiſitionem ſequutus doctrinã
Angeli in l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.li.10. in 4.char.
ſuæ repe.in §.forma inquiſitionis ſpecialis quo ad deli
cta &c.in verſicu.iden autem ponuntur &c.& in 6. vel
7.char.§.de quinto vero articulo.in verſic.itẽ fallit vbi
iudex inqrit ex mero & puro officio &c.& ver.ſeq.de-
inde ſecundo, quoniam hic eſt ſpecialis caſus in quo ẽt
iure communi poteſt per inquiſitionem procedi.ſ.quã
do quis produxerit coram iudice falſum inſtrumentũ,
vt C.de proba.l.iubemus.& ibi per Bal. poſt Nic. Mat.
& per eundem Bal.C.de accuſ.l.ea quidem. & per Bar.
ff.ad l.iul.de adulte.l.2.§ ſi publico.& per Ang.in præal
leg.l.ſi vacantia, ſed & tertio præceſſerunt hic contra
dictum N indicia ſufficientia. Primo quidem denũcia-
tio dictæ d.Antonię ſororis dicti N.Secũdo teſtimoniũ
dominæ Antoniæ filiæ quõdam ſer Petri Palaſtri. Ter-
tio confeſſiones dicti Ioannis de ponte brẽtæ & teſtiũ
inſtrumẽto, quod falſum dicitur inſcriptorum. Ex qui-
bus omnibus relinquitur concludendum, ꝙ rite fuerit
& recte formata dicta inquiſitio.

1 ¶In oppoſitam partem mouebat † ꝙ nulla præceſſerat
diffamatio, quæ debet inquiſitionem præcedere, quæ
contra certam perſonam & de certo crimine forme-
tur, vt de accuſa.c.qualiter & quãdo.& c.cũ oporteat.
& c.inquiſitionẽ.& de ſimo.c.licèt hely.cum & crimẽ
foret occultum, & re vera non ex mero officio iudex
ipſe procederet, ſed ad denunciationem dictæ d.Anto
niæ ſororis dicti N. & ipſa domina Antonia iudicis of-
ficium promouente, vt in ipſa inquiſitione cõtinetur,
licèt contrarium teſtatus ſit ipſe iudex, ſed proteſtatio
facta cõtraria eſt, & ideo facto ſuccumbit proteſtatio,
vt de appella.l.ſolicitudinem, vt ff.loca.& conduc.l.cũ
in plures.§.locator horrei.& probantur hæc ex ſenten
tia Hoſti.in ſumma de inquiſitionibus.§.& qualiter ꝓ-
cedatur, in verſi.quod ſi alias contra ſingularem perſo
nam, & Gof in ſumma de accuſa.& inquiſi.in verſi.vi
deamus de ſecunda parte rubricæ.& ver. quid ſi infa-
mia.& in ver. in ſumma ſequenti, dictum verſi. quid ſi
infamia. Et huius quoque ſententiæ eſt Albertus de Gã
2 dino † in libello ſuo in ti.qualiter cognoſcatur de cri-
mine per inquiſitionem, in verſi.de inquiſitione. & in
verſi.& ſi quidem, qui Albertus de Gandino fuit ma-
ximus practicus & expertus ĩ officio maleficiorum, &
ipſemet teſtatur in principio dicti ſui libelli, & hodie
a dominis iudicibus maleficiorum tanquam in ea cau
ſa maleficiorum princeps ſcribentiũ obſeruatur. Hanc
etiam ſententiam ſequitur Speco.in ti. de inquiſitione.
§.j.in prin.& in ver.item ꝙ nõ ſum infamatus. & in §.
æqualiter.ver.hæc ſecundũ leges. & verſi. licèt autem.
& in §.nunc tractemus.ver.ſi autem inquiratur, & ver.
hac igitur.& idem tenuit Bald.poſt Ni. Mat. in præall.
l.iubemus.C.de prob.in ver.& eſt ſciẽdum, ver. tertio
& verſi.quarto. Denique hoc euidentiſſime probat &
aperte demõſtrat tenor & forma memoratæ ĩquiſitio
nis ſeruari debere, & ſic ſcriptura propria ipſius iudicis
qui inquiſitionem formauit, eiusque confeſſio & teſti
monium contra eum eſt, ait enim in principio dictæ
inquiſitionis in eo & de eo quod ad aures præfati do-
mini poteſtatis & notitiam ſuique iudicis maleficio-
rum peruenit fama publica præcedente, & multorũ
clamoſa inſinuatione referente, non quidem a male-
uolis & ſuſpectis, ſed potius ab honeſtis & fide dignis
perſonis &c.quæ forma inquiſitionis per totam Italiã
obſeruatur, vbi autem apparet de hac fama publica &
clamoſa inſinuatione, certe in actis & libris actorum
nihil apparet. Nec rurſum iudici quantæcunque aucto
ritatis creditur etiam in cauſis pecuniariis, vbi de mi-
nore præiudicio agitur, q̃ in criminalibus & capitalib⁹
qualis hæc eſt, cùm membri abſciſſionis pœnam conti
neat, vt in Auth.de colla.§.ad hoc prohibemus coll.9.
& no.ff.de offi.eius cui mand.eſt iur.l.j.in prin. & de iu
riſdi.om.iud.l.imperium. niſi quatenus publicis con-
ſtiterit documẽtis, vt de proba.c.quoniã cõtra falſam.
Sed nec vlla alia ſufficientia indicia præceſſerunt, vt ad
ipſam inquiſitionem formandam procedi debuiſſet,
quæ indicia ſcripturis actorum comprehenſa monſtrẽ
tur. Nimis igitur effrænate proceſſum eſt, pręſertim cũ
dictus N. bonæ opinionis & famæ ſemper extitiſſet, &
eſſet apud bonos & graues ciues ciuitatis Paduæ, vnde
non ita facile fuerat ad tanti criminis impoſitionẽ eun
dum, quin etiam apud plures magnificos nobiles reipu
blicæ Venetorum dum mandato ſereniſſimæ Duca-
lis dominationis dicti nobiles ad regendas prouincias
inſignes ipſi inclitæ dominationi ſubiectas deſtinati
fuiſſent, qui fidem & legalitatem dicti N. multiplici-
ter experti de ipſius N.fide fama & legalitate potuiſſẽt
& poſſunt optimum perhibuiſſe teſtimoniũ. Supereſt
itaque ad allegata in diuerſam partem reſpondere. Et
ad primum, quod de ſtatuto ſupra ſeptimo loco relato
proponitur, quo iubetur & cõceditur de eiuſmodi cri
mine poſſe inquiri & per inquiſitionem procedi atque
cognoſci, reſpondetur, ꝙ id ſtatutum recipit interpre-
tationẽ a iure communi, videlicet cũ præcedunt argu-
menta legitima iudicem ad ſuſpicionem & opinionẽ
commiſſi criminis promouentia. nam ſtatuta recipiũt
declarationem a iure communi, vt C.de noxa.l.2.& ff.
de mune.& hono.l.vt gradatim.§.ſed ſi. & per Bar. in l.
omnes populi.ff.de iuſti. & iur. præſertim vt euitetur
abſurdus ac abſonus intellectus, vt ff. de legi. & ſena-
con.l.benignius.& l.in ambiguis. eſſet porro nimis in-
congruens & abſurdum, ſi per id ſtatutum ita ſimplici-
ter latum credatur eſſe conceſſum Poteſtatibus & ma
leficiorum iudicibus nullis indicijs præcedentibus, ne
que famæ publica vel infamia ad imputationem crimi
num & criminationem, quæ fit per inquiſitionẽ for-
matam contra aliquem virum, qui famæ ſit integræ
& famę clarioris cum graudi ſuæ bonæ opi. & exami-
nationis denigratione ſaltem de facto, immo magis re
ſtringenda ſunt a bonis iudicibus, qui plerunque glo-
riæ cupidi præſertim in ſuorum officiorum primor-
dijs ſeueritate potiuſquam humanitate & benignitate
fruuntur contra legis præceptum facientes. ff. de pœ-
nis.l.reſpiciendum. in fi. princi. vbi ait iureconſul. In
3 grauioribus cauſis † ſæueritatem legum cum aliquo
temperamento benignitatis ſubſequi. Et pro hoc fa-
cit quod not. eleganter Hoſtien. ſecũdum Gof.in præ-
alleg.§.& qualiter.verſi.quid ſi alleg.in fin.vbi not. ꝙ ſi
Papa mandet alicui ſuas literas, ꝙ inquirat contra ta-
lem de tali crimine, intelligitur id mandare, ſi ea, quæ
ad inquiſitionem faciẽdam de iure requiruntur, inter-
ueniant. Sic & in propoſito ſi lex municipalis mandet
poteſtati, quod inquirat de quibuſdam criminibus, de-
bet intelligi interuenientibus his, quæ ſolent a iure in
huiuſmodi cauſis exquiri. Nec dicat quis, lex muni-
cipij ita debet interpretari, ut aliquid operetur & addat
iuri communi, ne fuſtra occupet mẽbranas, vt de con
ſue.cap. cum dilectus. quia concedatur hoc etenim id
ſtatutum ita interpretatum, vt ſupra monſtratum eſt,
aliquid operatur, & addit iuri communi, nam iure ci
uili communi hoc eſt Romano non poteſt regulari-
ter & niſi certis caſibus per inquiſitionem procedi, vt
ff.de mune. & hono. l.reſcriptio.§.ſi quis accuſatorem
non habet.& lex euangelica, mulier ubi eſt qui te accu
ſat, nemo domine, nec ego condemno te. Quinimmo
illa ĩterpretatio, quam ſupra ad id ſtatutũ propoſui, po-
teſt ex ipſius & legis verbis deprehendi, ait enim lex, &
inquirat contra homicidas, raptores, fures &c. Oportet
ergo vt inquirat eos contra quos inquirat eſſe homici-
das, raptores, & fures &c. Opus eſt igitur prius quàm
certas perſonas inquirat, conſtare ſaltem argumen
tis aliquibus, quod ſint illis irretiti criminibus, de
quibus

quibus velit contra eos inquirere. Et hanc ſententiam ſeu interpretationem confirmat præalle. c.cum dilectus.de ꝯſue quod iubet ſtatuta ita interpræta ri vt quo minus fieri poſſit ius commune corrigant, dū tamen aliquid operentur.

¶ Ad ſecūdum de l.iubemus.C.de prob.reſpondetur ꝙ illud habet locū quādo in ipſa cognitione principalis cauſæ incidit cognitio cōmiſſæ falſitatis, tūc enim iudex qui incidenter cognouerit inſtrumentum coram ſe productum falſum eſſe, ſicque & aures & oculos & maieſtatē offenſam pōt ad puniēdū crimen de quo iā ſibi ꝯſtat licèt incidenter, principaliter de ipſo crimine ad inquiſitionē procedere, procedit namque talē inquiſitionē pluſquā fama publica, & lōge manifeſti⁹ argumētum ac cauſa iuſtior inquirendi. At in ſpē propoſita nunquam cōſtitit incidenter iudici cauſæ ciuilis de crimine falſi. Quinimmo finita erat ipſa cauſa ciuilis per ſnīam vt ſupra narratum eſt & ſecundū inſtrumentum latum & de cōſenſu ſyndici monaſterij. Et hęc adiuat ſentētia Odof. ꝙ ſingulariter refert Albertus d̄ Gādino in præfato libello ti.j.quid ſi accuſare.verſ.octauus.vbi ſcribit finita cauſa, in qua inſtrumentum falſum fuiſſet coram iudice productū, non poteſt iudex per inquiſitionem procedere, & pro hoc facit C. de fide inſtrumen.l.fina.

¶ Ad tertium quod proponitur de Indicijs præcedētibus, quæ ſufficiant, reſpōdetur per interemptionem, quia.ſ.non eſt verum. Nam denūcia quidem dominæ Antoniæ ſororis dicti N. quæ quodammodo de ſua cā & vtilitate proſequitur, cum monaſterium quod habet ab ea cauſa vel habere prætendit ſe a dicta ſorore, deceptum cōqueritur quaſi firmauerit monaſterio dictas domum & poſſeſſiones ad ſe pertinere dolose. argum.ff.de dona.l.Ariſto §.fin. vnde intereſt dictæ ſororis ne abbatiſſam & moniales decepiſſe credatur, moleſtiam fortaſſis proinde & improperationem ab ipſis abbatiſſa & ſororibus acceptura, maxime cum donatione non facta denunciet & inſtrumentum de tranſa. loquatur.argum.C de teſti.l.omnibus.& ff.eo.l. nullus idoneus. Sed nec teſtimoniū dominæ Antoniæ Polaſtræ iudiciū fuiſſet aliqd, quia nihil protinus ad falſi crimen pertinens dicit, & dato quod foret indicium aliquod, cùm nō ſit teſtimonium de maleficio, ſed remotum, debuiſſet eſſe probatum per duos teſtes, vt no. per glo.in l.fina.C.fami. er. & per Bart. ff.de quæſtion l. fi. Confeſſio vero Ioannis de Ponte brentæ non fecit in
4 dicium ad Inquiſitionem contra N.faciendā, quia† cōfeſſus de ſe crimen non dēt de ſocijs interrogari, vt l. fi. C.de accu. niſi in certis caſibus ibi per gl.notatis inter quos hic non eſt, & ideo confeſſio vel reſponſio ſua nō facit iudicium, vt no.ibidem per doc. Cy. & Bald. Rurſum & illa confeſſio fuit extorta a dicto Ioanne p tormenta nullis indicijs præcedentibus, igitur nulla. ff. de quæſtio.l.maritus. & l.quæſtionis, & quod ibi not. per glo. Bar.amplius & illa, quæ geſta ſunt contra Ioannē ipſum, nulla pariter fuerint per ea quæ dicuntur in ſecundo quæſito, & per conſequens nec contra dictum N.ſufficiens indicium effecerunt. Præterea non apparet vlla confeſſio dicti Ioannis inquiſitionem formatā contra dictum N. antecedere. nam inquiſitio fuit formata contra dictum N.die martis.23. Nouembris, cōfeſſio vero dicti Ioannis facta fuit vt in actis ſcriptum eſt die veneris.26.Nouembris, & ſic non præceſſit indicium inquiſitionem, quod eſſe debet, & perperam facta ex ſequentibus iuſtificatur, ſicut nec confeſſio extorta per tormenta non pręcedentibus indicijs, &c.

¶ Circa ſecundum quæſitum breuis eſt & expedita reſponſio, quoniam magis continet facti, quàm iuris quæſtionē. nam certū eſt formam dicti ſtatuti ſupra primo loco relati non fuiſſe ſeruatam, cùm proponatur ex facto dictam inquiſitionē non fuiſſe regiſtratam ad cauſam clarā ſecundū modū & ordinem in ipſo ſtatuto comprehenſum, immo nullatenus. & cum ipſo ſtatutū annullet aliter facta & quicquid ante regiſtrationē factum ſit, conſequens eſt & ipſam inquiſitionem in libro maleficiorū ſcriptam & citationes, & cridas indeſequutas, & ipſam cōdemnationē, ac ſententiā tam cōtra dictum N. quàm contra dictum Ioannē nullius fuiſſe ac eſſe momenti. ad quod optime facit quod ſcribit Cy. ſecūdum Martini.Sy. recte in his terminis, ſtatuto namque Bononiæ cautum eſt, ꝙ bannum debeat exēplari in libro cōmunis per tabellionē. Accidit quod errore tabellionis omiſſum exemplari in libro cōis, certe cōiter tenetur per doc. Bon. ꝙ bannū non valet, ita ſcribit Cy. C.de teſta. l.ambiguitatem, tanto magis ꝙ in quæſtione propoſita ſtatutum ſpecialiter annullat, quod aliter factum eſt, quod non eſt in caſu per Mar. Sy. & Cy. relato, præterea cū ſtatutum ſupra quarto loco relatū exigat, cum proceditur cōtra abſentē etiam ſi perſonaliter non fuerit inuentus, debere bis citari ad domū, & non fuerit facta niſi vna citatio, conſequens eſt non ſeruatam formā ſtatuti & per hoc nullam fuiſſe & eſſe condemnationem. Nā quando non ſeruatur forma a lege vel ſtatuto tradita in aliquo actu faciendo, ſi ea forma non fuerit ſeruata, actus ille non valet, vt ff.de tranſac.l.cum hi.§.ſi prætor. & de reb.eo. l. magis puto.§.ſi æs alienū.ver.proinde. Quid nāque valerent ſeu proficerent leges vel ſtatuta, ſi ea poſſent contemni, & non ſeruari iudicis arbitrio & voluntate, & alibi dicit lex quòd fruſtra eſſent iura in ciuitate conſtitui. niſi forent magiſtratus, qui ea tuerentur & redderēt, vt ff.de ori.iur. l.2.§. poſt originē. amplius ipſa vi & neceſſitate mōſtratur eam condēnationē protinus inanem propter omiſſam ipſam ſecundam citationem. nā reus abſens non ante etiā iuris fictione cōtumax intelligitur, vt poſſit condēnari, q̄ ſi peractus & completus ſit numerus edictorū a iure præfinitus, vt colligitur ff.de iud.l.ad peremptoriū.cū legibus ſequentibus. & Barto.notauit in l conſentaneum.in fi.ſui cōmentarij.
5 C.quomodo & quando iudex. Nam † dilatio expectatoria ſtatuta abſenti ad ſe præſentandum non intelligitur peremptoria, niſi ſit tertia iure cōmuni, vel ex cauſa ibi ſit cōprehenſum, vt ſit peremptoria licèt prima, vel ſecunda, vt ff.de iudi. l.nonnunquam. & de re iud. l.contumacia.§.j.& no.per doc.in l.fin.ff.de feriis. Igitur ſententia lata fuit contra abſentem, & non per contumaciam & ſic nulla, vt C.quomodo & quando iu.l. ea quę, & hoc voluit iureconſultus in l.prætor.ff. de iudi.in verſi.illis ordine edictorū peracto quaſi a contrario ſenſu, ſecus ſi ordo edictorum non eſſet, vt in l. edictū.& hic eſt ſenſus.l.j.§.item.cum ex edicto perēptorio, quod non fuit propoſitum &c. licèt enim præcedētia edicta fuiſſent propoſita, ſi tamen peremptoriū nō eſt propoſitum, non valet ſententia & citra prouocationem, vt ff.quæ ſen. ſine app.reſcin.l.1.§.item cum ex edicto, & hoc ipſum manifeſte deprehenditur ex verbis ipſius ſtatuti dupliciter. Primo ibi & aliter facta citatio non valeat, & pro non facta habeatur, & ſequitur. Et denunciatus vel inquiſitus ſi intra dictas dilationes non comparuerit condēnetur, perinde ac ſi præſens eſſet & confeſſus fuiſſet, non dicitur autem proprie non cōparuiſſe intra dictas dilationes, qū non fuerunt ſtatutæ, & ſic ex contrario ſenſu non eſt condemnandus tāquam confeſſus, quod argumentum a contrario ſenſu optimum eſt in iure, & venit ex ſententia legis, vt ff. de offi.eius cui mā.eſt iuri.l.j.§.huius rei. & de teſti.l.ex eo. & de teſta.l.qui teſtamēto.§.mulier.nec dicat quis hæc licuiſſe iuſdicenti propter arbitrium ſibi a ſereniſſima Ducali dominatione conceſſum, non enim propterea licuit ei ſtatuta iuſtiſſima & honeſta ciuitatis tranſgredi, ut no.docto.ff de donatio.l.filiusfa.vbi per Bar.Bal. & An.C.de teſta.mili.l.milites.& ſtatutū ſupra primo loco relatū hæc noīatim determinat ī fi. Rurſū & aliud vitiū manifeſtius eā inquiſitionē & ſnīam irritat, nā dictū ſtatutū ſupra quarto loco poſt formatā inquiſitionē exigit inquiſitū vel ſemel pſonaliter vel bis ad domū citari. Nulla quippe citatio facta fuit ad domū poſt inquiſitionem, quæ fuit facta. 23. Nouembris, ſed apparet

vna citatio facta ad domum die Mercurij primo Nouembris, & ita facta relatio præconis, & ſic ante formatã inquiſitionẽ & die feriato, ideſt in feſto omniũ ſanctorum in honorẽ dei facta fuit cõmiſſio & præconis relatio, contra l. fi. C. de ferij. Amplius poſſit quæri an de 1423. dies Prima Nouembris fuerit in die Mercurij, & 23. fuerit ĩ die martis, & 26. fuerit ĩ die veneris vt actorũ ſcripturæ teſtantur, cùm & de 1424. ita fuerit, & ſequens annus ſoleat dies præcedentis vno die transferre. Porro tam inordinata atque vitioſa actorum confectio ad aliud oſtendit, quàm immoderatam & nõ cauſam ponderatam iudicis præcedentis ex qualibet affectione, & prætorem iuris & ſtatutorum probabiliter inſciũ & ſui aſſeſſoris prudentia confidentẽ virũ vtiq; moribus & conſcientia integrum ita turpiter circunuenium. nec dicat quis, non licere eam dici ſententiã nullã vetante eodem ſtatuto in fine, quia illud eſt intelligendũ, niſi opponatur nullitas ex cauſis in eodem ſtatuto comprehenſis vel præcedentibus aut ſequẽtibus, vt ff quod vi aut clam. l. 1. §. & parui, & quod ibi per gl. & Bar. & per Cyn. C. de adult. l. ita pudor, alioquin fateri oporteret, id ſtatutum in ſe repugnantiam continere, quod non eſt admittendũ, vt ff de regu. iur. l. vbi repugnantia. & de legi. l. in ambigua. & l. ſeq. & principium ſtatuti, quod in ſpecie loquitur, limitat finem ſtatuti generaliter loquentem, vt ff de reg. iur. l. in toto. & de leg. 3. l. vxorem. §. feliciſſimo. & de verb. oblig. de li. clauſula l. de pœnis. l. ſanctio. & extra de reg. iur. l. generi. lib 6. & hæc de ſecundo.

¶ Ad tertium quo quæritur, an dicta domina Antonia ſoror dicti N potuerit denũciare obſtantibus ijs, quæ ſupra ponuntur contra eam. Reſpondendo putarem, magis ea ratione debuiſſe repelli, quia iure prohibitum eſt fratrem magnũ & capitale crimen quale eſt hoc, vt ſupra monſtraui, contra fratrẽ ſuũ inſtituere, vt C. qui accu. non po. l. ſi magnum, & multo magis ſoror prohibetur, cum regulariter mulieres ab accuſationibus repellantur, vt C. qui accu. non po. l. ſenatuſconſulto, & præterea appellatione fratris ſoror cõtinetur, vt ff. de pac. l. tres fratres. & fami er. l. Lucius. & de leg. 3. l. Lucius. §. quæſitum, & quod notatur in eis. Et eſt expreſſum in crimine falſi & muliere ineptiſſima, vt ciuiliter poſſit, non criminaliter quærere. C. de fal. l. falſi. & cum repellantur ab accuſatione, quæ eſt ordinaria, multo magis a denunciatione, quæ eſt extraordinaria, aut illi ſimilibus, & Hoſti. in ſumma de denuncia. §. quis poſſit denunciare. dicit ꝙ qui prohibetur accuſare, prohibetur denunciare regulariter.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio an dicatur iniquum præſidium, & an arbiter vel arbitrator illam reicere poſſit.*

CONSILIVM CVII.

1 IN Propoſita quæſtione † videtur mihi nota ſingularis Angeli, quæ in conſultatione proponitur, probabiliter admittẽda, cum allegatio præſcriptionis per legiſlatorẽ allegatio ꝓrſus improba nuncupet. & nõ ex veritate, vt in Auth. vt eccle. Ro. circa medium Ideoq; facile ei derogandum. At quod facit qđ idem Ange. not. eleganter. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorũ. l. 1. vbi notat quod arbitratori, qui tanquam vir bonus & æquus eligitur. licere obſtaculũ præſcriptionis reicere tanquam iniquum præſidium, nam refert de facto vidiſſe. & facit de regulis iuris. ea. odia. libro ſexto. Amplius illud arbitror adnotandum quod etſi ea verba renũciationem præſcriptionis minime continerent, tamen his debitor obijcit. qui debitum contraxit, ſic quod ſui facti nequit ignorantiam allegare, vt ff. ad vel. l. quamquam. alias debitor qui ſe debitorem intellexerit. non poſſit propter eius malam fidem præſcriptione iuuari per c. quoniã omne. & qđ ibi notatur. de præſcrip. licèt Bar. contrarium notaſſe videatur. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam, ſed eius ſententia rectiſſime per Ange. ibi corrigitur, & eſt ſententia canoniſtarum contraria Bar. propter cauſam peccati ſicut audiui bonæ memoriæ dominum meum in canonibus. ſ. dñm Ioann. de Caſtiglionio poſt factum epiſcopum Vincen. & huius qui nunc eſt immediate præceſſorem ſuper ipſo c. quoniam omne, dum legeret tenuiſſe. & videtur mihi de mente Accur. in præalle. Authen. vt eccle. Romana, in glo. quæ incipit, ſed hodie, in fi. Et tractat hoc etiam Ang. in præalle. l. j. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Et confirmatur per id quod not. Ioann. An. in c. fi. de exceptione. libro ſexto, in nouella, vbi recte eandem ſententiam notat, & ita ſæpenumero ex facto conſultus reſpondi.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Promiſſio facta per maritum vxori aut per ſocerum pro contradote de certa quantitate an ſit valida, & mortuo viro an vxor illud poſſit petere, & an ſtatutum de cõpromiſſis vendicet ſibi locũ in caſu ꝑdicto.

S V M M A R I V M

1 *Donatio facta & collata inter coniuges vel inter ſocerum & nurum etiam dotis conſtituendæ vel augendæ cauſa an ſit valida.*

2 *Diſpoſitio fauorabilis nomine parentum an naturales includat.*

3 *Vſus communis eos appellat conſanguineos, qui ſanguine quocunque modo ſunt coniuncti.*

CONSILIVM CVIII.

ITEM Si qua quæſtio, lis, aut controuerſia eſt, aut decertatio erit, ſiue orietur intelligendo quæſtionem ſeu cõtrouerſiã ortam eſſe per ſolam citationem factam inter aliquos de infraſcriptis coniunctis perſonis, videlicet inter aſcendentem & deſcendentẽ, vt puta patrem & filiũ, auum & nepotẽ & ſic cæteros, vel inter collaterales ex linea paterna vel materna cõniunctos vſq; ad ſecũdas cõſanguineos incluſiue, vel inter patruũ & amitã & nepotes vel inter maritu & vxorem vel inter affines infraſcrip. tam qui ſunt, q̃ qui fuiſſent inter ſocerum ſeu ſocerum & generum aut nurũ, & inter cognatos & cognatas leuitom & leuiras intelligendo ſemper maſculinum genus concipere fœmininum comprehendere teneatur, debeat dominus rector Viñ. qui nunc eſt & pro tempore erit aut ſui iudices aut officiales ac & iudices & officiales cõis Vin. copellere dictos litigatores realiter & perſonaliter aut capitis pignoribus & mulcta indicta eligere duos communales amicos. Anno ab icarnatione domini 1380. Octobris &c. plenam & irreuocabilem ſecuritatem facio ego A. filius C. de inſtitu. cum meis hæredibus, & mihi conſentiente ſuper præſcrip. C. patre meo tibi B. filiæ nobilis viri M. geno. de Viñ. dilectæ vxori meę & tuis ſucceſſoribus de 80. groſſorum, quæ tempore noſtræ deſponſationis per antedictum ſer C. patrẽ meum promiſſæ fuerunt tibi facere pro honorantia & contradote ſeu repromiſſa cum pacto & conditione tamen, quòd ſi caſus accideret te præmori mihi ſine legitimis hæredibus ex te deſcendentibus, ꝙ de ſuprascriptis lib. 80. groſſ. tibi factis & promiſſis pro contradote, honorantia ſeu repromiſſa, vt ſupra non poſſis aliquam facere ordinationem, nec pro ipſis denarijs, nec pro parte ipſorum nulla perſona de mundo poſſit adueniente caſu prædictæ mortis meæ, vel alium meo nomine nec meos hæredes moleſtare,

petere,

petere, vel inquietare, ſeu ab ipſis reſtitutionem vel ſo-
lutionem aliquam petere. Nunc autem quia inde be-
ne & perfecte ſum deliberatus, & cum omni integri-
tate cōtentus ſecura permaneas pariter & quieta, quia
nil inde remāſit vnde valeam te vel aliū pro te vel tuo
nomine requirere ſeu compellere per vllum ingeniū
ſiue modum, ad hoc aūt manifeſtū facimus nos C. A.
eius filius cum noſtris hæredibus tibi ſupraſſ. B. & tuis
ſucceſſoribus quia volumus & cōtenti ſimus, quod oīa
& ſingula bona noſtra & noſtrū cuiuslibet mobilia &
immobilia, quæ habemus ſeu habituri ſumus quomo-
documque in hoc mundo ſint tibi & tuis ſucceſſoribus
obligata pro ſupraſſ. 80. lib. groſſorum, quas ego ſupra
ſcriptus C. tibi feci & promiſſa pro contradote & ho-
norantia & repromiſſi tempore deſpenſationis tuæ fa
ctæ cū ſupraſcripto A. filio meo, reſeruata tamen no-
bis conditione ſupraſcripta, videlicet ꝙ ſi caſus daret
te præmori filio meo ſine legitimis hæredibus ex te de
ſcendentibus, tu non poſſis ordinare aliquid de auro
ſupraſcripto, & quod ego vel filius meus A. adue-
niēte caſu prædicto aut noſtri hæredes ſeu alii noſtro
nomine nō teneantur ad reſtitutionem ſeu ſolutionē
fiendam de aureis prædictis alicui perſonæ huius mun
di, ſm quod firmatū fuit per pactū ſupraſcriptū tempo
re contractus dicti matrimonij. Si igitur cōtra hanc ſe-
curitatis chartam attentauerimus, tunc emendare de-
beamus nos duo inſimul, aut vnus noſtrū, ad quē ma-
gis tenere volueris cū noſtris hæredibus tibi & tuis ſuc
ceſſoribus auri lib. 5 & hæc ſecuritatis charta in ſua ꝑ-
maneat firmitate. Signum ſupraſcriptorū ſer C. & A.
qui hæc rogauerunt ſibi &c. Sequitur caſus in contra-
ctu nuptiarum A. viri & B. vxoris C. pater A. viri eidē
B. ſuæ futuræ nurui fecit & ꝓmiſſit ꝓ cōtradote & ho-
norātia ſeu & repromiſſa lib. 80. groſſ. certa addita con
ditione, quæ exſpirauit, & ad cautelam & fauorē ip-
ſius B. idē C. ſocer & A. maritus obligauerunt omnia
& ſingula ſua & ipſorum cuiuslibet bona mobilia, ipſi
B. & ſuis ſucceſſoribus pro ipſis lib. 80. groſſ. quas ipſe
C. promiſſerat ipſi B. pro ꝯtradote eius. de quibus om
nibus patet clare ſupraſcripto inſtrumento. Poſtquam
ipſe C. nulla facta ſolutione ipſarum li. 80. groſ. nec A.
filio ſuo, nec B. nurui, nec alio ſuis noībus deceſſit inte-
ſtatus relictis poſt ſe duobus filiis indiuiſis, videlicet ip
ſum A. & D. quibus duobus omnia bona paterna ab in
teſtato peruerūt cū honoribus & oneribus, demumq;
ipſe A. nulla facta diuiſione ipſorum bonorū nec habi-
ta ſolutione ipſarum lib. 80. groſ. deceſſit relictis poſt
ſe legitimis hæredibus ex ipſo A. & B. legitime deſcen
dentibus, nunc ipſa B. vidua petit ſibi ſolui de ipſa con-
tradote de bonis ipſius C. quæ ſibi promiſit, quæ bona
poſſidentur pro indiuiſo per ipſum D. olim filiū & per
hæredē ipſius A. ēt filiū, & prædictus D. contradicit di-
cēs quòd ipſa B. debeat habere ſolutionem ſolummo-
do ex illa medietate bonorū, quæ tangebat de iure ipſi
A. & nō in omnibus bonis ipſius C. & quod ſolum bo-
na ipſius A. ſibi ſint obligata, & pro conſtanti veritate
proponitur, quòd ipſæ lib. 80. ſint dos ipſius B. nobilis
nam aliàs non tradidiſſet in vxorem ipſi A. nec in nu-
runt ipſi C. quia non ei pares, quàm ſi ei B. Ita vt præ-
mittitur dotem conſtituiſſet. Quæritur quid iuris.

1 ¶† In præmiſſa quæſtione ſine diſputatione dicendū
puto dictā d. B. poſſe, immo & debere petere ipſas lib.
80. gro. ab hæredibus dicti quondā C. pro hæreditariis
portionibus, & ſic medietatem a dicto D. & aliam me
dietatem ab hæredibus quondā A. viri ſui. Certum eſt
namque quod ipſe quondā C. fuit primus & principa-
lis promiſſor ipſarum lib. 80. pro dote ſeu repromiſſa,
vt vtor ſermone dominorū Venetorū dictæ d. B. cùm
ipſe quondā C. tempore nuptiarū inter dictos A. & B.
contractarum ſolas dictas lib. 80. præfatæ dominæ pro
miſit pro repromiſſa ſeu dote ipſius dominæ, vnde ſo-
lus & inſolidum ipſe C. obligatus fuit dominæ B. quaſi
ſolus ipſe ſocer dotē dominæ B. recepiſſet. videtur nā-
que ipſe quondam C. de ſuo donaſſe dictas li. 80. dictæ
d. B. & ab eadem poſtea in dotem accepiſſe. at in l. ſin-
gularia ff. ſi cer. pet. & C. de do. cauta non nu. l. 2. & de
do. ante nu. l. j. dictus vero A. poſtea ſecuritatem faciēs
dictæ d. B. vxori ſuæ de dictis lib. 80. aut tanquam fide-
iuſſor accipiendus eſt, aut tanquam conſtitutor, aut tā-
quam alius ſponſor ſeu expromiſſor pro debito ipſius
patris. nō enim animo nouandi obligationem pater-
nam, & liberandi patrem ab ea obligatione, quam pa
ter ipſe primo fecerat, dictus A. filius fecit ipſam ſecu-
ritatem, quod apparet, quia non fuit expreſſa. & Ideo
non præſumitur nouatio, vt C. de dona. l. fi. & Inſti. qui.
mo. tol. ob. §. præterea. tum quia pro ſecuritate dictæ
d. B. ipſe quondā A. vir eius fecit vt ex verbis & tenore
ipſius inſtrumenti apparet dictā promiſſionem & ideo
potius acceſſio obligationis ſeu adiecto alterius obliga
tionis priori obligatione paternæ credenda eſt, hoc nā
que ad ſecuritatem ipſius dominæ pertinebat, non ꝙ
pater liberaretur, & filius ſolus idemque vir eius tene-
retur, pro hoc enim non caueretur dicta B. immo mi
nus cautū foret, cùm ipſe quondā C. locuplex foret, di
ctus vero A. tanquam filiusfa. in facultatibus nihil ha-
beret. Item expreſſius apparet ex tenore præfati inſtru
menti, quo patria bona eiuſdemque ſoceri ipſi domi-
næ B. obligantur pro repromiſſa, quàm ipſe C. fecerat,
& ſpecialiter pactum eſt, vt ipſe C. vel hæredes ipſius in
caſum præmorientis dominæ conueniri non poſſunt,
quaſi in caſu contrario voluerit & poſſit conueniri vi-
delicet ſi filius idēq; maritus dominæ præmortuus ſit
vti ſecutum eſt. ar. ff. de pac. do. l. inter ſocerum. §. cum
inter. cum itaque dictus quondam C. ſit ſeu fuerit prin-
cipalis debitor & ꝓmiſſor dictæ repromiſſæ, ſequitur
quod ipſe prius ſeu hæredes eius conueniendi ſint ne-
ceſſario cùm ſint ſoluendo, quàm ipſe hæres dicti quō-
dam A. qui acceſſorius fuerat obligatus, vt in Authen.
de fideiuſ. §. 1. col. 2. & in auth. præſente. C. eo. tit. & per
hoc apparet non obſtare in Auth. de duo. re. in prin. qa
ibi in duobus reis, qui ſimul & inſolidum obligantur,
inter quos diuidenda eſt petitio ſi ſint ſoluēdo. Hic au-
tem loquitur in reo & fideiuſſore aut conſtitutore ſeu
expromiſſore prout ſupra probaui, & colligitur in Au-
then. de fideiuſ. § 1. & quod ibi not. in glo. Nec obſtat
in ſuperiori determinatione l. quod ſponte. & l. 1. C. de
2 dona. ante nup. vbi † donatio facta vel collata inter
coniuges, vel inter ſocerum & nurum etiam dotis cō
ſtituendæ, vel augendæ cauſa, nulla eſt, vt ff. de do. inter
vir. & vxo. l. 3. §. verbum poteſtatis. & l. cum hic ſtatus.
§. oratio. nec poteſt conſequenter ipſa dos ita cauta &
non numerata ſeu accepta a parte viri peti, quia reſpō
detur dupliciter. primo, quia cùm proponatur ꝙ mari-
tus erat impar nobilitate ipſi dominæ, talis donatio tā-
quam non ſimplex donatio, ſed ob iuſtam cauſam nō
interdicitur etiam inter futuros coniuges, vt not. ſecū-
dum Iaco. de Are. per Cyn. C. de don. cauta non nu.
l. 2. & per Barto. ff. de ver. oblig. l. ſi diuortio. & l. ſi ita ſti-
pulatus fuero te ſiſti. §. fin. per ipſam l. & per Bald. C.
de dona. ante nup. l. 1.

¶ Secundo reſpondetur, quia etiam ſi donatio fuiſ-
ſet inualida, confirmata fuiſſet morte tam ſoceri, q̄ ma
riti, vt in l donatio. & quod ibi not. C. de dona. inter vi
& vxo. quia retentio in cauſam dotis habet vim tradi
tionis, vt ar. ff. de do. l. quiſquis. & ita no. Bal. in prælle-
ga. l. 1. C. de do. ante nup. aut ſi hæc vera non ſint vltra
primam ſolutionem, quā maxime doc. probant, vt ſu
pra retuli & in iudiciis pro veritate ſeruatur. Conſide-
randum eſt ꝙ Sereniſſima Reſpublica Venetorum hoc
iure nō vtitur, immo talis promiſſio facta per virū vxo
ri ſeu talis repromiſſa & generaliter inſtrumentum re
promiſſæ ſeu dotis executioni mādatur in bonis ſoce-
ri vel mariti, qui repromiſſam fecerint ſine aliqua con-
traditione, vel exceptione, & maxime hmōi ꝙ. ſ. ex cā
donationis repromiſſa facta ſit cū repromiſſionis īſtru
mentū faciens ſocer vel maritus dotē nullā recepit. Cō
cludo itaq; hæredes dicti quondā C. pro dimidijs parti
bus ſeu promiſſæ, & hr̄dē dicti quondā A. filij quoq; dcī

quondam C.& mariti quondam dictæ d.B.pro alia di-
midia quemadmodũ conueniretur ſi dictus quondam
C ſolus dotem a muliere recepiſſet,& eſt tex in l. ſi cũ
dotem.§.tranſgrediamur.ver.ſed ſi filius.ſo.ma.Rece-
piſſe enim ſolus dotẽ ab ipſa nuru ſua dictus quondam
C.ſocer intelligitur,vt ſupra ꝓbaui.& facit l.1.C.ſi cer.
pe.& C.de hære.act.l.pro hæreditarijs,hac ſimilitudi-
nis ratione puto nec hanc repromiſſionem ſeu dotem
quæ ſoluitur communiter ex hæreditate dicti quondã
C.imputandum hæredi dicti quondã A.in partem hæ
reditatis dicto quondã A. ex bonis quõdam patris ſui
ſibi contingentem,per iudicium famil.erciſ. tanquam
pater ſolus dotẽ acceperit,licèt ſecus putarẽ ĩ donatio
ne ꝑ nuptias quam pater idemq; ſocer conſtituiſſet
nurui propter filiũ.hanc namq; deberet ipſe filius con-
ferre fratri tãtominus accipiendo in partem ſibi dela-
tæ hæreditatis.aut liberando cohæredem eundemque
fratrem ſuũ hoc eſt ipſum D.ſicut in filia dicimus pro
qua pater dotem genero promiſiſſet, & quæ cũ fratri-
bus patri inteſtato ſuccederet, vt hoc probatur C. de
colum. l. x.& l.vt liberis.illa namque donatio propter
nuptias mortuo patre conſolidat in perſonam filij, ſi-
cut dos in perſonam filiæ, vt l. 2. ff. ſolut. matr. & C.
de rei vxor. act. §. videamus, merito ipſam conſer-
ret filijs, quam habet ſibi ex bonis patris quæſitam.Cæ
terùm hæc donatio pro dote facta nurui acquiritur ip-
ſi nurui & ipſius patrimoniũ eſt,vt ff.de mino.l.3.§ ſed
vtrum.& ideo filius non confert, quod ipſe non habet
nec ſibi acquiſitum eſt.nec quicquam moueat qd pa-
ter propter filium & honorem ipſius filij videlicet A.
hanc obligationem fecerit,quin & ipſe filius ſe obſtrin
xerit.nam nihilominus de communibus bonis ſoluen
dũ eſt.& ſi filius ipſe ſoluiſſet.vel hæres eius,neque eius
filius potuiſſet ad ſolutionem compelli propter condi
tionem ipſi repromiſſæ inſertam poſſet hæres filij. ſ.
dicti quondã A. a d. D. fratre & cohærede dicti quon-
dam A.pro ſua parte hæreditaria dicti D. repetere per
iudicium famil.er.l.ſi filia.§.idem ſcribit, & §. neratius.
& de coll.bon.l.1.§.ſed an id qđ dignitatis. & quod ibi
no.per Bar.in eo quod expendiſſet pater pro vno filio-
rum in nuptijs vel conuentu, & per glo. ff.de mu.& ho
no.l.3.§.fi.Concludendum igitur relinquitur per ſupe-
riora,dictã dñam B.dictas lib.80. groſ. petere poſſe &
debere in omnibus bonis dicti quondam C.& ab vtro
que hærede dicti quondã C.pro partibus hæreditarijs,
nec imputandas eſſe in ſolã partẽ, quæ ex bonis patris
ipſius quondã A.contingit per dictũ D. Quinimmo ſi
quo caſu dictus hæres dicti quondam A.totas li.80. ſo-
luiſſet,poſſet.n.pro dimidia a dicto D.repetere &c. Et
ſuppoſito ſtatuto tenoris ſupraſcripti contigit,quod in
ter A. & B. coniunctos ſibi inuicem inter ſecundos cõ-
ſanguineos collaterales ex paterna linea verũ alter eo-
rũ licèt iuſtus pater filius ſit, ex patre tamẽ naturali dũ-
taxat patre ſuo filio,qui & forte ipſe patri ſuo filius dũ
taxat quoque naturalis extiterat & progenitus eſt. Ex-
orta eſt quæſtio ſeu controuerſia per citationem, vt in
præalle. ſtatuto continetur, alter petit compromiſsũ
fieri debere ſecundum formã ſtatuti præallegati, alter
recuſat. Quæritur an Poteſtas,corã quo ea res agitur,
debeat compellere dictos litigantes ad compromiſsũ.

¶ Et in propoſita quæſtione ſeu diſputatione ſtudio
breuitatis puto dicendũ ꝙ ſic,qm̃ cũ quæritur an appel
latio parẽtũ aut filiorũ aut alterius gradus vel lineæ co-
gnatorũ ad naturales tm̃ pertineat nec ne,doctores du
3 plicem regulã tradidiſſe videtur.Primam ꝙ † in fauo-
rabili diſpoſitione claudãtur etiã naturales dumtaxat
per l.parentes.ff.de in ius voc. & per l.lucius.la 2.§.dan
te.cum concor.ff.de leg.x.In diſpoſitione vero odioſa
& odio irrationabili minime comprehendãtur,niſi iu
ſti & naturales per l. verba.C.ad l.iul.de adul. hæc eſt
doctrina Bar.in l.4.§.fi.ff. de in ius voc.ar.l.cũ quidã.ff.
de libe. & poſth.& c.odia.de reg.iur. lib.6. Secundum
aũt hanc doctrinam nemo dubitabit,naturales dum-
taxat coniunctos in ſupra relata cõſtitutione compre-
hendi, cùm ea fauorabilis ſit & præcipuo fauore ſuf-
fulta pro ratione ſanguinis,non etiam vllius odio præ
ſertim irrationabili protinus introducta.arg. ff. ſi cert.
pet.l.ſi quis nec cauſam.& l.rogati.in prin.& de condi.
inde.l.qui exceptionem.in prin.& quod in eis not. Se-
cunda regula ſeu doctrina,quæ ſumitur ex ſcriptis Gui
liel.de Cu. vti referunt Bal.& Ang in d.l.parentes.eſt,
quia aut legis prouiſſio reſpicit cauſam naturalem, vt
puta reuerentiam,quam ipſa natura debet filius patri,
& econtra,vel effectũ naturalẽ.i.qui ẽt naturaliter ca-
dit inter naturales,vt ff.ad l acqui.l.ſi ſeruum meũ. &
ff.man.l.cum ſeruus. & de leg.j.l.ſi domus.§. qui confi-
tetur.quæ duæ leges ẽt de collateralibus loquuntur. &
ad l.fal.l.precia rerũ, & tunc naturales comprehendan
tur.Exempli loco lex prohibet a teſtimonio parentes
pro liberis propter affectum. Repellentur quoque na-
turales non modo iuſti, verum etiam naturales. diſpo
nit municipij conſtitutione de legatis liberorum, vel
parentum non ſoluatur gabella, quæ de aliorum lega
tis ſoluitur,continebuntur ẽt naturales & de eorum le
gatis,quæ pro eorum affectione relicta creduntur, mi
nime gabella ſoluatur.Cæterùm ſi legis prouiſio actũ
talem cauſam non naturalẽ proſpexerit,vt puta docto
ri legum & filiis eius aliquid eſt ſpecialiter indultum,
non cõtinebuntur non iuſti, hanc doctrinam referũt,
& ſequuntur poſt Guil. & Ang.vbi ſupra, ſecundum ꝗ
etiam in re propoſita dicẽdum eſt,naturales cognatio-
nes intelligi.Eam namque conſtitutionem credendũ
eſt municipes effeciſſe,vt inter coniunctos charitas &
dilectio,quam inter eos natura conſtituit ſpecialiter,
quam inter cæteros litium anfractibus, quæ ſolent ſæ-
pe materiam odij & criminis procreare, vt C.de iudi.
l.properãdum.in prin.prorſus expulſis,& per commu-
nes amicos ad pacem tranſactionem atque cõpoſitio-
nem amicabilem illis productis perpetuo cõſeruetur.
Quæ namque poteſt alia ratio præmiſſæ conſtitutio-
nis intelligi,& cùm nulla alia rõ commode reddi poſ-
ſit.pro expreſſa recipienda eſt,vt per Bal. in l. quod ve-
ro cõtra.ff.de legi.& ſe.con.& C.de lib.præ.l.maximũ,
& conſequenter omnes caſus amplectitur,quos ipſa ra
tio vendicat, & non tam ſimiles efficit,quàm eoſdem.
Rurſum in huiuſmodi municipum decretis cõis vſus
loquẽdi proſpiciẽdus eſt valde,vt de lega.3. l. liberorũ.
§ quod tamẽ caſſius.& quod ibi pulchre not. gloſſ.ſm
Roge.& per Bar.ff.de ſuis & legi. in l.in ſuis. in princi.
4 Sed † vſu communi loquendi eos etiam qui ſunt no-
bis ſanguine quocunque modo coniuncti,conſangui-
neos appellamus,teſte Bar.ff.de acqui.hære. l.cum qui
dam.§.quod dicitur.& Azo.in ſumma prout ibi refert
Bar.ergo &c.Amplius ſi naturales cognationes conti
nẽtur ibi in diſpoſitionibus pœnalibus & odioſis, odio
tamen rationabili.ut dicit Cy.C.de interdi.matri. l. li-
bertinum, quod eleganter illa quoque lege probatur,
quãquam & in odio irrationabili idem ipſe Cy. tenta-
uerit in l. quiſquis.C.ad l.iul.maie.Quantomagis in du
bio,ẽt in diſpoſitionibus mere fauorabilibus cũ diſpo-
ſitionis ratio quoque militet in naturalibus tm̃,natura
les dũtaxat iuſtum erit comprehendi. Poſtremo ſi quis
rem hanc licèt indigne putet ambiguam, nonne tan-
quam benignior hæc pars in ambiguo fuerit præſumẽ
da,per quam lites tolluntur aut minuuntur, pax inter
neceſſarios & concordia procuratur.ar.ff.de reg. iur. l.
ſemper in ambiguis.& ff.ſi cert.pet.l.quidã exiſtimaue
runt.& de ſpon.l.ſi cuius.§.ſi inter duos.Præſertim ſi vt
ſatis vehementer opinor, cùm ſint inter nobiles & op
timos ciuitatis facile poſſint occaſiones criminũ exo-
riri,& publicæ tranquillitatis turbari ſerenitas,quo caſu
etiam ceſſante municipii conſtitutione iuſdicentis of-
ficium deberet minime ſuper hoc cõquieſcere, vt ele-
ganter tractat & not. Bald. in præallega. §. ſed ſi inter
duos. per l.ſi quis ingenuam. §.in ciuilibus. de cap. &
poſtli.re. non eſt enim ignotum, partes & ſectas, quæ
iam dudum damnabiliter emerſere in ea ciuitate,
de qua quæritur ad omne pene malum diſpoſitas,

ita ne-

ſta neceſſe eius mali quoquo modo occaſio fiat, optimum, & iure ſacturum cum cenſes, qui in ea re ius dicturus eſt, ſi partes ante latas ad amicabile compromiſſum coegerit.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibita appellatione per ſtatutum a ſententia continente certã ſummam, an ſi ſint plures ſummæ ex diuerſa cauſa eodem libello comprehenſæ fiat accumulatio vel ne, & an ex pluralitate libellorum inducatur diuiſio cauſarum.*

C O N S I L I V M C I X.

QVONIAM Superius tam abundanter, q̃ eleganter extitit probatum, nec plenitudo recipiat adiectionẽ, paucis agam, & videtur mihi ſuperius facta concluſio veritate ſubnixa, quod videlicet Titius ab ea ſentẽ-
1 tia prouocare non poſſit ea potiſſima ratione, † quia cũ plures & diuerſæ fuerint accuſationes & libelli accuſatorij, quæ de diuerſis maleficijs ſpecialiter per loci & tẽporis, quibus cõmiſſa fuere, deſignationẽ diſtinctè enumeratis, præſertim ſi & in ipſa. ſententiæ ſcriptura & pronunciatione libelli occuſatorij & conſequenter plures accuſationes & cõcluſiones ac ſententiæ, in quas petebatur reum cõdemnari, ſingulariter & diſtinctæ ſunt expreſſæ, ſeu numeratę, vti moris eſt libellos ſententijs inſeri, vt no. C. de ſen. ex pericu. reci. l. 2. in glo. ſuper ver. libello, quæ incipit propter duos plures plurium ſententiarum ſententiæ ſeu abſolutiones, vt ff. de verborum obligatio. l. titia. §. fin. & l. pluribus. in princip. & quod not. Barto. eleganter. vt ſuperius allegatum eſt ff. de oper. no. num. l. de pupillo. §. ſi in pluribus, & confirmatur. ff. de appe. l. ſi qui ſeparatim. §. quotiens. vbi etiam ſi vnica fuerit ſumma tam in libello, q̃ in condemnatione comprehenſa, ad duas perſonas tamen relata, duæ reputantur ſententiæ ſumma ipſius cõdemnationis diuiſa, vnde & pluribus appellationibus opus eſt, ut no. ibidem. ipſa nãq; perſonarum enumeratione videtur ipſa ſumma ab ipſo iudice & ab ipſius iudicis pronunciatione diuiſa, vt probatur optime. ff. de condi. & demon. l. cui fundus. Quod igitur ex plurium perſonarũ enumeratione recipitur in vna orationis conceptione, cur non & pari ratione enumeratione recipiẽdum eſt cauſarum, quin amplius videretur, etſi vnica foret actio vel accuſatio, vnica obligatio, vel vnicum crimen, vnica ſumma vnicumque iudicium vnaque ſententia, ſi tamen de tota ſentẽtia, ſed de parte, quæ foret intra modum prohibitæ prouocationis ex legibus municipij repellendus foret appellãs, exempli loco, Titius petijt à Sẽpronio decem, quę ſibi mutuarat, lite conteſtata actor probauit de decem mutuo datis Sempronio. Reus plene probauit de octo Titio ſolutis, & tamen reus de reliquis duobus non plene ꝓbaſſet, iudex tamen ratus plene de ipſis quoque duobꝰ ſolutionem probatam reum prorſus abſoluit, actor intelligans plene ſolutionem de octo probatam de duobus minime, ab ea ſententia de decẽ abſolutoria, quæ vna eſt, prouocationem admittemus, an vero quia appellatio eſt de quantitate duorum, prouocationem repellemus per l. municipij vetantem a ſententia trium vel infra prouocari, & certe videtur non recipiẽda ꝓuocatio, quia licèt a ſententia de x. abſolutoria prouocetur, non tamen de tota ſumma ſeu tota ſententia ꝓuocatur, ſed quatenus ſententia de octo abſolutionem exceſſit, vnde de ſententia tantũmodo duorum abſolutoria prouocatur, quod municipali lege non eſt prohibitũ, ad quod facit C. de appel. l. in offerẽdis, vbi æſtimatio & quantitas cauſæ appellationis inſpicitur, admodu namque videretur incongruens, ut quia cauſa principalis magnæ fuiſſet quantitatis, cauſa appellationis quæ modicæ quantitatis extaret ad principis cognitionem vel aliorum maximorum, qui in maximis occupati ſunt, & de maximis ſolent diſceptare, transferretur. Cumque plures ſententiæ cenſeantur & ſingulæ ſint intra tres lib. & eius quantitatis, quæ ad prohibitionem ſtatuti pertinet, ſequitur ab ea ſententia non poſſe dictum Titium appellare. Non me mouet, quod in quibuſdã accuſationibus ex illis quatuor, a quibus reus fuit abſolutus, continebatur maior quantitatis trium lib. ex eodemque libello, cum debuiſſet in duabus lib. accuſatori, & in alijs duobus fiſco damnari, quoniam quantitas fiſco deſtinata non recepit appellationem ex ſtatuto ſecundo loco ſupra relato. vnde relinquitur, ꝙ ſit appellatio a ſentẽtia duarũ lib. abſolutoria. Præſertim cùm in duas perſonas cõferatur. ſ. fiſcum & Titiũ. vnde diuiſa videtur in duas partes & ſummas minores ſumma ſententiæ, licèt vno ver. prolata per d. l. & qui ſeparatim. §. quotiens. de appel. & de condi. & demon. l. cui fundus & per conſequens cùm ſit intra tres lib. nõ poterit ex l. municipij prouocari. pluſculum porro dubitationis videtur incidere. quia plures erant accuſationes, numero tamen non ſpecie differentes vnde vnum tantum fuit iudicium & conſequenter vna ſententia, vt ff. ſa. er. l. hæredes. §. de pluribus. & ꝓ ſocio. l. cũ duobus. §. ſi plures. & not. in pluribus criminibus eiuſdem ſpeciei, licèt numero differentibus per Bart. ff. de accu. l. libellorum. § ſed ſi aliud. & l. prætor ait. §. ſi plures. ſed licèt vnum fuiſſet iudicium per iura proxime inducta. ſi in vno libello omnes accuſationes fuiſſent ſimul in vno libello cumulatæ & coniunctim ꝓpoſitæ, quia tamen plures fuerunt iudiciorum inſtantiæ, & ſic plures
2 ſententiæ, quod fieri potuit, † ſi non opponatur, quod vno tantũ iudicio cumulentur. ar. ff. de act. emp. l. non eſt nouum. & ibi Bar. potiſſime propter pluralitatem accuſationum & criminum, licèt vnum ſit iudicium, vt no. Barto. in pręalleg. l. libellorum. in §. ſed ſi aliud, ad quas plures accuſationes ſingulariter & indiſtinctè in libello licèt vno propoſitas ipſa condemnatoria vel abſolutoria ſententia, licèt vnitate orationis emiſſa refertur. ar. ff. de re iud. l. ait prætor. §. 1. & l. in ſumma. amplius, & ſi vnicum fuerit iudicium actionis, etiam vnitas & rei ac perſonæ cui fiat vel contra quam fiet, nil ꝓhibet ex vno & eodem iudicio & cauſa plures ſequi ſẽtentias, vt ff. de appe. l. cum in vna. in prin. ex diuiſione & ſeparatione facta per iudicem expreſſe vel tacite, vt d. l. ſi qui. §. quotiens. & quemadmodum plurium actionum & diuerſarum ſummarũ minorum & ad iuriſdictionem iudicis pertinentium non fit coaceruatio ad impediẽdam iudicis iuriſdictionem ſeu cognitionem earum etiam ſi ſimul proponantur ab actore cõtra reũ ſiue ſint ſpecie, ſiue numero differẽtes, vt ff. de iuriſdi. om. iu. l. ſi idem cum eodem. in princi. Neque enim ibi diſtinguitur, differãt ſpecie vel numero, ſecus autem ſi foret vnica actio licèt plurium ſpecierum, vt d. l. ſi qui ſeparatim. §. 1. ita quoque plures ſummę minores plurium & diuerſarum actionum nõ debent coaceruari ad inducendam appellationem prohibitam & ad trãſferendam cauſæ cognitionem & iuriſdictionem priore & minore iudice ad alium maiorem iudicem, qui non ſolet ita de minimis cauſis pro honore ſuæ dignitatis iudicare per identitatem rationis & contrariorũ diſciplinam, vt ff. de his qui ſunt ſui vel alie iur. l. 1. §. 1. & de verb. ob. l. a titio. Ex quibus omnibus & alijs per primum allegantem copioſe deductis relinquitur concludendum Titium, de quo quæritur, non poſſe a dicta ſententia quomodolibet prouocare.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris utriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari an poſſit a ſententia, per quam pronunciatur laudum non eſſe reducendum ad arbitrium boni viri.*

CONSILIVM CX.

1 SVPPONITVR Ex facto † quod iudex pronunciauit a ſententia ſiue laudo arbitratoris non eſſe recedendum ad arbitriũ boni viri, a cuius ſententia pars grauata appellauit, vnde quæritur an de iure appellari potuit, & per conſequens an deferendum ſit, nec ne. Et arguitur quod ſic, quia & in maioribus & in minoribus negociis appellatur. l. & in maioribus. C. de app. & l. litigatoribus. eo. ti. & maxime de iure canonico, ſecũdum quod ab omni grauamine poteſt appellari. extra de appe. c. cum ceſſante. & c. ſuper eod.

¶ In contrarium eſt veritas, & ita diſputauit in quæſtione ſabbatina doctor antiquus do. Ruſtiganus de Inſtiganis de Bon. & idem tenet Ioan. An. in addi. ſuper Specu. in tit. de app. §. in quibus. verſi. ſi conuenit. & rationes motiuæ ſunt iſtæ, quia ab arbitramento non appellatur, ergo nec a ſententia, quæ ſuper eo fertur: antecedens eſt per ſe notum, quia ſolum poteſt peti, ſi ſit iniquum ad arbitrium boni viri reduci, ut l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſo. & ibi per Barto. in l. ſequenti. & in l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. ob. conſequentia probatur, quia ſubrogatum in alterius locũ, illius naturã ſortitur, vt ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuria. cum ibi no. cum a ſententia arbitratoris nõ appelletur, ut dictum eſt, ergo nec a ſententia huius iudicis in locum eius ſubrogati & aſſumpti per partem, vt reducat ad arbitriũ boni viri, quoniam iudex recognoſcens ſe non debere reducere, pronunciat reducendum non eſſe, hoc confirmatur in ſimili. Nam quando arbitri in locum iudicum cognoſcunt, appellatur ab eis vt a iudicibus, vt C. de iud. l. apertiſſimi. & l. cum ſpecialis. & extra de offic. deleg. c. ab arbitris. lib. 6. vnde & ecõuerſo, quando iudex tenet locum arbitratoris nõ appellatur, ſicut nec ab arbitratore.

¶ Tertiò arguitur, quia ſi aliter dicamus per primã, per ſecundã appellationem partes inciderent in anfractus litigiorum, quod a principio abhorruerunt, & euitare voluerunt, ideo inter eos arbitratorem elegerũt.

¶ Quartò quia iudex nõ cognouit de hoc vt iudex, ſed ut bonus vir, vt in d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in fi. & ſic habetur perinde, ac ſi non ut iudex ad id fuiſſet aſſumptus. Ex his patet clare, quod a tali ſententia non poteſt appellari, nec ei debet deferri, nec de iure canonico, nec de iure ciuili.

¶ Ad allegata in contrarium per prædicta patet reſponſio, vnde vltra calamum non extendo. & hanc partem teneo. & cum ea concludo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum factum in arbitrum an euaneſcat ſi fuerit lis cõteſtata per partes coram iudice ordinario, & quid operetur clauſula, totiens quotiens, & rato manente pacto, & an ſit differentia vtrum interuenerit ſtipulatio, an non.*

2 *Legem ſibi ipſi imponere, a qua ſibi recedere non liceat, an quis poſſit.*

CONSILIVM CXI.

1 FACTVM Eſt compromiſſum † per partes in tertium de certis litibus & per ſtipulationem, non per nudum pactum. & promiſſa eſt hincinde pœna ſub conuentione ꝙ totiens committatur in ſingulis capitulis quotiens contrauẽtum fuerit, & peti & exigi poſſit cum effectu quotiens fuerit cõtrafactũ, & ea ſoluta vel nõ, exacta, vel non, prædicta omnia & ſingula in præſenti cõtractu firma pdurent, q̃ pœna ſoluatur parti attendenti &c. contingit ꝙ altera partium iuit ad iudicẽ ordinarium & litem eſt conteſtatus. quæritur, an diſſolutum ſit compromiſſum, & allegatur ꝙ ſic per l. ſi qs rem. ff. de arbi. Sed pondera quod modicum facit, quia remanebat nudum & ſine pœna, ideo non valebat cõpromiſſum, nec compelluntur arbitri arbitrari, ſecus ſi ſit clauſula, vt totiens committatur, quotiens fuerit cõtrafactum. quia tunc non ſoluitur. caſus eſt in l. ſi duo. §. ſi. ff. de arb. Ita in propoſito allegatur, ꝙ clauſula rato manente pacto non prodeſt contrauenienti. & pro hoc inducitur glo. in l. qui fidem ff. de tranſ. ſed ſi bene glo. illa ponderetur dicit totum contrarium, quia non ſtat in prima opi. ſed in ſecunda. allegatur alia glo. in l. 2. C. de iure emphy. Sed nec illa dicit, ideo attende, qđ duplex eſt ibi quæſtio ad noſtrum propoſitum faciens. Vna eſt an pœna commiſſa poſſit peti, & nihilominus emphyteuta poſſit repelli ſiue deici, & dicit quod nõ, niſi ſit actum vt vtrunque fieri poſſit, quod poteſt & ita e contrario, ſi actum eſſet de contrario.

¶ Alia eſt quæſtio ſi ſemel eſt exacta pœna & iterũ ſtetit per triennium, an iterum poſſit exigi, vbi reſpondet, quod non, niſi eſſet dictum rato manente contractu, & additum ſit, vt totiens committatur quoties ceſſauerit totiens in pœnã incidat &c. adiecta tamen illa clauſula, rato manente pacto ſiue cõtractu. operantur, quod contractus remanet & cum pœna, & quia pœna reiteranda concreuit fauorem obſeruantis, & non obſeruantis, quia pluries poteſt committi, & ita partes videtur voluiſſe, ideo compromiſſum durat & non diſſoluitur. Et vt videatur effectus huius clauſulæ, totiens committatur, &c. Attende, quia ſi Franciſcus non obtemperaret, tune pœna committeretur contra eum, & ita iſta clauſula in forma, in qua iacet, concernit fauorem vtriuſque, ſecus ſi ſimpliciter eſſet dictũ rato manente pacto & vltra non proceſſit, & hoc vult alia tertia quæ ſequitur. Item ſi promiſi pœnam &c. & hæc
2 mihi videtur veritas, & quod allegatur † ꝙ nemo poteſt imponere ſibi legem a qua nõ liceat ſibi recedere, quia minime, ſed incidit in pœnam totiens quotiens contrafecerit. Namque ab initio ſunt uoluntatis, vt l. ſicut. C. de acti. & obli. ſecus ſi compromiſſum fuiſſet factum nudo pacto, quia ſi non eſt pœna ex ſententia dabitur actio, & habet locum lex cum antea, ſecus ſi pœna fuiſſet appoſita, & compromiſſum fuiſſet nudum, quia tunc non habet locum l. nou antea. & hæc ſufficiant.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM

1 *Compromiſſum ſimpliciter factum ſine expreſſione loci, in quo fieri debeat laudum, quis locus videatur comprehenſus, & an ſit prohibita nullitas cum cognitum eſt ſuper appellatione continẽte nullitatem annexam.*

2 *Appellari an poſſit a ſententia laudi moderatoria.*

CONSILIVM CXII.

ARBITRATOR Tulit laudũ pars cõtra quam latum fuit coram iudice ordinario petiit laudum ipſum pronunciari nullum, quia latum in loco vbi fuit factũ compromiſſum. Item quia latum compromiſſo iam diſſoluto per conuentionem patris, in cuius fauorem fuit latum laudum. Item petiit dicta pars pronunciari iniquum & iniuſtum, & debere reduci ad arbitrium boni viri, iudex pronunciauit dictum arbitramentum fuiſſe aliquod. Item pronunciauit dictum arbitramentum fuiſſe æquum & iuſtum, ſaluo quod ipſum limitauit in certis caſibus partim in fauorem partis, pro qua latum fuit, partim in fauorem partis, cõtra quam, a qua ſententia pars prædicta, contra quam lata fuit, appellauit, dicens dictam ſententiam nullam & in quantum eſſet aliqua, iniuſtam & iniquam &c. vigore cuius appellationis dominus noſter commiſit dictam

cauſam cuidam iudici, quod ſit & inquantum ſit deferẽdum dictæ appellationi videat ac terminet &c. Mo-
1 do ex prædictis † quæritur primo, nunquid dicta ſententia potuit dici nulla, & videtur quod ſic, quia iudex pronunciauit vltra q̃ petitum fuit limitando dictum laudũ in fauorem partis, pro qua latum fuit, quod nullatenus petebatur per dictum contra quem lata fuit petentem ipſum debere moderare.

¶ In cõtrarium eſt veritas, iura ſunt vulgaria, & maxime in materia appellationis, vbi iudex appellationis poſt iudicare bene pronũciatum & male appellatum, & tamen hoc non petebatur per appellantem &c.

¶ Secundo quæritur nunquid ex eo quod dictus iudex pronũciauit ſuper quidditate & eſſentia ac valore dicti laudi dati ut ſupra poterit appellari. Et videtur ꝙ ſic, quia nulla lege hoc prohibetur, ergo &c.

¶ In contrarium facit, quia poſtquam nullitas dicti laudi deducta eſt connexe in libello ſemel cum cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, idem iudicandum eſt de ipſa nullitate & ſentẽtia lata ſuper ipſa nullitate, quemadmodũ de ſentẽtia lata ſup ipſa æquitate vel iniquitate ipſius laudi. ſimile videmus iudicari in cauſa appellationis, vbi nullitas connexe deducta in appellatione regulatur ſm naturam ipſius appellationis. l. quædã mulier. ff famil. erciſ. l. Cornelia pia. ff. de iure patro. q̃d no. per Barto. in l. ſi expreſſum. ff. de appe. & per glo. in l. 1. C. quando app. non eſt ne. Cùm igitur a ſentẽtia lata ſuper reductione ad arbitrium boni viri, & à ſententia lata ſuper æquitatate vel iniquitate dicti laudi non poſſit appellari per iura infra proxime alleg per conſequens non poſſit appellari a ſententia lata ſuper nullitate ſimul & connexa intentata. Item quia cauſa nullitatis prædictæ incidenter, & non per ſe fuit intentata &c.

2 ¶ † Tertiò quæritur nunquid a ſententia, qua moderatur laudum, poſſit appellari, veritas eſt ꝙ non, quia ad iudicem in dicta cauſa non itur tanquam ad iudicẽ, ſed tanquam ad bonum virum, & ab eius ſententia nõ appellatur, ut not. Inno. in c. præſenti. extra de reſcrip. ſunt & aliæ rationes infinitæ, prout apparet in conſilio veſtro. In nomine ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. de cuius ore omne rectum prodijt iudicium Amen. dubitatur an ratione loci ſententia poſſit in caſu noſtro dici nulla. Reſpondeo, ꝙ nõ quia in compromiſ. ille locus, de quo intelligitur actũ, vt l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. ff de arbi. ſecundum Guil. quamquã omnes ſequuntur ibidem dicit de illo intelligitur actum, de quo expreſſum eſt dictum vel tacitum ex veriſimilibus coniecturis eſt actum. & pro hoc inducit ff. de iudi. l. hæres abſens. §. 1. & maxime in 4. reſponſo. & l. ſed & ſi ſuſceperit §. ſi libertus, ſic & alias loquendo magis generaliter voluntas ex coniecturis æſtimatur, vt not. in l. voluntas. C. de fideicom. & ibi multa excpla in ll. ibi allegatis reperiũtur, vbi autem nec ex verbis, nec ex coniecturis veriſimilibus appareat, tunc dicu ipſe locum vbi compromiſſum eſt, cõtineri. vt in eo. §. ſi arbitri. verſi. quid ergo. Modo ad propoſitum compromiſſum factum eſt Vincen. in Bartholomæum verme habitantem capitaneũ que Citadellæ, & de cõſilio Veronæ. quis igitur ſani capitis dicit, quod actum fuerit tacite, ꝙ Bartholomæus deberet venire Vincen. & relinquere Citadellam ſibi commiſſam, an dicet tacite actum quia partes ſciẽter in eum compromittentes debet ire Veronam, certe q liber dicet hoc ſecundum hæc, vt ueriſimilius, & non præuiũ & non veriſimile nec honeſtũ, & ita teneo &c.

¶ Super alio dubio, an poſſit appellari a ſententia, qua pronunciatur non reducendum ad arbitrium boni viri, alias conſului quod non. Et ita diſputauit doctor antiquus do. Ruſtiganus & idem Io. And. & rationes in conſilio nobis tranſmiſſi, vnde non repeto, illud ſufficiat.

¶ Super alio, quia dicit ſententiam nullam, & ſi qua eſt, dicit iniquam & appellat, an ſi non poteſt appellare, poſſit dicere ſententiam nullam? Reſpondeo, ꝙ in appellatione eſt nullitatis cauſa, vt l. quædam mulier. ff. famil. erci. & l. Cornelia ff. de iure pa. ex quo infertur quod ſi non poteſt appellari, nec poteſt dicere ſententiam nullam, nec cauſam nullitatis inhærentem proſequi poteſt. Modo ad propoſitum, cùm in eodem libello dicat nullam, & ſi qua eſt appellat, cauſam nullitatis deduxit cõnexe. & eo modo quo inerat, q̃a expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur, vt l. non recte. C. de fideiuſ. & ideo non videtur audiri debere & ſuper nullitate, ſicut nec ſuper iniquitate, ſecus forſan ſi de per ſe ſolùm indixiſſet nullam, & ita aliquando vidi practicatum.

¶ Super alio an poſſit dici nulla propter limitationẽ, quã fecit in certis caſibus, in fauorem vtriuſque. neſcio quid dicere debeat, qui limitationes illas ignorat. Solũ dico, ꝙ iudex cauſæ appellationis poteſt primam ſentẽtiam reformare in melius, ut l. Titianus. ff. quod cũ eo. ſic & iudex coram quo laudata ſunt petita reduci ad arbitrium boni viri, quia loco arbitratoris ſuccedit, bene poteſt, quia prius potuit, ut in conſilio alio per me miſſo ex dictis Ioan. And. tracto.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Curator an poſſit dari bonis vel liti quando debitor eſt abſens, & an ſint citandi amici aut propinqui & an ſine cauſæ cognitione debeat dari talis curator.

SVMMARIVM.

1 *Quando ſit curator dandus bonis.*
2 *Curator bonorum dari poteſt cum inquiſitione & quandoq; ſine.*
3 *Curator bonis dari non dicitur, niſi in caſibus in iure expreſſis.*

CONSILIVM CXIII.

NICOLAVS De quinto timens cõfinari extra ciuitatem Veronæ propter nouitatem Veronæ incurſam, ibi reduxit ſe extra territorium Veronæ ad locum remedi diſtantis a ciuitate Veron. per ſpacium 240. millia paſſuum, & ipſo ſic abſente eius vxor prætendens & allegans vitũ ſuum vergere ad inopiam & eſſe in caſu dotis repetendæ per procuratorem comparuit coram domino dicens & allegans, dictum Nicolaum ad eius domum habitationis requiri & eũ proclamari feciſſe in omnibus locis conſuetis, quod deberet comparere corã domino iudice ad accipiendũ libellum productum contra ipſum occaſione quæſtionis, quam prædicta ex cauſa mouere intendit contra ipſum. alioquin dictus dominus Vicarius dictæ litis ipſo nõ comparente curatorem daret, & cum dictus Nicolaus omnium præm. iſtorum eſſet inſcius & ignarus nec per ſe nec per procuratorem comparuit, & ſic dominus Vicarius liti prædictæ curatorem dedit, contra quem curatorem lata fuit ſententia inſcio & minime citato dicto Nicolao, Quæritur nunquid huiuſmodi ſententia teneat & de iure valcat, & vtrum ſit exequenda contra virum an non. Verba Dy. in l. curator. ff. de cur. furio. ſic dicũt. Caueatis vobis, quia iam vidi retractari plures ſentẽtias interlocutorias, ut aliquis citatur & non comparcat aduerſarius mittitur in poſſeſſionem bonorum eius ex primo decreto, poſtea adhuc il-
1 lo contumace exiſtente quæritur qualiter debeat fieri venditio bonorum eius, & quidam dicunt quod debet dari curator bonorum, per quem fiet venditio, ſed ma-
2 le dicunt. † Nam eſt regula quod bonis præſentis defenſioni ſufficientis licèt non compareat non datur curator niſi bonis ceſſerit. nam cùm ceſſit bonis, quæ bona tunc incipiunt vacare bene poteſt dari curator, & ita loquitur ti. de cur bo. dan. & principaliter. l. 2. & not. in l. fi. & facit in eodem titu. l. cuius. ſed fieri debet venditio per iudicem vel creditores iudicis auctoritate, &

hic eſt

hic eſt caſus in eodem ti; l. cuius bonis. Sed fallit prædi
cta regula in caſu huius l. quia propter dignitatem ſe-
natoris ſubſtinetur curator bonis eius præſentis, & vt
honeſtius fiat venditio. & no. quod dictũ Dy. loquitur
quando datur curator bonis præſentis, ſed ſi datur cu-
rator bonis abſentis aut latitat. & non datur curator,
quia non oportet, ſed peruenietur ad ſecundum decre
tum in eius contumaciam, vt l. fulcinius. §. 1. ff. ex qui.
cau in poſ. ea. Aut non latitat, ſed abeſt ex iuſta cauſa
neceſſaria vel probabili, vel ſaltem nõ fraudationis cã,
& tunc datur curator bonorum diſtrahendorum bo-
norum gratia, vel ſaltem cõcedendorum, prout abſen
ti magis viderit expedire, ut in l. 1. §. 1. ff. de cura. bo. dã.
& in l. 2. in prin. in eod. tit. Ex quo primo duo collige.
Primo poſſe peti dari curatorem abſenti, in quem de-
tur actio concor. l. idem priuilegium. 2. reſponſo. & l. j.
de mu. & honor. & quod not. extra de iura calu. c. cæ-
terum. Secundo quod quando debitum eſt liquidum
datur curator bonis diſtrahendis vt ibi patet, & l. cuius
bonis, de cur. furi. datur etiam curator vbi debitũ nõ
eſt liquidum, ſed liquidandum, ita quod oportet fera-
tur diffinitiua. & non eſt cum quo fiat litis conteſtatio,
nec eſt qui iuret calumnia, & ſic ad diffinitiuam non
poteſt perueniri aliter quia abſens eſt indefenſus. hoc
autem debet conſtare per citationem amicorũ & con
iunctorum, vt no. in l. 2. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & ff. iu-
di. ſol l. 2. §. pe. & ex qui. cau. ma. l. ergo. nam donec cõ
ſtet abſentem non defendi, non debet dari curator bo.
norum, ergo de hoc debet conſtare iudici, vt ff. ex qui.
cauſ. in poſ. ea. l. hæc autem. §. fi. Curator ergo, qui da-
tur bonis, videtur ſemper datus ex inquiſitione. ar. ff. de
cur. fur. l. obſeruari. Sed contra hoc facit tex. eodem. ti
2 tu. l. bonorum. vbi dicitur † quod quando datur cura
tor bonorum cum inquiſitione, quandoque ſine, nec
eſt aliquis tex. qui dicat in iſta datione, quod citentur p
pinqui vel amici, & ideo cum hæc ſolẽnitas non ſit a iu
re introducta, non debet plus requiri, quã requirat lex,
ſed certe immo videtur quando datur curator bono-
rum detur ex inquiſitione, vt ff. de ven. in poſ. mit. l. 1.
§. iccirco. ſed ibi non dixit de inquiſitione alia, quam
idoneitatis perſonæ, nec exprimit de aliqua citatione
propinquorum vel amicorum. Bart. dicit quod debẽt
de neceſſitate citari extra. de do. & cõtu. c. cauſam quæ
maxime quia proceditur ad extraordinarium reme-
dium, quia non eſt de natura cauſarum talis curatoris
datio. ad hoc facit quod not. Spe. in ti. de citatione. §. ſe
quitur videre. ver. ſed nunquid ſufficit denunciate do-
mi. vñ nõ ſolũ iſta opinio eſt tutior, ſed verior. facit qđ
no. Bar. in l. hæc autem. §. non debet defendere. ex qui.
cau. in poſ. ea. Alij vt Viñ. dicunt quod non poteſt dari
curator bonis niſi dominus de facili non poſſit adiri,
vel neſciatur vbi ipſe ſit, vt ipſe not. in d. c. cæterũ. Sed
vt ibi patet, loquitur in alio caſu non ita indiſtincte, lo-
quitur enim quando procurator erat in cauſa, ſed ad
iurandum non habebat mandatum. Nam tunc cura-
tor datur bonis ad certum articulum explicandum vt
hic dicit vinc. quod tunc eſt verum quando dominus
de facili non poteſt adiri, vel neſcitur vbi ipſe ſit, tunc
enim eſſet iniungendum procuratori quod ex princi
domini mitteret ad eum. vt no. in l. 2. ff. ex qui. cau. in
poſ ea. per Accur.

¶ Conſidera nunquid ob quamlibet abſentiam da-
bitur curator liti, tex. ſic loquitur quod illis detur, qui
de facili procuratorem conſtituere non poſſunt. Nam
cũ huic competat via ordinaria & facilis, ceſſat extra 1
ordinaria & ſubſidiaria curatoris dandi. vt l. ab hoſti-
bus. in prin. ff ex quib. cau. ma. & ff. de poſthu. l. itẽ q bus.
& l qui negocijs. item alia l. videtur ponderare. verſic.
diu. ar. cuius. l. videtur dicendum quod in alio caſu de
tur curator. ſ. quamdiu debitor abſuit. ar. l. ſi diu. ff. ex
qui. cau. in poſ ea non. n. repente nec ex abrupto dandi
ſunt huiuſmodi curatores, quia de facili poſſet cum eis
3 colludi, & ideo regula datur † quod curator bonis nõ
traditur niſi in caſib' expreſſis in iure. Bar. in d. l. ab ho
ſtibus, ſic ait not. quod bonis abſentium curator con-
ſtituitur. ad hoc ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. in poſ. §. fin. &
expreſſe no. C. de cap. & poſtli. reuerſ. l. cum cognatis.
Ego conſidero rationem eorum, quæ dicit d. Cy. nam
licẽt ipſe loquatur in præſente non comparente tum p
ſe vel idoneum procuratorem, tamẽ idem videtur mi-
hi in eo, qui quaſi præſens eſt, id eſt parum diſtat & de
facili poteſt ei denunciari. ar. ff. de dam. infec. l. 4. §. ſi tã
Vicinum. Et ſi dicatur quomodo peruenitur ad diffi-
nitiuam, Reſpondeo etiam ſi debitor eſſet patris, non
cogeretur litem conteſtari not. C. quomodo & quan-
do iudex l. conſentaneum. & ac. acqui. ſemel per gloſſ.
& doc. per Iac. de Are. l. 1. §. denunciari. ff. de ven. inſpi.
niſi talis eſſet cauſa, in qua alias non eſſet proditum iu
ris remedium tacit. ff. ſi quis cau. l. ſi cum. §. fi. & hæc ve
ra ſunt præſertim ſi in datione tutoris fuerit obreptũ
prætori in facti cauſa. vt ff. de tu. & cu. da. ab his. l. tutor
ſi petitus. vel in proceſſu facto, cum tutori fuiſſet aliqd
concluſum. Nam tunc abſenti daretur ſolum reſtitu-
tio in integ. vt no. ff de pri. cre. l. impuberes. & C. de re
ſti. mil. l. ignorare. & de dam. infec. l. ſi finita §. ſi forte.
& ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. ad cognitionem. vlt. reſpõ-
ſo. & vlt. glo. Et licẽt verum ſit, quod cauſa dotis ſit fa-
uorabilis & poſſit in ea breuiter & expedite procedi,
vt not. in l. j. ff. ſol. mat. tamen nihilominus debent ſo-
lemnia iudiciorum ſeruari & dos liquidari. C. de ſen.
quæ ſine cer. quan l. fi. vbi tex. notabilis, per hoc tamẽ
dico nullum præiudicium fieri doti originali nec do-
nationi, immo remanent in ſuis viribus primitiuis cũ
dotes mulieribus conſeruari omnia iura proclamant,
vt d. l. j ff. ſo. ma. & extra de pig. c. ex literis. & C. qui po.
in pig. ha. l. aſſiduus. & C. de iure do. l. vbi adhuc. & in l.
rebus. ff. ſoluto matrimonio. l. ſi conſtante.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Curator bonis an & quando poſſit dari, ſi debitor latitat vel eſt ab
ſens, & an vtilius ſit curatorem habere. cum quo litigium fiat,
vel pati miſſionem ex primo aut ſecundo decreto.*
2 *Agenti contra abſentem qualiter ſit a iure prouiſum.*
3 *Contumacibus, ne ex ſua contumacia glorientur, ſeueros eſſe iudi-
ces iura decernunt.*

CONSILIVM CXIIII.

MVLIER Quædam allegans virum ſuum
vergere ad inopiam, & conſequenter ſe ſo
re in caſu dotis petendæ, quoniam mari-
tus eſt a ciuitate abſens, licẽt in eadem
exiſtat prouincia, petit liti per eam inſti-
tuendam contra virum dicta ex cauſa curatorem con
ſtitui a iudi. aſſerens in eius poteſtate requiri feciſſe di-
ctum eius maritum ad domum habitationis ſolitæ ac
in locis conſuetis proclamari, ut compareat ſuæ peti-
tioni dotis iudi. ante oblatæ reſponſurus, narrans etiã
alia vice vt præmittitur proclamari & citari feciſſe cũ
comminatione, quod alioquin daretur curator liti, li-
cẽt hæc geſta non conſtẽt ex actis, cuius requiſitioni iu-
dex annuens dat curatorem liti mouendæ, contra quẽ
curatorem lis inſtituitur & finaliter cõdemnatur in-
ſcio & minime citato marito, quæritur vtrum ſenten-
tia huiuſmodi valida exiſtat & exequenda &c.

1 ¶ † Videtur concludendum pro ſententia. Nam quia
hodie quælibet ciuitas de per ſe habet merum impe-
rium, ideo a ciuitate abſens deeſt, quãuis in eadem de-
gat prouincia, tamen abſentis loco habetur, vt legitur
& not. C. de præſcrip. lon. temporis. l. cum in longe. ſed
bonis abſentibus datur curator vel litium adminiſtra
tor, vt legitur & not glo. de eo qui eſt vltra mare. ff ex
quib. cau. maio. l. ab hoſtibus. in princip. & legitur in
omni abſente generaliter per gl. l. 3. C. de cap. & poſtli.
re. ar. etiam in l. 1. §. ſed & in bonis. & ff. de mu. & hon.
& innuit

& innuit glo. in rub ff.de cu.bo.dan.cum inquit gene-
raliter.in fi.vel dicabſentium.& abſentia Spe.in ti.de-
cur. formans inſtrumentum curæ tali decernendæ de
bitori abſenti & indefenſo ad poſtulationem credito-
ris vt ab eo curetur defendatur abſens debitor credito
ribus contra eum agentibus,legitimam ergo habet de
fenſionem,ſicut & in ſimili patet quia furioſus loco ab
ſentis habetur,curator conſtituitur liti contra eum in-
ſtituẽdæ,& per ipſum curatorem defenditur ff. ex qui.
cau.ī poſ.ea.l.fulcinius.§.adeo.& etiam capto ab hoſti-
bus cum quodam modo abſens habeatur,vt d.l. ab ho
ſtibus.in prin.& ff.ex qui.cau in poſ.ea.l.in poſ. in fi. &
ff.de mu & hon.l.j in fi.& C.de cap. l.3.cũ ſi. ſed & ar.
quia cum debitor ſoluere recuſat,qui bonis cedit. §. a
bonis abſens ſibi datur curator.vt ff.de cura bon. dan.
l.fi.ſimile quia hæreditati quaſi loco obſentis cum hæ-
res non vult adire datur.vt ff.eo.tit.l.1.& ff de hære. in-
ſtit.l.ſi quis inſtituatur,ergo velut iudicatum cum le-
gitimo defenſore domino nocere videtur. ſane exiſti-
mo curatorem huiuſmodi liti,vt proponitur,ad defen
dendum abſentem conſtitutum iure non concedente
datum, & conſequenter ſententiam abſenti non obeſ
ſe,immo contra abſentem primo peremptorie citatũ
ſi non defenderetur,proncedendum erat ſummatim
diſcuſſo negocio ad miſſionẽ in poſſeſſionem ex pri-
mo decreto,nullo regulariter curatore dato à iudice,℘
quem defenderetur.puta conteſtando litem & in iudi-
cio perſeuerando vſque ad ſententiam diffinitiuam. vt
ff.ex qui.cau. in poſ. ea.l.prætor ait. & l. hoc autem.in
prin.& legitur in gl.de dam.infec.l.ſi finita. §. ſi plures.
Fallit in furioſo, prodigo & ſimilibus,qui propter acci-
dentale vicium ſub aliorum cura conſtituuntur. vt d.
l.fulcinius.§.adeo. Alioquin ſi quocunque reo abſente
curator dandus eſſet, contra quem ordinarie agere-
1 tur, nunquam eius bona poſſent ex primo decreto cã
pi, nec propter abſentiam litis conteſtatio & euentus
diffinitiuę impedite, quod ſentire abſurdiſſimum eſ-
ſet, vt legitur in gl.C.quomodo & quã. iudex.l.conten
taneum.& C.de iud.l.properandum.§.ſin autem reus.
& C.de bo. auth.iud.poſ.l.cũ proponas.ff ex quib.cau.
2 in poſ. ea.quaſi per totum. Etenim † actori contra ab-
ſentem competenter eſt prouiſum ſine curatoris da-
tione ſi non defenditur, quoniam primo decreto fit in
poſ.miſſio, & ſi adhuc abſentia perſeueret fraudis cau
ſa, bona diſtrahuntur, aut creditori in ſolidum dantur
ex ſecundo decreto.vt ff ex qui cau.in poſ. ea.l.itẽ ait p̄
tor.§.fi. & d.l.fulcinius.§.fi cum ſi. Fallit in perſona illu
ſtri Nam ſi fraudis cauſa defendi etiam præſens, quan
do debitũ eſt liquidum,contra eum non interponitur
ſecundum decretum, immo curator generalis datur
ſuis bonis diſtrahendis cauſa ſoluendi debiti,alias autẽ
minime ſe defendẽtibus immo latitantibus, vt noſtro
contigiſſet ſi contra abſentem legitime proceſſum fuiſ
ſet,præciſe iudicis officium conſiſtit circa interpoſitio
nem ſecundi decreti,& non debet dari curator,vt hęc
omnia clare in tex. & glo. colliguntur. ff. de cur. fur. l.
curator.& not.quia ibi loquitur de curatore illuſtri da
to ad defendendum cauſam motam.immo quia debi
tum liquidũ aliàs eſt de dando generaliter bonis vẽdẽ-
dis ad ſoluendum creditori,ſi ergo talis curator nõ po
teſt dari quàm illuſtri vt ibi, multominus dabitur ſpe-
cialis ad defendendũ eum, cũ qui ſe non vult defende-
re,ſibi imputandum eſt de damno,quod ſentit ſua cõ-
tumacia. ex quo habilis eſt de per ſe in iudicio ſuam de
fenſionem ſubire ſecundum regulam vulgo traditam.
Hinc eſt quod ſi non latitat actu vel habitu, vt quia ab
hoſtibus captus,vel quia vltra mare exiſtens,qui etiam
citatus perſonaliter latitare non poteſt, ſeu debitor de
functus qui non poteſt latitare. Hi enim quia ſuæ de-
fenſioni non ſunt habiles non patiuntur ſecundum de
cretum,immo eorum potius fauore quàm creditoris
dandus eſt a iudice curator generalis bonis, cõtra quẽ
ordinarie agetur,vt d.l.ab hoſtibus. & not.Bar.in d.l.ſi
finita.§.iul.& ff.de cur.bo.dan.l.j.Pone ſi iure foret di-
ſpoſitum abſenti voluntarie,qui latitare poteſt,curato
rem a iudice ſtatuẽdum, contra quem eſſet ordinarie
agendum. faueretur contumacibus, & non puniren-
tur in aliquo contumaces,creditoribus nullo modo ꝓ
deſſet,immo obeſſet,quibus expeditior via primi,& ſe
cundi decreti competit,quod nemo ſanæ mentis dice-
3 re poteſt.immo † contumacibus ne ex ſua glorientur
contumacia,ſeueros nos eſſe oportet. Eligant ergo cre
ditores viam primi & ſecundi decreti approbatam, q.
nimmo & eis vtiliorem. alioquin fruſtra agunt cũ nõ
iuſto defenſore,vt ff.de collu. dete.l.cũ non iuſto Præ-
terea quod reo abſente & latitante non ſit dandus cu
rator.& nedum liti defendendæ, ſed nec generalis.per
quem quando liquidum eſt debitum bona diſtrahan-
tur]& debitum ſoluatur,legitur & habetur ad literã,
de cur. bo.dan.l.1.in gl.3.ibi ſed an hoc caſu.imo præ-
ciſe decurrendum eſt per iudicem & eius executorem
vbi peremptorie citatus contumaciter abeſt dumta-
taxat ad primũ & ſecundum decretum, ut C. de bon.
auth. iudi.poſ.l.fi. & d.l. fulcinius.§.t. & ſubdit gl. præ-
ſertim vnam rationem, quia eo caſu quia certum ha-
bent bona dominum, quia ſui defenſionem ſuſcipere
poteſt. Ridiculoſum ergo foret ſibi de alio proſpicere
defenſore, & illud ibi approbatur per omnes,adeo qđ
Bar.ibi & in l.3.dicit quod licèt abſenti,qui caſu & nõ
culpa abeſt, & ſic non poteſt latitare vt foret ab hoſti-
bus captus ſui fauore detur curator, contra quem or-
dinarie agitur,ſecus tamen contra eum, qui ſponte a-
beſt & latitare poteſt.eius enim odio ſibi curator non
datur,immo ad primum & ſecundum decretum pro
cedendum eſt,peremptorie tamen prius citato taliter
eo,quod ad notitiam eius peruenerit, ergo &c. Præte-
rea certi ſunt caſus, quibus ſingulari iure officium cu
ratoris conceditur, vt prædictum eſt, gl.no.in rubr. de
cura bo.dan.Reliquis ergo caſibus contra eſt ius com
mune,cum omnis poteſtas dependet mandato homi
nis aut legis, & oportet docere de mandato.vt ff.de ar
bi.l. nõ diſtinguemus.§. de officioſo. Solent ergo qui
allegãt talem curatorem legitimã abſentis habere de-
fenſionem, quia non habent legem cuius auctoritate
iudex hanc poteſtatem tribuat. Si quis vero oppone-
ret talem abſentem nõ potuiſſe conſtituere in locum
cauſa latitationis & abſentiæ fraudulofæ, cum abſen-
tia eius contigerit ante litem motam, & conſequen-
ter perſonaliter extra territorium ius dicentis minime
citati potuit.vt cle. paſtoralis.de re iudi. nec per aliam
citationem domi fiendam diceretur latitare.vt legitur
& habetur per Inno. extra.de eo qui mit.in poſ. cauſa
rei ſeruan.c.vlt.& d.l.fulcinus.§. quid ſit latitare. Ideo
curatorem,contra quem ordinarie ageretur, conſti-
tui poſſe, facile huic obiectioni eſt reſponſum, quia vt
inquit Bar.ff.de requi. reis.l.1.cum eundem principem
recognoſcebat locus iudicij,& vbi citandus aderat.po
terat perſonaliter extra territorium abſens citari, vt
C.de epi.& cle.l.omnes.§.ſi vero apparitor.ſecus vbi di
uerſos principes recognoſcebat,vt d.c.paſtoralis. cum
concor. huiuſmodi,quam Bar. recitauit vbi ſupra nõ
habet poteſtatis diuerſitatis rationem,Ideo verius dici
poteſt,quod citatio extra territorium non afficit perſo
nam citati.Ideo pœna perſonalis ſeu condemnatio ex
tra territorium exiſtenti citato non eſt irroganda,vt c.
paſtoralis. ſed tribuit iudici liberum arbitrium proce-
dendi ad primum & ſecundum decretum contra ab-
ſentem tanquam contra contumacem in bonis con-
ſtitutis extra territorium iudicis.ar.in d.§. ſi vero appa
ritor. & extra de fo.compe. c. Romana. §. contrahen-
tes.lib 6.Quinimmo licèt curator dari potuiſſet liti de
fendendæ,non apparet de ſolẽnitate requiſita. nec aſ-
ſertioni partis eſt credendum,vt in vulgaribus.& ꝙ de
terius eſt,non apparet libellum curatori intimatum,
& ab eo litem conteſtatam eſſe. Conſtat autem quod
quamuis ſit cauſa dotis, incidat in quæſtionem matri-
monii,cùm in matrimoniali quæſtione ꝓcedatur ſum
marie,de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij. Ideo nec

in eiu

in eius incidenti liseſt conteſtanda, vt de iud. cle. diſpẽdioſam. vbi de dote agitur, de per ſe litis conteſtatio exigitur, vt ff. ſol. mat. l. ſi mulier. & l. ſi cũ dotem. §. eodem autem tempore. quãquã, quia dotis cauſa ſemper præcipua eſt, arbitrio iudicis dilationes abbreuiandæ ſunt, vt ff. ſol. mat. l. j ſecundum Rog. proculdubio igitur ſententia huiuſmodi nullius fuit momenti.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Graſſia appellatione quid contineatur, & quid annona, & an appellatione venalium veniant merces, vel econtra.*

C O N S I L I V M   C X V.

1 ISTVD nomen Graſſia † non memini me in iure legiſſe, ſed potius eſt vocabulũ ab vſu loquendi introductũ. ſicut in ſimili de verbo pondere. ff. de aur. & arg. lega. l. ſi ita. in fi. per Bar. de reb. dub. l. t. in fi. per eundem. ¶ Quærentibus ergo ſignificatum eius, & quæ ſub dicto vocabulo continentur, ſi aliter de iure non apparet, recurrendum eſt ad illa vocabula iuris, q̃bus iſtud magis aſſimilatur, ſicut in contractibus innominatis dicimus. ff. commo. l. cum qui. §. 1. depo. l. 1. §. ſi quis ſeruum de præſcrip. ver. l. naturalis. §. 1. & l. ſi gratuitam. § 1. In iure vero reperio hæc vocabula, quibus adaptatur, ſcilicet fruges. Item annona. Item venalia. De primo habetur in l. frugem. ff. de ver. ſig. dicitur q̃d appellatione frugum continentur fructus terræ & frumentum, legumina. & vinum, & ligna. de ſecundo patet etiam de erroga. mili anno. l. 1. lib. 12. vbi dicitur ꝙ continetur panis, vinum, acetum lardum, carnes, & in l. 2. vbi dicitur quod continentur palea. & in l. prouinciarum. vbi dicitur fœnum. & in l. ſeptem diebus. vbi habetur in glo. quod continentur ligna. videntur etiam contineri omnia vſualia, quæ ad pondus vel ad ſtateram, menſuram venduntur ff. de extraor. cri. l. annonas. §. fi. & huic vocabulo magis adaptatur graſſia; q̃ alicui quod reperiam. Nam ſicut hodie videmus deputari officiales contra defraudantes Graſſiam aut vinis curam vel non ad iuſtum pondus vendentes. ita & olim fiebat contra fraudantes annonam, vt d. l. annona. & ff. ad l. iul. de anno. per totũ. & de offi. præ. vr. l. 1. §. cura carnis. C. de epi. audi. l. j. de tertio vocabulo patet in l. fi. §. item epiſcopi. ff. de mu. & hone. ſunt enim illa quæ populis quotidianum victũ vſui iniungunt. vnde vt largius loquar puto illa potius dici venalia proprie, q̃ in communi foro vt plurimum tenentur. vt ſunt redditus & fructus neceſſarij ad vſum. in quibus non eſt aliqud artificij admixtum. vnde coria, ſumen, lana, & ſimilia continentur, calciamenta vero & panni linei; quibus eſt artificium admixtum, potius appellatione mercium puto cõtineri, quàm venalium ſimplicium; quamuis enim & talia vendantur. etiam panni linei, tamen propter artificiũ aſſumunt ſibi aliud ſpeciale nomen. vnde debent differre ab illis, quibus non eſt admixtum artificium, quæ remanent ſub generali nomine venalium argumen. ff. de mili. teſt. l. 1. Poteſt etiam dici quod interdum vnum vocabulum ponitur pro altero, videlicet ꝙ appellatione mercium contineantur & venalia, quibus artificium non ſit admixtum, vt coria, linum, & ſimilia. ſecundum cõſuetudinem patriæ. ar. ff. de ac. emp. l. veteres. de vſufru. leg. l. generali. §. vxori, tamen proprie loquendo videretur diſtinctio fienda. Dico ergo, ꝙ quantum ad propoſitum, ꝙ eum hoc vocabulum, graſſia, ſit latiſſimum, comprehendit omnia, quæ appellatione frugũ, ſeu annonæ. ſeu venalium continentur. & per conſequens illa, de quibus quæritur. ſcilicet ligna, paleæ, fœnum per leges ſupra allegatas, In quibus videtur hæc quæſtio determinari, ꝓ quo facit etiã conſuetudo ſtantium ad portas, quia vt mihi aſſeritur talia ponunt & diſtribuunt loco graſſiæ, quã conſuetudinẽ populus ſcit & tolerat, & ſic inducit cõmunem vſum loquendi, ſecundum quem dictum vocabulum debet intelligi. tum quia a communi vſu eſt inductum vt dixi. ergo &c. arg. ff. de præto. ſtip. l. in prætorijs. de ver. ob. l. in conuentionibus. tum quia reformatio de qua in puncto hoc dicit expreſſe, ergo &c. l. 1. §. ſi is qui. ff. de exerci. tum quia etſi non diceret, tamen de iure eſt quod in exaudientis ſermonibus, & verbis legum potentiſſimus eſt vſus loquendi. ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen caſſius.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

A R G V M E N T V M.

¶ Alienatione prohita in contractu an transferatur dominium ſi facta fuerit, & an ſit differentia an in rẽ aut in perſonam ſint concepta verba prohibitionis, & & an talis prohibitio transferatur ad hæredem, & an legata etiam ad pias cauſas debeantur, ſi voluntas teſtantis ſit imperfecta.

S V M M A R I V M.

1 *Quãdo prohibitio de alienãdo extra lineã ſimpliciter facta fuerit.*
2 *Compromiſſum de iure & de facto eſt veluti quadam transactio implenda ſeu declaranda per laudum arbitratoris.*
3 *Generalis prohibitio an & quo caſu differat à ſpeciali.*
4 *Libertas eſt in teſtamento factionibus ſumma fauorabilis.*
5 *Teſtari de alienis bonis an quis poſſit.*

C O N S I L I V M   C X V I.

IOANNES Quondam de Rapondis dũ in humanis viueret ex vna parte. & Philippus de Rapondis ſuo proprio nomine & nomine procuratorio eius fratris Iacobi de Rapondis ex alia parte ob litem quandam quaſi inter eos antiquatam quærentes liti & controuerſiæ ſemel finem imponere de communi cõcordia ad compromiſſum deuenerunt Et arbitros. & arbitratores, amicabiles compoſitores, atque amicos communes elegerunt Raphaelem Spinolam, & Albertum villanum mercatores Brugis morantes, quibus arbitris &c. dicti Ioãnes & Philippus nominibus, vt ſupra dederunt plenam auctoritatem iudicandi, ſententiandi, & determinandi in quibuſcunque actionib⁹, litibus, querelis, petitionibus inter dictos Ioannẽ &c. vergentibus, aut quæ inter ipſos moueri poſſent: 2 promiſſeruntque dicti litigantes ſententiæ, arbitramento, ſeu laudo dictorum ſtare ſub pœna duarum millium librarum, cuius pars ſummæ non obtemperans &c. qui ſupradicti arbitri &c. ſententiarunt, & laudauerunt, vt ſequitur.

¶ Nos Albertus Villanus ciuis Brugẽſis, & Raphael Spinola ciuis Ianuen. mercatores Brugis commorantes arbitri, arbitratores, amicabiles compoſitores, amicique communes, vt ſupra in compromiſſo apparet vtſis auditis, & intellectis diuerſis petitionibus, & requiſitis factis per dominũ Ioannem de Rapondis, tam de hæreditate quondam domini Dyni de Rapondis, & quondam domini Bartholomæi de Rapondis tam pro lucris factis & habitis de mercantiis, & alijs rebus diuerſis, quàm etiam de multis alijs rebus viſis, auditis, & intellectis reſponſionibus, contradictionibus dicti Philippi nominibus, vt ſupra in compromiſſo de multis pecunijs diuerſis temporibus prædicto Ioanni ſolutis, viſis etiam replicationibus dictarum partiũ ſemel & pluries volentes ponere finem quæſtioni ac liti tam graui, & vt dictus Ioannes Philippus, & & Iacobus impoſterum ſimul in concordia viuant, habentes deum glorioſamq; eius genitricem præ oculis ſentẽtiamus, pronunciamus, dicimus, abſoluimus, condemnamus, compo-

componimus, & arbitramur vt infra &c:

¶ Primo condemnamus & cōdēnatos eſſe pronuntiamus, dictū Philippum & Iacobū nominibus, vt ſupra, ad ſoluēdum dicto Ioanni de hinc vſque ad primā diē Ianuarij ꝓximè futuri 500. coronas auri. & hinc ꝓ omni eo, qđ dicti Philippus & Iacobus vel vnus ipſorū vel alius ſeu alij habuerunt & receperunt vſque ad præſentē diem de pecunijs, mercibus, aut alijs rebus quibuſcunque ad dictum Ioānem pertinētibus, etiam de poſſeſſionibus aut aliis redditibus quibuſcūque. Item ſententiamus, quod dictus Ioānes dimittere poſſit in vltima ſua volūtate quibuſcūque perſonis ſibi libuerit poſſeſſiones ex matris parte ad eum pertinentes, Ita quòd dictæ poſſeſſiones extra lineam & nomē de Rapondis non perueniant. Et ſi dictus Ioannes vellet dictas poſſeſſiones ad eum ex parte matris pertinētes dictis Philippo & Iacobo & eorū hæredibus, & ſucceſſoribus dimittere, poſſit hoc caſu in ſua vltima volūtate de 500. coronis ad libitum diſponere vltra ſummam duarum milium coronarum, ad ſolutionem quarum dicti Philippus & Iacobus & eorum hæredes ſeu ſucceſſores obligabuntur cum effectu.

¶ Item ſententiamus quod omnia mobilia & immobilia mercimonia. & actiones. & nomina debitorum ad dictos Philippum & Iacobum & Ioannem pertinē t ia tam ex hæreditate Dyni & domini quōdam de Rapondis & omniū prædeceſſorū ſuorum, quàm ex aliena hæreditate & oēs redditus & fructus obuentiones, & poſſeſſiones, quas habent tā Lucæ, quàm Venetijs, Brugis, Pariſij & in diuerſis alijs locis erūt, pertinebūt & intelligantur pertinere ad dictos Philippum & Iacobum & ſuos hæredes & ſucceſſores, & non ad dictum Ioannem nec ſuos hæredes ſeu ſucceſſores.

¶ Item quod fructus, redditus, quos dicti Philippus & Iacobus habuerunt & receperunt habebunt & recipient ipſo Ioanne viuente ex poſſeſſionibus ad dictū Ioannem ex parte matris pertinentibus, debeant pertinere ad dictos Philippū & Iacobū & ſuos hæredes, ſeu ſucceſſores, ita qđ dict⁹ Ioānes nil īde petere poſſit.

¶ Itē ꝙ dictus Ioannes nec hæredes ſui, aut ſucceſſores, nec quicunque alter, cui iura ſua ceſſerit, non poſſint nec debeant imperpetuum petere, aut requirere a dictis Philippo & Iacobo nec hæredibus aut ſucceſſoribus ſuis quicquā ex vigore alicuius inſtrumenti teſtamenti, nec ex alia promiſſione, hæreditate, conuentione, cōcordia, lucro facto aut recepto ex mercimonijs, nec ex aliqua alia occaſione, quæ dici aut cogitari poſſet, nec econtra, licèt ſit quæque pars ab alia abſoluta exceptis his, quę in hac noſtra ſententia continentur, quibus non obſeruatis, pars non obſeruans &c.

¶ Circa prædicta quæritur cùm ita ſit, quod prædictus Ioannes vitam finiuerit teſtamento non condito, verum per laudū & per ſententiam compromiſſariam, quibus ſtare promiſit, videatur præiudicaſſe legitimis hæredibus ex parte matris & proximiori ſuæ ſorori legitimæ quantum ad poſſeſſiones ad eū pertinentes ex ea parte, de quibus ſupra cautum eſt, in caſu teſtamenti conditi.

¶ In propoſita quæſtione videtur concluſiue dicendum, non prohibitū per laudum prædictū dictas poſſeſſiones ad ſororem vtrinque coniunctam dicto Ioanni quomodolibet peruenire, cum manifeſtum ſit, ipſam ſororem eſſe intra lineam & nomen de Rapondis, vt C. de legi. hære. l. 12. tab. & videtur expreſſum C. de fideicom. l. voluntas. Sed ſupereſt dubitatio, an dicta ſoror poſſit dictas poſſeſſiones alienare inter viuos, vel vltima volutate in quoſcunque voluerit, etiam extra lineam & nomen de Rapondis, quod videtur, quia per laudum non fuit ipſa prohibita, nec prohiberi potuiſſet, cū non eſſet in compromiſſo comprehenſa. arg. ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. de officio. & §. quæſitū. & videtur expreſſum pene in ſimilibus terminis. ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. Rectius tamen exiſtimo ſi extra lineam & nomen de Rapondis ſoror alienauerit contra laudum factum videri compromiſſi pœnā cōmitti, quoniam verba prohibendæ alienationis dictarum poſſeſſionum extra lineā & nomen de Rapondis in rem, non in perſonā cōcepta ſunt, aiunt namq;, Ita ꝙ dictæ poſſeſſiones extra lineam & nomen de Rapondis non perueniant, nō etiam dicunt ꝙ dictus Ioannes non poſſit eas extra lineam & nomen de Rapondis relinquere vel alienare, Cùm itaque res ipſæ ſimpliciter prohibitæ ſunt alienari extra lineam & nomen de Rapondis, non poterunt ipſæ res per dictam ſororē ſaluo laudo alienari extra lineam & nomen de Rapōdis. ar. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. verſi. quod ſi talia. & l. peto. §. fratre. & per hoc apparet reſponſum ad §. quindecim. in l. pater. ff. de leg. 3. quia ibi
1 † prohibitio fuerat in perſonā. fuerat enim quiſque legatariorum vetitus ſuam partem alienare, non autem ſimpliciter erat res prohibita alienari extra familiam libertorum, ſicut fuit ff. de leg. l. cū pater. §. cum inter, & pari modo reſpondetur ad not. per glo. in prælleg. l. voluntas. Quod autem dicebatur, ipſam nec vetitam nec vetari potuiſſe per laudum, quod eam non tenebat, quia non promiſerat, reſpondetur, id verum eſſe, ſed contra laudum factum eſſe, ut pœna compromiſſi committatur cōtra ipſum Ioannem & hæredem eius, poſſitque peti, vt ar. ff. de uer. ob. l. ſtipulatio iſta §. at ſi quis. ſicque pœna tenebit ipſam ſororem tāquam hæredem Ioannis & ſororis hæredes, perinde namque eſt acſi ipſe Ioannes cū dictis Philippo & Iacobo conueniſſent, ꝙ poſſeſſiones prædictæ non peruenirēt extra familiā & nomen illorum de Rapondis, & ſi contra factum eſſet, hoc eſt ſi ipſę poſſeſſiones extra nomen de Rapondis perueniſſent, pœnam ſtipulantibus ſpopondiſſet, quo caſu etiam perſonæ extraneorum pœnæ ſtipulatione vtiliter clauderentur, hoc eſt, ut ipſis alienātibus extra nomen prædictum pœna contra Ioannē efficaciter committatur, vt colligitur ex prælle. l. ſtipulatio iſta. in princip. & §. vt ſi quis. & §. quæſitum eſt. in fi. quamquam & illud adijci poteſt illis verbis in rem ꝓlatis etiam hæredes ipſius Ioannis contineri, vt in prælle. l. ſtipulatio iſta. in prin. ibi obligatur etiam ne ſuus
2 hæres &c. Eſt enim cōpromiſſum † de iure & de facto velut trāſactio quædā implenda, ſeu declarāda per laudum arbitratoris, vt not. eleganter ſecundum Ioannē in Auth. vt diffe. iudi. §. j. & in auth. ſi vero cōtigerit. C. de iudi. & per Bart. ff. de tranſa. l. poſt rem. & de condi. inde. l. eleganter. §. ſi poſt. Illud quoque indubitatum eſt, promiſſionem facti negatiue conceptam contra ꝓmiſſoris hæredes tranſire, vt C. de contrahen. & com. ſtipu. l. pe. & ff. de ver. ob. l. ſed ſi c. la ij. & ibi no. per glo. & Bar. & de pac. l. qui in futurum. §. 1. Reliqua dubitatio eſt nunquid ſi dicta ſoror filios ſuos legitimos, qui non ſuam, ſed patris ſequentur familiā, vt Inſti. de pa po. §. j. vnde ſi dicta ſoror filios ſuos legitimos ſuos hæredes forſitan ab inteſtato reliquerit, dicatur laudo & compromiſſo contrauentum & pœna committatur, qđ non videtur per l. cū pater. §. cum inter. ff. de leg. 2. l. pater. §. cum Iulius agrippa. & ibi no. legitimū hæredem generali prohibitione non comprehendi. & per Barr. in l. filiusfa. §. diui. & d. §. cum inter. & de verb. ob. l. ſi ita quis §. ea l. & Dy. in d. §. Iulius agrippa. & gloſſ. ſenſiſſe videtur. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre.

¶ In oppoſitum videtur. ff. de leg 2. l. codicillis. §. matre. Nec eſt recta differentia, quæ fieri videtur, an quis ſpecialiter ſit prohibitus, quod in eū perueniat, ut tūc non poſſet etiam ſi ſit legitimus, vt d. §. matre, an vero generaliter & legitimus non excludatur, quod glo. not. in d. §. Iulius agrippa. & ſequitur Bar. & Dyn. vbi ſupra Hæc namque ſolutio, ſeu differentia eſt contra regulā
3 volentem † tantum operari generalem prohibitionē quo ad contenta ſub genere, quantū ſpecialem in ſpē, vt ff. de admi. tu. l. ſi duo. & C. de præſcrip. 30. vel 40 anno. l. omnes. & not. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis §. quæſitum. & de acqui. hære. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. licèt quidam caſus vt ſupra excipiantur, inter quos hūc

annumera

annumeratum non comperi, eſt interpretatio contra ſententiam diſponentis. qui voluit principaliter ſuæ familiæ ſuoq; nomini prouidere, non alienum factū cōpeſcere vel punire. Sed & ſecundo pro hac parte facit ff. de lega. 2. l. peto. §. prædium in fi. hæredē, qui non ſit de familia, non poſſe retinere rem prohibitam extra familiam alienari. nec diſtinguitur, foret hæres legitimus, necne illius de familia morientis. Tertio videtur hoc expreſſum in l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2. ſecundum ſenſum gloſſatoris. qui dicit filium libertæ iccirco partem matris retenturū, quia cenſetur de familia libertorum teſtatoris, non igitur quia legitimus matris hæres retinet, ſed quia de familia libertorum ꝑ rationem in gl. notatam. & licèt Bar. ibidem hūc intellectum glo. reprobet, tamen maior eſt glo. auctoritas, q̄ Barto. nec reprobationis ratio ſtringit. qm̄ magna erat dubitatio, An filius libertæ qui ſit ingenuus, libertorum familia comprehendatur. Sed nec leges in diuerſam partem allegatæ eam probant, non quidē l. cū pater. §. cū inter. quia immo probat contrariū ex ſententia glo. in qua reſidet. & ſic in hanc ſecundum partē eſt ſententia & auctoritas indubitata gloſantis Et pōt ex verbis illius §. cū iter, apprehēdi. Nā ſi ea fuiſſet mēs iuriſconſulti Papi. quam volunt Bar. & Bal. quare dixiſſet de filio libertæ, ſuffeciſſet vel debuiſſet dicere hæredem legitimum libertæ &c. Sed nec l. pater. §. Iulius agrippa, quia nec illa ꝓhibitio tanquam nuda præceptio nullius erat momenti, vt codē ti. l. lucius. in prin. & ita ibi finaliter glo. dicit non remanens in ſententia Ioan. quam prædixerat, & huius ſententiæ inuenio fuiſſe Petrum in d. §. Iulius agrippa Et cum hæc pars videatur magis rationi & ſententiæ diſpouentis ac textui legū, & verborum propriæ ſignificationi, & glo. auctoritati conſentanea, præeligenda videtur. & gl. ff. de leg. 2 l. peto. §. fratre. intelligenda eſt ſecundū leges, quas allegat, hoc eſt d. l. pater. §. quindecim. & §. fundum. vbi perſonalis & temporalis erat prohibitio, non ſicut in ſpecie propoſita in rem & perpetua, vel ibi dicit ſecundū Io. a quo recedit in d. §. Iulius.

¶ Illud porro dicendum, per id laudum non impediri ipſo iure dominii tranſlactionem earum rerum, cū eius auctoritas & poteſtas ex cōpromiſſo, & ſic ex contractu deſcendat. C. de condi ob. cau l. ea lege. & ꝑ Barto. in præalleg. l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. j., & de verb. oblig l. ſi ita quis. § ea lege. niſi forte, quia dicto compromiſſo inſerta eſt hypoteca bonorum, & conſequēter ipſarum poſſeſſionum ex pacto de non alienando impediatur ipſo iure dominii translatio per l. ſi creditor. §. fi ff. de diſtrac. pig. & per l. fi. C. de iure emphy. ſecundū doctrinam Bart. in d. l. filiusfa. §. cū. & d. l. ſi creditor. & de pac. l. nemo, quod eſt no. dignum.

¶ Propoſitum eſt præterea quod dicti arbitri in vno capitulo dicti laudi ſentētiarūt, ꝙ dictus Ioānes poſſit quando ſibi placuerit donare & dimittere per teſtamētum ſuum poſt eius mortem pro anima eius, cui ſeu q bus ſibi bonum videbitur & placebit coronas 2000. auri, ad quarum ſolutionē condemnarunt dictos Iacobū & Philippū, & eorum hæredes ſecūdū quod dictus Ioannes ordinauerit per ſuū teſtamentū ſine exceptione. Quòdq; dictus Ioannes cepit ſcribere ſua manu teſtamentum, & aliqua legata fecit pro anima, ſed nō cōpleuit nec inſtitutiones hæredum fecit, dubitatur nunquid ea legata debeant dicti Iacobus & Philippus ſoluere vigore dicti laudi. Secundo quid iuris de eo, quod ſupereſt vltra illa legata vſque ad quantitatem dictarū coronarum 2000.

¶ Ad primū videtur ꝙ non, quia non valet ratione imperfectæ voluntatis, & nullius ſunt momenti, vt ff. de teſtamen. l. ſi quis nam nec inter liberos tenet tale teſtamentum ſeu volūtas, vt no. in d. l. ſi quis & C. fa. erc. l. fi. licèt inter liberos teneat patris teſtamentum vel voluntas ſolennitate deficiens, vt d. l. fi. facit C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. Nec etiam ī liber-
4 tate † quæ eſt ſumme fauorabilis tale teſtamētum cæptum & non completum ratione voluntatis valet, vt no. Bar. in d. l. ſi quis. & ita in relictis ī pijs cauſis expreſſe tenet Ang. in d. l. ſi quis. Et hoc procedit ſi dictus Ioānes cępit teſtari, & cum certis legatis in pias cauſas factis alia diſponere & hæredes inſtituere morte præuentus non potuit. Cæterum ſi non probatur, ipſum Ioannem voluiſſe alia diſponere, intelligeretur ea voluntas perfecta & eſſe codicillus. & valerent legata tanquam ī codicillis facta, lꝫ alia extrinſeca ſolēnitate deficiant. vt not. C. de ſa. ſan. ecc. l. j. & extra de teſta. c. cum eſſes. & c. relatum. & no. ita per doc. in d. l. ſi quis. & d. l. fidelcomiſſa. §. 1. ff. de leg. 3.

¶ Quo ad ſecundū quæſitum videtur, ꝙ vltra dicta legata ſupereſt ex dictis coronis 2000. non deberi per dictos Iacobum & Philippum vel eorū hæredes vigore dicti laudi, cū dicti Philippus & Iacobus ꝯdemnati ſūt tantum in legata in pias cauſas ſoluenda. & ſecundum quod ordinauerit per ſuum teſtamentum Ioannes, q̄ verba conditionem faciunt, ſi dictus Ioannes donauit, vel per ſuum teſtamentū dimiſerit vel ordinauerit. ar. ff. de leg 1. l. ſtichum, qui meus erit. vbi probatur. Cùm autem conditio deſecerit in ea quantitate, quæ legatá donatave non eſt, deficit & condemnatio, vt C. de his quæ ſub modo. l. 2. & pari ratione dico idem in poſſeſſionibus pertinentibus dicto Ioāni pro legitima dote matris. aut quingentis coronis pro eis ſi eas donaſſet vel per teſtamentum dimiſiſſet dictis Philippo & Iacobo, non tamen eas neque donauerit neque per teſtamentum aut codicillos, qui in ſarga ſignificatione teſtamentum ſunt, vt in Inſti. de teſta in prin. dimiſerit, nec ordinauerit quaſi defecta conditione cōdemnationis nō tenētur dicti Philippus & Iacobus, qui nec ad eas ēt donatas aut legatas tenerent, niſi metu pœnæ cōpromiſſi, vt ff. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. An autē dicta ſoror ſuperſtes & præmortui filii, qui ſe ab inteſtato faciunt dicto Ioāni hæredes, poſſint hæreditatis nomine Ioannis petere a dictis Iacobo & Philippo, videtur ꝙ ſic. quia non clauduntur in illo generali capitulo laudi, quo cuncta bona mobilia & immobilia, & iura dictorum Philippi & Iacobi & Ioannis pronunciata, viſa & declarata ſunt ad ipſos Philippum, & Iacobum eorumque hæredes, & non ad dictum Ioannem vel eius hæredes pertinere ex conſenſu eorum, qui laudū approbarunt & emologarunt, quia ſpecies derogat generi, vt ff. de leg. 3. l. vxorem. §. feliciſſimo. & de reg. in. in toto & c. generi. in 6. Et quia illud capitulum generale loquitur de his, quæ ad ipſos tres Philippum. ſ. Iacobum & Ioannē ſpectant & pertinent, vndecunque, & vbicunque ſint, non de his, quæ ad vnū aliquē eorū ſpectarent & pertinerent tantum. Ipſæ vero poſſeſſiones, de quibus quæritur, pertinebant ad dictum Ioannem tantum pro legitima dote matris, non autem ad ipſos tres. Et tertia ratione, quia cùm arbitri permittant de illis poſſeſſionibus ad dictum Ionnē pertinentibus pro dote matris donare & teſtari, conſequenter ſenſerunt, ꝙ ad ipſum Ioannem dumtaxat pertinerent, & de il lo generali capite exciperentur, cùm de alienis rebus non poſſit quis donationem vel teſtamentum facere. vt C. de ſac. ſan ecc. auth. ingreſſi. & ff de iure codicil. l. conficiuntur. §. ſi poſt. Et quarto quia ſuperuacuo dixiſſet arbiter de fructibus ipſarum poſſeſſionū præceptis, percipiendis, ſi poſſeſſiones ipſę ad dictos Philippum & Iacobum ex ipſo generali capitulo pertinuiſſent.

¶ In oppoſitum facit, quia in fi. dicti c. generalis, excipitur ius, quod habebat dictus Ioānes ſolus cōtra Vgolinum debitorem ſuum, ex quo apparet quod in præcedentibus etiam ſenſerant de his, quæ ad ipſum Ioannem tantum pertinuiſſent, aliàs non fuiſſet bona exceptio, vt ff. de pe. le. l. nam quod liquide. §. fi. & quod no. per Dy. de reg. iu. in tub. in 6. Item ſimilitudo, quam fecerunt dicti arbitri de dictis quingentis coronis ad dictas coronas 2000. Nam de bonis quidem pertinentibus ad dictum Ioānem ex ſucceſſione patris & patrui, ſcilicet Dyni & alterius cuiuſcunque conceſſerunt teſtari

ſtari

ſtari vſque ad coronas 2000. quia forſitan tantum ſua portio valebat, & nihiloſminus ea omnia adiudicarunt dictis Philippo & Iacobo, ita ꝙ intelligenda ſunt ſenſiſſe de poſſeſſionibus ad eum ſpectantibus de dote matris. Et ſummatim hæc videtur fuiſſe intentio eorũ arbitrorum & partium emologantium non tollere quidem teſtamenti factionem de ſuis bonis tempore laudi, ſed ſi non donaret vel teſtaretur, voluerunt inteſtato ſucceſſoribus præiudicare. licèt enim pacto poſſet conferri ab inteſtato ſucceſſio, vt C. de pac. l. licèt. & de pac. con. tã ſup do. l. hæreditas res tamen ſingulæ etiã vniuerſali titulo contractus vel donationis poſſunt tã præſentes, quàm futuræ in alium transferri, nec video quid obſiſtat poſtquam teſtamenti factio conſeruatur, ſicque vel fiat contra bonos mores ſm no. per doc. C. de pac. l. fi. & ff. de verb. ob. l. ſtipulatio hoc modo. Nec
5 ad rem pertinet, quia ſic ex alienis teſtabitur, quia † & hoc poteſt fieri voluntate domini, vt hic, nam & aliqñ quis de alienis teſtatur, etiam ſine domini voluntate, vt C. de ſac. ſan. ec. auth. ſi qua mulier. & de ſecun. nup. l. 3. quamquam & aliud attentari poſſet, quod in caſu, quo donauerit vel teſtatus fuerit, voluerit arbitri res eſſe dicti Ioannis vel dictorum patruorum. vt ſic & voluntati omnium & iuri ſatisfiat. Nec dicat quis. nõ potuiſſe dictum Ioannem de omnibus libere teſtari, vel donare, quia coronis 2000. non niſi pro cauſa, quia ſufficit ꝙ de poſſeſſionibus pro dote matris ad eum ſpectantibus libere donare & teſtari potuerit, valet enim ſecundum omnes donatio omnium bonorum ſuorũ præſentium quia propter futura teſtari poterit, vt not. C. de pac. l. fi. multo magis cum aliqua præſentia retinẽtur, vt de eis libere poſſit teſtari. Et profecto hoc mihi videtur fuiſſe tam arbitrorum, quàm ipſorum cõpromittentium, vt ſolis ab inteſtato ſucceſſoribus dicti Io. præiudicare voluerint per viam contractus, & ex quadam conſequentia, quod fieri potuiſſe videtur, cũm nihil ei aduerſari conſpiciam, præſertim, cum hoc plerũque per ſtatutum prouideatur, vt fœminæ in ſucceſſione defuncti ab inteſtato poſtponantur agnatis maſb⁹, & ſic in quo lex Lucana defecerat honeſtis & congruis canonibus prouidere voluerunt. Illud etiam ſpecialiter annotandum eſt, quod ex ciuitatis Lucanæ ſtatuto cautum eſt. ꝙ ſi fratres vel patrui & nepotes poſt mortem parentum bona patris in cõi tenuerunt & ſimul habitantes, cum in eodem loco ſunt, & ad vnam menſam vixerint. ſicut fuit in ſpẽ propoſita, omnia vndecũque etiam ex hæreditate & ſucceſſione alterutra eorũ quæſita in commune redigantur, quo fit vt etiam poſſeſſiones dotis maternæ cõmunes eſſe viderentur, iõ idem quod de alijs bonis cenſendũ ſit. Quibus ex omnibus concludendum relinquitur, ꝙ poſſeſſiones quoque pro dote matris dicto Ioanni pertinentes ſiue dos ipſa in corporibus, ſiue iure conſiſteret, ad dictos ab inteſtato ſucceſſores nullo iure pertineant, ſed ad dictos Philippum & Iacobum, nec ab eis vlla via peti poſſint, nec pro eis coronæ quingentæ auri.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Procurator an poſſit mitti in conſilio loco vnius ex conſiliatiis, & an ſi ſit aliquis procurator plurimorũ conſiliariorum debeat in cõſilio plures habere voces.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, cæteris denotare diuerſitatem ſubſtantiæ, & identitatem qualitatis.*

2 *Procurator quibus ex cauſis in cõſilijs vel alias nõ ſit admittẽdus.*

CONSILIVM CXVII.

QVOD Procuratores abſentium priuatorum admittendi ſunt ad conſilium, probatur primo, quia in materia procuratoris quiſque poteſt dare procuratorẽ, & dari, & in negocijs, & in cauſis, niſi quatenus ſpecialiter vetitum deprehẽdatur. ff. de procu. l. mutus. §. cùm quæritur. & ar. de proba. l. ab ea parte. & in Inſti. per quas perſon. nob. oblig. acquir. §. 1. & ff. de procu. l. 1. §. vſus. & per ſummiſtas Azo. Gof. & Hoſt.

¶ Secundò per ſimile, quia in negocio electionis admittitur procurator abſentis canonici, vt de ele. c. quapropter. & eodem tit. lib. 6. c. ſi quis iuſto. In qua electione de prouiſione eccleſiæ paſtore vacantis agitur, vbi magna quoque attentio, & conſideratio habenda eſt, de elec. c. cum in cunctis &c.

¶ Tertiò videtur expreſſum in terminis noſtris j. q. 7. c. conuenientibus, & 22. q. 3. c. actione, vbi Io. apocriſarius ſedium orientalium, hoc eſt, nuncius, vt ibi gloſſatur. & de elec. c. ſignificaſti, conſedit in concilio generali, & ſententiam dixit, &c.

¶ In oppoſitam ſententiam facit, quoniam in his, in quibus conſideratur induſtria perſonalis, non licèt id per alium agere. de offi. deleg. c. quoniam. §. is autẽ. & eodem ti. c. is cui. lib. 6. & arg. ff. de ſolu. l. inter artifices. ff. man. l. mandatum. in fi. & C. de cad. tol. l. vnica. §. ne autem. Sed dubium non eſt, ꝙ in conciliis generalibus, in quibus agitur de reformatione vniuerſarũ eccleſiarum & maximis rebus vti eſt fides catholica, videtur eligi induſtria perſonarum per præalleg §. is autem. & c. is cui, præſertim cum ſpecialiter maiores clerici hoc eſt epiſcopi vocentũ, & ſic ſpecialiter huiuſmodi negocium videatur committi maioribus, igitur demandare aliis non poterunt, vt arg. ff de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. j. in princip. arguendo de mandato iuriſdictionis ad aliud mandatum, quod argumentum tenet. ff. de iuriſd. om. iudi. l. & quia.

¶ Secũdò ꝓbatur per ſimile, quia decuriones, quos hodie cõſiliarios appellamus, vt no. ff. de dolo. l. ſed ex dolo §. 1. & in rubro. C de decun. li. 10. non poſſunt intereſſe ꝯſiliis & præſtare ſuffragium hoc eſt vocem per procuratores, vt ſubtiliter intuenti probatur C. de decur. l. nominationum. lib. 10. & ff. quod cuiuſque vniuer. l. nulli permittitur. quibus dicitur curiam nil agere poſſe, quàm ſi duæ partes decurionum, cum tamen omnes fuerint vocati, præſentes extiterint, & tunc ꝙ maior pars ipſarum duarum præſentium, quæ totam curiam repreſentant, fecerit. omnes feciſſe intelliguntur, non igitur abſentes poſſunt ſuas voces committere præſentibus, quia tunc etiam ſi non eſſent duæ partes præſentes, dum tamen ab abſentibus mandatum haberent, poſſet illud negocium agi, quod illis legib⁹ refragatur. Rurſus cum dicatur quod maior pars præſentium fecerit, conſequens eſt, abſentium ſufragia minime poſpici, &c.

¶ Tertiò pro hac ſententia facit 18. diſ. c. epiſcopus. & c. placuit, in quorum primo dicitur, epiſcopum ægritudine detentum debere mittere legatum, per quem ſuſcipiat ſalua fidei veritate quicquid ſynodus ſtatuerit, videtur itaque is procurator ad referendum ſtatuta capituli, non etiam vt conſilio interſit, & ſententiã dicat, vt in c. placuit. præalle. dicitur iuſto impedimento detentum ſe excuſare debere per literas, & ſic videtur procurator etiam ad allegãdas excuſationes & cauſas iuſtas abſentiæ. Solutio videtur probabiliter poſſe dici. prælatos, qui nulla ſibi iuſta excuſatione potiuntur, non poſſe in ea re procuratores cõſtituere per hęc tria argumenta, quæ in ſecundam partem negatiuam facta ſunt. Et quia cum iubeatur perſonaliter venire, ſi canonico non ſit impedimento detentus, & in ſua cõſecratione ita iuret, conſequenter vetatur, ne per aliũ faciat, de offic. delega. cap. quoniam apoſtolica. l. 1. in verſicu. perſonaliter. & argum. ff. de ſolu. l. inter artifices. & C. de cad. tol. §. ne autẽ. in ver. ſuis manibus &c. & cum vno caſu videlicet ſatis graui neceſſitate inhibentur concedatur legatum mittere, vt in præalleg. c. epiſcopus. 18. diſt. conſequenter in contrario caſu vetatur. arg. à contrario ſenſu, quod eſt fortiſſimum. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l. j §. huius rei. qui quaſi in ſimilibus pœne terminis loquitur. Qui vero prælatica-

nonico impedimento vetantur venire, de quo impedi
mento fidem fieri oportet per vnum teſtem cum ip-
ſius proprio iuramento, vt not. in præalleg. c. placuit.
non etiam ſolo iuramento ipſius impediti, ſicut alias
in c. quia propter. de elec. Cuius impedimenti iuſtitia
arbitrio præſidentis relinquitur, ideſt iudicis, quia non
eſt in iure plene determinatum. ar. in l. 1. in fi. ff. de iure
delib. de effra. & expi. l. 1. §. expilatores. Extraneum qui-
dem, qui. ſ. non ſit de ipſo corpore conſilij, hoc eſt epi-
ſcopus, vel ſimilis videtur conſtituere nō poſſe per hæc
eadem argumenta in partem negatiuam facta, & per
c. quia propter. de elec. vbi in ſimili caſu ita videtur ter
minari, & quia maior videtur in his ſignanter indu-
ſtria requiſita. Nec huic refragantur c. conuenientibus.
& c. actione. ſuperius alle, quia intelligendum eſt, quòd
illi Ioannes & Thomas apocriſarij ſedium orientaliū
erant epiſcopi, quod ſignificat verbum cæteris epiſco-
pis, in d. c. conuenientibus poſitum. Illud namq; verbū
cæteris, notat diuerſitatem ſubſtantiæ, ſed identitatem
qualitatis, vt ff. de vi. tri. & oleo leg. l. fin. §. cui dulcia. &
no. in l. non ſolum. §. quæritur. ff. de procu. Aut ſi quis
putet, ēt extraneū hoc eſt qui mox eſt prælatus, admit-
tendū per d. c. c. quæ ſoriter vrgen. & illud verbū cæte
ris, referatur ad Tharaſiū ibi prius nominatū, qui erat
epiſcopus, cū eſſet Patriarcha vel epiſcopus, vt 21. diſt.
c. cleros. poſt princ. pro quo facit præalle. c. epiſcopus.
18. diſt. vbi impeditus ſatis graui neceſſitate epiſcopus
mitti ad conciliū legatū in perſonā ſuā, & non dicit ſu
ſcepturū, ſed ſuſcepturus ipſe epiſcopus mittens ſtatuta
concilij, ſic igitur videretur, ꝙ legatus non ad miniſte-
riū referēdi, ſtatuta concilij tantūmodo deſtinatur, ve-
rū in perſonā ideſt in locū perſonæ mittentis deſtine-
tur, ſicut etiā in legatis ſedis apoſtolicæ obſeruatī, quā-
uis ſint ſimplices ſacerdotes, ſiue presbyteri & in pa-
triarchis vt dictis c. conuenientibus, & c. actione. Illud
tamen mihi omnino iuſtū videbitur, † vt ex perſonæ
a missæ qualitate poſſit non admitti. Quid enim ſi miſ-
ſus vel conſtitutus procurator ſit exoſus, vel calumnio
ſus, aut zizaniam ſeminans. Nam & iudex ſi viderit ꝑ-
ſonā domini legalē, procur. vero non talē, repellit pro-
curatorē. C. de procu. l. fi. ff. e. l. ſi actor. Erit itaque præſi
dentis arbitrio hoc eſt Papæ examinanda iuſtitia &
perſonæ miſſæ conditio, ſeu qualitas. Illud dubitationē
recipit, an ſi plurium mittentiū ſit legatus quis, plures
voces habeat, & plura ſuffragia. quod videtur per d. c.
conuenientibus, & c. actione. vbi Ioannes erat apocri-
ſarius ſediū orientaliū. i. ſecundū glo. Alexandrinæ An
tiochiæ & Hyeroſolomitæ. Sed dici poteſt ad hoc &
ſeperiora, ꝙ illi Ioannes & Thomas fuerunt, quia ne-
mo contra eos oppoſuit. Nam geſta per procurato-
rem, qui admitti non debuerit ſi propoſita fuiſſet exce
ptio, ea omiſſa tenent. vt no in c. 1. de iud. lib. 6. & ff. de
pu. iud. l. pe. §. ad crimen. vel dicamus ꝙ illi apocriſarij
erant duo Ioan. & Tho. & ſediū etiā in duabus verifica
tur. ff. de teſtib. l. vbi numerus. & ſic duo erāt ſimul apo
criſarij duarū ſediū, uel licèt dixerint ſententiam in cō
cilio, non tamē ibi dicitur, quòd in collatione votorū
& cōputatione maiorū, ſaniorisq; partis plura ſuffra-
gia vnus eorū obtinuerit. & tamen lex factū opponit
ff. de pac. l. ſi plures. §. j. vbi tutor repræſentans diuerſas
perſonas pupillorū creditorū, vnius tantū perſonæ ſuf
fragiū habet, difficile namq; eſt, vt vnus in ſuffragijs ſub
ſtineat vices pluriū, & eſt rō vitantiæ abſurditatis q. d. n.
ſi unus habeat mādata quinquaginta epōrū iūcta tñ an
ꝓualebit vox illius vnica. 19. epīs incongruens eſt, cū va
lidus videatur quod plurimorū ſententijs cōfirmatur. de
offi. deleg. c. prudentiā, & ſpeciale ſit in negocio electio
nis, vbi aliud ſtatutū eſt. Qm̄ tamen maximè dubiū eſt
Papæ interpretationi ſubijciendū eſt, vt in ea re, qđ iu-
ſtum cenſuerit, arbitretur. C. de loc. l. ex diui. &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulguſius.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum de cōpromiſſis fiendis inter cōiunctos
an locum habeat ſuper re clara, quando adeſt inſtru-
mentum, vel quando opponatur exceptio litis finitæ,
& qui dicantur coniuncti, & an communis uſus loquē
di habeat locum in ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum differt a pœna compromiſſi quemadmodum tran ſactio a re tranſacta, & pœna tranſactionis ſubiecta.*

2 *Sententia contra res prius iudicatas an teneat vel ſit admittenda.*

3 *Communis vſus loquendi in interpretandis conſtitutionibus conſiderandus eſt.*

CONSILIVM CXVIII.

PROPONITVR, Quòd Federicus de
Triſino petijt à domino Ludouico de
Triſino in ius vocato, & citato ad ipſius in
ſtantiam Federici pęnæ nomine ducatos
mille, dicens, quòd idē dominus Ludoui-
cus tanquā tutor & tutorio nomine Petri de Triſino
tunc pupilli tranſegit ſuper certis relictis, & ſubſtitutio
nibus factis in teſtamento quondam domini Nicolai
de Triſino inter dictum Petrum, & quondā Henricū
de Triſinio, cuius ipſe Federicus eſt hæres, promiſitq;
idem dominus Ludouicus, ſe facturum & curaturum
cum effectu, quòd idem Petrus, cū eſſet effectus pubes,
dictā tranſactionē & omnia & ſingula in ea contenta
laudabit, approbabit, ratificabit, & confirmabit cum
omnibus & ſingulis promiſſis, renunciationibus, iura
mentis, obligationibus, & ſolemnitatibus oportunis
tam de conſuetudine, quàm de iure, nec vnquam in ali
quo contrafacere, & nec in integrum reſtitutionem
quauis ex cauſa petet ſub pœna duc. mille, & reficiēdi
omne id, in quo dictus Petrus contraueniens ipſum q.
Henricum læderet, vel auferret, & quod dictus domi-
nus Ludouicus nō fecit nec curauit cum effectu, quod
dictus Petrus factus pubes laudaret dictam tranſactio-
nem, & contenta in ea ſicut præmittitur, quinimmo
contra ipſam tranſactionem & contenta in ea ipſe Pe-
trus venit dictum Federicum hæreditario quo ſupra
nomine conueniendo in iudicio contra formā ipſius
trāſactionis, & apud acta iudicis ex petitis & geſtis per
ipſum Petrū manifeſte & notorie licet colligere, quare
pęnam prædictam & intereſſe poſtulat. dictus uero do
minus Ludouicus petit de ea q̄ſtione fieri cōpromiſ-
ſum, & dictū Federicū petentē ad cōpromittendū cū
domino Ludouico per dictū dominū poteſtatem cō-
pelli debere ſecundū formā ſtatuti Vincē. &c. de ꝯpro
miſſis faciēdis inter agnatos & cognatos loquētis peti
tor recuſat dicēs, ſe nō cogēdū eē ad cōpromiſſum du
plici ratione. Prima, quia de re certa & indubitata pu
ta ex cauſa tranſactionis non poteſt, nec debet fieri
compromiſſum de iure & de facto, quod eſt tranſa-
ctio, ut in Auth. vt diff. iud. §. 1. & ibi no. & qđ no. ꝑ Bar.
rectè in his vel ſimilibus terminis. ff. de cōdi. inde. l. ele
ganter. §. 1. de tranſa. l. poſt. C. eodē. l. ſi quis maior. Secū
da ratione, quia dicti diminus Ludouicus & Federicus
diſtant inuicem quinto gradu conſanguinitatis, cùm
ſit ſeu fuerit filius idē Federicus cuiuſdā fratris patrue-
lis dicti domini Ludouici, & eo gradu diſtantes in di-
cto ſtatuto Vincen. minime continentur. Quæritur vi-
ſo ſtatuto Vincē quid iuris, poſito quòd cōmunis vſus
loquendi Vincen. ſit, & in præteritum fuerit appellari
ſecundos conſanguineos natos ex fratrum aut ſororū
filijs vel filiabus, quos quarto gradu inuicē diſtantes iu
re ciuili fratres, aut ſorores patrueles, aut conſobrinos
appellamus. vt in Inſti. de gradu cogna. §. quarto &c.
1 ¶ † In propoſita quæſtione uidetur mihi, debere di
ctum Federicum ad compromiſſum compelli facien
dum cum dicto domino Ludouico compelli per ver-
ba & mentem dictæ l. municipij, dum ſtatuit intelligi
controuerſiam ſeu quæſtionem ortam eſſe inter hu-
iuſmodi

iuſmodi coniūctas perſonas de quibus ſtatutum loqui-
tur per ſolam citationem factā inter aliquos de huiuſ-
modi coniunctis perſonis, hic autem non modo cita-
tio, verum etiam & petitio iam per dictū Federicum fa
cta ipſi domino Ludouico ī ius vocato proponitur. Nō
me mouet, ꝙ ex cauſa tranſactionis non ſeruatæ pœ-
na petatur per dictum Federicum, & ſic ſuper re certa
non poſſit fieri compromiſſum vt ſuperius allegatū,
quoniam aduertendum, ꝙ hic non de re tranſacta agi-
tur, tranſactio namque facta ſuper his, quæ in teſtamen
to domini Nicolai fuerant fideicōmiſſis, aut ſubſtitu-
tionibus ordinata. Hic vero neque ex teſtamento, neq;
ex fideicommiſſo agitur, neque ex ſubſtitutione contē
ditur, ſed ex ſtipulatione rati ad id, quod intereſt ratū
habitum nō eſſe, ꝙ actum eſt, & ad pœnam ſtipulatio-
ne comprehenſam, ſup quibus ſtipulationibus, & exin
de deſcendentibus obligationibus, atq; actionibus trā
ſigi non poſſe cogitaſſe tantum ſtultū credo, cùm hoc
ipſum non inueniatur eſſe prohibitum, & ſit tranſactio
de genere pmiſſorum. ar. ff. ex qui. cau. maio. l. nec nō.
§. quod eis & de proba. l. ab ea parte. quin etiam inter
tranſigentes ſuper pœna, ſi tranſactione non pareatur
appoſita tranſigi poſſe puto cùm neque pœna ipſa in
tranſactionem venerit, nec de pœna tranſactum ſit, ſi-
cut dicimus in compromiſſum non veniſſe pœnā cō-
promiſſo ſubiectam, ſi ſententiæ non pareatur ex com
promiſſo prolatæ: ideoq; nec de ipſa pœna poſſe aliqd
arbitros ſumptos ex compromiſſo pronunciare, qui ď
his ſolis proferunt ſententiam, quę in compromiſſum
1 venerunt, vt ff. de arbi. l. qd tamē. §. fi. ſicut enim † aliud
eſt compromiſſum, & aliud pœna compromiſſi. ſic &
aliud tranſactio & res tranſacta, aliud autem pœna trā
ſactioni ſubiecta. Amplius & ſi actor de ea re, de qua
tranſactū eſt, controuerſiā moueret, eū quidē exceptio
ne rei trāſactæ, & litis finitæ ſeu rei deciſæ ſubmouendū
arbitrarer, quæ ēt ad impediēdū pceſſum, ac litis cōte-
ſtationē poſſit opponi ſm plurimorum ſnīam. ut C. de
trāſac l. fratris. ff. de condi. inde. l. elegāter. §. ſi quis poſt
extra de lit. ɔte. c. 2. li. 6. Cæterùm ſi actor ipſe ageret ea
actione, quæ ex tranſactione deſcendit hoc eſt ex ſti-
pulatu. ſ. verborū placitis ſubdita fuerit obligatio. vel ſi
ea ceſſauerit, & conuentio non ſit nuda, præſcrip. ver.
vel in factum ciuili, vt C. de tranſa. l. cum mora. & l. ſi-
ue apud acta. & l. ſi pro fundo. & quod in his not. & C.
de pac. l. pe. & l. cum proponas, & fiant, quæ in tranſa-
ctione cōuenit, uel quæ facta non ſint profecto putarē
etiam ſuper hac lite ſeu actione & compromiſſum de
iure, vel de facto & de iure. ſiue etiam ſine tranſactione
fieri poſſe. Quid enim prohibet, cum nāque ſuper hac
actione admitteretur iudicium ſecundum ſubtilitatē
ordinis iudiciorum, & ſuper inde proferatur ſententia
diffinitiua, cur non pari ratione & arbitri ſententia, &
tranſactio fieri poterit, ut prædicta l. cū mora. & l. ſi pro
fundo. cum pleriſque ſimilibus. Neque enim ipſam ex
ſtipulatu actionem, uel præſcriptis verbis quamquam
tranſactionis cauſa competētem paratam habere exe-
cutionem, ſicut actionem ex re iudicata proficiſcentē,
cùm ea trāſactio extra iudicium fuit, memini me legiſ-
ſe, & contrariū no. per doc. ff. de pac. l. tale pactum. §. qui
prouocauit. Rurſum etſi res iudicata in ſtipulationem
transferatur. Ea ex ſtipulatu actio non habebit ordinē
executionis, ut ff. de re iudi. l. 4. §. ſi ex conuentione, &
de mino. l. minor annis 25. l. cui fideicōmiſſum. in prin.
ſuperq; ea ex ſtipulatu actione, licèt ex cauſa iudicati in
terpoſita tranſigi poterit, quaſi ſuper ea lis eſſe poſſit,
vt C. de tranſac. l. ſi cauſa cognita. & ibi not. Quanto
igitur magis trāſigi poterit ſuper ſtipulatione de rato,
ꝗ gerens alienum negociū quiſque īterpoſuerit. Poſtre-
mo etſi inueniā poſt rē iudicatā tranſigi non poſſe, nec
factā tenere, ut d. l. eleganter. §. j. ff. de condi. inde. & d. l.
poſt tranſactionē. tamen, uel iuſiurandū exactum, uel
ſuper re iureiurando aut tranſactione deciſa trāſigi nō
poſſe non competi, nec per omnia paria ſunt res iudi-
2 cata, & iuſiurandum, vel tranſactio. Nam † nec ſenten
tia contra res prius iudicatas. a quibus non ſit prouoca
tum ipſo iure non valet, ut C. quando prouo. nō eſt ne-
l. j. de ſen. & interlo. om. iu. l. poſt ſententiam. & ſen. re-
ſcin. non poſ. l. j. nec tamen non recte dixerimus in trā-
ſactione, uel iureiurādo ſententiā vel contra trāſactio
nē, vel iuſiurandum non valere. Valet enim ſententia
contra iuſiurandum prolata, vt ff. de iureiur. l. nā & po
ſtea. §. ſi damnetur. & not. ibidem. & l. a. eo. titu. in hoc
maioris eſſe auctoritatis rem iudicatam. ꝗ iuſiurandū,
& rem iudicatā ipſum iuſiurādū in hoc ſuperare. Quin-
nimo & iuſiurandū poſterius priori iuriiurando præſti
to derogat, ut ff de iureiur. l. duobus. §. fi. & l ſeq. Sic igi-
tur & tranſactio priori tranſactioni contrariæ deroga
bit. ar. in l. 2. de iureiu. & videtur expreſſum a priore trā
ſactione poſſe contraria conuentione recedi, ut de trā-
ſac. l. ſi diuerſa. & facit quod ibi not. per Bal. volentē ſe-
cundū arbitramentum primo contrariū tenere. Nec
dicat quis, ea ratione tranſigi vel compromitti nō poſ-
ſe debere, quia res certa ſit ex inſpectione tranſactionis
& geſtis apud acta iudicis per Petrum contra trāſactio
nem, ſuper certo autem non tranſigatur, quia ſm hoc
ſuper omnibus, de quibus probari poſſit publicis docu
mētis, & multo magis ſi iam in iudicio probatio facta
eſſet, etiam ante prolatā diffinitiuam ſententiam & rē
iudicatā tranſigi non poſſet, quod quàm ſit ridiculum,
nemo eſt, qui non intelligat, cùm euentus iudicij ſemp
dubius cenſeatur vſque ad prolatam diffinitiuā ſenten
tiam & rem iudicatā, quæ nullo iuris remedio attenta-
ta ſit, neque attentari poſſit, nā poſt rem iudicatā ſi vel
appellari poſſit, tranſigi poſſit, vt ff. de tranſac. l. ſi poſt
rem. & d. l. eleganter. §. j. Relinquitur itaque ex ſuperio
ribus concludendū. cōpromiſſum peti potuiſſe per di-
ctū dominū Ludouicum & dictum Federicum ad cō-
promiſſum cogendū non obſtantibus his, quæ haben-
tur in dictis l. poſt rem. ff de tranſac. & de condi inde. l.
eleganter. §. 1. Sed obiicitur ſecundo, quòd dicti domi
nus Ludouicus & Federicus non ſunt coniunctæ perſo
næ, quibus loquitur ſtatutum Vincentiæ ea potiſſima
conſideratione, quod eiuſmodi cōſtitutio ſolū ad com
promiſſum faciendū arctauit patruū & nepotem, qui
adinuicem ſunt in tertio gradu de iure ciuili, & non fi-
lios ipſius nepotis. qui patruo ſunt in quarto gradu, qm
igitur non credibile eſt, eam eſſe mentem conſtituen-
tium, ut voluerunt hos videlicet dominum Ludouicū
& Federicū, qui ſibi ſunt inuicem in quinto gradu ad
compromiſſum cogendos, Multoq; minus id creden-
dū eſt de iis, qui fuerāt ſibi inuicem ſexto gradu cogna
tionis, quales ſunt ſobrina ſobrinæve, hoc eſt q nati ſūt
ex fratribus aut ſororibus patruelib⁹, vt in Inſti. de gra-
di. cogna. §. 5. Sed hæc cōſideratio non eſt vera cum pa-
ce dicentium. neque enim ſtatutū Vincen. per dictio-
nē taxatiuam ſolum, ſicut allegatur, loquitur de pa-
truo & nepote, ſed ſimpliciter dicit inter patruū & ne-
potem, & licèt forte ex his verbis non comprehende-
rentur filij nepotum quo ad patruum. anterioribus ta-
men verbis eiuſdem ſtatuti illis videlicet, vel inter col-
laterales ex linea paterna uel materna coniūctos vſq;
ad ſecundos cōſanguineos incluſiue proponitur, quòd
ex cōmuni vſu loquendi nati ex fratribus patruelibus,
quos fratres patrueles vulgo dicimus Germanos con-
ſanguineos, ſecundi conſanguinei appellentur patruus
& filius nepotis qui ſunt quarto gradu ut præfertur. Itē
hi dominus Ludouicus & Federicus, qui ſunt ſibi inui-
cem quinto, quin & filius ipſius domini Ludouici & di
ctus Ludouicus, qui ſibi forent ſexto gradu. & qui ex cō
muni vſu loquendi ſecundi conſanguinei dicuntur, cō
prehenderentur. omnes enim ſupraſcriptas perſonas
appellatione collateralium vſque ad conſanguineos ſe
cundos incluſiue coniūctorum, quibus verbis vertitur
ea conſtitutio, contineri palam eſt. Sunt namque colla
terales, non autem ſibi inuicem ex recta linea ſurſum
vel deorſum coniuncti, & licèt poſtea de patruis & ne-
potib⁹ ſubdat, ſpecies tñ poſt genus quædā ennmeratæ
habent ipſam generalem orationem præcedentem

reſtringere, vt ff. de leg. 2. l. cũ ita. §. fi. & l. peto. §. fi. quã
quam & illud addici poſſet haud inſubtiliter, ꝙ appel
latio nepotis etiam in propria ſignificatione conti-
net pronepotem & cæteros, quibus ſolet addi præpoſi-
tio, vt ff. de poſtu. l. cui eorum, & quod ibi not. elegan-
ter per Bar. & hæc fortaſſis illa ſequens portio conſti-
tutionis. vt aliquid addit ſuperioribus vel inter patruũ,
& nepotes, vt collaterales etiam vltra ſextum gradũ,
qui tamen ſibi inuicem ſunt ex collaterali linea aſcen-
dentium & deſcendentium ad cõpromiſſum cogi vo-
luerit. licèt collaterales ſibi inuicẽ ex linea æquali ſex-
tum gradum præterire paſſa non ſit. ar. optimũ ad hãc
interpretationem Inſtit. de ſucceſ. cog. §. fin. & quod
ibi no. glo. & hoc ſuadet, quòd in patruo vel amita lo
quitur hæc cõſtitutio in numero ſingulari, nepotes au-
tem numero plurali complexus eſt, vt plures gradus ſi
gnificaret, non perſonas dumtaxat, quia ad id ſuffeciſ-
ſet numerus ſingularis, ſicut in patruo, vt ff. de legi. &
ſe. con. l. iura. & cùm hæc conſtitutio fauorabilis ſit, &
ad lites remouendas & tollendas, & caritatẽ, dilectionẽq;
conſeruandã inter neceſſarias perſonas. hanc latam in
terpretationem non reſpuit, ut ff. de lib. & poſth. l. cum
quidã. & de re iu. c. odia. lib. 6. quidam igitur ex 7. gradu
comprehendentur de quibus in d. §. fin. de ſucceſ. cog.
3 Porro † vſum cõmunem loquendi in interpretãdis ẽt
municipum conſtitutionibus ſpectandum eſſe colligi-
tur ex his quæ no. glo ff. de leg. 3. l. librorũ. §. quod tamẽ
caſſius. & per Bar. de ſuis & legi. l. 1. in prin. Et cõmunis
vſus loquendi non caruit rationis exordio. Nam con-
ſanguineos & ex alluſione vocabuli, quæ propriã ſigni
ficationẽ præbet vocabulo, & cõmuni vſu loquẽdi ap
pellamus, qui ex eodẽ ſanguine nati ſunt, ſeu ſibi inui-
cem coniuncti ſanguine velut quodam generali no-
mine. qui proprium & ſpeciale nomen conſanguinita-
tis non habeant. Poſt fratres igitur, & patruum, & ne-
potem nulli ſpeciali nomine vocabuntur, merito eos
primos conſanguineos in illo primo genere cõſangui
neorum appellamus eos, qui ex duobus fratribus nati
ſunt, qui verò ex filijs fratrum, ſi primis conſanguineis
nati ſunt, ſecundos ex ordine poſt primos vocamus, &
facit extra de conſan. & affin. c. nõ debet. & per totum.
& quod no. Bar. ff. de acqui. hære. l. cũ quidam. §. quid
dicitur. Quibus ex omnibus concludendum relinqui-
tur, dictos dominũ Ludouicum & Federicum cõpro-
mittere compellendos, ſeu dictum Federicũ dicto do-
mino Ludouico petente allegatis in diuerſam partem
nequaquam obſtantibus.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Laudum latum extra id quod in cõpromiſſo non
continetur an valeat. Et an in generali cõpromiſſo ve-
niant ea, quæ deciſa ſunt tranſactione, iuramento, vel
ſentẽtia. Et an ſuper talibus poſſit fieri cõpromiſſum,
Et an ſtatutũ remonẽs reductionem ad arbitrium bo-
ni viri recipiat interpretationem, niſi ſubſit læſio enor
mis, vel dolus præſumptus. Et ex quibus coniecturis ꝑ-
ſumatur dolus arbitri vel arbitratoris.

SVMMARIVM.

1 *Quæ veniant in generali compromiſſo.*
2 *Mandatum generale ad omnes cauſas & controuerſias, quas cau-
ſas vel lites comprehendat.*
3 *Generale compromiſſum de quibus ſit intelligendum.*
4 *Ex magnitudine læſionis præſumitur dolus arbitrorum.*

CONSILIVM CXIX.

SVPER Eo ꝙ primo loco quæritur, an ꝓ-
miſſum laudum ſit nullũ. Et videtur dicẽ-
dum ꝙ ſic, quoniam cõpromiſſum fuit
factum de controuerſijs, ſeu quæſtionibus
vertentibus & verſis, & quæ verti quocũ
que modo poſſet vſque in diẽ facti compromiſſi inter
ipſos fratres. Sed de diuiſionibus factis inter ipſos fra-
tres per publicũ documentum, de quo conſtat, nec ver
ſa erat in præteritũ controuerſia ſeu quæſtio, nec tũc. t.
ẽpe cõpromiſſi vertebatur. qđ vſque appareat, nec rur-
ſum verti poterat, cũ diuiſio inter ipſos Antoniũ & Ber
tum ac Simonem facta non modo ſtipulatione & tra-
ditione inuicem & mutuo ſubſecutis, verũ ẽt iuramen
to corporaliter præſtito ab ipſis fratribus fuerat confir
mata, ſicut apparet ex tenore & fine publici documen
ti ſuperinde facti, vnde nulla poterat ſuperinde fieri cõ
trouerſia, & faciens incidiſſet periuriũ, contraxiſſet in
famiam, cõmiſiſſet pœnam pactis inſertam, atq; om-
ni ſuo iure priuatus, omni quoque comodo rerũ, quas
ex ea diuiſione ſeu tranſactione, nam & diuiſio tranſa
ctio eſt. vt ff. de pac. l. tres fratres. fuiſſet aſſecutus, car-
1 turus foret, vt C. de tranſac. l. ſi quis maior. † In eiuſmo
di itaque generale compromiſſum non venerunt ea
quæ ipſa diuiſione ſeu tranſactione fuerant cum iure
quoq; iurando deciſa, cùm de his nec eſſet, nec eſſe poſ
ſet vlla controuerſia. & ad hæc peroptime facit quod
not. Barto. ff. de tranſac. l. aquiliana. verſus finem ſui co
mentarij, & quod ipſe not. ff. de condi inde. l. ſi procu-
2 ra. vbi notauit in ſimili. In mandato generali ad † om-
nes cauſas & controuerſias non venire eas cauſas, vel
lites, ex quibus motis per procuratorẽ poſſit dominus
pœnã cõmittere. ſic per ſimile in generale compromiſ
ſum, quod fit de rebus & controuerſijs, non eſt intelli-
gendum ea venire, de quibus compromittens contro-
uerſiã mouens tot & tantas foret famæ, pecuniæ, ſalu-
tis, & honoris pœnas & incõmoda commiſſurus. Rur
3 ſum † generale compromiſſum vnquam nõ debet in-
telligi de his, quæ ſententia, vel tranſactione fuiſſent ſan
te deciſa, tũ quia in generali diſpoſitione non veniunt
ea, de quibus nõ fuiſſet quis veriſimiliter ſpecialiter di-
ſpoſiturus, vt ff. de pigno. l. obligatione. & de reg. iur. c.
in generali. lib 6. tum quia huiuſmodi compromiſſa ſi-
ue ſponte facta, quæ tranſactionibus comparantur ſeu
computantur, vt legitur eleganter ſecundum Ioan. in
Authen. vt diffe. iudi. §. j. colla. 9. ſiue non ſponte, ſed
auctoritate ſeu iuſſione facta legum municipaliũ qua-
le fortaſſis hic creditur quod iudicio, quod in inuitũ
redditur, ſimile videri poteſt, vt l. fina. C. de iudi. fiunt
& fieri iubentur ad lites non ſopitas excitãdas ſiue ſu-
ſcitandas, ſed magis non deciſas ſopiendas ſiue decidẽ
das. Ad diuiſiones itaque, ſeu trãſactiones inuocato dei
quoque omnipotentis nomine ſolidatas non eſt intel-
ligendum hoc generale pertinuiſſe cõpromiſſum. Et
ſignanter dico generale, nam ſpecialiter factũ an tene-
ret nõ ad rem pertinet, quæ proponatur. Sic etiam lex
generaliter lata, quæ iuſſa eſt pertinere etiam ad præ-
terita, non ad eas cauſas pertinet, quæ fuiſſent amicabi
li conuentu vel iudicis pronunciatione deciſæ, vt C. de
ſac. ſan. eccle. l. illud. in fin. cũ tribus legibus ſeq. & de fi
de inſtru. l. contractus. in princip. & de tranſa. l. fi. Si ita
que in compromiſſum non venirent quæ diuiſione tã
ſolẽni fuerãt expedita, palam eſt laudum ſuperinde pro
latũ nullius exiſtere firmitatis, cũ omnis arbitrorũ po-
teſtas ex compromiſſo dependeat, vt ff. de arbi. l. quid
tamen. in fi. & l. nõ diſtinguemus. §. de officio. & §. ſeq.
Amplius etſi petitionẽ Antonij & Berti, quæ poſt com
promiſſum facta eſt, perſpeximus de lib. 180 ſeu 200.
quadã parte domus & qbuſdã rebus dicto Symoni co-
trouerſiã inferebant, aut ſi dictas lib. 200. non acciperet,
non totam diuiſionem reſcindi popoſcerunt, ſed quo
ad eas dumtaxat partes, quas habuerat idem Symon
de rebus, quas ipſi duo fratris ex proprijs laboribus acq
ſiſſent. non fuerant igitur de tota diuiſione inter ipſos
fratres cõtrouerſia, ſed de certarũ rerũ partibus. Ipſi ve
ro arbitri totã reſcindi diuiſionẽ præceperũt, & reſcin-
di ſeu reddi duc. 53. quos idẽ Symon ex diuiſione, ſicq;
emologata ſolutione pceperat, vt C. de re iu. l. ad ſolu-
tionẽ. Sicq; formam cõpromiſſi protinus excellerunt
de his arbitrantes, de quibus apparebat nulla quæſtio
quomodo-

quomodolibet agitari,ſicq; eorum nulla eſt præceptio de petitis,de quibus erat,ſ:u eſſe poterat controuerſia, hoc eſt de lib. 180. quę promiſſæ dicebantur,& aliqualiter probabantur nihil penitus edicentium, de his vero de quibus non erat, nec eſſe poterat quæſtio præcipientium ideoq; perperam,ad quod facit ca. cum dilecta,de reſcrip.& ff man.l.diligenter. Ea alio quoque capite laudū id nullū eſt,quia non de omnibus cōtrouerſijs ſibi inuicē cōibus pronunciarunt,quia nihil de illis 180. lib.ſeu 200.petitis a dicto Symone ex ſua promiſſione nihil animo cōdēnando,vel abſoluēdo dixerint. neque de his,quæ dictus Symon a dictis ſuis fratrib' ex petierat,quo fit vt ſententia nulla ſit,vt ff de arbi.l.quid tamen.in prin.& licèt ſententia iudicis ſuper conuentione, non etiam reconuentione pronunciantis non ſit nulla,ſed per appellationē veniat reſcindenda, vt ff. quæ ſen.ſine appe.reſcin.l.j. in fi. quia non eius iuriſdictio per partium pendet conuentionem ſine cōſenſu. vt C. de iuriſ om.iud.l.priuatorum. Arbitri tamen ſententia nulla eſt,cuius oīs poteſtas ex compromiſſo pendet,& forma compromiſſi,vt ſuperius eſt probatū per d.l.quid tamen.in princip.ff de arbi. & hoc de primo, quod de laudi nullitate conſulitur &c.

¶Super ſecundo vero propoſitæ iniquitatis articulo manifeſta deprehēditur ſententiæ arbitralis iniquitas. nihil enim probatū eſt propter quod debuerint reſcindere tranſactionē, ſeu diuiſionem inter fratres ita firmis vinculis celebratam,& mutuo conſenſu comprobatam,ēt poſtea per implemētum eius, quod inter eos placuerit poſſidendo quiſque ea,quæ ſibi in partem obuenerant,& ſoluendo dictos ducatos 50.in quibus fuerant ɔdemnati dicti Antonius & Bertus per plurimos menſes.arg ff.de pac.l.diuiſionis.& l. tres fratres. & C. fa.er.l.diuiſionē.& cōia vtriuſque iud. l. 2. & l. ſi inter, quin nec ipſi Antonius, nec Bertus quærebant reſcindere factam diuiſionem,niſi pro ea parte ſeu partibus rerū,quas ipſi poſt mortē cōis patris ſuis laboribus acquiſiſſent,cum tamē nihil probauerint, ſe poſt mortē ſuis operis vel laboribus acquiſiſſe. vnde attenta ipſorū petitione nulla ex parte debebat reſcindi ſacta tanta ſolennitate diuiſio, præſertim quoniam & nominatim cautū fuerat contra eam diuiſionem,& contenta in ipſo diuiſionis inſtrumento nihil probari poſſe, niſi per inſtrumentum alicuius notarij cum exemplo ipſius diuiſionis a tergo, quod & iure cōmuni ēt cautum videtur, vt C.de non nu.pe.l.generaliter, & ff. de proba.l.cū de indebito.§.fi. maxime propter auctoritatem iuramenti,vt no.elegan.Albricus de Pergamo cōmētator egregius C.de epi.cle.l.ſi quis in conſcribēdo. Sed nec probatū fuit per Bertum, ꝙ hæreditas Guielmi quondam Alberti Catonis ad eū tantūmodo pertinuiſſet, Nec quòd res, quæ fuiſſent ipſius quondā Guielmi in diuiſionem veniſſent,vnde non animaduerto quo ſpiritu moti ſic pronunciauerint,ſeu laudauerint dicti arbitratores nullis ex narratis,nulloque dolo dicti Symonis,vel eorum errore probatis. vnde debuit a petitis dictus Symon prorſus abſolui,vt C.de eden.l. qui accuſare.cum ſi.Sed nec recte probata eſt promiſſio 180. lib. quas petierunt dictus Antonius & Bertus,vnicus enim teſtis.ſ primus in ordine ſcripturæ de promiſſione quidem deponit,ſed non per ſtipulationem factam,vt no. C.de vſur.l.1 Item dicit factam eam promiſſionē ea cōditione,vt illi ſibi quæſita poſt mortem patris cōmuni carent. Non autem eſt probatū,ꝙ vlla poſt mortem patris quæſierint,& ſic nec quod cōmunicauerint,vnde tanquam pacto nudo. Nec ēt ſi ſtipulatio facta fuiſſet, cū modus nō eſſet impletus,agi poſſet,vt C.de his quæ ſub modo.l.2.Denique cum iurata fuiſſet ipſa diuiſio, ſicut præfertur,venientes contra ipſam debebāt omni emolumento,quod ex ea fuerant diuiſione ſequuti, priuari & omni actione,& ſic ipſe Symon protinus debuiſſet abſolui,vt C.de tranſac.l.ſi quis maior. Manifeſta claret igitur iniquitas arbitrorum, qui condemnarunt grauiter eū,quē in totū abſoluere debuiſſent. Nec proficeret ſi diceretur,ꝙ non fuiſſet obiecta hæc exceptio,quia cum in effet ipſi diuiſioni, debuit haberi ratio eius,etiam ſi non ſit oppoſita,ut no. per Barto. ff ſi cer. pe.l.lecta.& de ver.obli.l.cum qui ita.§.qui ita,&c.

¶Super tertio vero an poſſit peti reductio ad arbitriū boni viri,ſuperfluum hoc videtur, cum ſupra ſatis ſit oſtenſum de nullitate ſententiæ. Sed etſi teneret, cum enormiter læſerit dictum Symonē, qui in totū debuiſſet abſolui,vt ſuperius eſt deductum,actus eſſet petitioni reductionis, vt ff. pro ſoc.l.ſi ſocietatem.cum legibus ſequenti.Nec erit impedimento ſtatutum,quod prohibet reductionem, quoniā iterpretationem recipit, niſi enormiter lęderetur,ſicut etſi ſis parnum compromittentium interprætaretur,quæ renunciationis conditionem cōtineret,ut no.per Bar.in præalleg.l. ſi ſocietatē. & de verb.ob.l.quidā cū filium,poſt Dy. & ipſum Dy. in c.ſcienti.de regulis iuris.in 6.& per Guil. de Cun. ff. de pac.l.ſi vnus.§.illud. & per Hoſt. & omnes canoniſtas de iureiu.l.quintauallis.ar.ff. de pac.l. non impoſſibile. Et quia ſtatuta recipiunt interpretationem reſtrictiuam, ne quis ſnæ rei damnum indebite patiatur, vt C.de nox.ac.l.2.& plene per Bart. in l.omnes populi.ff.
4 de iuſti & iur. Aut † quia ex magnitudine læſionis præſumitur dolus arbitrorum,qui cum foret futurus, non intelligeretur eſſe remiſſus,ne daretur occaſio delinquēdi,vt ff.de pac.do.l.conueniri. Aut quia ſtatutum loquitur de compromiſſo facto ſuper quæſtione orta ſaltē per citationem,& facto per iudicis interuentum, quorum neutrum hic fuit, quia neque citatio, neq; iudicis præſentia,quiſquis itaq; in ea te ius dicturus eſt æquitatem & naturalem iuſtitiam, quæ magis accipiēda eſt, ſecutus,vt C.de iudi.l.placuit.& de bonis quæ lib.l.non ſine, ɔſtanter & intrepide euidentem, & enormem iniquitatem corrigat,& emendet,ſecundum glo.ordinariam in decretis.2.q.6.c.a iudicibus.& glo. Hoſti. & Io. An.de arb.c.2.vbi omnimodo videtur.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Papa mādans,p caritatiuo ſubſidio abbatibus,prioribus,canonicis,& alijs perſonis eccleſiaſticis an compræhendanā̄r moniales vel presbyteri ruſticani, aut canonici cathedralium eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1 Verbum prælatis in mandato Papæ prolatum an ad ſexum fœmineum extendatur.

2 Fratrum religioſorum appellatione an contineantur ſorores.

CONSILIVM CXX.

SVPPOSITA Bulla ſanctiſſimi domini noſtri domini Martini Papæ quinti ad reuerēdū patrē dominū D. Marcum Caſtellanum ſuper caritatiuo ſubſidio, data Romæ apud ſanctū Petrū pridie nonas Martij Pontificatus eiuſdem anno quinto &c.Quęritur de tribus. Primo an in eiſdem literis contineantur monaſteria monialium.Secundo an canonici cathedralium eccleſiarum. Tertio an rurales presbyteri, vel ciuitatenſes &c.

¶In primo videtur nō comprehēdi monaſteria monialiū.qm̄ de abbatibus,p̄poſitis,& prioribus,ſeu prælatis monaſteriorū loquūtur,a quibus expoſcitur caritatiuū ſubſidiū. Palā autem eſt ex propria verborū ſignificatione,quæ in genere maſculino prolata ſunt,nō cōtineri abbatiſſas aut prioriſſas,vt ff.de ver.ſig.l.1.& l. ꝓnūciatio.in prin.& qd no.in eis p Dy.& Bar.& cùm ipſa bulla potius oneroſa ſit, non debet maſculinum genus concipere fœmininum, vt ff.de ven.in poſ.mit.l.j. §. quotiens. & C. ad l. iul. maie. l. quiſquis. & not. per

Dy.& Bar. vbi ſupra per Cy.& An.C.de ſer.ſugi.l. qui
cunque.& pro hac ſententia facit qd no.per Cy.C. quā
do imperator inter viduas vel pu.l.vnica.in fi.In diuer-
ſum facit, ꝙ immo monaſteria monialiū illis literis cō
prehendantur,quoniam cū dixiſſet ſpecialiter de abba
tibus,prioribus. & præpoſitis monaſteriorum,addidit
& prælatis, quod verbum,ne nil operetur & fruſtra vi-
deatur adiectum contra l.quando.ff.de leg.1.& 19.diſt.
c.ſi Romanorum .ad abbatiſſas & prioriſſas referendū
2 videtur.nam † & hoc verbum,prælatis. ad vtrunque ſe
xum videtur pertinere.Neque enim ſicut in abbate &
priore habemus abbatiſſam & prioriſſam, ita in præla
tis habemus prælatiſſam,& forte idē in verbo, præpo-
ſitis,non habemus enim præpoſitiſſam. & ablatiui il-
li,præpoſitis,& prælatis,poſſe eſſe generis omnis recte
videntur ſi in adiectiuo ſummantur, vnde recti ſalua
ratione ſermonis diceretur fœminis præpoſitis, & præ
latis cæteris mulieribus,& ita animabus præpoſitis, vel
prçlatis. Et ſic illorum verborum propria & ſtricta ſi-
gnificatione etiam monaſteria , quibus prçſiut mulie-
res,cùm etiam ſint monaſteria monialiū , complecte-
tur.Rurſum & pronunciatio in genere maſculino fa-
cta ad vtrunque ſexum porrigitur, vt ff de verb.ſig.l.ꝓ-
nunciatio.in prin.& l.j. & hoc ipſum vt maſculinum
genus concipiat fœmininū pro regula & doctrina ge-
nerali docemur,vt ff.de teſta.tu.l.ſiquis ita.in prin.& de
leg.2.l.ſi ita ſcriptum in prin.& le.3.l. Lucius.in princi.
3 §.quæſitum.vbi appellatione fratrum † ſorores etiam
continentur,vt in præalleg.l.de verb.ſig. excipitur , cū
profertur maſculinum in materia differenti , vel odio
ſa odio irrationabili , ut no.per doc. vbi ſupra, & per
Archi.17.q 4.c.ſi quis ſuadente.& de ſen.excom.c.mu
lieres.In re autē propoſita non eſt materia differens ,
vel odioſa irrationabili , immo & æquum & rationa-
bile eſt ut in re tam neceſſaria Romanæ eccleſiæ & ad
hęreticæ prauitatis exilium vniuerſæ perſonæ eccleſia
ſticæ præſertim,quæ poſſint, & habeant,conferant,&
contribuant, vt in exordio ſeu procœmio bullæ mani-
feſtius denotatur,ex quo procœmio plerunque ratio &
mens diſpoſitionis, & ſequentis conſtitutionis colligi-
tur,eaque ampliat,reſtringit.& interpretatur verba ſe
quentia conſtitutionis,vt ff.de hære.inſti.l.fi. & de tran
ſac.l.cum hi.in prin.& quod ibi per Barto.& in §. hæc
oratio.& §.eam tranſactionem. Et rurſum onus impo
ſitum quanto inter plures diuidatur , tanto cōmodius
ab omnibus & maiori æquanimitate portatur. vaca-
tiones porro a muneribus ideo reputatæ ſunt odioſæ.
quod etſi quibuſdam proſint, cæteros grauius onerāt.
vt C.de decur.l.vacuatis.lib.10. & quæ ibi no.glo.1.& 2.
& de cenſ.& cen.l.1.& l.qui grauatos lib xi.Deniq; ſu-
bijcit in eadem bulla,capitulis. & conuentibus eccle-
ſiarū & monaſteriorum , quibus verbis ēt monaſteria
vbi ſunt capitula, vel conuentus monialium ex ipſorū
verborum generalitate videntur apprehendi. Ex qui-
bus videtur ad allegata in oppoſitum poſſe facile reſpō
deri.Cæterùm principalia reſcripta ſolēt ipſi principes
interpretari,vt ff.de vulga.& pup.l.ex facto.in princip.
vnde cum facile poſſit haberi interpretatio Papæ ipſo
R.quondam domino epiſcopo Romanorum Pontifi-
cem conſulente non eſt quærenda magiſtralis inter-
pretatio, quæ etſi ſit probabilis. non eſt neceſſaria,qua
lis eſt illa principis interpretatio,vt no.C.de leg.& con
ſti.princip.l.j.& l.fi.& ff.eodem tit.l.ſi de interpretatio-
ne.verum mentem principis inſpicientibus dici poteſt
vt monaſteria monialiū quæ paupertate,& potius mi-
ſerabilitate laborent,non contineantur,quæ vero opti
mis habundāt patrimonijs, & facultatibus in ſpectis ēt
oneribus incumbētibus includantur. Nempe foret in-
congruens,vt abbates,vel priores monaſteriorum exi
guis facultatibus & vix neceſſarijs ſibi ſumptibus ſup-
petentibus ipſi caritatiuo ſubſidio ſubminiſtrent, mo-
naſteria vero monialium,quæ pinguibus & ſuperabū-
dantibus redditibus perfruuntur tam neceſſarij , & pij
muneris contributionem effugiant,& iniqua fiat con-
tra mētē iuſtiſſimi & ſanctiſſimi ac religioſiſſimi Prin-
cipis ea interpretatio.Et per hoc apparet reſpōſum ad
no.per Cyn.in d.l.vnica. C.quando impe. inter vi.vel
pu.tametſi ibi loquatur Cy.cùm moniales haberēt pri
uilegiū exēptionis , quod hic non proponitur, & hæc
de primo .

¶ In ſecundo vero non animaduerto,cur non cano
nici cathedraliū ſeu collegiatarum eccleſiarum com-
prehendantur propter illa verba,capitulis quoq; & cō
uentibus eccleſiarum &c.licèt.n. in literis beneficiali-
bus,quæ ſunt ambitioſæ,& ideo reſtringendæ non con
tineatur cathedralis eccleſia ſub generalitate eccleſia-
rum illius ciuitatis vel diœceſis,vt de præben.c.quam-
uis.§.1.lib.6.In re tamen propoſita,quæ potius late eſt
Interpretanda,cum motu proprio Papæ & ob neceſſa-
rias & ſumme fauorabiles cauſas bulla proceſſerit , &
quo onus in plures diuiſum æqualibus ſupportetur , &
cum non de eccleſijs ciuitatis,ſed potius prouinciæ di-
ſponatur,continebuntur eccleſiæ cathedrales, præſer-
tim cum de ipſis nominatim coniuncta ſcriptura facta
fuiſſet mentio ſpecialis.arg.in eo.c.quamuis.in prin. &
§.1.& fi.de præben.lib.6.eo.ti.c.pro illorum. & de pri-
uil.c.ſi motu proprio.lib.6.& ff.de leg.1.l.ſi ſeruus plu-
rium.§.fi.& hæc de ſecundo .

¶ Ad tertium vero breuiſſime puto,eccleſias nō col
legiatas neque habentes conuentuales, ſeu conuentū
non habentes,nec earum rectores , vel parrochianos ,
ſeu curatos in ciuitatibus, vel diœceſis minime conti-
neri, nec in ipſo caritatiuo ſubſidio debere conferre ,
quoniam nec literarum verba,nec mens Papæ,qui vo
luit celerem ſui mandati executionem , & ab his, quos
veriſimiliter poſſe commode & promptū haberi ſubſi
dium extimauit, quod in ſimplicibus ſacerdotibus , &
eccleſijs non collegiatis,nec conuentualibus facile po-
teſt contingere,patiuntur,ad quod.ff de leg.3.l.non ali
ter.& de exerci.l.1.§.ſi his qui nauem .

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Iuramentum interpoſitum ſuper contractu metu
initum an & quando obliget iurantem ad eius obſer
uationē. Et an iudex ſecularis poſſit cognoſcere de hu
iuſmodi iuramento vel contractu.Et an ſententia lata
ſuper dicto contractu præiudicet alteri cuius nomine
etiam celebratur,fuerat contractus .

SVMMARIVM.

1 Iuramentum per vim extortum nullius eſt momenti .
2 Iuris canonici diſpoſitio quando iuris ciuilis diſpoſitioni præualere debeat .
3 Verba iſta , nullius momenti,a legiſlatore prolata quid ſignificēt.
4 Periurij punito cuius foro competat .

CONSILIVM CXXI.

QVIDAM S.Agit contra M.dicens quod
per metū mortis,ſeu cruciatum corporis,
vel metū carceris,ī quo fuerat poſitus,quā
dam trāſactionem cū dicto M. per quam
remiſit ipſi M.certas obligationes, in qui-
bus ipſe M.dicto S.tenebatur in diuerſis quantitatibus,
& ex diuerſis cauſis , quarū obligationum etiā publica
documēta dictus M.ſimiliter dicto S.per vim abſtulit ,
petens pronunciari dictam tranſactionem. & in ea cō
tenta non valeret nec tenere, & dictum M. cōdemna-
ri ad reddendū ſibi S.dicta inſtrumenta ablata , quæ ēt
ſingulariter & ſpecialiter exprimit & enumerat ,& ꝓ-
duxit copiā prædictæ trāſactionis. fuit aūt dicta tranſa-
ctio iuramento corporaliter præſtito firmata de atten
dendo oīa in eo contēta,& de non cōtraueniēdo vlla
ratione. Quæritur an non obſtante præfato iuramen-
to poterit dictus S.ita agere & petere , an vero vigore
iuramenti ab ea petitione dictus S. protinus repellen-
dus ſit . Secundo an iudex ſecularis poſſit de vi iura-
menti agnoſcere. Tertio cum dictus M.dictam tran-
ſactionem fecerit ſuo & vnius ſui nepotis nomine,
an pro

an pro parte nepotis, contra quem actum non eſt, quiq; nec fuit in iudicio, poſſit quicquam fieri, vel iudicari per iudicem cauſæ &c.

¶ In propoſita quæſtione primo loco videtur prima fronte dicendum, dictum S potuiſſe ita agere, & petere
1 re ſicut præmittitur ſine obſtaculo iuramenti, † quoniã iuramentũ per vim & metũ extortum ẽt a maioribus nullius eſt momenti, vt eſt expreſſum C. ſi aduer. ven. auth. ſacramenta puberũ, & in corpore vnde ſumitur. & hoc tenet gl. in corpore vnde ſumitur. d. auth. ꝙ einſmodi iuramentũ ipſo iure ſit nullũ in gl. quæ incipit. i. & ſi nulla cã &c. & hæc ẽt tenet Bal. ibidẽ & Cy. idẽ ſentit & Bar. in fi. ſui cõmentarij ſuper d. auth. In oppoſitũ videtur tex. in c. ad aures. de his quæ vi metuſve cau. & ibi ita no. per Inno. & Io. An. & cæteros poſt ſecutos poſt canoniſtas. Et ad hæc facit c. abbas. & quod ibi ꝑ gl. eo. titu. & c. ad audientiam. & huius ẽt ſententiæ videtur Hoſt. vbi ſupra & in ſumma eod. ti. §. qualiter retractetur. verſi. in hac aũt retractione. & videtur cõior hæc ſentẽtia apud dños canoniſtas, ꝙ vbi iuramentũ de ſe ſit de re vili & prohibita iuris, licèt turpiter ſit exactũ, puta dolo vel metu valeat iuramentum. eiq; obtẽperandum ſit, donec fuerit per iudicẽ cõpetentem cauſa cognita iuſte reciſum, ſeu retractatũ, & data licen-
2 tia contraueniendi. Et cũ † in iuramento tractetur de peccato, & ſalute animæ, in hac re magis eſt ſequenda canonum & doctorũ iuris canonici q̃ tex. iuris ciuilis ſiue prudentũ ſñia, cùm ſit cauſa ſpiritualis, quæ ad forũ canonicum pertinet, & in huiuſmodi cauſis non dedignentur leges ſacros canones immitari. vt in Auth. vt cle. apud propri. ep. §. pe. & de ec. ti. in princi. & C. de de ſac. ſan. ecc. l. in nouatione. & quod ibi no. per Bart. & de fo. cõpe. c. cũ C. laicus. in 6 & de iudi. c. nouitet. & hæc pars videtur eſſe ſecurior. In ambiguis aũt ſententia tutior præeligẽda eſt, ꝑſertim cũ de periculo ipſius animæ diſceptatur. de reſtitu. ſpo. c. literas. cum ſi. Concluditur itaque dictũ S. a petitione propoſita repellendum, præſertim cùm apud iudicem ſecularem ea petitio propoſita ſit, niſi prius fuerit obtenta a iudice competenti relaxatio iuramenti. & ita firmat gloſſ. de iure iur. c. ſi vero. & c. verum.

3 ¶ Ad allegata in diuerſum reſpõderet, ꝙ illa verba, nullius momenti, quæ ſunt in d. auth. ſacramenta, debent intelligi nullius momenti. ſ. in effectu, quia. ſ. ita iurantes abſoluẽdi ſunt metu probato, cauſa cognita, vt in ſuperius allegatis iuribus comprobatur. Et ita exponuntur illa verba, nullius momenti, ſm vnũ ſenſum in corpore vnde ſumitur. & ita exponuntur in l. qui in carcerẽ ff. quod me. cau. per Bal. Sed illud ſecundo dicitur, ꝙ etſi ſine præiudicio veritatis iuramentum metu extortum ipſo iure nullum foret iure ciuili, vt quidam aiũt vt ſupra retuli, adeo ꝙ propria auctoritate & ſine licentia ſuperioris poſſit contrauenire, Iure tamen canonico ipſum iuramentum, cum habeat voluntatem licèt coactam, nec ſit de re turpi, poſſitq; ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, nec in alterius vergat diſpendiũ ſi ſeruetur, obligat iurantem ad eius obſeruantiam, donec a competente iudice fuerit cauſa cognita relaxatũ. hæc enim cõis ſententia apud dominos canoniſtas, vt no. glo. a quo non eſt in iudicijs & ambiguis quæſtionibus abeũdũ. de iureiur. c. ſi vero. & c. verũ. & quod no. in eis, & licèt ẽt de hac ſint diuerſæ ſententiæ apud ipſos dominos canoniſtas, iſta tamen eſt cõior, ꝙ debeat peti abſolutio, & hoc iure vtimur. Et ita vidi ſemper obſeruatum ex facto & practicatum', ꝙ eſt grande argu. ꝙ ita & de iure ſit, vt C. de iudi. l. certi iuris. & ff. de legi. & ſenatuſcon. l. ſi de interpretatione, &c.

¶ Ad ſecundum videtur etiam de iuramenti viribus
4 & validitate per iudicẽ ſecularẽ poſſe cognoſci, cũ † & punitio periurij ad forũ quoque ſeculare pertineat. Nã & leges periuria puniunt, vt C. de indi. vidu. tol. l. 2. & ff. de crimi. ſtel. l. de periurio. & de iureiur. l. ſi duo patroni. §. fi. ergo & cognitio cum neceſſario punitionẽ præcedat, vt C. de ſen. & interlo. om. iudi. l. prolatam. & de ſen. ex peric. reci. l. ſecunda. Rurſum & princeps gratiam facit iuriſiurandi, vt ff. ad municip. l. fin. in prin. & ar. ff. de iure pa. l. adigere. §. fi. verius tamen & cõſultius atque ſecurius eſt, ꝙ ſi dubitetur probabiliter, an iuramentum ſit ſeruandũ, nec ne, huius dubij cognitionẽ ad ſolũ eccleſiaſticũ iudicẽ pertinere, ſiue ſimpliciter, ſiue incidenter, hoc quæratur, ne alioquin per quandã conſequentiam fateamur, quod ad iudicem quoq; laicũ relaxatio iuramenti iure pertineat, quando poſſit ꝓnunciare iuramentum non tenere, quo caſu ẽt ſi teneret, tali tamen pronunciatione reſcinditur. arg. ff. quæ ſen. ſine appe. reſcin. l. 1. in prin. Et pro hoc facit expreſſum de elec. c. venerabilẽ. de iudi. c. nouit. & quod me. cau. c. ad aures. & hoc ibi aperte tenet Inno. ſi quis recte proſpexerit, & Io. An. ibidem. Debuit ergo iudex laicus, coram quo hæc quæſtio vertebatur, exceptione iuramenti propoſita contra dictum S. ipſius exceptionis cognitionem ad examen remittere eccleſiaſticũ. vt de ordi. cog. c. tuã. & ibi hoc de iuramento ſpecialiter ſentit Hoſti. & qui fi. ſint leg. c. cauſam. & c. lator. & ita finaliter ſolẽni diſputatione præmiſſa determinat Io. An. de fo. compe. c. cum laicus. lib. 6. ſuper glo. vlti. & per ea quæ ibi notat ipſe Io. An. apparet reſponſio ad allegata ſuperius in oppoſitum, quoniã ſi conſtat iuramentum licitum & omnimodo etiam cum effectu ſeruandum, etiã iudex laicus poterit laicũ ad obſeruantiã iuramenti compellere, & conſimiliter per præallega. l. de periurio punire. Sed cum in dubium probabile re- 1
uocatur, an iuramentum teneat nec ſit ſeruãdum, nec ne, huius dubij diſceptatio & diffinitio ad iudicem pertinet eccleſiaſticum, ne vt dictũ eſt, forte iudicem laicũ ab obſeruatione iuramenti abſolueret, ſi pronunciaret iuramentũ, qđ potius ſeruãdum foret, nõ ſeruandum, qđ nõ eſt ſerendum. Nam & dubitatum fuit apud nõnullos, an epiſcopi & inferiores a Papa poſſint ab ipſo iuramẽto, qđ alias remittendum eſt, ipſos iurantes abſoluere, etiam ſi iuſta cauſa ſubfuerit, vt plene traditur per Io. An. de iureiu. c. debitores. Et ad confirmationẽ præmiſſorum faciunt, quæ no. Bar. ff. ſo. ma. l. titia. & C. de ſacroſan. ec. l. omni in nouatione. vbi diſtinguit, an ſit quæſtio facti tantum, & tunc iudex ſecularis poſſet quoque cognoſcere: an iuris tantum, & tunc nõ poſſit. Et in hanc quoque partem procliuior ſum, vt non iudex laicus, ſed ſolus eccleſiaſticus poſſit de iuramenti validitate cognoſcere neque diſcernere, & hæc de ſecundo.

¶ Ad tertium expedita reſponſio eſt contra nepotẽ, qui non fuit in iudicio, & contra quem actum nõ eſt, nil poſſe protinus fieri vel iudicari, & quicquid actũ eſt in eo iudicio ſibi nullatenus nocuiſſe per l. 1. & 2. 3. C. quibus res iudi. non nocet. cum infinitis ſimilibus &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum de præſcriptione 10. anno. inter præſentes, & 20. inter abſentes excludens creditorem an locũ habeat ſi debitor ſciat ſe deberi, & ſic ſi eſt ĩ mala fide, & quid in præſcribenda facultate emendi, & an dicta ꝓſcriptio locũ habeat in hærede ſcripto vel ſubſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum etiam in foro ciuili ſeruandum eſt præcipue vbi de animæ ſalute prouidendum eſt.*

2 *Præſcriptiones, quæ iuris ciuilis auctoritate ſcientibus procedebant, ius canonicũ abrogat, & quid de præſcriptionibus ſtatutarijs.*

3 *Hypotheca bonorum defuncti an dicatur in fideicommiſſo ſubeſſe.*

CONSILIVM CXXII.

S ET P. Ciues in ciuitate Vincenci. in ciuitate Mediolan. adinuicem conueniunt, quod dictus S. ad omnem ipſius P. requiſitionem faceret ipſi P. venditionem, & datum & liberum, & franchum de quadam petia terræ iacente in ciuitate Vincenci &c.

dictus P.ſpacio 30.ann.ſuperſedit in petendo & requi-
rendo a dicto S.dictā venditionē, modo quæritur nun
quid vigore præſentis ſtatuti præſcribatur facultati præ
dictæ, videlicet requirēdi dictam venditionē fieri &c.
Itē quæritur præſuppoſito dicto ſtatuto nunquid præ-
ſcribatur iuri adeundi hæreditatem ſibi ex teſtamēto
delatam non ſeruata forma eiuſdem ſtatuti & præcur
ſo tempore 15.anno.an vero hæres ex teſtamento in-
ſtitutus aut ſubſtitutus poſſit hæreditatem adire & cō-
ſequi quandocunque ſtandumq; ſit diſpoſitioni iuris
communis dicto ſtatuto non obſtante.

¶ Ad primū de quo quæritur videtur prima facie re
ſpondendum, præſcriptum eſſe, nam dubitari non po-
teſt, quin d. P. creditor recte dicatur ex ſtipulatione p
eum facta & promiſſione de vendendo facta ſibi per
dictum S.de dicta petia terrę, ut ff.de reb.cre.& ſi certū
pe.l.1.& 2.§.verbis.& not. per Guil. & Bar. & cæteros
ſcribentes in l.1.præalleg de reb.credi. Igitur compre
hēditur in verbis ſtatuti dictantis.Item ſiquis creditor.
Et ad hæc faciunt l.creditores.& l. creditorum. & l. ſi
cui.ff.de ver.ſig. In oppoſitū facit, quia cum ipſum S.
ex ſua promiſſione. & fide data, ac cōtractu teneatur,
non poteſt ignorantiam debiti prætēdere, & quin ſciat
ſe debitorem faciendæ præfatæ venditionis dicto P. ad
oēm eius requiſitionē, vt ff.ad velle.l. quāquam. igitur
mala fide impediente non poteſt iure canonico, vt de
præſcri.c.quoniam omne.& de reg.iur.c.poſſeſſor ma
1 læfidei.lib.6 quod † ius canonicum ēt foro ciuili & pra
to iuſtiniani ſeruandum eſt.cū cauſam peccati in præ-
ſcribente ſubmoueat, & ſaluti animæ ſuæ prouideat,
in qua re non indignantur leges ſacros canones immi
tari, vt in Auth.vt cle.ap.propri.epi. §.fi.& de eccle. ti.
in prin.& eſt concors omnium ſententia in huiuſmo-
di cauſis ius ciuile canonibus famulare, & not. per Io.
An.de ope.no.nun. c.j.& 2.Nec in diuerſū me prouocat
not.Bar.in l.ſequitur.§.ſi viam. ff. de vſuc. vbi tentauit
in præſcriptionibus, quæ currunt contra perſonales a-
ctiones, quæ non ex bona fide ſeu poſſeſſione præſcri-
bentis, ſed ex negligentia eius, contra quem præſcri-
bitur, currunt, non habere locū d.c.quoniam omne.&
c. poſſeſſor. quoniam non deciſiue protinus loquitur
Bar.ſed ſe ſubmittit determinationi ſanctæ matris ec-
cleſię.& dominorum canoniſtarū.& rectiſſime fecit,
vt ibi poſt eū ſcribit Ang.cum ſolemni diſputatione p
poſita Io.An.in d c.poſſeſſor.decidit oppoſitū.ſcientia
namque debiti & datæ fidei ſuæ creditori non patitur
eum præſcriptione tueri, ut fidem datam, quam nec da
tam ignorat, poſſit verecunde negare. Quinimmo ibi
in d.§.ſi viam.audet Ang.nec iure ciuili propter pec-
cati cām, cùm qui ſciat debitorem poſſe pręſidio præ
ſcriptionis velut improbo & improba allegatione tue-
ri, vt in Auth.Romana eccleſia. circa medium. § ba-
beat.coll.2.vbi ait legiſlator eſſe impiū & iniquis homi
nibus præſidium præſcriptionis, & per ipſum ſcien-
tibus tutum peccandi locum concedi, & improbam al
legationem tēporis contra puram veritatem. Et notā-
dum ꝙ ibi loquitur tex.etiam in præſcriptionibus per
ſonaliū actionū, vt colligitur in §.j.in verbis illis, quicq̃
debeatur.& glo.parua, quæ dicit actione perſonali. De
nique gl.ſequens, quæ incipit.ſed hodie in fi.in eo.ti.cō
ſtanter aſſerit huiuſmodi præſcriptiones, quæ iure ci-
uili ſcientibus etiam procedebant per decre.Inno. cu-
ius eſt præalleg.c.qm omne.& iure canonico protinus
2 abrogatas.† Et idē ēt in ſtatutariis p̄ſcriptionibus qua
lis eſt ea, de qua quæritur.ſcribit Io.An.in c.fi. de exce.
lib.6.in nouella, ſcientibus non proficere, a quorū tot,
& tantorū auctoritatibus non eſt tutum recedere. Nec
me mouet, quod dictus P.non ſimplex creditor, ſed vi-
ce mutua debebat & ipſi precium præſtare, vnde nec
ante ipſe S.in mora fuiſſe putandus eſt, quoniā nō mo-
ra impedit ipſam præſcritionem. ſed debiti ſciētia. Nā
nec in ſimplici debitore pecuniæ etiamſi nil ei fieri vel
dari oporteat moram putamus, niſi poſt interpellatio-
nem factam ei parte creditoris, vt ff.ſi cer.pe.l.quod te.
& de verb.obli.l.ſi ex legati cauſa.& tamen eum ſcien
tem etiam ceſſante omni interpellatione creditoris ſē
tiunt debitores vbi ſupra non poſſe præſcribere, deni-
que ad obtinendā venditionem dicto P.nequaquā fue-
rat oblatio precij neceſſaria, ſed facta vēditione ad ob
tinendam traditionē, vt ff.de ac.emp.l.iulianus.§.offer
ri. Hanc etiā ſnīam optima conſideratione ſuadeo. nā
huiuſmodi ſtatuta hāc breuis tēporis præſcriptionem
introducētia eo maxime proceſſerunt, quod præſum
pſerunt vehementer creditores, niſi ſolutionem acce-
piſſent debiti, nequaquam tanto tēpore ſub ſilētio præ-
terijſſe, quam rationē ēt quædā ſtatuta exprimunt. nā
& cū alia ratio reddi recte non poſſit, ea ſola legis ratio
putanda eſt, ut ait Bal.C.de lib.præte.vel exhæ.l. maxi-
mum.In ſpecie aūt propoſita certo certius eſt euidētiſ-
ſimum S.prædictum non ſoluiſſe quod ſpoponderat,
cum ipſa petia terræ continue ſit, & in præſentiarum
fuerit apud eum corporaliter conſtituta, & ipſe nec ſe
vēdidiſſe rogatus profitebitur, aut ſi profiteatur, tanto
magis rei venditæ traditionē oblato ſibi precio proti-
nus improbe recuſabit. Quid dixerim, quod & in iſtru
mento memoratæ promiſſionis adeſt generalis hypo
theca bonorū, & ꝯſequēter ipſius petiæ terræ, aduerſus
quam hypothecariā non niſi poſſidētibus hypothecas
currit præſcriptio, ut C.de præſcrip.30.vel 40.ann.l.cū
notiſſimi.in prin.& §.1 & ſic ex poſſeſſione malæfidei
cùm ſciret idem S.obligata bona ſua per not.C.de præ
ſcrip.triginta vel quadriginta ann.ſicut in glo. quæ in-
cipit mala fide & per Cy.C.ſi aduer.credi.l.1.ī prin.ſui
cōmētararii. Vnde ſm ēt attētata per Barto. ubi ſupra
non potuiſſet idem S. actionibus hypothecariis præ-
ſcripſiſſe, nec ſi lex municipij id ꝯſulto ſanxiret, ꝑpter
cauſam peccati, contra quas hypothecarias nullū ma-
net dicto promiſſori præſidium, & per eas poterit ſtipu
lator ſuæ ſtipulationi conſulere. Relinquitur itaque cir
ca primum conſultationis articulum concludendū,
dicto S præſcriptionis pręſidiū nec ſibi proficere, nec
aduerſario protinus obfuiſſe tum &c.

¶ Circa ſecundum compendioſè reſpōdendo puto,
hæredē inſtitutū vel ſubſtitutū, cui ius adeundæ hæredi-
tatis delatū ſit ſeu competat, ex hoc non recte credito
rem intelligi. nec creditoris, de quo lex loquitur muni
cipalis, appellatione comprehendi, cū ante aditā hære
ditatem neque contraxerit neque quaſi, ſed per ipſam
aditionem quaſi contrahere videatur, ut ff. ex qui.cau.
in poſ.ea.l.apud iulianum.§.fi.cū l.ſeq.& de act.& obli.
l.ex maleficijs.§ hæres. & in Inſti. de obli. quæ quaſi ex
cōtra.na.§.hæres.nec fidem cuiuſquā ſequutus ſit, nec
ei quicquā debeatur, nec vlla actio competat, ſed ſola
facultas adeundi ſit, quæ & ſeruis inſtitutis cōpetit iu-
bentibus dn̄is, nec quicquā debere petentibus, & nec
ad hęredē ſuū his, cui hr̄ditas ſit ius adeūdi, vt C.de cad.
tol l.j.§.in nouiſſimo. vnde ceſſantibus verbis legis ſta-
tutariæ, ceſſabit & ipſa l.ex, ff.de accu.l hos accuſare.§.
oibus. Porrò ſi fuerit quis per fideicommiſſum ſubſti-
tutus, poterit creditoris appellatione comprehendi, &
ſtatuti poteſtati ſuccūbere per ea, quæ no. prealle.l.j.ff.
de re.cre.per doc.& præcipue per Bart. ſed debitorem
3 fideicō.ſcientē negabo ſm præſcripta p̄ſcribere, cū † &
ſit tacita in fideicōmiſſis bonorū hypotheca defuncti,
vt C.cōm.de leg. l. j. Et rurſum nec ꝯtra fideicōmiſſa-
riū ignorantē, cum neſciens nec agere poſſe dicatur, vt
ff.de caium.l.annus.& iuſtū impedimentum ignoran-
tia facti alieni probabilis æſtimetur, quæ per ipſam le-
gē municipij circa mediū excipiuntur. Cùm etſi nō eſ-
ſet excepta probabilis ignorantia, ſicut nec iure com-
muni excipitur in præſcriptione longi, vel longiſſimi
tpis, vt C.de præſcri. lon.tēp.l.fi.in fi.& de p̄ſcri.30. vel
40.ann.l.ſicut.beneficiū reſtōnis in integrū ex generali
clauſula nō negetur ſm gl.ff.quēad.ſerui.amit.l.ſi ſic.&
l.ſi partem.§.1.in prima glo.Bart idem no.ff. de itine.
actuque priua. l.1.§.ſiquis. autem propter inundatio-
nem. Ex quibus liquet ad quæſitum reſponſum.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGV-

ARGVMENTVM.

¶ Clericus coniugatus in delictis an gaudeat priuilegio fori, ſi non incedat in habitu & tonſura, & an talis cognitio ſpectet ad iudicem ſecularem, an vero eccleſiaſticum. Et an ſtatutum puniens de falſo fabricantē ſcripturam publicam, locū habeat in priuata ſcriptura. Et an ex cauſa iudex poſſit minuere pœnā ſtatuti, & quæ dicatur iuſta cauſa diminuendi pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad hoc quòd quis poſſit gaudere priuilegio clericali.*
2 *Conſuetudo quid in puniendis clericis operetur.*
3 *Verbum, conuictus, quid in cauſis iudicialibus ſignificet, & an confeſſus dicatur conuinci.*
4 *Res appellatione ſimplici intelligendum eſt de tota.*

CONSILIVM CXXIII.

PRAESVPPOSITIS Statutis cōmunis Tar. tenoris, qui ſequitur, q̄a tabellionum ſcriptura legaliter fabricata a cunctis merito ſanctiſſima reputatur, cui præ cæteris fides plenaria adhibetur, per quā etiam vniuerſus mundus gubernatur & regitur. Et ne quis falſitatem in ea committere præſumat, de cætero præſenti ſtatuto firmamus, quod ſiquis conuictus fuerit notarius ſiue alius ſub ſua vel alterius tabellationis nota de falſo inſtrumento, vel ſcriptura alia per ſe ſcripto vel ſcripta manū dexteram ſine vlla redemptione amittat. Et ſimiliter qui fieri fecerit, vel tractauerit illud inſtrumentū vel ſcripturam ſine redemptione aliqua manum dexterā amittat. Condito teſtamēto per Petrum, in quo filium ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit, & ſi in pupillari ætate deceſſiſſet ſubſtituit Iacobum, Iacobus iſte ſubſtitutus, vt ſubſtitutio iſta cōprehenderet etiam fideicōmiſſariam ſubſtitutionē, abraſit de prothocollo notarij iam mortui illud verbū, & pupillari ætate, & appoſuit verbum, etiam quacunque ætate, & ſimiliter fecit in regiſtro cōmunis & inſtrumēto dicti teſtamenti per notarium in publicam formā redacto, quod penes ipſum erat. Poſtmodū dictus Iacobus ob hāc cām detētus reſpondēdo inquiſitioni ꝑ poteſtatem contra eum factæ confeſſus eſt dicta ſupradicta. Nūc vero ſe clericum allegat, & petit ſe remitti ad iudicē eccleſiaſticum. Contra cū obijcitur, ꝙ eſt coniugatus, & qđ non incedit etiā in habitu & tonſura clericali. Ex his quæritur nūquid dictus Iacobus ad iudicem eccleſiaſticum ſit remittendus, maxime attenta generali conſuetudine, quæ etiam iſtis partibus viget, quod coniugati, quātuncunque clerici ſint, non portent habitū neque tonſuram clericalem, vel ſaltem cognitio huiuſmodi exceptionis ad ipſum iudicem eccleſiaſticum ſit remittenda.

¶ Secundo præſuppoſito quòd iſte Iacobus ſit per iudicem ſecularem puniendus, an pœna ſtatuti habeat locum etiā caſu iſto ex diſpoſitione ipſius ſtatuti, an verò remaneat in arbitrio iudicis maxime vigore ſtatuti ſequentis & cætera. Itē firmamus, quòd in omnibus maleficijs vel quaſi vbi non eſſet appoſita pœna per ſtatutum per reformationē cōmunis Taruiſ. vel de quibus in eis non fieret mentio, quod poteſtas poſſit procedere de ſimilibus ad ſimilia, & apponere aliam pœnam, quę apponitur per ſtatutū in ſimili vel quaſi ſimili maleficio. Et vbi nulla eſſet ſimilitudo apponat pęnas ſecundum bonas conſuetudines ciuitatis Taruiſ. &c.

1 ¶ † Circa primū de quo quæritur puto nō quidem ad eccleſiaſticū iudicem remittendum Iacobum, de quo pręmittitur, cum neque deprehenſus fuerit in veſtibus clericalibus & tōſura neq; antea tulit veſtes clericales & tonſuram, quæ duo coniūctim conſiderantur in clericis coniugatis, vt quo ad forum in criminalibus priuilegio gaudeant clericali. vt de cle. coniug. c. vnico. li. vj. & ibi not. per Archi. & hoc puto ꝑ c. ſi iudex. in fi. de ſen. excom. li. 6. Nec me mouēt ꝯſuetudo generalis quę ꝓponit̄ vt clerici coniugati in veſtibus & tonſura non incedant. tum nec iure cogantur, ſeu cogi poſſunt ad veſtes clericales & tonſuram deferendas, vt de cle. coniu. c. Ioannes. vnde in hoc cōſuetudo generalis iuri cōi conſentanea ius cōe non lædit, quod priuilegium clericale ſolis clericis coniugatis veſtes & tonſuram deferē
2 tibus indulſit, niſi forte † proponeretur generalem cōſuetudinem eſſe illius ciuitatis, vt clerici coniugati etiā quo ad forum priuilegio gaudeant clericali, quāuis veſtibus & tonſura forſitan non vtantur, tunc. n. conſuetudo ipſos clericos coniugatos non incedētes in veſtibus & tonſura tueretur. per id quod no. Io. Mo. in præalle. c. vnico. de cleri coniu. in glo. ſua vlt. Potiſſime cū id capitulū ius vetus corrigat, quo iure veteri regula erat pro foro eccleſiaſtico exceptiones pro ſeculari, vt in mercationibus &c. vt no. idem Io. Mo. dolens & cōquerens in glo. ſua prima eiuſdem capituli. & Ioannes An. in nouella ad fi. ſuæ primæ gl. addidit. Nec huic refragatur, quod idem Ioānes An. no. in nouella, in ver. volumus, quia ibi loquitur de conſuetudine, quæ erat ſecundum ius ante illud c. vnicū. de cle. coniu. Cognitionem tamen huius exceptionis an is Iacobus ſit clericus & talis, q̄ poſſit eiuſmodi gaudere priuilegio vel rōne conſuetudinis, vel quod ex aliqua cauſa iuſta rationali non incederet in veſtibus & tonſura, quo caſu non amitteret priuilegium clericale, vt ſentit Archid. in ſua glo. ibidem ſecunda, puto protinus ad eccleſiaſticum, non ēt ad laicum iudicē pertinere, cùm ſit res eccleſiaſtica & ſpiritualis ut exprimit tex. in præalleg. c. ſi iudex laicus. de ſen. excom. lib. 6. in prin. Et no. per gl. ibidem in fi. ſuper ver. fecerit. Manebit itaque idē Iacobus apud iudicē ſecularē ſicut eſt, nec remittetur ad eccleſiaſticum etiam id petentē. Verū iudex eccleſiaſticus de exceptione, & viribus eius cognoſcet, non autē iudex laicus ſuperſedebitque iudex laicus omni proceſſu, donec iudex eccleſiaſticus de exceptione cauſa cognita iudicauerit, vt in præalleg. c. ſi iudex. & in his, quæ ibi traduntur & pro concordantibus adducuntur per gloſantes id capitulū &c. ¶ Circa ſecundum conſultationis articulū videtur ex tribus, hunc caſum in ſtatuto tabellionum ſupra primo loco propoſito non comprehendi, primū ex verbo conuictus, quo vtitur ipſa muni
3 cipalis conſtitutio, quod † verbū, conuictus, magis pertinet ad eum, qui teſtibus aut alijs legitimis argumētis facinus cōmiſiſſe probatus eſt, q̄ ad confeſſum, de quo thema non proponitur. velut. n. diuerſæ ſpecies plerūque referuntur a iuriſlatoribus conuictus vel cōfeſſus, vt C. de epi. & cle. l. ſi quis in hoc genus. extra de iudi. c. at ſi clerici. C. de execu re. iudi. l. fi. & quo ap. non reci. l. 2. & quod ibi no. in gl ſpōtanea. Nec eſt ſine rōne grauius agi cū conuicto teſtibus & alijs ſimilibus probationibus, q̄ cū ſponte confeſſo, cum ille propter inficiationē & onus probationis impoſitū iuſte grauiorē pœnā mereatur. arg. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. ſtudiū vero maliuolentiæ. & ff. de iureiur. l. cū qui. in prin. & nōnunquam ſtatuta & iura confitentibus pœnæ partem remittant, in negantibus aūt ſtatuta augeāt, non ab re igitur eſt & in hac grauiſſima pœna mutilationis dextræ ſeparare voluiſſe credatur ſponte confeſſos a conuictis legem ipſam municipii, præſertim, cùm plerunq; crimē falſi ad pœnā pecuniariā pertineat, ideoq; & ꝯtra regulā in hoc crimine liceat tranſigi, vt C. de tranſactio. l. tranſigere. Non neſcio m̄ qūq; & hoc verbum conuictus, ad cōfeſſum ꝑtinere, vt C. de pœnis l. qui ſententiā. Sed ibi adijcitur verbū cōfeſſione, nōnunquā ēt verbū conuictus, ēt ſimpliciter prolatū ad eū ſolū pertinet, eūque ſolum ſignificat, qui teſtibus vel alijs probationibus, non ēt cōfeſſione conuictus eſt, vt C. de cōpenſa. l. fi. in ver. conuicta. & quod ibi no. in glo. & ff. de reg. iu. l. nemo ex his. i pri. In re itaq; odij pleniſſima, & vbi ius cōmune corrigitur, vbi ſtricta facienda eſt interpretatio, & verba ſtrictiſſime ſunt accipienda. ar. in c. odia. extra de reg. iur. in 6. & ff. de lib. & poſthu. l. cum

cuidam. & quod not. per Barto. in l. talis ſcriptura. in fi.
ff de leg. j. & C. de appe. l. præcipimus. in fi. in ver. ſpecia
liter. & in Auth. qui mo. na. effi. ſui. §. tribus. & quod ibi
no. in glo. recte quiſque cenſuerit, vt id verbum conul
ctus, quo ſtatutum vtitur in ſtricta, vel frequenti ſignifi-
catione, non autem latiſſima ſua ſignificatione ſuma-
tur. nam & in pœnis iubemur eſſe molles interpreta-
tione, vt ff. de pœnis. l. interpretatione. & ita ſtatuta iu-
bemur interpretari etiam ea reſtringendo contra pro
priam verborum ſignificationem, vt quãto minus fie-
ri poſſit a iure communi deuient, ſed ad ius commune
reducantur, dummodo aliquid operentur, ut extra de
conſue. l. cum dilectus, quæ optime facit, & ff. de mu.
& hon. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. Secũdo caſu princi-
paliter mouet, quòd hic caſus eo ſtatuto non continea
tur, quoniam hic ſtatutum de notario tantum falſum
committente loqui videatur, ſi ſingula ſequentia ſingu
lis præcedentibus congrue referantur, videlicet ſi quis
notarius ſub ſua nota vel alius videlicet notarius ſub al
terius tabellionis nota, quod namque illud alius de no
tario intelligi debeat oſtendit ille genitiuus alterius ta
bellionis, qui ſequitur, qui eſt relatiuus eiuſdem qualita
tis, licèt diuerſæ ſubſtantiæ, vt ff. de vino triti. & oleo le.
l. fin. §. cui dulcia. & quod habetur ff. de procur. l. nõ ſo-
lum. §. quæritur. in gloſſ. alioquin ſi illa duo ſequentia
ſub ſua alterius tabellionis nota ad vtrunque præcedẽ
tium referantur, & illud verbum, alius, etiam de eo, qui
non ſit notarius intelligatur, ut prima fronte ſonat, ꝓ-
pter verbum, notarius, præcedens, illico eueniet, vt il-
lud ſtatutum etiam hunc caſum apprehendat, ſi quis
non notarius ſub ſua nota inſtrumentum aliquod fal-
ſum conſcriberet, ea pœna teneretur, quod profecto
non eſt de mente ſtatuti volentis in publicis inſtrumẽ
tis crimẽ falſitatis repellere, hoc eſt, quæ publica eſſent,
ſi vera forent, quia ſcripta forent a tabellione, cùm
& ab eo qui ſit in veritate tabellio ſcripta dicantur &
legantur. Cæterùm ſi aliquis omnino priuatus, hoc ẽ,
non tabellio ſub ſua nota, cùm neque ſit tabellio, neq;
pro tabellione reputetur, aliquam falſam ſcripturã cõ-
ſcripſerit, non debet eius ſtatuti pœna puniri, cum non
puniat falſum commiſſum, niſi ſub colore vel tenore
publici documenti, vel publicæ ſcripturæ, quem teno-
rem, ſeu colorem, ſeu formam nõ habet ea ſcriptura,
quæ a priuato homine ſcriptura conſcribitur, & hanc
eſſe mentem ſtatuti probat exordium, ſeu proœmium
ipſius conſtitutionis, quod proœmium cauſam conſti-
tutionis continens ſtatutum ſubſequutum etiam con-
tra vim verborum habet reſtringere, vt in l. fi. ff. de hæ-
re. inſti. & no. per Barto. in l. cum hi. 10 princi. & in §.
hæc oratio in 3. notabili, per prædictam l. cum hi. ff. de
tranſac. & facit ad hæc ff. de fal. l. ſi quis legatũ. in prin.
& l. quid ſit falſum. & quod ibi per Barto. ff. de fal. Ter-
tio mouet principaliter, quia dicit ſtatutum, conuictus
ſit de falſo inſtrumẽto vel ſcriptura a ſe ſcripta vel ſub-
ſcripta quaſi exigat totũ ipſum inſtrumentum vel ſcri-
pturam falſo conſcriptam ab eo, qui imputatur. Appel
4 latio nãque† rei ſimpliciter totam ſignificat, ut no. ff. de
rei ven. l. ſi in rẽ, in prin. Hic autẽ Iacobus falſum inſtru
mentum non ſcripſit, ſed in aliqua parte veri inſtrumẽ
ti verum immutauit, & falſum verbum nõ totam ad-
huc orationem falſo conſcripſit, nec eſt in toto falſũ,
qđ nõ caret primordio veritatis, vt ff. de leg. 2. l. cum fi
lius. §. hæres. In hac itaque re, quæ ſtrictiſſime quantũ
fieri potuit, hoc eſt, interpretãda eſt propter eius odiũ,
intelligam hunc caſum comprehendi per eaſdem re-
gulas & rationes, quas ĩ articulo ſuperiore deduxi. Sed
cum ſolùm qui totum inſtrumentum vel aliam publi
cam ſcripturam puta in actis iudiciariis falſo conſcri-
pſerit, aut etiam falſi aliquid continentem, quamquã
non totam falſam, dum tamen totum inſtrumentum
vel ſcripturam conſcripſerit, ſic enim minus ius com-
mune corrigitur, & in pœnis mitior interpretatio
procedit. Nec eſt hæc interpretatio ſine ratione, ſi gra-
uius punietur tabellio in officio ſibi commiſſo tranſ-
grediens, q̃ priuatus, quia cui⁹ plura committũtur, ab eo
quoque plura exigimus, vt C. de epi. & cle. l. ſi quis preſ-
byter. Relinquitur itaquam ex ſuperioribus concludẽ
dum, caſum propoſitum in ſupra relata conſtitutione
non claudi. Cæterùm & illud nouiſſime digniſſimum
conſideratione non tranſeo. Quod etſi caſus iſte ſiue
veri præiudicio memorata conſtitutione claudatur, ni
hilo magis arbitrium iudicis ceſſet, quin & cã cognita
mitiorem poſſit pœnam imponere per l. etſi ſeuerior.
C. ex quib. cau. ma. & ꝙ ibi tractatur per glo. & doc. ff.
eo. l. quid ergo. §. pœna grauior. Inter cæteras autẽ cau
ſas pœnæ mitioris imponendæ illa quoque eſt, quæ ex
perſonæ delinquentis conditione conſurgit, aut ætatis
ratione, quia admodum ſenex aut iuuenis, ut ff. de ter-
mi. mo. l. diuus. & de mi. l. auxilium ſed vt. ff. de incen.
rui. nau. l. pedius. §. j. de iureiu. l. fi. de ſepul. vio. l. fi. Meri
torum & obſequiorũ in rempublicam præſitorũ præ
ſtantia, vt C. de decuri. l. quicunque ſumantes. lib. 10.
ff de remi. l. nõ omnes. §. fi. Nec quiſquam ſane qui ſa-
piat, dubitauerit aliter in hoc reatu puniendam eſſe ꝑ
ſonam atrocẽ atque famoſam, & quæ vt dixerim de-
cies millies hoc genus criminum, aut deteriora pecca-
uerit, & aliter eum eſſe puniendum, qui honeſtiore lo
co conſtitutus decurionatus honore perfunctus, & vſ
que ad tempus admiſſi criminis integerrimæ vitæ pro
republica labores, legationes, & diſcrimina prætuliſſet,
aut ſuam rempublicam commodis & honoribus au-
xiſſet, & ideo dixere noſtri maiores hodie pœnas arbi
trarias eſſe, quãuis certa lege ſtatutas, ſequuti iuriſcon-
ſultum ita dicentem. ff. de pœnis. l. hodie. licèt ei, qui ex
tra ordinem de crimine cognoſcit, quam vult ſenten-
tiam proferre grauiorem vel leuiorem, ita tamen ꝙ in
vtroque modo rationẽ non excludat. lex enim, quæ
nõ poteſt omnia diſtincte proſpicere, religioni iudicis,
qui in re agenda præeſt, id committit. propterea dictũ
eſt, præſtãtius eſſe bono rege, q̃ bona lege regi. vt C. de
his qui ad ecc. conf. l. præcoti. Hæc itaque omnia ma-
gnifico atque prudentiſſimo Taruiſij præſidi inſpicien
da ſunt, & pro conditione perſonæ, & negocij qualita
te & rei quantitate, modo pœnam ſtatuti mitiorẽ im-
ponat memor pulcherrimæ doctrinæ iuriſconſulti in
l. reſpiciendum. in princi. ff. de pœnis. & ſpecialiter ibi
plene in leuioribus cauſis proniores ad leuitatem iudi
ces eſſe debere, In grauioribus pœnis ſeueritatem le-
gum cum aliquo temperamento benignitatis inſequi.
Et ita fecit hic dominus Ioannes Mauro, qui ſcholarẽ
alias honeſtum in furto notabili comprehenſum non
turpi pœna qua etiam mortis potuiſſet ex forma ſtatu-
ti, affecit, ſed exilio aut relegatione damnauit. Ex qui-
bus ſuperioribus patet ad vtrunque quæſitum clara ac
manifeſta reſponſio &c.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Vſura vel intereſſe dotis non ſoluta per hæredem an poſſit peti per filiam teſtatoris, cui factum erat legatum pro certa quantitate quãdo nuberet, & quomodo quis conſtituatur in mora, & quod ſi hæres minor decedat relictis hæredibus maioribus an ex perſona defuncti poſſint ſe tueri, ne præſtent vſuras.*

CONSILIVM CXXIIII.

EGREGIVS Miles do. Veritas domi-
næ Biambræ filiæ ſuæ legitimæ & natura
li titulo inſtitutionis reliquit ducatos ſex-
centos nomine dotis ei dandos, quando
maritaretur inſtituto ſibi hærede in vni-
uerſum Marco⁹ filio ſuo impubere. Quo mortuo domi
na Dorothea vxor quondam dicti teſtatoris, & mater
dictorum impuberum tutrix ex teſtamento dicti quõ
dam viri filij ſui Marci poſt tutelã ſuſceptam ipſam do
minam Biambram factam adultam viro tradidit no-
bili

bili viro G. eiq; tutorio nomine Marci prædicti dedit
pro dotis parte d. Biambræ ducatos centum & duos. iã
dem mortuo dicto Marco in pupillari ætate, frater di-
cti teſtatoris & filius alterius fratris præmortui pupil-
lariter pro certis portionibus ſubſtituti adita hæredita-
te impuberis conuenti in reſiduo dotis, hoc eſt, ducat.
498. parte d. dominæ Biambræ apud competentem
iudicem in ipſum reſiduum ex ipſo teſtamẽto damna
tum dictæ dominæ Biambræ, eiq; licentia conceditur
comprehendende tenutæ bonorum patris & fratris
vſque ad ſummam petitam pro partibus quidẽ hære-
dum ſeu eorum, qui condemnati prouocarunt, & de
cauſa appellationis in arbitros & arbitratores compro
miſſum factum eſt inter partes. Ex forma conſtitutio-
nis ciuitatis, vbi res agitur, petit dicta domina Biambra
vſuras dictorum 498. ducatorum reſtantium pro do-
te dictæ d. Biambræ ex tempore contracti matrimo-
nij. Quæritur quid iuris.

1 ¶ † In propoſita quæſtione ſine diſputatione videtur,
vſuras peti non poſſe, quia non niſi ex mora præſtantur
vſuræ legatorum, vt C. de vſu. & fruc. leg. l. 1. 2. & fi. Sed
hic non proponitur mora interceſſiſſe, neque enim cõ
ditionis euentus ſicut certæ diei appoſitæ ſolutioni la-
pſus in mora debitorem conſtituit, vt no. per doc. & p̃
cipue per Bar. in l. quoties. ff. de ver. ob. & l. fi. Niſi quis
dicat minori 25. annis re ipſa moram factam eſſe, vt C.
in qui. cau. in integ. reſti. non eſt ne. l. in minorum. & de
leg. 2. l. titia. ſeyo. §. vſuras. cum cõcordantibus verum
incidet illa dubitatio, ut cùm ſit illud priuilegio ætatis
conſtitutum contra ius commune, vt d. §. vſuras. non
habeat id locum contra debitorem pupillum cum ip-
ſe de damno, illa de lucro & quidem odioſe certet, per
ea, quæ no. ff. de mino. l. ſi apud minorem. & l. verum.
§. item queritur. & quod ibi per doc. Præterea etſi mo-
ra facta intelligeretur, fortaſſis hæres pupilli ex perſo-
na pupilli in integrũ reſtitueretur, vt ff. de in integ. reſti.
l. non ſolum. & d. §. item quæritur illud plane certiſſi-
mum eſt, matrem hoc eſt dominam Dorotheam oẽ
damnum quod ex eo paſſus ſit pupillus vel hæres pu-
pilli actione tutelę, debere reficere, ut ff. de admi. tut. l.
quoties. §. ſicut. porrò dubium relinquetur pro tempo-
re poſt mortem impuberis, quo maiores hæredes an-
nis 25. ſucceſſerunt ex eo tempore ſaltem, quo fuerint
recte interpellati, ſi d. Biãbra maior fortaſſis facta ſit.
Sed & ipſi illo videntur ſe poſſe præſidio tueri, quoniã
hodie omne genus vſurarum pene omni iure ſit ſubla-
tum, vt & in alio conſilio plenius eſt deductum. Et Bar
to. hoc ipſum expreſſum notat. ff. de annu. leg. l. 3. §. fi.
& de his, quæ pœnæ no. l. 2. Non enim petit hic idem
G dotem ex promiſſione dotis ſibi facta, tunc etenim
cum onera matrimonij ſuſtinuiſſet, pluſculũ foret du-
bitationis per c. ſalubriter. & c. cõqueſtus. de vſur. & qđ
no. per Bar. ff. ſolu. matri. l. inſulam. §. vſuras, Sed agit
mulier velut ex legato, vnde remanet hic caſus ſub re-
gula, cùm non reperiatur inter exceptos in præallega.
c. conqueſtus. per glo. & doc. nec d. Biambra tenetur vi
ro propter alimenta, vt ſic ſua intereſſe prætẽdat. Illud
ſane foret expediſſimum ſi ab ea condemnatione nõ
prouocaſſent hæredes, ꝙ non deberentur vſuræ per l.
4. C. depo. prouideant ergo vt ſi poſſit expirent cõpro-
miſſum, & appellatio deſeratur, ita vt ſentẽtia tranſeat
in rem iudicatam lapſu fatalium.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctori.

¶ Et idem videtur mihi Raphaeli de Raymundis iu
ris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta per rectorem eccleſiæ, vel commendatarium ad certum tempus ſi rector moriatur medio tempore, an in ſucceſſorem duret, & ſic an ſucceſſor teneatur ſtare locationi prædeceſſoris.*

CONSILIVM CXXV.

REVERENDVS In Chriſto pater domi
nus frater Sanctus epiſcopus accien. Reue
rendiſſimi in Chriſto patri domini dñi A.
miſeratione diuina etiam ſanct Marci ſa
cro ſanctæ eccleſiæ Romanæ Cardinalis
Tudertini commendatarij archipresbyteratus plebis
ſanctæ Mariæ de Garda Veronæ diœce a cagẽtis meæ
& nomine dictæ plebis locauit certis perſonis vſq; ad
quadriennium tunc proximum, omnes fructus & red
ditus prouentus, ac obuentiones, penſiones, iura, emo
lumenta, feuda, ac cenſus ad dictum dominum Cardi-
nalẽ occaſione dicti archipresbyteratus quoquomodo
pertinentes ſeu pertinentia ſub certa penſione ſingulis
annis vſque ad dictũ terminũ quadriẽnij, certis tempo-
ribus annorũ ſingulorum præſtãda dicto domino Car-
dinali cũ certis cõuentionibus, prout in ipſo inſtrumẽ-
to locationis arẽdationis & emphyteuſis, ad quod me
refero, continentur, contingit ꝙ factis debitis ſolutio-
nibus conuentionum ſeu penſionum primi anni, pro-
ut oportuit, cepto iam ſecundo anno mortuus eſt idẽ
dominus Cardinalis Tudertinus, & idem archipresby
teratus in commendã datus eſt per apoſtolicum cuidã
alijs Cardinali, quæritur an dictus d. Cardinalis ſecun-
do cõmendatarius neceſſe habeat ſtare eiuſmodi loca
tioni vſque ad terminũ quadriennij cõpletum. † vbi ſi- 1
ne diſputatione dicendum videtur, ꝙ ſic cum propo-
natur locationem nomine dictæ plebis. Et conſtat cõ-
mẽdarium habere plenam & legitimã adminiſtratio-
nem rerum ipſius plebis, vt traditur per Io. An. & Ar-
chi. de elec. c. nemo. li. 6. Quemadmodũ & ſi per archi-
presbyterum plebis facta fuiſſet vtiliter, teneretur eius
ſucceſſor ei locationi ſtare, vt no. per Bar. in gl. ordi. ex-
tra ne præla. vic. ſuc. c. querelam. & ibi per Inno. & Io.
An. nam etſi pupillus cum adoleuerit locationi factæ
per tutorem ſuum de re ſua. i. pupilli pro vtilitate pupil
li ſtare tenetur propter legitimam adminiſtrationem
tutori conceſſam, vt ff. de admi. tu. l. cum tutelæ, & ita
no. per Bar. & Bal. ff. ſolu. ma. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi vir in quin-
quennium, vbi etiam probatur mulierem teneri ſtare
locationi factæ per virum de re dotali, & ibi etiam no-
minatim no. per Bal. de prælato ꝙ ſtare teneantur, cùm
quo ad adminiſtrationẽ pertinet hic cõmendatarius ſi
milis eſt, vt no. in præalleg. c. nemo. tantomagis & hoc
neceſſarium foret ſi proponeretur dictã locationem fa
ctam per archipresbyterũ dictæ plebis, qui i. ſ. faciẽs eã
per ſe vel per procuratorẽ vere & iuſto titulo fuiſſet ar
chipresbyter, vt ex facto fuiſſe a quibuſdam aſſeritur
per iura ſæpius allegata, & ad l. ſi quis domum. §. fin. ff.
lo. & con. per quam nonnulli mouentur in diuerſam
ſententiã, apparet reſponſum, quia ibi loquitur in fru-
ctuario qui non habet adminiſtrationem rei reſpectu
proprietatis, vt C. de vſufruc. l. intereſt. & nota per di-
ctos doctores vbi ſupra.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Fiſcus an poſſit reſcindere venditionem bonorũ
factam per debitorem ſuum cuidam habenti potiora
iura eo reſpectu, quòd res vẽdita erat maioris valoris,
& an fiſcus ſit priuilegiatus circa præſcriptionem x an
no. inter præſentes, & 20. inter abſentes.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio hypothecæ inducenda & ſumenda contra certum poſſeſſorem quanti temporis ſpacio conſtitui poſſit, & pro quo.*

2 *Dolum allegant probatio eius incumbit.*

CONSILIVM CXXVI.

QVIDAM Nomine Iacobus de Somayo matrimonium contraxit cum quadã domina nomine Armerina, quæ in dotem & noĩe dotis dicto Iacobo mille libras dedit, & vigore dotis obligauit omnia bona ſua, contracto dicto matrimonio dictus Iacobus ex interuallo tunc temporis quædam dacia cõduxit, & qa cameræ fiſcali integraliter non ſatisfecit, debitor fiſci in certa quantitate pecuniæ remanſit dictus Iacobus, poſtmodum receſſit relicta dicta domina Armerina, quæ iuxta tenorem dicti inſtrumenti ſui dotalis tenutã de bonis dicti Iacobi accepit, quæ iure creditoris ſecundum formam ſtatutorum cõmunis Vincen. pro certo precio cuidam Thebaldo de Luſchis vẽdidit, qui Thebaldus abſque aliqua fiſci contradictione dicta bona titulo venditionis, & bona fide, quæ vigore tituli a iure præſumitur, iuxta doctrinam glo. & Cy. in l. pe. C. præſcrip. lon. temp. & per Bar. in l. celſus. ff. de vſucap. per 15. annos & plus poſſedit, elapſo enim tempore dictorum 15. ann. fiſcus aſſerens bona dicto Thebaldo vendita maioris valoris eſſe, quia de bonis dicti Iacobi dicto fiſco ſatisfieri non poteſt, eo quia inuenitur venditionem factã dicto Theobaldo in eo, quod maioris valoris fuit reuocare intendit. modo ex themate ſupra dicto tria dubia inſurgunt. Primũ an ad hoc, vt dicta venditio reuocari poſſit eo quod pluris precij eſt valor rei præſens attendatur, an valor rei tempore contractus geſti inſpici debeat, quod de iure eſſe videtur per l. ſi volũtate. C. de reſcin. ven. quæ ſingularis eſt ad hoc. Secundũ dubiũ eſt, præſuppoſito quòd res de præſenti ſit maioris valoris, an in præteritũ tẽpore contractus facti iuris præſumptione res maioris precii eſſe cẽſeatur, Ita & taliter, ꝙ præſens tempus inferat in præteritum, ꝙ de iure non videretur, eo quia præſens tempus ſe habet ad præteritum ad eſſe, & non ad non eſſe, prout notare videtur Bar. in diſt. ſua in l. ex perſona. C. de proba. Tertium eſt dubium, an hypotheca, quæ fiſco competebat in bonis dicto Theobaldo venditis ſpacio x. ann. ſublata ſit, & ita hypothecæ contra fiſcum dicto tempore præſcribatur, qui præſens ſemper cenſetur prout in iure videtur Cy. in l. pe. C. de quadri. præſcrip. ꝙ iuri conſonum eſt per l. j. cum ibi notatis C. ſi aduer. cre. & recte intuenti videtur caſus in l. ſicut. coniuncta gl. ſuper ver. poſſidente. C. de præſcrip. 30. ann. vbi † in præ
1 ſcriptione ſuper hypotheca inducenda & finienda cõtra tertium poſſeſſorem ſtatuitur tempus x. ann. inter præſentes. & 20. inter abſentes, ſi poſſeſſor eſt bonæ fidei & titulum habeat, 30. ſi titulum non habet, nec in hac præſcriptione excepto pupillo perſona aliqua priuilegium habere cenſetur, vt ibi no. in tex. licèt in contrarium faciat l. fi. C. de ſac. ſan. eccle. ſed in illis caſibus ibi notatis eſt ſpeciale, vt ibi not. Conſulet ergo quid iuris ſuper præmiſſis dubiis paternitas & dñatio veſtra.

¶ In negocio propoſito ſuperuacuum videtur de vili precio diſputare & de decẽnij ꝑſcriptione an fiſco obſtet, nã & ſi minori precio, quod re vera dicta bona valuiſſent dicto Theobaldo fuiſſent vendita etiã ſtatim non expectato lapſu decẽnij, ipſe Thebaldus emptor ſecurus extitit, cum proponatur dictã dominã Armerinam anteriorem creditricem cum hypotheca ex cã dotis ſuæ ea bona iure creditricis legitime, hoc eſt ſecũdum formam ſtatutorum ciuitatis Vincen. vendidiſſe per l. 1. primo reſponſo. C. ſi antiquior creditor. & per l. fi. eod. tit. & quod no. C. ſi vendi. pi. aga. in gl. magna. quinimo etiam ſi ipſa domina Armerina creditrix ius vendendi habens in vendendo fraudem & dolũ viliore precio commiſiſſet, ſi tamen emptor dolo careret non poſſet emptor inquietari, vt d. l. j. pe. & fi. C. ſi ven. pi. agat. Multo igitur magis in re propoſita, vbi non ꝓponitur ipſam dominam Armerinam dolum aliquẽ admiſiſſe, eius doli probatio † ad illum allegatum pro-
2 culdubio pertinet, vt ff. de probat. l. quotiens. §. qui dolo, ipſe emptor minime inquietari poterit. Hoc etiam ſi ipſe Thebaldus emptor mala fide & pro colluſione viliore precio emiſſet, eius probatio ad agẽtẽ in dubio pertineret, vt in præalleg. l. 1. & cõcordãtibus. C. ſi ven. pi. aga. Nihilo magis conueniri poſſet, niſi excuſſis primitus bonis ipſius dominæ Armerinæ creditricis, eiuſdemque venditricis, vt in præalleg. l. j. 3. & pe. & fi. C. ſi vendito pignore agatur. nec in hac re priuilegiatũ fiſcũ exiſtimo, cum non id exceptum nominatum inueniã; igitur in fiſco idem cenſebimus. ar. C. de pe. hære. l. 5. & ff. eo. l. item veniunt. § ait prætor quoniam amplius fiſcus quo ad excuſationis prius faciendæ cautam pertinet, ſolet eſſe deterioris ꝯditionis quàm priuatus. C. do cõue. fi. debi. l. 1. & de cur. l. 1. lib. 10. & ff. de iure fiſ. l. Moſchis. & quod no. in eis. Cùm itaq; in re propoſita colluſio dictę dñę Armerinę, dictiq; Thebaldi. Nec dũtaxat allegetur, multoq; minus probetur, conſequens eſt, dictum emptorem etiam precij minoritate ſuppoſita, quin & dolo venditricis probato, etiamſi nec dum ex tempore venditionis tranſiſſent dies 15. ne dum anni 15. aduerſus fiſcum omnimodo pertinendum non excuſſis bonis, prout iuri congruit, venditricis. In ſuperioribus autem quæſitis, quoniam in re præſenti ſuperuacua foret conſultatio, ſicut per dicta proxime demonſtratum eſt, & reſponſiones ad ea factæ ſunt, licèt & aliis allegationibus confirmari poſſet, ipſæ allegationes quoque ſupra allegatæ ſeu per allegantem elegantiſſime ſcriptæ ſubſtantialiſſimæ ſunt pro ipſorum quæſitorum determinatione efficaciſſime ſufficiant. Nõ apparuit mihi, vlterius aliis allegationibus, quæ plerunq; potius ad apparentiam pompãq;, ꝙ̃ neceſſitatem vel etiam vtilitatem fiunt, perfrui.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Mandans depoſitario, vt aliquam rem depoſitam ponat ſub vſuris, intelligitur mandare id, quod bona conuenit fidei, & an pactum, quòd depoſitarius non teneatur rationem reddere, valeat & ad quid extendatur, & an vendito pignore per creditorem maiore precio quàm ſit eius creditum ſuperfluum compellatur reddere debitori.*

2 *Legis commiſſoria diſpoſitio in materia pignorum reprobatur.*

CONSILIVM CXXVII.

CVM Titius certas res Sempronii apud ſe commẽdatas haberet, Quidam nepos dicti Titij pro negocijs Sempronij nonnullas ex eiſdem rebus precij quadrigentorũ flore. pignorauit ſub vſuris pro flor. quinquaginta & octo, cum vxor dicti Sempronij ſcripſiſſet dicto nepoti, ꝙ quantitatem neceſſariam pro dictis negocijs Sẽpronij mariti ſui mutuaretur ſub vſuris & pignore aliquarũ rerũ ex ipſis apud Titiũ cõmendatis, deinde idem nepos Titii, vt ab vſuris ipſum Sempronium releuet, eaſdem a fœneratore redimit, & apud ſeipſum nomine Sempronij eaſdem res pignori poſuit ſine vſuris cum hoc pacto, ꝙ ſi intra menſes ſex ipſa pignora non releuarẽtur, liceret eidem Seyo ea vendere, & de his diſponere prout ſibi videretur & placeret, ita ꝙ nullã de eiſdem pignoribus teneatur reddere rationem, nec ſuper inde vlla poſſit ei his, quæſtio, ſeu controuerſia moueri. Cum autẽ nouitas in Piſana ciuitate. vbi ſcripta omnia acta, & celebrata extiterãt, occurriſſet, quia. ſ. pupillus cum armis contra magnificũ dominum Gabrielem inſurrexiſſet, idẽ Sempronius prædictorum ignorans Ianuæ exiſtens filiũ ſuũ cum ſuis literis ad dictum Titiũ deſtinauit, vt ſciret quid nam de 1 ſuis rebus foret, qui res in prædictis terminis inueniens & intelligens, ꝙ de ſpacio dictorum ſex menſium nõ ſupererant niſi dies decẽ vel circa, ipſum Seyum rogauit, ꝙ terminum faciendæ luitionis vſque ad duos mẽſes poſt

ſes poſt terminũ prorogaret, ꝙ cum recuſaſſet, idem filius Sempronij ab alio mutuatis flor. quinquaginta & octo, ipſos illi Seyo obtulit, vt res & pignora patris reciperet, qui Seyus tenuit dicẽs, ꝙ neſciebat eſſe ipſum filium & procuratorem Sempronij, tunc filius Sempronij obtulit pecunias, & ꝙ pignora apud aliquem mercatorem vel eccleſiam ponerentur non mouenda inde, donec ipſe Seyus eſſet bene ſecurus per inſtrumẽta mãdatorum tam dicti Sempronij ꝗ neptis Titij, quæ ipſe Seyus requirebat, ꝙ & ipſe Seyus recuſauit eo prætextu, ꝙ ſi perderentur maxime propter tumultum qui erat in Piſana ipſe Sempronius poſſet ab eo petere ꝓ precio ipſarũ rerum flore. mille. Sed ſi daret ei fideiuſſorem idoneum de omni indemnitate ipſius Seij, paratus erat vt aſſeruit eas res acceptis ſibi pecunijs debitis reddere. Sed cum ipſe filius ſempronij eam fideiuſſionẽ minime reperiret, infecto negocio inde diſceſſit. Quæritur ſuper his omnibus quid iuris.

1 ¶ † Vbi breuiſſime tria principaliter ꝯſiderãda ſunt.

¶ Primũ ꝙ licèt vxor Sempronij conſenſerit, vt præfertur, ꝙ nepos dicti Titij ſuper nonnullis ex rebus dicti Sempronij mariti ſui pecunias mutuaretur ſub vſuris. Ipſe tamen Sempronius, cuius res fuerant, minime conſenſiſſe proponitur, ideoque nec pignori obligari potuere, ſequiturq; vt eas vendicare poſſit a quocunq; poſſeſſore. ff. de pig. ac l. aliena res. in prin. Aequitatem tamen ſacere, vt ſi dicta pecunia flor. quinquaginta & octo in rem eius verſa foret, redderetur doli forſan exceptione propoſita aduerſus vendicantẽ ff. de rei ven. l. emptor. in prin. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. 1. C. ſi ven. pig. act. l. 1. & 2.

¶ Secundũ etſi ipſe Sempronius id mãdaſſet quod eius vxor mãdauerat, non vr̃ tñ id mãdaſſe, vt pro flo. 58. pignori ponerentur res precij 400. Id enim nec bonæ fidei congrueret, multoque minus id videri mandaſſe, vt ſub ea pactione pignori ponerentur, quæ ſupra relata eſt. Ideoque ei non nocere, ꝙ fines mandati mãdatarius non obſeruauerit. ff. man. l. diligenter. & l. creditor. §. Lucius.

¶ Tertium, quia etſi mandaſſe proponeretur aut trãſacto termino ſex menſiũ memorato res adhuc apud ipſum Seyũ integræ reſident, & cogit̃ ex bona fide nihilominus reddere eiuſmodi pacto non obſtante. C. de pac. pig. l. 1. & quod ibi no. in gl. 1. & l. fi. Si vero tranſacto termino vendidiſſet ſi quidem iuſto precio ſaltem id quod ſuperexcedit debitum, hoc eſt, flor. 58. debebit reddere. C. de diſtrac. pig. & actio. l. quãuis. §. fi. Si vero minus iuſto precio vendidiſſet de medio non eſſet facienda magna diſceptatio. Sed ſi multo minus iuſto precio vendidiſſet, non prohiberetur debitor ex pacto ſupra relato ad iuſtum precium ſeu ad id quo ſua interſit propter minus rectè ſactam venditionẽ contra dictũ creditorem agere. Aut eo ꝙ eiuſmodi pactum ſapit legẽ cõmiſſoriã, vt in l. 1. quod ibi no. in gl. j. verſus

2 fi. C. de pac. pig. quæ lex † reprobatur in pignoribus, vt in ea. l. 1. & l. fi. C. de pac. pigno. Aut eo ꝙ longe multominus iuſto precio diſtrahendo ꝑ gratiam ſeu dolũ id creditor feciſſe videretur, vt C. ſi vẽdi. pig. aga. l. ſi vxo. de reſcin. vend. l. ſi quis. & de iure fiſ. l. ſi minori. qui dolus futurus pacto remitti potuit, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. illud. & depoſi. l. 1. §. illud. de admi. tu. l. quidam decedẽs. in prin. & ꝑ gl. & Cy. & Bar. ff. de lib. leg. l. aurelio. §. Gayus. Per eiuſmodi namq; verba pactionis ſola leuis culpa & minus ſcrupuloſa inquiſitio demiſſa videtur creditori, non dolus nec lata culpa, qui nec remitti poſſet, vt d. l. aurelio. §. Gayus. & l. ſi quis rationes. ff. de lib. leg. & l. ſi ſeruus vetitus. de leg. 1. & l. quod nerua. ff. de depoſi. & ff. man. l. creditor. §. Lucius. Illud quoque poſtremo notandum eſt, ꝙ ſi idem Seyus emptorem ſuppoſuiſſet, etiam ſi ab eo poſt res emiſſet, quæ ſuppoſitio ſatis præſumeretur, ſi poſt emptionẽ ſiue venditionẽ eas res poſſideret tanquam ſuas inueniatur, vt l. ſicut. § ſuperuacuum ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. de ac qui hær. l. ſi is qui. C. de na. lib. l. 3. §. quod de iubẽda, & maxime quæ in facto ſupra narrata ſunt de ipſo Seyo, qui accepto debito ſuo potuit ea pignora in publicũ deponere, cum debitor non eſſet præſens. argu. in l. ſi reus. ff. de procur. fuiſſetque excuſatus periculo, & ſuũ ſaluum habuiſſet, & debitoris idemnitati prouidiſſet. publicum autem appello etiam ædem Sacram, vt C. de vſur. l. acceptam. ad quod faciendũ requiſitus per filium dicti Sempronij, qui & ſi mandatum non oſtenderet, tamen tanquam negocium gerens Sempronij præſcriptionẽ interrumpit. ff. de vſur. l. ſi quis ſolutioni. §. 1. tãto magis cum & verus procurator eſſet, licèt mãdatum tunc probare nõ poſſet. ad quod ff. de pac. l. per procuratorem. Etiam res per ignorantiam reſtituere compelleret debito oblato, vt C. diſtrac. pign. l. & qui ſub imagine. & facit C. de dolo. l. 1. & ff. man. l. ſi mandato. §. paulus reſpondit. lo 1.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris utriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per imprudentiam iudicis vel iniuriã contra vnũ ex ſocijs, an alijs conſocijs præiudicet. Et an damnum contingens propter vnius ex ſocijs inimicitias debeat communicari, an vero ſit ipſius ſolius, propter quem euenit damnum.*

2 *Quod per iniuriam iudicis perpeſſus eſt, an in commune feratur.*

CONSILIVM CXXVIII.

VISIS Duobus inſtrumentis altero promiſſionum factarũ per nobilem & ſapientẽ virũ Petrum Bindi de Vgogeriis de Senis ſuo proprio priuato nomine inſolidum, ac vice & nomine ſociorum ſuorum in exercitio mercantiæ & cuiuslibet eorum inſolidum, ꝓ quibus & eorum quolibet inſolidum de rato permiſit ſub pœna ſapienti homini Franciſco Dominici de Placido ciui Senenſi Camerlẽgo ſeu camerario quatuor ciuium Senenſium & officialium cõmunis ſeñ. & eorum officij recipienti ſuo nomine proprio & nomine ipſorum quatuor officialium, videlicet Angeli de Latinutio diroſſij, Thomaſij Secchi, Bartholomæi & Andriucij, Franciſci Purgiani tunc præſentiũ & Petri Venturini tunc abſentis & cuiuslibet eorum nomine inſolidum, ac nomine cõis & populi ciuitatis Senarum occaſione quatuor milium & ducentorum ducatoru vel flor. auri habitorum per ipſum Petrum Bindi ab ipſo communi ſenarum in executione certarum repreſaliarum conceſſarum dicto Petro Bindi & ſocijs cõtra illuſtriſſimũ Regem Arragonum, prout plenius in eodem continetur inſtrumento prouiſionum breuiato & confecto per ſer Ioannem Chriſtofori notariũ imperiali auctoritate ſeñ. Altero autem cuiuſdam laudi ſiue arbitralis vel arbitramentalis ſentẽtiæ inter dictũ Petrum & ſocios prolatæ quo effectu declaratum fuit illos ſocios eſſe eos ſocios, de quibus in inſtrumentu ꝓximo relato iuncto continebatur, & pro quota parte, & quomodo ex prædictis pecunijs 4020. flor. quiſq; eorum ſuam ratam portionem pro modo ſtatutis fuerat aſſecutus declarabatur atque laudabatur vnumquemque ipſorum pro ſua rata portione dicto Petro Bindi teneri, ſi dictus Petrus Bindi quouis modo vnquam ꝓ dicto facto tñ 4020. flor. ad vllam ſolutionem fortis vel expreſſarum vel dominorum cõpelleretur. Et poſt eo facto ſuppoſito, ꝙ idem Petrus Bindi compulſus fuerit per commune ſenarum ad reſtituendos, ſeu reddẽdos dictos flor. 4020. cuidam Cathelano, cui cõe ſeñ. antea in ipſis pecunijs tenebatur, quodque dicta compulſio facta fuerit de facto, & non de iure & per iniuriam communis ſiue officialium ſuper hoc ab ipſo communi deputatorum, cum ita de iure minime fieri potuiſſet. Sed factum fuit, quoniam idem Petrus Bindi eſt ſuſpectus ſiue de monte ſuſpecto, ſtatui præſenti & præſentualiter regenti in ipſa ciuitate Señ ipſique ex anti-

quo

quo etiam inimicus. † Quæritur an dicti eius ſocij de iure teneantur dicto Petro Bindi, & per eum compelli poſſint ad contribuendum ſiue reddendum ei Petro pro eiusque rata portione quod acceperant.

¶ Circa id de quo quæritur videretur forte dicendũ, dictos ſocios dicto Petro teneri tàm ex forma & virtute laudi ſiue arbitramentalis ſententiæ, de qua præmittitur, qua iuſſit idem arbiter generaliter & indiſtincte, vt ſi quid ſolui contingeret ea occaſione per dictũ Petrum Bindi cõpulſum per ſingulos ſocios pro rata portione eius, quod quiſque ſociorũ acceperit ex dictis 4200. flor. ipſi Petro redderetur, nec diſtinctum fuit iure vel iniuria ad eiuſmodi ſolutionem Petrus cogeretur, igitur & indiſtincte eſt accipiendum, vt ff de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter. & arg. ff. de verbo. oblig. l. quicquid aſtringendæ. in princip. quàm etiã ex natura contractus
2 ſocietatis, quæ admittit, † vt quod per iniuriam iudicis aliquis ſociorum perpeſſus eſt, in cõmune feratur, vt eſt expreſſum. ff pro ſocio. l. cum duobus. §. fi. aliàs eſt l. ſi inter fratres. §. fi. & merito, nãque iudicis culpa cũ ſine culpa patientis contingat, fortuito caſui comparatur, cui humana nequit reſiſtere diligentia. arg. C. de pigno. act. l. quæ fortuitis. & ff. cõmo. l. in rebus. & no. eleganter per d. Barto. in l. ſi per imprudentiam. in principio. ff. de euictio. & ff. de fideiuſ. l. exceptione. Palam autem eſt, damna ex fortuitis caſibus etiam vni ſociorũ, & in rebus proprijs obuenientia cõmuniter ad ſocios pertinere, vt ff. pro ſocio. l. cũ duobus. §. quidam ſagariam. & l. verum. §. ſi cũ tres. & l. ſi vnus in princip. quæ valde bene facit ad caſum propoſitum, igitur &c.

¶ In oppoſitum magis arbitror veritatem ſecundũ ea, quæ proponerẽtur, exiſtere, quod ſit ſub cõpendio, demonſtrantur damna, quæ ex culpa ſocij in ſocietate cõtingunt, ille ſocius, cuius culpa contigerit, præſtat. Sed hoc damnum, quod ipſe Petrus Bindi paſſus eſt per cõmune ſenarũ ſua culpa cõtingit, vt probabo, igitur &c. Aſſumptum notiſſimo iure manifeſtũ eſt per l. cũ duobus. §. 1. & 2. & l. de illo. §. vlti. & l. non ob eam rem. ff. pro ſocio. Minor autem propoſitio ſic deducitur, damnum, quod alicui ab inimicis ſuis accidit vel infertur, culpa eius, ob cuius inimicitias contingit, accidere comprobatur. neque diſtinguitur, inimicitias eas ſua culpa contraxerit, necne, ita colligitur. ff. loca. & conduc. l. ſi merces. §. culpæ. & ſoluto matrimonio. l. pe. in prin. & no. in d. l. ſi merces. §. culpæ. Et vtrobique ſolẽniter per Bar. & per eundem in l. dotem. §. fi. ff. de publi. At in caſu, de quo quæritur, eam vim illatam Petro Bindi per cõe ſen. vel ab eo deputatos ob inimicitias, quas idem Petrus habet cũ regentibus, euenisse proponitur, Igitur & hoc ipſius Petri Bindi culpæ præſcribir, nullo admiſſo diſcrimine ſua culpa in eas inciderit inimicitias, vel minime, vt ex ſuperioribus licet colligere. Præterea sẽtentia lata contra vnũ per iniuriam nõ ſolet extrà eo nocere, vt contra eum detur actio ſecundum doctrinam traditam per docto. C. de loco. & conduc. l. ſi de fundo. & per dominum Barto. ff. de fideiuſ. l. exceptione, cum ad eum principaliter, non acceſſorie negociũ pertinet, contra quẽ lata eſt, igitur in propoſito ex iniuria facta dicto Petro Bindi, qui ſuſpectus eſt communi ſeñ. non debet ei contra alios ſocios actio dari.

¶ Ad allegata autem in diuerſam partẽ ex ſuperioribus claret reſponſio. Nam cum ex culpa dicti Petri Bindi id damnum acciderit, nec ex natura contractus ſocietatis, nec ex laudo, quod ſatis probabiliter ſecundum naturam contractus ſocietatis, ſuper quo profertur, debet intelligi. arg. ff. de vſuris. l. ſi ſtipulatus. & de leg. j. l. ſi legati ſerui nomine; debent ſocij id damnum ſocio reſarcire, aduerſus quem actionem haberẽt, ſi ipſi ex ſocij culpa damnũ aliquod accepiſſẽt. ar. ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cui damnus. & de neg. geſt. l. ſi negocia. Quibus ex oĩbus apparet ad id, de quo quærebatur in partẽ negatiuam reſponſum, quod vel dicti ſocij Petri Bindi ipſo Petro minime ex laudo vel ſocietate tenẽtur.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMEMTVM

¶ Noua dilatio conceſſa per creditorem principali debitori an inducat nouationem ſaltem ope exceptionis in perſonam fideiuſſoris, & ex quibus coniecturis olim inducebatur nouatio, & quid hodie per iura noua. Et an exceptio competens principali competat fideiuſſori.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio principali competens, an & quando fideiuſſori proſit.*
2 *Obligatio ſecunda quando dicatur primam annullare.*

CONSILIVM CXXIX.

MATTHAEVS Cimator fideiuſſit pro Victore apud Ioannẽ de Lauoneria creditorem dicti Victoris occaſione certorum pã- 1
norum dicto Victori venditorum & traditorum, nec vllum fuit confectum inſtrumentum de venditione pannorũ, nec de fideiuſſione. Ceſſante principali & fideiuſſore in ſolutione, & pro hoc euntibus ad iudiciũ dicto creditore, reo, & fideiuſſore occurrit ſibi quidam eorum amicus communis, qui cum dixiſſet, non poteſt eſſe concordia inter vos ſine iudicio, reſpondit ei creditor. Ego ſum contentus facere eis omnẽ terminũ, dummodo ambo faciãt mihi obligationem per inſtrumentum. Tunc dixit fideiuſſor ego ſum contentus quod principalis faciat vobis omnem obligationem per inſtrumentũ, ſed ego nolo eſſe obligatus per inſtrumentum. Et poſt hæc iuerunt ad iudicium & per iudicem factũ fuit præceptum principali, vt non recederet, niſi prius ſolueret dicto Ioanni creditori. receſſit tamen & de debito fecit inſtrumentum dicto creditori tenoris infraſcripti. In quo inſtrumento poſita fuit, ac promiſſa non ſolum quantitas creditori debita ex cauſa antedicta, ſed etiam alia quantitas ex alia cauſa ſiue contractu debita ipſi creditori. Ipſe agit contra fideiuſſorem, qui dicit ſe liberatum ope nouationis ſaltem tacitæ inſurgentis ex dicto inſtrumento, in quo eſt facta ſtipulatio pœnalis, & adiecta alia quantitas & variata natura prioris obligationis, cum debitor conſtituerit ſe poſſe capi & carcerari quolibet tempore etiam feriato ſine pignoris deſignatione, & in locis quàm plurimis vbi conueniri non poterat. Modo quæritur vtrum aliquo iuris remedio de prædictis vel alijs dictus Matthæus fideiuſſor poſſit ſe tueri.

¶ Et hoc viſo inſtrumento prædicto, quod hic ſequitur Anno domini 1411. Indi. 4. menſis Ianuarij Feltri. In ſtatione drapariæ detenta per me notarium infraſcriptum præſentibus magiſtro Iacobo quondã magiſtri Bartholomæi de Coſtis de Feltro, Bartholomæo quondam Mauri de Dedis de Feltro, & Ieremia quondam Dominici Puric de Zermio, Et alijs teſtibus rogatis, & 2
ad hæc ſpecialiter conuocatis. Ibique Victor quondam Ioannis de Freſco de Feltro per ſolẽnem ſtipulationẽ, & pactũ ſine aliqua iuris & facti exceptione ſe & ſuos hæredes obligando cum omniũ ſuorũ bonorum præſentium & futurorum obligatione, & refectione omnium damnorum, & expenſarum, & intereſſe litis & extra integraliter ſtetit, cõuenit, & inſolidum dare & ſoluere promiſit magiſtro Ioanni quondam Andreæ de Lauoneria de Feltro pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulanti & recipienti, libras quingentas & quinquaginta quatuor deñ. par. vſque ad infraſcriptos duos terminos, videlicet medietatẽ ipſorũ deñ. ad feſtum carni ſpatij proxime futuri, & aliam medietatem ad feſtum pentecoſthes proxime futurum in pœna dupli dicti debiti ſolenni ſtipulatione promiſſa. Et hoc nominatim pro panno eidem Victori vendito per ipſum magiſtrũ Ioannem, renunciãs exceptioni non habiti, & non recepti dicti panni ex cauſa prædicta, & omni auxilio cuiliber aut ſuo iuri, & legũ auxilio, quibus poſſet ab eo debito ſe

bito ſe vllatenus tueri de iure vel de facto. Inſuper hoc pacto ſpeciali inter ipſos contrahentes habito, & ſolēniter firmato, videlicet quod dictus Victor elapſis dictis terminis vel termino primo ex eis terminis poſſit realiter & perſonaliter pro toto debito côueniri, & detineri abſque aliqua pignoris deſignatione, & in carcerati ad omnem dicti creditoris requiſitionem generaliter vbique locorū, videlicet Venetiis, Taruiſij Paduæ, Feltri, Vincentiæ. Veronæ, Baſſani, Ciuidali, bell. in Forouulij, Caſtrifranchi, Tridenti diebus quibuſcunque feriatis, Non obſtantibus aliquibus ſtatutis, legibus, reformationibus, & decretis in contrarium prædictorū loquētibus, & feriis quibuſcunque & diebus feriatis ac clamationibus terminorū, quibus omnibus dictus debitor ſponte renunciauit.

1 ¶ † Pro determinatione eius clariore, de quo quæritur, arguā côpendioſe in vtranque partium, & tandē quod magis teneatur, concludam. Videtur namque dictum Matthæum ex cauſa nouationis ſaltem ope exceptionis liberatum. Nā per cautionem ſecundo loco factam publico documento cum terminorum ad ſoluēdū oppoſitione tacite videtur receſſum a priore actione venditi, quæ pura & præſens fuerat obligatione, cū mens ipſorum. ſ. creditoris & debitoris ea fuerit, vt ante terminos ſolutioni præfixos debitor ad ſolutionem eius debiti compelli non poſſet, nec ab eodem ante tēpus præſtitum per creditorem peti non poſſet. Igitur prior obligatio venditi ſaltem ope exceptionis ſublata eſt, licèt non ipſo iure, quia non fuit verbis expreſſū, vt prior obligatio nouaretur. arg. ff. de præto. ſtip. l. valerianus. & ibi no. ī gl. l. prætor. ibi, quod enim ſi in foro Madij &c. Et hanc ſententiam tenet ibi Bar. in pe. q. & ibidem pauloante in diſtinctione dicens, quod vbicunq; olim fiebat nouatio tacite, hodie fiat ope exceptionis. & idem dixit in l. 2. ff de noua. affirmans glo. hoc ibi dicere. & in l. fi. C. eod. ti. & Azo in ſumma illius tituli. & quod no. glo. in præalleg. l. valerianus. ff. de præto. ſtipu. idem notauit effectu in d. l. fi. C. de noua. & Cy. ibi videtur probare dicens, ꝙ licèt non expreſſim agatur, vt fiat nouatio prioris obligationis per ſecundā, ſi tamen id appareat ex euidentibus conjecturis primæ actioni obſtabit doli exceptio.

¶ Et ad huius quoque ſententiæ confirmationem facit egregie quod no. ff de condi. inde. l. Iulianus. in glo. ſed male ſm quoſdam &c. verſus fi. ipſius gl. Illud autē palā eſt iure veteri ex adiectione præſumi prioris obligationis, quæ præſens fuerat, nouationem, vt in Inſtit. qui. mo. tol. obli. §. præterea. & C. de noua. l. fin. & not. p Bar. in præalleg. l. valerianus. & de verb. obli. l. qui viſu fructum. multoque magis cum & ſecundæ cautioni pignus adijciebatur vti hic fuit propter hypothecam bonorum generalem, quæ in priori obligatione non fuerat, vt i legibus proxime allegatis manifeſte probatur, eo etiā amplius pſumebatur nouatio, cū ſtipulationis quantitas non augebatur, vel duæ ſententiæ in vna cōfundebantur, vt in d. §. præterea. & d. l. fi. ff. de verb. ob. l. ſei re debemus. in prin. Quæ omnia hic videlicet in ſecūda obligatione & publica cautione interceſſiſſe narrantur. Secundū itaque doctrinam Bar. quam aſcribit glo. & Azo. idē Bar. in d. l. 2. ff. de noua. cum olim tacite fieret ipſo iure nouatio, hodie fiet ope exceptionis. Si igitur prior obligatio venditi, cui dictus Matthæus fideiuſſor acceſſerat, ope exceptionis tacita nouatione perempta eſt, conſequens eſt, ipſam quoq; fideiuſſoriam obligationem tanquam acceſſoriā illi exceptione peremptam. quemadmodū namque cum prior obligatio ipſo iure per nouationem tollitur, fideiuſſores etiā & pignora ipſius obligationis ipſo iure liberentur, niſi eorū fuerit in ſecūda obligatione facta repetitio, vt C. de fideiu. l. nouatione. & ar. ff. eo. l. nouatione. & C. etiā ob chir. pe. pi. reti. po. l. 1. Ita quoq; & ſi prior obligatio p nouationē ope exceptionis perimitur, obligatio quoque fideiuſſorum illius exceptione tolletur. ar. ff. de re. iur. l. nihil intereſt. & quia exceptio pincipali competens fideiuſſoribus prodeſt. Ita vt eis poſtea auferri non poſſet, vt ff. de pac. l. fi. & de exce. l. exceptiones. §. rei. Ex quibus concludendū relinquitur, Matthæum prædictū fideiuſſorem, de quo quæritur, exceptione liberatū minime effectu conueniri poſſe.

¶ Ad quod in diuerſam facit ſententiā in præalleg. l. fi. C. de nouationi. & in præalleg. §. præterea. Inſti. qui mo. tol. obl. quibus dicitur etiā in caſu propoſito, vbi videlicet in ſecunda cautione dies adijcitur, non aliter hodie fieri nouationem, q̄ ſi verbis fuerit expreſſa, ſed priora ſtare, & poſteriora illius incrementū accedere. Sed ſi intelligeretur non fieri nouationē. ſ. ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſic quando verbis non eſt id expreſſū, vt fuit nouatio vt in ſuperioribus allegationibus concludi videtur ex mente gloſſatoris & aliorum ſuperius allegatorum ſcribētiū, profecto litera illa ſtare nō poſſet, ſed & prior ſtare &c. Non enim diceretur prior obligatio ſtare, quæ per exceptionē perpetuā perimeretur: nihil enim intereſt an ipſo iure non habeat quis actionem, an per exceptionem infirmetur, vt ff. de reg. iur. l. nihil intereſt. Dicendum eſt itaque & priorē obligationem manere, & poſteriorē incrementum accedere, ita vt ex vtraque agi poſſit, verū ex altera exigi ſufficiat, vt no. eleganter per glo. in præalleg. §. præterea. & ff de noua. l. 2. per l. bona fides. ff. de reg. iur. Et erit electio creditoris ex vtra earū an magis agat ex priore pura, ex ſecunda in diem vel conditionali, ſicut & alias in legatis obſeruatur. ff. de condi. & demon. l. nō ad ca. & hanc ſententiam diſputando publice determinauit Ia. de Bel. cuius diſputationem memorat Albricus de Pergamo in cōmento ſuo in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pac. & q̄ ſententiam Ia. refert idem Albri. in præalleg. l. fi. C. de noua. & eandem ibi magis amplectitur, egoq; ſcholis ēt tādem ſententiam quāuis ignarus Ia. de Bel. & Albricus tandem mihi iuſtā ac veriſſimā in meis lectionibus proponebam. Et in hoc caſu præterſim propoſito magis amplectenda videretur, cùm nō ſit veriſimile, creditorē a priori obligatione. quæ fuerat plenior, quia cū fideiuſſore recedere voluiſſet, niſi fortaſſis hactenus vt ante dies poſt additos ſolutioni non
3 poſſet pecunia exigi. † Ideoque tam reo, q̄ fideiuſſori tēporalis pacti exceptio prodeſſet, ſi quis velit illud prorſus defendere, vt priore obligatione tacite receſſiſſe videatur, hactenus namque dumtaxat tacite receſſiſſe videatur, quatenus ſecunda priori diſſona ſit non vltra. cum ex actibus agentium non ſit præſumendum, niſi quatenus neceſſario ex eis inferatur, vt not. idem Bart. in l. ſi patruus. in fi. ſui cōmenti. C. communia vtri. iud. & ff. de admini. tuto. l. Titium. §. altero. & de condi. inde. l. Iulianus. Et ita poſſet intelligi & declarari ſententia gloſſatoris in locis vbi ſupra. Cæterùm qm̄ admouemur in dicendis ſententijs a ſingularibus opinionibus temperare, & gloſſarum probatas a plerìſque doctorū ſententias potius ſubſequi, vt ſcribit Iaco. Butr. in l. vnica. C. qui pro ſuo iuris. Arbitror in iudicijs priorē præualituram ſententiam, vt prædictus Matthæus fideiuſſor per tacitam nouationem ſe poſſit exceptione efficaciter protueri. Verùm ipſi Matthæo ad concordiam atque compoſitionem ſuadeo, quoniam exiſtimo, non voluiſſe dictum Ioannē de Lanoneria a priore obligatione, eiuſque fideiuſſore diſcedere, eo maxime ꝙ reus ad iudicem dixit, ſe velle eis omnē dare terminū, dum ambo per inſtrumentum obligationem facerent. Ex præcedentibus namque ſic præſumitur in ſequētibus, vt ff. de pac. l. item quia in fi. cum concor. & ita facieus cū cōſcientiæ ſerenitate tranſibit. vbi aūt creditor pertinaciter reſiſtat, cū res ſit ſatis iā in facto, q̄ in iure ſcrupuloſa, & maior iuris interpretum auctoritas pro ipſo Matthæo fideiuſſore militet, ſuſcipiat iudicium intrepidus ſpe firmare, & ex bona eius intentione victoriam mea ſententia relaturus.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris utriuſque doctor.

ARGVMEMTVM

¶Calculus rationis factus per dominū cum illo, qui adniſtrauit bona ſua de oībus geſtis & habitis an extendatur ad geſta & habita etiam extra illam adminiſtrationē. Et ſi ſunt verba dubia contra quem fiat interpretatio, & quantum operentur generalia verba appoſita in calculo rationis redditæ.

SVMMARIVM.

1 *Legiſtæ tenent verbum indefinitum ſimpliciter æquipollere vniuerſali.*

2 *Termini obſcuri vel ambigui in contractu inſerti reddunt ipſum cōtractum dubium, quapropter locus eſſe debet interpretationi.*

3 *Caſus dubius, vt veriſimilius poteſt, interpretandus eſt potius contra eum, qui allegat, quàm aliter.*

CONSILIVM CXXX.

GASPAR Notarius de Fontanellis de Verona conſtitutus procurator, ſyndicus, negociorum geſtor, factor, & adminiſtrator generalis omnium fructuū & bonorū epiſcopatus Veroñ. per Reuereñ. in Chriſto Patrem dominū d. Angelum Barbadico tūc epiſcopū Veronēſem, Cuius auctoritatis vigore ipſe Gaſpar geſſit, & adminiſtrauit bona, & redditus quoſcunque dicti epiſcopatus per plures annos, tū tēpore, quo dictus dominus Angelus fuit epiſcopus & gubernator, & poſtea quia promotus ad capellum cōmendatarius dicti epiſcopatus Veroneñ. tum etiā tēpore, quo R. in Chriſto pater & dominus d. Gumbinianus ſucceſſit ī dicto epiſcopatu, tandē ipſe d. Gum. nūc petijt ſibi reddi rationem de geſtis adminiſtratis per ipſum Gaſparum. Et porrecto libello ſuperinde cōtra hæredes ipſius Gaſparis iam defuncti, ecce nomine ipſorum hæredū lis fuit cōteſtata negatiue cū deductione aliquarum exceptionum generaliū. Tandē producta faciunt capitula, & factus fuit proceſſus in cauſa principali. Et quia ipſi hæredes reconuenerunt ipſum d. epiſcopum dicentes, ſe eſſe ſuos creditores ſui epiſcopatus in certa ducatorum quantitate ſolutorum per ipſum Gaſparum nomine ipſius domini epiſcopi & epiſcopatus Veron. pro precio vnius domus in Suape emptæ per ipſum quondam d. Angelum Barbadico nomine ep̄atus &c. Et ſic inter cætera productū fuit quoddam inſtrumentum in iudicio pro parte ipſius domini Gumbiniani volendo probare nobilem virum d. Petrum Barbadico fratrem & ſyndicū ac procuratore ipſius domini Angeli Cardinalis & cōmendatarii eccleſiæ Veroñ. Viſa per prius & examinata rōne adminiſtrationis dicti Gaſparis ſolidaſſe cum ipſo Gaſparo rationē de omnibus geſtis per eum. & tandem conclusiue dictū Gaſparum remanere creditorē de 157. lib. 13. ſ. & den. 1. Itē in 15. minal. frumenti. Itē in ſex minalibus ſiliginis. Et tandē ipſum d. Petrū concluſiſſe omnibus cōputatis & concluſionē feciſſe cū dicto Gaſparo de omnibus geſtis & factis in dicta adminiſtratione &c. vt in inſtrumento legitur, qđ quidē inſtrumētū pars domini epiſcopi produxit in iudicio in omnibus partibus facientibus pro eo. & notandū eſt, ꝙ poſtquam ipſe Gaſpar ſic cum obligauit vt ſupra & ante tēpus quietationis prædictæ ipſe habuit de denariis epiſcopatus x. millia librarū & vltra. Et ꝓ parte filiorum & hæredū ipſius quondam Gaſparis recuuenientiū ipſum d. epiſcopū petuntur certæ quātitates denariorum, quas dicunt ipſum Gaſparū ſoluiſſe in vtilitate epiſcopatus Veroñ. tempore dicti d. Angeli tanquam de denariis ipſius Gaſparis dicētes, ipſum Gaſparum ſoluiſſe & ſic geſſiſſe vtiliter pro ipſo d. epiſcopo cōmendatario & epiſcopatu Veron. & exinde voluit conſequi dictas quantitates denariorum vltra ipſam ſolidatam rationem. Cōſtat enim, dictos denarios fuiſſe ſolutos pro dicta domo empta in Suape per dictum d. Angelum. Item conſtat dictū Gaſparum de mādato domini Angeli, & ſe principalē debitorē cōſtituiſſe, & inſolidū cū ipſo ad ſoluendū dictos denarios. Percontra aūt dicitur pro parte domini epiſcopi præſentis, ꝙ denarii vt dicitur ſoluti per dictum Gaſparū non debētur, ex eo maxime, quia ſtante quietatione & cōcluſione finali facta erga dictū Gaſparum per dominum Petrum omnia intelliguntur eſſe confuſa, quæ geſta ſunt per dictū Gaſparum ante ipſam cōcluſionem in factis concernentibus ipſum epiſcopatum. Et per conſequēs nō poſſunt amplius deduci & peti, hoc ſemper præſuppoſito, quod ipſe Gaſpar dictos denarios ſolutos per eū quos ſoluit in duabus vicibus ante tempus quietationis ſoluendo aliquos ſimpliciter, & aliquos dicendo ꝙ erant de ſuis denarijs, Alios vero ſoluit poſt quietationē, quos dixit ſe ſolniſſe tanquam de ſuis proprijs denariis & animo ipſos rehabendi remāſit factor continuo dicti domini epiſcopi & epiſcopatus per plures annos, & exegit & habuit ac percepit in ſua poteſtate decē millia librarum denariorum paruorum & vltra. Modo quæritur quid iuris.

¶Dicēdum eſt & dici oportet de iure, dictos fratres & filios quondam Gaſparis non poſſe petere dictos denarios, vt dicitur per eū ſolutos, quia oīa deducta ſunt in ipſa quietatione, & vt verius dicā concluſione rationū ipſius Gaſparis tam de geſtis & expenſatis, quàm de datis & adminiſtratis per eum. Et tādem omnibus cōputatis, quæ concernunt facta dicti domini cōmendatarii & epiſcopatus Veroñ. Et pro demonſtratione veritatis notandi ſunt certi termini, & ſignificationes eorum, de quibus in contractu ipſius quietationis & concluſionis fit mentio. Primo nāque dicitur ꝙ ipſe Gaſpar erat ſyndicus, & factor generalis omniū fructuū, & redditūum, ac bonorum quoruncunque dicti domini commendatarij & epiſcopatus, de cuius termini bonorum ſignificatione eſt omnium bonorum vniuerſitatem quamcunque, & non ſingularium rerū numerū tantum comprehendere & demonſtrare. l. bonorum. ff. de ver. ſig. Et ſpecialiter quando ipſi termino bonorum adiungitur aliquod ſignum vniuerſale ſicut hic eſt, quia iungitur relatiuum illud quoruncunque, quod eſt vniuerſale, & ſic de omnibus bonis epiſcopatus prædicatur, & nihil excluditur. l. a procuratore. C. man.

¶Item ponderādum eſt illud verbū geſtis, quod indefinite prolatum eſt. & in eodem contractu ſæpe repetitum, dicitur enim in eo, reddidit rationē de geſtis, & adminiſtratis per ipſum Gaſparū per totum tempus dictæ ſuę adminiſtrationis, vt ſic tanquā indiſtincte prolatum omnes geſtiones includat. Nam † 1 verbū, indiffinitum, ſecundū iuriſtas dicitur ſimpliciter æquipollere vniuerſali. ff. de offic. præfect. vr. l. 1. §. cum vrbē. & ff. de lega. 1. l. 1. §. generaliter. cum ſimi. appellatione autē geſtionis, & de ſui propria ſignificatione includitur ēt actus ſoluendi, quando ſoluitur pro alio vtiliter gerendo. l. ſolutionis. vbi eſt tex. rotundus. ff. de neg. geſt.

¶Item ponderandum eſt illud verbum expenſatis, de cuius vera & propria ſignificatione eſt, vt illa pecunia, quæ expenditur, efficiatur recipientis, in Auth. de reſtitutionibus & ea, quę parit. §. aderunt. Item in eodem inſtrumento aduertendum eſt, ꝙ ſunt duo termini videlicet omnibus computatis, quæ ſunt ſigna multum vniuerſalia, adeo ꝙ quicquid geſſit ipſe Gaſpar intelligitur & intelligi debet incluſum & computatum in ipſa concluſione, & computatione facta cum dicto domino Petro. Nam facta fuit cum terminis, qualitatibus, & relatiuis vniuerſalibus, vel ſaltem indiffinitis, & facta fuit ipſi Gaſparo præſenti & audienti, & intelligēti & notario practico, & qui poterat, ſi ſua intereſſe putabat, aliter exprimere, vel declarare, & reſtringere ipſam concluſionem & computationem. Et qui poterat ipſam quietationem aliter acceptare, q̄ acceptauerit, præſertim reſeruādo ſibi ius ſi quod habebat in dictis denarijs expenſatis. Conſiderate ergo quod acceptauerit cū terminis vniuerſalibus, ſcilicet omnibus geſtis &

omnibus

omnibus computatis ſibi imputat.nam etiam ſoluen
do pro domino epiſcopo,ſicut aſſerit ſoluiſſe, intelligi-
tur geſſiſſe pro ipſo domino epiſcopo , caſus eſt in d. l.
ſoluẽdo. Et etiam illi termini, omnibus, cõputatis, pon
derandi ſunt, quia ſignificãt illud idem . Nã præſuppo-
nunt rationem integraliter redditã & concluſam hin-
cinde,vt ſic oẽs quantitates ſolutæ per ipſum Gaſparũ
intelligantur confuſæ & concluſæ. l. inſtar. C. de iure
fiſci.lib.x. Et conſiderandũ eſt, ꝙ poſt rõnem concluſã
ipſe Gaſpar nunquam petijt dictos denarios , vt aſſerit
per eum ſolutos, nec de ipſa ſolutione vnquã fecit ali-
quam mentionem cum dicto domino epiſcopo , ergo
ex notabili pſumptione poſtquã ipſa cõcluſio & quieta
tio facta fuit generalis, & per verba vniuerſalia debe-
mus dicere ipſam obligationem de dictis denarijs ſolu
ris intelligi debere eſſe remiſſam & quietã , quia hoc
operantur termini vniuerſales de quibus ſupra dictũ
eſt. Pro quo faciunt notata in l.libertus. §. manumiſſis
in tex. & in gl. ſuper verbo conditio. ff. de ali. & cib. leg.
quam l. cũ alijs concor. adduco in ratione ſui. & ſic te-
nent Dy. & Iac. de Arc. & ibi per Bar. Et ſic forte poſ-
2 ſet aliquid in dubium reuocari, puta † quia termini ap-
poſiti in ipſo contractu eſſent dubij, vel ambigui , vel
obſcuri, quia generales vel vniuerſales vel indiffinite,
& per conſequens locus eſſe debet interpretationi. l.
continuus. §. cum ita. de verb. obli. quæ quidem ambi-
guitas, obſcuritas, vel dubietas poſſet oriri , vel ratione
æquiuocationis, vt l. quotiens in ſtipulatione. de verb.
obli. Vel ratione generalitatis, vel ratione alternatio-
nis, vel ratione non coarctatæ locutionis, de quibus tri
bus habetur ff. de iniur. l. prætor. in prin. & §. quod aũt.
& ff. de dolo. l. item exigit. Vel ratione indiffiniti ſermo
nis, de qua habetur in l. ſi ſeruus meus. ff. de ſer. vr. præ.
tamen in omnem caſum dubietatis, ambiguitatis, vel
obſcuritatis interpretatio fienda eſt contra ipſum Ga-
ſparum, qui potuit tempore ipſius computationis & cõ
cluſionis apertius loqui, & ſibi reſeruare ius in dictis dena
rijs ſolutis. ideo ſibi imputet. ff. de ſeru. vr. præ. l. ſi arbo-
rem. §. hæc lex. & ff. de contrahen. emp. l. cum in lege.
& ff. de pac. l. veteribus. cũ ſi. Præterea veriſimilius eſt
quando fiunt ſolutiones & concluſiones calculi, quod
in ipſo calculo rationum & in ipſa quietatione, & cõ-
cluſione, ſicut fuit illa de qua eſt ſermo, partes ipſę con
trahentes loquantur clare & aperte, & quod deducant
omnia, quæ inter ſe viciſſim debentur. Et ſi ita eſt ſicut
eſt, etſi plerũque hæc fiat ſicut fit, veriſimilius eſt , quod
ſi pars putat ſua intereſſe, reſeruet ſibi ius. Et ſi tacet, ve
riſimile eſt, ꝙ taceat in præiudicium ſui iuris, & ſic ge-
neralitas verborum habet contra ipſum concludere.
Ideo iſte Gaſpar, qui tractabat de facto ſuo & nõ de fa-
cto alicuius ſui prædeceſſoris, quia forte potuiſſet præten
dere ignorantiam, ut in regula iuris cũ quis. lib. 6. cum
ibi notatis. & in l. ad dicm. de ver. oblig. In caſu iſto ſi-
bi imputet , & merito quia veriſimilius eſt contra eũ .
3 Ideo † in caſu obſcuritatis & dubietatis interpretandũ
eſt contra ipſum, & aſſumendum eſt id quod veriſimi-
lius eſt. l. quotiens. ad treb. & l. ſemper in ſtipulationib'.
ff. de reg. iur. Ex quibus omnibus concludo , hæredes
dicti Gaſparis non poſſe petere dictos denarios vt ſolu
tos per patrem eorum , quia intelliguntur & intelligi
debent confuſi & concluſi in ipſa cõcluſione rationũ.
Et ſic teneo ſaluo ſemper iudicio potiori. Laus deo.

¶ Et ſic dico & conſulo Ego Iacobus de Fabris legũ
doctor ad quorum fidẽ ſubſcripſi & ſigillaui ſigillo cõ
ſueto . Et vt ſupra concluſum eſt per famoſum legum
doctorem do. Iaco. de Fabris patrem meũ dico & cõ
ſulo Ego Bartholomæus de Ozona de Carpo legũ do
ctor ſaluo ſemper ſaniori conſilio. Et ad maiorem fidẽ
propria manu mea nomen meum hic ſcripſi & ſigillo
meo ſolito ſigillaui &c.

¶ Et idem videtur mihi Raphaeli Fulgoſio iuris u-
triuſque doctori quod ſupra concluſum eſt ex illa ma-
xime parte & verbis illis finis & abſolutionis, vbi dicit,
& ꝙ viſa facta & concluſa & ſolidata ratione per ipſũ
d. P. dicto nomine cum dicto Gaſparo de omnibus &
ſingulis introitibus habitis per totum dictũ tempus ſuæ
adminiſtrationis enim datis & expẽſatis per ipſum Ga-
ſparem , idẽ Gaſpar reſtat habere omnibus computa-
tis ab ipſo epiſcopatu Veron. lib. &c. Ex quibus verbis
inter ipſas partes in inſtrumento con[illegible]is inſurgit cõ-
feſſio dicti Gaſparis, quod omnia per ſe data & expẽſa-
ta, computata fuere cum receptis redd[illegible]bus epiſcopa-
tus per eum. Et ſic facta fuit compenſatio debiti & cre
diti. ar. in l. optima. C. de con. & contrahen. ſtipu. & p
conſequens omnia per ipſum Gaſparum data & expe
ſata quomodocunque in compenſatione veniũt , quo
rum datorum & expe[illegible]ſatorum omnium per dictum
Gaſparẽ appellatione comprehenduntur illa ducenta,
quæ iam tempore ipſius fin[illegible]s & qui[illegible]tationis fuerant p
dictum Gaſparum dicto vẽditori pro parte precij ex-
ſoluta propter vim vniuerſalis dationis , licẽt non vt fa
ctor expendiſſet, vt ff de reb. dub. l. ſi is qui 200. §. verum
& ideo virtute factæ compenſationis ab homine ipſo
iure deberi deficiunt, maxime cum foret huic indebi-
tum ex contractu bonæfidei. ſcilicet mandati. vt Inſti.
de actio. §. in bonæfidei. & ff. de compen. l. 3. & l. ſi am-
bo. in prin. & C. eo. l. ſi conſtat. habet namque compen
ſatio vim ſolutionis, ut ff rem ra ha. l. amplius De reli-
quis vero octuag[illegible]ntaquinque poſt ſoluti[illegible] per dictum
G. venditori maneret actio integra hæredibus dicti G.
cum non appareat [illegible]iſſe in computatione, ſeu com-
penſatione . Sed & epiſcopatui remanet integra actio
de receptis per ipſum Gaſ. ex epatus redditibus poſt tẽ
pus ipſius finis & quietationis. cũ dicatur ipſum G. poſt
remanſiſſe factorem & lib. 10000. recepiſſe. vnde ſi hoc
conſtat oppoſita compenſatione epiſcopatus nomine
vſque ad quantitatem continentem ipſo iure vtrinq;
tolleretur obligatio, & præfatus epiſcopatus venit ab-
ſoluendus Et per confirmationem prius dictorum ſu-
perducentis in vic[illegible]bus duabus ſolutis multum faciunt
illa verba, reſtat habere &c. quaſi reliquũ omne, qđ di-
cto G. debebatur, in non amplius debeatur præter quã
titates ibi nominatim expreſſas etiam ex cõmuni vſu
loquendi, qui maxime ſeruandus eſt, vt ff de leg. 3. l. li-
berorum. §. quod tamen caſſius. & quod ibi no. Et ad
fidem ſubſcripſi & ſigillum meum imprimi iuſſi &c.

¶ Idem vr̃ mihi Raphaeli Raymundo iuris vtriuſq;
doctori. Conſtat enim per illa verba, datis & expenſa-
tis, omnia per Gaſparum ſoluta pro domino epiſcopo
& epiſcopatu contineri & precium rei emptæ ſolutũ,
vt probatur expreſſe ff de reli. & ſum. fu. l. ar ſi quis. §.
funeris. & [illegible]. funeris. & no. Barto. & Bal. de condi. & de-
mon. l. quibus diebus. §. 1. Nec obſtat ꝙ debeant verba
illa intelligi , de datis & expenſatis ab eo tanquam fa-
ctore & procuratore non aliter cũ ratio adminiſtratio
nis redderetur. ar. ff. de pac. l. emptor. §. Lucius. de ſolu.
l. ſi ex pluribus. C. de tranſac. l. ſi decreta. nam cùm tũc
factor exiſtens ſe obligaſſet ad precium rei ſpectãtis ad
epiſcopatum, conſtat eum tãquam effectu fideiuſſorẽ
domini epiſcopi præſentis videri habuiſſe mandatum
ab eo ff. man l. ſi renunciandi. §. ſi paſſus. & l. qui pati-
tur. & per Bar. de duo reis. l. reos. & ſic in hoc fuiſſe pro
curator ad ſe obligandum, & ſoluendum conſequen-
ter vt expreſſum eſt. de procura. l. 1. & de condi. inde. l.
indebitum. & per Bar. in d. l. reos. recte ergo tanquam
a factore & procuratore datum expenſum intelligitur
precium hoc computatum & ad computum rationũ
ſpectaſſe. Præſertim cum etſi quantum ad venditorem
non ſe obligaſſet intuitu factoris, quantum tamẽ ad do
minum epiſcopum creditur eius reſpectu ſe obligaſſe,
quin etiam ſi hoc creditum ſuũ non fuiſſet ex cauſa ne
gociorum geſtorum. ſed aliunde , veniebat in rationũ
calculo compenſandum & computandum , hoc qui-
dem fieri potuiſſe non eſt dubium per iura ſuperius al
legata per totum tit. ff & C de compenſa Sed & veriſi
mile fore probat tex. no. de proba. l. procula. vbi eo ꝙ
non deducitur aliunde debitum in calculum rationũ
concurrentibus alijs coniecturis , de quibus per gl. in l.
liberis.

liberis.§.manumiſſis.prææalleg.& Bar.ſo.ma.l.quæ dotis præſumitur remiſſio, quaſi veriſimiliter deductis fuiſſet.ſi non voluiſſet remitti,probat locus a communiter accidẽtibus.arg ff.ſi cer.pe.l.certi condictio.§.ſi nũmos.ne quid in loco publi.l.2 §.merito & §.ſi quis a principe.& notorium eſt quamuis cõfeſſio de recepto & remiſſo reſtringatur per cauſam ſpecificam per iura allegata,tamen in calculo datorum & expenſatorũ omnia intelliguntur deducta,ut ſupra.

¶ Et in teſtimonium ſubſcripſi & ſigillum meũ imprimi iuſſi.Nec quiſquam dubitauerit ſi Gaſpar domino epiſcopo forſan cogenti.vt plerunque fit,pecuniam ſuam vel aliud dediſſet intelligi id computatum, id.n.rationis appellatio importat.ff.de eden.l.ſiquis ex argẽtarijs.§.rationem.Non autem refert,an domino epiſcopo dederit an venditori eius mãdato, licèt præcedẽte obligatione.Inſti.de inutil.ſtipu.§.ſi quis alii.&c.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris utriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Emphytheuſis acquiſita per patrem pro ſe,filijs, & nepotibus ſuis & pro ſua generatione an contineatur nepos ex fœmina, & quomodo intelligantur illa verba pro nepotibus ſuis Et an pater poſſit præiudicare nepotibus vel filijs teſtando de dicta re emphyteutica.*

2 *Nepotum appellatione in contractibus qui contineantur.*

CONSILIVM CXXXIII.

QVIDAM Ser Secretus emit certas res emphyteuticas, Et de ipſis ſe renouauit pro ſe,& filiis, & nepotibus vſque in tertiã generationem.deinu habens filiam,quæ primo quàm pater deceſſit,ex vna habuit nepotẽ qui vixit & hodie viuit poſt mortẽ dicti aui ſui materni.Vltimo deceſſit ſer Secretus ſuperſtite ſibi dicto nepote eius. Qui ſer Secretus vniuerſalem ſibi hæredem inſtituit quendam ſocerũ, qui erat proauus maternus neporis dicti ſer Secreti in propriis emphyteuticis habita licentia domino proprietario de teſtando in dictis rebus emphyteuticis ſecundum certas conſtitutiones,& obſeruantias loci,quæ permittunt teſtari ſine tamen præiudicio habentis potiora iura, modo eſt contentio dictarum rerum emphyteuticarũ,quia dictus proauus maternus vniuerſalis hæres inſtitutus dicit, dictas res ad ſe pertinere ratione dictæ inſtitutionis expreſſæ de rebus emphyteuticis. Ex aduerſo pronepos ſuus nepos dicti ſer Secreti dicit, dictas res ad ſe pertinere vigore dictæ renouationis factæ per dictũ ſer Secretum pro ſe,& filiis,& nepotibus. Nam dicit dictus nepos dictas res irreuocabiliter fore eis quæſitas ex eo quia non fuit in poteſtate dicti ſer Secreti conſtitutus, ita quòd non obſtat ſibi l.donationes.C.de do. inter vi. & vxo.ex quo enim fuerint ſibi ſtatim acquiſitæ per renouationem factam dicit non potuiſſe dictũ ſer Secretũ alteri cõceſſiſſe per teſtm̃.Quæritur quid iuris &c.

1 ¶ † In propoſita ſpecie id videtur dubitationem facere,quòd auus maternus nõ poteſt nepotibus, ſicut nec mater filiis ex ſuo contractu acquirere tanquam prorſus extraneis,cum non fuit in poteſtate matris vel aui materni,vt in Inſti.de pa.pot.§.fin.& de adoptio.§.fœminæ.Et videtur expreſſum C.de pact.ſuper dote.l.pater pro filio.& ff.ad treb.l.debitor.§.fi.Nec officit in Auth.de non alie.aut permut.reb.eccle.§.emphyteuſim.vbi de nepotibus vtriuſque naturæ loquens videtur etiam nepotes ex fœminis comprehendere.quoniam ibi loquitur quando erant hęredes,hæredibus namque noſtris quibuſcunque poſſumus prouidere,niſi in quibuſdam exceptis, inter quæ eſt emphyteuſis eccleſiaſtica, vt ff.de pact l.vnus.& de prob.l ſi pactum. & C. de cõtrahẽ.& com.ſtip l.veteris.nec video cãm nepotis prædicti recte defendi poſſe,niſi quis dixerit,dictũ ſer Secretũ nõ ex contractu ſuo ipſis nepotibus acquiſiſſe obligationẽ, ſed ipſis nepotibus geſſiſſe negotium in contrahendo. Non enim verba inueſtituræ ad ipſos nepotes collata, vt dicatur epiſcopum inueſtiſſe ſer Secretum & nepotes,Sed contractus fundatur in perſonam ſer Secreti, recipit tamen ſeu recipientis pro ſe filiis & nepotibus. vnde obligatio ipſius contractus directa actiue & paſſiue perſonæ dicti quondã ſer Secreti cohæſit, ſed eam præſtare nepotibus.ſi nõ eſſent hæredes,tenebatur. Sic namque ſeruantur in procuratore, & geſtore, vt ipſe quidem ſtipuletur aut emat pro Titio,vel nomine Titij. vt not.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.multũ.& arg. ff.de procura.l.ſi quis cũ procuratorio nomine.& de neg.geſt.l.

2 pe.Hæc namque verba † pro nepotibus ſunt intelligenda.i.nomine nepotum, ita vt in eorum perſonas directo verba obligationis inductiua collata putentur, quo caſu contractus & res,quæ agitur,erit inutilis,vt in præalleg l.multum.in fi.quia nepotibus ex filia non potuit auus obligationem quærere,vt in præalleg.l & ar.ff ſo.ma.l Gayus.per ar.a ſpeciali,poſſunt etiam intelligi.vt intelligatur auus ipſum contractũ & ſubſtantiam contractus.ac verba obligationis inductiua in ſuam perſonam intuliſſe,pro nepotibus tamen ſeu nomen nepotum ideſt ad vtilitatem nepotum, ſic enim accipiũtur iſta verba nomine alterius in l.cum notiſſimi.in princ.C.de præſcri.30.vel 40.anno.ibi dum dicit, quòd creditor poſſidet pignus nomine debitoris,& hęc verba pro alio & alieno nomine, ita vt res contractus vel quaſi in perſonam agentis fundetur, non eius pro quo agatur, videntur eſſe ſynonima,ſeu idem ſignificare, vt colligitur in Inſtitu.per quos age.poſ.in prin.ibi, cũm olim eſſet in vſu alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo,pro libertate,pro tutela &c.Et hæc interpretatio ſeu ſignificatio efficit rẽ valere,vt in præallega.l multũ intereſt.plenius not.igitur præcipienda eſt,vt ff.de reb.dub.l.quotiens.& de verbo oblig.l.quotiens.& de reg.iur.l.quotiens. Et pro hoc facit in Auth.de non alien.re.eccle.§.empbyteuſim.dum loquitur de vxore & viro,ſi intelligatur etiam non hæredibus exiſtẽtibus, quia in eis non eſt repetitum verbum hæredibus, poteſt ergo nepos præfatum negociũ pro ſe & ſuo nomine geſtum ratum habere,& inuito epiſcopo, & poſt mortẽ & pœnitẽtiam ipſius geſtoris,vt ff.de neg.geſt. l. ſi ego.& item ra.ha l.bonorum.& retrotrahitur ipſa ratihabitio vſque ad tempus cõtractus,ut ff.de pig l. ſi fundus.§.1.& C.ad mace.l.fi.& in c.ratihabitione.de regu.iur.in 6.Illud autem expeditum eſt, vtile dominium,quod ex ipſo contractu emphyteutico interueniẽte traditione transfertur,ipſo iure & directo per procuratorem, vel negocium gerentem ratihabitione ſequuta vnà cũ poſſeſſione,ſi id agatur,acquiri,licèt ſecus ſit in actionibus & obligationibus, quæ per liberas perſonas & ſui iuris regulariter alijs non quæruntur,vt C.per quas perſo.l.1.de acquir.poſſeſ.l.i.& l. per procuratorem. & ff.de pigno.act.l.ſolutum.§.per liberam.& in Inſtitu per quas perſo.no.acqui.§.ex his.Ipſi igitur nepoti ratu habenti,quod ſuo nomine geſſit auus materuus,licèt forſitan tunc necdum fuiſſet in rerum natura ar.ff.de ſeru.ruſti.præ.l labeo.& de ſtip.ſer.l.ſi ex re.§.fin.& quod no.Bar.ff de ſuis & legi.l.titius.dominũ.fortaſſis & poſſeſſio conquirentur etiam inuitis & pœnitentibus ipſis epiſcopo & auo materno,vt in præalle.l.ſi ego.& l.bonorum.Nec his ob.quod no. Bald. C. de ſac.ſan.eccle.auth.ſi quas ruinas.vbi ſentit poſſe parentem præiudicare liberis in huiuſmodi cauſis.Primum quoniam loquitur in liberis,qui erant in poteſtate parẽtis. Sicq; nõ erat perfecta donatio.at caſus noſter loquitur in liberis, qui erant ſui iuris,& quibus erat ratihabitione poſt ſequente perfecta donatio per eandem l.quã allegat Bal.C.de inoffi.do.l.2.& fami.ercil.l. filiæ.& de dona.inter vi.& vxo.l. donationes.quãquam Bar. videatur cõtradicere Bal.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi ff.de ope.lib. & Bal.conſenſiſſe videtur.C.eod ti.l.liberti.& fortaſſis illius,vt non poſſit pater etiam filiis ſuis pœnitẽdo nocere

cere per l.quodcūq; & l.ſi quis ita.ff de verbo.oblig. vbi dicit indiſtincte poſt mortem patris vtilem filiæ dari actionem, quoniā ſi dixerimus ſer Secretum potuiſſe non poſſe præiudicare, verendum erit, vt ad epiſcopum res emphyteutica reuertatur. nam tunc permittit conſtitutio vrbinatis epiſcopi de huiuſmodi emphyteuticis rebus vltimas voluntates, & teſtamenta componi cum finita eſt linea vel ſucceſſio, hoc autē caſu ſi nepos, de quo quęritur, fuerat in renouatione comprehenſus nō recte diceretur finitam lineā, vel ſucceſſionem in perſonam ſer Secreti, & ideo nec de his rebus potuiſſe teſtari, præferri enim conſtitutio cōtractus emphyteuticos in renouatione cōprehenſos extraneis, q̄ꝗ emphyteutæ ſupremā voluntatem habentibus. Illud porro non videtur in dubitationem vocandum appellatione nepotum, etiam natos ex fœminis contineri, vt ff. de ver. ſign. l. liberorum. in fi. ibi filios, filiaſve, iūcto principio vbi etiam de genere fecerat mentionem, & C. de col. l. illam. & de condi. inſer. l. 1. ad treb. l. iubemus. §. ſin autem. & de ſuis & leg l. ſi defunctus. & idē videtur in ver. generationem. ar. præalle. l. liberorum. in ver. genere, & de ſchiſmaticis. c. vnico. lib 6. vbi de generatione fit mentio, licèt genus aliquando pro agnatione tantū ponatur, vt ff. de verb. ſig l. ſæpe. in prin. & de proba. l. 1. ſecundum vnū ſenſum, verū etiā vtrique ſenſui cōe eſt, vt in ea. l. no. & in cauſis ſtricte interpretādis, quia odioſis, vt in generatione conceſſis pro agnatis tantūmodo poneretur, ſicut & verbum poſteris, quod alias omnibus liberis eſt cōmune, vt ff. de leg. 3. l. quod his verbis. §. fi. & ff. de iure mnu. l. j. in fi.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMEMTVM.

¶ Dos cōfeſſata non in publico inſtrumento an inducat tacitam hypothecā, etſi creditor habeat expreſſam hypothecam licèt poſteriorem an præferatur mulieri habenti ſolam dotis confeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Qui prior in tempore potior eſt in iure.*
2 *Liber rationum an maioris fidei quàm apocha dicatur.*
3 *Iudex non debet debili probatione moueri, immo pleniſſimam expectare probationem, ne ſua debilis efficiatur.*

CONSILIVM CXXXII.

PROPONITVR Probatum per teſtes, ſocerū ſoluto matrimonio præſente nuru confeſſum ſe dotis debitorem librarū tricētarum & quinquaginta dictæ ſuæ nurus, & ipſam nurum tunc pro parte ſolutionis ſe libras quinquaginta habuiſſe confeſſam. Sicque ipſum quondam ſocerum remanſiſſe debitorē dictæ ſuæ nurus in lib. 300. ſāinm ambo inuicem profeſſi ſunt. Exhibitus eſt etiam in iudicio liber rationū ſoceri manu ſoceri ſcriptus, quo apparet, ipſum ſocerū recepiſſe a patre dictæ quondam ſuæ nurus pro dote ipſius nurus ducatos ducentos. Rurſus cū ipſa nurus peteret dictas 300. lib. a ſocero ſuo quondam vigore ſupra relatæ confeſſionis ac ſubiectę promiſſionis de eis ſoluendis ad certos terminos. Iam præteritis terminis in iudicio procurator ſoceri debitum profeſſus eſt in iure, & tandē comdemnatus fuit ad dictas 300. lib. exoluendas dictæ nurui dictus procurator procuratorio nomine dicti quondam ſoceri &c. Poſt hæc omnia apparet alius creditor dicti quondam ſoceri cum hypotheca omnium bonorum per publicum documentū, cuius tamen creditum eſt multo poſt confeſſionem dicti quondam ſoceri teſtibus probatam, vt proferiur cōtractum, dubitatur in bonis dicti quondam ſoceri, & debitoris, vtrū potior ſit an dicta quondam nurus vi tacitæ hypothecæ ex cauſa dotis, an dictus creditor poſterior vi expreſſæ & poſterioris hypothecæ, & videtur creditorem habentem publicā cautionem & expreſſam hypothecam potiorē per l. ſcripturas. C. qui. po. in pig. ha.

1 ¶ † Contrarium tamen verius puto per regulas, qui prior tēpore potior eſt in iure. & per l. quāuis. in fi. C. de priuile. fiſci, & qui po. in pi. ha. l. ſi. Nec me mouet, ꝙ hypotheca creditoris potior poſterior ſit expreſſa. hypotheca vero nurus tacita. Nā præalle. regula ꝓcedit iā in tacito pignore, q̄ expreſſo, vt qui prior ſit tempore, ſit potior in iure, vt C. tem ali. gere. l. vnica. & ibi not. & ꝑ Dyn. in c. qui prior. de reg iur. in 6. circa mediū ſui apparatus, nec etiam officit prædictæ ſententię, ꝙ de confeſſione tantum dotis acceptæ vel debitæ conſter, non etiam de numeratione per teſtes, ſeu priuatam ſcripturam dicti debitoris dotis tantum confeſſatæ non id ius cōperat per tex. d. l. fin. C. qui po. in pig. ha. circa mediū in illis verbis, ne ipſa dote & quod ibi no. in glo. ſuper ver datę, quoniā illud eſt verum cū non eſt dos data, & conſtat non eſſe datam, ſeu per ipſam confeſſionē nō probetur data, quod contingit, cū ipſa cōfeſſio eſt emiſſa ſpe futuræ numerationis, nec elapſa ſint tempora in proponenda querela, ſeu exceptione dotis non numeratæ. Cæterùm ſi lapſa ſint tempora proponendæ querelæ, ea confeſſio pleniſſimū habet robur, & plenā datæ dotis probationem, vt ſicut ipſe debitor nō poteſt ipſam exceptionem proponere, ita nec creditores per l. ſi cui. C. de non nu. pe. vt manifeſte colligitur ex ſententia gloſatoris ſuper illo verbo dum dicit poſt verbum confeſſata, & manifeſtius aperietur mens ea glo. in l. ſi quis poſt hæc. in ver. & eſt glo. a. quæ incipit & ita no. vtrobique per Barto. & cæteros doc. Cum itaque in re pręſenti lapſa ſunt tempora proponendæ querelæ nō eſt hæſitandum de viribus eius confeſſionis, eoq; magis quod cum poſt diſſolutum matrimonium facta ſit, apparet eam nō emiſſam ſpe futuræ numerationis, ſed ex cauſa præterita, vbi ea ceſſat exceptio, vt C. de non nume. pecu. l. generaliter. & ff. de proba. l. cum de indebito. §. fi. amplius & partis ſolutio ipſam exceptionem euacuat, vt C. de non nu. pe. l. cū fidem, & iterata cōfeſſio in iure facta. arg. C. de non nu. pe. l. in contractibus. §. 1. quemadmodum cum in vltima voluntate emittitur, ceſſat, vt C. de fal. cauſa adiecta leg. l. 1. & ibi not. vt C. de rep & abſt. hær. l. ſicut. in fi. ad l. autē ſcriptura. C. de qui. po. in pig ha quæ per diuerſam partē adducitur, aduertendum eſt, ꝙ ſi teſtibus eſt probata memorata confeſſio extra ius emiſſa, ſufficiat etiam contra creditorem habentem publicū documentum. Quid enim refert ipſa cautio ſeu confeſſio ſit in ſcriptis facta vel ſi ne ſcriptis per l. pactum. quod bona fide. C. de pac. & de tranſac. l. cum te. & aliis pluribus legibus ibi allegatis. & de proba. l. cum res. & de fide. inſtru. l. in exercendis. vbi autem duobus dumtaxat probaretur teſtibus ea ꝯfeſſio, putarē idē ſentiendum, vt mulier præferatur, quoniam per illos duos teſtes adſunt pro nuru adminicula quædam maioris auctoritatis & fidei, quàm ſit u-
2 nicus teſtis. adeſt namque liber rationū † ipſius quondam ſoceri, qui maioris eſt auctoritatis, q̄ ſimplex apocha, quoniam in cōdice rationum non ita facile falſitas admitti poteſt propter multiplicitatē actionū præcedentium, & ſequentium, ex quibus ratio conſtat. vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. rationē, ſicut in apocha, quæ vnius tantum actus comprehenſiua eſt. Hinc eſt ꝙ liber rationum per ſolam literarū comparationē probatur, cum tantum ipſa apocha per ſolam literarū comparationem non habeat plenam, ſed ſemiplenā tantummodo probationem, vt traditur elegamer per Bar. in l. admonendi. in repetitione ſua dum tractat de probatione priuatæ ſcripturæ ff. de iureiur. adeſt quoque & iterata confeſſio in iure facta per procuratorem & ſubſequuta condemnatio. Quin etiam quod me magis in hanc ſententiam prouocat propter negocij, & rei veriſimilitudinem, quia non ſit credibile

matrimoniū ſine dote fuiſſe.arg.a cõmuniter accidētibus.quod eſt in iure validū,vt vulgo conſtat, quoniā proponitur , φ idem quondam ſocer mortuo filio ſuo dunt inter ipſum & nurū ſuborta fuiſſet diſcordia ſup ipſa dote interuentu magnifici ac potentis domini d. Opizonis de Polecta Rauen-&c.eiuſmodi cōfeſſio atque conuentio de ipſis tricentis & quinquaginta libris concordia facta eſt,cuius tanti dñi ſolus interuētus om oē proculdubio ſuſpicionem expellit , nō modo fraudis aduerſus futuros creditores factæ de quibus hic eſt, ſed etiam & aduerſus tunc exiſtentes creditores.argu. C.de tranſac.l.tranſactorem.& ff quod me.cauſa.l.fin. in prin. Tot igitur ſuffragia inter duos teſtes nūquid nō vicem vnius teſtis non obtinebūt?profecto oefas eſt & ſacrilegio proximum id exiſtimare,vt arg.C.de emeo.
3 ſer.l.2.nō debet namque † ad vnam ſpeciem probationis dūtaxat animus iudicantis aſtringi,ſed ex varijs cauſis,atque adminiculis,& concurreoubus iodicijs debet plenam & indubitatam fidem aſſumere,vt ff.de teſti l. 3.§.eiuſdem.,& C. de rei ven.l.iodicia-cū ſi.vt taceam, etſi non omnino plena probatio pertinacter putaretur,debet iuſiurandū deferre oeceſſarium ad ſupplemētū probationis potius ipſi nurui,quæ de ſuo facto veritatem nouit,quæ eſt vltra ſemiplenam probatiooem, q̄ illi creditori,qui alieni facti neſcius eſt ſecūdū ea quæ traduntur magiſtraliter.ff.de iureiur. l. admouendi. & C.eo.l. in bonæfidei.& extra eo.tit.c.fi.& ff.de iureiur. l.ſi duo patroni.in prin. & quod ibi not. per Bar. porro in cauſis ambiguis potius pro dotibus inducēdum eſt, vt ff.de iure do.l.ſ ambiguis.& de reg iu.l. in ambiguis. illud poſtremo non ad rem pertinet,φ etiam ea cooſeſſione vel codice rationum oon ſit hypotheca ipſo iure comprehenſa,oā ſi de dotis conſtiterit,illico tacita hypotheca ipſo iure ſuborta eſt , vt C.de rei vxo. ac. §. & vt plenius.& d.l.fi.qui po.in pi.ha. &c.

¶ Et ita dico & cooſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

A R G V M E N T V M.

¶ Simulatio cõtractus ex quibus cooiecturis probetur,& an ſufficiat pactum de retrouendeodo cum precij minoritate,& quod tēpus conſideretur in dicto precio,& an ea fraudis ſimulatio militet in inſolutum datione. Et qui dicātur legitimi teſtes ad probandum altquem vſurarum. Et an iudex ſecularis poſſit cognoſcere ſuper cauſa vſurarum incidenter mota.

S V M M A R I V M.

1 *Duobus caſibus præſumitur ſimulatio in fraudem vſurarum .*
2 *Fœnerari conſuetum an excuſet pactum de retrouendendo & precij paucitas .*
3 *Deponenti de vel ſuper re propria non creditur, præcipue commodum ſperanti vel prætendenti .*

C O N S I L I V M CXXXIII.

IN Qæſtiooe verſa coram domioo Capitaneo Trigeſti , eiuſque vicario inter ſer Albricum & ſer Petrum della Spada ac dominam Mariam olim vxorem ſer Aotonij della Spada agentes taoquam hæredes,& cõmiſſarios dicti quondā ſer Aotonij della Spada parte vna , & ſer Catarinum de Burlis ſe defendentem parte altera,viſis petitione oretenus facta & in actis redacta parte dictorū agentiū,ac inſtrumeotorum ſuorum productione,termini quoque m eoſis præfixione tam dicto Catarino ad accipiendum copiam prædictorū,q̄ vtriq; parti ad opponendum & probādū de iuribus ſuis in dicta quæſtione,reſpooſione ēt ac exceptionibus & capitulis dicti ſer Catarioi, allegationibus, & teſtationibus teſtiū ipſius ſer Catarini , & denique omnibus alijs actis & geſtis ac productis io eadem cauſa vſque ad ſententiā ſuperinde latam per ſapientem virū d. Coſmam de Grotis de Aretio legum doctorem ac locū tenentē ſpectabilis militis domini tūc Capitanei, incluſiue quæritur,an bene fuerit in ea cā iudicatum.

¶ Et omiſſis ſtudio breuitatis allegationibus pro rea parte facientibus,quæ tū ex actibus , tū ex tenore ſententiæ facile propooi poſſunt,puto cum pace iudicis non recte iudicatū,nec dictū ſer Catarinū a petitione abſolui debuiſſe,ſed potius in petita fuiſſe condemnandū , cuius rei gratia de iuribus præcipue expoſitionis ſimulati contractus in fraudem vſurarum propoſitæ tractādum eſt. Et profecto propoſita ſimulatio per partē reā probata non extitit,ooo quidem expreſſa conuentione,quæ fuerit inter contrahentes ſpecialiter habita, licèt fuerit in capitulis reæ partis allegata , qm̄ ſuper hoc nulli protinus teſtes deponunt,quioimmo cootra deponunt,φ actū fuit,vt eſſet vera in ſolutū datio,non pignus,vt ex trium priorū teſtiū depoſitione licet colligere,qui interſuere toti negocio dum inter ipſos contrahentes res ageretur.Sed nec per inſtrumenta vel aliter ipſa expreſſa cōuentio de ſimulatione probata eſt. Rurſus nec ex canonū ſeu legū pręſumptionibus ſimulatio
1 nem,quæ prætenditur,probatā inuenio,† duobus quippe caſibus ſpecialiter eiuſmodi ſimultationē canones præſumpſere.Primo cū res vendita eſt minus iuſto precio,& pactū de retrofacienda venditione factū ſit, qui ponitur in c.ad noſtram. de emp.& vend. In re autem propoſita etſi pactū de retrouendēdo intereeſſerit, nō tn̄ magnus iuſti precij exceſſus, licèt io capitulis rei ſit propoſitus, comprobatur, quin potius contra ſicut ex tribus prioribus teſtibus , qui vineas in ſolutū datas ex cōi conſenſu partiū æſtimarūt,colligitur, qui deponūt id fuiſſe iuſtum preciū,pro quo datæ fuerunt in ſolutū . Et licèt appareret p legitimas probatiooes, φ ipſæ poſſeſſiones ſeu vineæ, vel aliqua earū tribus vel quatuor annis ante tēpus dictæ in ſolutū dationis multo plus valuerint,q̄ pro quo datæ fuerint io ſolutū.nihilomagis ſimulatio pręſumetur,quia tēpus ipſius in ſolutum dationis oon anterius,vel poſterius eſt ſpectaodū.ar.C. de reſcind.ven.l.ſi voluntate.in fine, & q̄a prædiorū æſtimatio augetur & minuitur ex maiore vel minore cultura ff.de iure fiſ.l.non intelligitur.§.diui.& facit quod no. p Cy.C.de in inte.reſti.mi.l.ſi minorem,quin ēt teſtes de maiore multo æſtimatione io tēpore anteriore deponunt, & q̄q̄ vna ex dictis vineis in ſolutum data fuiſſet æſtimata quadringentis,& decem duca.& vno ſolido 1407.cum fuit vendita Petro Merzario , ipſeque candē tantundē vendiderit ipſi ſer Catarino & Iacobo de Selogna,non tamen ei conſequens eſt, φ tempore dationis in ſolutū factæ ipſi quondam Aotonio della Spada, quod fuit poſt ſex aooos vel circa , tantidem fuerit per ſuperius allegata.oam & æſtimatores commuois Trigeſti retulerunt in hac cauſa vineam de Ripa maris, q̄ tribus annis elapſis fuerat 150.duc.nuoc eſſe tantūmodo centū. Ex p̄dictis itaq; duobus ad præſumēdā ſimulationem oeceſſarijs, vcʒ ex pacto de retrouendendo, & multominus iuſto precio deficit alterū.ſ.magnus a iuſto precio exceſſus. Sed illud animaduerſione digniſſimum eſt, φ præallegatum c.ad noſtrā.loquitur in emptione voluntaria,& vbi precij, & pecuniæ oumeratio realiter iotercesſit,quo fit vt ex ipſo pacto de retrouendendo, & exiguitate precij vēditio ſimulata & pign9 ac mutuum fœneraticū præſumatur: at io caſu noſtro ioſolutum datio fuit, ad ipſam creditor non taoi vltro q̄ ſui debiti cooſequendi neceſſitate deſcendit , & vbi nulla pecuniæ numeratio profecta , cū pro pecunia iā dudum ante debita ex contracta ſocietate proceſſerit, vode nec ſic facile mutuū , quod pecuniæ datione cōtrahitur,actum fuiſſe veraciter exiſtimandum eſt ipſo tēpore inſolutum dationis,quo nulla prorſus pecunia ad ipſum inſolutum dantem peruenit, nec antea peruenerat , cùm pro alio ſolueret , licèt namque inſolutum datio pro pecunia debita emptio & venditio intelligatur,noo tamē vera & directa emptio eſt. ideoq;

vtil

vtili actione ex empto agitur, vt ff. de pigno. act. l. elegã-
ter. & C. de euic. l. ſi prædiũ. in ver. vicẽ. Sic ergo valde
diuerſus & diſſimilis eſt caſus c. ad noſtram. de emp. &
vendi. a caſu propoſito, de quo quæritur, illud autẽ non
memini me legiſſe, ꝙ ſolum pactum de retrouenden-
do ad præſumendã ſimulationem ſufficiant, etiam in
eo qui conſueuerit fœnerari, quinimmo Iaco. de Are.
in l. emptione. C. plus va. quod agi. quàm qđ ſimula. cõ
cip. tenuit † ꝙ etiam in eo, qui conſueuit fœnerari, nõ
2 ſufficiant illa duo & pactum de retrouendendo, & pre
cij paruitas, ꝙ a nonnullis verum eſſe putatum eſt, qđ
dictum manifeſtam fatuitatem monſtraret, ſi ſolum
pactum retrouendendo ſufficere iure deciſum foret,
ꝙ de tanto doctore æſtimare nefas conieсto, & expreſ
ſim cõfutatur illa ſententia per l. 2. C. de pac. inter em-
ptio. & vendi. vbi fructus ab emptore percepti ante o-
blatam ſibi pecuniam remanent apud ipſum empto-
rem, quod non eſſet ſi pignus fuiſſet, vt in l. 1. & 2. C. de
pigno. actio. neque diſtinguitur, conſueuerit fœnerari
necne emptor, & an fructus legitimam quantitatem
vſurarum excederent, necne.

¶In propoſita tamen quæſtione nec probatum pu-
to, ꝙ dictus ſer Antonius cõſueuerit fœnerari. Primus
namque teſtis, qui ſuper hoc deponit videlicet ſer Flu
rius Trina fidẽ non meretur duplici rõne. Prima, † q̃a
in re propria deponit, & commodum ſperat ſi vera ſit
3 ſua depoſitio, quia cogere poſſet hæredes dicti quondã
ſer Antonij della Spada ad reſtitutionem vſurarũ, quas
ſoluiſſet, vnde non eſt teſtis idoneus. ar. ff. de teſti. l. om
nibus. & ff. eo. l. nullus idoneus. & per ea quæ no. Barto.
ff. de iure fiſci. l. deferre. §. idem decreuerunt. Secunda
ratio eſt, quia dicit ꝙ idẽ ſer Antonius della Spada mu
tuauit ſimiliter ad vſuram ſer Franciſco de Arimino.
Ille autem interrogatus ſuper illo decimo capitulo re
ſpondit ſe contraxiſſe cũ dicto ſer Antonio & habuiſ-
ſe denar. ab eo ad vtile & damnum, & nunquã ad vſu-
ram, & ſic ipſi Flurio cõtradicit. Rurſum dicit Flurius,
ꝙ ipſe ſoluit vſuras aliquando præſente ſer Andrea Ra
uiza, ipſe autẽ ſer Andreas in decimo capitulo ꝯtradi-
cit dicens, ſe nihil ſcire, ꝙ quondã ſer Antonius ad vſu-
ras conſueuerit mutuare. Nec mouet, ꝙ repetitus idẽ
ſer Andreas ſuper ſolo decimo capitulo dixerit. ipſum
quondam ſer Antonium conſueuiſſe multifariã mul-
tiſque modis exercere fœnus, quia ei quod dixit repeti-
tus credi non debet. tum quia non debuit repeti, vt ff.
de teſti. l. producі. & C. eo. l. fi. & no. ibidem. & in l. ſi q̃s
teſtibus. eo. tit. tum quia dicat ſecundo loco contrariũ
ius quod prius dixiſſet, vt no. extra de proba. c. per tuas.
& de teſti. c. veniens. & facit ff. eo. l. qui falſa. & ad l. cor.
de fal. l. eos. in prin. Tum etiam quia dicit idem ſer An-
dreas, ꝙ dictus ſer Antonius mutuauit ad vſuras ſer Lu
douico de Florentia, & ille deponit contrarium. Secũ-
dus quoque teſtis. qui deponit ſuper decimo capitulo
ſolo hoc eſt ſer Triſtanus de Cingulis ĩ re ſua deponit,
& cauſam ſui commodi ſicut ſuperior teſtis agit, ideo-
que nec ſibi credi debet, vt eſt in ſuperiore probatum.
Rurſus ſi quis aduertat, non deponit, eum protinus vſu
rarium, cùm dicat, ꝙ dictus quondam ſer Antonius vl
tra pecuniam, quam mutuabat, promittebat & ſe obli
gabat mittere ſer Triſtano ſuo periculo Venetias om-
nem mercantiam, quam ipſe teſtis emiſſet, vel emi fe-
ciſſet ſuo nomine, vnde poteſt intelligi ꝙ illos 30. duca.
quos idem ſer Triſtanus dabat vltra ſortem, potius da-
bat pro facti obligatione, ad quod id quondam ſer An
tonius ſe obligat, q̃ pro mutua pecunia, & ĩ dubio ita ꝓ-
ſumendum eſt. arg. ff. pro ſoc. l. merito. cum ſimilibus.
Tertium vero teſtem ſuper ſolo decimo interrogatũ,
hoc eſt ſer Andream Rauizam nihil officere ſupra ma
nifeſte monſtratum eſt. cæteri vero teſtes potius aut ni
hil ſuper decimo capitulo probant, quia de auditu ab
alio deponunt, aut magis pro parte petente deponunt,
itaque licet inferre non eſſe probatum, ꝙ dictus quon-
dam ſer Antonius conſueuerit vitæ ſuæ tempore fœne
rari, & conſequenter nihil eſſe probatum, ꝙ conferat
ad ſimulationem contractus in fraudem vſurarum ꝓ-
ſumendam, niſi ſolum pactum de retrouendendo, qđ
ſolum non ſufficit per l. 2. C. de pac. inter empt. & ven-
di. & omnes doc. conſentiunt. præſertim in ſolutũ da
tione ſicut ſupra relatum eſt. Ceſſabit igitur in re pro-
poſita deciſio c. ad noſtram. de emptio. & vendi. tanq̃
ad propoſitum noſtrum nihil omnino faciẽtis. Secun-
dus vero caſus, quo canones in fraudem vſurarũ ſimu-
lationem præſumunt, & in c. illo vos. de pigno. Qui ca
ſus nullo modo propoſitæ conuenit quæſtioni. tũ quia
ibi in emptione, hic vero in ſolutũ datione vt in ſupe-
riore tractatum eſt. Tũ quia in illo dicto §. illo. duo ex
quibus vehemẽter pignus præſumebatur, hic minime
interceſſiſſe, videlicet pactum quod fructus emptoris
lucro non cederent, ſed in precium ſeu ſortem compu
tarentur, quæ reddi debuerat, hic vero fructus ad dictũ
quondam ſer Antonium pertinebat, qui pro eis penſio
nem percipiebat. Item emptor plus accepturus erat, q̃
pro precio accepiſſet, hic verò nequaq̃ plus. nec quicq̃
facit, quod in 30. menſibus recipiat vltra ſortem duc.
93. & vineas 24 ꝙ conſiderat iudicans, quia illud ex vi
locationis & propter fructus, quos percipit & ſuos facit
ex conſenſu eius, qui acceperat in ſolutum, ad quem ꝑ-
tinebãt, vt in l. 2. C. de pact. inter emp. & ven. & not. per
glo. in prælleg. c. ad noſtram. licèt ſecus ſit in pacto ad-
iectionis in diem, quod hic non interceſſit, vt vult Io.
An. in nouella ſuper d. c. gloſas concordans, & a con-
tradictione ſaluans, non autem illud plus habet ex pa-
cto in contractu vẽditionis vel inſolutũ dationis appo
ſito. vnde ſi non cõduxiſſet plus, q̃ precium reddere de
buiſſet, hoc eſt, debitum pro quo erat in ſolutum datio
facta pro vineis retro habendis, etſi inter dies octo poſt
dationẽ in ſolutum redemiſſet, quod potuiſſet, ſolũ de-
bitum ſufficiebat reddere. Itẽ ibi erat in poteſtate em-
ptoris reſcindere venditionem, hic vero vẽditoris, vn-
de ille caſus noſtro propoſito prorſus diſconuenit. Re
manet itaque caſus de quo quæſitum eſt extra iuris ca-
nonici præſumptiones, quæ ſimulationem contractus
in vſurarum fraudem præſumunt, nec expreſſa ſimula
tio ex eo quòd nominatim conuenerit probata eſt, im
mo potius contrarium deponunt teſtes, & præſertim
per ſer Valenſium de Hunricho id in 6. c. exprimitur,
& ex depoſitione ſer Frãciſci de Baſilio manifeſte col-
ligitur, quòd fuerit vera in ſolutũ datio, & non pignus,
qui ſer Franciſcus vnà cum aliis teſtibus ibi ſpecialiter
per eum nominatis fuerunt tractatores & conſumato
res totius negocij, & cõtractus ipſius in ſolutum datio-
nis, vt ordinate deponit, quibus ideo maxime de rei ve
ritate credendum eſt. Cæterũ & ex alio apud quẽcun-
que grauem virum potius præſumendũ eſt, immo ma
nifeſte cenſendum, dictũ quondã ſer Antonium in ea
re minus fœnus contraxiſſe, nam vti ex teſtamẽto eius
in iudicio exhibito comprobatur more prudentis, &
religioſi viri, ac deum timentis, ac ſaluti ſuæ animæ ꝓ-
uidentis teſtatus eſt, multa namque in pias cauſas in re-
miſſionem ſuorum peccatorum, & pro ſuæ animæ ſa-
lute diſpoſuit. Si autem ea in ſolutum datio & ſubſecu-
ta locatio fuiſſent in fraudem vſurarum cõfectæ, quo-
modo prudens paterfa. & religioſus xpicola prætermi
ſiſſet id ipſum in ſua ſuprema voluntate diſponere, ne
ex ea locatione quicquã exigeretur, ſed quandocunq;
ſer Catarinus daret hæredibus duc. 300. & 37. aut ſi ſer
Montuſus de iudicibus, pro quo ſoluebatur ex mutuo
ſolos 253. duc. ſoluiſſet, vt pars dicti ſer Catarini aſtruit,
non ex ſocietate duc. 253. pro capitali. & 84. pro lucro
ſicut inſtrumentum ſonat, quandocunque dediſſet ſer
Catarinus dictos duc. 253. hæredibus ſuis ei ſer Catari-
no vineæ in ſolutum datę reſtituerẽtur, neque. n. aliter.
q̃ ſi id fieret poterat animæ ſuæ ſalus prouenire, vt in
c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Quod cum non fecerit, ne
que id iuſſerit prudens paterfa. & religioſe ac pie teſta-
tus, ꝑfecto exiſtimandum eſt, eiuſmodi ꝯtractus nequa
quã fuiſſe fœneraticos. ar. C. ad l. iul. re. l. iubemus. & hæc
quantũ ad merita ꝓpoſitæ exceptionis de ſimulatione

contractus dicta ſint. Porro exceptio huiuſmodi nõ videtur opponi potuiſſe obſtante ſtatuto ſub rubrica de fide inſtrumentorum danda, quod prohibet contra publicum inſtrumentum vice dominatũ opponi, niſi de falſo; hæc enim exceptio ſimulati contractus in fraudẽ vſurarum non eſt exceptio falſi inſtrumenti, vt eleganter no. Barto. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Poſtremo cum hic foret nõ tantũ quæſtio facti, vtrùm ẽt iure an videlicet huiuſmodi contractus inſolutum dationis & locationis a iure pſumatur fœneraticius necne, etiam ſm doctrinã Barto. in l. titia. ff. ſolu. mat. verẽ dum eſt, ꝙ iudex ſecularis de eiuſmodi incidenti quæſtione neque cognoſcere, neq; iudicare potuerit, cum ſit talis quæſtio eccleſiaſtica, & ſuperinde lata ſententia nulla ſit, tanquam lata a non competente iudice, ꝓ quo facit quod no. in cle. diſpendioſa. de iud. in gloſſ. cũ repetantur. in ver. vbi vero debitor. & maxime ſecundum ſententiam Bal. in l. omni nouatione. C. de ſa. ſan. eccl. vbi concludit contra Bar. indiſtincte in quæſtione de vſura, non poſſe ẽt incidenter iudicem ſecularem cognoſcere, ꝗꝗ ſit queſtio facti, qđ videtur habere rationem, quoniam ex facto ius oritur, vt ff ad l. aquil. l. ſi ex plagis. § incliuo. & ideo ad facti quæſtionem ſequitur quæſtio iuris, præſertim cùm quæſtio facti habeat neceſſario admixtam & inſeparabilem cauſæ eccleſiaſticæ quæſtionem, vti in propoſito, quo quæritur, an hi ꝯtractus præſumantur a iure fœneratij per notata ꝑ eundem Bald. in præalleg. l. titia. contra Bar. quibus ex omnibus relinquitur concludendum, dictũ ſer Catarinũ debuiſſe ad petita dictis agentibus condemnari, non ẽt abſolui, & per iudicem, qui iudicauit, male fuiſſe iudicatum & abſolutum, & ſortequatenus cõtractus eiuſmodi in fraudem vſurarum extortos pronunciauit, ipſo iure nullam ſententiam.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMEMTVM.

¶ Tutores plures an inſolidum obligẽtur pro adminiſtrata tutela, & an ſolutio, liberatio, & acceptilatio facta vni ex tutoribus per adultum proſit alijs tutoribus, qui in liberatione non ſunt nominati, & an reſpectu diuiſionis ſit differentia inter tutores & fideiuſſores.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ab vno ex tutoribus facta omnes liberat.*
2 *Pacti generalis appellatione an contineatur acceptillatio.*
3 *Acceptilationem vel ſolutionem partis debiti totam obligationem diſſoluere poſſe non eſt credendum.*
4 *Soluens errore tutus exceptione perpetua fauorabili repetitionem habet.*

CONSILIVM CXXXIIII.

IN Propoſita quæſtione videtur prima frõte dicendum, confeſſiones & liberationes, de qbus ſupra; ꝓfeciſſe Symoni eiuſque hæredibus & inpræſentiarum proficere, & ex ea tutela poſſint nullatenus cõueniri, quoniam per eiuſmodi confeſſiones probatur, ſolutum fuiſſe dictis adoleſcentibus quicquid eis ex dicta tutela debebatur, cùm ſit renunciatum exceptioni non ſolutæ pecuniæ, & eius quoque exceptionis tempora tranſierunt, per ea, quæ traduntur C. de do. cau. non nu. l. 1. & de non nu. pe. l. ſi ex cautione. & ff. de admi. tu. l. Lucius. §. tutelæ. & de ſolu. l. ſi ex pluribus. in princip.
1 † Solutio autem ab vno ex tutoribus facta omnes liberat, vt ff. de tu. & ra. diſt. l. ſi ex duobus. de ſol. l. modeſtinus & C. de contra. iudi. tu. l. 1. cũ concor. Rurſum ẽt acceptilatio vni vel quibuſdam ex pluribus inſolidum obligatis facta omnes ipſo iure liberat, vt ff. de accep. l. ſi ex pluribus. Conſtat autem tutorum ſingulos inſolidum obligari, vt C. de diul. tu. l. 2. Et dictis Nicolao & Franciſco acceptilatum eſt ab vtroque adoleſcente ſolenniter & efficaciter vt probatur publicis documẽtis, quibus ipſa ſtipulatio aquiliana & ſubſecuta acceptilatio continetur. igitur & dictus quondam Symon, eiuſque hæredes ipſo iure remanent liberati ab omni tutelæ obligatione.

¶ In diuerſum videtur lex expreſſe decidẽs. C. de trãſa. l. 1. vbi in his pene terminis dicit neque pactionem, neque trãſactionem cum quibuſdã ex tutoribus factã alijs prodeſſe in his, quæ ſeparatim cõmuniterve geſſerint ſeu gerere debuerũt. loquitur autem ea lex tam de pactione, ꝗ tranſactione, & ſiue per ſimplex pactum, ſiue per acceptilationem facta ſit liberatio. Cõſtat namque † etiam pactionis verbo generali & acceptilationẽ 2
contineri. continet namque acceptilatio in ſe pactũ, vt ff. de acceptil. l. inutilis. in prin. & tranſactionis duæ sũt ſpẽs & ſimplicis pacti, & aqlianæ ſtipulationis & acceptilationis, vt ff. de tranſa. l. 2. & a quo remouet genus, vel totũ, remouetur & quælibet eius ſpecies, vel pars, ſicut in ſimili argui glo. C. de tranſac. l. ſi cauſa cognita, & pro hoc eſt ſententia Barto. in l. 1. C. de tranſac. ſuperius allega. ad fi. ſui cõmentarij. Adiuuat etiã hanc partẽ l. ſi pupillus. in prin. ff de admi. tu. vbi ſimiliter videtur caſus a contrario ſenſu, dum dicit liberato vno ex tutoribus minime nomine illius, quem pupillus quondã liberauit, cõueniẽdum, quaſi ſentiat, ꝙ ſuo poſſit nomine conueniri. Rurſus & tertio huius videtur ſententiæ Bart. in l. ex duobus. in 9. q. ff. de duo. re. vbi dicit cõfeſſionem vni ex duobus reis debendi factã alteri non proficere, quod & ratione ſuadetur, tum ex generali regula, res inter alios actas alij nõ ꝓficere in rubro & nigro. Tum quia abſenti non ſolet prodeſſe confeſſio. ff. de confeſ. l. certum. §. ſi quis abſente. etiam ſi de ipſo abſente nominatim cantaret ipſa confeſſio, vt d. §. ſi quis abſente. & per hoc tertio apparet reſponſum. ar. quod primo loco in diuerſam partem factum eſt. Nam etſi confeſſiones, de quibus ſupra, realem probent ſolutionem inter ipſos adoleſcentes & dictos Nicolaũ & Frãciſcum quondam tutores, non tamen quãtum ad tertium tutorem, videlicet S. vel hæredes eius, qui non fuere præſentes, & de quibus non cantat ipſa confeſſio neque eis facta eſt quãquam nec quo ad dictos N. & F. quibus facta eſt ipſa confeſſio, & qui fuere præſentes, & de quibus cantat ipſa confeſſio, videatur probari ꝑ eiuſmodi confeſſiones realis facta ſolutio ſecũdum doctrinam Barto. in l. 1. ff. de his quæ in frau. cre. & Bald. C. eod. tit. in rubrica. & ipſum etiam Barto. in d. l. ſi ex pluribus. in prin. ff. de ſol. & ff. de admi. tut. l. Lucius. §. tutelæ. Sed de hoc non eſt opus nunc contendi, vel diſputari, quoniam etſi ſine præiudicio ipſæ confeſſiones probent ſolutionẽ, non tamẽ prodeſſent dicto quõdam tutori tertio, videlicet S. vel hæredibus eius, vt ſtatim in acceptilatione deſendam, quam factam fuiſſe nulla eſt dubitatio tabellionibus publicis documentis de ea manifeſte teſtantibus. ad ipſum itaque ſecundũ argu. quod de ipſa nouatione per ſtipulationem aquilianam & ſubſecuta acceptilatione proponitur, & ſimiliter de ſolutione ſi per eiuſmodi confeſſiones facta probetur, Reſpondendo ſciendum eſt, ꝙ aut ſolutio, vel acceptilatio totum debitum ab omnibus quantitatibus complectitur, vt quia certa quantitas puta mille a pluribus debentur inſolidum, hoc eſt, quia ſinguli velut rei teneantur inſolidum in ipſa eadem mille, & mille ſoluuntur ab vno vel duobus ex eis, vel etiam accepto feruntur vni, vel quibuſdam ex eis. & tunc certum eſt omnes liberari ipſo iure, licèt non omnes ſoluerint, nec omnibus acceptilatum ſit, ſed vni vel quibuſdam tantum. & ita loquuntur leges in contrarium allegatæ de ſolutione & acceptilatione loquentes, vt ab vno vel vni facta omnes ipſo iure liberet. Idem puto etſi incerta quantitas acceptilatione claudatur. nã incerta quantitas non videtur poſſe ſolui, dũ tamen ad ſolidum, qđ ab omnibus debeatur, acceptilatio referatur, nam licẽ

licèt vni facta ſit, omnes liberabuntur, non quia omni-
bus acceptilatum ſit, vt ait iuriſconſultus, ſed quia ille,
cui acceptilatum eſt, velut ſoluiſſe videatur, ſic dicitur
in d.l.ſi ex pluribus. Ex his ẽt duobus caſibus intelliga-
tur loqui l. pe.C.de trãſac.quæ dicit tranſactionem per
aquilianã ſtipulationẽ & acceptilationẽ cũ vno ex tuto
ribus factam omnibus prodeſſe, atq; omnes liberare.
Cæterũ ſi vni vel quibuſdam ex pluribus tutoribus ac-
cepto feratur ſolenniter per adultum id quod debeat,
vel debeãt hi, qbus accepto feratur, ſicut extitit in pro-
poſitis ſpeciebus, vel confiteatur adultus ſolenniter ſe
accepiſſe ab vno vel quibuſdam ex ipſis tutoribus inte-
gram ſolutionẽ eius, qđ debuerint, ſicut & hic fuit, vt
infra probabitur, nõ proderit ea acceptilatio vel cõfeſ-
ſio cæteris, & ideo negligendus eſt Bar. & Dyn. recor-
dandus in l.penul.C.de tranſa.ſupra ſæpius alleg. Ridi-
3 culum eſt enim ęſtimare† acceptilationẽ vel ſolutio-
nem partis debiti totã obligationem diſſoluere, vt ff.
de ſolu.l.ſi ſtipulatus.§.qui decẽ.dixerit aliquis non ne
ſinguli tutores ſolidum debent, & inſolidum tenẽtur?
Reſpondebitur minime, ſi tempore depoſiti officiũ oẽs
fuere ſoluẽdo, ſicut ex facto proponitur. Tũc enim quiſ
que eorum pro virili portione fuit & manſit obnoxios
exceptione perpetua diuiſionis, ita vt etſi quis eorum
poſt idoneus eſſe deſierit, alij nihilo magis in illius par
te teneantur, vel periculo ſuccedant ſicut in his, quæ cõ
muniter geſſerunt, aut gerere debuerunt, ſeu communi-
ter neglexerunt ſecundũ qđ hæc probantur.ff. de tu-
te.& ra.diſ.l.i.§.nunc tractemus.cum gl.i. & de admi.
tu.l.tutores.§.tutoribus.C de prob.l.ex perſona, in qui.
cau.tu.habenti tutor, vel curat.dari poſſ.l. fi. & de diui.
tute.l.j.Nec obſtat ff.de fideiu.l.ſi teſtamẽto.§.ſi ex duo
bus. quia exceptio diuiſionis impedit quidẽ totius exa-
ctionẽ, ſi collegæ tẽpore depoſitæ adminiſtrationis fue
runt idonei, tametſi poſt idonei eſſe deſierint, vt ſupra
probatum eſt, non aũt concedit indebiti per errorẽ ſo-
luti repetitionem, ut d.§. ſi ex duobus. Sic & aliæ quæ
dam exceptiones perpetuæ & peremptoriæ propoſitæ
exactionem impediunt, atque ideo nec recte debito-
res dicuntur, a quibus inuitis nequit extorqueri pecu-
nia propter perpetuam perẽptoriam exceptionem, vt
ff.de verb ſig.l.creditores.& l.ſi cui.& l.debito, & tamẽ
non ſufficiunt ad concedendam ſoluti per errorem ve
lut indebiti repetitionem, vt ff.de condi.inde.l.ſi pœnæ
cauſa.in prin.& l.qui exceptionẽ.in prin. & l. Iulianus.
ſic & debita naturaliter tantum ipſo iure ſoluta, licèt p
errorem non repetuntur, vt ff.de condi.inde.l.naturali
ter.& l.ſi non ſortem.§. libertus. & tamen non recte,
non proprie, ſed abuſiue debita dicuntur, cùm ab inul-
tis perpetuo nequeant exigi, vt ff.de ſolu.l. ſi is cui.§ fla-
uius.& de fideiuſ.l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. vel
fortaſſe verius & ſubtilius longe refert inter exceptio-
nem diuiſionis, quæ competit fideiuſſoribus, qui tenen
tur inſolidum, vt d.§.ex duobus. & exceptionẽ diuiſio-
nis, quæ competit tutoribus & curatoribus. Prima ſiq-
dem non competit fideiuſſoribus ante litem a credito
re cum eis vel eorum aliquo conteſtatam. inſpicitur.n.
tempus cõteſtatæ litis. vt inter eos tũc diuidatur actio,
qui tunc ſint idonei, vt ff.de fideiuſ.l.inter eos.§.j. ideo-
que ſi quis eorum ante litem conteſtatam ſoluẽdo for
re deſierit, cæterorũ periculum eſt, ſecus ſi poſt diuiſã,
vt eo.ti.de fideiuſ.l.amiſſi.§.j. ante itaque litem a credi-
tore conteſtatam nulli eorum competit exceptio, cũ
partes, quibus teneri debeant, ad tempus litis conteſtan
dæ referantur, ideoque ſi quis eorũ debitum ſolitũ ſol-
uerit ẽt a ſe ſoluit merito non repetit, ſecus forte ſi poſt
diuiſionem, vt d.l.amiſſi.§.t.at in tutoribus ſtatim fini-
to officio a iure diuiditur inter eos, qui tunc ſoluendo
fuerint, tutelæ actio. Nam ſi quis eorum poſt deſijt eſſe,
non nocet alijs, ſed tantum pro ſua virili tenebuntur,
ideoq; ſi poſt per errorem fortaſſe totum ſoluerent. re-
peteret, ꝙ plus debito præſtitiſſet, nihil enim in his in
4 contrarium cautum eſt, & eſt regula generalis, † vt tu-
tus exceptione perpetua & fauorabili ſi per errorẽ ſo-
luerit, repetat, vt ff.de condi.inde.l. qui exceptionẽ. in
prin. Quid tamen de repetitione dicatur, illud expedi
tiſſimũ eſt, qđ tutus exceptione diuiſionis ꝑpetuæ, inuı-
tus non põt exigi pro ea parte non recte dicatur debi-
tor nec mouet ꝙ ſi quo caſu exceptionẽ diuiſionis non
obijceret inſolidum damnaretur, ſicque in hũc caſum
ſaltem ſolidi debitor reputetur, vt quidam aiunt, quo-
niam & idem dici foret conſequens in eo, qui pacti de
non petendo in perpetuũ exceptione tutus exiſteret,
immo & in eo debitore, qui ſoluiſſet, nam ſi ſolutionẽ
non opponeret, vel non probaret, damnaretur, quos
tamen nemo qui ſapiat in eum ẽt caſum ſaltem debi-
tores appellat, non tantũ ꝙ damnẽtur ex debiti virtute
vel obligationis ꝑtãte contingit. ſed ex eius ſtultitia, ꝗ
de ſuis defenſionibus non eſt vſus, vt no. doc. in ſimili
ff.de eo quod certo loco.l.fin. ſupereſt igitur in re pro-
poſita videre, an confeſſata ſolutio vel ſubdita noua-
tio, vel acceptilatio ad id totũ, quod ab omnibus quon
dam tutoribus debebatur, referãtur, an vero magis ad
id, qđ debuerant hi, quibus confeſſio ſolutionis vel ac-
ceptilatio fiebat, & in liberatione qdẽ, quã fecit poſthu
mus hæredibus N. vt præfertur, res expeditior eſt, quia
ibi dr̃ de omni eo, qđ tam noĩe proprio, ꝗ̃ hæreditario
ipſius N. dicere poſſet vel ab eis exigere quo quomõ iu-
re vel caſu & quacunq; occaſione. Sed ab eis non pote
rat exigere niſi partem beneficio perpetuæ diuiſionis,
cũ tempore finitæ tutelæ omnes fuerint ſoluẽdo, ſicut
eſt ſupra propoſitum, eſt namque exigere ab inuito, ex-
torquere, vt ff.de leg.j.l.fideicõmiſſa. §.ſi rem. Igitur de
parte tantum facta eſt acceptilatio & liberatio. licèt.n.
quo ad cauſas ſit generalis & plena probatio, quo ĩn ad
perſonas debentium ſpecialis eſt, quia ad hæredes dicti
quondam N. tantũmodo refertur, quod etiã ex eo de-
prehenditur, quod ſequitur. fecit eiſdem filiis & hære-
dibus N. pacem & remiſſionẽ &c. In liberatione quoq;
facta per iam natũ N. & vr̃ idẽ dicendũ, quia dicitur ibi
totius ſuæ adminiſtrationis de omni eo, quod ipſi N. &
F. non dr̃, & S. geſſerunt, ſeu gerere debuerunt, & quic-
quid ad ipſos tutores & eorum vtrunque peruenit ſeu
peruenire debuit de adminiſtratione, ergo S nulla fuit
facta mẽtio, nec de eo, ꝙ dictus S. geſſit, ſeu gere debue
rit, nec de eo quod ad ipſum S. peruenerit ſeu peruenire
debuerit. & ibi quapropter promiſſit ammodo nõ pe-
tere ab ipſis N. & F. aut a ſuis hæredibus, nihil dicitur đ
S. vel eius hæredibus, perſona autem extranea non de
bet ſubintelligi, vt ff.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulatus.§.gri
ſogonus. nec rurſum veriſimile eſt, ꝙ ſoluerint, quod
ſoluere non tenebãtur, hoc eſt pro parte dicti S. etſi fe-
ciſſent, credibile eſt, qđ ſibi cedi actiones contra colle
gam procuraſſent, quibus ex omnibus concludendum
relinquitur, quod ea confeſſio & acceptilatio ad id tan
tum, ad quod ipſi N. & F. tenebantur, relata ſit, non ad
totam debiti etiam ab S. quantitatem. Sicq; ipſi & eius
hæredibus non proficiat, & hæc pars videtur tam iu-
ſtior, ꝗ̃ tutior, qm̃ ſi voluiſſent dicti adoleſcentes om-
nes liberare de omnibus, veriſimiliter expreſſiſſent, &
captatoria liberalitatem interpretatio frangit pruden-
tum. vt ff.de tranſ.l. aquiliana. & l.ſequenti.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius, &
ita ſenſi, & in publico ſigillum meum proprium impri
mi iuſſi &c.

¶ Et idem videtur mihi Raphaeli de Raymundis iu-
ris vtriuſque doctori ſuper præpoſitis quæſtionibus di-
cendum. & ita ſæpe conſului, & conſiliis meis ac Ra-
phaelis Fulgoſij ſuper isto puncto ſigillum meum im-
primi iuſſi &c. Raphael de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Vxor de adulterio poteſt accuſari conſtante matri
monio, ſed an quilibet poſſit accuſare: Et an iudex ma-
leficiorum poſſit inquiſitionem formare contra mu-
lierẽ adulteram, & quæ præcedere debeant anteꝗ̃ inqſi
tio formaretur, & ex qb⁹ cauſis ipſa inqſitio infringatur.

SVMMARIVM.

1 *Probatam a viro vxorem & quieſcens matrimonium non debet quis turbare atque inquietare, niſi prius marito lenocinij crimen impoſuerit.*

2 *Clauſula generalis non dicitur ad eas ſpecies referri in quibus eſt minor ratio, quàm in expreſſis.*

CONSILIVM CXXXV.

IN CAVSA Criminationis factæ cõtra
d. Dominicã vxorẽ Raynaldi de Gilino
de Viñ. apuddñm Poteſtatẽ de Viñ eiuſ-
que iudicem maleficiorum & de adulte-
rio, viſis ſtatutis ſupra relatis, & teſtium ſi
quidem ſuperinde deponentium atteſtationibus. Quæ
ritur, an ad formandam de adulterio inquiſitionẽ pro
cedi poſſit, nec ne. Et videtur dicendum quòd ſic aucto
ritate ſtatuti nouioris ſupra vltimo loco relati incipien
tis. Item ſtatuimus & ordinauimus, ꝙ prædictus rector
poſſit & valeat &c. in §. & generaliter &c. Nam & infa
matio dictæ dominę Dominicæ de dicto adulterii cri
mine præceſſit. & non nulla alia ſufficientia indicia ad
inquiſitionem formãdam, vti ex teſtiũ examinatorũ.
de quibus ſupra, depoſitionibus clare deprehenditur,
ſicque ſatis factũ eſt iuris regulis hæc informandis inq-
ſitionibus exigentibus. vt extra de accuſ. c. qualiter &
quando. & de ſimo. c. licèt Hely. & per doc. iuris ciui-
lis C. de accuſ. l. ea quidem. & de proba. l. iubemus, vbi
per Bal. poſt Nico. de Matta. & ff. ad l. iul. de adul. l. 2. §. ſi
publico. & de cuſto. re. l. diuus per Bart.

¶ In oppoſitum arguitur ſic. Nã in propoſito caſu nõ
admitteretur accuſatio, ergo multominus inquiſitio,
conſequentia patet, quia accuſatio regularis eſt & ordi
naria, Inquiſitio irregularis & extraordinaria. argu. in
l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſta. mili. & ĩ Auth.
de non alie. §. quia vero, & notatur in l. ſi ex falſis. C. de
tranſac. & facit quod not. per Odof. Cyn. & Bart. & pe
ne omnes docto. contra glo. C. de fal. l. querela. & quia
accuſationis loco ſuccedit. arg. ff. ſi quis caut. l. ſicũ. §.
iniuriarũ. & l. j. §. hæc actio. ſi qui teſt. li. eſſe iuſ. fu. & qđ
legitur per Barto. poſt Iaco. de Are. Antecedens proba
tur per l. conſtante. & l. miles. §. volenti. ff. ad l. iul. de a-
dulte. & C. eo. l. crimen adulterii. vbi dicitur in d. l. cõſtã-
1 te. † quod probatam a marito vxorẽ & quieſcens ma-
trimonium non debet alius turbare atque inquietare,
niſi prius maritum lenocinij accuſauerit. Nec ob. huic
ſententiæ in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia ve
ro plurimas. tranſumptiue poſita ſuper dicta. l. crimen,
auth. ſed hodie. alias ſed nouo iure, quia hodie ẽt con-
ſtante matrimonio maritus poteſt vxorem adulterij
ream facere, non extraneus. Cum namque d. l. conſtã
te, quæ in aliis præter maritũ loquitur, non inueniatur
correcta, ſtabit. ar. l. præcipimus in fi. C. de appe. præſer-
tim cùm ratio eiuſdem l. conſtante, hodie quoque ſua
æquitate ſicut & olim militet. & hoc voluit ſentire gl.
in præalleg. l. conſtante. dũ dicit, ſed hodie contra in vi
ro, quaſi dicat non ſic in extraneo. ar. ff. de indi. l. cũ præ
tor. in prin. & C. de procu. l. maritus. & idem atque eo-
dem modo eſt limitata & ad virum locuta eſt gloſ. in
præalleg. l. crimen. & pro hoc facit hodie tex. præallega
tæ l. præcipimus. in fi. C. de app. in ver. ſpecialiter cũ eo
quod ibi eleganter not. Bar. Nec obſtat l. quãuis adul-
terij. vbi quibuſdam extra maritum videtur innuere li-
cere accuſare conſtante matrimonio, quia contra eſt,
vt ibi not. in glo. l. hoc enim. & in §. volenti præallega.
Nec rurſum his obſtat l. vim paſſam. §. nupta. ff. de adul
te. quia conſtante matrimonio adulter accuſari poteſt
ab extraneo, licèt non a viro, non autem adultera vt
ibi not. Sed & verba præalleg. l. §. volenti. & d. l. conſtã
te, maxime ex ratione ſui ſatis ex ſui generalitate com
prehendunt etiam inquiſitionem, cũ & ream adulte-
rij fieri & probatam a viro vxorem acquieſcens matri
monium ab alio turbari & inquietari vellent, & aliena
fœdari coniugia. l. præallega. quamuis adulterij ſpeciali
ter interdicat. Secũdo principaliter ex alio capite iſtud
deducitur, quod non poſſit ad eam inquiſitionem pro-
cedi, quoniam certis tantum perſonis perſecutio cri-
minis eſt conceſſa tam ex iure generali Romano. vt in
præalleg. l. quamuis, ſecundum ſententiam ibi cõmu-
nem per noſtros maiores approbatam, ꝙ etiã ex iure
ſpeciali ciuitatis Viñ. eam accuſationem coniũctis vſ-
que ad quartũ tm̃modo gradum permittentis, quorũ
numero nemo, qui ſapiat, dixerit iudicem contineri,
cùm ſit prorſus extraneus. Nec huic parti & his quæ ſu
pra dicta ſunt, refragabitur ſtatutũ poſterius in diuerſã
partem ſuperius allegatum in §. & generaliter, ipſi nã
que reſpondetur quadriſariam. Primo, quia illud gene
rale ſtatutum auth. prius. & l. quãuis, ſpecialia ſunt, & in
ſpeciali caſu loquẽtia. Palam autem eſt in toto iure no
ſtro generi per ſpeciẽ derogari, vt ff. de reg. iur. l. in to-
to. & extra eo. l. generi. lib. 6. Et ad correctionem maxi
me euitandam iuris veteris, quod ſumopere faciendũ
eſt, vt not. C. de inoffic. dotis. l. vnica. & extra de elec. c.
cum expediat. lib. 6. & probatur aperte in materia cor-
rectionis in præalleg. l. præcipimus. in fi. in ver. ſpeciali-
ter, & quod ibi no. per Bar. ad hoc etiam facit ſolutio,
quæ datur inter l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. nõ
poſ. & l. in teſtamentis. C. de teſta. & quod ibi not. per
Bal. in præalleg. l. hac conſultiſſima. circa prin. dum lo-
quitur de teſtõ cæci inter liberos facto. Item quia po-
tius diſtinguimus legẽ nouã per veterem ꝗ correctionẽ
inducamus, vt ff. de legi. & ſena. con. l. non eſt nouum.
& quod ibi no. per l. ſciendũ. in prin. ff. qui ſatiſda. cog.
in auth. offeratur. C. de lit. conteſta. & quod in vtraque
earum notatur. Sed & hoc quoque ex verbis dicti no
uioris ſtatuti deprehendi poteſt. dũ dicit de quibus ha-
bet iudex maleficiorum, non aũt habeat de his perſo-
nis cognoſcere conſtante matrimonio vt ſuperius eſt
probatum per l. miles. §. volenti. & l. conſtante. ff. ad
l. iul. de adul. Quinimmo nec eo ſoluto per mortẽ viri
aut etiam ſaltem per diuortium, quo ad ſeparationem
thori certis tm̃ perſonis accuſantibus tã ex iure com-
muni, ꝙ municipali Viñ. conſequens eſt, rectorẽ Viñ. ꝑ
inquiſitionẽ non poſſe contra eas perſonas delinquen-
tes procedere his caſibus, quibus iudex maleficiorum
haberet contra eas cognoſcere, hoc eſt ſoluto, vt præ-
fertur, matrimonio, & certis dũtaxat perſonis denũciã
tibus quibus accuſantibus iudex maleficiorum cogno-
ſceret. Rurſum tertio, & illud ſignanter conſideratio-
ne digniſſimum eſt, ꝙ ipſum ſtatutũ illud de violentijs
& rapinis &c. habet clauſulã derogatoriã ad præceden
tia & ſequentia ſtatuta & reformationes cõtraria, vel
contrarias. hoc namque quod dixi de ſequentibus col-
ligitur ex verbo eſſent, quod tẽpus etiã futurũ ſignat,
vt plene traditur per Bart. in l. 1. ff. de iure codi. in 7. q.
vbi probat ꝑ plures ll. & rationẽ. verba ſubiunctiui mo
di, ꝗꝗ præſentis tẽporis, ad futurum ſignificandum co
gruentia, qđ maxime in legibus & ſtatutis, vti in præſẽ-
tiarum quæritur, admittendũ eſt, eo quod eorũ præci-
puum eſt futuris dare formam negociis, vt C. de leg. l.
leges, ideoque etſi verbis præſentis temporis & indica-
tiui modi loquatur, etiam futura complectitur, vt not.
per doct. ff. de condi. ex lege. l. vnica. Semper enim lex
viridi obſeruãtia loquitur, vt C. de hæreti. l. arriani. Præ
ſertim ĩ caſu propoſito, quo niſi clauſula ad futura per-
tineat, fruſtra eſt, & nihil operatur, cũ p̃cedentia ſtatuta
& reformationes poſterior lex contraria abroget, ꝗꝗ
ea clauſula poſita nõ exiſteret, vt ff. de leg. & ſena. con.
l. non eſt nouũ. Intelligatur igiť ita, vt nõ ſit appoſita fru
ſtra. & aliquid operetur. ar. ff. de leg. 1. l. ſi quãdo. & C.
de inoffi. teſt. l. ſi q̃n. in prin. & ff. de vſu. l. ſi ſtip. Cũ itaq;
hãc hoc ſtatutũ de violentiis clauſulam derogatoriam
ſequentiũ, ſequitur, id eſſe ſeruandũ, nõ poſterius. ar. ff.
in l. ſi quis in prin. de leg. 3. & de leg. 1. l. ſi mihi & tibi. §.
in legatis. & in quæſtione diſputata per Cy. quæ incipit
præceſſit lex derogatoria ſequentium, de qua Barto. in
l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. in verſi. quarto nunqd
liceat facere ſtatutum ſuper his, quæ ſunt diſpoſita
per

per aliud ſtatutum verſ circa ſecundum & per Bald.in
l.humanum. C.de leg. Nec moneat quem, quòd in ip-
ſo poſteriore ſtatuto ſit clauſula derogatoria præceden
tium ſtatutorum, quoniam ibi derogatur ſtatuto poſi-
to ſub rubrica de officio rectorum. Item ſtatuto poſito
ſub rubrica de caſibus & criminibus &c.& clauſula ge
neralis ſubdita ibi nec alijs ſtatutis, nec reformationi-
bus quibuſcunque obuiantibus &c. non pertineat ad
id ſtatutum de violentijs &c.tum quia non illi contra-
rium,cùm nõ vetaretur per inquiſitionẽ procedi ſim-
pliciter,imo permitteret,ſed cum certa forma hoc eſt
denunciantibus his, quos verus & intimus dolor tan-
git, hoc eſt, marito & coniunctis intra quartum gra-
dum. Tum quia illa clauſula generalis propter illud
verbum alijs incertum pertinet ad ſtatuta ſimilia ſpe-
ciebus præcedentibus expreſſis, vt ff. de vi.tri.& ole.le.
l.fina.§.cui dulcia. Et ſi ad alia ſtatuta generaliter pro-
hibentia per rectorem poſſe per inquiſitionem proce-
di, non autem ad ſtatutum in ſpeciali caſu & ſpeciali
forma prohibens, quale eſt id de quo quæritur. Tum e-
tiam quia clauſula generalis † non refertur ad eas ſpe-
2 cies,in quibus minor ratio eſt,quàm in expreſſis, vt ex-
tra de reſcr. c.ſedes apoſtolica.& de ꝓcur.c.qui ad agẽ
dum.lib.6.& cle.non poteſt.eod.titu. Maiorem autem
eſſe rationem in cauſa adulterij vetandæ huius inquiſi-
tionis nemo eſt ꝙ nõ intelligat, ne bene quieſcẽs matri
moniũ &c. vt d.l.cõſtante & d.l. quãuis adulterij ſupe-
rius. quinimo & quarto principaliter hoc ipſo, qd qui-
buſdam ſtatutis nominatim ſtatutum poſterius dero-
gauit, in quibus non erat tanta ſolennitas clauſulæ de-
rogatoriæ. Illi autem ſtatuto vbi erat & maior ratio &
ſpecialis forma & inſerta clauſula derogatoria non de
rogat ſpecialiter, profectò clare ſignificat, ſe nolle illud
abrogare.ar.ff.de iud.l.cum prætor.in prin.quamuis in-
erat facile & illud nominatim exprimere, ſi ei deroga-
re noluiſſent ſtatuentes. argu. C.de cad.tol.§.ſin autem
ad deficientis.ſicut & in alijs,in quibus minor erat ratio
id faciendi ſpecialiter expreſſerunt. Et ad hoc bene fa-
cit quod not.Bal.in præalle.l.humanum.vbi not.ſecun
dum Arch.in ca.1.extra de conſtit.lib.6.ꝙ vbi lex cum
magna grauitate facta eſt, ad ei derogandum deſidere-
tur fieri mentionem ſpecialem illius. Et ad idem quod
ipſe Bal.no. 10.coll.ſi de feu. fue.contro.l.naturales.vbi
plene iam notauit. Nec obloquitur, quod ipſe Bal.not.
ſecundum Cyn.in præallega.q diſputata in præalleg.l.
humanum, etiam ſi ſtatutum præcedens habeat clau-
ſulam derogatoriam ſequentium, ſufficit nihilominus
in poſteriori clauſula generalis non obſtantium, quia
illud procedit, quando poſterius ſtatutum eſſet directè
& ſpecialiter priori contrarium. Sic namque loquun-
tur dicti doct.Cyn.& Bal.non autem cum diuerſa ſunt,
ſicut hæc eſſe ſuperius demonſtraui. Aut ſaltem prius
ſpeciale,poſterius generale, ſicut hoc fuiſſe manifeſtiſſi
mum eſt. Et hanc ſententiam atque interpretationem
confirmat conſuetudo, quæ eſt optima legũ interpres,
vt ff.de legi.l.ſi de interpretatione.& l.minime. Nã ita
ex facto propter obſeruantiam probatur. vt inuitis vi-
ris vxores non inquietarentur, immo detentæ relaxa-
tæ ſunt, vt dicitur, licèt etiam ceſſante conſuetudine
idem eſt de iure,vt ſuperius eſt demonſtratum. Nouiſ-
ſime vero ex alio quoque & tertio loco & capite dedu
citur,non poſſe ad inquiſitionem procedi, de quo quæ-
ritur,deficientibus fama, & competentibus indicijs ad
informandam inquiſitionem neceſſarijs ex iure nouiſ
ſimo. Nam fama quidem legitime minime compro-
bata eſt. Primus namque teſtis Traxanus non videtur
teſtis idoneus, quaſi ſocius criminis & opem præſtans.
ar.C.de teſti.l quoniam liberi. & de lib.cauſa. l.filium.
cum ſimil. Deinde famam non probant, prout opor-
tuit,quia non dicit a quibus dici audiuerit, quod eſt ne-
ceſſarium,vt audiatur & ſciatur, an ab honeſtis vel ma
liuolis,vt not.Barto.ſecundùm Inno.in præalle.c.quali-
ter & quando.in l.de minore. §.tormenta. ff.de quæſt.
& in multis alijs deficit illa famæ probatio, quæ ſtudio-
ſus lector colliget ex not. per Bart. in d.§.tormenta. Et
hac eadem ratione deficit probatio Ioãnis Mironi. Di-
ctum autem Ambroſij vel ſociæ non eſt dubitandum
dictum etiam Giliotti etiam per d.l quoniam,& l.filiũ,
ſuperius allegatas.& C.de accu.l.fin.& l.repeti.§.1.ff.de
quæſtio.cum ibi no. Lucia, & vir eius Paulus ſunt ſingu
lares in ſuis teſtimonijs.non dant enim ſe pro conteſti-
bus,in eo quod ſinguli eorum dicũt Dominicam dixiſ-
ſe ſibi, & ideo indicium illud non eſt probatum, quod
ſaltem duobus debet teſtibus comprobari.C.fa.erciſ.l.
fi.& quod ibi no.per Bar.in l.fi.ff.de quæſtio.& ferè om
nes in illo tractatu Sed & illud quod dicunt dixiſſe Do-
minicã ſibi, nõ neceſſario cõcludit,eã ſe ſaſſam adulte
rã, fieri namq; põt vt & Eliſabetta filia foret Giliotti,&
tñ non ipſa adultera,quia non ex ipſa Dñica aut ẽt ante
ipſum matrimoniũ, quo tempore non eſſet adulteriũ,
ſed ſtuprum, & ceſſarent verba ſtatuti ignis pęnam ſta
tuentis,& quod extra de probationibus.c.in præſentia.
& C.vnde legiti.l.non hoc.& ſic non eſt probata cõfeſ-
ſio extra iudicium,quæ ſolet dici indiciũ facere,vt no.
in l.capite.ff de adul. Præterea nec erat præſens is, cuius
intererat illi præſentiæ confeſſioni. ar.in d l.capite. & ff.
de confeſ.l.certũ.§.ſi quis abſente. Alia aũt dicta dicto-
rũ Lucię,& Pauli,ẽt ſi eſſent conteſtes, quod tñ contra
eſt, non ſunt indicia ſufficientia in tam graui crimine
& pęna, vt religioſus iudex põt per ſe ꝑſpicere & rebus
omnibus licèt inferre, dictam inquiſitionẽ, ſi formata
non ſit rite, nec rectè formatam & per conſequens abo
lendam. Aut ſi necdum eſt formata, non eſſe ad eã for
mandam vllatenus procedendum, & multominus ad
tormenta per eaſdem rationes. & quoniam detenta, vt
eſſe dicta domina probatur, protinus relaxandum, præ
ſertim cum ex ſola profeſſione dicti Giliotti, quæ nullo
modo faciebat indicium, fuiſſe detenta dicatur.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMEMTVM

¶ In ſolutũ datio facta plus credito an dicatur ipſo iu-
re nulla. Et an titulus ſiue iuſtus vel iniuſtus excuſet poſ
ſeſſorẽ a perceptione fructuum. Et an ſcienter vẽdens
rem alienam teneatur ad iuſtum preciũ domino rei,
dato ꝙ poſſidens præſcripſerit aduerſus dominum.

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria ſententia ex falſa cauſa interpoſita nullius eſt mo-
menti.*
2 *In ſolutum datio quodammodo venditioni æquiparatur, vnde ori
tur actio ex empto.*
3 *Poſſeſſorium differt a dominio.*

CONSILIVM CXXXVI.

QVIA ex facto ius oritur. Primo proponã
factum. Secundo eliciam dubia. Allega-
tiones dimittam propter reuerentiã ſcri-
bẽtis, & ꝓluſere debẽtis. Vnde factum ſic
ſe habet, cum Antonius de Mortellis ac-
ceperit in vxorem dominam Nicoloſiã,& ab ea acce-
perit certam dotem.ſ. re vera lib.ducentas flor. & fecit
inſtrũm dotale de ducen.flor.auri, licẽt de hoc nõ appa-
reat, niſi per infraſcriptã cõfeſſionẽ: deinde in proceſ-
ſu temporis dictus Antonius deceſſit relicto ſibi hęrede
ab inteſtato Iacobo Nicolai, qui Iacobus videns inſtru
mentum dotale eſſe de maiori quantitate, quàm cre-
didiſſet ante aditionẽ hæreditatis, valde territus eſt, &
iuit ad dictam dominam Nicoloſiam & dixit agnoſca
tis bonam fidem. confiteamini veritatem quantum re
vera dediſtis in dotem Antonio quondam viro veſtro
non obſtante inſtrumento dotali, dixit ipſa domina
Nicoloſia vere eidem non dedi, niſi lib.ducentas flor.
nec amplius volo exigi in bonis dicti viri mei, quia
quamuis idem vir meus fecerit in dotẽ de tanta quan-

ſitate, hoc fecit cauſa exigendi certos denarios a certis meis debitoribus, contra quos ſibi ceſſi iura mea, ſed in rei veritate propter eius dolorẽ accenſum, ipſos non exegit. dictus vero Iacobus dixit ſe velle ſtare iuri, & de hac proteſtatione facta fuerunt publica inſtrumẽta de volũtate dictorum dominæ Nicololiæ & Iacobi hæredis dicti Antonii. deinde cum dictus Iacobus haberet inimicos capitales in terra Marij bona hæreditaria ibi exiſtentia locauit deinde receſſit timore dictorum ſuorum inimicorum non audens ibi morari, deinde dicta domina Nicoloſia procedens non cõtra dictum Iacobum, ſed contra hæreditatem dicti quondã Antonij ſecundum formam legis municipalis Ozani proceſſit, & fecit dare curatorem bonis hæreditariis dicti quondam Antonij factis citationibus per proclamationes ſecundũ formam dicti ſtatuti, qui curator ſecundũ tenorem dicti inſtrumenti dotalis fecit ſolutionem dictæ dominæ Nicoloſiæ vſque ad dictam quantitatem dictorum flore. ducentorum cũ auctoritate Poteſtatis Ozani non obſtante dicta proteſtatione deinde iſta domina Nicololia vendidit & tradidit partem dictorum bonorum immobilium. quia ipſa domina pſcripſerat partem dictorum bonorum, pro ſe retinuit, & ipſa poſſedit & fructus recollegit annis 27. cõtinuis. Modo ſtatuto Ozani cauetur, quod ſi quis poſſederit aliqua bona immobilia xx. ann. habeatur pro vero poſſeſſore, deinde dictus Iacobus deceſſit relicto ſibi hærede ex teſtamento Frãciſco vanutij, qui poteſt ſtare pacifice Ozani &c. Modò quæritur an dicta datio in ſolutũ tenuerit de iure, cùm ſit proceſſum ſeruata forma ſtatutorum Ozani in procedendo non obſtante dicta proteſtatione, quæ nunquam fuit producta in iudicio per aliquem. Secundo ſi non valuerit de iure dicta datio inſolutum, an dicta domina Nicoloſia teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorũ, & qui percipi potuerunt. Tertio an domina Nicoloſia teneatur ad intereſſe bonorum a ſe venditorum & præſcriptorum.

¶ Circa primum quæſitum reſpondeo, ipſam inſolutum dationem nullã fuiſſe. cuius rei gratia duo principaliter ſupponuntur. Primũ eſt, ꝙ datio inſolutũ facta per iudicem pro falſa maioris debiti quantitate hoc eſt pro maiori quantitate, q̃ in rei veritate deberetur nulla eſt, qđ ſic deducitur, inſolutũ datio a iudice facta ſententia interlocutoria eſt non diffinitiua, cũ nec lit. conte. fiat, ſine qua regulariter ad diffinitiuam ſententiam non poteſt perueniri, vt C. de tempo. ap. l. fina. §. illud. & extra vt lit. non conte. c. quoniam frequenter. & per

1 totum. † Palã autem eſt quòd interlocutoria ſententia ex falſa cauſa interpoſita nullius eſt momenti, vt ff. ne uis fiat ei. l. j. §. hæc verba. & de fideicom. lib. l. cũ uero. §. ſubuentum. de rebus eo. qui ſub tut. vel cur. l. magis puto. §. manet. & ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. l. ſulcinius. §. ſi quis poſſederit. & aperte not. per d. Barto. in terminis illis. ff. de condi inde. l. ſi non ſortem. §. ſi cẽtum. circa medium ſui apparatus. Secundò ſupponitur, ꝙ in veritate dictæ dominæ Nicoloſiæ non debebantur floreni 200. ſed tãtũmodo libræ ducẽtę flor. nõ obſtãte inſtrumento dotali. Hoc probatur ex propria ſua confeſſione emiſſa præſente & inſtante prædicto quondam Iacobo hærede dicti quondã viri ſui vt præfertur, quæ cõfeſſio proculdubio, cùm ſit ad liberationem, valida eſt ff. de pac. l. tale patum. in princip. not. per glo. & docto. in l. j. in fi ff. de interro. ac. & de proba. l. cùm de indebito. §. fina. & C. de non nu. pecu. l. generaliter. Præſertim cùm habeat ſufficientem cauſam annexam, quia ſcilicet inſtrumentum dotale, quod ſimplicem cõtinet cõfeſſionem numeratæ dotis, non autem realem numerationem dotis actionem & obligationem nequaquã conſtituit, vt C. de doc. cau & non nu. l. j. fuit namque facta eiuſmodi cõfeſſio ſub ſpe futuræ cauſæ, quæ poſt ſequuta non eſt, ſcilicet exigẽdorum debitorum dictæ dominæ Nicoloſiæ, vt & ipſa domina Nicoloſia ſponte confeſſa eſt vt præfertur. at. C. de poſthu. l. ſi ſub ſpe. & de condi. ob tur. cauſam. l. j. & quod in eiſdem notatur. Nec huic nocet, etiam ſi in inſtrumento confeſſionis renunciatum ſit, vt mos eſt, exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel dotis vel etiam tranſcurſui temporis opponendæ exceptionis eiuſmodi, de quibus habetur in l. fina. & in auth. ſua. C de dote cauta & nõ nu. pe. quia per confeſſionem poteſt probari contrarium videlicet non fuiſſe numerationem ſubſequutam, vt eleganter notatur per glo. & docto. C. de non nume. pecu. l. ſi ex cautione. Item pactum fecerit ipſa domina Nicoloſia de non petendo vltra ducentas lib. a dicto Iacobo hærede, vt apparet ex illis verbis. nec amplius exigi volo in bonis dicti viri mei. & ſic dictus quondam Iacobus hæres tutus erat exceptione pparatoria & peremptoria, vt ff. de pac. l. iuriſgentium. §. ſi ante aditam. & ff. de pact. l. dotis. ob res. Ex his itaque duobus ſuppoſitis infertur liquido, ipſam inſolutum dationem per iudicem factam tanquam ex falſa maiore quãtitate non tenere, ſecundum quod etiam vult Barto. in prælleg. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. inde. Et ex præmiſſis ita determinat in l. ſulcinius. §. 2. ff. ex qui. cau. in poſ. eatur. etiam in venditione per iudicẽ facta ob falſum ęs alienum bonæ fidei emptori, quod longe maius

2 eſt, q̃ ſi ipſi falſo creditori fiat. Eſt † namque inſolutum datio quædam quodãmodo venditio, vnde ex emptio actio oritur, vt ff. de pigno. act. l. eleganter. in prin. & C. de enic. l. ſi prædium &c.

¶ Ad ſecundum breuiſſime ex ſuperioribus apparet indubitata reſponſio. Nam cum ipſa datio inſolutum ſit nulla, vt ſupra monſtratum eſt, nec malæ fidei poſſeſſorem excuſet titulus nullus a percipiẽdis fructibus, ut C. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſ. l. j. lib. 10. & ibi no. & ff. quod me. cau. l. ſed & partis. in prin. ꝯſequens eſt quoq; ipſam dominam Nicoloſiam teneri de fructibus non tantum perceptis, ſed & quos percipere potuit, vt ff. de rei ven. l. ſi nauis §. fina. & C. de pign. accu. l. 1. & 2. & de fru. & lit. expen. l. 2. & de rei ven. l. domum. & hoc de ſecundo articu.

¶ Ad tertium breuiter quoque reſpondetur, eã quoque teneri ad precium earum rerum, quas ex iſtis vendiderit. & non tantum acceptum ab emptoribus. de hoc enim nulla dubitatio eſt, vt ff. ſi cer. pe. l. ſi cũ ſeruũ. & de neg. geſt. l. fin. & C. de rei ven. l. iure. & de re. alie. non alie. l. j. & in his quæ ibi notantur, verùm etiam ad iuſtum precium ipſarum rerum, quinimmo ſi ſupra relatus Franciſcus hæres dicti quondã Iacobi velit, damnanda videbatur quanti actor in litem iurauit quaſi dolo malo poſſidere & reſtituere poſſe deſierat, cũ & mala fide poſſideret, vt ex ſuperioribus facile eſt colligere. arg. de rei ven. l. qui reſtituere. Certe ſi pręſcripta ſint verum omni modo precium debetur, vt ff. de peti. hære. l. ſi poſſeſſor. §. fina. Porro iure communi non forent præſcriptæ per authen. malæ fidei poſſeſſor. C. de præſcrip. lon. temp. & in §. rurſus. in Auth. vt ſpon. lar. &c. Iure autem municipali pluſculũ dubitationis eſt, quia eum qui xx. annis poſſedit, vult haberi pro vero poſſeſ-

3 ſore, † non dicit pro vero domino, & ſic nec eo iure viderentur præſcriptæ. Cùm autem non niſi de vero intereſſe & ſic vero precio quæratur, certo certius eſt, illud omnino deberi, etſi præſcriptæ forent, ut d. l. ſi poſſeſſor. & ideò ſine vlteriori inquiſitione concludendũ eſt, ipſam dominam Nicololiam ad alienatorum verũ vel acceptum precium teneri, vtrum eorũ plus exſtat, & facit quod not. in ea. l. ſi poſſeſſor. §. primo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtes ad perpetuam rei memoriã an & quando recipi poſſint tã per actorem, q̃ per reu. Et quid operetur quaſi poſſeſſio filiationis. Et quomodo probet qđ quis ſit manifeſtus vſurarius. Et an hæreditas non adita tranſmittatur ad aſcendendentes. Et quomodo mater excuſetur propter tutorem non petitum.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Reus poteſt teſtes inducere ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Fama publica quid in producendis probationibus operetur.*
3 *Facere per ſeipſum dicitur, qui per alium facit.*

CONSILIVM CXXXVII.

VISIS Præcepto facto per dominum Lan-
zelotum de Byrono honorando Pote-
ſtate placentiæ ciuitatis ad poſtulationem
Hierouymi Ruinagię procuratoris & ꝓ-
curatorio nomine dominæ Ioannæ vxo-
ris quondam Petri filij Edoni.ac auiæ maternæ, & hæ-
redis quondam Antonij filij quondam & hæredis Ioã-
nis de Lauezola filij quondam Franciſci die ſecundo
menſis ſeptembris. 1410. & relatione nuncij de dicto
præcepto eodem die facta, interlocutione & miſſione
in poſſeſſionem bonorum dictorum Antonij & Ioã-
nis facta per eundem dominum Lanzelotum de dicto
Hieronymo prædicto nomine die 17. October tunc ꝓ
xime ſubſequuti, necnon & cæteris capitulis, & atteſta
tionibus teſtium ſuper eis productis ad perpetuam rei
memoriam, per eundem Hieronymum quo ſupra no
mine die 18. Decembris & diebus alijs eiuſdem anni,
& quodam inſtrumento accommandæ factæ per di-
ctum quondam Ioannem de Lauezola & quoſdam
alios, Quæritur de duobus. Primo ſuppoſita iudicis cõ-
petentia, nunquid dicti teſtes rite fuerunt recepti & exa
minati. Secundo eſto ꝙ fuerint, an probata ſint per eo
rum atteſtatiões capitula ſuper quibus producti fuere.

¶ Circa primum videretur prima fronte dicendũ ꝙ
non, tum quia ante lit.cont.extra, vt lit.non conte.c.1.
& 2. Tum quia nominatim non fuere citati hi, quo-
rum intererat, quod faciendum erat, cum eſſent certi,
vt ff.de ven.inſpici.l.j.§.denunciatione, igitur.& quod
not.per Bart.poſt Rizar.Mal.C.de iure delibe.l.fina.§.
ſin autem dubius. Sed diuerſam partem veriorem exi-
1 ſtimo† Nam reus etiam ante lit. conte.ad perpetuam
rei memoriam poteſt teſtes inducere quãquam non
dubitetur de teſtium morte vel abſentia diuturna, li-
cèt ſit ſecus in actore, vt probatur aperte extra vt lit.nõ
cont.c.quoniam frequenter. in princ. & de teſtibus.c.
ſignificauit.& c.Albricus. & quæ ibi tractãtur per doc.
poſt glo.& C.de teſti. auth.ſi quis ab aliquo. dicta autẽ
domina Ioanna cùm poſſideat rei partes obtinet, vt
Inſti.de interdic.§.retinendę.& §.commodum, neque
enim eſt in poteſtate rei, vel ipſius dominæ Ioãnæ quã
do conueniatur, vt arg.ff.de do.excep.l.pure.in fi.& C.
de tempo.in integ.reſti.pe.l.petendæ. Ad id autẽ quod
dicebatur, quòd nominatim non fuere citati hi, quo-
rum intererat. Reſpondetur, quòd illud tunc procedit,
quando certi ſunt hi, quorum intereſt ipſi volenti te-
ſtes producere ad perpetuam rei memoriam, Sed quã
do teſtis volens producere ad perpetuam rei memo-
riam, non contra certam certaſve perſonas eos produ
cit, ſed generaliter cõtra omnes, qui ſua putent intereſ
ſe, cùm ſint ſibi ignoti, ſufficit generalis citatio, vt C.de
remiſſio.pign.l.ſi eo tempore.& ſi vt ſe ab hære. abſti.
auth.ſi omnes, & quod ibi not. per Barto.& ad treb.l.
ſancimus.§.fina.circa ſecundum caſum. Non apparet
autem quod dicta domina Ioanna ſciuerit aliquas cer-
tas perſonas quarũ intereſſet, nec ſcientia pręſumenda
eſt, vt ff.de proba.l.verius.& Inſti.de leg.§.quia aũt.& c.

¶ Circa ſecundum quæſitum videtur mihi breuiſſi
me & ſine diſputatione dicẽdum circa cognationem
probandam, probationes de quaſi poſſeſſione conclu-
dere, hoc eſt, quod dicta quondam domina Catherina
fuerit in quaſi poſſeſſione filiationis dictorum quondã
Petri filij Odoni & dictæ dominæ Ioannæ & quondam
d.Ioãna fuerit in quaſi poſſeſſione maternitatis dictæ
quondam dominæ Catherinæ, & idem dico de dicto
quondam Antonio, quod fuerit in quaſi poſſeſſione fi-
liationis dictorum quondam Ioannis & dominæ Ca-
therinæ, ex qua quaſi poſſeſſione transfertur onus pro
bationis in aduerſarium ea negantem, vt colligitur ex
l.quidam quaſi ex ſeyo.& l.ſi filius. & his quæ ibi notã-
tur.ff.de probat. & C.eod.l.non nudis. & l.non epiſto-
lis.& qui accu. non poſ.l.non ignorat. Adeſt etiam &
2 fama publica, † quæ ſuper his magnam fidem inducit.
vt ff.de teſti.l.3.§. eiuſdem quoque principis. & quod
ibi not.& ff.de iureiu.l.admonendi.& ibi per Bart.qua
re puto ſatis eẽ probatum per dictam dominam de co
gnatione, donec probetur oppoſitũ. & idem puto de
morte eorum, de quibus in capitulis continetur. per ea
quæ not.C.ſo ma.l.ſi quidem.& ff.quemad.teſt.aper.l.
2.§.ſi dubitetur. Super eo vero an dictus quondam Ioã
nes de Lauezola fuerit vſurarius manifeſtus, videtur
mihi plene probatum ꝙ ſi tam ex inſtrumento publi-
co accommandæ, quam atteſtationibus teſtium de-
ponentium, ꝙ Iacobus Sagramor tenebat altare para
tum ad mutuandum, & quod mutuabat ad vſuras ſu-
per pignoribus paſſim nomine dicti quondam Ioan-
nis de Lauezola & conſortum Sic enim ex inſtrumen
to ac atteſtationibus ſimul iunctis probatum eſt dictũ
quondam Ioannem altare tenuiſſe ad mutuãdum pa-
ratum ſub vſuris & mutuaſſe, qui nanque per alium fa
3 cit, † ipſe facere intelligitur.l.ita autem.§.geſſiſſe.ff de
admi.tu. Et conſequenter ex operis euidentia manife-
ſtus vſurarius fuit.ar.extra de coha.cle.& mu.c.veſtra.
& c.ſi & no.de vſur.c.1 li.6. Adeſt etiam publica fama
per eoſdem teſtes probata, quæ cum adminiculis vide
tur ad hoc ipſum ſufficere, vt ĩc. cum in diœceſi. extra
de vſur. & quod ibi not.& per gl.& Inno. & c cum tu.
eo.ti.& per Arch in c.1.& 2 extra de vſur. lib.6.his con
ſequens eſt, vt ſi dictus quondam Ioannes teſtatus ſit
nulla præſtita cautione ſecundum formam c. quam-
quã ut extra de vſu.lib.6.teſtamentum eius irritum ſit.
in fi.d.c. quamquam. Sicque hæreditas dicti quondam
Ioannis ad dictum Antonium quondam filium ſuum
ab inteſtato ſpectauerit, iſque ſuus hæres eam hæredita
tem etiam non agnitam & protinus ignorans ſibi de-
latam ad dictam dominam Ioãnam auiam ſuam ma
ternam ſolam ex parentibus ſibi ſuperſtitem tranſmiſ
ſerit, per l.lucius.ff de iure fil & de caſtren.pecu.l.hære-
ditate.§.pater.& de teſt.mi.l.ex militari.§.fi.& quam-
quam ſoleat eſſe inter noſtros maiores concertatio,
an ſuus hæres non agnitam hęreditatem traſmittat, ta
men putetur communiter apud docto. tranſmittere,
vt refert Bar.in l.ſi infanti.C.de iure deli. per multas ll.
ibidem per eum allegatas.& Cy.in l.apud hoſtes.C.de
ſuis leg.licèt glo.varient & magis credantur ſentire cõ-
trarium.& Iac.de Bel.cum eis, maxime cùm ipſe ſuus
hæres in infantili ętate, vt hic èrat, per dictam l.ſi infan
ti.ver. & hoc magis.videtur placere Bal. cùm tamẽ de
tranſmiſſione paternæ hæreditatis in matrem ſeu auiã
vel alium aſcendentem faciendi tractatur glo. ſemper
magis conſentiunt etiam nõ aditam hæreditatem trãſ
mittit, vt notari videtur in prædic l.ſi infanti. in glo.l.
vt ita demum. & in prædic.l. apud hoſtes. & C. de his
qui ante aper.ta.l.vnica. & ad orſi.l.non pro numero.
Nam & non ſuus hæres pura filius emancipatus, vel ſi
de hæreditate materna vel aſcendẽtium per eam trãſ-
ferenda tractetur tranſmittit, vt ſimpliciter no.glo.in
l.vnica.de his qui ante aper.ta.quæ tamen ita procede-
re exiſtimo, ſi dicta domina Ioanna in ſenatus conſul-
tum tertulianum non incidit, quoniam tutorem nepò
ti petere non neglexerit per l.a.§.ſi mater.ff. ad tertu.
& in Inſti.eo.§.ſi. In qua re excuſari poteſt. ſi tutorem
habuiſſet legitimum, quo caſu ceſſat protinus matris
vel auiæ officium, vt C.qui pe.tu.l.cum iure. & not.per
gl.in l.matres.C.ad tertul.& per Cy.& Bar.C.de admi
tu.l.fina.§. pars videtur autem ei fuiſſe legitimus tuto
auus maternus, videlicet Petrus filio datus qui etiam
infanti ſuperuixit per §.ex his.Auth.de hæ.ab inte.ve
nien.& C.de leg.tu.auth. ſicut. poſſent quoque & aliæ
cauſæ excuſationis referri, aut grauis mortis ignoran-
tia, quæ facili præſumi potuit propter abſentiam, aut
temporis,

temporis, quo infans patri ſuperuixerit, breuitas ante iudicem competentem, qui tutores daret ob turbatã nullitatem adeundi deficiens facultas. Sed quoniam certior eſt, his non inſiſto, & hæc de vltimo huius conſultationis articulo.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Oblatio & depoſitio debitoris an & quãdo excuſet a mora, aut a pœna. Et an exceptio contra perſonã agentis poſſit opponi vſque ad ſententiam. Et an inſtrumenta non producta fidem faciant. Et an propter probabile dubium iuris reus debeat abſolui ab expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Quibus verbis fiat litis conteſtatio.*
2 *Probationes etiam inſtrumentorum poſt concluſum in cauſa non admittuntur.*
3 *Perſonæ ratio primò in iudicijs, quàm iuris inquirenda eſt.*

CONSILIVM CXXXVIII.

IN Quæſtione & cauſa ſeu lite, quę pendet & agitata eſt coram egregio & ſapiente viro domino Franciſco de Gratiolis de Imola honorabili vicario & rectore ciuitatis Feltri Inter Victorem notarium de Deddis & Franciſcum de Rabioſis actores & actorio nomine dominę Agnetis vxoris quondam Zaſij de Zaſio tutricis Auancij, Gotardi, Victoris; & Iani Iacobi fratrum & filiorum ac hęredum dicti quondam Zaſij, ac procuratores Facij ſimiliter filij & hæredis dicti Zaſij de Zaſio de Feltro agentes & petentes parte vna, & ſer Victorem quondam ſer Marchi de Zouanneto ſiue ſer Iacobum notarium de Oderico de Feltro eius procuratorem ſe tuentes & defendentes parte altera, quæ ſuptaſcriptarum partium voluntate per prælibatum dominum vicarium mihi conſulenda commiſſa eſt, vt ex actis & literis prælibati domini vicarij deſtinatis apparet, viſis relatione facta citationis ſiue ambaliatæ factę dicto ſer Victori perſonaliter per Ioannem de Vincen. præconem communis Feltri mandato prælibati domini Vicarij, & inſtantia dictorum actorum & procuratorum interrogatione quoq; eidem ſer Victori facta per eundem dominum vicarium, & reſponſione dicti ſer Victoris, petitione oblata per dictos actores & procuratores facta contra dictum ſer Victorem cũ productione inſtrumẽti liuelli, & denique poſtea toto ſubſecuto proceſſu & actibus omnibus, atque actitatis ipſius cauſæ inter dictas partes vſque ad commiſſionẽ mihi factam incluſiue cum termino ſtatuto partibus ad inſachandam, quæ in vltima parte dicti proceſſus & actoris ante notarij cauſæ ſubſcriptionem ponũtur, ac inſtrumentis actoriæ & procuratoriæ, de quibus ſupra fit mentio, certiſque ſtatutis communis Feltri ac allegationibus inſcriptis partis actricis tantũmodo quodam ſacculo clauſis omnibus ſignato & ſigillato cum literis prælibati domini Vicarij ſui quoque partis preſentis & delatis, viſis quoque allegationibus inſcriptis dicti ſer Victoris rei, & inſtrumentis publicis teſtamẽti quondam presbyteri Symeonis & liuelli, de quibus ſupra per ipſum ſer Victorem reum perſonaliter mihi pręſentatis, ipſiſque omnibus diligẽter inſpectis & examinatis Chriſti & glorioſæ genitricis ſuæ Virginis Mariæ ac Beatæ martyris & virginis Catherinæ nominibus inuocatis, quo res magis illuceſcat, rem breui diſputationi ſubijciam. Et primum quidem pro agentiũ parte facit, quòd contra reum ſecũdum petita debeat iudicari, quia poſt ſtatutum terminum dierum 15. ipſi ſer Victori ad opponendum inſtrumento liuelli ſecundum formam ſtatutorum qui fuit ei locatus per prælibatum dominũ vicarium die 8. Marcij oblata quaſi petitione, & exhibito inſtr̃o liueli pro parte agẽtium, idem ſer Victor reus inter duos dies iuridicos non nominauit aliquas exceptiones, nec eas in actis ſcribi fecit ſicut debuit ſecũdum formam ſtatutorum incipientium. Item ſtatuimus quod vbi aliquid petitur vel peti intenditur &c. & vlterius ſtatuimus, quod ſi vigore inſtrumenti liuelli &c. quibus diſponitur, quòd ſi id non fecerit reus poſtea non audiatur. licèt enim eadem die ſer Iacobus de Oderico procurator & procuratorio nomine ipſius ſer Victoris rei reſpondens ipſi petitioni negauerit narrata prout narrantur vera eſſe, & petita prout petuntur fieri debere ſaluis omnibus
1 ſuis exceptionibus ſeu defenſionibus &c. † his tamen verbis dicitur litis conteſtatio facta, vt l. vnica. C. de lit. cont. & l. 2. in princ. C. de iura calum. & de iud. l. rem non nouam. §. patroni. non autem dicitur pars rea illas oppoſuiſſe exceptiones, & multo minus eas nominaſſe, & in actis ſcribi feciſſe, ſicut per ſtatuta tenebatur nec proteſtatio ac reſeruatio exceptionum & defenſionum proficit, vt poſt terminum a iure ſtatutum poſſint opponi ipſæ exceptiones, quia non ex ipſius proteſtantis id voluntate pendebat, ſicut dicitur in illa vulgari clauſula, quæ adijci ſolet in fine libellorum, ſaluo iure addendi, minuendi, mutandi, quæ non proficit, vt poſt lit. cont. hęc fieri poſſint, eo quod litis conteſtatio fuerit terminus a iure his p̃fixus agendis, vt leg. & not. C. de eden. l. edita. & facit l. accuſaturum. ff. de adul. Et per hoc apparet exceptiones per partem ream propoſitas die 15. Martij nec rectè fuiſſe propoſitas, Ideoque nec admiſſas per iudicem, qui admiſit eaſdem inquantum de iure tenebatur, ipſe vero iudex non modo non tenebatur, verum etiam vetabatur iure eas admittere per ſuperius allegatas illius municipij conſtitutiones, eoque magis, quod & actores ipſi oblationi & productioni maniſeſtiſſime diſſenſerunt, ſed etſi eiuſmodi exceptiones rectè fuiſſent ſine pręiudicio veritatis propoſitæ vel admiſſæ, nihilomagis rea pars ipſis iuuabitur. Tum quia ipſæ oblationes & depoſitiones, de quibus probatur, non fuere legitime nec congruo tempore factæ. Prima namque oblatio & depoſitio, quæ dicitur facta vltimo Ianuarij. 1411. fuit facta poſt diem ſolutionis, hoc eſt poſt 8. dies a feſto ſancti Stephani, vnde iam commiſſum erat & debitum duplum canonis ſecundum pacta liuelli, quę ſtatutum iubet ſeruari quod ſupra ſecundo loco relatum eſt in fin. debuit igitur duplum auferri & deponi. Neque enim partis oblatio vel depoſitio ſatis eſt ad euitandam pęnam iuris liuellarij protinus amittendi ſecundum formam liuelli, ſi non duplum intra annum ex die ſolutionis ſecuturum ſoluatur, vt ff. de vſur. l. tutor. §. Lucius. ſa erc. l. hæredes. §. in illa. & §. idem iur. & communi diuid. l. communi diuidundo. in princ. & ibi no. & de verb. obl. l. vnica. §. fi. Nec poſt fuit vnquam depoſitum duplum niſi die 26. Auguſti. 1412. cum iam res liuellaria inciderat in commiſſum, quia iam tranſierat annus, & multo plus poſt feſtum ſancti Stephani. 1411. quo debuerat ſolui, cui cõſequens eſt & omnes oblationes atque depoſitiones poſt factas extitiſſe quaſi poſt ius libelli protinus amiſſum. Taceo quòd & illa prima oblatio, atq; depoſitio facta, videlicet vltimo Ioan. 1411. non vtraque probata eſt eo quod non ſit productum in iudicio inſtrumẽtum conceſſionis factę per iudicem Iac. quondam magiſtri Ioannis de Peregrino de Breuiaturis quondam Baldeſſaris de Luſia, quod idem Iacobus dicit & aſſerit factum per Victorem de Deddis notarium ad officiũ Cãcellariæ &c. Hęc nanque aſſertio non probat, vt C. de eden. authẽ. ſiquis in aliquo documẽto. Opponitur quoque per actores in ſuis iure allegationibus, eo quoque minus legitime factas oblationes atque depoſitiones, quod non apparet ſpallas porcorum depoſitas ſtatuti fuiſſe ponderis, hoc namque eſt trium lib. ſicut oportuit ex forma conuentionum, ſicut enim pecunia depoſita vel oblata nõ ſufficeret, niſi de ſtatuto numero conſtitiſſet, hoc eſt, quia fuiſſent lib. tres & ſolidi 10.

Ita quoque in eo quod pōdere coośiſtebat oportuiſſet
conſtare de poodere. His illis cooſequēs eſt multoma-
gis non recte propoſitas exceptiones & defenſiooes
remiſſæ pœnæ & reſtitutionis in iotegrum ex ignorao
tia iuſta liuellarij ſucceſſore, quę 21. April. fuere pee reā
partem oppoſitæ. noo tantum enim ioter dies iuridi-
cos poſt locatum terminum 15. dierum uon fuerūt, vt
ex ſtatutis ſupra relatis exigebatur, oppoſitæ, verùm
elapſis prorſus ipſis diebus 15. poſt quos lapſos auctori-
tate præſatæ legis municipij nullis examinatis teſtibus
2 intelligitur in cauſa concluſum. poſtquā vero † in cau-
ſa concluſum eſt, nec inſtrumentorū proba iooes ad-
mittuntur, vt extra de fide inſtrum. c. paſtoralis. & per
Ioan. And in clem. ſæpe. de verb. ſig. & per doct. iuris
ciuilis. C. de iudi. auth. iubemus, neque enim ſuot hæc
ioſtrumenta de oouo reperta, quę de facto ipſius ſer Vi
ctoris conſtabant, vnde nec creditur ignorātia, & nūc
taotummodo notoria, vt ff. ad velle. l. quamquam. nec
to iudicijs alleg. talis minus probabilis ignoraotia tolo-
ratur. ff. de cōfeſ. l. 2. Hæc ſunt quæ pro actoribus faciūt,
vt reum ſecundum petita coodemnari oporteat. nam
ex inſtrumento liuelli liquet in plenum iotētio petito-
ris, cæterùm io diuerſum pro rea parte dicunt, quod a-
gentes agendi poteſtatē non habeant, quoniam de ſuis
mandatis & poteſtate minime docuerūt. oeque enim
niſi oretenus inſtrumenta actoriæ aut procurationis al
legarunt, quod non ſatis eſt, nec vlla parte actoris pro-
ducta realiter vel in iudicio exhibita. Eiuſmodi docu-
meota colligitur, licèt io ſacculo clauſo & ſignato ea-
dem incluſa, reperi. Sed oon ſufficere debuerunt, ēt
enim ī iudicio proferei & reæ parti copia eorom cum
opponeodi poteſtate concedi, ſicut 15. die Marcij rea
pars in actis maoifeſte popoſcerat. Rurſum & ſi inſtru
mentum conſtitutioois actoris extitiſſet in iudicio re-
cte prolatum, illud etiam conſtare oportuerat, dictam
Agnetem, quæ velut tutrix eos actores conſtituerat, tu
tricem eſſe, ſatis dediſſe, ſi non fuerat teſtamēto patris
data renunciaſſe velleiano & omni alij auxilio & ſecū
dis nuptijs iuraſſe de defenſione deque recte gerendo,
& denique inuentario confecto ſi noo fuiſſet a teſtato-
re remiſſum, res pupillorum & earum adminiſtratio-
nē decreto iudicis accepiſſe. Neque enim aliter quàm
his obſeruatis potuit pee ſe agere, aut alios ad agendum
conſtituere, vt C. de admi. tu. l. fina. §. fin. de cur. fur. l. fi.
& auth. ſua. arbi. tu. l. fina. & Inſt. de ſatiſ. tu. in prin. &
quod not ff. de leg. tu. l. legitimos. in prin. C. in qui. cau.
in integ. reſti. noo eſt ne. l. ſi tutor. & C. quando mu. tu.
of. fun. poteſt. auth. matri. & auth. ſacramentum. Cum
itaque hæc minime ſeruata probantur, quæ agentem
tutricem facerent, oon admiti, conſeqeos eſt nec acto
res eius recipiendos. Opponitur ſubſeqenter agētibus;
quod quōdam ſer Zaſius 1412. die 12. Auguſti obtulit
ſe velle dictum ſer Victorem hæredē preſbiteri Simeo
nis inueſtire. oec vllam petijt prçteriti temporis ſolutio
nē, quo ipſo vehemēs inſorgit præſumptio quod præ-
teritum fuerat ſatisfactum, aut etiam ſi nō fuerat, nolle
eum hęredem liuellarij ex ea cauſa ius ſuum perdere,
nec aliter admittitur quàm ſi dominus velit, vt C. de
iure emph. l. 2. ibi, volenti &c. vt ff. de l. commiſſoria. l.
2. poſtquam autem ſolutio nō valuit cum a iure ſuo ca
deret, non licet variare & voluntatem mutare, vt ff. de.
l. cōmiſſoria. l. poſt diem. & de mino. l. Aemilius. & qđ
not per glo. C. de iure emph. l. 2. & in c. potuit. extra de
loc. & conduc. poſtea autem quàm id quōdam Zaſius
obtulit, non ceſſauit idem hæres quoodam presbyteri
Symeonis liuellarij in ſolutione, cum ſemper congruis
temporibus factæ ſint oblationes & depoſitiones. Nec
mouet, quòd non intra duos dies iuridicos id ſit nomi
natim exceptum & in actis ſcriptum vti ſtatutum exi-
git, quod poſtea 15. die Martij procuratore rei petente
vel vt iudex poſt litis cont. ſtatuit terminū vtrique par
ti ad probandom 10. dierum pro prima dilatione, cui
termino pars agentium minime, cùm foret præſens,
contradixit, ſicque conſenſiſſe videtur. vt C. de poſthu.
l. 1. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & de ſen. quæ
ſioe cert. quan. prof. l. fio. in fi. & de relat. l. 1. io fin. & ꝙ
ibi per Bart. itaque per cooſeoſum litigantiū receſſum
videtur ab ea ſummaria via executionis inſtrumenti
liuelli, de qua in ſupra relatis ſtatutis cautum eſt. Aut
etiam quod me magis mouet, ſtatutum illud. Statui-
mus quòd ſi vigore inſtrumenti &c. loquitur cum do-
minus comparet coram iudice, ita quod ſit quo-
dammodo notorium de iure comparentis exhibi-
to documento liuelli, Cæterùm ſi alius compareret præ
tendens mandatum domini, niſi de maodato domini
fidem iudici fecerit, non dicitur dominus comparuiſſe
3 vt ſtatim debeat locari terminus ille 15. dierum. † No
enim prius iuris ratio, quàm perſooa quærenda eſt, vt
ff. de teſta. l. ſi quæramus. & de iure condi. l. quidam refe
ruot, cum de iure petentis non cōſtet ex ſola inſpectio
ne liuelli, quod de comparēte ooo meminit. Oportet
igitur ſecundum verba ipſius conſtitutionis tunc tan-
tum terminom 15. dierum locari, cùm dominus com-
paret, vel alius de maodato domini, de quo conſtat. fa
cit l. fin. de edic. di. adri. tol. & quod ibi not. per Bart. cir
ca vulgariter & pupillariter ſubſtitutum, de quo ibi in
gloſſ. notatur. Cum itaque iudici de legitimo mandato
partis agentium oon conſtiterit, non fuit locus illis cō-
ſtitutionibus, quæ iſtam produci ſtatim executionem
diſpoount is illud exhibet, qui ex inſtrumēti inſpectio-
ne ſeu recitatione iuuatur. C. de proba. l. ad probationē
procedit igitur præſeos iudicium potius ordinario iu-
re, quo ſtatuendæ ſunt dilationes vna &. plures ſecun-
dum exigentiam, ſicut & ipſa forma ſeruata proceſſus
manifeſtat. quaſi conceſſio executionis auctoritate vi
cōſtitutionum muoicipij, de quibus ſupra relatum eſt,
quo admiſſo recte & oportuoo tempore probationes
factæ conſiſtunt. Et in hanc tandem ſententiam vt po
tius rea pars ſit abſolueoda, procliuior ſum, tum quo-
niam fauorabiliores ſunt rei, vt ff. de reg. iur. l. fauora-
biliores. & ff. de retudi. l. intra partes. tum quia cauſa
actoris pœnam petenti velut odioſa eſt ſtrictius inter-
pretanda, vt ff. de li. & poſthu l. cnio quidam. & de pęn.
c. interpretatione. & de re. iu. c. odia. lib. 6. Tum etiam
quoniam veritati ſimul & iuſtitiæ defendēdæ ſummo-
pere ſtudendum eſt, vt C. de ap. l. eos. §. 1. & de temp. ap.
l. per hanc. io fi. Palam autem eſt, Zaſium pęnam amiſ
ſionis iuris liuellarij, ſi quam forte liuellarius vel hæres
eius incidiſſet, licèt hoc ambiguū ſit pee oblatam die
12. auguſti. 1412. dicto ſee Victori liuelli inueſtituram,
remittere voluiſſe, nec quicquam poſt ea dictum ſer
Victorem in ſolutione ceſſaſſe. Illud autem minus in-
ſcrupuloſum, nimiaque plenum ſubtilitate videtur,
quod ſpallæ porcorum oblatæ ſimul & depoſitæ non
fuerint ponderatæ vel appenſæ. Nam cum oō conſtat
de minori pondere oblatarum & depoſitarum, ſintq́;
communiter eius ponderis ſpallæ porcorum, quod exi
gebatur, quod velut notorium eſt, per arg a ſolitis, cre
dendum eſt etiam ſpallas oblatas & depoſitas eius pon
deris extitiſſe, Optimum oanqoe atque benignum eſt
in re tam pœnali & odioſa hanc interpretationem ad
mittere, prætertim contra cōtumaciter accipere recu-
ſantem. & quia nō ita facta depoſitione grauem libel-
larius pœnam fuerat iocurſurus, vnde oon erat veriſi-
mile, ſic tanto diſcrimini pro re ſic exigua ſubijcere
voluiſſe, arg. in l. 3. §. eiuſdem. & l. ob carmē. §. ſi teſtes.
ff. de teſti. quoniam de mandato petentium legitimo,
& ageodi idonea poteſtate non conſtitit, vt ſupra de-
ductum eſt, quod qoandocūque ante ſetentiam poteſt
opponi, vt C. de procura. l. licèt. & qđ ibi per Cy. Bart.
& Bal. melius arbitror ooo tam diffinitiue ream partē
quàm iudicij obſeruatione iudicis interlocutione di-
mitti, & nihiſominus actores ab expenſis ſolui, qui fa-
ctum quodammodo defuncti quondam Zaſij & volū
tate, non calumniæ cauſa, ſed iuſtis rationibus moti, &
in quibus iuris peritiſſimi dubitarent, proſequuti ſuot
arg ff. de his qui. vt indi. l. tutorem. & C. qui accu. non
poſ. l. 4 & ff. de bo. liber. l. cum maior. §. fi. & hęc omnia
de

de vltimis huius conſilij partibus dicta ſunt.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Statuto diſponente iudicantem teneri ſequi conſilium ſapientis ſi iudex non ſequatur illud, ſed aliter iudicat, an dicatur ſententia nulla & ſtatuto diſponente victum victori haberi pro condemnato, an intelligatur etiam ſi victus habeat iuſtam cauſam litigandi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia licèt iniurioſa ſuper re principali eodem errore ius facit & ſuper acceſſionibus etiam pœna pro iure ſeruanda eſt.*
2 *Victus in cauſa principali an in expenſis ſemper & neceſſario dicatur condemnatus.*

CONSILIVM CXXXIX.

PRAESVPPOSITIS Duobus ſtatutis Veron. vno, quo cauetur ꝙ victus victori pro cõdemnato habeaꝰ, & intelligatur in expenſis, etiam ſi in ſentẽtia dictum, declaratum, vel expreſſum nõ fuerit &c. quæ expenſæ taxantur per iudicem corã quo factę fuerunt, vel per aliũ ſapientem, cui eas cõmiſerit &c. Alio vero caueꝰ, ꝙ iudices ſequi teneãtur cõſilia cõſultorũ in ſentẽtijs ꝓferẽdis &c. Accidit ꝙ Nicolaus Cendrata, qui fuit tutor cuiuſdã Conſtantini pupilli per annũ ꝓ reddẽda ratione geſtionis & adminiſtrationis ſuæ ſe cõpromiſit cum Alberto dicti Cõſtantini hærede in certos arbitratores, qui condẽnauerunt dictum Albertum hæredem prædictum ad dandum & ſoluendum dicto Nicolao olim tutori lib. 113. ſol. & deñ computatio eius ſalario, quod aſcendebat directo ad dictam ſummã, vt apparet in libello de quo infra fit medio. Et abſoluerũt dictũ Nicolaũ ab omni eo & toto, quod poſſet ab eo quolibet peti occaſione geſtionis adminiſtrationis dictæ tutelæ geſtæ & adminiſtratæ per dictum tutorem toto tempore prędicto. Qui Albertus coram iudice dixit, dictum arbitramẽtum iniquũ & iniuſtum, & petijt reducit ad arbitriũ boni uiri. Et in cauſa reductiõis ad detegendum iniquitatem ipſius arbitramenti probauit per confeſſionem tutoris, ꝙ ipſe pupillus habeat & habere poterat de redditibus bonorum ſuorum ſingulo anno lib. ſeptingẽtas deñ. & ſecũdum ꝙ continetur in libello rationis redditæ de quo expreſsè fit mẽtio in arbitramento prædicto reddiderat rationem de 440. lib. tãtum ex redditibus prędictis bonorum dicti pupilli perceptis, & quod nõ obſtante, ꝙ nõ reddiſſet rationem niſi de 440. li. vt ſupra, fuerat abſolutus per dictos arbitratores ab omni eo ꝙ eidẽ peti poterat occaſione dictę adminiſtrationis. & ꝙ nullum ſalarium, vnquam ibi fuerat taxatum per iudicẽ tẽpore quo fuerat creatus tutoꝛ, ſicq; bene liqueat de Iniquitate arbitramenti. Et tanden dictus iudex de conſilio conſulti aſſumpti ſu perinde, qui cõſuluit dictum Nicolaum abſoluendum a petitione ipſius Alberti, ſequẽdo formã dicti cõſilij, in omnibus & per omnia dictum Nicolaum a dicta petitione reductionis dicti Alberti abſoluit, & vltra cõſilium, quia in eo de expẽſis nulla fuit facta mẽtio ſpecialiter, & per hæc verba condemnauit & victum victori in expenſis condemnauit. demum a dicta ſententia in dicta cauſa reductionis totaliter lata Albertus prædictus appellauit, & iudex appellationis de conſilio cõſulti ſimiliter perinde aſſumpti pronũciauit, quamquam variæ ſint opiniones, a dicta ſentẽtia in cauſa reductionis lata non potuiſſet appellari & vltra cõſimiliter victũ victori in expenſis condemnauit. Modo dictus Nicolaus petit taxationem expenſarum ſecundũ formam ſtatuti antedicti, Albertus cõtra dicit ſubdẽs, taxationem aliquam nõ poſſe fieri, quia poſtquam cauſam habebat iuſtã litigandi dato ꝙ ſuccubuerit per iniurioſam ſententiam, non veniunt expenſæ. & dato ꝙ veniant, veniunt tantummodo illæ iniurioſæ ſentẽtiæ & non aliæ, quia vſque ad vltimum calculum illius iniurioſæ ſententiæ iuſtam cauſam habuit litigandi, tandem commiſſum eſt iudici an dictæ expenſæ veniant, & quæ & quantæ, quæritur igitur quid iuris.

1 ¶ † Super eo quod quæritur videtur prima facie dicẽdum, dictum Nicolaum poſſe petere taxatione expenſarum in totam litem per eum ſactarum fieri debere, aut autoritate memorati ſtatuti, aut ꝙ magis eſt uerũ auctoritate iuris cõmunis, cum nõ lex municipalis, ſed iudex ipſum victum victori in expẽſis cõdemnauit. Tenet namque dicta ſnĩa, licèt incertæ quantitatis, & in executione taxatio ſiue ratificatio faciẽda eſt, vt legitur & not. C. de fruc. & lit. expẽ. l. terminato. Nec quærẽdum eſt amplius, an habuerit dictus Albertus iuſtam cauſam litigandi, nec ne, & conſequenter an debuerit in expenſis condemnari, vel non. Illud namque re integra ante ꝯdẽnatione tractãdũ eſt, vt ĩ Auth. de iu. §. op3. & ff de le. 2. l. q ſolidũ. §. etiã. cęterũ poſt cõdemnationẽ auctoritati iudicati parẽdũ eſt, vt C. de re iudi. l. 1. nec iudex q de iudicata re cognoſcit ſiue iudicatũ exequitur, vtique debet de prętoris ſententia cognoſcere, ſi ſit æqua, vel iniqua, Alioquin non erit litium finis vt C. de tranſa. l. fratris. luſoria autẽ eiuſmodi dicta & decreta ꝑtoris cẽnr. ff. de iud. l. ſi ꝑtor. Præſertim cũ appellauerit, eiuſque appellatio repulſa ſit, ipſeque Albertus aquieuit. vnde placito obtẽperet, vt C. de poſthu. l. j. & alijs ibidem allegatis. Debuerat etenim ſi ſibi ſententia diſplicuerat, prouocare, vt C. ſi ſæpius in inte. reſti. po.
2 l. 1. Rurſum † ſententia, etſi iniurioſa, ſuper re principali eodem errore ius facit & pro iure ſeruanda eſt ſuper acceſſionibus & pœna, vt ff. de rei ven. l. ex diuerſo. §. primo. & de verb. obli. l. qui Romæ. §. fina. ſecundũ ꝙ ibi fuit male iudicatum, quod à pluribus approbatur. Quin amplius etſi iudex victum in expeñ. victori minime condemnaſſet, lex tamen municipalis ſupra relata protinus eũ condemnat. De iudicis itaq; condemnatione in expeñ. minime conquerendũ eſt, vel minime potuit queri, quæ legis ſententiã continet, vt ff. de verb. ſig. l. ſi qua pœna. in prin. Et per eũ totã litẽ eadem cauſa litigandi ſubſtinuerit vſq; ad diffinitiuã ſententiã de totius litis ſumptibus ea condemnatio indiffinita prolata exaudienda eſt, vt ff. de off. præ. l. 3. de pub. l. de precio. de alea. l. 1. §. quod aũt. & de le. præſtan. l. 1. §. generaliter. & de le. a. l. ſi ꝑribus. Non enim propter iuſtã cauſam litigandi, quæ in appellante ſuffuerit, dici poteſt in vlla parte litis magis à ſumptibus excuſandum quàm in altera.

¶ Sed diuerſam partem veriorẽ exiſtimo, taxationẽ videlicet prædicatum expenſatũ contra dictũ Albertũ non rectè depoſci, Cuius rei gratia ſciendum eſt, quòd ab l. municipali cogitur iudex in proferendis ſententijs conſiliũ ſapientis exquirere & id ſequi. ſi non exquiſito cõſilio petito ſententiã tulerit, ea ſententia nulla eſt per l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci. ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. cũ ſi. & ea potiſſimũ ratione, vel quia legis forma ſeruata nõ ſit. ar. ff. de tranſac. l. cum hij. §. ſi prætor &c. aut quia ꝯtra legis præceptũ factũ ſit, vt C. de legi. l. non dubiũ. Et hoc optime confirmatur not. glo. ff. de acqui. hæred. l. ſi quis mihi bona. §. ſi corã. ibi etiam per Barto. & Bald. poſt Old. vt d. l. prima. §. ſi plures. ff. de exerci. Idẽ quoq; aut eadẽ ratione aut maiore videbitur ſi recepto conſilio contra glo. aut ſecus quam cõprehẽſum ſit, aut excedendo iudex mãdauerit. ff. man. l. diligenter. & de iureiur. l. ſi itaq;. Ex his ſequitur quod condẽnatio in expẽſis per vtramq; ſententiã facta nulla eſt. Aut eo quod ſine conſilio id pronunciauerit, aut ꝙ contra, hoc namq; ipſo, ꝙ conſultus viſis actis ſuper expenſis vel pronunciauit. conſuluit, ſed tacite eũ abſoluendũ putauit per d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expe. aut ſaltem excedendo contenta in conſilio iudex aliud feciſſe exiſtimandum ſit. vt præalleg. l. diligenter. Nec his obloquitur, quod no. gloſ. & poſt eam Barto. C. de rela. l. 1.

la.l.1.vbi videtur compendioſe Barto.in his,quę not.in
d.§.ſi plures quia immo diuerſo non eodem caſu quo
ſupra loquitur Barto.quoniã ſcilicet ſtatuto tantũ cau-
tum erat, vt cauſam cõſilio ſapientis iudex committe-
ret. Aut ſi ea nota quã poſuit in præalleg.l.1.§.de rela.
priori cõtraria videatur, cũ prior & gloſatoris & Bald.
& Bar.eiuſdẽ auctoritate ſuffulta ſit, & melioribus pro
fecto probata rationibus magis ipſa ſequenda eſt, vt ff.
de pac.l.maiorem.Supereſt vt ad allegata in diuerſam
partem reſpondeatur. Et ad primũ concedatur ipſam
condemnationẽ expenſarũ non eſſe nullam iure cõ-
muni, nec ea ratione quia incerta quantitate prolata
ſit per d.l.terminatio.licèt nonnulli cõtra ſentiant,nul
la tamen eſt ea ratione, quia ſine conſilio ſapientis aut
contra aut aliter quàm conſultũ ſit excedendo iudex
pronunciauerit.vt per ſuperiora monſtratũ eſt, quo fit,
vt l.1.C.de re ind. & l.ſi prætor. in prin.ff.de iu.cum ſi.
non obſtant.Illæ nãq; loquuntur quando ſententia te-
net.Cum aũt nulla eſt euidenter, vti in propoſito, non
eſt executioni mandanda, Imo facta executio reuoce-
tur,vt ff.de re iudi.l.ſi cum nulla.

¶ Ad ſecundum quod Iniurioſe ſententia eodẽ erro
re in pœna vel acceſſionibus ius faciat, reſpondetur, ꝙ
illud verũ in his,quæ neceſſariã habent cõſequentiam
ad id ipſum,qd pronunciatũ eſt. Neq; enim plus infer-
re licet ex ſententia, q̃ quod ad eã neceſſario ſequitur,
vt ff.de iu.actuq; pri.l.1.§. 2. & de his q ſunt ſui vel alie.
iur.l.ſi iudex.vt C.de ord.cog.l.2.& no.per Barto.de cõ
di.inde.l.Iulianus. Sed non ſequitur neceſſario,† victus
3 eſt in cauſa principali. ergo in expenſis debet condẽna
ri.vt in præalle.§.oportet.Auth.de iud. & de leg.2.l.qui
ſolidũ.§. etiã. & ad turpil.l.1.in princ. potuit namq; vi-
ctus habere iuſtã cauſam litigandi,ſicut & hic fuit, quo
caſu non condẽnandus, ſed potius abſoluendus extitit
aut expreſſa pronũciatione,aut diſſimulatione, ſiue ſi-
lentio, ſeu taciturnitate, vt in p̃alle.l.terminato. Et per
hoc apparet reſpõſum ad dictã l.& diuerſo.§.j.ff.de rei
ven.& l.qui Romæ.§.fina. de ver.obli. Et ad hoc bene
faciunt not.per Bald.& Ange.poſt gloſ.in l.tres fratres.
in fin.gloſſ.ff. de pac. vbi notatur Iniurioſam ſententiã
ius in pœna non facere, ſi victus iuſtã cauſam habuit li
tigandi,& idem tenet Io.An.in addi.Spec.vbi refert.&
Bald. in l. qui cum tutoribus. in prin.ff. de tranſac. vbi
etiam refert Barto. ex facto conſultum ita cum diſtin-
ctione reſpondiſſe.

¶ Ad tertium de ſtatuto Veronæ, quod victus victo
ri condẽnetur,ſeu pro condẽnato habeatur, & cõdem-
natum intelligi ſtatuit. Reſpondeo ꝙ lex illa municipa-
lis ita debet interpretari, vt quanto minus fieri poſſit à
iure cõmuni recedat, dum tamen aliquid operetur, vt
extra de cõſue.c.cũ dilectus.& C.de noxa.l.2.ff.de mu-
ne.& hon.l. vt gradatim.§. ſed ſi lege. Intelligenda eſt
itaq; ipſa lex municipalis eo caſu,quo victus nõ habue
rit iuſtã cauſam litigandi ſecundum ius commune vt
in præalle.§.oportet.in Auth.de iu.& hoc addat iuri cõ
muni ipſumq; ampliet, quia iudicis forſitan negligen-
tiam iuris exequatio ſuppleat.vt in ſimili inquit optime
text.in c.licet canon.extra de electiõn. lib.6.quod ma-
xime ius cõmune adiuuat.Nam omiſſa condemnatio
ne expenſę peti nequiſſent,vt d.l.terminato.C.de fruc.
& lit.expen.Nunc autẽ illius ſtatuti auctoritate petent,
vt ff.de condi.ex lege.l.1.Rurſum lex ita exaudiẽda eſt,
vt nil iniquitatis aut abſurditatis inducat, etiã amplius
q̃ verba legis patiant̃,vt ff.de leg.l.benignius.& ff.de ex
ce.tu.l. ſcire.§.aliud Alioquin lex nõ eſſet, vt in decret.
4.di.c.erit aũt.& facit c.quemadmodũ.extra de iureiu.
cũ infini. ſimi. Sed hæc foret abſurda iniqua ac vitioſa
interpretatio,ſi ſtatutũ illud intelligeretur etiã de dicto
qui habuiſſet iuſtã cauſam litigandi. Iam nãq; innocẽs
& qui ſine culpa foret pœnam pateretur, quod omni
iure tam naturali,quàm poſitiuo contrarium eſt, ut C.
de pœ.l. ſancimus.& ſtatuta pœnalia ſtrictim interpre
tanda ſunt præſertim cũ verbis non vniuerſalibus, ſed
indiffinitis lata ſunt,vti hoc eſt,vt ď pœ.l.interpretatio-
ne.& de lib.& poſth.l. cum quidã.& extra de reg.iur.c.
odia.lib.6.Sic ergo ſecundum diuerſam interpretatio-
nem metu pœnalis condemnationis ſæpe quis ius ſuũ
indefenſum relinquere cogeretur, ꝙ lex proſtinus dete
ſtatur. recte in ſimilibus pene terminis ita eleganter
aliam l.interpretãs.ff.de pe.hę.l.illud.in prin.Et ad hoc
facit optime,quia in ambiguis & diuerſis legum inter-
pretationibus triumphantes cauſas oportet iuris natu
ralis moderamine temperare, vt C.de bo.quæ li.l.non
ſine ratione.& de iudi.l. placuit.Eſt autem hoc ius natu
rale, ne per iniuriam quis cõdemnetur. ff.de condi.in-
de.l.iul.& quod tractat Inno.extra.de immu. ec.c.quia
plerique.ſic & reſtitutoria ſententia,quia eſt contra ius
ciuile, non eſt ad acceſſorium per cõſequens protrahẽ
da.ff.de condi.inde.l.fina.in fi. Et cum hic ſimile ſtatu-
tum in ciuitate Plac.vigeat.Item ex facto per magiſtro
rum conſilia & doc.& interpretatum vidi & iudicatũ
vidi. Relinquitur itaque ſtatuto illo prædictæ determi-
nationi non obſtante, & conſequenter ſublatis omni-
bus in diuerſum allegationibus nullatenus ſententiam
militare, vt non debeat contra dictum Albertum di-
cta expenſarum ex alterutra earum ſententia fieri po-
ſtulata taxatio.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

A R G V M E N T V M.

¶ Publiciana & rei vẽdicatio an ſimul & ſemel poſ
ſint intẽtari, & quæ ſint probanda in publiciana, & qua
liter in ea fiat probatio. Et an minor 25. annorum poſ-
ſit donare cum iuramento, & quomodo negatiua pro
betur & per quem. An inſtrumẽto detur fides ſine pro
thocollo.

S V M M A R I V M.

1 *Quomodo rei vẽdicatio & publiciana ſimul in eodem libello propo
ni poſſint.*
2 *Poſſeſſio ſemel poſſeſſa ſemper præſumitur poſſideri, niſi contrarium
probetur.*
3 *Donatio multis & diuerſis ex cauſis irrita cenſetur & inanis.*

C O N S I L I V M C X L.

IN Cauſa, quæ vertitur inter Iacobum de
Serathico de Viñ.ſeu Antonium de Col-
zade procuratorem eius agentem parte
vna, & Philippum & Paulum fratres a ſo
ga,ſiue Laurẽtium de Thao eorum pro-
curatorem ſe defendentes ex altera parte, Coram ſpe-
ctabilibus & prudentibus viris dominis Fregnano de
Seſſo.& Battholomeo Iulio arbitris electis inter dictas
partes videatur quæ ſint ſiue eſſe debeant partes dicto-
rum dominorum arbitrorum,qui de iure tantum iudi-
care debent. Primo nanque videndum eſt, quæ nam
actio fuerit inſtituta, Secundo cognito genere actionis
qua actum ſit, an probata ſint parte actoris, quæ ad re-
portandam victoriam probari oportuerat. Tertio an
eſtò,quòd probatio plena facta fuerit ex patre petentis,
pro parte reorum ſit quicquam oppoſitum, quòd aut
ipſo iure aut ope exceptionis agentis intentionem eua
cuet.& hic viſis & diligenter inſpectis actis cauſæ &c.
Reuertor itaque ad dicendum primum vbi mihi ſine
diſputatione reſpondẽdum videtur, in rem actionem
inſtitutam videri rei vendicationem videlicet vel pu-
blicianam, quæ tam etſi contrariæ videantur origine
1 & conſuetudine,† tamẽ ſimul & in eodem libello ſub
diſtinctione proponuntur, vt not.in Inſti.de act.§ ecce
plerunque, & iure ſcripto etiam eiuſmodi conſuetudo
firmatur.extra de ſen. & re iudi.c. abbate ſane.lib.6.&
per doc.in l.minor.§.ſi ſeruus ff.de euic.& ibi per Batt.
& non nocet,quòd hic fuerit facta litis cõteſtatio,quo-
niam ex forma compromiſſi huius ordinis iudiciorũ
ſubtilitas omitti potuit,ſicut in ſimi.in clemen.ſæpæ,
extra

extra de verb.ſign.ex forma reſcripti,& delegationis, & conſequenter non nocet,ꝙ ſimul propoſitæ videatur quæſtio ꝓprietatis & fructum temporis ante acta quaſi contra malæfidei poſſeſſorem. per l. fundi. ff. de euic.l ſi mancipium §.ſi cōmuni diuidendo.& C.com muni.diui.l.j & de except.l.pe & vltima.& ff đ iud.l.ſed ſi ſuſceperit.in prin & hæc de primo ¶ Ad ſecundum videtur & puto dicendum, probatum pro parte petētis quicquid probari oportuit. Etquidem in publitia iuſtum titulum ad dñij trāſlationē vel vſucapionis cauſam probari oportet, atque ex eo contraditionē,vt in Inſti.de act.§.ecce plerumq; & ff đ publ.l.1.& ſequētib⁹ Hic equidem probatus eſt titulus donationis per publicum documentum adiunctis teſtibus,ſiue eorū atteſtationibus,quibus continetur,ꝙ quondam Scipio Azogia tempore vitæ ſuæ & mortis tenuit, & poſſedit res immobiles deſcriptas in fine petitionis & capitulorū etiam eo tempore, quo dictus quondam Scipio fuit in tutela dñæ Luciæ matris ſuæ, quam dicunt mortuam nunc ſunt anni 8. vel circa. & ſic tenebantur & poſſidebantur ann.1401. vel 1402. quod fuit præcedens tēpus factæ donatiōis. hoc eſt ann. 1403. Cōſtat aūt ꝙ ſemel poſſidēs ꝑſumitꝰ ꝯtinuare poſſeſſionē,ſi hoc aſſeratꝰ parte eius, niſi probetur de perdita. vnde no.per doc. C.de proba.l.ſiue poſſidetis. & ꝑ Inn. extra de teſt.ſpo. c.ſæpe.ibi,continuāt namque poſſeſſores &c.hæc rurſus teſtes affirmant, quod poſt mortem dictæ dominæ Luciæ matris & tutricis. Item quondam Scipio vſque ad mortē ſuam eaſdem tenuit,& poſſedit fructus percipiendo ſecūdum quod dicunt maxime tertius & quartus teſtis, ſecundus plurimum adiuuat. & de anno M.cccciij quo fuit facta donatio, & qđ fuit poſt mortē dictæ dominæ Luciæ.relinquitur itaque liquido probatum ꝙ donauerit idem quondam Scipio ipſis dominis Petro & Iacobo fratribus de Serathico omnia immobilia, quæ tam in Vincentia, quàm in diſtrictu Vincentino tenebat & poſſidebat, ſiue tenere & poſſidere conſueuerat.de quibus teſtes plene comprobant maxime ſecundus tertius & quartus tam tempore ante donationem,quàm tempore donationis & ſequenti. Adiuuatur etiam ea probatio per exhibitionem tempore inuentarij.quo deſcriptæ reperiuntur eiuſmodi poſſeſſiones in & de bonis dicti quōdam Scipionis per dictā dominam Luciam matrem & tutricem confecti. Traditionem autem earum rerum comprobat ipſum documētum publicum donationis dupliciter. Primo per conſtitutum. Cōſtituit namque ipſe donator ſe ea omnia tenere,& poſſidere nomine donationem accipientium.arg.ff.de acqui.poſ.l qđ meo.in prin. & de pub.l. ſiue autē §. 1.& quod no.per gloſ ff de pact. ab emptione. Secundum per retentionem vſuſfructus, per quam intelligitur facta traditio, vt eſt expreſſum.C.de dona. l.quiſquis. & l.ſi qs argentū. §. & ſi quis. Et eſt ſingulariter adnotandum quod non ea fuit ſub conditione donatio,ſed donatio quidē fuit pura,verū ſub ꝯditione reſoluenda, & in euentum quarundā cōditionū diſiūtiue caſſa ſeu varia ſententia,prout ex verbis claret licet colligere,ſicut in donatione cauſa mortis diximus, vt ff.de dona.l.1.§.1.& fin. ff.de donat.cauſa mort.l.2. Probata ſunt igitur titulus & traditio, quæ duo requirit l.in publiciana ex parte agētis. Cæterum detentio ſiue poſſeſſio rerum petitarum ex parte reorum tam eorum confeſſione, quàm teſtiū depoſitionibus eſt notiſſima, exceptis quibuſdam, quas ſe alienaſſe profeſſi ſunt. & hæc quo ad poſſeſſiones & prædia ruſtica.Quantū aūt an domos & caſamenta,quæ ſunt intra ciuitatē Vicen. ipſi emphiteutæ ſiue cōductores de ipſa poſſeſſione deponunt ſecūdum tempora donationis, licèt ſinguli de ſe ponere videantur, & ſic videantur ſingulares, idcò quo non probatur ſufficienter per l iuriurandi.C.de teſti.extra de elec c.cū dilectus eorū tamen depoſitio ex publico documento inuentarij confirmatur, ex quo ſumitur perfecta probatio,vt arg ff de admi.tu.l.chyrographis.in princi.& quod ibi nota.& ibi quod fidei quis forſitan putauerit etiam inuētariū actoris, pro quo eſt aut plena fides aut taliē indubitate prope plena ad ſupplementum,iudex prout debet,exigat iuramētum.extra de iureiur.c. vlt.ff.eod.l.admonēdi.2 C.eo.l.in bonæfidei.& idem quoque trahi poteſt ad res mobiles, de quibus in inuentario continetur,per præalleg.l.chyrographis.& C.arbi.tute.l.fina. ut iuramento neceſſario locus fiat, & magis ipſi actori pro quo magis ꝗ ſemiplena probatio eſt, differatur, vt in iuribus ſuperius allegatis.& hæc de ſecundo, vbi remanet pro actore concluſum, ſufficiunt.

3 ¶† Ad tertium reliquū eſt, vt ad tertiū veniamus, & poſito quòd plene probatū ſit, obijcitur quod ea donatio multis in cauſis nullius ſit momenti. Primo ex perſona donatis, quia minor annis 29 qui res immobiles niſi ob æs alienum et inter poſito iudicis competentis decreto alienare nō poteſt, vt C.de admi.tu.l.lex quæ tutores.Sed huic reſpondetur, quod interpoſitum eſt iuramentum,quod cum repreſentauit maiorem, vt in auth.ſacramenta puberū C.ſi aduer.vend & his quę ibi no.Secundo obijcitur capacitas eorum,quibus donatum extitit,eo quod non eſſent deſcripti in libris ęſtimi communis Vincentiæ, neque onera ſubſtinebant cum communi Vincē. & in his probandis multum laborauit pars reorum.Sed huic ſecundæ obiectioni ſatis abūde reſponſum eſt per allegationes in conſilijs factas.Opponitur & tertio quod omiſſa fuerit in ipſa donatione requiſita ſolemnitas tam ex iure cōi,quīa nō fuit inſinuata, cum excederet quingentos aureos,ꝗ ex iure municipali, quo exigitur inſinuatio in conſilio generali Vincentiæ.Item & quarto ſimulatio,quia nunquam peruenit ad donatarios rerum corporalis poſſeſſio viuo donatore, prout ex forma iuris municipalis deſideratur, Sed hæc ſatis exquiſite tractata ſunt & ſublata in cōſilijs per partem agentis compoſitis. Illud autem ſpecialiter adnotandum eſt, quod probatum eſt, quod pater dictorum Petri & Iacobi de Seraticho, ipſique domini Petrus & Iacobus,qui ciues originarij communis Vincentiæ partium ambarum communi conſenſu recepti ſunt,fuere deſcripti & æſtimati in lib.cōmunis Vincentiæ, atque onera & factiones ſuſtinuere, licèt pro tempore donationis factæ & per annos anteriores aliquot ſuſtinuiſſe eos onera & factiones, aut fuiſſe deſcriptos in æſtimo, probatum non ſit. Sed cum huius negatiuæ probatio reis incumberet, cùm eſſet eorum exceptionis augmentatio. arg.in l.exceptionibus.ff.de proba.& quod no.in l.ſi vero §.ſi ff.qui ſatiſda.cog.vbi hęc negatiua,quod non ſit quis idoneus,ſi ad repellendum aliquem proponatur, per proponentem probāda eſt, & arg.notatorum per Inn.in c.ſuper his.extra de accu. & per Cy.C.de iure emph.l.x.& per Bart.in l.hoc iure. ff.de ver. obli. Neque rei ſufficienter ipſam negatiuam probauerint,conſequens eſt, exceptionem eorum probatione defecta nil valere, intētionem actoris probatā pleniter debere ſuum exitum promereri & condēnationis reorum propoſitum reportare. Nec dicat quis, immo probatam eiuſmodi negatiuam exhibitione librorum publicorum, quibus inſpectis dicti domini Petrus & Iacobus neque deſcripti in æſtimo,neque taleas exoluiſſe comperti ſunt. per l. 1. C de erro.aduo. quoniam illud duntaxat verum eſt,cum appareat omnes libros communis Vincē. quibus talia conſueuere deſcribi,exhibitos. qđ hic minime cōſtitit,neq; enim per aliquorum librorum exhibitionem illico conſequens eſt & nullos alios, & quoniam non probat hoc eſſe &c. C. vnde legi.& l hoc & de ꝓba.l. neq; natales. & l.non nudis.& l.ad proba.debuiſſet namque fieri poſitio,nullos alios libros fuiſſe,vel eſſe, in quibus deſcripta ſint æſtima communis Vincē.ſeu diſtrictus, ſaltē talis anni &c.ad quod extra de fide.inſtru.c.cum Ioannes.vel per officiales ipſius archiuij publici, ad quos ꝑtinet ipſorum librorum cura, id probari.arg.C.de fide inſtrum.authē. ad hæc,quod cum minime factum ſit, conſequens eſt non eſſe probatam exceptionem in ea

paci-

pacitatis, quæ ab ipſis propoſita fuerat probãda per eoſdem, vt ff. de proba. l. ab ea parte. & d. l. in excep. §. ſed & ſi procuratoria. & quod ibi not. Sed & vltimo obijcit pars reorum contra inſtrumẽta partis actricis quaſdam friuolas exceptiones. Primo, quòd inſtrumentum donationis ſuſpectum eſt de crimine falſitatis, eo quod contineat in ſe repugantiam, cum Bartholomæus ſer Florij de Bẽfloretis in vna parte videatur vt teſtis adhibitus & rogatus. In altera vero vt notarius. Sed hæc non ſunt vſquequaque repugnãtia, quod idem ſer Bartholomæus ſit vt teſtis adhibitus in numero aliorum teſtium, & nihilominus rogatus vt etiam tanquam notarius inde publicum conficeret documentum, ſi præter eum aderat alias ſufficiens numerus teſtium, vt in publicis cautionibus, vt ff. de teſti. l. domicius labeo. & C. qui teſta. fa. non poſ. l. hac conſultiſſima. & quod in eis notatur. Nec eſt verum, quòd ſer Bartholomæus Antonij de Coynis ſcripſerit inſtrumẽtũ ex II. ſer Bartholomæi de Benfloretis, immo ipſe ſer Bartholomę⁹ de Coynis tanquam ipſe rogatus de ipſo contractu, vt publicum conficeret documentum, id fecit, cum ipſe etiam ſolus ſufficeret ſecundum ſtatuta Veronæ in cõtractibus, licèt ſecus in vltimis voluntatibus. Et per hoc apparet reſponſum ad ꝯſequẽs obiectũ qđ eſt ſm.

¶ Ad tertiũ reſpondeo, ꝙ ſi contra publicũ documẽtum laboret vlla falſitatis ſuſpicio, etiam prothocollũ edendum eſt, ſed hic nõ eſt vlla ſuſpicio, vt ex ſuperioribus & inferioribus apparet, & ideo ſoli documento publica & bona fides plena datur ſine vlla exhibitione prothocolli, ut colligiť ex §. illud. in Auth. de tabe. coll. 4. & quod ibi no. in glo dicitur. & ꝑ Bart. in ſ. ſi librarius. ff. de reg. iu. & ff. de ſta. ho. l. imperator. & hęc de tertio.

¶ Ad quartũ obiectum, ꝙ dictus ſer Bartholomæus Antonij eſſet homo modicæ literaturæ, &c. Reſpõdetur per interemptionẽ, quia nec per aduerſam partẽ ꝓbatum eſt. Cuius rei probatio ad eam pertinebat, imò per actricem contrarium eſt probatum & quod notarius eſſet & quod eius ſcripturis fides plena adhiberetur, vt apparet ex depoſitionibus Franciſci quondã domini Giratdi a ſeta Agriſono de ꝯtrata ſcti Marci Veronæ, & Franciſci filij Frãciſci de ſancto Marco Veronæ, & ꝑ plurima documẽta ipſius Bartholomæi corã arbitro in publicam formam exhibita. & per hæc apparet reſponſum ad quintum.

¶ Ad ſextum quo obijcitur de cõſulatu domini Mõtanerij. Reſpondetur, contrarium probatum eſſe ꝑ teſtes ante donationem nominatos quondam dominũ Iacobum dela Campagna de ſancto Paulo, & Antonium de Burgo ſancti Sepulchri quondam domini Ioannis de ſancto Sebaſtiano, Philippum notarium quõdam domini Benedicti de Ozellis de ſancta Maria in organis, & Ang. de Canalibus notarium quondam domini Georgij de ſancto Paulo.

¶ Ad ſeptimum, Reſpondetur quòd non officit, ꝙ Bartholomæus de Benfloretis non poſuerit in ſuis prothocollis notam eiuſmodi cõtractus ſiue donationis, quoniam non fuit principalis notarius ad hoc adhibitus, ſed dictus Bartholomæus de Coynis, vt ꝓdictũ eſt.

¶ Ad octauum Reſpondetur, quod non eſt mirum, ſi teſtes adhibiti vno inſtrumento a 7. annis citra mortui ſunt præter vnũ, cum ſit notiſſimum frequẽtes eſſe peſtilentias. & fuiſſe his annis 7. ex præteritis. & cum vnus ſuperſit, & inſtrumentum confirmat videlicet meiorus buuolaqua omnis ꝓtinus fugatur ſuſpicio. & cum multa pars aduerſa mentita ſit, ſcilicet dictũ Bartholomæum, Ant. non eſſe notarium &c. huiuſmodi vt de conſulatu domini Montañ. quæ poſt falſam apparent, Ita quoque de hoc minus ei credendum eſt, ar. in l. ſi cui. §. hiſdẽ. ff. de accu, & in reg. qui ſemel mal⁹ &c.

¶ Ad vltimum Reſpõdetur, quod imo veriſimile eſt inter fratres vt in l. procula. ff. de proba. & ꝑ̄tertim propter litium difficultatem. Nam quamquã res luce meridiana lucentior ſit propter eorum potentiam laco. in alieno quondam modo domicilio. ſ. ipſorum reorum maximo ſumptu facto, Nec ſuũ ius poteſt conſequi, quod profecto quiſque iudicaturus debet protinus deteſtari. & ex hoc contra ipſos reos multo fortius præſumere. Ad ſtatuta autem reorum pro parte ꝓducta non eſt opus ſpecialiter reſponderi, quia per ſeipſa deregũtur non obſtare. Ex is itaq; apparet nihil eẽ probatum pro parte reorum, quo petentis intẽtio quouis modo vacuetur, & conſequenter reos ad rerum petitarum, quas poſſident cum fructibus etiam præteriti temporis, de quibus ipſi profeſſi ſunt in reſpõſionibus, ſaltem ad poſitiones condemnandos. Cœtera ſuppleat conſultiſſima religio ius dicturi, aut ius dicturis conſilium præbituri, quorum iudicium dominus in viam dirigat veritatis & iuſtitiæ.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Compenſatio an & quando poſſit opponi dato ꝙ ſolutionis dies non venerit, & quæ ſint cauſæ impediẽdi compenſationem, & an dilatio appoſita ſolutioni mouet primam obligationem puram, & an petens ante tempus priuetur iure ſuo, & an dicatur nolle ſoluere, qui compenſationem obijcit.

SVMMARIVM.

1 *Inducta ad augmentum non debent diminutionem inducere.*

2 *Interitus contingens rei debita ante diem debita ſolutionis, an, et quando reum debitorem & etiam fideiuſſorem excuſet.*

CONSILIVM CXLI.

NANVES Et Chorus đ Brindellis creditores Simonis Turelini, eidemq; Symoni, qui fugam arripuerat ex ciuitate Lucañ. propter debita, ſaluum conductum dederunt ſub certa pœna, & quia durante termino ſalui conducti Nanues & Chorus petierũt à Symone ſibi debitum, Symon contra eos egit & obtinuit in ducentis nomine pęnæ in curia mercatorum ex eo ꝙ Nanues & Chorus ꝯtra ſaluum conductum dicti ſunt veniſſe, à qua ſententia pœnali dicti Nanues & in cauſa appellationis ſuccubuerunt, & quia obſtante ſtatuto curiæ mercatorum ſecundo appellare non poterant de iniquitate dictæ ſententię pęnalis ſupplicarũt ad principem intra tempus debitum, qui princeps dictã ſupplicationem admiſit ſi & in quantũ de iure teneretur, pendente dicta ſupplicatione Nanues & Chorus đ nouo ſupplicarunt principi, vt dignaretur prouidere, ꝙ lites inter dictos Nanuẽ & Chorum ex una & alia parte terminarentur ſiue per compromiſſionem, ſiue ꝑ aliquẽ modũ. Tunc dñs impoſuit poteſtati, vt partes ad compromiſſum cogeret, & tunc præceptum fuit à poteſtate factum partibus ſub pęna, vt ad compromiſſum deuenirent Facto igitur compromiſſo & iuramẽto firmato arbitratores ita arbitrati ſunt. Inuenimus dictum Simonem fuiſſe & nunc eſſe verum debitorẽ dictorum Nanuis & Chori in ſexcentis aureis. quẽ quidem Symonem condemnamus ad dandum & ſoluẽdum dictis Nanui & Choro flore. ſexcẽtos aureos hic ad duos menſes proxime futuros ad pœnam in cõpromiſſo ĩ nos facto appoſitã & contentã. Et interim dixerunt, ꝙ ſententia pœnalis de ducentis lata contra Nanuẽ & Chorũ remaneat in terminis ſuis proprijs, uti & prout erat in compromiſſum in nos factum, cũ de dicta ſententia & contentis in ea noluerimus impedire. Deinde Symon durante dicto termino duorũ menſium ſibi aſſignato per arbitratores ad ſoluẽdum ſexcentos, egit contra Nanuem & Chorum in curia mercatorum petendo executionem ſententiæ pœnalis latæ in ducentis contra Nanuem & Chorum, de qua ſententia pœnali arbitratores noluerunt ſe impedire, vt ſuprà dictum eſt. & de qua pendebat ſupplicatio. Nanues

nues

nues & Chorus, qui comparuerũt & dixerunt dictam
ſententiam pœnalem non mereri executionem. Pri-
mo.quia lata à iudice non competenti, Item quia nul-
la,Item iniqua. Item quia de ea pendet ſupplicatio ad
principem. Et in caſu ꝙ ſententia eſſet aliqua,& mere-
retur executionem,tunc & eo caſu opponunt compẽ-
ſationem de ſexcentis in quibus Simon obligatus eſt
dictis Nanui & Choro virtute dictæ ſententiæ arbitra-
lis,de qua ſupra facta eſt mentio. Cui reſponſioni fa-
ctæ per Nanuem & Chorum dictus Simon præſens
non conſentiens proteſtatus eſt de pœna compromiſ-
ſi.Et dicens quod intendit dictam pœnam petere ſuis
loco & tempore,deinde in ſequenti termino Symon
comparuit & reſpõdendo oppoſitionibus Nanuis &
Chori dixit inter alia, quod nõ intendebat approbare
ſentẽtiam arbitralem,niſi in partibus pro eo faciẽtibus
&c. Et deinde cõſules pronunciatũt exequendam ſen
tentiam pœnalem nõ admittẽtes exceptiones,quę pro
ponebantur per Nannem & Chorum dicentes, quòd
erãt extra ſtatuta eorum curiæ, a qua ſentẽtia Nanues
& Chorus appellauerũt ad iudicẽ competentem ,nec
proſequuti ſunt appellationem , cui appellationi con-
ſules curiæ mercatorum non detulerũt, niſi & in quã-
tum de iure tenerentur. Et dederunt licẽtiam perſequẽ
di contra dictos Nanuem & Chorum, in flo.cc.in exe-
cutione dictæ ſententiæ pœnalis non obſtante dicta ap
pellatione,& executione per nuncium nondum facta.
Symõ promiſit notario publico, & fideiuſſorem dedit
de reſtituenda ſumma flor cc.in quo caſu contingat ,
ipſum Symonem in cauſa ſupplicationis ſuccumbere.
Et deinde in prædam nuncius accepit certos pannos
dictorũ Nanui & Chori,deinde iudices delegati a prin
cipe in caſu ſupplicationis,quæ coram domino inter-
poſita fuit reſpectu ſententiæ pœnalis, mandarũt iudi
cibus curiæ mercatorum, ꝙ ſuperſederẽt in executio-
nibus ſententiæ pœnalis , Et deinde pẽdentibus & con
nexis ab ea, & mãdarũt pignora capta Nanui & Cho
ro reſtitui,cãcellantes fideiuſſionem datam per Simo
nem. Deinde corã iudicibus delegatis coram magni-
fico domino proceſſum fuit in cauſa ſupplicationis ,
& lata ſententia fuit confirmata ſententia pœnalis & de
claratum quod ad principem non potuerunt ſupplica
re. Deinde vſq; ad hoc tempus poſt latam dictam ſen-
tentiam a iudicibus delegatis viguit quædam inhibitio
facta à magnifico dño oib⁹ curijs,ne ꝓcederẽt,nec par
tes audirent in litibus inter Nanuẽ & Chorũ & Simo-
nẽ vertẽtib⁹ , quã his diebus amouit. Et lis immortalis iã
reuireſcit. Petũt nũc illi de Brundellis a Symone flor,
ſexcẽtos in curia poteſtatis uirtute ſentẽtiæ arbitralis,
de qua ſupra facta eſt mentio . Simon verſa vice in
eadem curia poteſtatis agit contra Nanuem & Chorũ
& fideiuſſores eorum,& dicit eos Nanuẽ & Chorũ ve-
niſſe contra laudum duabus rationibus. Prima quia op
poſuerunt in curia mercatorum compenſationem de
flor. ſexcentis ante finitos menſes duos ſignatos ab ar-
bitratorib⁹, & petit ab eiſdem pœnã in compromiſſo
adiectam. Item ſecunda ratione quia proſequẽdo ſup-
plicationem factam principi a ſententia principali de
ducatis contrauenerunt laudo, & a petitione facta per
Nanuẽ & Chorum ſe defendendo . Dicit Symon eos
Nanuẽ & Chorum a iure ſuo cecidiſſe opponendo cõ-
penſationem an̄ tempus datum ab arbitratoribus. Itẽ
quia proſequuti ſupplicationem factam principi cõtra
formã laudi.& ex his duabus rationibus dicit Symon
Nanuem Chorum a ſuo iure cecidiſſe.arg.l.ſi quis ma
ior.C.de tranſa. Deinde Symon obtinuit reſcriptum a
domino vt iudices curiæ mercatorum & iudices ordi-
narij mandent executioni ſententiam pęnalem latam
contra Nanuẽ & Chorum de flor 100.a iudicibus de-
legatis ſecundũ conſilium conſultorum , cõparent Na
nues & Chorus & opponunt compenſationem de ſex
centis ,in quibus Symon ſibi obligatus eſt per ſenten
tiam arbitralem, de qua lis pendet in curia poteſtatis.
Ex pręmiſſis incurrũt dubia. Primo i curia poteſtatis ,
deinde in curia mercatorum. Dubia,quæ occurrunt in
t curia poteſtatis,ſunt hæc. † An Nanues & Chorus op-
ponendo cõpenſationẽ de flor. ſexcẽtis ſibi debitis per
ſententiam arbitralem ante tẽpus datum Symoni
per arbitratores ad ſoluendum dicãtur contraueniſſe
lãdo,& ſic cadãt in pœnã & iure ſuo priuentur tanquã
ante tẽpus egerunt.argu.l. amplius non petitum ff.rem
ra.ha.iuncta l.ſiquis maior.C.de tranſac.Item ſi non ex
capite iſto, an ſaltem quia perſequuti ſunt ſtipulationẽ
interpoſitam ſuper ſententia pęnali de ducentis flor.la
ta ſentẽtia arbitrali videantur veniſſe cõtra laudũ,&c.
¶ Ad primũ de quo quæritur uidetur mihi cõcluſiue
& ſine diſputatione dicẽdum , dictos fratres Nanuem
& Chorũ per oppoſitionem compenſationis , de qua
præmittitur,non feciſſe contra laudum, ſicque nec cõ
tra compromiſſum,& conſequenter nec incidiſſe pœ-
nam compromiſſi nec pęnam l.ſi quis maior.C. de trã
ſac. Et ad hoc mouet me primo l.ſi cum milite . §.j. &
ratio iuris conſulti ibi expreſſa ff. de cõpenſatio. quo-
niam,ſcilicet eius debiti, cuius obligationis dies venit ,
licèt ſolitum tempus indulgeatur, poteſt opponi com
penſatio. Sed dictorum ſexcentorum flor de quibus in
arbitrali ſententia declaratur,quæ exprimit ipſum Sy-
monem fuiſſe & eſſe debitorem dictorum fratrum in
ſexcentis flore.ex quibus verbis & eorum propria ſigni
ficatione colligitur,quòd dictorum ſexcentorum obli
gationis nõ modo dies ceſſerat, verum etiam venerat
ſecundùm l.cedere diem.ff.de uerb.ſign. Primum qui-
dem ex vi & poteſtate verbi non tantum præſentis tẽ-
poris,ſed & præteriti perfecti videlicet eſſe & fuiſſe de
bitorem, ꝙ verbum præteriti temporis rem perfectam
ſignificat.ff de contrahen.empt.l.hęc venditio.in prin.
& de uerb.obl.l.centeſimus. in fi. Item id proprie debe
ri dicitur cuius obligationis dies venit , & præſens eſt,
quod namq; in diem debetur, magis ad futuram obli
gationem dicitur pertinere,& nec dum deberi, vt ff.de
ver.obli.l.ſi ſtipulatus fuerim § cum ſtipulamur. in fi.
& l.à colono.in fi.& d le.2.l.ſi ita ſcripſiſſet. Rurſum ex
eo apparet,quoniam ſi in diem debitũ fuiſſet, veriſimi
le id arbitri ſententia comprehendiſſent, & ſuum diẽ
ſolutioni adiecisſet . Apparet itaque diem obligationis
iſtorum dictorum ſexcentorum tempore condemna-
tionis,ſeu arbitralis ſententiæ iam ueniſſe, ſed arbitros
tantum tempus induliſſe ſolutioni. Ideoque eiuſmodi
debiti recte opponi potuiſſet compenſationem,ut d. l.
ſi cum milite.§ j.ſicque nec eos feciſſe contra laudũ,ſeu
compromiſſum,nec pœnam mereri debere, quod iu-
re condente factum foret, vt C.de adulte. l. gracchus.
Illud quoque conſideratione dignum eſt,quod etſi iu-
dex in ſua ſententia tempus ſolutioni indulſerit,intelli
gitur id tempus quoque miſerationis cauſa cõceſſum.
Nec a tempore,quod lex dat iudicatis , natura differre
putatur,etiam ſi legitimo tempori non ſit conforme ,
vt ff.de re iudi.l.ſi ſe.§.ſi quis condemnatus. & iuſta ra-
tione. Nam ſi necdum dies obligationis veniſſet , non
fuerat reus condemnatus ad diem ſoluere , ſed quaſi
plus tempore petitum foret , aut olim cauſam amit-
tebat , aut hodie abſoluto reo duplicantur induciæ .
Nec ante permittitur poſt duplices inducias finitas a-
ctori ex integro agere ,quàm ſi reo damna , & ſumptus
refecerit,ut Inſti de excep.§. temporalis. & de act.§. ſi
hodie. Sic igitur & in arbitrali ſententia exiſtimandũ
eſt,quæ iudicis ſententiæ comparatur, vt ff.de arbitr. l.
Item ſi vnus. §. final. & l.ſequen. quæ incipit ſicuti , &
argumen. in l.j. eodem titul. & C. de iudic. l. rem non
nouam.in princip. Nam & hi arbitri in ſua ſententia
& condemnatione tam in præfationibus, quàm in ip
ſa pronunciatione magis uidentur arbitrorum uiam
elegiſſe , quàm arbitratorum nullius litigatorum ius
ſuum detrahentes , ſed vtrique protinus ſuum inte-
grum concedens . Præſertim cum ex præcepto prin-
cipis hoc eſt , magis domini Lucani , qui vices princi-
pis ibi tenet.& per conſequens legis in terris animatæ,
vt in Authent.de conſuli. §. final. Ideoque velut arbi-

triu-

tri iuris neceſſitate electi iudicibus delegatis æquandi ſunt, vt ex not. C. de iudic. l. cum ſpecialis. & ibi per Barto. & in l. apertiſſimi. & de offic. delega. capit. ſuſpicionis. & eod. titul. libr. 6. c. ab arbitris. de appella. l. legitima &c. Mouet præterea, quòd per ſententiam iudicis & multominus per ſententiam arbitri condemnatoriam prior actio, quæ ſit vtilior actori quàm ex actio condemnatione, quia minus fortè continet, non nouatur. ſed actori permittitur ſi mallit priore actione, quæ ſit melior & vtilior ſine metu exceptionis rei iudicatæ potiri, & ex integro agere. Foret etenim euidenter iniquiſſimum exceptionem rei iudicatæ condemnato proficere, vt ff. de except. rei iudica. l. euidenter. & notatur hæc. ſi plus vna ſenten. fue. contro. l. 1. & 2. & ff. mandati. l. ſi mandato Titij §. paulus reſpondit. Si itaque dictus Simon fuerat debitor præſens dictorum fratrum de Brundellis, ſicut declarat arbitrium per ipſam arbitralem ſententiam, tametſi in diem condemnatoriam prior actio & obligatio minime læſa fuit, & quemadmodum ſi ſententia continetur minus re, quàm prior actio, nullo magis prior actio minueretur, aut in parte ulla tolleretur ipſa vel ope exceptionis, vt allegatur & not. in præallega. l. 1. & 2. ſi plu. una ſentent. fue. contr. ita quoque ſi poſterior condemnatio minus tempore contineret, quaſi prior actio ſuper qua condemnatio lata foret prior actio minime minuetur ipſo iure vel ope exceptionis. Procedit nanque argumen. de re ad tempus, vt ff. de teſta. mili. l. miles ita. in princip. licèt enim iudex vel arbiter petitis centum in quinquaginta condemnat. Non tamen vetuiſſe videbitur reliqua quinquaginta peti, niſi id nominatim vetuerit, vt ff. de exceptio. l. apud celſum. Item quæritur. Idem & in tempore ſi quidem ad dandum in diem condemnarint eam. l. miles ita. Sic etiam & ſi quod mihi pure debetur, adiecto die dari ſtipular. non fit nouatio prioris obligationis per ſequentem, niſi id verbis nominatim exprimatur, & ideo vtraque obligatio competit. Ita tamen vt ex altera earum, quam ſtipulator elegerit, poſſit dumtaxat exigere, vt iſta probantur C. de noua. l. ſerui. & in inſtitu. quib. mod. tollen. ob. §. præterea. & ibi not. in gloſſ. & argumen. ff. de noua. l. ſi ſtichum. §. penult. Nec his refragatur, quod not. ff. de præto. ſtipu. l. penult. & C. de noua. l. fi. quia illud intelligendum eſt cum moderatione gloſſ. alterius eundem caſum referentis, uidelicet in l. 2. C de noua. quando ſcilicet idem diuerſis temporibus ſoluendum ſtipulatio promittitur, & conuenit vt priora inſtrumenta debitori redderentur. argumen. in l. Labeo. in fin. ff. de pac. & l. poſtquam. alioquin ſi gloſ. illæ ſecundum glo. præallega. declarentur ac reſtringantur, recte eſſent contra d. l. final. C. de noua. & dict. capitul. præterea. Inſtitut. quib. mo. tolla. ob. quæ iura loquuntur cum primæ obligationi dies abijcitur vel detrahitur. Sicque apparet quòd etiam ſi tempus in condemnatione adiectum intelligatur a compromittentibus tacite cautum, nontamen per ipſam arbitralem ſententiam aut ſtipulationem de parendo ſententiæ arbitrorum, prior obligatio, quæ præſens erat, intelligetur nouata ipſo iure vel ope exceptionis, neque ab ea receſſum, & propterea iure potuit opponi, compenſatio virtute prioris obligationis, quæ præſens erat, ad quam uerba exceptionis compenſationis oppoſitæ ſalua ratione recti ſermonis referri poſſunt, ſiquis diligenter inſpexerit. Denique † ea quæ fiũt ad aug-
2 mentum ſeu collationem, non debent operari contrarium & diminutionem ſeu ademptionem inducere. ff. de adimen. leg. l. inutiliter. & de conditio. & demonſtratio. l. cum talem. §. falſam. & de manu. teſta. l. Titia. §. finali. in quibus id probatur per regulam contrariorum, hoc eſt, arbitralis ſententia condemnatoria in 60. flore. pro ipſis Nanue & Choro lata eſt, & pro eorum vtilitate, & cautione, cum pœnam in ſtatuto tempore non ſoluerit Simoni, communitatis, & hoc ipſimet arbitri in ſua condemnatione ſpecialiter expreſſerũt. Nõ debet igit diminutionem prioris obligationis inducere. Ad hoc namque ſolum tempus duorum menſium addiderunt, vt ex eo tempore tantum non ſoluta ſorte, pœna compromiſſi petatur, quod itaque pro ipſis Nanui & Choro fauorabiliter pronunciatum, non debet quauis interpretatione in eorum detrimentum conuerti, vt C. de lega. l. quod fauore. & ff. eod l. nulla. Et per hunc quoque modum reſponderi poteſt ad id quod notatum eſt in præallega. l. penultim. ff. de præto. ſtipul. & in l. final. C. de noua. quia ſecunda cautio propter incertam pœnam pro ſtipulatoribus apparet appoſita. Ideoque priori non derogat, ſed arbitrium ſit eis, qua via vti velint, ad quod vltra præmiſſa. ff. de conditio. & demonſtratio. l. non ad ea. In caſu autem illarum gloſſ. non fuerat in ſecunda cautione pœna comprehenſa. Sicque ſecunda cautio dilationem continens magis pro debitore, quàm ſtipulatore facta videtur. Ideoque pro ipſo debitore interpretatur. vt, a prima receſſum videatur tacite & ope exceptionis, quæ ex ſecunda cautione conſurgat, quamquam prima ſolutio, quæ ad gloſſ. tendit concordiam, mihi verior videatur. Poſtremo, nemo qui ſapiat, negauerit rem hanc ambiguitate carere. In ambiguis autem ſemper benigniora præferri oportet, vt ff. de regul. iur. l. in ambiguis. & l. ſemper in dubiis. Palam autem eſt benigniorem eſſe cauſam dictorum Nanuis & Chori, quæ de euitanda obligatione, pœna, & damno tractet, quàm Simonis, qui de obligatione inducenda, qui de pœna, & lucro tractat, vt ff. de actio. & obligatio. leg. Arrianus. de pœn. l. interpretatione. & C. de iure delib. l. ſcimus. §. legitima. & de codi. l. fina. fauorabilior quoque eſt cauſa reorum de abſolutione quærentium, quam actoris aliorum condemnationi ſtudentis, vt ff. de regul. iur. l. fauorabiliores. & de re iudic. l. inter pares. Non expaueſcendum itaque putarem in ea re ſi dicatur in ſentẽtia, ipſos Nanuem & Chorum ab eiuſmodi Simonis pœnali petitione dimittere. Amplius & illud tractari poſſet vtrum Simoni pœnæ petitio, etiam ſi commiſſa foret, competat eo quod ipſe quoq pœnam incidiſſet. per l. cum par. §. illi. ff. de regul. iur. videtur autem pœnam Simoni commiſiſſe, qui dixit apud acta ius dicentis, ſe eam arbitralem ſententiam non probare, niſi in his in quibus pro ſe lata erat. Sic ergo in his, in quibus contra ſe lata foret, non comprobare ſe dicit, & per conſequens, improbat. vt a contrario ſenſu, uel caſu ſimiliter dicitur. C. de arbit. l. ne in arbitris. §. final. & ideo pœnam compromiſſi committat ſententia arbitratoris improbans. illud pluſquam certum eſt, ſi in re compẽſationem obiecerunt dicti Nanues & Chorus vti ſupra manifeſtis, argumentum inductum eſt, ipſum Simonem qui dictos ſexcentos aureos ſtatuto tempore per arbitros non exſoluit pœnam impurgabiliter cõmiſiſſe, vt ff de arbi. l. celſus in princip. etiam ſi id tempus ab arbitris expreſſum ſolutioni indultum exiſtimetur, cum dies obligationis, ex qua damnatio ſequuta foret, iam multo ante veniſſet, cum l. illa celſus indiſtincte loquatur. Neque enim ſunt hæc inuicem aduerſantia diem miſerationis cauſa indultum eẽ, & cõmiſſę ex eo pœnæ purgationem non admittere, immo potius conuenientia. Multo namque magis excuſationem debitori auſert tempus, quo impedit diem obligationis venire. Cum & ſecundum pleroſque natiuitatem impediat actionis, vt no per Cyn. in l. vnica. C. vt ac. & ob. ab hæ. & contra hæ. & per Bartol. in l. ſi ita ſtipulatus. de verbo. obliga. quàm tempore quod ſolutioni cauſa miſerationis indultum eſt, cum illud neque natiuitatem actionis, neque etiam compilatio-

nem creditori contra ipſum debitorem impediat, vt d.l.ſi cum militi. §. 1. & per Bartol. in d.l.ſi ita ſtipulatus Si itaque tempus quod impedit diem ſolutionis venire non proficit debitori ad purgationem moræ ei concedendam, vt C.de cõtrahen. & committen.ſtip.l magnam. quanto minus ei proderit tempus ad purgationem moræ reo concedendam, quod miſerationis cauſa conceſſum eſt. facit optime in ſimili l. ſancimus. C. de fideiuſſor. vbi interitus contingens rei debitæ, ante
2 quam venerit dies ſolutionis, excuſat reum & fideiuſſorem, qui non excuſarentur, ſi poſtquam dies veniſſet, res debita interiret, licèt itra tempus miſericorditer ad purgandam moram & vitandam pœnam conceſſum. Et hæc ſufficiant pro primi determinatione quæſiti, vbi concluditur dictum Simonem non recte petiiſſe pœnam, a dictis Nanue & Choro, eo quod ante per duos meſes ab arbitris ſolutioni indultos 60. florenos dicti Nanues & Chorus cõpenſationem de illis ſexcentis obiicerat, nec eos laudo contrafeciſſe, nec pœnam compromiſſi vllatenus commiſiſſe.

¶ Ad ſecundum quæſitum, quòd in curia pẽdet domini poteſtatis. Reſpondeo, nullum mihi videri dubiũ protinus, nam ipſi arbitri maniſeſte profeſſi ſunt, ſeſe de ea ſententia pœnali, contra quam fuerat ſupplicatũ nolle vllatenus impedire. & ideo ius eius ſententiæ iudicum curiæ mercatorum minime in arbitrorum ſententia vlla conſideratione comprehenſum eſt, ſeu deductum, Sed in eo ſtatu, quo fuerant partes ante compromiſſum quo ad ipſam ſententiam pertinet, ſtatuerunt. fruſtra igitur dubitatur an ex eo quòd dicti Nanes & Chorus ſupplicationem contra dictam ſententiam interpoſitam proſequuti ſint laudo contrafecerint, in quo ea ſententia minime continetur, ſed nominatim ab eo excluditur.

Supereſt nunc id de quo quæritur in curia mercatorum videlicet an Nanues & Chorus ĩpetita executione pœnalis ſententiæ deducẽtis contra eo poſſint obiicere compenſationem de debito ſexcentorum vſque ad concurrentem quãtitatem, vbi allegatur primo, ꝙ non, quoniam ius illud ſexcentorum amiſerunt, eo ꝙ ante tempus ab arbitris conſtitutum compenſationẽ obiecerant per l. ſiquis maior. C. de tranſac. Sed huic primæ rationi ſupra plene reſponſum eſt in primi determinatione & examinatione quæſiti, quod in poteſtatis curia ventillatur. Ideoque hic ſuperuacuo nugatorie non reperitur, ſed negatur admitti compenſatio quia de ipſo debito ſexcentorum lis & iudicium pendeat in curia poteſtatis. Sed hæc allegatio confutatur per l. in compenſatione. ff de compenſa. per quam & eius rationem reſpondetur ad l. vbi cęptum. ff. de iudi. & de excep. l. fundi. & fundum vbi tangitur per Bar.

¶ Tertia ratio negandæ compenſationis eſt, quia nõ eſt liquidum debitum ſexcentorum. Sed & hæc ridiculoſa eſt allegatio, cum & publica documenta conſiſtant compromiſſi & laudi, quo dictus Simon in ſexcẽtis dictis flo. eſt damnatus. Cui damnationi dictus Simon minime contradicit ſciens factam, quinimmo cõprobauit, cum ex eo quod dicti Nanues & Chorus de ipſis ſexcentis compenſationem obiecerunt ante tempus ab arbitris pręſtitum pœnam petit, nec poſſet idem capitulum duo connexa continens pro parte tantummodo comprobare, vt no. ff. depoſi. l. publia. in fi. & per Cy. C de cõfeſ. l. vnica. C. de dona. ante nup. l. ii. & ibi per gloſſ. & C. de excep. l. ſi quidem. Nec quia dicat Simon ipſos fratres a iure cecidiſſe, eo quod ante tempus compenſationem obiecerunt cum hic ſit iuris & non facti quæſtio, efficit ipſum debitum non liquidum, quoniam incertum & finitum eſt, vt ff. de iur. & fac. igno. l 2. Ex his quę dicta ſunt in priore totius præſentis conſultationis articulo, qui apud lucanum poteſtatem agitur, nulla ſapientibus viris & qui nõ calumniari velit ſupererit dubitatio vel obſcuritas. Quarta negandæ compenſationis occaſio minus probe probatur, quod iudices curiæ mercatorum ſint meri executores, id namque falſum eſt, cum ſint iudices ordinarii, & qui ipſam ſententiam protulerant, & ex vi ſuæ iuriſdictionis ordinariæ dictam ſententiam exequunẽ, vt ex reſcripto magnifici dñi Lucani maniſeſte colligitur & probatur. C. de iudi. l. properandum. §. ſi autem reus. & ff. de re iudica. l. a diuo pio. in princ. Nec dubitandum ſit an in executione iudicati, tametſi ſit ſummaria executionem compenſationis admitti, vt de compen. l. ſi cum militi §. j. & C. eod. l. ex cauſa ſecundo reſponſo. Præſertim cum de alio debito, quod etiam ex iudicato deſcendebat, obiicitur compenſatio, vt d. l. ſi cum militi. § j. Eſt namque huiuſmodi arbitralis ſententia velut iudicatum & executionẽ plerunque habet ex legibus municipiorum, Aut ex poteſtate publicorum inſtrumentorum habentium guarentigiam in partibus Tuſciæ.

Quinta ratio non admittendæ compenſationis obiicitur, quia ſolutio oppoſita reiecta fuit per conſules mercatorum quaſi eſſet talis obiectio contra ſtatuta ipſius curiæ. Sed fieri poteſt quod tunc debitum illud ſexcentorum non eſſet liquidum, nunc aũt ſic, aut facile liquidari poſſit. Rurſus ĩhabita fuit illa executio dictis iudicibus curiæ mercatorum per delegatos principis & quod ex ea factum fuerat, retractatur, quo ipſo declaratum fuit non potuiſſe, nec debuiſſe tunc ipſos iudices de ipſa executione ſententiæ, cuius cognitionem princeps qui ſupplicationem mandauerat ad ſe reuocauerat, intromittere, ideoque interlocutio illa nulla fuit. Denique ex falſa cauſa fuit eiuſmodi interlocutio lata, neque enim obiectio compenſationis eſt contra ſtatuta curiæ mercatorum, ideoque nulla, vt ff. de fideicom. lib. l. cum vero §. ſubuenium & ne vis fiat ei. l. j. §. hæc verba. cum ſimi. Quin etiam ſi teneret, ipſo iure reuocari poteſt & debet, ſi ſit iure lata, vt ff. de reſu. l. quod iuſſit. & quod ibi nota. Nec hoc iudicis officium tollit ſtatutum curiæ mercatorum, quod vetat ab interlocutorijs appellari, vel de nullitate dici, facit quod not. per Bartol. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Præſertim quia vetat adiri alium iudicem ipſum ſtatutum, non autem eundem & eius officium implorari. Nam ſi eſſet diffinitiua expreſſum iuris errorem in ſe continens, ſicut nec continet, etiam citra appellationem infirmaretur, vt ff. quæ ſen. ſine ap. re. l. j. §. 1. & C. eo. l. 2.

¶ Sexta & vltima cauſa denegandæ cõpenſationis eſt conſtitutio curiæ mercatorum, qua prohibetur in executione ſententiæ vllam exceptionem opponi. Sed hic aduertendum eſt prius, an hæc ſententia petitur, cuius executio lata ſic forma illius ſtatuti ſeruata Thomæ. eod. incommodo ſi de procedere &c. Nam ſi non eſſet ſeruata illa forma caſſaret illud ſtatutum, ſi vero ſeruata ſit, aut ea ratione, poteſt opponi compenſatio. quia ille, qui compenſat, dicitur ſoluere. vt ff. rẽ ra. ha. l. amplius, & ſolutio ſine dubitatione poteſt fieri, quæ facit ceſſare executionem, vt in Inſtitu. de perpe. & tem. app. §. fina. Aut iudicis officium in locum deficientis ſeu competentis legitimæ exceptionis implorari. per l. plane. & l. fin ff de hære. pe. de quibus omnibus ſtudio breuitatis ſufficiat remiſiſſe ad Barto. in l. j. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam. Quibus ex omnibus relinquitur concludendum circa id quod reuoluitur in curia mercatorum, opponi poſſe per dictos Nanuem & Chorum dicti Simoni compenſationem, & ſuper hoc ipſorum iudicum officium implorari.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter vel arbitrator an poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua iudicaue.*

iudicauerit, & an ſit credendum eorum aſſertioni, & poſſit arbiter iudicare ſecundum ea, quæ ante compromiſſum ipſe nouerat.

CONSILIVM CXLII.

TITIVS Et Seyus compromiſſerũt ĩ Gayũ tanquam arbitrum ac arbitratorem, atque amicabilem compoſitorem generaliter de omnibus differẽtijs inter eos vertentibus. & quæ verti poſſent cum clauſulis comunibus & conſuetis & vſque ad annum. Ponea Gayus nullo proceſſu, nullaque cauſæ cognitione protinus interpoſitis vltimo die anie an laudum ſuũ protulit dicẽs viſa & audita confeſſione dicti Seij & alijs viſis, & auditis quæ dictæ partes dicere voluerũt condẽnamus dictũ Seyũ dicto Titio in centum, citatum tamen prius ad audiendam ſententiam. Quæritur an dictus Seyus poſſit dictũ laudum petere corrigi tanquam iniquum & ad arbitrium boni viri redigi cũ dicat dictus arbitrator antequam eſſet arbitrator aſſumptus inter partes, ſe audiuiſſe dictam confeſſionem Sey quaſe Titij debitorem in quarundam rationum computationem in duobus poſtis vltro profeſſus eſt.

1 ¶ † In propoſita quæſtione videtur prima frõte dicẽdum ſaluis &c. arbitratoris dicto credendum per ea, quæ notantur per Bar. recte in his terminis. C. de ſent. experi. reci. authẽt. niſi breuiores. Sed verius eſt non eſſe credendũ per ea, quæ notantur per l. ne in arbitris. C. de arbi. & quæ ibi not. per doc. iuris ciuilis concorditer non eſſe teſtẽ idoneum, neque ei eſſe credendum in his, quæ pertinet ad iuſtificationem ſuæ ſententiæ. Eſt namque ſuſpectus, vt C. de appellat. l. eos. in princip. Et idem probatur in capitul. ſtatuendum. 2. quæſt. 6. & ibi per Archid. & de teſti. capit. cum à nobis. & capitu. dilecto. & ibi per Innocen. & cæteros canoniſtas. Quod autem dicit Bartol. in præalleg. auth. niſi breuiores. procedit vt & ipſe exprimit in breuioribus litibus & vilium rerum. qualis hæc non eſſe probatur, vbi uero probaretur per alios teſtes confeſſio dicti Seij facta in calculo, ſeu computatione rationum ipſi Titio præſenti de dictis poſtis & partitis, præſente quoque Gayo rectiſſime putarem diſtinguendum. vt ſi quidem facta ipſa confeſſio in concluſione calculi rationum ipſum Seyum probatur quod in omnibus inuicem computatis & compenſatis, ſeu contribubutis hincinde debitis & creditis eſſet debitor Seyus Titij in centum, non eſſe retractandum recte prolatum arbitrium. Enimuero ſi teſtes de confeſſione facta duarum poſtarum, ſeu partitarum, quibus legebatur idem Seyus debitor Titij nulla facta concluſione vel abſoluta rationum computatione, ſed in ipſa facienda calcularione deponerent, vereor, quia hoc non ſufficeret cum fieri potuerit, quòd alijs poſtis & partitis idem Titius, Seij in eadem ratione debitor extitiſſe ſic, quia facta cõpenſatione ipſo iure cum ex eadem cauſa deſcenderent, vt ff. de cõpenſa. l. ſi ambo. & l. ſi cum filio, deſijſſent debitores inuicem eſſe, vt In ſti. de ac. §. in bonæ fidei. Non ſolẽt namque quæ dicũtur aut fiunt in re, quæ agitur dum agitur, alierum effectum parere, niſi res quæ gerebaẽ fuerit perfecta, & a partibus abſoluta, vt C. de fide inſtr. l. contractus. & ff. de teſti. l. ſi is qui deſtinauerat. Rurſum & ſi in concluſione ſeu ſaldo rationum fuiſſet ea facta cõfeſſio, qđ oĩbus hincinde collatis, idem Seyus Titij debitor remanſiſſet in centum, putarem, ſi idem Seyus diceret, erratum fuiſſet in calculo, & computatione rationis & id ſe probare paratum ex iteranda rationum computatione proferret, audiendum, & denuo computandas, vt C. de erro. calcu. l. vnica. Et ꝑpterea dictum Gayum non ex bona fide feciſſe, qui dictum Seyum inaudictum protinus & non ſtatuto ſaltem breui tempore, ſi quid vellet aduerſus eam compuntionem ſeu concluſionem, ſeu confeſſionem obijcere, condẽnauit. forſitan enim erratum in calculo docuiſſet. & ſic confeſſio prædicta ſibi nullatenus obfuiſſet, vt glo. notauit eleganter in ſimili. ff. de ap. l. creditor. §. iuſſus. Concludendum itaque relinquitur ex præmiſſis nulla alia probatione facta quoque ſola Gaij diſpoſitione vel aſſeueratione, id arbitrium euidenter iniquum & rectiſſime corrigendum per bonum virũm hoc eſt per iudicem. Idem ſi teſtes de ea confeſſione in facienda, non in facta & concluſa, ſeu abſoluta computatione deponerent, alias ſtaret arbitrium, niſi idem ſeyus erratum dicat, & oſtendat in calculo rationum.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius iuris vtriuſque doctor. Et ita ſenſi & propter maiorem fidẽ ſigillum meum imprimi iuſſi.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis vtriuſque iuris doctor. Et ita ſenſi & ſigillum proprium imprimi iuſſi. Anno domini Milleſimo cccexix.

ARGVMENTVM.

¶ Princeps aut Rex an poſſit reuocare donationẽ alteri ſactam per eum ſiue cum cauſa ſiue non, & an poſſit tolere ius gentium, & an eius voluntas pro lege, & an ligetur ſuo contractu, & quid operetur clauſula ex certa ſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Dominia de iuregentium eſſe dicuntur introducta.*
2 *Princeps quo caſu poſſit vni rem ſuam auferre, & alteri tradere.*
3 *Princip em legibus eſſe ſolutum qualiter ſit intelligendum.*

¶ CONSILIVM CXLIII.

ANTONIVS De crimine lęſæ maieſtatis condemnatus contra regiam maieſtatẽ per cõtumaciam, boniſque ſuis publicatis reſtitutus eſt in integrum per regẽ ſucceſſorem illius in regno ad honores, famam, officia, & beneficia, & bona etiã ſi alij fuiſſent donata pro pace, & bono pacis, & recuperatione ciuitatis regiæ nouiter & regiam maieſtatem translatæ. Et ad ſupplicationem ſyndicorum ac ambaſiatorum prædictæ ciuitatis regiæ ducatui calabriæ remiſſis, & indultis crimine & pœnam ipſi A, ut ita habeatur, ac ſi crimen ipſum nũquam commiſerit. Quæritur, an bona, quæ fuerant ipſius A. ante publicationem, & quæ fuerunt poſt publicationem donata per regiam maieſtatem. poſſit dictus A. reſtitutus, vt præmittitur, a donatariis vel denatario virtute dictæ gratiæ poſtulare. Et videtur prima fronte dicendum, non poſſe per ea, quæ notantur per glo. & doct. ff de lib. & poſth. l. gallus. §. quid ſi tantum. & C. de ſen. paſ. l. fi. & de reſcr. c. quamuis. libr. 6. Sed iura hæc non loquuntur in iure modo vbi rex nominatim cauit vt ad alienata reſtitutio porrigatur. Videndum itaque primum nunquid princeps hæc poſſit facere. Secundo an, & ſi poſſet, ſufficienter
1 voluntas eius expreſſiſſet. † Et quidem circa primum videtur non poſſe, quia ſunt iuriſgentium immutabilia, vt in Inſtitu. de iure nat. gen. & ciui. §. penul, Dominia autem iuriſgentium ſunt, vt ff. de iuſti. & iur. l. ex hoc iure. & inſtitu. de iure natu. gen. & ciui. §. hoc iure. Et hoc ipſum videtur ex ſententia glo. ti. de conſtitu. princi. l. j. in fi. & C. ſi contra vel vtili. publi. l. fi. & Inno. de conſti. quæ in eccleſiarũ, & qui princeps ſubiicitur legi cõtractus, vt notatur per Cy. Bar. & alios legentes. C. de legi. & conſti. l. digna vox vnde ſuã donationẽ nequebit rerũ reuocare lege contractus obſtan-

te: quia perfecta donatio non poteſt reuocari, vt C. de donatio, quæ ſub mo. l. perfecta. & de reuo. do. l. iii. & tribus ſeq. Quin etiam quæſtio iſta videtur formari per Bald. in his terminis in §. quid ſi tantum, & determinat contra reſtitutum &c.

¶ † In oppoſitum arguitur, quoniam princeps ex iuſta cauſa poteſt domino rem ſuam auferre & ĩ alium transferre. Puta ob publicam vtilitatem veluti in præmium militum aſſignare, vt eſt expreſſum ff de euic. l. Iulius. Et de rei vẽdi. l. item ſi uerberatum. §. item ſi forte, eſt quoque exẽplum ff. de offic. præſi. l. barbarius. in fi. & notatur per gl. in præal. l. j. ff. de conſti. & ſi cõtra jus vel uti. pub. & in proœmio ffor um in prin. & de na reſti. l. pe. Et per Inn. in præal. c. quæ in eccleſiarũ. hoc autem factum eſt in ſpecie propoſita propter augmentum reipublicæ ipſius, quo ducatum Calabriæ, & ciuitatem regiam ſuo adduceret maieſtatis imperio, vt ipſe rex in ſuæ regiæ maieſtatis literis atteſtatur. Eoq; magis quod rex ipſe, ſeu præceſſor eius rex ipſas donando donatarios, & hæredes ipſorum ad antidora naturaliter obligarat ff de do pe. hæredi. l. ſed etſi lege. § conſuluit. vnde facilius ab eis ipſas res donatas ob ſuam & ſuę reipublicæ euidentem utilitatem, & argumentũ transferre vi illius naturalis obligationis qua ſibi tenebatur, quam ſi eis non donaſſet, nullaque ſibi ratione forent naturaliter obligati, vt in præalleg. l. lucius. & in præal. l. item ſi verberatũ. arg. preal. §. cõſuluit. & ff. mãdat. l. ſi vero nõ remunerandi. §. idem papi. & quodammodo debitum reddent, & naturali, qua tenebãtur, obligatione ſoluti ſunt. Rursũ princeps id conſtituit pro pace & bono pacis, vt ipſe in ſuis literis proteſtatur, cui protinus credẽdũ eſt. cùm in facto ſuo cõſiſtat, & ſuper eo intentionem ſuam fundet, & in oppoſitum nulla protinus admittẽda ꝓbatione, vt in cle. literis de proba. Sed pro pace & bono pacis licet principi proculdubio iura tollere priuatorum, etiam quæ ex iure gẽtium deſcẽdebant. vt de iniur. & dam. da l. iii noſtra. & ibi per Innocẽ. & Ioan. And. & hoc no. Bal. ff. de pac. l. cõuẽ. An hæc poteſt princeps pœnam indulgere merenti, & irrogare non merenti, & eiuſmodi principum placita dicuntur conſtitutiones, iuſque, & leges ipſis perſonis & negotijs dumtaxat, quæ perſonales coſtitutiones principum nuncupantur. Nec ad exemplum trahendæ ſunt. vt ff. de conſtitu. princip. l. t. in fin. & C. eod. l. 2. & Inſtitu. de iure natu. gen. & ciui. §. ſed & quod principi. Si igitur perſonam poteſt corporaliter punire, & forſitam animam in totum, vel pro patre corporis ſine exemplo rationis aduertere. Idque lex eſt & legis habet vigorẽ, & principis cõſtitutum vocatur, licèt non ſit generale nec ad exemplum trahendum, vt in præall. l. quãto magis in res placitum prĩcipis, licet ſine rõne & exẽplo iuſerit & lex, licet in ipſo dumtaxat negocio, ipſiſque ſolis perſonis. arg ff. de pœnis. l. in ſeruorum. in fi. Deniq; lex 12. tab. tribuit & tribuere potuit ius vitæ & necis parentibus in filios ex legitimis nuptijs procreatos iure prãtis ipſis parẽtibus in liberos ꝯſtitutæ, nec de cauſa quęrebaẽ, ſicut ius gentiũ dñis in ſeruos ſuos contulit. Tametſi hodie ius vtrũque 12 tab. videlicet & ius gentium ex poſteriore Romano iure ex principum conſtitutis emendatum eſt, nulliſque liceat hoc tempore, qui ſub romano imperio ſunt, in ſeruos vel in liberos ſuos ſupra modum & ſine cauſa legis cognita ſæuire, vt hæc omnia probãtur. ff de his qui ſunt ſui uel alie. iu l. t. §. fin. & de libe. & poſthu. l. in ſuis & C. de pa. po. l. fin. & Inſtit. qui ſunt ſui uel alie. §. fin. Quanta igitur maior credenda eſt poteſtas regiæ poteſtati collata & potuiſſe conferri per l. regiã. & vitę & necis, & conſequenter multo magis in res quàm in perſonas, in quas ipſa poteſtas prĩcipi credebatur, quæ nec vlliſ eſt poſtea legibus emendata vel mutata. Eſt plane maior poteſtas principi a populo romano in ſubditas Romano imperio perſonas, quàm parentibus in liberos, quibus nec ius eripiendæ conceſſum fuerat libertatis, vt in præalleg. l. final. C. de patr. po. & probatur ex libro regum iure diuino, hoc ius regis erit agros quoque veſtros & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus &c. vt habeẽ primi regum. 8. cap.
3 Mouet etiam † quoniam ſcriptum eſt principem legibus ſolutum, vt ff. de legi. l. princeps. & C de teſta. l. ex imperfecto quod uidetur intelligendũ de romanis legib⁹. & ipſo iure publico romanorũ, quod tripartite collectũ eſt. Conſtat enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. vt ff. de iuſti. & iur. l. j. §. penul. Ea itaque lege, quæ dicit donatum ex ſola pœnitentia non poſſe reuocari. Et ſi hoc ſit præceptum gentium, quis namque coget, eum, cui nemo ſuperior eſt, ad ipſius iuris vel contractus obſeruantiã, & quodammodo legi contractus ſubiectus eſt, quæ lex contractus ab ipſo legiſlatore proficiſcitur & a ciuitate. vt in inſti. de obli. in prin. & ſeq. §§. ac titulis, ĩ quibus de obligationibus, de contractibus, & maleficijs plene tractatur, a quibus legibus romanæ ciuitatis princeps ipſe ſolutus eſt ex collata ſibi plenitudine poteſtatis, licèt non ex decentia honeſtatis, vt C. de legi. & cõſti. l. digna vox. Et quemadmodum potuit generaliter conſtituere, vt ſi rem alienam tanquam ſuam vendiderit, vel donauerit, & tradiderit in accipientem dominium, transferatur pleniſſima illico ei ſecuritate parata, licèt priori domino contra eratium ius tribuat temporaliter, hoc eſt, quod quadriennio protinus interimitur, vt C. de quadri. præſcri. l. ij. & iij. Cur nõ poteſt eadem poteſtate idem in priuatas res & perſonas conſtituere, vt dicatur principis conſtitutio perſonalis, ſicut illa generalis. ſunt enim principalium conſtitutionum, quæ legum vigorem obtinent, ſpecies duæ, vt ex legibus ſuperius allegatis manifeſte deprehenditur. argu opti. ad hoc. ff. de admi. tut. l. ſi duo. Et ſic poteſt iuris gentium effectum certo caſu generaliter quo ad omnes perſonas interimere legiſlator vt eſt exemplum in vſucapione, in præſcriptionibus, vt in Inſtit. de vſucapi. in prin. & C. de vſuc. tranſ. l. vnica. Cur non ſit incerta ſpe. quo ad certas perſonas, dixerit aliquis. ibi ſubeſt iuſta cauſa litium ſanendarum, quod ad publicam pergit vtilitatem. Sed & hic iuſta cauſa agendæ ſuæ poteſtatis, & reipublicæ propterea in principe, qui deus eſt in terris, & apud hoĩes iuſtæ cauſæ ſuæ actionis violenta præſumptio eſt, cum & ſanctiſſimus ac iuris religioſiſſimus ſępenumero in ipſis legibus vulgaribus appelletur, & hęc eſt ſnĩa Pe. & Cyn. C. de preci. impera. offe l. reſcripta. verſus finem, in commentarijs ſuis ſuper ipſa lege. & facit quod not. in glo. fin. ff. de adop. l fin. & in hãc ſententiam in re propoſita tanquam validioribus ſubnixã rationibus decliuior ſum. ¶ Ad allegata in diuerſam partem prompte poteſt ex his, quę pro hac dicta ſunt, deprehendi reſponſio. Ad primum equidem de §. pe. in Inſtitu. de iure natu. gen. & ciu. q a verum eſt ius gentium immutabile fore, niſi ex cauſa, vt ſupra mõſtratum eſt. Rurſum immutabile eſt in ſua totalitate, diſtingui tamen põt per l. ciuilem. & ſic per principem, qui lex eſt animata in terris, vt in Authen. de conſu. in fi. & ſic ei certo caſu protinus derogari, vt not. in præalleg. §. penul. & in l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. & per Innocen. in præallega. c. quæ in eccleſiarum. & de conſtitut. & eadem reſponſio conuenit ad ſecundum de notatis in l. digna vox. per Cyn. & Barto. & ad tertium de notatis per Bald. in l. Gallus §. quid ſi tantum. quoniam ibi nulla iuſta cauſa proponebatur reuocandæ alienationis, & loquitur Bald. in ſtatuto ciuitatis, nõ in principe. Secunda porro deliberatio nunquid rex ſufficienter, poſtquã eum potuiſſe concluſimus, ſuam voluntatem expreſſerit, mihi videtur expeditiſſima ſecundum doct. Iac. Buttig. in l. ij. & penul. & Cyn. & Barto. traditam in præalle. l. fi. poſt gloſ. C. ſenten. reſcin. non poſ. propter expreſſam clauſulam, certæ ſcientiæ reſcripto incluſam tacit gloſ. ordi. Ioan. Andr. in capitu. de conſtitu. libr 6. & plenius tractat in cap. vnico. de excel. præla. lib. 6. in

noue l.

nouella. & gl. Accur.etiam in l quoties.de preci.impe-
ra.off.& ff de exeu.tu.l.idē vlpianus. Quibus ex omni-
bus relinquitur ex omni parte concluſum pro dicto
Antonio reſtituto, cuius etiam cauſa fauorabilior eſt,
quàm diuerſæ partis de lucro tractantis, hoc eſt de titu-
lo lucratiuo.arg ff. de.vſur. l. videamus. §. infamia &
§.ſi actionem.& C.de iure deli.l fi.§.licentia.& de con
dict.l final.

¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM

¶ Arbitri plures vel arbitratores an vnus poſſit cōmit
tere vices ſuas alijs,& an laudum latum per maiorem
partem ſit validum vno arbitrorum abſente,& an lau
dum ipſo iure nullum poſſit tacite vel expreſſe per par
tes emologari,& an arbiter vel arbitrator poſt laudum
latum poſſit corrigere, aut emendare illud vel eius
partem.

SVMMARIVM.

1 *Pactio ſeu pronunciatio de vna re facta ſic eſt facienda ne alteri præiuditium vel iacturam afferat.*

2 *Promittens alicui actui non derogare dicitur illum actum confirmare.*

CONSILIVM CXLIIII.

SYNDICI Communis & hominum vil-
læ del Treto ex vna parte, & ſyndici com-
munis & hominum villæ ſancti Vrſij vin-
centini diſtrictus ex altera parte habentes
ad inſtrumenta ſufficiens mandatū,com-
promiſerunt in quatuor viros, prout in iſtrumēto cō-
promiſſi continetur breuiato, & in publicam formam
redacto per ſer Bartholomæum Iulianum notarium
Vinceñ. 1394. inditione ſecumda die quinto menſis
octobris anno,& menſe, die mercurij.20.vnus ex arbi-
tris electus cum eſſet abſuturus,commiſit omnes vices
ſuas collegis, eam vſque ad ſententiam incluſiue, pro
vt continetur in inſtrumēto dictæ commiſſionis eiſdē
anno, menſe,& die per eumdem notarium. Tandem
tres reliqui arbitri ſuum tulere laudum,& ſñiam inter
partes prius per eoſdem admonitas ad ipſam ſenten-
tiam audiendam die vltimo menſis Nouēbris dicti an
ni, prout continetur inſtrumētis breuiatis dictis anno,
menſe,& die per eundem notarium. Poſtea vero de
menſe decembris tunc proxime ſubſequuti ipſi arbi-
tri tres addiderunt,& correxerunt primo ca.ſen ipſum
primum capitulum laudi prout in inſtrumento breuia
to per eundem notarium ſuis menſe ſcilicet anno &
die continetur, poſt hæc M.cccc 38. Madij exortis con
trouerſijs inter dictas partes ſuper prima ſententia a-
liud cōpromiſſum fecerūt inter alias pſonas quæ & ſuā
contulerunt ſententiam, quæ fuit emologata per par-
tes, vt de ipſis cōpromiſſo, laudo,& emologatione con
ſtat publicis documentis traditis, & breuiatis per ſer
Antonium Thomaſii de Godis publicum notarium
Vincentiæ.die xxviii. Madii. Inſpectis itaque omnibus
prædictis publicis docu mētis quæritur de inſtaſcriptis.

1 † Primò an dictus vnus arbiter ex primis quatuor ele-
ctis potuerit ſuas vtiliter vices & aliis coarbitris com-
mittere.

¶ Secundò an dicta prima ſententia & correctio pri-
mi capituli, ſicut præfertur, valuerit, necne.

¶ Tertio poſito ſine præiudicio veritatis quod value-
rint tam ſententia, quàm correctio, an ipſa correctio
primi capituli comprehendat duntaxat coſtam mon-
tis ſummani, an verò omnia alia loca intra confinia
dicto primo capitulo deſignata.

¶ Quarto & vltimo an prima ſententia videatur emo-
logata & confirmata per compromiſſum & ſenten-
tias vltimo loco ſequntas.

¶ Ad primum videtur mihi compendioſe dicendum,
non potuiſſe ad inſtar iudicis delegati, qui non poteſt
niſi ſit delegatus a principe, vt C. de iudi.l. a iudice. Te-
net enim hoc ar. a ſimili per l. item ſi vnus. §. fina. & l.
ſeq.ff. de arbi. & confirmatur hæc concluſio per l. non
diſtinguemus.eo.ti.§.de officio.& §.quæſitum. vbi nō
poteſt arbiter, niſi quod in compromiſſo compromiſ-
ſum eſt,& ſpecialiter nō poteſt iubere, ut eatur ad aliū
arbitrum. Sed ipſe propria ſententia debet imponere
finem controuerſiæ, ſiue dicamus, hic nō commiſſam
iuriſdictionem, ſed negocium potuit nihilominus per
alium explicare, vt de offi.delega.c. quoniam apoſtoli
ca.vltimo reſponſo.

¶ Ad ſecundū videtur ex proxime dictis non valuiſ
ſe, ꝙ ſoli tres ſine quarto fecerunt, cum tunc demū qđ
a plurimis factum eſt teneat, ſi & omnes fuerit arbitri,
vt in præal.l item ſi vnus.§.fi.& l ſeq.ff.de re iu c.duo ex
tribus.extra eo ti.& de arbi.c.j.lib.6.Quin etiam ſi om
nes arbitrium ſuum protuliſſent, nō valuiſſet, quod po
ſtea lata ſententia, per quam arbitri eſſe deſierant, in cor
rectionē primi capituli iudicaſſent, vt ff.de arbi. l. qua-
lē.aliàs eſt l.dicere.§.fi.& l. ſeq.& ar.ff.de re iu.l.Paulus.
reſpondit reſcindere.& C.ſen. reſcin.non poſ. l. j. & ff.
de quæſtio.l j § fina.Nec ad rem pertinet, quòd ipſi arbi
tri in proferenda prima ſententia poteſtatem mu-
tandi & corrigendi, quod inſſerant, reſeruarint, vt ap-
paret ex fine ſententiæ, quoniam eam poteſtatem, quā
nec ex compromiſſo receperant, non ſibi ſeruare vel
1 reſeruare, immo magis vendicare vel appropriare po-
tuerunt, quinimo ſi in compromiſſo conceſſum fuiſ-
ſet, vt ſemel & pluries & quotiens voluiſſent, vel eis
placuiſſent, poſſent arbitrari, quod tamen conceſſū
non extitit, non potuiſſent ſuper eodem ſæpius iudica
re, & quod ſemel dixiſſent nec corrigere, nec mutare
niſi & hoc ſpecialiter, & nominatim fuiſſet permiſſū,
vt not.Bario.eleganter.ff de arbi.l.quod tamen.ī prin.
vbi etiam Bal.Non valuit itaque dicta correctio etiam
ſpeciali ratione, ſi & prima ſententia valuiſſet.

¶ Ad tertium videtur dictam correctionem, ſicut
præmittetur, factā ad ſolā coſtā montis ſummani per-
tinere, vt ſcilicet illi ſancti Vrſij poſſint capulare, & im
paſculare per totā coſtā montis ſummani intra confi
nia primi capituli, non etiā per alia loca, quæ eſſent in-
tra dicti capituli confinia, quæ forent in plano, vel etiā
in monte vel coſta montis alterius, quàm ſummani,
quoniā verba illius correctionis eum ſenſum ſeu ſigni
ficationē non important. Et quoniā ante omnia illud
2 obſeruādū† eſt, vt pactio ſeu pronunciatio de vna re fa
cta in alia re non noceat, vt ff de pact. l. ſi vnus §.ante
omnia.& de excep.rei iudi.l. cū quæritur. potiſſime cū
agitur de correctione prius recte ſtatutorum. Nam ſi-
cut & in legibus vitanda eſt, & cum fiat reſtringenda
quantū fieri poſſit prius ſtatutorū correctio, ita & per
ſimile in certis diſpoſitionibus, ſicut ſunt pactiones &
ſententiæ.quæ & leges ſunt negocijs, in quibus factæ &
latæ ſint.arg.ad hæc omnia.C.de inoffi do.l.j.& in Au-
then.quib.mo.natu.effi.ſui §.tribus.& ff.de conditio &
demonſtra. l. non ad ea & extra de conſuetu. c. cū di-
lectus.& ff.depoſiti.l.j.§.ſi conuenerit.

¶ Ad quartum & vltimū uidetur, primam ſenten-
tiam, ſi fuit nulla ſicut ſupra monſtraui, expreſſo con-
ſenſu partium confirmatam, aut facit quia dicti ho-
mines del Treto habuerint poſt & ſecundum dictam
ſententiam pro libero & expedito omne & totum il-
lud terrenum, quod eſt intra confinia primi capituli
dictæ ſententiæ primæ ſcientibus & patientibus homi-
nibus ſancti Vrſij per tex. expreſſum recte in his ter-
minis. C. communia vtriuſque iudic. l. ii. aut etiam
verbis, cum in ipſo ſecundo compromiſſo ambæ par-
tes referāt & cōmemorent ipſā primā ſententiā p pri
mos arbitros,& totū tenorē primi capituli dictę ſnię pri

ctu aliter promt iacet, & quia incerta erant ipſis partibus & obſcura loca, de quibus in primo capitulo dictæ ſententiæ cauebatur. Proindeque in intellectu ipſius capituli & locorum ibi nominatorum erant diſcordes dictæ partes ad tollendam omnem diſcordiam & ambiguitatem elegerunt aliquos, qui ea loca, de quibus in d. c. primæ ſententiæ continebatur, declararent per terminorum affectionem & ea loca deſignarent, quod & factum eſt per electos. & ideo perinde habendum, ac ſi ipſæmet partes id feciſſent, cum ij fecerint, quibus ipſæ partes id negocium dederant. ar. ff. quod cuiuſque vniuer. l. item eorum. §. ſi decuriones. Præsertim cum illorum electorum, quibus negocium dederant, factum ex tunc expreſſum & ſpecialiter cōfirmauerint & emologauerint, ſicque ipſam ſententiam primam comprobauerunt, ac veluti noua pactione inter ſe conſtituerunt. arg. opti. ad hæc. ff. de teſta. mil.
2 l. tribunus. Quinimo† verbis expreſſioribus ipſam primam ſententiam confirmarunt ibi, non derogando non propter hæc in aliquo contentis in dicta ſententia vel laudo quæ verba emologationem & confirmationē dictæ ſententiæ continet, vt eſt expreſſum. C. de arbi. l. ne in arbitris. §. fina. In græco verbo, quod interpretatur, non contradico, quinimmo verbis expreſſiuis in aliqua parte eiuſdem compromiſſi ſecundi eandem primam ſententiam confirmarunt ibi. Ita tamen quòd dicta declaratio dictorum locorum fienda non præiudicet, nec deroget in aliquo contentis in dicta ſententia arbitraria, immo voluerunt dictæ partes, quòd dicta ſententia remaneat firma, & valeat in omnibus & per omnia, vt in ipſa ſententia cōtinetur &c. Et notādum quòd dicti ſyndici dictarum partium ſibi inuicem ſolemni ſtipulatione ſpoponderint, quòd ipſa communia & homines ipſum compromiſſum, & omnia & ſingula geſta, dicta, vel facta intra octo dies poſt latam ſententiam approbabunt, confirmabunt, & ratificabunt, quod & poſt latam ſententiam factum fuit per ipſa communia, vt patet in publicis inſtrumentis de ipſis emologantibus, & comprobationibus inde confectis tam compromiſſi ſecundi, quàm ſententiæ ſecundæ, qua ſecunda ſententia lata per egregium legum doctorem dominum Franciſchinum de Tridento manifeſtiſſimis & expreſſiſſimis verbis & factis confirmat ipſam primam arbitrariam ſententiam, ſicut in compromiſſo dixi ſupra a partibus obſeruātibus & factum, vt patet euidenter in primo & ſecundo capitulo dictæ ſententiæ ſecundæ latæ per dictum dominum Franciſchinum, quo fit & ſi prior arbitraria ſententia quacunque ex cauſa fuiſſet nulla, vel defectu anterioritatis vt ſupra monſtratum eſt, vel quia ipſi primi arbitri profitentes montem & nemus, quem & quod adiudicant dictis hominibus del Treto ſpectare & pertinere inſolidum, ſpectauiſſe, & pertinuiſſe in præteritum hominibus de ſancto Vrſio, enormiter læſiſſent ipſum commune ſancti Vrſii, & rem non ſibi commiſſam, nec conceſſam feciſſent. quia ea verba donationem rei indubitatę & iuris certiſſima dictorum ſancti Vrſii in dictos del Treto continebant, quod pars diuerſa forſitan allegaret. argu. in l. filiusfa. ff. de dona. & de pac. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fi. Tametſi hoc poſſet ſubtili ratione negari, nihilominus ex virtute huius nouæ cōfirmationis & emologationis, & quaſi noua conuentio etiam ſtipulatione ſuffulta valeret, & tuēdum foret per iuriſdictionem prætoris, quod in ipſa prima arbitrali ſententia continetur. arg. præal. l. ij. C. communia vtri. iudi. & ff. de Iniuſto rup. & irri. teſta. l. poſthum. §. fin. & de teſt. mili. l. quærebatur. & ad treb. l. ſi quis priore. verba autem primi & ſecundi capitulorum ſecundæ ſententiæ arbitrariæ hoc eſt domini Frāciſchini, per quæ dixi priorem ſententiam arbitrorum confirmatam, hic præſenti conſilio ſtudio breuitatis inſerere ſeu tranſcribere non curaui, ſed ea pro inſcriptis & inſertis, qui præſens iudicium inſpecturus eſt, omnino cōſtituat, eaque ante oculos poſita legat, & perlegat, quoniam multum conſ tunt ad confirmationem ſuperius notatorum, non tamen per hoc cōfirmatam opinor correctionem prioris capituli primæ ſententiæ, quam primi dicti tres arbitri poſt latam ab eis ſententiam effecerunt.

¶ Et idem videtur mihi Raphaeli de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Fama an & quando faciat ſemiplenam probationem, & an iuramentum in ſupplementum probationis debeat deferri reo vel actori, & an poſſit appellari a delatione iuramenti vel à ſententia ſuper mero poſſeſſorio, & an credetur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ex cauſa, & an tale iuramentum poſſit deferri quandocunque ante & poſt ſententiam, & an valeat ſententia lata ſub cōditione ſi iurauerit pars in certum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Forma cum vno teſte probat.*
2 *Iudex debet in probationibus recipiendis eſſe cautus, & circunſpectus.*
3 *Iudex an ſit reſpondendum de his, quæ dicit acta fuiſſe.*

CONSILIVM CXLV

QVONIAM plurimæ ſimul cumulantur quæſtiones ſtudio breuitatis ſine diſputatione concluſiue per ſingula reſpōdebo.
1 † Et ad primam reſpondetur, ita probatū fuiſſe, vt delationi iuris iuran. locus fuerit, & recte per ipſum præſtitum ſuppletam & plenam factam probationem, cuius rei gratia ſciendum eſt, famā publicam ſecundum plurimorum ſententiam ſaltem ſemiplenam in pecuniarijs cauſis facere probationē, ita no glo. ff. de teſti. l. 3. §. eiuſdem. & C. de proba. l. proprietatis. & ibi hoc tenet Cy. aſſerens Spe. in eādem ſētentiam, & ita ſæpe de facto vidiſſe iudicari, etiam Bal. & Ia. Bu. etiam in d. l. iij. ff. de teſti. & per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio Et per Hoſt. in ſumma. de teſti. §. ſuper quibus. ver. ſed nunquid fama. & Io. in gl. ord. 4. q. iij. c. ſæpe, & per Bernar. de ap. c. j. quòd fama cum vno teſte probet. & Io. Mo. quòd fama æquiualeat vni teſti. in c. filij. de hæreti. lib. vj. & Archid. xxxv. q. vj. c. ſi duo Quinimo dixit glo. in præal. c. ſæpe. quòd plus valet fama, quàm vnus teſtis. & in his maxime quæ propter vetuſtatem ita probari nequeunt. arg. ff. de proba l. ſi arbitri. hæc dicit glo. de proba. c. cum cauſam. & Bal. in d. l. proprietatis. & Ia. Bu. in præal. l. iij. ff. de teſti. Cum itaque in re propoſita quæratur de poſſeſſione quondā domini Dyni, qui iam mortuus eſt iam ſunt anni pluſquam quinquaginta, & cauſa pecuniaria ſit & non grauis, quia de poſſeſſione iudicium eſt, quæ vilis & momētanea eſt, vt C. de momen. poſ. l. vnica. & Bar. tangit in l. admonendi. ff. de iureiu. & ſuper allegatis conſequens eſt, debuiſſe iuramentum neceſſarium per iudicē deferri, vt d. l. admonendi. & C. eod. l. in bonæ fidei. & potius actori, quàm reo cum haberet & pro ſe famā publicam, quæ i talibus plus eſt, quàm ſemiplena ꝓbatio, vt ſuperius eſt oſtenſum. & ar. c. vlt. de iureiuran & quę ibi not. per dominos canoniſtas & legiſtas in præal. l. admonendi. & l. bonę fidei. Neque enim in re tam vetuſta facta ſuperſunt teſtes propter miſerabilem hominum conditionem vitæ currentis ſeculi cum frequentiſſime ab, an. lx. vel circa mortalitates, fames & guerræ, ac mille hominum moriendi modi viguerint,
2 quæ omnia † circa probationes debet circunſpectio iudicantis inſpicere, vt præalle. l. iii. §. eiuſdem quoque principis. ff de teſti. & Hoſti. hoc dicit ubi ſupra. adſunt quoq; & aliæ pter has pſūptiones, qm adſunt teſtes, q dixerūt, ſe vidiſſe Ludouicū filiū dicti quōdā domini Dyni, & tāq̃ hr̄edes ei poſſediſſe nōnullas ex his reb, d

quibus

quibus contendunt, & fructus per ſe vel factorē ſuum, qui nominatim exprimitur inter rogatus ſuperinde teſte, percepiſſe tamquam hæreditarias dicti quondam domini Dyni primi patentis. Ruſtus & hoc quin pręſentiarum conueniuntur liberis & pronepotes ipſius quondam domini Dyni, & eius mediate hæredes conſtat res huiuſmodi poſſidere & diu poſſediſſe, quod ex perſonarum & ſucceſſionum conſequentiam non leuem aufert præſumptionem, quin ipſius quoque quōdā domini Dyni prioris bonis extiterint. Porro ſi aliūde quæſiſſent ipſi vel eorum parentes, quàm ex ſucceſſione dicti domini Dyni antiquoris, de quo publica fama laborat, facile originē & acquiſitionem pdictorū aut pbaſſent, aut ſi nō plene ſaltē illud quibuſdā indicijs in ſuſpicionē, & ſi nō opinionē iudicis adduxiſſent, hoc nēpe iudex curioſus dēt ſubtiliter inueni, qin quēadmodū quid plene probatū ſit non poteſt præfecta vndique doctrina tradi, vt ait princeps iuriſconſultiſſimus in §. eiuſdem. & Hoſt. vbi ſupra. Et ideo neceſſario prudentiæ iudicatis committendum eſſe putatum eſt, qui etiā ex perſonis litigantium, & earum conditione alterutri potius litigantium, & poteſt, & debet deferre, quod & iudex hoc ſe feciſſe teſtatus eſt, vt quaſi actrix honeſtate præpondrret, nec probatur oppoſitum, vnde per iudicem pręſumendum eſt, & l. ius ſententia, arg. de re num. l. in pręſentia. & ff. d eulctio. l. herenius. §. gaya. & hoc de primo principali.

¶ Ad ſecundum quo quæritur an a tali delatione iuramenti prouocare poterit de per ſe, puto quod nō, tā communi iure, quo non licet ante tempus diffinitiuæ ſententiæ prouocare, vt C. quo. appel. non recip. l. ante ſententiæ tempus. & de epi. audi. l. a, & ff. de appellat. recip. l. a. & bene facit in propoſitis terminis. C. de reb. credi. & de iureiu. l. generaliter. §. ſinautem, etiam uerbis ī vltima prouocatione, q̄ iure ſpeciali ciui. Flo. vbi causa vertebatur per ſtatutum, quod eſt ſub rubrica, quod non poſſit ab interlocutoria appellari, cuius etiam ſtatuti forma, quę ſeruari debuiſſet, ſi prouocari poſſe dicatur, non ſuit ſeruata, ſed nec a ſententia ſuperinde prolata videtur prouocari potuiſſe iure cōmuni uetante, qua ſententia ſuper poſſeſſore lata, etſi diffinitiua ſit, prohibetur appellari, ſeu ex eiuſmodi prouocatiōe iudicati executionem ſuſpendi, vt C. ſi de mo. poſ. ſue. appel. & l. j. & quorum appel. non recip. l. quiſquis. & quæ notantur in eis. Et confirmatur hoc per ea, quæ notantur D ex C. de bo. aucto. iudi. poſſeſ. l. cum proponas. in 18. quæſtio. vbi no. ſecundum docto. a miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto minime puocari, & hæc de ſecundo principali ſufficiunt.

¶ Ad tertium quo quæritur, an ſi potuit ab ea ſententiam prouocari, nunquid dicta delatio iuramenti videtur facta cauſa cognita, vti in ipſa pronūciatione narratur, videretur quòd nòn, quia † iudici non creditur de his, quæ dicit acta fuiſſe, niſi quatenus legitimis conſtiterit documentis, vt de prob. c. quoniā cōtra falſam: & quod ibi no. per Inn. & cæteros canoniſtas, & per eūdem Inno. in c. cum in iure petitis. de of. del, & per Bar. C. de edē. auth. ſi quis in aliquo, & per Cy. C. de fid. inſt. l. emācipatione. ſed licèt hæc quęſtio tertia videatur ſuperuacua per præcedentis proxime quæſiti probationem. poteſt non in probabiliter dici pręſumi eam cauſæ cognitionem interueniſſe, quæ tempore ipſius pronunciationis & iuramenti delationis potuiſſet interuenire, vt in l. j. & quod nota. poſt glo. per Bar. C. de ſi. inſtr. & iur. haſt. fiſ. li. x per eūdem Bar. ff. de. ver. ob. l. ſciē dum. Cùm itaque ipſa cauſæ cognitio circa iuramēti delationem verſetur circa rei petitæ quantitatem, & exactis apud iudicē factis inſurgentē probatiōem, quæ omnia liquere iudici creduntur, cùm & apud eum & coram eo facta ſint per ea quæ notantur C. de re iudi. l. geſta. & per Bart. ff. ex quib. cau. in poſ. ta. l. hæc autē. §. j. & in re propoſita pro actore eſſet pluſquam ſemiplena probatio, præſertim in hac cauſa poſſeſſionis ex fama, & alijs adminiculis vt ſuperius demonſtraui quod ſolum ad iuſtitiam delati iuramenti ſufficit, tam etſi perſonarūm litigantium conditio ex his etiam, quæ apud iudicē probata fuerunt, non omnino latens fore conſequens eſt, ipſum iuſiurand. cum ſufficienti cauſæ congnitione recte delatum, & hæc de tertio.

¶ Et quibus videtur non incōmode inferri poſſe ad id, de quo quarto loco principaliter quæritur videlicet an viſis ac attentis omnibus prædictis prætextu delationis dicti iuramenti ſentētia lata in fauorem dicti Laurētij poſſit vel poterit iniuſte dici lata. Illud autem me nequaquam mouet quod fuerit poſt concluſionem in cauſa per iudicem delatum, dummodo ante fuerit recte petitum per text. ſuprà allegatum in allegationibus conſulentis. C. de rebus credi. l. pe. in princ. & de ſent. & interlocu. omni. iudi. l. cum iudex. & quæ notantur in eis per docto. Cum & in ipſa diffinitiua ſentētia poſſit per modum conditionis incertæ deferri, & poſſet, etiam poſt ſententiam iurati. Neque enim officit, quod conſultus commiſerit iudici, vt ipſe ex arbitrio ſuo iuſiurandum deferat, quaſi hoc ipſe cōſultus diffinire debuerit. ſatis namque ipſe conſultus videtur difiniſſe, tum per l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuer. Tum quia declarat hanc interlocutionem deferendi iuramenti ſuper qua conſultus non aſſeritur, ſed in diffinitiua per ipſum iudicem pro animi ſui motu proferenda, quæ & diffinitiua debuit antecire, & ſecundum quòd huic vel iuſiurandum detulerit ſecundum eum qui iudicauerit iudicandum iuxta l. admonendi. ff. de iureiuran. quinimmo & ſiquis bene conſulti mentem proſpexerit, ea potius videtur ſua ſententia, vt auctori potius deferat, dum in conditione de ſola delatione iuramenti actrici parti facienda in ſua relatione comprehenderit, de iureiur. reæ parti deferendo, & conſequenter de abſolutione eiuſdem nullam protinus mentionem faciēs, quod eoque amplius præſumendum eſt, & incerta fortaſſe vel ambigua ſua relatio ita interpretanda, quoniam ex actis apud ipſum iudicem ita fieri oportuerat, vti ſuperius eſt oſtenſum, per ea, quæ conſimiliter penè notarunt doctores, vt ſententia teneat, licèt incerta, ſi ex actis probatorijs poſſit certa fieri, quamuis non referatur ad ea, vt C. de ſenten. quæ ſine cer. quā. proſe. l. penul. & ibi per Bar. & in l. quod tamen. §. pompo. ff. de arb. & alijs ibidem allegatis. nam & ſi iudex in ſententia condemnauerit reum petitori ſub conditione ſi petitor iurauerit, videtur petitori detuliſſe iuſiurandum, vt in præallega. l. iudex, C. de ſenten. & interlo. om. iudi. & teſtator, qui libertatem dedit ſeruo ſuo ſub conditione ſi x. dederit Titio, iuſſiſſe videtur; vt ſeruus det x. titio, vt C. de condi. inſer. l. cum quidem. & hoc ipſo permiſiſſe etiam ſeruo peculiarum minorum alienationem, vt ff. de cōdi. ca. da. l. 3. §. fina. & de ſta. lib. l. 3. §. & per vim. & fa. erci. l. ſi filia. §. fin. & dato ſine præiudicio veritatis quod cōſultus malefeciſſet id arbitrio iudicis relinquere, ſi tamen iudex recte arbitratus ſit, vti ſuperiora demonſtrant, tum a forma conſilii protinus non deceſſerit, & ſic legi municipij ſatisfecerit, non arbitror ex ea cauſa poſſe dici nullam ſentētiā, neque iniquā vel iniuſtā, etſi ea cā foret, in qua appellatio cōi iure minime fuerit introducta, qui non de momentanea poſſeſſione fit. arg. ff. quod metus cauſa. l. fin. §. vlti. & ff. quod cum eo. l. vlti. licet hæc diſputatio per ſecundi quæſiti ſupra factam determinationem videatur inanis & vacua, & hæc de quarto.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius iuris vtriuſque doctor

ARGVMEMTVM.

¶ Proteſtatio facta contraria actui an valeat: Et an valeat ſtatutum ſuper vſuris, & an iudex laicus poſſit cognoſcere an contractus ſit vſurarius.

SVMMARIVM.

1 *Generalis ſermo non dicitur includere quod de iure fieri non poteſt.*
2 *In cauſa ſub dubio doctorum producta in aliquo iure vel canonico vel ciuili ſi reperiatur deciſum in altero iure, illi deciſioni ſtandum eſt.*

CONSILIVM CXLVI.

VISIS Petitione Bartholomæi della Spada procuratoris & legitimæ perſonæ Albrici & ſer Petri della ſpada hæredum & commiſſariorum quondam ſer Antonij della Spada & dominæ Mariæ vxoris quōdam & commiſſariæ dicti ſer Antonij della Spada oretenus expoſita apud acta corā venerabili domino Locumtenente Trigeſti, quondam ſer Catarini de Burlis exceptiōe oppoſita declinatoria iudicis & iuriſdictionis per dominum ſer Catarinū, & cæteris actis & actitatis inter partes vſque ad publicationem proceſſus & concluſionem in cauſa factam incluſiue. & viſis ſtatutis Trigeſti ſpāliter ſtatuto de fo. compe. poſito lib. 2. c. 3. & additionis ſecundæ factæ ſuper eo. Quæritur an dictus ſer Catarinus pœnam inciderit in dicta ſecunda additione cōprehēſam, & videtur quòd non, quia proteſtatione præmiſſa, quod ex his, quæ dicere vel facere tunc vel poſtea nullo modo vult nec intendit declinare iuriſdictionem ipſius domini Locumtenentis, niſi in quantum ſtatuta ciuitatis Trigeſti permittant, ipſam exceptionem declinatoriam appoſuit vnde aut ſtatutū illud de ſo. comp. & additio ſecunda ſuper eo facta permittebat eam exceptionem opponi, nec eam prohibebat & planum eſt eum non incidiſſe pœnam in ipſa additione comprehenſam cum contra ſtatutum non fecerit, aut dicta ſecunda additio prohibebat eam exceptionem declinatoriam opponi, & tunc virtute proteſtationis habetur pro non oppoſita, & intelligitur nō propoſuiſſe eam, cum ſub conditione ſi & inquantū ſtatuta Trigeſti permittant, & aliter non petierit eiuſmodi exceptionis vſurariæ prauitatis oppoſitæ ad iudiciū eccleſiaſticū cognitionē remitti, ſic ergo pœnā non incidit additionis quaſi oppoſitione ſub cōdōne de præſenti falſa facta, vt arg. ff. ſi cer. pe. l. cum ad præſens. cū ſi Præterea ſtatutum municipale non poteſt iuri canonico derogare tanquam ſuo ſuperiori. argum. ff. de ar-
1 bi. l. nā magiſtratus. † In generali ergo ſermone nō intelligetur id claudi, quod nec iure fieri poſſet, arg. ff. de leg. & ſena. cōſul l. in ambigua. & l. benignus. & de pig. obligatione. & de rebus du. l. quotiens. & de ver. obl. l. quotiens. & de re. iuri. l. quotiens.

¶ In oppoſitum facit, quia cum de hoc ipſo an contractus celebratus fuerit ſimulate cōſcriptus in forma datitionis in ſolutum, cùm ī veritate vt pignus exiſteret ageret, necne, ſolus eccleſiaſticꝰ iudex poſſit cognoſcere, an vero etiam iudex laicus apud vtriuſq; iuris præceptores diſceptetur, vt ex allegationibus apud acta conſcriptis luculenter apparet. & ea his, quæ notauit Io. An. in gl. ordi. in cle. diſpēdioſā. de iudi. & Bart. & Bald. in l. titia. ff. ſo. ma. & in l. 2. de iuriſd. omni. iud. & C. de ſa. ſan. ecc. l. omni nouatiōe, potuit ſpecialiter lex municipij hanc diſceptationem in ſuo foro dirimere. nō enim contra ius canonicum quicquam ſtatuit, ſed opiniones dubias iuris ſcientiæ prudentū determinat.
2 Eſt namque frequens doctorum ſententia, † quod vbi de aliquo dubiæ ſunt doctorum alterius iuris ſententiæ, in altero autem iure per expreſſum reperiatur id deciſum, illi deciſioni in vtroq; foro tam eccleſiaſtico, quàm laicali parendum ſit, vt no. per Io. An. extra de op. no. nūc. c. 1. & 2. bene facit quod no. per Bartol. C. de tempor. applla. l. per hanc. licèt enim hæc deciſio non habeat vim vniuerſaliter in omni foro laicorum, & multominus in foro eccleſiaſtico per l. 2. C. quæ ſit lon. cōſue. & quod ibi no. & ff. communi. prędi. l. venditor. §. ſi conſtat. in foro tam ipſius municipij Trigeſti, cùm id ſeruare nihil ſit peccati, nihil incōgruens vr̄ inducere. Cū itaque ea ſuperioribus liquet, potuiſſet hoc ſpeciali conſtitutione caueri, poterit recte cenſeri generali conſtitutione comprehenſum ar. ff. de le. præ. l. 3. §. generaliter. de offi. præſi. l. 3. ď publi. l. ď pretio. Preſertim quia exceptio in quibuſdam, in cæteris regulam firmat. ff. de verbor. obligatio. l. pluribus. §. & ſi placet. & argu ff. de iudic. l. cum prætor. in princi. per quæ apparet argumen. ſecundum in diuerſam partem factum, nec videtur ipſum ſer Catarinum adiuuare proteſtatio facto contraria, quia potius factum proteſtationi derogat, quàm econtra, hoc eſt proteſtatio facto. argu. in capit. cum M. ferrari. de conſtitu. & de appella. c. ſolutionem. ff. loca. & cōduct. l. cum in plures. §. locator horrei. & ſic ceſſare videtur argumen. ſecundum in diuerſam partem factum, & per conſequens concludendum, dictum ſer Catarinum pœnam dictæ ſecūdæ additionis incurriſſe, potiſſime cum pure & ſine vlla proteſtatione ſæpius in proceſſu iudicis iuriſdictionem declinauerit. Quoniam cæterum pœnæ odioſæ ſunt, & in ambiguis benigniora proferenda ſunt, vt ff. de pœn. l. interpretatione. & de reg. iu. l. ſemp in ambiguis & c. Humanius indulgendum videretur ipſi ſer Catarino ne in pœnam inciderit, ſi appareat eam exceptionem vſurariæ prauitatis recte, & non perperam, nec per calumniam oppoſitam, at qui ſi dolo & fruſtrandi actoris intentionem ac morandæ ſolutionis cauſam videretur ſeu detegeret̄ oppoſita, profecto venia dignū non exiſtimarē. calūnioſa nāq; litigātiū improbitas nō impunitas laſſāda eſt, ſed magis cōgrui & nō immoderatis corectionibus compenſanda. vt in Inſti. de pę. te. liti. §. 4. & C. de epi. & cle. l. oēs. in fi. & de fruc. & litis ex pe. l. non ignorent. dominus itaque Locūtenens nūc hāc nunc illam humanitatem, vel ſeueritatem, prout res exegerit, exercebit, ſemper tamē in re obſcura in humaniorem ſententiam propter odiū pęnæ declinans.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Plura referre debens, ſi aliqua tantum referat an dicatur relatio nulla, & quid ſi excedatur modus in referendo, & an relator declarando iam dicta dicatur de nouo referre.*
2 *Aduerbium, ſcilicet, quandoque reſtrictiue quādoq; declaratiue ſumitur.*

CONSILIVM CXLVII.

VISA Quadam ſupplicatione oblata pro parte Oberti imperialis contra Lucā imperialem illuſtri & magnifico domino d. Regio Ianuenſi gubernatori, eiuſque Reuerēdo Aocianorum conſilio, & bina rīſione per eoſdem ad ipſam facta, viſaq; relatione egregij legum doctoris domini Gregorij de Marſupiois de Aretio vicarij eiuſdē illuſtris dn̄i Regij gubernatoris facta eiſdē illuſtri dn̄o regio gubernatori. eiuſq; venerando cōſilio ea cōmiſſiōe per eos ſibi facta, vt in rīſione bina ad dictam ſupplicationem vt p̄mittitur facta plenius continent̄. † Quæritur an idem dominus vicarius
1 & cōmiſſarius in ea relatione formam ſibi factæ commiſſiōis ſeruauerit, necne, vbi v̄r prima fronte dicēdū, non fuiſſe ſeruatam eo quod idem commiſſum erat, vt viſa ſupplicatione præfata cognoſceret & referret, an ipſi domini, videlicet Ia. Regius gubernator, & conſilium deberent de iure ſe intromittere de prædictis, ſeu de contentis in ſupplicatione prædicta, & ſic indiffinite & generaliter de omnibus contentis in prædi-

prædicta ſupplicatione debebat referre, cùm in-
definita æquipolleat vniuerſali, vt ff. de legat. 2. l.
cum pluribus. & quod ibi not. & arg. ff. de leg. præſtan.
l. 1. §. generaliter. ipſe autē de vno tantummodo retu-
lit. ſ. de nullitate ſententiæ, de qua in ipſa ſupplicatione
fit mentio, non de alijs cauſis & litibus, quas idē Ober
tus cōtra dictum Lucā ſe velle mouere narrauerat, &
in quibus iudicem ſibi dari petierat, verbum namque
vniuerſale in dicta relatione comprehenſum reſtricti-
uam vim habet ad præcedentia. argu. ff. de leg. 2. l. om-
nia. aliàs eſt l. cū ita legata ſpecies. §. 1. & §. fideicom. &
quod ibi no. per dominum Barto. Ex quibus omnibus
concludendum videtur, relationem ipſam quaſi con-
tra formam reſcripti factam nō tenere, vt in c. cum di-
lecta. extra de reſcriptis. Item ſecundo quia formā im-
mo fines cōmiſſionis exceſſiſſe videtur. Cùm namque
ſolum id ei commiſſum eſſet, vt referret an ipſi domi-
ni Illuſtris & Regius gubernator & conſiliū deberēt
de iure ſe intromittere de prædictis in ſupplicatione cō
tentis, ipſe dominus vicarius & commiſſarius prælib a
tus vltra proceſſit addendo illa verba, videlicet in co-
gnoſcendo ac terminando &c. prout in ipſa relatione
plenius continetur, vnde videtur relationem memo-
ratam in eo, quod ſibi non fuit cōmiſſum non tenere.
arg. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. de officio. & §. quę
ſitum. & ff. mandati. l. diligenter. & extra. de offi. & po.
ind. deleg. c. pen. & vlt. Verum nō obſtātibus his, quæ ſu
pra propoſita ſunt, veriorem arbitror diuerſam ſentē-
tiam. ꝙ neque formam ſibi factæ commiſſionis omiſe-
rit, ſeu neglexerit, nec rurſum eius fines exceſſerit idē
dominus Vicarius ī relatione, de qua quæritur, ſed for-
mam & fines dictæ commiſſionis ſeruauerit. Cuius rei
veritas ex remotione allegatorum clarius eluceſcit. Ita
que ad allegata in oppoſitum compendioſe reſpōdeo.
Et ad primum duobus modis. Primo ꝙ immo de om
nibus in ſupplicatione cōtentis relatione ſua compre-
hendit, dū retulit, prælibatos dominū illuſtrem Regiū
gubernatorem & ſuū cōſilium debere de iure ſe intro
mittere de prædictis indiffinito & generali ſermone,
& ſic ad omnia prædicta refertur ſ. in quod ſuperius eſt
allegatum, & quia reſponſio ſimplex & indefinita ſem
per debet intelligi cōformis ad præcedentem interro-
gationem, & ad omnia comprehenſa in interrogatio-
ne referri, vt in Inſtit. de inutil. ſtip. § quotis. & de inter-
rog. act. l. ſi defenſor. §. 1. verbum autem debet intelligi
non reſtrictiue, ſed declaratiue ad articulū nullitatis. ar
gu. ff ex qui. cauſa ma. videlicet & ad notata in d. §. ſpe-
cies. & §. in fideicommiſſo, reſponderi poteſt, ꝙ ibi lo-
2 qtur de aduerbio. ſ. † vel pōt dici ꝙ aliqñ ſat reſtrictiue
aliqñ declaratiue, ꝓut melius naturę negocij congruit.
Hic aūt magis īterpretādum eſt, quòd declaratiue ſtet.
ar. ff. de legi. & ſen. con. l. benignius. & l. in ambigua Se
cundo etſi reſtrictiue ſtaret ſine præiudicio veritatis,
multo magis nulla eēt facta relatio ſup articulo verita-
tis, & ſuper alijs. ſup quibus nihil retuliſſet, poſſet & de
beret adhuc referre, poſſet enim ſeparatim referre, cū
nihil actum ſit in cōmiſſione, vt de omnibus ſimul re-
ferat, quaſi plures ſint commiſſæ relationes. Et cum ab
vna & eadem parte omnes lites contra alteram inferā
tur vel inuicem communem habentes. arg. ff de arbi.
l. quod tamen. in prin. & de mino. l. etiam. § 1. & de vet.
ob. l. ſcire debemus. in prin. & l. quod pluribus, in prin.
in §. 1. & quod no. per Barto. in prælleg. l. quod tamen,
poſt glo. ſuper ver. ſeparatim.

¶ Ad ſecundum autem allegatum in oppoſitum ꝙ
ſcilicet per illa verba, videlicet in cognoſcendo &c. fi-
nes commiſſionis exceſſit, reſpondetur, ꝙ illa verba ꝑ
tinent ad declarationem ſuæ pręmiſſæ relationis gene
raliter prolatæ, Cùm dixit, dictos illuſtrem dominum
gubernatorem & cōſilium ſuū debere de iure ſe intro
mittere de prædictis, per quem. ſ. modū debeāt & poſ-
ſint ſe intromittere. Clarum autem eſt, ꝙ qui declarat,
nihil de nouo refert, ſed iam relatum ſignificat. argu. ff.
de teſta. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. & de hære. in-
ſti. l. aſſe toto. & de condi. inſtit. l. illa inſtitutio. & de leg.
2. l. vnum ex familia. §. 1. nam etſi ita dictus dominus vi
carius non declaraſſet ſpecifice, nihilominus id inerat
tacite, & de iure ita ītelligebatur, vt in l. ſi vt proponis.
C. quomodo & quādo iudex, & quod ibi tractatur pul
chre per Barto. ideoque expreſſum non habet vitiare,
vel aliquid operari, vt arg. ff. de leg. 1. l. hæc verba. & C.
de fideiuſ. l. non recte. Simile eſt in eo qui excutit grana
ex ſpicis, quia non dicitur nouam ſpeciem facere, ſed
eam, quæ erat, declarare, vt ff. de acqui. re. do. l. adeo. §.
cum quis. Quibus ex omnibus concludendum relin-
quitur, dictum dominum Vicarium & cōmiſſariū for
mam & fines commiſſionis obſeruaſſe, & conſequen
ter ſuam relationem valuiſſet, & tenere.

¶ Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Poſſeſſor non debet amoueri ſine cauſæ cognitio
ne, in quo vocatur his, qui poſſidet, ſed an canonice ele
ctus & ꝯfirmatus poſſit propria autoritate ingredi poſ
ſeſſionem. Et an gratia Papæ ſundans ſe ſuper narrati-
ua, ſi falſa ſit, corruat. Et an credatur verbis aſſertiuis a-
licuius aſſerentis eſſe cōmiſſarium & delegatū Papæ.

SVMMARIVM.

1 Non debet poſſeſſor ſine cauſa cognitione ab ipſa poſſeſſione moueri.
2 Bona ſua propria auctoritate occupare non ſemper permittitur.
3 Falſa narratio gratiæ etiam apoſtolica interueniens ipſam gra- tiam vitiat.

CONSILIVM CXLVIII.

SVPER Eo vero, de quo quæritur, an ve-
nerabilis vir dominus frater Gabriel Ia-
cobi Prætedenatæ abbas monaſterij ſan
cti Michaelis de quarto Ciſtercien. ordi.
Seneñ. diœceſ. debeat in poſſeſſionē con-
ſtitui dicti monaſterii, & venerabilis vir frater Ioānes
Nicolai poſſeſſor dicti monaſterij, & qui ſe quoque di
cti monaſterij prætendit abbatem, de dicti monaſterij
poſſeſſione debeat amoueri, viſis gratia collationis ꝓ-
uiſionis, atque prælationis dicti domini Gabrielis in ab
batem dicti monaſterij facta per ſanctiſſimum domi-
num noſtrum dominum Inno. diuina prouidentia Pa
pā VI. ac literis eiuſdē ſanctiſſimi domini noſtri, quæ
diriguntur Reuerendo patri domino abbati monaſte-
rij sācti Galgani Ciſtercien. ordi vulterañ. diœce. patri
abbati dicti monaſterij sācti Michaelis de quarto, nec-
non & aliis literis apoſtolicis directis conuentui dicti
monaſterij ſancti Michaelis, ac etiā literis benedictio-
nis impenſę eidem domino fratri Gabrieli per reuerē-
dum in Chriſto patrem & dominum d. Benedictū dei
& apoſtolice ſedis gratia epiſcopum Maſſiliñ. de man-
dato sāctiſſimi domini noſtri, quę omnia exhibita sūt
pro parte dicti domini fratris Gabrielis, ac viſis etiam
inſtrumento electionis, & confirmationis ad dictū mo
naſterium in abbatem dicti domini fratris Ioannis per
reuerendum in Chriſto patrē dominum Ludouicum
abbatem tunc monaſterij ſancti Galgani prædicti, ac
nonnullis alijs electionibus & confirmationibus non
nullorū prædeceſſorum cōtra abbatem ſancti Michae-
lis de quarto, & alijs quibuſdam inſtrumentis ad cauſā
facientibus pro parte dicti fratris Ioānis exhibitis & ꝓ-
ductis De iure reſpondendum videtur, dictum domi-
num fratrem Gabrielem non eſſe in poſſeſſionem mit
tendum dicti monaſterij ſancti Michaelis, nec ab inde
ammonendum dictū d. fratrem Ioannem ſine cauſæ
cognitione apud iudicē competentem facta per cap. li
1 cēt epiſcopus. extra de præben. lib. 6. † Non enim dēt
poſſeſſor, maxime cùm iuſto titulo poſſidet ſeu colora
tam poſſeſſionem habet, ſine cauſæ cognitione ab ipſa
poſſeſſio-

poſſeſſione moueri. argu. 16.q.4.c.volumus.& no.per
Io. An.ſuper præalleg.c.licèt epiſcopus.in qua cauſæ co
gnitione cognoſcetur de canonicis collatis petentis &
de iuſta detentione poſſeſſoris ſm Archi.de reſcrip. c.
olim.& ſcribitur etiam per Ioan. And.poſt Innocen.in
c.cum noſtris.extra de concel.præben.& hoc ex eo,q collatio facta dicto domino fratri Gabrieli non fuit fa-
cta cauſa cognita, & dicto domino fratre Ioanne poſ
ſeſſore vocato ſm Io monachi ſuper dicto cap. licèt e-
piſcopus.& Ioan. And in nouel.ibidē,agere ergo prius
oportet dictū dominū Gabrielem,vt ſibi tradatur poſ-
ſeſſio coram iudice competenti,in quo procedetur sū
marie ipſo domino Ioanne poſſeſſore vocato.C.ſi per
2 vim vel alio modo.l.vlti.† Nemini enim licèt etiam
ſua propria auctoritate occupare.C.vnde vi.l.ſi quis in
tantā.16 q.6 c placuit & de pben.c.eū qui.ſecūdo reſpō
ſo lib 6. Ad quod de diuortis.c.porro ſm Ioan. in gloſ.
dicti capituli,licèt epiſcopus. et ſi dictus domin⁹ frater
Gabriel ipſum poſſeſſorem per ſententiam conuice-
rit, tunc per iudicem in poſſeſſionem dicti monaſterij
introducendus erit,non autem propria auctoritate ēt
poſt ſententiam eam occupare poterit ſecundū Inno.
in præalle.c.cum noſtris de conceſ.præbend.poſt hoc
vero conſultus vter eorum videlicet fratris Gabrielis
Iacobi,& fratris Ioannis Nicolai iuſtiorem & potiorē
cauſam habeat in iure & proprietate dicti monaſterij
ſancti Michaelis de quarto,viſis inſtrumentis & publi-
cis literis apoſtolicis,de quibus ſupra cōtinet,inſpectis,
Reſpondeo ſine diſputatione concluſiue cauſa breui-
tatis,dictū reuerendum patrem dominū fratrem Ga-
brielem Iacobi etiam cauſa & proprietatis ius potius
optinere,quod ſic oſtenditur verbis narratiuis literarū
apoſtolicarum de proprio facto ipſi apoſtolici, ſi ſuper
illis gratia vel intentio Papę fundatur. intentio, plena
ria fides,quæ nec contraria probatione perimi poteſt,
adhibenda eſt, vt in cle.literis extra de probatio. & his
quæ ibi notantur per Io. An.in glo.quid ſi talia.Sed Pa-
pa in literis gratiæ & procurationis ad prædictū mona
ſterium narrat quondam Nicolaum abbatem mona-
ſterij prædicti ſancti Michaelis de quarto ad regimen
eiuſdem præſidentem,cupiens ipſe dominus noſter sā
ctiſſimus eidem monaſterio cū vacaret per apoſtolicę
ſedis prouidentiam vtilem & idoneam præeſſe perſo-
nam prouiſionem ipſius monaſterij ordinationi & di
ſpoſitioni ſuę duxit ea vice ſpecialiter obſeruādam de-
cernens ex tunc irritum & inane,ſi ſecus ſuper his per
quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoran-
ter contingeret attentari. Super quibus verbis narrati-
uis fundatur gratia ſanctiſſimi domini noſtri Papæ fa-
cta ſupraſcripto reuerendo patri domino fratri Gabrie
li Iacobi de promotione eiuſdem ad memoratū mo-
naſterium,igitur eiſdem plenarie fides adhibenda eſt,
vt præmittitur per præallega. cle.literis.vt ibi not. Quo
admiſſo illico conſequens eſt,electionem & confirma
tionem factas de prædicto fratre Ioanne Nicolai in ab
batē monaſterij ſæpe dicti non ualuiſſe obſtantibus re-
ſeruatione & decreto ſanctiſſimi domini noſtri, quod
etiam afficit ignorantes, vt ex verbis ipſius decreti ma
nifeſte colligitur,& etiam iure cōi confirmatur per c.
ſi eo tempore.extra de elec.lib.6.& c.pe.de præben.eo.
lib.& in c.1.de concel.præben. eo. lib. & in cle. cum ei
quem eo.tit.Hocq; ipſe ſanctiſſimus dominus noſter
in eiuſdem gratiæ literis atteſtatur.nullum præter eum
ea vice ſe intromittere potuiſſe, ſiue poſſe de prouiſio-
ne ipſius monaſterij reſeruatione & decreto obſiſtenti
bus ſupradictis. Præualet itaque prouiſio p ſanctiſſimū
dominum noſtrum,ſeu promotio facta de reuerendo
dicto fratre Gabriele Iacobi ad monaſterium ſupradi-
ctum. Poteſt autem triplex inſurgere dubitatio contra
memoratum dominum fratrem Gabrielē.Prima† nū-
3 quid ſi per euidentiſſimam facti auctoritatem falſa eſ-
ſe appareat papæ narratio,ſuper qua gratia ſuæ funda-
tur promotionis,eadem gratia reddatur irrita, cum ap
paret dictum reuerendum patrem dominum fratrem
Nicolaūm abbatem dicti monaſterij de quo contendi
tur immediatum iam annis pene 54. vel circa deceſſiſ
ſe,Sāctiſſimū autem dominum noſtrum ab annis duo
bus circa tātūmodo ad apicem apoſtolatus aſſumptū,
vnde non potuit ordinationi ſuæ per viſionē dicti mo-
naſterij præſidente adhuc domino quondam Reuerē-
do patre domino fratre Nicolao eiuſdem monaſterij
regimen obſeruaſſe,qui nec tunc ad apoſtolatus erat a-
pices aſſumptus Sed cum ſupradixerim narratiua Pa-
pæ de ſuo facto proprio, ſuper quibus gratia fundetur;
vel eius intentio contraria non poteſt probatione peri
mi. Hoc allegare non licet,vt in præalleg.cle.literis, &
his quæ ibi notātur in gl. ſuperius annotata præſertim
cum nec appareat dictum quondam abbatem Nico-
laum tanto tempore,vt præmittitur deceſſiſſe, niſi ex
inſtrumento electionis & confirmationis dicti domi-
ni fratris Ioannis,cui nec etiam ſtricto iure ſuper mor-
te dicti quondam Abbatis Nicolai plena foret danda
fides inter eas perſonas, inter quas negocium electio-
nis & confirmationis dicti fratris Io. agebatur per ea;
quæ traduntur in l.cum aliquis.C.de iure deli.& l.opti
mam.C.de contrahen.& commit.ſtip. Et cum appareat
manifeſta Papæ intentio voluntatis, hunc reuerēdum
patrem dominum fratrem Gabrielem dicto monaſte
rio præficere quacunque electione,confirmatione, vel
alia prouiſione alterius cuiuslibet non obſtantibus, poſ
ſitque id facere,vt 9 q 3 c.cuncta per mundum. & in c.
per principalem. & in c inter corporalia.extra de tran-
ſac. Non tam audax quàm temerarius cenſendus eſt. q
ipſius præcepto contrairet. & grauiſſima pœna plecte
dus,vt in c.2 extra de maiori. & obedientia. ſecunda
poſſet eſſe dubitatio contra dictum reuerēdum patrē
d.fratrem Gabrielem,quod in literis ſibi impenſæ be-
nedictionis per reuerendum in Chriſto patrem d.epiſ
copum Maſilien. non apparet de commiſſione ſibi fa-
cta per ſanctiſſimum do. no. ſuper impedenda benedi
ctione reuerendo patri d.fratri Gabrieli, licèt ipſe do-
minus epiſcopus hoc affirmet, cuius aſſertioni non vi
detur eſſe credendum per ea,quæ no.in c.poſt ceſſio-
nem extra de prob,& C.de man.prin l vnica. Sed cū
tabellio,qui confecit inſtrumentum dictæ benedictio
nis,non tantum ipſi benedictioni,ſed ipſi commiſſio-
ni factæ per reueren do.Cardinalem, de qua in dictis
literis & inſtrumentis fit mentio,atteſtatur, vt ex teno
re eiuſdē tabellionis ſubſcriptionis apparet,cui & cre-
dendum eſt,cum & tempore inſtrumenti confecti in-
teruenire potuerit,per ea,quæ not. in l. ſciēdū, per Bar,
ff.de ver.obl.& per gl.in l.1.C.de fide inſtr.& iure haſtę.
fiſ.l.10.Iam ſuper hoc dubitandum non eſt de manda- 2
to,aut ſpeciali viuæ vocis oraculo eidem reuerendiſſi-
mo domino Cardinali.Concludendum eſt,manifeſtū
eſſe per ea,quæ no.Inno.in c.cum olim eſſemus.de pri
uilegiis.nota ſoli aſſertioni Cardinalis credi ſine iura-
mento,vt per c nobiliſſimus 97 diſ.& quod ibi no.per
Archi.in gl. arg. Tertia & vltima obiectio re..crendo
patri domino fratri Gabrieli poſſet fieri,quia non appa
reat,ipſum eſſe profeſſum ordinem ciſtercien. per ca.
cū in magiſtrū. extra de elect. verum cū Papa hæc af-
firmet in ſuis literis,& cum quoque in ſacerdotio con
ſtitutum,hoc itaque credendum eſt, niſi probetur op-
poſitum per ea,quæ not.in præalleg.cle.literis. in gloſ.
quid ſi talia,& de reſcrip.c.nonnulli.in glo.penul.& q a
ex facto proponitur id pro vero & firmo haberi. Con
cluditur itaque prælibatum reuerendum patrem do-
minum d.fratrem Gabrielem in iure & proprietate di
cti monaſterij dicto fratre Ioāne priorem & potiorē.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iu-
ris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

1 ¶ Delictum commiſſum in vna ciuitate an, & quan
do poſſit puniri in alia ciuitate,ſiue reus ſortiatur
forum,ſiue non.Et an vagabundi poſſint vbiq; puniri,
Et an

Et an contractans rem furtiuam de vno loco ad aliũ
dicitur nouum furtum committere, vt ibi poſſit puni-
ri. Et an pax inita inter duas ciuitates proſit ſingulari-
bus perſonis. Et an attentans committere delictũ, ſed
non perficiens debeat puniri, ac ſi eſſet perfectũ. Et ex
quibus cauſis inquiſitio poſſit impugnari. Et an confeſ
ſio facta per carceratum illegitime etiam ratificata ſit
valida, vel ne.

SVMMARIVM.

1 *Quibus ex cauſis ſolet quis forum ſortiri.*
2 *Conſuetudo quid in delictis puniendis operetur, & quid iuriſditio.*
3 *Fur an pro vnico furto famoſus fur, vel latro dici debeat.*
4 *Verbum poteſtas diuerſimode conſiderari poteſt.*

CONSILIVM CXLIX.

SVPER Inquiſitione formata per magni
ficum dominum ſenatorem cõtra & ad-
uerſus Antoniũ Thomaſij Cachini aliàs
dictum Petro Randaſio de ponte Azi cõ-
munitatis Floreñ. & Michaelem Nardu-
cij de ſancto Geminiano, ac Lapuciũ Clementis de Fa
chino cõmunitatis Floreñ. inchoata die 26. mẽſis Apri
lis iam exacto die & ſuper varijs facinoribus per eos ꝑ
petratis, prout in eadem ĩquiſitione probatur, duo sũt
principaliter ſub compendio tamen examinanda. Pri-
mum de meritis inquiſitionis & cauſæ, hoc eſt, quæ nã
eſſe debeant partes eiuſdem magnifici d. ſenatoris to-
tius proceſſus validitate quo ad formam, & verbi con-
tentorum veritate ſuppoſitis. Secundum de iuribus in-
quiſitionis remiſſæ per dictos reos ſiue inquiſitos con-
feſſionis. Et de his duobus quæritur quid iuris.

¶ Circa primũ conſiderandum venit, ꝙ de duplicis
generis criminibus, quo ad præſens attinet, in eadẽ in-
quiſitione pertractatur. Primo de nõnullis criminibus,
quæ dicũtur eſſe cõmiſſa extra diſtrictum & iuriſdictio
nem Senarum. Secundo de aliquibus infra commiſſ.
1 ¶ † Super primis videtur indubitate dicendum, præ-
fatum dominum ſenatorem nullatenus poſſe contra
dictos inquiſitos condemnationem proferre, quinim-
mo nec inquiſitionem potuiſſe formare, cum dicti rei
eiuſdẽ iuriſdictioni nulla ſint ratione ſuppoſiti, nec ra
tione originis, aut domicilij, aut criminum in commiſ
ſo ſibi territorio cõmiſſorum, quibus ex cauſis ſolet
quis forum ſortiri in huiuſmodi cauſis. ff. de iudi. l. om
nem. & l. hæres abſens. & quod ibi not. & ad municip.
l. aſſumptio & l. incola. & quod in eis not. extra de fo.
compe. c. licèt. Neque enim prius iuris ratio, quàm per-
ſona quærenda eſt, vt ff de teſta. l. ſi quæramus. & de iu-
re codic. l. quidã referũt. in prin. Sed nec ex ea ratione,
quia hi, de quibus quæritur, forſitan ſunt vagabundi, qđ
in ipſo titulo inquiſitionis aſſeritur, quoniam dato ſine
præiudicio veritatis, quod ita foret, quãuis iudici hoc
non conſtet, vt ex actorum inſpectione cognouerim,
ex quibus ipſe iudex debet ſuam formare ſententiam,
vt ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. veritas, nec in nullo ei cre
ditur, niſi quatenus legitimis conſtiterit documentis,
vt extra de probati. c. quoniam contra falſam, nihilo-
magis contra eos de eiuſmodi criminibus extra ſuam
iuriſdictionem commiſſis procedere poſſet, aut ſentẽ
tiam formare, illud namque quod ſcribitur in l. 1. C. vbi
de cri. agi opor. procedit ſm ius commune, quo vniuer
ſus orbis Romanorum ditioni cum imperio ſubiectus
eſt, & quo cæteræ ciuitates priuatorum vtuntur vice,
cæteræ ciuitates quæ cum de facto ſuperiorem non co-
gnoſcunt, & quæ vices principis tenẽt, quales ſunt in-
ter cęteras partes Tuſciæ magnificæ cõmunitates Flo-
rentina & Señ. vt ipſa rei euidentia manifeſtat, reus cri
minis capitalis in vna earum, imo & damnatus & ban
nitus, in altera minime reus ſit aut plectitur, etiã ſi ſint
inuicem fœderatæ, vt ſunt ciuitates Floreñ. & Señ. ſm
ꝙ hæc omnia probantur ex traditis, & notatis per do-
minum Barto. mult elegantẽr. ff. de captiuis. & poſtli.
reu. l. non dubito. & l. hoſtes. & iſta obſeruat conſuetu-
2 do† quæ eſt optima legum interpres, vt ff. de leg & ſen.
conſul. l. ſi de interpretatione. nam ſiquis in ciuitate
vel diſtrictu Florentiæ etiam homicidium commiſe-
rit, cum fuerit in territorio vel ciuitate Señ. ſecutus eſt,
& econtra, ibique ſecure commorabitur, nec ibi capi
tur vt ad locum cõmiſſi criminis remittãtur, quod iu-
re quidem cõmuni proſpecto certo certius eſt fieri de-
buiſſe, vt in Auth. vt nonnulli iudicum. §. ſiquis vero cõ
prehenſorum, & in l. ſi cui. § fi. ff. de accuſ. & ita etiam
notatur de facto hoc ius non ſeruari per Bald. in l. hæ-
res abſentis. in fi ff de iudicijs, & aptius in l. 1. C. vbi de
crimine agi oportet, & ibide refert ita tenuiſſe Odof.
in auth. qua in prouincia, quam opinionem dicit con-
ſuetudine approbatã, quinimmo etſi reus capitalis cri-
minis in ciuitate, quæ ſuperiorem non cognoſcit, aut
etiam de facto recognoſcit, ſe transferat ad aliam ciui
tatem, quæ ſub eadem iuriſdictione non conſiſtat, ibi-
que domicilium mente & habitatione conſtituat, qđ
& fieri poteſt, vt ff. ad municip. l. domicilium. & l. inco
la, quamuis ibi domicilũ ratione forum ſortiatẽ, vt not.
vbi ſupra. De facto tamen propter reparationem iuriſ-
dictionum, ſiue principatuum, vt ita dixerim, neque ibi
accuſatur aut punitẽ, vt ex facto quotidie proſpicimus
obſeruari. Multo igitur minus punietẽ ſi ibi nõ habeat
domicilium, ſed vagabundus dicatur exiſtere vt in præ
ſenti proponitur. minime igitur mutãda ſunt, quæ cer-
tam diu interpretationem habuerunt, vt ff. de lega. &
ſen. conſ. l. minime. nec hoc quod a libertate populi ſi-
ue ciuitatis ipſius magnificę Señ. trahit originẽ, vt quiſ-
quis maieſtatem ſuam non offenderit atque in ea ſecu
rus libere moretur. inſuper ſubiungendum eſt per ip-
ſum ſenatorem maxime, qui ad hoc principaliter ſtu-
dere debet, vt ipſa popoli magnifici libertas & maie-
ſtas teneatur. & hoc de primo genere criminum, quæ
reis, de quibus quæritur, impinguntur, hoc eſt, quæ ex-
tra ditionem Señ. fuere patrata.

¶ De ſecundo autem generale tria tñmodo compe
rl his inqſitis obijci, vnũ. ſ. eorũ ſingulis, & vnũ ambobꝰ
cõiter, de his nãque duobus primis inquiſitis dumtaxat
loquor, q ſunt in ſortia mag. ꝑfati dñi Señ. Obijcitur q
dẽ primo dicto Antonio ſiue ꝑ forãdaſio crimẽ furti fa
cti ꝑ ipſum de certis rebus in caſtro Plũbini, qđ nõ eſt
ſub ditione dominorũ Sen. ſed poſt in ciuitate Sen. cõ-
tractis, ideoque & hic furtũ fecerit ratione delicti, hic
in ciuitate Sen forum ſortitus videatur per l. ſi domi-
nium. & quod ibi not. per Barto. ff. de fur. & de condi.
fur. l. ſed nec legatarius, ſed quam ſit dubia illa ſentẽtia
Barto. apud legum dominos, nemo eſt, qui neſciat, ha-
beo nãque conſiliũ olim bonæ memoriæ domni Ioan
nis de Lignario, qui quantę fuerit dignitatis & auctori-
tatis in ſcholis & in iudicijs omnes intelligunt, & alio-
rum ſex vel vij. doctorũ bononienſium, quorum etiã
hodie nonnulli viuunt ſat celebris famæ, qui in hoc ꝯ-
tra Barto. cenſuerunt, quorum allegationes temporis
anguſtia pro hac inſertis gratia breuitatis accipio. Sed
etſi etiam hic accuſari eum poſſe atq; puniri quis Bar-
to. ſententiam magis imitandus exiſtimet, attamen ſe-
cundum ſtatuta huius inclitæ ciuitatis eum eſſe puniẽ-
dum non ambiget, cũ eum ex delicto tanquam hic cõ
miſſo plectendum fateatur ſit neceſſe, ſecundum quæ
ſtatuta non corporaliter, ſed pecunialiter ſit damnan
dus, quibus vnicuique furtum eſt licèt pluribus locis &
ſeparatis cõmiſſum, vt ſingulariter probatur. ff. de fur.
l. inficiando. §. infans arguendo de tempore ad locũ, qđ
licet, vt ff. ſi cer. pe. l. vinum. & de triti. l. fi. Et videtur etiã
hoc placuiſſe Bald. in auth. ſed nouo. C. de ſer. fugi. Ex
3 vno aũt furto† præſertim ita paruo furẽ famoſũ ſiue fa
moſum latronem non fieri, perq̃ manifeſtũ eſt, ſecun-
dum quod no. per glo. in auth. præalleg. ſed nouo iure,
& ibidem per Bald. & licèt alicuius generis delicta plu
ra cõmiſerit, idcirco fieri furem famoſum nullibi cau-
tum inueni. Nec noſtrũ eſt pœnas ampliare, imo

potius

potius reſtringere & molire, vt ff. de pœ. l. interpretatione. & de regu. iur. l. factum. §. vlt. & extra eo. c. in pœnis. Porro cum glo. in dicta auth. ſed nouo iure. dixerit, qui conſueuerit furari, conſuetudinem furandi, non generaliter delinquendi, vel alio modo caute notaſſe colligitur. Michaeli autem in eiuſdem ſerie inquiſitionis impingitur, ꝙ in territorio Sen. captos ſcilicet Io. Franciſci & Antonium de Latrice de Aretio Sen habitatores cum alio quodam, & in territorium Florentinũ ductos & tentos, Tandem recepto auro quibuſdam ipſorum captorum inimicis tradiderunt, quos & accipientes necarũt. Sed hic excuſatio adducitur, ꝙ per pacem inter magnificum commune Florentiæ & commune Señ. factam, ipſiuſque pacis capitula eiuſmodi crimen prorſus abolitum eſt ex pleniſſima & generaliſſima remiſſione inuicem facta omnium iniuriarũ, homicidiorum, & offenſionum factorum & factarum etiã in ſingularitate & ſingulas perſonas in alterutrũ, vt conſtat publico pacis documẽto inde ꝯfecto. 1404. de menſe Aprilis. Cùm maleficiũ, de quo in præſentiarum contenditur de anno domini 1399. dicatur fuiſſe perpetratum, quo tempore guerra inter præfatas magnificas cõmunitates vigebat. Nec illo tunc hic Michael bannitus erat ab ipſa ciuitate Florentiæ, nec probaẽ, vt dicat quis non profuiſſe ſibi memoratæ pacis beneficium. Ea autem pacis capitula & pacta pro legibus & ſtatutis Señ. fore obſeruanda nemo qui ſapiat, dubitauerit, cùm pactiones eorumque contractus, qui leges poſſunt facere, pro legibus ſint, vt ff. de publ. l. cęſar. & C. de dona. inter vi. & vxo. l. pe. & not. per d. Barto. ff. ſi cer. pe. l. ciuitas. & probatur aperte propoſitũ ff. de pa. l. conuẽtionum. vbi eſt expreſſum. & facit quod ibi no. per Barto. Sed & ſecundo ad excuſationem ipſius Michaelis adducitur, quoniam huiuſmodi maleficium ꝑpter multi temporis lapſum amplius nequit in cognitionem deduci propter ſtatutum Señ. de modo & ordine procedendi, in 3. col. ſiue diſpoſitum, ꝙ vetat de ita antiquo crimine inquiri, & licèt in poteſtatem latã ſit eiuſmodi ſtatutũ, exempli tamen loco, non vt in ipſo tñmodo ius id arctaret dictũ. credendum eſt. arg. ff. de legi. & ſe. con. l. iura non in ſingulas. & de vi & vi ar. l. 1.
4 §. ꝙ vulgo. Præſertim † quia hic terminus poteſtas ſatis eſt differens ad ſenatorem. & tũc temporis ſorum. ſ. ſtatutorum hoc officium ſenatorum & ſpecialis poteſtatis non vigebat. facit quod no. Cyn. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & ſeruo corrup. & quod pulchre traditur ꝑ Bal. in præalleg. authen. ſed nouo iure. vbi tractat magiſtratum, qui iuriſdictionem accepit a ſtatuto ciuitatis ſiue a ciuitate, non ſm ius cõe, ſed ſm iura ipſius ciuitatis debere iudicare, tanquam a iure cõi ſit receſſum. Rurſum cũ dictus Michael dictos captos nõ occiderit, nec in territoria Señ. in manus illorũ tradiderit, videtur nõ de homicidio quaſi in territorio Señ. cõmiſſo plectendum, ſed potius Florentiæ, ꝙ in eius ditione patrata. argu. eius ꝙ pulchre ſcribitur per Cy. in l. qui de crimine. C. de accu. in 4 q. vbi notat, ſi inſultatum in vnius iudicis territorio inſecutus, & in alterius territorio occidero, vbi occidi, me plectendum. Ex his igitur tribus, vel vna aliqua earum excuſatione videtur idem Michael protinus excuſari &c.

¶ Supereſt de tertio crimine, quod vtrique eorũ cõmuniter hoc eſt Antonij & Michaelis aſcribitur diſceptare de conſpiratione, videlicet per eoſdem, vt aſſeritur, facta contra ſer Rondinellum in ciuitate vel cõtatu Señ. Sed cum excogitatũ facinus ad effectũ nõ produxerint, puniẽdi extraodinariè quidẽ ſunt, vt ff. de extraordi. cri. l. j. in prin. Non tñ perinde ac ſi ſcelus protinus perfeciſſent, & hoc obſeruat generalis cõſuetudo, vt non niſi homicidio ſubſequuto teneatur de homicidio ſecũdum quod no. Spe. in titu. de accuſa. §. 1. ver. quid ſi primo. in fi. & Cy. in l. is qui cũ telo. C. ad l. corn. de ſic. & Ia. de Are. in l. aut facta. §. euentus. & ibi ꝑ Barto. ff. de pœ. & in l. 1. §. onus. ff. ad l. cor. de ſic. Præſertim cum hi non deuenerint ad actum proximum niſi verbi tantum modo, per ea, quę no. per doc. in l. ſi quis nõ dicam. C. de epiſc. & cler. Quod namque in inquiſitione continetur. ſe ſæpe inſidias poſuiſſe. multum generale eſt, nec actum facti proximum ſceleri cõcepto de neceſſitate concludit. arg. in l. ita fideicõmiſſum. ff. de iure fiſ. & C. de inoff. teſta. l. liberi & in illo Catonis. Nã lachrymis inſtruit inſidias dum fœmina plorat. & hoc de primo principali vbi concluditur, dictum magnificum dominum Senatorem ad vllam corporalem ſententiam contra dictos inquiſitos proferendam tanquã homicidas aut publicos & famoſos latrones neq; debere neque poſſe procedere, ſed ad pecuniariam & extraordinariam quidem poſſe, & debere.

¶ Circa vero ſecundum principale pauciſſimis ago, quoniam ſuperiora, quæ cauſæ merita concernunt, fortius demulcẽt, Et non tenuiſſe quidem inquiſitionem eiuſmodi ex forma ipſius defectus ſolennium, quæ ex iure in formanda inquiſitione deſiderantur, quæ plene tractant doc. in l. ea quidem. C. de accuſa. & ſpecialiter Bald. poſt Cy. nulla namque apparẽt hic indicia præcedentia. nec iudici hoc aſſerenti creditur, vt extra de ꝓba. c. quoniam contra falſam. & facit c. licèt hæly. & c. qualiter & quando. extra de accuſa Secundo probatur ex facto, ꝙ dicti inquiſiti acriter torti ſunt, ꝙ & ſufficiẽter probari ſtatuto congruo termino firmiter aſſeueratur. conſequens eſt igitur, vt & confeſſio extorta nõ pręcedẽtibus legitimis indiciis ad quæſtionem nõ teneat, etiam ſi in ea perſeuerent, vt eſt tex. ſingularis ſecundũ vnam doctrinam & lec. in glo. poſitam, in l. pe. ff. de q̃ſtionibus. & ibi per Barto. & l. 1 §. diuus. eo. tit. Nec puto arbitrium datum iudici, hanc defenſionem tollere, vt eleganter ait in ſimilibus terminis Barto. in l. filiusfamilias ff de dona. & Io. An. in cle. ſæpe. extra. de verbo. ſigni. Eſt enim extorta eiuſmodi confeſſio per vim illicitam, & non recte a magiſtratu illatam, quæ iuſta defenſio eſt, vt ff. quod me. cau. l. continet, & hæc de ſecũdo & vltimo conſultationis articulo dicta ſufficiant.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Laudum latum a duobus ex tribus arbitris an dicatur nullum, & an ſtatutum tollens omnem nullitatẽ intelligatur tollere etiam eam, quæ ex iuriſdictionis defectu procedit. Et an procurator conſtit. ad appellandũ poſſit appellare a ſententia. Et an minor læſus per procuratorem aut tutorem poſſit reſtitutionem petere, qua pendente executio ſuſpendatur.

SVMMARIVM.

1 *Perſona iudicantis potius inſpicienda eſt, quàm iuris reddendi vel reddens ratio.*

2 *Appellationis inſtantia multum differt ab inſtantia principali.*

3 *Aduerbium, fruſtra, nullitatem denotat, vbi dicitur actus iudicialis fruſtra fieri.*

CONSILIVM CL.

QVIDAM Ciues Señ. habebat litem & q̃ſtionem cũ quibuſdam filiis & hæredibus Mariani pupillis, & cum eorũ matre & tutrice eorum nomine defendente. Tandẽ per dictos ciues, ſiue eorum procuratores ex vna parte, & dictam tutricem, ſiue procuratorẽ dictæ tutricis ex altera factum fuit de dicta lite & quæſtione compromiſſum de iure & facto in procedendo, & de iure tantum inſinuando in duos arbitros, quibus diſcordantibus datus fuit tertius ſecundum formam ſtatutorum Señ. Qui tertius ſimul cum vno arbitro, altero arbitro abſente & non citato, & abſente dicta tutrice & dictis pupillis, vel eorum procuratoribus & non citatis laudauerunt, & condemnauerũt dictos pupillos & eorum

& eorum tutricem ad dandum & ſoluendum dictis ci
uibus 80 flor. auri, a quo quidem laudo nõ ille procur.
qui compromiſit, ſed alius procurator dictæ tutricis ap
pellauit dicendo, dictũ laudũ nullum, & in quantũ eſſet
aliquod, ꝙ erat iniquũ. Et dato libello reciſſorio ſuper
appellatione prædicta non fuit appellationem proſe-
quutus, propter quod dicta appellatio fuit deſerta. Mo-
do dicti ciues petunt exequutionem dicti laudi contra
dictos filios hæredes dicti Mariani, qui adhuc hodie ꝓ
maiori parte ſunt pupilli, & aliqui adulti minores 25.
annis. Opponitur pro parte dictorum filiorum & hæ-
redum dicti Mariani, ꝙ dictum laudum non valet ex
eo maxime, quia latum per duos ex tribus arbitris ter-
tio abſente & non citata tutrice, & eius procuratore,
& aliis rationibus. Replicatur pro parte dictorũ ciuiũ,
ꝙ per procuratorẽ dictæ tutricis fuit a dicto laudo ap-
pellatum, & dicta appellatio deſerta, & ſic non poteſt
amplius de nullitate opponi obſtante infraſcripto ſta-
tuto. Reſpondetur, ꝙ dictũ ſtatutum non habet locum
in caſu noſtro maxime, quia loquimur de laudo qđ eſt
nullũ. Et in q̃tũ dictũ ſtatutũ habeat obſtare dictis filijs
& hæredibus minoribus 25. annis petunt ſe in integrũ
reſtitui, & reponi aduerſus dictã deſertionem dictę ap
pellationis, vt poſſint eam proſequi, cum ſint læſi ex ta
li deſertione. & ſint minores 25. annis, & de vtroque di
cunt conſtare in actis. C. de læſione, minori ætate, & ſic
incontinenti probatur. Triplicatur pro parte dictorũ
ciuium, ꝙ imo tale ſtatutũ generale loquitur, dum di-
cit omnis cauſa appellationis &c. et ſic comprehendit
etiam quando a laudo eſt appellatum, & ꝙ reſtitutio in
integrum iſto caſu non debet concedi ex eo maxime,
quia dicti filij & hæredes minores habent auxilium or
dinarium & regreſſum ad procuratorem ſiue contra
tutores, qui appellauit & appellationem deſeruit. arg.
l. properandũ. de iudi. in fi. & l. cum mandato. ff. de mi-
no. cum ſimili. Quæritur ergo de tribus præſupponen-
do ſine præiudicio, ꝙ dicta mater fuit tutrix legitima,
& ꝙ procurator fecit dictum compromiſſum. & q po-
ſtea appellauit, fuerit ab eo legitime conſtitutus, & ꝙ
tam tutrix, q̃ dicti procuratores ſint ſoluendo pro quã-
titate, de qua litigatur.

¶ Primo nunquid dictum infraſcriptum ſtatutum,
qđ prohibet de nullitate opponi deſerta appellatione,
habeat locum in caſu noſtro prædicto.

¶ Secundo poſito, ꝙ locum habeat, nũquid dicti mi
nores poſſint contra dictã deſertionem dictæ appella-
tionis tanquam ex ea læſi petere in integrum reſtitu-
tionem de iure.

¶ Tertio ſi poſſint dictam reſtitutionem petere de
iure, & eam petierunt offerendo ſe ſtatim & incontinẽ
ti ꝓbaturos, nũquid petitio dictæ reſtitutionis habeat
impedire executionẽ dicti Laudi ſuppoſito, ꝙ dicta
Lauda & arbitramenta habeant executionem paratã
ſecundum formam ſtatutorum. Tenor autem ſtatuti,
de quo ſupra fit mentio, eſt iſte proxime infraſcriptus
videlicet. Omnis cauſa appellationis terminari de-
beat intra duos menſes a die dati libelli non compu-
tato tempore feriarum non obſtantibus aliquibus pro
teſtationibus &c. Et niſi dicatur deſerta tantum appel
latio, non poſſit opponi de nullitate, neque per viam
agendi, neque excipiendi. Itẽ quæritur in caſu, in quo
non obſtaret, illum, qui appellauit, habuiſſe mandatũ,
quia negatur modo per dictos filios hæredes eum fuiſ-
ſe procuratorem, nunquid illa appoſitio habeat in ali-
quo præiudicare dictis minoribus.

¶ Ad primum de quo quæritur omiſſa diſputatione
breuitatis ſtudio puto dicendum; de nullitate dictæ sẽ-
tentiæ non obſtante ſtatuto ſupra relato pro parte di-
ctorum pupillorum opponi poſſe. Primo, quoniã cùm
propoſitio nullitatis ab aliqua ſententia lege remota ẽ,
ea tamen ſpecies nullitatis, quæ ex defectu iuriſdictio-
nis ſiue notionis in pronuntiante cõtingit, remota nõ
intelligitur, vt eleganter notauit Io. An. in glo. ſua ordi
naria de ſequeſtr. poſſeſ. & fruc. cle. 1. ver. fi. apparatus.
oportet namque primũ de perſona pronunciantis cõ
1 ſtare. non enim † prius iuris ratio, q̃ perſona quærenda
eſt, vt de iure codicil. l. quidam referunt. & de teſta. l. ſi q
ramus. pro quo facit quod notatur per Barto. ff. qui ſa-
tiſda. cogan. l. 2. §. ait prætor. poſt glo. & per eundem ſe
cundum Nico. Ma. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 2. Conſtat
autem ſententiã latã a duobus ex tribus arbitris vel de
leg. iudicibus tertio non præſente ex defectu poteſtatis
pronunciatam, apud quos ſolos non reſidet pronun-
ciandi poteſtas, nullam eſſe, vt expreſſe probatur extra
de arbi. c. a. lib. 6. & ff. eo. l. item ſi vnus. §. vltimo. cum la
ſeq. & de re iud. l. duo ex tribus. facit c. vno delegatorũ.
extra de offi. & poteſtate iudicis delega. & quod ibi per
dominũ Inno. & eo. titu. c. cauſam matrimonii. Secun
do principaliter confirmatur hæc ſententia, quoniã fa
ctum eiuſdem procuratoris appellantis, & appellatio-
nem deſerentis pupillis nocere non potuit. Nam man
datum generale ad cauſas, vel etiam ad appellationes
interponendas ad eas appellationes pertinet, quæ iure
poſſunt interponi, non ad eas, quæ non iure interponũ
tur. ar. ff. de condi. inde. l. ſi procurator. & de his, quæ in
fraud. credi. l. ſi patet. Sed a ſententia nulla nõ iure pro-
uocatur. dicitur namque prouocatum fruſtra eſſe, vt ff.
de appe. l. ex conſenſu. §. j. & l. ſi conſtat. & C. quando
prouo. non eſt neceſ. l. non eo die. & notantur per glo.
in eo. tit. l. ſi a ſententia nulla interpoſitam non tenere
prouocationem, ſiue nullam eſſe, vt etiam notarũt ibi
doc. igitur ad appellationem huiuſmodi iniuſtam ge-
nerale mandatum non porrigitur. Præſertim ſi ex eius
interpoſitione pœna ſequi poſſet dominum, quale fie
ret in propoſito, ſi diceretur ex eius interpoſitione ad
omiſſa poſt proſequutionem ſentẽtiã, quæ nulla erat,
confirmari, hoc eſt ſine dubio pœna fieret, ad quod be
nefaciunt notata per d. Barto. in præalleg. l. ſi procura-
tor. ff. de condi. inde. Illud aut nec improbabiliter dubi
tabitur. cum hic tutricis procurator eſſe proponatur.
potuerit ne tutrix ante litem. ſ. a ſe in cauſa appellatio
nis conteſtatam eam appellationis cauſam per procu
ratorem exercere, videtur ꝙ non, vt C. de procur. l. ne-
2 que. Eſt † namque alia cauſa, ſiue inſtãtia appellationis
ab inſtantia cauſæ principalis, vt C. de procur. l. ita de-
mum. & l. inuitus & in eis notatur. Tunc tãtum poteſt
tutor procuratorem conſtituere ad inſtar procurato-
ris, cum per conſtitutionẽ factus eſt dominus litis, hoc
eſt inſtantiæ, vt in l. nulla. C. de procur. & ff. de doli ex-
cep. l. ſi procurator. §. itaque. tanquam appellatione mi
nime interpoſita, neque appellationis cauſa acta, cũ nõ
per legitimam cauſam appellatum neq; appellationis
exercitata ſit conſequenterque nec deſerta appellatio-
nis cauſa dici poteſt, ceſſabunt verba ſtatuti ſuperius re
citari. Neq; enim ſentiendum eſt, extraneum quẽque
poſſe per appellationis interpoſitionem, ipſiuſq; inter-
poſitæ deſertionẽ alieno iuri præiudicare ſine eius cõ-
ſenſu, vel voluntate, vt ff. de regn. iur. l. non debet alte-
ri, &c. Rurſum & tertio principaliter attentari poteſt,
quoniam verba ſtatuti de appellationis cauſa loquun-
tur, oporteret cauſam appellationis ſubeſſe. Non dici-
tur autem appellationis cauſa cùm fruſtra interponi-
3 tur, † quod aduerbium fruſtra ipſo iure nullitatem ſi-
gnificat. arg. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. fruſtra au
tem a ſententia, q̃ nulla eſt, prouocatur, vt de appe. l. ex
conſenſu. §. 1. immo & ambages fruſtra interpoſitæ ꝓ-
uocationis per legislatorem appellantur, vt C. quando
prouo. non eſt neceſ. l. cum non die. Ceſſant igitur ver
ba legis municipii in caſu propoſito, ergo & eius ceſſat
diſpoſitio ar. ff. de act. l. hos accuſare. §. omnibus. Ad qđ
facit quod no. per Barto. ſecundum Nico. Mat. in prę al
leg. l. 1. §. 2. quod vi aut clam. dum de ſtatuto mentionẽ
faciente de laudo arbitri, vel præcepto iudicis tractat.
Quarto roborantur hæc, etſi ſine veritatis præiudicio
ſæpe dicti ſtatuti diſpoſitioni locus foret. Attamen eiuſ
modi ſtatuto ſolum actio & exceptio nullitatis dene-
gatur, non autem iudicis officium abrogatur, quod nõ
nunquam etiam deficiente exceptione, æquitate ſua-
dente

dente imploratur, vt ff. de hære. peti. l. plane. & l. fi. & qđ in eis notatur. Poterit itaque pars pupillorum, etiã ſi exceptio negaretur, in locum deficientis exceptionis officium iudicis implorare. & ita elegãter tradidit Bar. pene in ſimilibus terminis in præallega l. 1. §. 2. ff. quod vi aut clam. Poſtremo reo quoque tacẽte, hoc eſt, ipſis pupillis, ſiue eorum cauſam agentibus iudex, cui cõſtiterit agentibus ipſo iure actionem non competere, ex officio ſuo debet eos repellere, etiam ſi rea pars nõ poſſit exceptionem proponere, vt notatur per gl. & doctores & ſpecialiter per d. Bar. to. C. de tranſac. l. vbi pactũ. Quibus ex omnibus relinquitur ad id, de quo primo loco quæritur, concludendum dicto ſtatuto non obſtante non poſſe memoratæ arbitralis ſententiæ executionem contra pupillos, ſeu minores poſtulari, ſiue[?] per iudicem fieri, & hæc de primo quæſito.

¶ Ad ſecundum, de quo quæritur, videtur prima frõte reſpondendum, non poſſe reſtitutionem poſtulari per ſuperius allegata, niſi prius excuſſis dicto procuratore & tutrice. arg. ff. de mino. l. cum mandato. & C. de iudi. l. properãdum. §. fi. & niſi prius probata iuſtitia cauſæ principalis in partem minoris. arg. ff. de iureiur. l. nã & poſtea. § ſi minor. & quod ibi not. per Bar. verſus finem apparatus. Contrariam tamen ſententiam meliorẽ puto per generalia & vulgaria iura minoribus ſuccurrentia tam in neglectis, q̃ in geſtis in iudicio, vel extra per ſe, vel tutores aut curatores ſi capti ſint, vt C. de in inte. reſti. mi. l. minoribus. & l. antepe. etiam ſi tutor ſecundo & tertio. & ff. eo. l. ait prętor. per totam l. & l. ſi fine. §. fi & penul. & l ſeq minor 25. obmiſſa. Supereſt ad allegata in diuerſam partem reſpondere, & ad l cũ mandato. ff. de mino. reſpondetur, ꝙ loquitur in procuratore minore hoc eſt a minore ſolẽniter cõſtituto, aduerſus quem minor agere poteſt, & cogitur prius, qđ reſtitutionem poſtulet. Hic autem de procuratore tutricis proponitur, cum quo minores agere non poſsũt, ſed ipſa tutrix tantum vnde ipſis minoribus contra tutricem non eſt negãda reſtitutio, licẽt poſſent actione tutelæ perſonali conuenire, vt in præalleg. l. etiam. quæ eſt l. 3. C. etiam ſi tutor vel curator. l fin. & vtrobiq; notatur, perinde namque acſi ipſa tutrix cauſam egiſſet et deſeruiſſet, cum per alium procuratorem egerit. ar. ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. Quo caſu certo certius eſt electionem minoribus dari, vtrum tutricẽ actione tutelæ conueniat vel in rẽ ſuam ſe reſtituat. Ad l. autem properandum reſpondetur, ꝙ ibi loquitur in cauſa principali, quo caſu per deſertionem ſolam inſtantiam perire integro iure contenditur. Tũc. n. prius tutor conueniendus eſt, q̃ reſtitutio poſtulanda. vbi autem etiam ius perit cum inſtantia, quale eſt in propoſito, vt in auth. ei qui appellat. C. de temp. appe. & in præalleg. conſti. municip. minoribus electio reſeruatur, vt in auth. de hære. & fal. §. pupillis. & ita notatur in præalleg. l. properãdum. §. fi. & in l. ſuperius etiam allegata, & per doc. communiter approbantur. Ad §. ſi minor, reſpondetur, ꝙ apparet manifeſta læſio minoris, qui ante appellationem deſertam ipſo iure non tenebatur de ſententia, quæ nulla erat. Non autem teneretur efficaciter ſine veri præiudicio, ꝙ ſententia in expugnabiliter confirmetur auctoritate ſtatuti, Cũ ſi proſequutus fuiſſet procurator cauſam, clarum ſit, ipſos minores victoriam fuiſſe relaturos, hoc eſt, fruſtra fuiſſe prouocatũ, quia ſententia nulla, vt notatur C. quando prouoca. nõ eſt neceſ Et hæc procedunt, poſito ꝙ aliqua lege municipali ab arbitrorum ſententia poſſit appellari, Cæterũ ſi non poſſit, tum nec iure communi poſſet, etiam ſi valida fuiſſet, vt C. de arbi. l. 1. planum eſt ſtatuti verba ſupra relati & ſequentis, nec ipſum ſtatutum locum habere quod pro ſexta ratione ad confirmationem deciſionum in articulo præcedenti etiam probabiliter adducatur, & hæc de ſecundo articulo.

¶ Ad tertium expeditiſſime reſpondeo, petitam reſtitutionem, cũ non per calumniam appareat peti, executionem impedire, vt C. de in integr. reſti. poſtu. ne qđ noui fiat. ĩ rubro & nigro. & quod ibi notatur, & ſic de falſis inſtru. l. fi. & ff. de iudicijs. l ſi prætor. §. marcellus. & §. ſe. extra de in ĩteg. reſt. l. ſuſcitata. & hæc de tertio.

¶ Ad quartum apparet ex his, quæ in quæſito priore tractata ſunt negatiue facienda reſponſio.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius Placentin. Nunc autem in patauino ſtudio iura legẽs ciuilia ſub Illuſtriſſimo Ducali Venetorum dominio. Et ad omnium præmiſſorum fidem pleniorem ſcripſi, eaque ſigilli proprij impreſſione muniri iuſſi &c. Sint gratiarum actiones.

ARGVMENTVM.

¶ Inſtrumentum fidem non facit, ſi negetur ſcribentem non fuiſſe tabellionem, niſi adiuuetur alijs adminiculis, & quid operetur quaſi poſſeſſio tabellionis & literarum cõparatio. Et an ſtatutum poſſit annullare inſtrumenta confecta ab eo, qui non eſt in matricula notariorum. Et alienatione prohibita ſi fiat contra, qualiter agi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura ad hoc vt fidem faciat vel aliquam faciat probationem an neceſſario debeat eſſe ſolenniter & per tabellionem exhibita.*

2 *Lex vel ſtatutum loci præcipue conſideranda ſunt, vbi de viribus actus geſti quæritur.*

CONSILIVM CLI.

EGREGIVS Miles dominus Obertus de Laudo dedit in paraſetnum dominæ Catherinæ filiæ, & tunc vxori egregij viri Bernabouis de Lando quoddã fictũ certę quãtitatis annuatim præſtandæ pro certa parte cuiuſdam caſtri & terrarũ ibidem poſitarũ vtẽdũ, & fruendũ cõiter inter ipſos iugales. & ſoluto matrimonio pleno iure redeant in hæredes dictæ dominæ Catherinæ. & ita iurauerunt omnes in dicto inſtrumento prædictę dationis partes. Apparet quoddam poſt ſtatum inſtrumentum publicum, ut prima facie videtur per menſem, in quo eidem dominus Obertus poteſtatem conceſſit dictæ dominæ Catherinæ præſenti alienandi, vendendi, diſtribuendi, codicillandi, teſtandi, mortis cauſa donandi, & ordinandi de dicto ſuo paraferno, & de omnibus alijs ſuis bonis & iuribus arbitrio ſuo, & pro & ſicut voluerit, & ſibi placuerit ſine licentia & requiſitione dicti domini Oberti patris ſui, & ita promiſit dictæ do Catherinæ filiæ ſuæ & notario tãq̃ publicæ perſonæ ſtipulanti & recipienti &c. & iurauit ita. poſt hæc per duos annos vel circa dicta Catherina mortis cauſa reliquit, & donauit ſupraſcripto Bernaboui præſenti dictũ paraſernũ, & valere voluit iure codicillorum, & cuiuslibet alterius vltimæ volũtatis. & donationis cauſa mortis. Et mortua eſt poſtea ſuperſtite dicto Bernaboue marito ſuo. Dehinc præfatus dominꝰ Obertus in codicillis, quos poſt mortem dictę ſuę filiæ fecit, ſe hæredem filiæ ſuę vocans in teſtamento, quod fecerat, reliquit certam partem magnam dictæ annuæ præſtationis perpetuæ ex cauſa emphyteutici contractus ſibi debitæ, vt præfertur, Ioanni de Lando, Cuius Io. legatarij filius & hæres bis confeſſus eſt ſe accepiſſe a debitoribus ſeu nomine debitoris dictam annuam ficti præſtationem partem, quam ſibi dictus dominus Obertus ſeu patri ſuo legauerat. Et veniẽs ad mortem idem filius & hæres legatarij filiam vnicam ſibi hæredem inſtituit. Eique alium ſubſtituit per fideicommiſſum. filia autem agnita patris hæreditate idem fictum auo ſuo paterno relictum, vt præmittitur, dedit ipſum inſolutum matri ſuæ ſorte pro debita ſibi dote. Nunc autẽ mortuo dicto domino Bernaboue filia ſua hæres patris totum fictum & vtile dominium ipſarum rerũ in emphyteuſim datarum virtute præfatæ donationis

mortis

mortis cauſa factæ dicto Bernabnui patri ſuo petit &
vendicat. Obiicitur, ꝙ dictus dominus Obertus nunq̃
conceſſit dictæ filiæ ſuæ prætenſam licentiam faciēdæ
eiuſmodi donationis, & quod actor illius publici do-
cumenti apparentis non erat notarius, et ſi fuiſſet, non
potuit id inſtrumentum conficere in territorio ciuita-
tis Placeñ. vel Bobij, vbi ipſum inſtrumētum confectū
eſt, quoniā ſtatutis ipſarum terrarum ſpecialiter inter
dictum eſt, inſtrumenta publica per alios confici in ea
rum territorijs, q̃ per notarios ciues earum, & qui sūt
deſcripti in matriculis notariorum ipſarum ciuitatū,
& per alios ſeu aliter facta caſſat & irritat. Obijciuntur
& alia quædam, de quibus infra ſubdetur, Quæritur
itaque quid iuris.

¶ Ad id, de quo quæritur, videtur ꝯcluſiue dicendū,
dictā filiam Bernabouis dictam annuā ficti præſtatio-
nem, & ius eius non poſſe ſibi vendicare, vel petere.
quoniam non probatur dicta donatio mortis cauſa fa-
cta Bernaboui per dictam dominam Catherinam tūc
eius vxorē de licentia & conſenſu dicti domini Ober-
ti patris ſui, cum exhibitum eſt inſtrumentum licentiæ
conceſſæ, licèt forma dicti publici documenti à tabel-
lione perfecti conſerat, eaque fides danda foret, ſi non
negaretur Ioannes de Regio eius ſcripturæ anctor, ſi-
cut ſcriptura prætendit, fuiſſe tabellio. Nec rurſum ab
eo ſcripta negaretur, ſi de officio conſtitiſſet, quo caſu
loquitur Azo in ſumma in Auth. de fide inſtru. col. 5. p
iura per eum ibidem allegata. Cum tamen in re præſen
ti proponatur auctorē ſcripturæ tabellionem negari,
& ab eo, etiam ſi fuiſſet tabellio, ſcripta non aliter pro-
batur ipſa licentia per eā ſcripturā, q̃ ſi ei fides impona-
tur probando ſaltem, ꝙ dictus Ioannes de Regio erat
in quaſi poſſeſſione tabellionatus, ipſum officium exer
cebat, publica documenta contractuum vel vltimarū
voluntatum conficiens non vnum dūtaxat, vel duo,
ſed plura quod per eorum plurium exhibitionem mō-
ſtretur. vt ſcribit Inno. de fide inſtru. c. 1. & Specu. in tit.
de inſtru. edic. §. reſtat. ver. illud autem notandum eſt,
& ver. & ita ſcias. & §. inſtrumentum. ver. quid ergo, &
de proba. c. 1. verſi. Et no. ꝙ præſcrip. & verſi. verum li-
ceat. & Hoſti. ac Io. An. poſt Inno. in præalleg. c. 1. de fi-
de inſtru. & de clericis peregrin. c. 1. & ibi etiā de qua-
ſi poſſeſſione tabellionis conſtaret, ꝙ ipſe tabellio ſcri
pſiſſet, ſi negetur, adiuuari deberet per cōparationem
aliorum inſtrumētorum ad eam factam, vt volunt Ia.
Cy. & Bald. C. de fi. inſtru. l. comparationes. Et ad hoc
facit l. fin. & l. iubemus. de prob. quæ dicunt ſimplici-
1 ter† inſtrumenta proferentem ſine alia diſtinctione de
bere ipſis inſtrumētis fidem imponere & euidens ratio
ac iuſtitia naturalis id ſuadet, ne alioquin vnuſquiſque
poſſit ſibi petere ſuæ plenam intentionis probationē
ſcripto per quemcunque priuatum inſtrumento, qui ſe
tabellionem in ſcriptura dixerit, & in forma publica
illud confecerit. Et eſt præſertim hæc admittenda ſen-
tentia in re propoſita, cum neque de notario & nego-
tio in remota regione conſtitutis, neque de re antiquiſ
ſima, quę hominum memoriam exceſſerit, diſputatur.
Sed de proximis locis ei loco vbi agitur, & res ſatis in
ętate noſtra confecta, de qua ſi fuiſſet. ſ. ille Ioannes ta-
bellio vel tabellionatus officio publice functus facile rē
tineretur memoria ſecundum ea, quæ tractat Innocē.
de verb. ſig. c. veniens. & Spec. in pręalleg. tit. de proba.
§. 1. ver. & no. Cy. & Bald. C. de fide inſtru. l. compara-
tiones. Rurſum eam ſcripturam vehementer ex mul-
tis fieri ſuſpectam negari poteſt. Primū ex perſona au-
ctoris vt ſupra deductum eſt. Secundo quia nec reperia
tur ipſe Ioannes de Regio in matricula notariorum, q
eo tempore fuerint ſcripti, quo ipſa ſatis eſt ſuſpicio &
negatiua præſumptio, quod nec exercuerit tabelliona-
tus officium, nec tabellio fuerit, ſumpto argumento a
communiter accedentibus & a ſolitis. Solent enim hi,
qui tabelliones ſunt idq́ue exercent officiū, facere ſcri-
bi in matricula notariorum, vt commodis ac notario-
rum officiis atque beneficijs perfruantur. Tertio ex re
de qua contenditur, cùm proponatur ipſum dominū
Obertum de Laudo tanquam filiæ hæredem dictum fi
ctum & ius ficti pro certa magna parte legaſſe & hære
dem legatarii ſæpe dictum ficti annuam præſtationē
recepiſſe ab ipſis, qui pro ea fuerint obligati, & hæredis
hæredem poſt matri in ſolutum dediſſe, quæ veriſimili
ter non proceſſiſſent, ſi idem fictum ad Bernabouem
ex facta ſicut prætenditur donatione ſpectaſſet patris
eius conſenſu & licētia. Nam ſi ſciſſet dictus dominus
Obertus eam donationem mortis cauſa factam dicto
Bernaboui. quòd ſimiliter non ignoraſſet cum ſuo cō
ſenſu & licentia facta fuiſſe dicatur, nō poſt id factum
pro parte & quidem magna legaſſet, quæ ad ſe minime
pertinere ſciebat, ſi vir bonus & diligēs paterfa. vt præ-
ſumitur exiſteret, nec legatarius, vel hæres eius poſſe-
diſſet, aut ficti præſtationem recepiſſet. q̃ nec ipſe Ber-
nabas ab eo recipi conceſſiſſet, immo prohibuiſſet. ar.
ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. Nec hæres hæredis
dicti legatarii alteri in ſolutum dediſſet, ſi non ad ſe, ſed
ad dictum Bernabouem dictum fictum ſpectaſſet. Cū
itaque ea ſcriptura cōceſſæ licentiæ per dominū Ober-
tum filiæ cauſa mortis donandi ſit ſuſpecta multiplici-
ter, non eſt ei danda fides vlla, niſi extrinſecis probatio
nibus, vel præſumptionibus adiuuetur, vt C. de proba.
l. iubemus. & quod ibi per glo. & doc. & ff. de fi. inſtru.
l. 2. & per Inno. in c. 2 in glo. poſt prin. de fide inſtr. Am
plius etſi de tabellionatus officio & de fide ſcripturæ
conſtaret, ſupereſſet altera dubitatio, quæ non eſt mi-
nor, quoniam id inſtrumentum nullius eſſet fidei vel
momenti ſtatutis & legibus locorū obuiantibus, vbi fa
ctum eſt, quæ prohibent & caſſant ac annullāt inſtru-
menta publica, quæ dicuntur eſſe confecta ab eo, qui
non fuerit ciuis & deſcriptus in notariorum matricu-
la, quod vtique ſtatuta facere potuere. vt ſcribit Specu.
de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid de his, ibi, alij tamen di-
cunt &c. & ratio confirmat, poteſt enim rex his actu-
bus, qui intra ſuam fiunt iuriſdictionem, legem quam
vult formam imponere, vt C. de emanci. lib. l. 2. Et ibi
huius ſententiæ ſunt Odoſ. & Nic. Mat. vt refert ibi Nic.
in ſua lect. ad fin. Et Albe. de Bergamo. Et eſt generalis
2 doctrina doct.† cùm quæritur de viribus actus geſti in
ſpici leges loci, vbi geſtum eſt, vt ff. de euict. l. ſi fundus.
de vſur. l. 1. in prin. & ideo dicunt, quod cum de perti-
nentibus ad iudicijs ordinationem quæratur, locus ipſe
vbi iudicium agitur, eiuſque leges & mores ſpectandi
ſunt, vt plene traditur per Cy. C. de ſum. tri. & fid. cat. l.
1. & ibi per Bal. & Barto. & per Cy. C. quæ ſit long. con-
ſuc. l. licèt enim partes ſtatuentium, vt ff. de iuriſdi. om.
iudi. l. fi. & ibi per Barto. & Bald. in præalleg. l. 1. C. de
ſum. tri. & fi. cath. Quo tamen ad ea, quæ fecerit intra
territorium ſtatuentium, & de rebus ad iuriſdictionē
ſtatuentium ac pertinentibus ſicut eſt in re propoſita.
Poſſunt vtique ſtatuta terrarum etiam perſonas inha-
biles efficere habiles, & econtra, vt volunt doc. in d. l. 1.
C. de ſum. tri. & fi. catho. & præcipue Cy. poſt Iaco de
Ra. in ver. iuxta hoc quæritur. & Barto. ibidem in verſi
cu. ſexto loco videndum ad fi. illius, vbi concludit ſta
tutum diſponens in perſonam prohibitiue extra terri-
torium nō extendi, & ad res alibi ſitas, quàm in ſuo ter
ritorio minime pertinere quaſi ad poſitas intra fines
ſuę iuriſdictionis pertineat. Et licèt poſſet dici quòd Bar
to. ibi loquatur in perſonis ſubditis ſtatuentibus, ratio
tamen facit quod etiam in actibus nō ſubditę perſonæ
in locis, & rebus ac perſonis ſubditis ſtatuentibus in ip
ſis locis ac rebus ſeruentur, & inter ſubditos, vt C. de
comme. & merca. l. mercatores. & ff. de in. & cur. da.
ab his. l. pupillo. Et ad hoc facit quod no. per Bart. ff. de
eo quod cer. lo. l. 2. vbi notat ſtatutū poſſe dare formā
geſtis alibi, intra tamen ſuppoſitas perſonas Rurſus, et
ſi dicto inſtrumento conceſſæ licentiæ crederetur, & fi
des danda foret, ipſa tamen facta donatio cauſa mor-
tis non eſt in tuto. Vbi primo notādum, quod vtile do-
minium, neque directum dictarum rerum in emphy-
teuſim datarum per dictum dominum Obertum non
fuit

fuit tranſlatum ex datione facta in paraſernum dictæ filiæ ſuæ, tum quia dedit ipſum ſictum vſufructandum ſeu vtendum & fruendũ. arg. ff. commo. l. 1. §. 1. Aut ꝙ fortius ſtringit, quoniam inter patrem & filium in poteſtate non valuiſſet donatio, nec in eam dominium tranſire potuiſſet, vt C. de dona. inter vi. & vxo. l. donationes. de inoff. dona. l. 2. nec morte confirmata eſt, quia donataria præmortua eſt, vt d. l. donationis. Et per hoc non ob. ff. de dona. l. donationes. §. ſpecies. quia ibi in matre donante, licèt ergo poſt permiſiſſet dominus Obertus dictæ filiæ ſuæ ius fortaſſe de dicto paraferno teſtandi, & alienandi, & mortis cauſa donandi, cum in paraferno non eſſet proprietas, ſed ſola percipiendorũ fructuum facultas, proprietatẽ in dictũ Bernabouem ex mortis cauſa donatione non tranſtulit. arg. ff. de acqui. re. do. l. traditio. Sed etſi quis licentiam illis verbis putauerit conceſſam donandæ proprietatis, non tamen ipſa domina Catherina ex ea donatione dominiũ tranſtulit in Bernabouem, cùm nulla proponitur interfuiſſe traditio, vt C. de pact. l. traditionibus. Manſit itaque dominiũ eius, cuius erat prius, vel dicti domini Oberti, vel dictæ dominæ Catherinæ, q̃q̃ & ſi tradidiſſet omnino pars quarta ex l. falcidia apud hæredem remanſiſſet, vt C. ad l. fal. l. pe. & ff. quorum leg. l. 1. §. ſi quis mortis cauſa. Et ſi dicatur ex pacto ſaltem licèt nudo, quãuis mortis cã nata ẽ actio ex lege. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. pe. & ff. de lega. 2. l. ſi cum pater. §. nemo. & quod ibi no. Videat ſic allegans, vnde ipſa perſonalis actio 30. ann. præſcriptione ſublata ſit, vt C. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. ſicuti. Vel eam remiſiſſe videatur ſocero, patiendo tam dictam annuam ficti præſtationem percipere tam grandi tempore. ff. mandati. l. ſi vero nõ remunerandi. §. idem pompo. de vſur. l. cum quidam. §. diuus. & de prob. l. procula &c. Poſtremo etſi pleno iure probaretur, & pleno iure tenuiſſet in ipſum Bernabouem memorata donatio, tam ſi diuerſa ſententia ꝑualuerit, vt ſuperius eſt oſtenſum, in filiam tamẽ & hæredem dicti Bernabouis earum rerum immobiliũ in caſtro Ripaltæ ſitarum directũ dominium minimè ꝑuenire potuiſſet. Cum proponatur teſtamento ac pactionibus eorum, qui domini fuere prædiorum, id ſpecialiter interdictum, ne poſſint ea prædia in fœminas, & deſcendentes vllatenus peruenire, ſed in maſculos de domo ſuperſtites transferantur. arg. ff. de lega. 2. l. peto. §. fratre. & per l. codicillos. §. matre. Aut ſi contra factum foret, aut ipſo iure non tranſiret dominium, aut competentibus actionibus reuocandũ, ad quod C. de condi. ob cau. l. ea lege. & qđ ibi no. & ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis. §. ea. l. & quod ibi not. per Barto. Cæterùm cum dicta donatio mortis cauſa facta patris conſenſu minime facta probetur euacuata fide documenti, qđ in eam rem producitur, ſuperuacuum eſt ad hæc vltima argumenta deſcendere. Concluditur itaque neq; ipſum Bernabouem & multo magis, neque ipſam eius filiam potuiſſe dictum fictum ſeu iura proſequi.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Statutum de compromiſſis fiendis inter coniunctos quare fuerit factum. Et an dicatur fauorabile vel odioſum. Et an naturales tantum filii, vel parentes cõtineãtur in eo ſtatuto parentũ vel filiorũ appellatione.

SVMMARIVM.

1 Communis vſus eos conſanguineos appellat, qui quomodocunque ſanguine coniuncti ſunt.

CONSILIVM CLII.

SVPPOSITO Statuto tenoris, qui ſequitur, videlicet, Itẽ ſi qua quæſtio, lis, vel cõtrouerſia eſt, aut de cætero erit, ſiue orietur Intelligendo quæſtionẽ, ſeu cõtrouerſiam ortam eſſe per ſolam citationem ſactam inter aliquos de infraſcriptis coniunctis perſonis, videlicet, inter aſcendentem & deſcendentem, vt puta patrem & filium, auum & nepotem, & ſic de cæteris, vel inter collaterales ex linea paterna vel materna cõiunctos vſque ad ſecundos conſanguineos incluſiue, vel inter patruũ, ſeu amitam, & nepotes, vel inter auunculum, ſeu materteram, & nepotes, vel inter maritũ, & vxorem, vel inter affines tam qui eſſent, q̃ qui fuiſſet, videlicet inter ſocerum, ſeu ſocerum, & generum, aut nurum, vel inter agnatos, vel cognatas, ſeu leuiros & leuiras. Intelligendo ſemper maſculum genus fœmininum comprehendere, teneatur & debeat dominus rector Vinceñ. qui nunc eſt & pro tempore erit, aut ſui iudices, officiales, ac etiam iudices officiales communis Vincen. compellere dictos litigatores realiter & perſonaliter, ac captis pignoribus & mulcta indicia eligere duos communales amicos, non ſcribatur vltra &c. Et ſi litigantes eſſent plures quàm duo, tunc quilibet eligat ſingulum cõmunalem amicũ, dum tamen ipſi cõmunales amici eligendi ſint ciues vel diſtrictuales Vincen. Qui ſummarie & de plano abſque ſtrepitu, & figura iudicij quolibet loco & tꝑe feriato, & nõ feriato &c. præſentibus partibus & abſentibus, citatis, & non citatis, tam de facto. q̃ de iure cognoſcere, & diffinire poſſint, & de quæſtione & de controuerſia prædictis pœnam apponere in ſua diffinitione, & pars nõ attendẽs id qđ diffinitũ vel ordinatũ fuerit per dictos electos vel alr nõ obediens dictis electis, ſeu diffinitioni ſeu ordinationi totiens incidat, quotiens contrafecerit, & nihilominus diffinitio prædicta in ſua firmitate perduret. Et quicquid dicti electi in dicta quæſtione diffiniendo dixerunt, aut ſtatuerunt, teneatur & debeat dictus dominus rector vel eius aſſeſſor, ſeu officiales cõmunis Vincentiæ ſuper hoc requiſitus totum illud iure remedijs executioni mandare, & cogere partes adimplere, & ꝑpetuo obſeruare nulla appellatione, ſeu contradictione obſtante. Ita etiam ꝙ nec poſſit peti, vt reducatur ad arbitrium boni viri, nec aliter contrairi. Et ſi prædicti electi non concordent in diffiniendo, tũc dictæ partes poſſint & debeant eligere tertium, ſiue alium ſi electi eſſent plures, q̃ duo communalem amicum ciuem vel diſtrictualem Vincen. ſi litigatores fuerint ciues diſtrictuales Vincentiæ. Item quartum diem computandum a die, quo prædicti electi de dicta diſcordantia notificauerunt domino rectori, vel eius aſſeſſori, aut alij officiali communis Vincen. corã quo electio facta fuiſſet. Et ſi non potuerunt dictæ partes conuenire de prædicto eligendo intra dictum terminum quatuor dierum, tunc dominus rector vel eius vicarius, ſeu iudex eligat ipſum ea forma, qua eliguntur ſapientes, quibus quæſtiones committũtur ad conſulẽdum, dummodo non ſit opus, ꝙ ſint de collegio iudicum ciuitatis Vinceñ. ſi litigatores eſſent ciues aut diſtrictuales Vincen. Et quicquid maior pars dictorum triũ vel pluriũ ſic electorum, vt dictum eſt, vel aſſumptus ſeu adiunctus primis duobus vel pluribus diſcordantibus dixerit aut diſfinierit illud executioni mandetur, & a partibus obſeruetur vt dictũ eſt ſupra. Et inſuper dictus dominus rector, vel eius officialis compellat realiter, & perſonaliter prædictos electos ad cognoſcendum, diffiniendum & ſine debito terminandum inter partes de quæſtione prædicta vſque ad quatuor menſes computandos a tẽpore facti compromiſſi, quòd ſi non adimpleuerint ꝑdicti electi, incidant in pœnam decem li. deñ. paruorũ pro quoque niſi iuſto impedimento hoc remãſerit, vel ex defectu partium fuerit &c.

¶ Caſus ſuper quo conſilium poſtulatur talis eſt contingit, quòd inter A. & B. coniunctos ſibi inuicem intra ſecundos conſanguineos collaterales ex paterna linea. verum alter eorum licèt iuſtus patri filius ſit, ex patre tamen naturali duntaxat patri ſuo filio, qui & forte ipſe patri ſuo filius dũtaxat quoque naturalis extiterat, progenitus eſt. Extorta eſt quæſtio ſeu cõtrouerſia per citationẽ, vt in prælleg. ſtatuto continetur, alter petit compro-

compromiſſum fieri debere ſm formam prælleg. ſta tuti, alter recuſat. Quæritur an poteſtas, coram quo ea res agitur, compellere poſſit partes litigantes ad cō promiſſum &c.

¶In oppoſita quæſtione ſine diſputatione ſtudio bre uitatis puto dicendum, ꝙ ſic, quoniā cū quæritur an ap pellatio parētū aut filiorum aut alterius gradus, vel li neæ cognatorū ad naturales tantum pertineat necne, Doctores duplicem regulam tradidiſſe vidētur. Primā ꝙ in fauorabili diſpoſitione claudantur etiā naturales dūtaxat per l. parentes. ff. de in ius voc. & per l. lucius. la a. §. damæ. cum concordantibus. ff de leg. 2. In diſpoſi tione vero odioſa & irrationabili minime comprehē dantur, niſi iuſti & naturales per l. verba. C. ad l. iul. de adul. hæc eſt doctrina Bar. in l. 4. §. fi. ff. de lib. & poſthu. & c. odia. de reg. iur. lib. 6. ſecundum autē hanc doctri nam nemo dubitabit, naturaliter dūtaxat coniunctos in ſupra relata conſtitutione comprehendi, cùm ea fa uorabilis ſit & præcipue fauore ſuffulta pro ratione ſan guinis, nō etiam vllius odio præſertim irrationabili ꝓ tunc introducta. ar. ff. ſi cer. pet. l. ſi quis nec cauſam. & l. rogaſti. in prin. & de condi. inde. l. qui exceptionem. in prin. & quod in eis notatur. Secunda regula ſeu do ctrina, quę ſumitur ex ſcriptis Guilielmi de Cunio vbi referunt Bald. & Ang. in d. l. parentes. eſt, quia aut legis prouiſio reſpicit inclinationē naturalē, ut puta ipſam reuerentiā, quam ipſa natura debet filius patri. & econ tra, vel affectum naturalem idem, qui etiam naturali ter cadit iter naturales, vt ff. ad l. aquil. l. ſi ſeruū meū. & l. mandati. l. cū ſeruus. & de lega. 1. l. ſi domus. §. qui con ſtituit, quæ duę leges etiam de collateralibus loquun tur. & ad l. fal. l. precia rerū, & tunc naturales compre henduntur. exempli loco, lex prohibet a teſtimonio pa rentes pro liberis, propter affectum repellūtur quoque parentes non modo iuſti, verùm etiam naturales. vel diſponit municipii conſtitutio, vt de legatis liberorum vel parentum non ſoluatur gabella, quæ de aliorum le gatis ſoluitur, continebuntur etiam naturales, vt de eo rum legatis, quæ pro affectione relicta credūtur, gabel la minime perſoluatur. Cæterū ſi legis prouiſio accidē talem cauſam, nō naturalem reſpexerit, vt puta docto rum legum & filiis eius aliquid eſt ſpecialiter indultū. non continebuntur, niſi iuſti. Hanc doctrinam referunt, & ſequuntur poſt Guil. Bald. & Ang. vbi ſupra, ſecundū quā etiam in re propoſita dicendū eſt, naturales cognatio nes intelligi. Eam namque conſtitutionē credendum eſt municipes effeciſſe, vt inter coniunctos charitas & dilectio, quā inter eos natura ꝯſtituit, ſpecialius, quā inter cæteros litium anfractibus, quæ ſolent ſæpe materiam odiis & criminibus procreare, vt C. de indi. l. properan dum. in fi. prorſus exploſis, & per amicos cōes ad pacē, tranſactionem, atque compoſitionem amicabilem il lis productis perpetuo cōſeruatur. Quæ namq; alia pōt ratio præmiſſæ cōſtitutionis intelligi, & cum nulla alia ratio cōmode reddi poſſet, pro expreſſa recipiēda eſt, vt per Bald. in l. ꝙ vero contra. ff. de legi. & ſen. conſul. & C. de lib. præal. l. maximum, & conſequēter omnes caſus amplectitur, quos ipſa ratio vendicat, & non tam ſimiles efficit, quā eoſdem. Rurſus in huiuſmodi munici pum decretis vſus communis loquendi proſpiciendus eſt vniuerſalis, vt ff. de le. 3. l. liberorū. § ꝙ tamē caſſius. & quod ibi pulchre no. in gl. ſecundū Roge. & per Bar. ff. de ſuis & legi. l. 1. in prin. Sed vſu communi loquen di eos etiam, qui ſunt nobis ſanguine quocūque modo coniuncti, ꝯſanguineos appellamus, teſte Bar. ff. de acq. hæred. l. cum quidam. §. ꝙ dicitur. Et Azō in ſumma ꝓ ut ibidē refert Bar. Igitur &c. Amplius ſi naturales co gnationes continentur in diſpoſitionibus pœnalibus & odioſis, odio tamen rationabili, vt dicit Cy. C. de in terdi. ma. l. libertinū. ꝙ eleganter illa quoq; lex probat, ꝙ & in odio rationabili. Idem ipſe Cy. temperauit in l. quiſquis. C. ad l. iul. maie. quanto magis in dubio in di ſpoſitionibus mere fauorabilibus, cū diſpoſitionis quo que rō militet in naturalibus tm̄. naturales dumtaxat iuſtum erit comprehendi. Poſtremo ſi quis rē hanc li cèt indigne putet ambiguam, nonne tāquā benignior hæc pars in ambiguo fuerit ꝓſumenda, per quā lites tol luntur, aut minuuntur, pax inter neceſſarios & concor dia procuratur arg. ff. de reg. iur. l. ſemper in ambiguis. & ff. ſi cer. pe. l. quidam æſtimauerunt & de vſufru. l. ſi cuius. §. inter duos. Præſertim ſi vt ſatis vehementer o pinor, cum ſit inter nobiles & optimos ciuitatis facile poſſint occaſiones criminum exoriri. & publicæ vtili tatis tranquilitatis turbari ſerenitas, quo caſu etiā ceſſā te municipii conſtitutione ius dicentis officium debe ret minime ſuper hoc cōquieſcere, vt elegāter tractat, & no. Bal. in præalle. §. ſed ſi inter duos. per l. ſi quis in genuam. §. in ciuilibus. de ca. & poſtli. re. Non eſt enim non ignotum partes & ſectas, quæ iam dudum damna biliter irrepſere in ea ciuitate de qua quęritur, ad om ne pene malum diſpoſitas. Itaq; ne eius mali quoquō fiat occaſio, optimum & iure facturū eum cenſeo, qui in ea re ius dicturus eſt, ſi partes ante latas ad amicabi le compromiſſum coegerit. & hæc de omnibus quæſi tis dicta ſufficiunt.

¶Et ita dico & cōſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

¶Et idem ſicut iam ſupraſcriptum eſt, cenſeo Ego Raphael de Raymundis vtriuſque iuris doctor. Et ea dem ſupra dicta per Raphael Fulgoſium confirmaui, & ſigillū meū vnà cū ſigno manuali imprimi iuſſi &c.

ARGVMENTVM.

¶Reſcriptum exhauriens ius aduerſarii an & quan do dicatur nullū, & an ſententia lata per gratiā ſit nul la ipſo iure. Et an aduerſus talem ſententiam poſſit pe ti reſtitutio in integrum ſaltem ex clauſula generali.

SVMMARIVM.

1 *Princeps in ſuo reſcripto vtens hac clauſula, non obſtante, aliqua lege, an legibus deroget.*

2 *Falſa ſuggeſtio ſine dolo an reſcriptum vitiet.*

CONSILIVM CLIII.

IN CAVSA Quæ vertitur corā ſpectabi libus viris & egregijs dominis Vicario do mini Poteſtatis Ianuen. & ſapientibus cō muni delegatis inter partes infraſcriptas ab illuſtri dn̄o dn̄o Regio Ian. guberna tore, ſiue eius Locumtenente, & venerando domino rum ancianorum conſilio inter nobilem Philippū de Vinaldis agentem parte vna, & circumſpectū virū do minum Clemētē de Præmontorio ſe defendentē par te altera occaſione certæ viæ, ſeu certi exitus ad quoſ dam ortos dicti domini Clementis, viſis ſupplicatione prædicti Philippi oblata præfato domino Locumtenē ti eiuſque conſilio, ac reſponſione dicti domini Locū tenentis, eiuſque conſilij ad ipſam ſupplicationem fa cta, & cæteris omnibus exinde ſubſequutis actis, & ge ſtis inter dictas partes in cauſa pręfata, dubitatur, quæ nā eſſe debeant partes dictorum dominorum legatorū in cauſa prędicta in referendo dictis dominis guberna tori regio, eiuſque cōſilio protinus cognitione prius

1 oportet videri de virtute reſcripti. Vbi ꝯſiderandū † ꝙ ſupplicatio dicti Philippi non tam gratiam, quàm iuſti tiam ſibi adminiſtrari a dictis dominis gubernatore, eiuſque conſilio requiſiuiſſe videtur. dum ſignat in eā dem reportaſſe dictum dominum Clementem ſenten tiā iniuſtam per gratiam, & fauores domini tunc An toniotti adorno duc. Ian. ideoque petunt, quatenus nō obſtāte dicta ſnia faciant eidem terrā per dictum dn̄m Clementē occupatā reſtitui. Hæc namq; petitio ēt iure ſuffulta videtur, vt ex hac cauſa reintegretur eccleſiæ audientia p ea, quæ notātur p gl. ordi. ff. ad treb. l. ſeruo

Inuito. §.cū prætor.& C.quando prouo. nō eſt ne.l. ve-
nales.& ibi per Cyn. pro qua ſecit C.de arbi.l.3.Subſe-
quuta ergo reſponſio tūc domini Locūtenentis. & cō-
ſilij videtur eſſe de mera iuſtitia, & cauſam poſtulandę
reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam cōmiſi
ſe.Itaque cum nō probauerit Philippus corā dictis do-
minis delegatis,quæ ſignauit videlicet ſententias con-
tra ſe per gratiam latas delegatis,quibus cōmiſſum eſt,
vt denuo viſis iuribus partium , ac auditis , & viſis vi
dentis referant quid inuenerint veritatis,& quid agen-
dum,referre debere videntur ſe non inueniſſe vera eſ
ſe,quæ idem Philippus ſignauerit,& conſequenter di-
ctū dñm Clementē verā cām habere.Et verū id uerita
tis ad preces ſeu narrata in ſupplicatione p dictū Philip
pum nō eſſe referendum , vt ar.C.de preci.impera. of-
fe.l fi.ibi,vera precatio , & ſi contra ius vel vti.pub.l. 2.
& l.etſi non cognitio.Rurſum etſi quis ad ſolam verita
tē cauſæ meritorum,ſiue iuſtitiæ id verū veritatis refe-
rendū putet,reminiſcatur,ꝙ ſemper in reſcripto princi
pis ineſſe debet aut ſubintelligi clauſula, ſi preces veri-
tate nitantur,vt C.ſi contra ius vel vtil.pub.l.fi.& extra
de reſcrip.cap.2.Denuo inſuper debēt iura partiū audi
re dicti delegati,& videnda videre , ſi vera eſt precatio
dicti Philippi,hoc eſt,quia per gratiā euidentē ipſe do-
minus Clemens pro ſe ſententias reportauit. Eſt nam-
que id falſo ſuggeſtū tale,ꝙ ſi falſum id nō expreſſiſſet,
non fuiſſent dictus gubernator & conſilium veriſimili
ter eiuſmodi reſponſum,ſeu literas conceſſuri,hoc eſt
vt deciſæ ſemel cauſæ per diffinitiuas ſententias , quas
prouocatio nulla ſuſpēdet,iterū ſuſcitentur.arg.C.vt li-
te pen.l.2,& de trāſac.l cāſ.& l.fi.de erro.aduo. & ſen.
reſcin.non poſ.l.fi.vnde ſicut delegans ſuā audientiam
denegaſſet , delegati eius quoque ſuam debēt audien-
tiam denegare,vt extra de reſcrip.c.ſuper literis.in fi.
Quinimmo ſi idē ſciens falſo id expreſſerit omnino ca
rere debet impetratis,vt in præalleg.c. ſuper literis , vt
C.ſi cōtra ius vel vti.pub.l.etſi legibus,ſm vnū ſēſum ,
& canonizata.25.q.2.c.etſi legibus. Secundo principa-
liter etſi verum foret quod ſuggeſtū eſt,hoc eſt, per gra
tiam latas ſententias contra Philippum,attamen cum
ſententia per gratiā obtenta per in integrū reſti. ex ca-
pite generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur , reuocā
da foret,vt in d.l.ſeruo inuito.§.cū prætor, & præalleg.
l.cum venalis,notatur.& a tempore latæ eiuſmodi ſen
tentiæ cōtra Philippum lapſum ſit quadriennium , quod
ad finiendas cauſas in integrū reſti.et minoribus præ-
ſtitū eſt,vt C.de tēpo. in integrum reſti.l. fi. Conſequēs
eſt,fore ipſum Philippum minime audiendū , ſicque p
dictos dominos delegatos referendū . Sed & tertio ſi
quis fortaſſis exiſtimet , ad reſcriptū nequaquā fore de
mera iuſtitia id excogitet , ꝙ reſcriptum eiuſmodi cū
ſit iuri contrariū,& contra ius elicitū,& vires principa
lis negocii exhauriat , ſiue peremptoriam exceptionē
tollat rei iudicatæ,omnimodo refutari ipſum oportet.
C.de preci. impera.offi.l.nec damnoſa. & l.reſcripta.
& l. quotiens. & quoniā finitum negocium ſententijs
reuocat,ſeu reſtituat,& impetrās a limine iudiciorum
expellendus eſt,vt C.ſen.reſcin.non poſſe.l. fi.Quinim
mo aduerſario,hoc eſt,domino Clementi ipſe Philip-
pus ſine vlla venia in omnem litis æſtimationem pro-
tinus condemnandus eſt, vt in l. 2. C. vt lite penden. &
quod grauius æſtimandū eſt,etiā ignominiæ pœna no-
tandus,vt in eo.tit.l.fi.maxime cū & licitam ſm eū in-
terpoſitam prouocationem emiſerit, maxime iccirco
dixi propter id,quod ibi no.in glo.l.fi. proxi. allega. Et
cum in eodem reſcripto non contineatur illud, nō ob
ſtante tali lege,hæc,quæ ſupra dicta ſunt, veriſſima cō-
probantur per ea,quæ no.per glo.ordi.in l.fi. C. ſi con-
tra ius vel vti.pub.l.fi. de trāſac.l.cauſas.& de teſtamen
tis auth.hæc inter liberos.ff.de lega.3.l. ſi quis in prin.
teſtamenti.in prin.& C.de peti. bo.ſub.l.1.li.10.in Au-
then.de teſtamentis.imperfec.§.a.& in his,quæ ibi no. 1
2 per docto. quamuis nonnullæ glo.ſatis exigant, † quod
legi generaliter deroget princeps dicendo, non obſtā-
te aliqua lege, vt videtur ſenſiſſe in l. 3. §. ſi is pro quo.
ff.quod quiſque iuris,& de reg.iur.l.marcellus.& in re-
ſcripto neque generaliter , neque ſpecialiter derogatū
eſt.hoc quoque ſuadet forte ratio. Nam prior diſpoſi-
tio poſterioris ſpecialiter derogatoria non aliter tolli-
tur per poſteriorem cōtrariā,niſi ſpecialiter prioris pœ
nituiſſe ſe dixerit,eamq; ſpecialiter reuocauerit,vt in l.
ſi mihi & tibi.§.in lega.ff.de leg.1.l.ſi quis in prin.teſta-
menti.in prin.Sed manifeſtū eſt præcedere diſpoſitio-
nem principis derogatoriam huiuſmodi reſcriptorū
poſteriorum,vt in l.quotiens.l.nec dānoſa & l.reſcripta
& de preci.impera.offe.ſuperius alleg. & d.l. cauſas. C.
de tranſac.& de erro.aduo.l.ſententijs.& ſen.reſcin.nō
poſ.& hac ratione vtitur dominus Bar.in l.omnes pu-
pili.ff.de iuſti.& iur.in 3.q.prin.in ver.ſubiicio vnā quę-
ſtionem.videtur quoque gl.illud etiam in huiuſmodi
reſcripto,vt valeat,ſpecialiter exquirere,ꝙ princeps di
cat,non obſtante ſententia ſm quod no.in præalle.l.fi.
C.ſenten.reſcind.non poſ. ꝙ nequaquam hic factum
eſt. Nec his refragatur, ꝙ nonnulli allegant illa verb
de nouo hanc vim obtinere,acſi dictū foret,non obſtā-
te ſententia per l.1.C.de aduo.diuer.iudi. Quoniā ver-
bū illud,denuo,in ipſa l.1.poſitum exponitur per gloſ.
ibi.i.iterum,quod verbum iterū,hanc vim nō obtinet,
vt expreſſe colligitur ex gl.in l.fi.C.ſen.reſcin.non poſ.
vbi dicit glo quod in reſcripto,de quo loquitur lex illa
cōtinebatur,ꝙ ſententia ſeu cauſa retractaretur,ſignat
.i.iterū tractaretur,vt C.de his qui ut indig.l.polla.in fi.
cum glo.ſua,& tamen gl.in d.l.fin. deſiderat,vt ualeat ,
reſcriptum in ipſa apponi oportere, non obſtante ſen-
tentia,præterea etſi vim illam haberent uerba illa , de
nouo,adhuc tamen non teneret reſcriptum , cum ibi
non eſſent verba illa,non obſtante tali lege,uel nō ob-
ſtante aliqua lege, ut ſuperius eſt probatum . Item re-
ſcriptū d.l.1.C.de aduo.diuer.iudi.ad iuris cōmunis ob
ſeruantiam cōcedebatur. Hic autem reſcriptum iſtud
contra ius procedebat. Ideoq; ne maior ſubtilitas in eo
exquiritur,ut ſupra monſtratum eſt.Quarto etſi ſine p-
iudicio ea omnia in reſcripto,de quo agitur,fuiſſent ex
preſſa , attamē alia ratione id reſcriptū eſſet ineffcax ,
quia priuilegium,ſiue reſcriptum iſtud ius commune
3 in hoc abrogans ex falſi ſuggeſtione† & ſine dolo pre
cātis facta redditur nullum, ut eſt tex.in l.etſi legibus.
C.ſi contra ius uel uti. publi. ſecundum vnum ſenſum
in illis legibus poſitū, & 25.q.2.cap.& ſi legibus.in glo.
licèt in reſcripto,ꝙ de mera iuſtitia falſi ſuggeſtio non
a ſciente facta ipſum reſcriptū non ſemper reddat ineſ-
ficax.ut in c.ſuper litteris.extra de reſcrip.ſuperius alle.
& ita uidetur ſentire Barto. in præalleg l. etſi legibus .
ſuggeſta autem apparet falſitas in eo ꝙ dixit , dictū do-
minum Clemētem ſententiam per ſe propter fauores
& gratiam domini Antonii tunc duc. obtinuiſſe,quod
minime uerum eſt,cum ſententia contra ipſum Philip
pum lata fuerit, eoque ipſe minime intētionem ſuam
probauiſſet, & tempus inſtantiæ per eum iam præſtitū
finiretur , unde merito reus erat abſoluendus,ut C. de
eden.l.qui accuſare.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Ratihabitio an & quando mandato comparetur,
Et an fieri poſſit quocunque tempore, Et an & quan-
do liceat reo purgare moram & ſe tueri exceptione
pacti , aut tranſactionis, & uſque ad quod tempus poſ-
ſit mora purgari .

SVMMARIVM.

1 *Mora ante litem conteſtatam commiſſa poteſt de facile pur-
gari .*

CONSILIVM CLIIII.

SVPER Eo ꝙ primo loco quęritur, videtur concluſiue omiſſa ſtudio breuitatis diſputatione dicēdum, valuiſſe ratihabitionem, de qua proponitur. & prodeſſe, ne vltra quatuor flor. ſaluo iure quantitatis exactæ valeat conueniri per regulam generalē. de reg. iur. c. ratihabitionem. & c. ratũ. lib. 6. & ff. rem ra. hab. l. quo enim. §. 1. & C. ad mace. l. fin. in fi. Nec mouet in aduerſum. ff. rem ra. hab. l. bonorum, quia ibi ratihabitio fiebat eo tēpore, quo actus, qui ratus habebatur, fieri non poterit, & ſic extremum a quo, quod ex veritate exigitur in fictione translatiua in tēpore ad tempus ſm doctrinā Bar. in l. ſi bis qui pro emptore. ff. de vſur. deficiebat bic autē & cōpromiſſum, qđ ſuo nomine factum ratum habebat, ratihabitionis tēpore fieri potuiſſet, & laudũ, ꝙ ratũ faciebat, ſeu magis emologat̃, ꝗ tñ emologatio ratihabitioni ꝯpromiſſi videbat̃ cōſequēs ꝓferri potuiſſe. & eſt boc de mēte Bart. in præalle. l. bonorum. Nec quē moueat, quod tempore ratihabitionis landum per arbitros proferri nequiſſet, eo ꝙ dies forſitan cōpromiſſi tranſiſſet, vt C. de arbi. l. t. nam nemo ſane negauerit, ſententiam latam per iudicem intra terminum contra abſentem defenſorem ratā haberi poſſe per abſentem, licèt terminũ inſtantiæ iudiciũ iā tunc præterijſſet, vt ff. de procur. l pompo. §. 2. & de excep. rei iudi. l. ſi mater. § hoc iure. & rē ra. ha. §. falſus. & l. ſi ſine. §. ſi procurator. his enim legibus de ratihabitione loquentibus, vel de tempore inſtantiæ iudicij ꝓſtituto legũlatores meminerunt, lex namque bonorũ, loquitur, quando quis babet ratũ, quod ſuo nomine geſtum eſt, vt quaſi ipſe geſſiſſe videatur, non cũ aliud nō ſuo noie geſtum ratum habeat, aut ideo in re præſenti ratum haberi poteſt laudum, quia & eiuſmodi laudum proferri poſſet, licèt ex nouo cōpromiſſo, ſicut & ſentētia ex nouo iudicio, aut ꝙ forte probabilius eſt, quia tā laudũ, ꝗ iudicis ſnīa conſequentia ſunt ratihabitioni actus ſui procuratoris, hoc eſt cōpromiſſi, ſeu iudicij, qđ per procuratorem ſine mandato dñi geſtũ ſeu actũ fuerat, quod cōpromiſſum ſeu iudicium per procuratorē inſtitutũ ratũ haberi pōt, vt ff. de iudi. l. licèt verũ. Nam tam laudum, ꝗ ſnīa iudicis contra procuratorē litis rato habito actu procuratoris, hoc eſt compromiſſo vel iudicio dñm ratũ habentē tenerēt, tāetſi laudũ vel ſententiā minime ratā ſimpliciter habuiſſet, immo etſi ſētētiā improbet, vt ff. rem ra. ha. l. 3. §. falſus. Et ex his apparet non obſtare, quod dies ſtatutus ſolutioni per laudum iuſſæ præterierit. nam etſi mandato ſuo ſpeciali cōpromiſſum factũ fuiſſet, & ſolutioni die ſtatuta ī laudo dictus Anto. minime paruiſſet, nihilominus laudi beneficio priuaretur, vt ſtatim in tertio conſultationis articulo defendetur, rati autem habitio compromiſſi retrotrahitur, & ſpeciali mandato præcedenti comparatur, vt in vulgatiſſimis iuribus ſuperius allegatis. nil itaque video conſtanter aduerſetur, quo magis memorata ratihabitio compromiſſi cum laudo explicari potuerit. & hoc de primo articulo.

¶ In ſecundo videbitur concluſiue dicendum, non eſſe fideiuſſores dandos per Antonium, cum ei capitulo de fideiuſ. dandis paritum fuit integerrime, ideoque velut ſolutione facta ſublata ſit protinus omnis inde ꝓueniens obl̃o. Inſti. qui. mod. tol. obli. in prin. debuerũt etenim ſocij dicti Antonij fideiuſſores de ſolido, & ſic nomine quoque dicti domini Antonij cum & ſuo & ſuorum nomine fideiuſſores præſtiterint, ꝙ & Antonius ratum habet, qui fideiuſſores recte ſecũdum formam & tenorem ſententię ſe efficaciter obſtrinxerũt & fideiuſſioni perſectiſſime paruerunt, ſicque ēt ex tenore ſentētiæ ſpecialiter liberati ſunt, ſatis enim babuerunt interpretātes, ꝙ ſolutionibus per eos præceptis pareretur, vel creditoribus priſtina ſua cauſa reſtitueretur pro ſecuritate parēdi eorum ſententiæ, boc eſt, ꝙ dicti tres ꝗ fuerant in carcere cōſtituti & per eos arbitris datis fideiuſſoribus iuſſi de carcere liberari, ſi fideiuſſores ſtatutis ſolutionibus nō parerent, cũ in carcere tali tutela, ſeu in locũ carceris ſucceſſiſsēt, carceris ſicut prius fuerat cautio, ſeu ſecuritas redderet̃: nō erat aũt dictus Antonius in carcere conſtitutus, vnde tribus ex illis ex carcere liberatis datione fideiuſſorũ in carcere reſtitutis creditoribus integratio ſuæ priſtinæ cauſæ facta deprehenditur. nō debet itaq; ſupra relatũ capitulũ quòd ſeu cuius obligatio pleniſſima ſolutione ſeu ſatisfactione prorſus extincta eſt ſuſcitari, vt ff. de ſolu. l. qui res. §. aream. Et bæc de ſecundo.

¶ Ad tertiũ de quo quæritur vr̃ mihi ex oīum ſentētijs ſoluentē Antoniũ ratā portionem ex dictis cũ 40. contingentē cōputato, ꝙ eo noīe reperit̃ exactũ, protinus liberari, nec ex priore tñ debiti 10. noīe poſſe nullatenus efficaciter ꝯueniri ꝑ tex. ita expreſſum decidentē. C. de tranſac. l. ſi maior. ſm primā poſitionem, ꝗ ab oībus approbatur, extitit. n. eiuſmodi ꝯpromiſſum cũ laudo quædā trāſactio eius noīe cũ creditoribus facta, vt habetur ſingulariter ꝑ Io. An. Auth. vt diſ. iudi. §. t. & ꝑ Bar. ff. de tranſac. l. poſt rē. & de cōdi. inde. l. eleganter. §. 1. & C. de tranſac. l. ſi quis maior. licèt ergo in termino ſolutioni ꝓfixo in ea tranſactione non fuerit repreſentata pecunia debita, ſi tñ nũc in lite offeratur æqtas exceptionis tranſactio negocij proficit, vt nihil amplius ab eo exigi poſſit, vt in d. l. ſi maior. Si vero nāque gloſatoris in ea. l. aſpexerimus ſnīam, licèt moram ēt ꝑ diē præfixæ ſolutioni lapſum cōmiſſam qñcunq; ante ſnīam purgare ꝓferendo, qđ ex trāſactione dari debuerat, vt actio prior inſtituta vitetur. qđ ēt gl. latius tenuit in l. ſiue apud acta. co. ti. de tranſac ſm Pe. quem Cy. & Bar. ſubſequuntur, ſnīam amplectamur cũ hæc tranſactio ſeu cōpromiſſum cũ laudo poſt litis cōte. facta fuerint, vt patet ex tenore cōpromiſſi, quia de lite pendente corā officiali & ſex conſiliariis in curia mercantiæ
2 facta ſunt, † pōt ēt poſt lit. conte. vſq; ad diffinitiuā ſententiā mora purgari, vt ſic non obſtet. ff. de verb. obli. l. ſi inſulam, quæ loquit̃ de mora ante lit. conte. ſm Petr. eoque magis in re propoſita, qa ſola petitio creditorũ ſup actione veteri. ſ. 11. flor. ꝯtra dictũ Antoniũ oblata eſt, ſicq; nec dũ lis cōteſtata eſt, vt C. de lit. conteſt. l. ita ſicq; cũ cordi. ex omniũ ſnīa pōt Antonius morā purgans & ratā portionē offerens tranſactionis bñficio potiri. Quin amplius ſunt, ꝗ non inſubtiliter putant, vt et ſi tranſactio fuerit facta ante lit. conte. nec poſt lit. conte. qui cōuenitur, offerat, quod ex tranſactione conuertatur, nihilominus exceptionis æquitas proficiat, ne in amplius condemnetur, neve amplius exigatur. Sic. n. ait legiſlator vc3 offerant hi, qui cōueniũtur & c. ſic ergo ſimilis erat, nec in lite fiebat oblatio, & nihilomagis in amplius, ꝗ tranſactione dari placuerat, condemnantur, qui conueniuntur, & quo magis ex contrariorũ ſolutione veritas eluceſcat, nō obloquitur l. ſi inſulā. præal quia refert admodũ, an reus per morę purgationē velit euitare nouā pœnæ cōmiſſionem cōtra ſe efficaciter obligatione, ſiue certa fuerit ꝗtitas expreſſa, ſiue incerta quāta ea res eſt, nibil. n. quo ad hoc intereſt, vt ff. de arbi. l. nihil cuiuſq; incertæ ꝗtitatis promiſſio, ſiue obligatio tacito iure, licèt non exprimat̃, īteruenit vt ff. de verb. ob. l. ſtipulationes nō diuidunt̃. ver. celſus, & tunc nō licet purgare morā, niſi vſq; ad litis conte. ſup noua nouæ ꝗtitatis obligatione facta, vt d. l. inſulā. & ff. de arbi. l. ſi cũ dies §. fi. ꝙ ex ea quoq; rōne proficiſcitur, quia ꝙ erat in obl̃one in prima ſtipulatione, in ſcda ſtipulatione ꝗtitas eſt ēt in ſolutione, vt ff. de ver. ob. l. ita ſtipulatus. in fi. & de penu. leg. l. 1. & ad l. fal. l. t. §. item ſi ita. cũ ſi. Porro ꝙ eſt in ſolutione ſeu facultate ſoluendi ſuper obligatione litę conte. amplius ſolui nō poteſt, vt ff. de ſolu l. ſi quis decē in melle. & l. aliud. & hæc eſt ratio l. ſi inſulam. an vero reus velit pugatione moræ euitare obligationem iam & actionem contra ſe inefficacem conſtituram pacto ſeu tranſactione, & pacti ſeu tranſactionis, ſibi quæſitam exceptionē

defendere atque conſeruare, & tunc hactenus nihil co
vſque audiendus eſt moram purgans, quatenus & quo
uſque proponendę exceptionis tempora largiuntur. &
cum ſit exceptio peremptoria conſequenter vſque ad
ſententiã, vt C. ſen. reſcin. non poſ. l. peremptorias. &
ita loquitur C. de tranſac. l. ſiue apud acta. & hoc quan-
do aliud ex tranſactione dari placuit, q̃ eſſet in actione,
de qua tranſactum eſt, qnia forte ſpecies per actionem
petebatur, pecunia autem dari placuit. Cæterum ſi ex
tranſactione dari conuenerit partẽ eius ꝙ prius de qua
tuor milibus dumtaxat dandis tranſactionis cauſa cõ-
uenit, etiã ſi promiſſa pars data nõ fuit, quæ tranſactio-
nis cauſa placuerat, nec etiam qui conuenit offerat ex-
ceptionis cũ cauſa æquitas proficit, ne quod ab eo am-
plius exigatur. Cũ enim ea pars, quæ placuit ex tranſa-
ctione, etiam nudo pacto facto per veterem actionẽ,
de qua tranſactum eſt, contra exceptionem tranſactio
nis replicatione ex pacto tranſactionis, q̃q̃ nudo propo
ſito poſſit efficaciter exigi, nõ poteſt lis prior ſemel de-
ciſione ſequuta amplius inſtaurari, vt nec poſſit, ſed ad
id, quod ex tranſactione actori in factũ actio vel inter-
poſita forſitan ſtipulatione cõpeteret, vt C. de trãſac. l.
cũ mora. & l. ſi profundo, & hoc caſu proprie loquitur
lex ſi maior & eſt conſentaneum ſatis ſentẽtiæ Guido-
nis de Suza. Hæc tamen diſputatio in re præſenti neceſ
ſaria non eſt, ſi dictus Antonius debitum, ꝙ reſtat, vt ſu
pra præmittitur, in lite offerat, & hæc de tertio & vlti-
mo dicta ſufficiant.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Iudæi an poſſint cogi ad deferẽdum aliquod ſignũ
vt cognoſcantur ab alijs. Et an reſcriptum principis
iuri contrarium ſine clauſula, nõ obſtantium, valeat,
vel ne. Et an ſufficiat clauſula ex certa ſcientia, vbi re-
ſcriptum eſt contra ius.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo generalis legi ſcriptæ contraria legi ipſi generaliter de rogat, & quid de conſuetudine ſpeciali iuri poſitiuo contraria.*
2 *Conſuetudo rationabilis quæ dicatur ibidem.*
3 *Scientia certa principis tantum in reſcriptis operatur, quantum clauſula non obſtante tali lege, & quantum diſpenſatio.*

CONSILIVM CLV.

PROPONITVR Quod in ciuitate Fer-
rariæ ex longiſſimis temporibus habita-
runt Iudæi habitũ veſtium deferentes cõ
ſimilem habitui Chriſtianorum, nec vllo
penitus ſigno vel qualitate diſtinctũ, no-
uiſſime quoque a ſanctiſſimo dño domino Martino
Papa quinto ſuper hoc etiam literas apoſtolicas appor
tarunt, vt ad deferendum ſignum vltra antiquam con
ſuetudinem ciuitatum & locorũ, in quibus habitaue-
rũt, ab aliquo nullo tempore cõſtringi poſſint, quæritur
an poſſint cogi a poteſtatibus eccleſiaſticis, vel ſecula-
ribus ad deferendũ ſignũ aliqđ, per qđ a Chriſticolis di-
gnoſcantur. Et videtur prima fronte dicendũ, ꝙ ſic per
c. in nonnullis. de Iudæis, nec priuilegio eis conceſſo ꝑ
Papam Martinum, vt præfertur, excuſari poſſint, cũ ſit
contra ius ſcriptum, nec habeat debitas clauſulas, nõ
obſtantium, vt C. de preci. impera. offe. l. reſcripta, & C.
ſi contra ius vel vti. pub. l. fin. & quod ibi not. Cùm nã-
que lex præallega. reſcrip. deroget omnibus reſcriptis
contra ius elicitis, ſeu impetrandis & cõſimiliter l. nec
damnoſa. eodem tit. conſequens eſt, reſcripta contra
ius impetrata non valere, niſi in eis habeatur mentio
iuris communis contrarij, cui ſpecialiter derogetur, ſi-
cut dicimus in teſtamentis contrarijs quorum prius ha
bebat clauſulam poſteriori derogantem, vt ff. de lega.

3. l. ſiquis in princip. teſtamenti. in prin. procedit nãque
ar. a lege ad teſtamentum, & econtra a teſtamentis ad
reſcripta, vt in Auth. de nup. §. diſponat. & colligitur ꝑ
glo. C de teſta. l. hæc inter liberos.

¶ Diuerſam tamen partem & ſententiam præmiſ-
ſis nequaquam obſtãtibus veriorem exiſtimo, vbi ſciẽ-
1 dum † ꝙ ſicut conſuetudo generalis legi ſcriptæ con-
traria legi ipſi generaliter abroget, vt ff. de legi. & ſen.
conſul. l. de quibus, in fi. ſic & conſuetudo loci alicuius
ſpecialis iuri poſitiuo contraria, ſi ſit rationabilis & le
gitime præſcripta legi communi, in eo loco derogat,
& legem generalem in eo loco tãtũ ſpecialiter vincit.
vt de conſuetu. c. cum tanto. vlt. reſponſo a contrario
ſenſu. & C. quæ ſit long. conſue. l. conſuetudinis & quæ
vtrobique notantur. Rationabilis autem intelligitur ea
2 conſuetudo † quæ non ſit canonibus vel legibus impro
bata, ut not. per Barto. in præalleg. c. cum tanto.

¶ Secundo ſciendum eſt, quod ius illud, quo ſancitũ
eſt, Iudæos debere ſignum aliquod deferre, quo digno-
ſcantur ab orthoxis, & fidei Chriſtianę cultoribus, nõ
ex iure diuino, ſeu naturali, nec ciuili conſtitutum eſt,
nec antiquorum Pontificum, aut ſanctorum patrum
inſtitutorum decretis, ſed ab Inno. tertio Romano Põ
tifice in generali concilio conſtitutio proceſſit, vt in prę
alleg. c. in nonnullis. antea namque & ſecundum anti-
qua patrum decreta nulla in veſtibus, aut huiuſmodi
inter Chriſticolas & Iudæos diſcretio penitus in pleriſ-
que prouincijs protinus habebatur. ut ex præallega. ca.
in nonnullis. aperte deprehenditur. His præmiſſis con
ſequens eſt, quod reſcriptum domini Martini, de quo
præmittitur, quo ſtatuitur & ordinatur, vt non cõſtrin
gantur ad deferendum ſignum aliquod vltra antiquã
conſuetudinem ciuitatum & locorum, in quibus iudęi
habitant ſecundum iſtam conſuetudinem ſeruare te-
neantur, non eſt contra ius, ſed ſecundum ius reſcriptũ
ſtatuens, conſuetudinem antiquam ciuitatum & loco-
rum ſuper hoc debere ſeruari, quod & circa reſcripti
huius auctoritatem fieri debuiſſet antiquę & legitimæ
præſcriptæ cõſuetudinis poteſtate, quæ cum ſit rationa
bilis & diuino, ac ciuili ac decretorum & canonum an
tiquorum iuri conſentanea, nec vllis canonibus impro
bata, quin etiam ab ipſo Romano Pontifice & ſuis plu
rimis predeceſſoribus, quorum nominatim meminit,
& eorum ſe veſtigijs inhærere teſtatur, ſpecialiter ap-
probata, & antiquiſſimo tempore cuſtodita, ipſam cõ-
ſtitutionem Innocentij & generalis concilij debet in il
lis ciuitatibus & locis, quibus eſt, vetuſtiſſimis obſerua
ta temporibus ſpecialiter obſeruare, ſuperare, atque ei
derogatum iri, cùm res in ius antiquum facile remitta
tur, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. quod in ſpecie. & quod not.
C. de ſac. ſan. ecc. auth. quas actiones. & per ſuperius al-
leg. Relinquitur itaque ſuperuacuo diſceptari, quod in
ſæpe dicto reſcripto, quod eſt ſecũdum ius antiquas &
legitime præſcriptas atque rationabiles conſuetudines
ſanciens obſeruari, non ſit inſerta clauſula, non obſtan
tium, quod ſolet in reſcriptis, iuri contrarium ſancien
tibus cuſtodiri. Porro & ſi reſcriptum Martini, de
quo contenditur, contra ius commune, nec ſuppo-
ſita antiqua conſuetudine priuilegii eã reſcriberet attẽ
tari poſſet. & nihilominus id valere, tametſi non ſit in-
ſerta clauſula, non obſtantiũ, cũ ex certa ſcĩa Papa con
tra ius reſcribat, nec fallatur ignorans, aut errans, ut eſt
tex. ff. de excu. tu. l. idem vulpianus. & videatur de men-
te glo. C. de preci. impera. offe. l. quotiens. & ſen. reſcin.
non poſ. l. fi. & Barto. in c. ex parte. a. de offi. deleg. Spe.
in ti. de inſtru. edi. §. nunc autem. ver. & ſcias. & Iaco.
de Ra. Pet. & Cy. C. ſi contra ius vel vti. pub. l. fi. & Iac.
Bu. i l. 2. eo. ti. & Bal. vĩ idem velle in d. l. idẽ vulpianus.
3 vbi not. † ꝙ in reſcriptis tñ valet certa ſcĩa principis,
quantũ clauſula, non obſtante tali lege. & idem etiam
Barto. qui dicit, ꝙ tantum valet certa ſciẽtia principis,
quantum diſpenſatio, licèt dubitet de hoc in d. l. fi. C.
ſi contra ius vel vti. pub. & Ioan. An. idem videtur vel-
le in capi. 1. de conſtitu. lib. 6. & poſt multas opi. relatas
videtur

videtur in hoc ipſum inclinare de exceſ. præla. ca. vnico. lib 6. in nouella. & Bald quando priuilegiū aliū nō lędit, ſicut eſt hic, vt ipſe not. in præallega. l. fin. C. ſen. reſcin. non poſ. quamquam in præalleg. l. idē Vulpianus, illud reſcriptum Principis alium lædere videretur, qa tutorem iam conſtitutum pupillo, & qui nulla ſe poterat excuſatione ab ipſo onere liberare, liberat, & a periculo, & Albricus optim⁹ practicus ī l. quoties. C. de prin ci. impera. offic. ſententia la. Pe. Cy. relata cum eis tranſit. videtur itaque ex tot & tantorum auctoritatibus in hoc caſu, vbi nulli præiudicium irrogatur, ſufficere, qđ ex tenore reſcripti, ꝙ expreſſim iuri contrarium foret, nec facti errore vel ignorantia princeps falleretur, conſtaret Papam ex certa ſcientia reſcribere contra ius, cuius præſumitur habere ſcientiam & memoriam, vt C. de teſta. l. omnium. & extra de conſti. c. i. lib. 6. etiam ſi in ipſo reſcripto non fuerit inſerta clauſula ſæpe dicta, non obſtantium cæterùm vt ſupra manifeſte probatū eſt, hæc diſputatio ſuperuacua eſt, cum non contra ius cōmune concedat, ſed ſm̄ eorum antiquam conſuetudinem, licèt iuri poſitiuo contrariam, quæ eſt canonibus in probata, & antiquis iuribus conſentanea, præcipiat obſeruari. Concludendum itaq; relinquitur per ſuperiora non obſtantibus his quæ in diuerſam partē propoſui, quæq́ue per ſuperiora ſoluuntur, dictos hebræos contra antiquam ciuitatem Ferrariæ conſtitutionem & conſuetudinem, & literas, ac apoſtolica præcepta ad ſigni cuiuſcunq; delationē nullatenus aſtringēdos.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Statutū ciuitatis intelligitur diſponere de his, quæ in ciuitate geruntur, & an ſtatutum mercatorum ſimpliciter diſponens contineat eorum hæredes, & an ſtatutum poſſit diſponere ſuper iuramento, & quando ſtatutum vel communi iuri contrarium debeat reſtringi, vel extendi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit fieri quòd iuſiurando præiudicet, vel deroget.*
2 *Iuramenti vinculū quā ſit forte magnum & difficilis diſſolutionis.*
3 *Vi vel fortuitis caſibus facta nullo bonæ fidei iudicio præſtari dicuntur.*
4 *Lege noua comprehenſum legis veteris diſpoſitioni cenſetur eſſe relictum.*
5 *Verbum, perpetuo, an ſemper tempus denotet infinitum.*

CONSILIVM CLVI.

VISIS Themate ſuprascripto, ſcripturisq; omnibus, de quibus in eo fit ſpecialis mētio, publicis. ſ. documentis, ſeu ipſorum documentorū exemplis, ipſisq; omnibus & ſingulis diligenter examinatis, ac ſtatutis, Lucanæ ciuitatis, de quibus ibi continetur, ſtatuto videlicet quod eſt in ſecundo libro voluminis ſtatutorū boñ. collegij curiæ mercatorum ciuitatis Lucanæ. ca. 10. ſub rubrica. Chomo compagni ſatturi, è ſancelloſiano tenuti &c. quod incipit, Conciosſiacoſa &c. ac ſtatuto eiuſdem curiæ ſub rubrica de reſcriptis, quod incipit. Et ſi alcuna perſona &c. Videtur concluſiue dicēdum, dictos prætenſos hæredes dicti quondā Ioannis quondā Guielmi Rapondi, & ipſius quōdam Guielmi interueniēte pſona quōdā dominæ Lippę filiæ quondā dicti Guielmi & ſororis dicti quondā Ioannis vtrinque coniunctæ & vx. quondam Iuſtiendi Canami videlicet Petr. quondam Ioſſidi prædicti, & dictæ dominæ Lippæ ciuem Lucanum ſuo & aliorum duorū ſuorum fratrum nomine, ac alterius fratris præmortui filiorū impuberum, de quibus & quorum propriis nominibus ſupra in petitione relata oblata per dictum Petrum corā iudice & conſulibus omnibus prædicta curiæ nominibus non rectè. nec iure poſſe conuenire dictos hæredes quondā Dyni Rapondi. & nominatim Iacobū. & Philippum fratres germanos dicti quondam Dyni tāquā eius hæredes, nec ab eis poſſe petere ex cauſis, quibus petunt, quæve in dicta petitione continetur, quibus maxime petunt modis & formis, Sed dictos Iacobū. & Philippum hæredes, vt ſupra a dicta petione, & contētis in ea, vel ab obſeruatione iudicij dimittendos, aut protinus abſoluēdos his breuiſſimis rationibus. Prima quia ſtatutum ſupra relatum ſecundi libri. c. 10. non ꝑtinet ad eas ſocietates, quæ fuerint etiā per ciues Lucanos extra territoriū & diſtrictum Lucanæ ciuitatis cōtractæ, pariter & adminiſtratæ. arg. in c. 2. §. fi. de conſti. lib. 6. Sicut. n. ſtatutum puniens ſimpliciter delictum intelligitur de delictis in territorio ſtatuentium perpetratis, non autem de delictis alibi commiſſis, Ita & pari ratione ſtatutum diſponens ſimpliciter de contractibus, & de his, quæ ex ipſis contractibus & eorum conſequentijs acceſſionibus, qui fuerint in ipſo territorio ſtatuentium celerari. cùm etiam de his, quæ fuerint licèt per ſibi ſubditos alibi celebrata, cū ratio dicti capituli ſecundi de conſti. ſit cōmunis ad cōtractus & delicta, quia. ſ. ius dicenti extra territorium impune non paretur, ergo cōmunis debet eſſe conſtitutio. ar. ff. de verb. ob. l. a titio. & ad l. aquil. l. illud. quos namque caſus rationis identitas ſociat, non debet diſſociare iuris cenſura. Et cōfirmat vulgata maiorū noſtrorū doctrina, quæ contractus & delicta, quo ad ius fori ſorciendi conſociat, vt ibi facta ſunt, ibi forū ſorciantur agentes, vt ff. đ iudi. l. omnē. ipſiusq; loci legibus ſubdantur, atque ſecūdū cauſas iudicentur, vt ff. de euicti. l. ſi fundus. & C. vbi de cri. agi oportet authen. qua in prouincia. & extra de fo. compe. c. fi. & quæ traduntur per doc. C. de ſum. tri. & fid catho. l. j. ſocietates itaque & earum adminiſtrationes, quæ extra ciuitatem Lucanam, eiusque diſtrictum actæ ſunt, non eius legibus, ſed locorum vbi contracti ſunt contractus, & vbi adminiſtrationes factæ ſunt, ipſæ adminiſtrationes legibus rectè cenſendæ ſunt. ¶Secunda ratione, quoniam etſi ſine veri præiudicio dictæ ſocietates in territorio Lucano iā contractæ, ꝗ adminiſtratæ fuiſſent, aut ēt quacunque rōne Lucanis legibus iudicandæ. In re tamen propoſita ſtatutū ſupra relatū libri ſecūdi. c. 10. liberationes & abſolutiones factas per dictū quondā Ioannem Guielmi dictis Dyno & fratribus, de quibus ſupra irrita nō propter vinculum interpoſiti iuramenti, quod nullitatē Lucana lege venientem, quę lex ipſius remittentis & abſoluentis fauorem reſpicit, & contra ius gētiū ac ciuile diſponitur, protinus abrogat, quia per ſimile C. ſi aduer. ven. auth. ſacramenta, & quod ibi not. per doc. & glo. ff. de contrario iudi. tu. l. ꝙ ergo. §. t. vbi no. liberationem, remiſſionem. ſeu abſolutionē per adoleſcentē ſuo tutori factam ab adminiſtratione tutelæ, etſi iure communi nulla foret, interpoſito iuramento efficaciter valituram, & ad idem de iureiur. cap. cum cōtingat, & eo. titu. cap. licèt. lib. 6. Non eſt veriſimile, ſtatuentes iuri iurando corporaliter derogare contra ius diuinum,
1 & periurio cauſam dare, † præſertim cùm & ſoleat vehementiſſime dubitari, vtrum poſſit lex ſpecialis alicuius municipij iureiurando derogare, etiamſi id nominatim diſponeret, quaſi cauſa iuramenti ad forum ſpirituale pertineat. argum. de ſacro. ſanct. eccle. c. omni. & extra de re iudic. cap. lator. & cap. conſanguinei. & qui fil. ſiut leg. cap. cauſam. & de ſen. excom. c. ſi iudex. lib. 6. & ad hoc quod not. Bald. C. de iure deli. l. fin. §. in computatione. in fi. ſui com. ſ. generalia verba ſtatuti non referri ad ea, quæ nō ſunt iuriſdictionis ſtatuentium per l. qui tabernas. ff. de contrahen. emp. & idem Barto. ff. de condi. inſti. l. ſi quis. ſub conditione. quę ad confirmationem quoque præcedentis rationis, & primi argumenti ſupra relati concurrunt. Et dato quod derogare potuiſſet, deſiderabatur ſpecialis derogatio iuramenti, vt not. Ioan. Anto. in tnis mercu. in regula quod ſemel placuit, in fin. iuncta

additione in eo.c.quæ incipit, hæc plene not. Dyn.& c. quæ nãque ſpeciali nota digna ſunt, niſi ſpecialiter notētur, videntur eſſe neglecta, vt ff.de iniur. l. item apud labeonem.§. hoc edicto.& generalis clauſula in dicto ſtatuto comprehenſa derogans quibuſcunque clauſulis & particulis & pęnalibus conuentionibus in inſtrumento liberationis, remiſſionis, ſeu quietationis appoſitis, non porrigitur ad maiora ſpecificatis. vt de reſcri. l.ſedes. & in cle.non poteſt.de procur.cũ ſi. & arg. ff. de
2 vi.tri.& oleo leg.l.fi.§.cui dulcia. Conſtat autem † iuramenti vinculum maius & fortius eſſe, eique magis deferendum, q̃ aliud quodcunque pœnæ pecuniariæ vinculum vi obligationis, cum in altero de pecuniæ damno, in altero de ſalute animæ, quæ rebus oĩbus ante ferenda eſt, vt C.de ſac.ſan. ecc. l.ſancimus.pertractetur ar.ff.de reg.iur. l.ſi in duobus.& de iureiur. alleg. Eoq; amplius, quod his iuſiurandum cũ multi tẽporis intermedio ſpacio fuerit interpoſitũ, & primum in diuiſionis inſtrumento præſtitum, ſm̃ quoq; iureiur. in inſtrumento completæ ſolutionis 20.florenorum q̃d multo poſt tẽpore ſubſequutũ eſt, repetitũ extitit, & firmatũ, vnde non ex conſequentia prioris fragilitatis proceſſiſſe exiſtimari poteſt, ſed ex plena & matura deliberatione conſtantis animi.argu.ad hæc omnia.C.ad velle.l.ſi mulier.de non nu.pecu.l.in cõtractibus.§. 1. & de plus peti.l.vnica.in fi. ¶ Tertia ratione, quoniam memora-
3 tum ſtatutũ lucanum de ipſis principalibus contrahentibus ſtatuit, non etiam priorum ſucceſſoribus, & cũ ſit contra omne ius diuinum, gentiũ, & ciuile ſtrictiſſime intelligendum, nec vlterius protrahendum.ar.ff. de le. & ſenatuſcon.l. quod non ratione.aut.n.prædicta lex licet cuilibet mercatorum & artifici curiæ lucanæ, q̃d voluerit exigere ratione ſuæ adminiſtrationis a quolibet ſuo ſocio, factore, famulo, diſcipulo ſeu fancello, & c non addidit & eorum, ſeu cuiuslibet eorum hæredibus, cum ſi id voluiſſet, facile potuiſſet addicere, & pro ſignanter omiſſo putandum, ut ff.ſoluto.ma.l.ſi vero negocium. §.de viro.& C.de cad.tol.§.ſin autem deficientis. Et longe diuerſa eſt ratio inter principales perſonas & earum hęredes in exigendis rationibus adminiſtrationum, vt ait legiſlator in ſimili alio iure eſt tutor, alio iure hæres eius. Tutor enim inuentariũ, cæteraque pupilli inſtrumenta ſi non proferat, iuſiurandũ in litem aduerſus ſe poteſt admittere, at enim hæres eius ita demum, ſi reperta in hæreditate dolo malo nõ exhibeat, vt C de in litem iuran.l.alio iure. Cùm itaq; ſimpliciter & abſolute, hoc eſt, ſine vlla diſtinctione, immo & magnæ pœnæ cõminatione compenicat ipſas principales perſonas reddere rationes & rationum codices, non debet id ad eorum hæredes extendi, in q̃bus iuſtitia naturalis, & æquitatis ratio cõtrarium ſuadere videntur, vt d.l alio. & argu.per contrarium.ff.de leg.l.illud. & de verb.obli.l.& titio. & confirmãtur hæc per ea, quæ not.per gl.& Barto.C.de iure delib.l.fi.§. in computatione.in vlt. q.qua quærit de ſtatuto, vbi tam glo.q̃ Bart.innuit, ſtatutum non porrigi ad hæredem, Cùm quid in iure correctionem diſponit, dum de ſtatuto quærunt, quo nominatim de perſona hæredis prȩter defuncti perſonam mentio continetur, quaſi velit ꝙ ſi in ſtatuto non foret nominatim mentio hæredis, quæſtio non procederet. Quarta ratione, quoniam defunctus, ex cuius perſona volũt venire petentes, hoc ẽ, ipſe quondam Ioannes quondam Guilielmi Rapondi ſi contra tranſactionem, & remiſſionem venire vellet, non prius foret audiendus, q̃ ſi pecuniam & ea, quæ ex ea tranſactione & remiſſione cepiſſet, ipſi Dyno & fratribus refudiſſet, & C.de tranſac.l.ſi diuerſa, ibi refuſa pecunia, & eo.titu.l.vbi pactum, ibi, vnà cũ his, quæ data probantur & c. Et naturali ratione mõſtratur. Nam cum eam tranſactionem protinus nullus obſeruat, ea, quæ perinde data ſunt, tanquam indebita apud eos conſiſtere comprobatur, vt ff.de condi.inde.l.eleganter.in prin. & cum a trãſactione ab ipſorum parte habeatur, conſequens eſt & ab vtroque latere reſtringendam.ar. ff.de reſcin.ven.l.cũ emptor.& de accep.l.fi. Nec dicũt ex ea tranſactione, quam improbant, quicquam conſequi, imo ꝙ fuerit conſequutus quis priuſq̃ ad improbandum admittatur, oportet eum reddere, vt ff.de hære peti.l.poſtq̃.vbi optime probatur, & facit ff. de regu. iur.l.cum par.§.illi.& eo.ti.c.ex eo.lib. 6. Quinta ratione, quoniã vt ex facto proponitur, poteſt idonea fides fieri, ꝙ propter prauas & aduerſas cõditiones, quæ fuere in illis partibus, vbi ſocietates geſtæ ſunt, & præſertim perulis libri ſeu codices rationũ fuere ꝓſumpti, quo fit, vt ab edendis ſeu exhibendis rationum codicibus, & conſequenter a reddendis rationibus, quæ ſine ipſis codicibus & omnibus, quæ connexas habeat inuicem ipſas rationes, & ab alterius ad alterutros innicem ſeſe ſæpe remittunt, vt exercentibus mercantias ſeu negociationes manifeſtius innoteſcit, non facile reddi poſſunt.arg.ff.de eden. l.argentario.§.edi.& ff. de mino. l. etiam.§.1. ipſi hæredes Dyni & ipſe Dynus velut debitores certi facti in ſpecie caſu fortuito ante moram cõtingente protinus liberati ſunt, cùm per eos non ſtet, quominus reddant, & edant.arg.ff. ſi certum petatur. l.quod te.in ver.facere.& de eden.l. ſi quis ex argentarijs.§.fi.& l.ſeq.ſicut.n. rei impoſſibilis ab initio nõ poteſt obligatio contrahi.ita nec recte cõtracta, ſi fiat im-
poſſibilis, poterit producere, vt ff.de reg.iur.l.impoſſibilium. Quæ † namque fortuitis caſibus & vi maiore fiũt 3
nullo bonæ fidei iudicio præſtãtur, vt C.de pig.ac.l.quæ fortuitis. Eſt autem actio pro ſocio bonæ fidei iudicium vt Inſti.de act.§.actionum. & ſtatutum ſimpliciter & generaliter recipit interpretationem reſtrictiuam, ſeu declaratiuam a iure communi, ne quis rei ſuæ damnũ indebite patiatur, vt C.de nox.l.2.& not.per Barto. in l.omnes populi.ff de iuſti.& iu.& in præalleg.§.in computatione, pene in ſimilibus terminis. vbi etiam per Bal.& Ange. Sexta qnoniam, cum ipſe quondam Ioãnes ſocius principalis tanto tempore poſt computatas & redditas ſibi rationes, & remiſſionem, ac quietationem, ac finem ſolenniter ita factas nunquam conqueſtus ſit, & factas accipiendo ſæpe & ſæpius iuratis, & eu mulatis vicibus, quæ ſibi præſtari placuerit, comprobauerit, non videtur æquum & conueniẽs, hæredes ſecũdos nedũ primos, qui verisimiliter rei veritatem ignorant, retractare, quod defunctus ita deliberate confecerat, qui rerum geſtarum vires & veritatem noſcebat. argum.ff.de proba. l.procula.de vſur. l. cũ quidã.§.diuus. & C.de reuo.do.l.his ſolis.& l.fi.in fi. Nec huic refragatur ſæpins allegatum ſtatutum Lucanæ, quæ retractionem contra ius diuinum, gentium, & commune concedit, quoniam id principali perſonæ mercatorum approbatæ a curia mercatorũ concedit, non etiam eius hæredibus, nec eſt eadem ratio, cũ ſępe numero diſcrepat fides hæreditaria a fide principali, vt C.de re. credi. & iureiu.l.generaliter. in prin. & magna captio facile poſſit incurrere ei, a quo rationes peterentur, cum hæres neſcius veritatis poſſet, quod non veraciter deberetur, & erranter expetere, nec per ei faciendas interrogationes ſeu poſitiones poſſet veritas ex bona fide propter eius iuſtam ignorantiam in lucem emergere, quæ rerũ inconuenientia in ipſis perſonis principalibus veritatis conſcientijs, & probatæ fidei nequeunt contingere, non itaque fiat ad alias perſonas extenſio, quo ſtatuto comprehenſæ non ſunt, diuerſitatis id ratione negante, quamquam etſi rationis identitas id admitteret: cùm tamen contra omnem rationem ea conſtitutio ſit, non foret ad conſequentias producenda, nec ad alias perſonas, licèt per fictionem ad eaſdẽ porrigenda. arg.ff.de legi. & ſen.co. l.quod vero.& ff.ſo.ma. l. ſi vero.§.de viro.de reg.iur.l.q̃d cõtra.& de neg.geſt.l.3. §. hæc verba, & q̃d ibi no.per Bar. Septima, q̃m ſtatuta ſpecialia locorum ſic iubentur interpretari, vt quominus fieri poſſit a iure communi deuient & recedant, dumtamen aliquid operentur.de conſue.c.cùm dilectus.C. de noxa.l.2.& ff.de mun. & hone.l.vt gradatim.3. ſed ſi lege.conſtitutio Lucana igitur, quę contra ius ſtatuit,
& quali-

vt quoties petatur, rationes Lucæ reddantur nõ obſtãtibus quibuſcunque ſæpius factis alibi, q̃ Lucæ cõputationibus, & redditis rationibus etiã ſi liberatio & ſubſequuta abſolutio per quãcunque ſcripturam publicã vel priuatam oſtendatur &c. debet intelligi de his rationibus, quæ Lucæ reddi de iure debuerint, qnoniam ſcilicet ibi contractæ ſeu tractatæ, & admioiſtratæ ſint. Non autem de his, quæ Lucæ reddi non debuerãt, nec commode poſſint eo ꝙ in locis admodum a Lucana ciuitate remotis tractatæ, atque adminiſtratæ ſunt, in quibus locis conſiſtunt codices rationum, quos ab ita remotis partibus Lucam deferri propter viarũ diſcrimina, & earum prolixitatem & periculoſum & ſumptuoſum, ac difficile forent, & in quibus locis. ſ. vbi geſtæ ſunt facile poſſint haberi teſtes, & aliæ eiuſmodi veritatis & rei geſtæ probationes. argu. ad hęc omnia C. vbi de cri. agi oportet. l. 2. & ff. de iudi. l. hæres abſens. §. r. Satis eſt. n. quod per eam cõſtitutionẽ corrigatur ius commune, quod ſtatuit remiſſiones & abſolutiones factas oportere ſeruari, ut ff de pac. l. emptor. §. lucius. cũ ſi. abſque eo quod & corrigi cenſeamus per id ſtatutũ præalleg. l. hæres abſens. §. 1. & l. 2. præalle. & l. c. C. vbi dẽ

4 cri. agi oportet. Quod namq; † in lege noua ſpecialiter & nominatim nõ eſt compreheoſum, ſub antiquis regulis & veteribus legibus relictũ eſſe iotelligẽdum eſt, vt C. de appe. l. præcipimus. in fi. & quod ibi per Barto. Octauo & pene ſimili conſideratione oocebit dictis agentibus præſcriptio decennalis, aut vicennalis ex ſtatuto lucano curiæ mercatorum. de præſcrip. ſupra relato. Nec huic derogat altera noua cõſtitutio in ver. perpetua mẽtis, quia ſubijcitur (quia chomo è ditto di ſopra) Supra vero dixerat quotis, & quomodocunq; poſſe exigi rationes nõ obſtante quòd ſemel & ſæpius fuiſſent computatæ, & redditæ, & ꝙ charta de ea computatione voa vel pluribus, vel inſtrumentum quietationis oſtenderetur, non autem voluit ea conſtitutio illo verbo perpetuo, & præcedentẽ eiuidem curiæ legẽ de præſcriptione loquentem, & totũ ius cõmune legeſq; omnes de præſcri. loquentes tot vigilijs prudeotum virorum excogitatas protinus abrogare, arg. ff. de inoffi. te. l. ſi qnãdo. in prin. & infinitatem & conſequenter litium immortalitatem perinde venientem, quæ ſummæ legum latoribus exoſa ſunt, per id verbum induceret contra l. fi. & auth. ibi poſitam, & in corpore vnde ſumitur. C. de ſac. ſan. ecc. & de ſen. quæ pro eo, quod intereſt profe. l. vnica. Si. n. iã vſque ad centũ, imo ad mille annos poſſent nulla temporis obſtante præſcriptione depoſci, ꝙ ꝓfecto ſonat in abſurdũ dẽt igitur alius ſenſus illius verbi perpetuo, ne quid inſurgat vicij vel in cõgnitatis, admitti. ar. ff. de leg. & ſen. con. l. benignius. & de excu. tu. l. ſcire oportet §. aliud quoque. exponet, ita quod id verbum. perpetuo, etſi cõputatio facta ſit ſępius, & remiſſio, vel abſolutio doceatur. vel exponetur perpetuo, hoc eſt. vſque ad decenniũ, vt exponit gloſſ. ff. de leg. & ſen. l. con. Nam imperator, vt ſic iuri veteri conſonet eiuſdem curiæ nõ autem id corrigat. Eſt nãque legum correctio quantum fieri poteſt euitanda, vt de electio. c. cum expediat. li. 6. & arg. ſuperius allegatæ l. præcipimus. in fi. C. de appe. vel exponemus perpetuo i. quandiu viunnt, ſic exponit iuriſcoofultus. ff. pro ſocio. l. t. qua exceptio & iuris veteris & cõis minus erit abrogatiua, qđ faciendum eſt, vt in præalleg. c. cũ dilectus. de conſue. ac naturali & poſitiuæ inſtitiæ conſentanea, vt in ſuperioribus eſt mõſtratum, ſic aliàs expo oitur perpetua per imperatore. l. quamdiu præſtetur

5 peoſio, vt in Inſti. loca §. adeo. Non auiẽ † ſemper hoc aduerbiũ perpetuo temporis denotat iſinitum. Remaoebit itaque efficax præſcriptio ſtatutaria dictis agentibus, res ita vetuſtas, ita ſæpius diſcuſſas, vel examinatas placitas vel concluſas ſine doio vel fraude retractare contra deum ius & iuſtitiam volentibus nocitura. Poſtremo nocebit eiſdem rerum tranſactarum, atque iudicatarum inter ipſas principales perſonas exceptio, compromiſſum itaque de iure & facto, laudo ſequuto ſicut ſupra refertur. & factis emologato trani actio eſt, vt eleganter habetur ſecundũ Io. in Auth. vt dif. iudi. §. r. & no. per Bart. vbi ſupra, adeſt quoque ſententia dominorum ſcabinorum magiſtratuũ atq; iudicũ competentium villæ Burgenſis omnia corporalia, & incorporalia dicti quondam Ioannis certis niodis, & formis in dictos Iacobum & Philippum pleniſſime trãſferẽs: vnde & ſi dicto quondam Ioanni actio ſuper exigẽdis rationibus perpetuo a dictis hæredibus competiſſet, in dictos Iacobum & Philippum ſuis proprijs, non hæreditarijs Dyni nominibus eſt trãslata & directa, quæ nõ potuit ab oſſibus ſeparari, vt ff. pro ſo. l. 2. de pecu. quis ergo caſus apud ipſum Ioannem remanſit inanis & talis tranſijt ad hęredes. Nec ſupra primo loco relata lex lucana tranſactiooes, res inductas, & ceſſiones ſibi competentium actionum, nec rerum corporalium alienationes ex cauſa trãſactionis, vel alterius innominati ꝯtractus tollit vel impedit, generalis quippe legis derogatio nunquam ad ſuſcitandas lites ſeu negocia tranſactionibus & diffinitiuis ſentẽtiis terminata porrigitur, etiam ſi contra ſolitam & communem legum naturã, quæ eſt futuris, oon præteritis dari formam oegocii, vt C. de legi. & conſti. l. leges ad negocia præterita nominatim lex ipſa retraxerit, vt C. de ſac. ſan. ec. l. antepen. & fi. in fi. & de tranſ. l. cauſas. & plene per Barto. in 2. q. principali quartæ in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. ex quibus cõpromiſſo atque laudo ſequuto, cui dictus Ioannes nunquã penitus contradixit, immo factis potius approbauit, vt colligitur & apparnit manifeſta voluntas dicti Ioannis. dictos Iacobum & Philippũ ſuos patruos, eorumque filios fratres ſuos patrueles, & ſuæ agnatioois familiæ ius & nomẽ ſeruaturos i ſuis bonis prædilexiſſe ſorori, & ex ea prouenientibus liberis, qui ſunt alienæ familiæ, prout communiter Italici in ſuis bonis agnatos cognatis præponete dignoſcuntur. Cuius voluntatem bonis moribus congruentem, & aliorum pene patrum fami. votis congruentem irritam q̃rere facere pernicioſis ſubtilitatibus grande peccatum eſt per eos, qui in ea re ius dicturi totis viribus obuiãdũ, cũ vt ex facto proponitur, eandem ſuam uoluntatem teſtamento, quod ceperat, cõſit mauit, niſi mors ocius ſuperueniens id ſibi ius abſtuliſſet. Quibus ex omnibus concludendum relinquitur, dictos hæreditatis hæredeſve Dyni, dictoſve Iacobum & Philippum nõ iure, ſed perperam & improbe, atque impie conueniri ſeu inquietari.

¶ Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Fur quis dicatur famoſus, quis latro, & quis depopulator, & qua pœna puniatur fur. Et an iudex ex cauſa poſſit pœnam minuere, & quæ dicatur iuſta cauſa. Et quomodo iudex in pęna arbitraria ſe debeat habere.

SVMMARIVM.

1 *Qua pœna furibus imponatur.*
2 *Furtum etiam ſæpius iteratum membri mutilatione, vel abſciſſione plecti non poſſe.*
3 *Pœna relegationis quibus & quomodo veniat imponenda.*
4 *Qualitas delinquentium eſt in pœnis imponendis præcipue conſideranda.*

CONSILIVM CLVII

SVPPOSITO Statuto tenoris, qui ſequitur, poteſtate domino Guidone de Robertis 1277. fures aut latrones furchis ſuſpendantur, ita quòd moriantur, vel aliter puniantur etiam pecuniaſiter, prout melius videbitur domino Poteſtati ſecundũ cõditionem

& qualitatē perſonarū, criminis & delicti. Saluo φ pro
furto 10. lib. & abinde infra non poſſit ei anferri mem-
brum, vel pars membri, niſi alias fuerit condemnatus
de furto. Proponitur quod duo adoleſcentes tria furta
diuerſarum rerū & diuerſis temporibus noctis tempo-
1 re commiſerunt. † Quæritur quæ nā eſſe debeant par-
tes iudicantis in eos de prædictis ſponte confeſſos & in
iure, cuius euidentius explicādi cauſa Primū ſciri opor
tet, quæ pœna furibus imponitur tam diuino, q̄ huma-
no iure, vt eo cognito ptās, cuius arbitrio ea res lege
municipij ſicut præmittitur delegata eſt, iuſtius, & pro-
ut res exigat, valeat arbitrium interponere. Et quidem
diuino iure palam eſt pro furto non debere mori, niſi
hominem fuerit furatus, & vēdiderit, quod in liberum
hominem commiſſum plagium legibus nūcupatur le-
ges quoque capitis ſupplicio metalli vel mortis vendi-
cant ſecundū quod hæc probantur. Exodi 21. & 22. ca.
& C. ad l. fla. de pla. l. fi. iure vero Romanorum Pontifi
cum certo certius eſt, nec pœnam ſanguinis furibus ꝓ
fligari, vt ne cle. vel mo. ca. ſententiam ſanguinis. Iure
vero ciuili & Principum Romanorum videtur, fures
famoſos furchis figendos in locis, vbi graſſati ſunt, &
vbi famoſi intelliguntur, qui furari conſueuerint, quæ
cōſuetudo binis furtis inducatur, prout hæc omnia col
liguntur ff. de pœn. l. capitulum. §. famoſos. & quod ibi
not. gl. & C. de ſer. fug. auth. ſed nouo iure. vbi & doct.
moderni aiunt Barto. l. Bal. & Ange. ita generali con-
ſuetudine protinus obſeruari. Quinimmo pro furto ēt
vnico ſupra 5. ſolidos. i. aureos nouiſſima Federici con
ſtitutione furcha ſuſpenditur. vt in libro feudorum, de
2 pac. tenēda. c. ſi quis 5. ſolidos. Sed rectius & verus ēt † ꝓ
furto etiam ſępius iterato nō debere membrum aliqđ
abſcindi furi, & multominus maiori. hic eſt tex. expreſ
ſus in Auth. vt nulli iudi §. pe. col. 9. & eſt tranſumpti
ue poſita C. de ſer. ſug. auth. ſed nouo iure. & intelligo
furtum quod clā cōmittitur, vt in præalleg. iuribus ma
nifeſte colligitur. Et hoc penè ſcribentes omnes tenne-
runt, Azo in ſumma de ſer. fugi. verſus fi. Gof. in ſum
ma de fur. §. pe. Hoſti. in ſumma eodem titu. §. qua pœ-
na. Iaco. Bur. in præalleg. auth. ſed nouo iure. C. de ſer.
fugi. & Bar. Bald. & Ang. idem tenent, licèt dicant gloſ.
voluiſſe contrarium in præalleg auth. ſed nouo iure. &
præalleg. l. capitalium. §. famoſos. eāque reprehendāt,
quamquam iudices ſequuti errorem glo. fures, qui bis,
vel ter furtum commiſſerint, quaſi famoſos latrones
furchis ſuſpendant. per d. § famoſos. & peſſime faciūt,
quia ille §. famoſos. loquitur de latronibus. qui in itine
ribus inſidiantes homines vi depredantur & interi-
munt, vt colligitur in ver. interemptorum. poſito in il-
lo §. famoſos, & intelligunt ita dicti moderniores dictū
§. famoſos. & ita omnes ſummiſtæ dictū §. famoſos. in-
telligunt in latrocinio, non in furto quod clam cōmit-
titur, & ſpecialiter Azo. in ti. de ſer. fug. in fi. & Specu.
in ti. de accu. §. 1. ver. ſed pone quod quis accuſat de fur
to &c. in princip. tertij libri. & in princip. quarti. de ac-
cu. in ver. 1. vbi ponit formam libelli accuſatorij in cri
mine furti. & probatur manifeſte dicta ſententia per l.
ſacularij in princip. ff. de vari. & extraor. cri. vbi dicit
ſacularios & diętarios, hoc eſt, qui ſe in aliena cenacu-
la dirigunt furandi oīo pluſquam fures puniendos eſ-
ſe, iccirco aut ad tēpus in opus publicum deponuntur,
aut fuſtibus caſtigantur & dimittuntur. aut ad tempus
relegantur. ex quibus verbis colligitur quod eiuſmodi
pœnę excedūt pœnas, quæ furibus imponuntur. Rur-
ſum confirmatur per l. 1. §. expilatores. ff. de effra. & ex-
pil. ubi ſic ait iuriſconſultus. Expilatores, qui ſunt fures
atrociores, in opus publicum, aut perpetuum. vel tem-
porarium dari ſolēt, honeſtiores autē ad tēpus moueri
vel fines patrię iuberi excedere, & paulopoſt, ſimili mo
do ſacularij & dietarij erunt puniendi. Item & effracto
res, ſed Diuus Marchus effractorem equitem Roma-
num, qui effracto perforatoque pariete pecuniā abſtra-
xerat, in quinqueniū abſtinere iuſſit prouincia Affrica
na, vnde erat, & vrbe & Italia, oportebit enim æque in
effractores & cæteros ſupraſcriptos cauſa cognita ſta-
tui, prout admiſſum ſuggerit, dummodo ne quis in ple
beio operis publici pœnam, vel in honeſtiore pœnam
relegationis excedat. Ex quibus colligitur, qđ ēt fures
atrociores, & effractores hordeorum vt furantur, non
deberi, ſi ſint in humiliori loco ſupra pęnā operis pu-
blici, vel ſi ſint nocturni ſupra pœnā metalli, vt in l. ſin.
ff. de effrac. aut ſi ſint honeſtiores ſupra pœnam relega
tionis damnari. Nec mouet quod ſæpius furtum com-
miſerant, vt præfertur, quoniam tex. indiſtincte dicit,
3 non debere pœnā relegationis † in honeſtioribus exce
di, vſque namq; ad ipſam relegationē propter forte de
licti qualitatē, & atrocitatem poteſt aſcendi. non quod
ſemper pœna relegationis præſertim perpetuæ debeat
itelligi. ſed vt dictū eſt aut ab ordine moueri, aut patria
ſibi interdici, et ſi ſint fures atrociores qui effractores,
vel expilatores, vbi autem ſupra atrociores fuerint, pu
ra, quę ſæpius commiſerint poteſt vſque ad relegationē
aſcendi non autē excedi vt in præallega. legibus. deni-
que hoc manifeſtius comprobatur ff. de pœnis l. capi-
talium § craſſatores. vbi autem craſſatores, qui id præ-
dæ cauſa faciunt, proximi latronibus habētur. Et ſi cū
ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt capite puniūtur,
vtique ſi ſæpius atque in itineribus hoc cōmiſerint. cæ-
teri in metallū dantur, aut relegātur, qm̄ ergo ſæpius ꝑ
dæ cauſa id fecerunt, ſi tamen vel non cū ferro vel nō
in itineribus capite minime puniūtur, ſed aut in metal
lum dantur ſi ſint humiles, aut ſi ſint honeſtiores rele-
gantur. Hi aūt, de quibus quæritur, clam, nō aūt cū fer-
ro & per vim, neque in itineribus abſtulerunt: relinqui
tur itaque ex ſuperioribus concludendum φ ſi hi, de q
bus quæritur, pęnis cōibus legibus inſtitutis forent ple-
ctendi, cū & ſæpius & noctis tēpore ac effractis ſeu per
foratis foribus id fecerunt aut pœna relegationis, aut
inferiore forent puniendi, cū ſint honeſtiores & nata-
libus nobiles, eoque mitius eſſent puniendi, quod mi-
nores annis vigintiquinque proponūtur, debet namq;
miſeratio ætatis ad mitiorē pœnā iudicem promoue-
re, vt ff. de mino. l. auxiliū. § in delictis & no. ff de his
qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna. & C. eo. l etſi ſeuerior,
& l. ſequuti. Nec obſtant ꝑmiſſæ ↄcluſioni notata in au
then. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. quia per oēs ſcriben-
tes, quorū ſupra memini, recte damnantur, vt ibi ꝑ Ia-
cobū Butr. Bar. Bal. & Ang. Aut φ melius eſt, quo gloſa
tori reuerentiā deſeramus ſane intellecta, non id dicit
gloſator qđ putatur, dicit nāq; niſi ſit publicus latro, q l.
conſueuit furari, qui furchis ſuſpenditur. Illud namq;
relatiuum, qui, debet referri ad ſuū antecedēs, hoc eſt,
ad latronē publicū, qui. l. publicus latro conſueuit fura-
ri, hoc eſt, non ſufficeret latronem eſſe, id eſt violētū ag-
greſſorem & ſpoliatorē, atque homicidā de quo loqui
tur §. famoſos, niſi id ſæpius feciſſet, id eſt conſueuiſſet
furari. nā & rapere furari eſt, vt Inſti. vi bonorū rapto-
rū, in prin. & §. pe. vt furchæ figi deberet, vel ad beſtias
damnari, vt ſtatuit ille § famoſos. & ita no. in d. §. famo
ſos. verba ergo illa, qui. l. conſueuit furari. referri nō de
bent ad furem, de quo non præcedebat etiam gloſ. ſed
ad latronem, de quo dixerat. & ita vult Iacobus But. &
recte debet glo. intelligi ſecundum §. quem allegat, qui
loquitur de latrone, quinimmo vt ibi ſingulariter not.
Bar. oportet vt illi §. famoſos, locus ſit, qđ ēt ſit famo-
ſus id eſt quod ēt fama publica contra eū delicti tēpore
labor eſſet, quod in his non fuit. Ad id autem quod no-
tauit glo. in d. §. famoſos, de fure occulto, qui furari cō-
ſueuit, vt obtineat quod in illo §. dicitur, aduertendum
eſt, qđ glo non firmat, ſed ſub dubio forte dicit, vnde
non eſt ſententia firma gloſatoris, & Iacobus Butrius,
& ſpecialiter Angel. vbi ſupra intelligentes illum §. in
latrone, hoc eſt in violento robatore & occiſore ho-
minum, vt colligitur ex verbis interemptorū & homi-
cidia, qui id ſæpius fecerit, & præterea ſit famoſus, non
etiam in occulto fure. Nec obſtat l. ſi quis quinque ſo-
lidos, ſupra in oppoſitum allegata, quia loquitur in
furto, per quod pax iuramento firmata frangatur. &
præterea

prætetea el derogatum eſt, vt plene not. de pace iu. fir. §. iniuria. vbi per gloſſ. & firmantur quæ ſupra concluſa ſunt. Nunc veniendum eſt ad ius municipale Pataui, vbi proſpiciendum eſt, quod in principio alternatiue loquitur latrones, aut fures ſuſpendantur furchis, ita quod moriantur, vel aliter puniantur etiam pecunialiter, prout melius videbitur domino poteſtati ſecundum cõditionem & qualitatem perſonarum, criminis, & delicti. Illa nãque pars alternatiue ſequẽs, vel aliter puniantur etiam pecunialiter &c. referri debet ad fures, nõ ad latrones, eſſet namque nimis incõgruens, quod latrones, qui ſunt violenti prædatores & homicidæ, vlla ex cauſa poſſent tãtum pecunialiter puniri, debẽt ergo ſingula ſingulis referri, vt quod dicit de ſuſpendio; ad latrones referatur, quod autem dicit de pecuniaria pœna, ad fures referatur, & ſic ſimplicibus furibus, qui non ſunt latrones, pœna furcæ eis nullatenus imponatur, per quam interpretationẽ & iuri cõmuni magis conueniet, quod eſt faciendũ ut in cap. cum dilectus. de cõſue. & benignior & mitior in pœnis fiet interpretatio, vt ff. de pœ. l. interpretatione. & cũ ſubdat, † ſecundũ conditionẽ & qualitatẽ per-
4 ſonarum, ſignificat ex conditione perſonarum variandam pœnam, quod declarandum eſt ſecundum ius commune. nam ſtatuta recipiunt declaratiuã interpretationem a iure communi, vt C. de nox. act. l. a. & ff. de mu. & ho. l. vt gradati. §. ſed ſi lege hoc eſt vt honeſtiore loco conſtituti pecunialiter, cæteri corporaliter puniantur, qui ſunt humiliores ſecundum l. fin. de iniur. & l. expeditus ff. de incen. rui. & naufra. & prealle. l. prima. §. expilatores. de efficac. & expi. & de pœn. l. moris. §. iſte. & l. capitulum. §. non omnes. & §. ſolent. & maxime ibi, vt et generaliter &c. neque enim nobiles ex decurionibus nati, quales hi eſſe proponuntur, fuſtibus, aut aliis ignominioſis pœnis debẽt ſubiici. vt in præal. §. alias, niſi in perſonis habenda foret diſtinctio, q̃a dixiſſet ſtatutum, etiam pecunialiter ſecundum conditionẽ & qualitatẽ perſonarũ. Rurſus ſignanter aduertendũ eſt, ꝙ eadẽ lex municipalis in fi. ex ſola iteratione delicti non admittit mẽbri abſciſſionẽ, ſed exigit condẽnatũ eſſe alias de furto. ait. n. niſi alias fuerit ꝯdẽnatus de furto, nõ dicit niſi alias furtũ fecerit. Similiter dicit iuriſcõſultus, vt non ſufficiat iteratio delicti, niſi etiam interuenerit correctio. ff. de pœn. l. capitulum. §. ſolent. præalleg. In re autem propoſita non alias hi fuerunt condẽnati vel correcti. Grauior nãque eſt contẽptus cũ ſemel quis punitus extitit, ſi iterũ idẽ deliquerit, quã ſi incognitus & incorrectus delinquere perſeuerauerit non tã publicã diſciplinã contẽnens, q̃ fidẽs & ſperans ignorari quod admiſerit. Quibus ex omnibus licet concludere, ꝙ cũ dicti adoleſcẽtes ex honeſtis parentibus, ſicque honeſtiori loco conſtituti ſint, aut pecunialiter plectendi ſunt, aut ſi qualitas criminis exigat pœnam grauiorem hoc eſt corporalẽ, quod magis opinior, propter atrocitatẽ ſceleris ex ipſa fractione & frequentia, aut patriæ interdictæ aut temporali relegatione in inſulã, vt ętatis miſeratio iudicẽ ad mediocrẽ pœnã ẽt in delictis atrocioribus perducat, vt ait iuriſconſultus in prealle. l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de mino. Rectiſſime nãq; poteſtas arbitriũ ſibi lege municipali collatũ ſecundũ legũ & maximorũ iuris prudentũ inſtituta religioſius & iuſtius exercebit, q̃ ꝙ ſeueritatem gloriæ forſitan affectator exiſtimetur, ꝙ lex & bonæ famæ odor protinus deteſtantur, vt ff. de pœ. l. reſpiciendũ. in prin. & l. hodie. & in leuioribus iubeãt eſſe iudices, pniores ad lenitãtẽ, in grauiorib[9] plane legũ ſæuerltatem cũ aliquo benignitatis tẽperamẽto ſubſeq. vt d. l. reſpiciẽdũ. ĩ fi. princip. & ĩ pęnis debeãt eſſe mitiores in interpretatione, vt ff. de pęnis. l. ſi de interpretatione. & l. ſi præſes. neq; in alterutrã partẽ aut grauius aut remiſſius, q̃ res poſcat conſtituere, aut rõnem excedere, vt in eo. tit. de pęn. l. hodie quæ lex recte ita confert arbitriũ iudicãti, ſicut hic facit lex hæc municipii poteſtati, & tñ ſubiicit. Ita tñ ꝙ in vtroq; mõ rationẽ non excedat. est aũt rõ ipſa natura lis æquitas. vt C. quæ ſit lon. conſue. l. 2. & reniſcatur, ꝙ ſtatuta ita interpretanda ſunt, vt quominus fieri poſſit, a iure cõmuni deuient vel recedant, vt extra de cõſue. c. cum dilectus. quodque arbitriũ ſibi datũ debet ſecundũ legũ ordinẽ recenſere. vt ff. de dona. l. filiusfa. vbi per Bar. deniq; quis ſani capitis negabit habendam differentiã inter eos. qui clam huiuſmodi delinquunt. & eos qui violenter aggrediunt & ſpoliant in itineribus, vel in mari. vt dicit præalleg. auth. ſed nouo iure. & in corpore vnde ſumitur. Rurſum inter hos adoleſcentes & viliſſimo homines, qui violenter & ſæpius in publicis itineribus tranſeuntes ſpoliaſſent, & intermiſſent cum ferro eoſdem aggredientes, & qui eſſent famoſi latrones, hoc eſt. quia contra eos publica fama laboraſſet. hos enim nec aliud leges pati iubẽt, quàm pœnã furcarũ, vt d. §. famoſos. Illud nouiſſime prætereundum cenſui. quod clerici exiſtere proponuntur, ſicq; in dignitate conſtituti ſunt, vt de vita & ho. cle. c. volco. in 6. vt publicis ordinum collatorum documẽtis oſtendiẽ, quo fit, vt nec de foro & iuriſdictione poteſtatis exiſtant, nec legibus laycorũ quomodolibet alligetur. vt C. de epi. & cle. l. ſtatuimus. & de fo compe. c. ſi diligenti. & c. ſignificaſti. nec quia non incederint in habitu vel tonſura; ſeque occultis facinoribus implicuerunt, clericale priuilegium fori perdidiſſe credendi ſunt, niſi tertio fortaſſis admoniti per ſuũ iudicẽ protinus neglexiſſent, vt de vita & ho. cle. c. ſi. & eo. tit. c. volco. in 6. & de ſen. excom. c. in ſententia. & c. contingit. & c. perpendimus. & eo. ti. li. 6. c. ſi iudex. & de priuile. c. ex parte ui.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

¶ Item quod ſupra eleganter concluſum eſt, vĩ mihi Raphaeli de Raymundis iuris vtriuſq; doctori, videlicet ꝙ dñs pr̃ãs ex arbitrio ſibi municipij lege conceſſo non pœnam mortis imponat, ſed vel patria interdicat, vel relegaet, aut quid ſimile faciat, ſi layci ſunt, cùm enim pro furto quantumcunque ſæpe etiam a viliſſimis iterato non eſſet maior pœna, q̃ furcarũ, & ſtatutũ det arbitriũ ſecundũ conditionẽ & qualitate perſonarũ ẽt ſi hi ſint honeſto genere nati, & minores annis 25. & conſtet ob hoc auctoritate ſtatuti, pœnã poſſe minui, in arbitrariis debet iudex in miniorem pœnã inclinare, vt no. de offi. dele. c. de cauſis. & per Bald. C. de ſct. ſegi. l. quicunque. ver. fetas. etiam ne fruſtra ſtatutũ ꝓ qualitate pſonarũ minuẽdæ pœnæ dederit arbitriũ. facit de homi. c. ſicut. dignũ & laudabile ẽ etiã ſeq exẽpla præceſſorũ ad miniorẽ pęnã inclinãtiũ in ſimilibus caſibus, aut ẽt grauioribus. ar. de manu. vin. l. an apud. & not. per Ioannẽ Andreã de elec. c. venerabilẽ. ver. ſciunt aũt ſuper prima gloſſ. & Archi. de ſe. & te. in c. j. & per doc. C. de ſen. l. nemo. nam & vbi de interpretatione legis agitur, inſpiciendũ eſt quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa eſt. ff. de legi. l. ſi de interpretatione. Ego autem memini erga quendã ſiculũ ſcholarẽ, dominũ Ioan. Mauro ſimili modo proceſſiſſe, & quod fortius eſt erga quendã Vitalẽ Bononienſẽ famulum Iacobi Feraroli, qui plura furta cõmiſerat, & erat vilis perſona, proceſſum ad bãnum per dominum Egidium Mauricenoſiue alium, ſi non fallor, & ſic ſæpius obſeruatũ audiui. ſi autẽ ſunt clerici, conſtat ad dominum epiſcopum remittendos, & in teſtimonium ſubſcripſi & ſigillum meum imprimi iuſſi &c.

ARGVMEMTVM

¶ Iudex appellationis abſoluendo ab expenſis an intelligatur abſoluere ab expenſis cauſæ principalis, & an omni caſu uictus uictori ſit in expenſis condemnandus.

SVMMARIVM

1 *Sententiæ appellatione ſimplici totam ſententiam, & eius quamlibet parte intelligimus.*

Equi-

pellatio nulla fuit. & ideo nec ea cauſam deuoluit ad iudices appellationum, & conſequenter ab his lata tā quam ab incompetentibus iudicibus non potuit derogare ſententiæ domini Capuani, a qua non potuit appellari, vt C. ſi a non compe. iudi. per totum. & ſententia lata in cauſa appellationis, quæ nulla erat, nulla eſt, ut pulchre not. gloſſ. C. de peda. iudi. l. j. in vlti. quæſtione gloſſ. fin. Quibus ex omnibus concluditur, ſententiam domini Moyſi non tantum in ſorte, verum etiam in expenſis litis, de quibus in ea, executioni mandandam. Dubitatur poſtremo, an ab ipſa domina Grauolina peti poſſit pœna compromiſſi, quia non paruit arbitramē to R. p. d. epiſcopi Feltreñ. immo potius ei contrauenit. Et cum proponatur id compromiſſum, quod tranſactio iudicatur, vt in Auth. vt diff. iudi. §. 1. & ibi not. per Bar. ff. de tranſ. l. poſt ſuiſſe iuramento firmatum, incidit domina Grauolina in l. ſi quis maior. C. de tranſac. non implendo promiſſa non modo contraueniendo ſicut contrauenit, & ideo pœnas illius incurrit legis, quia infamis facta omni commodo, quod ex ea trāſactione fuerat conſequuta, & rerum proprietate priuata pœnam legi inſertam reſtituere, cogitur potiſſime cum ipſa arbitramentalis ſententia præfati domini epiſcopi tribus iudicum ſententiis fuerit comprobata, & tanquam executioni mandanda iuſſa fuerit executione mādari, vt ff. de verb. obliq. Romæ. §. fi. vbi per Barto. & de condi. inde. l. iuli. & per Ang. ff. de pac. tres fratres.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

Spurius an ueniat filii appellatione in ſtatutis de compromiſſis fiendis inter coniunctos. & an natus ex patre ſpurio dicatur legitimus. Et ex quibus cauſis cognoſcatur laudum fuiſſe iniquiſſimum, & quando poſſit peti reductio ad arbitrium boni uiri.

SVMMARIVM.

1 *Radix corrupta non producit fructum ſanum, quemadmodum progenies infecta prolem inceſtuoſam, nam priuatiua inficiens deriuatiua vituperat.*

2 *Dolus futurus non poteſt per pactum remitti, eſſet enim contra bonos mores.*

CONSILIVM CLIX.

SEYVS Et Aurelius, qui dicebantur patruus & nepos cùm coram recto ciuitatis Tergeſti de multis & variis inter ſe rationibus diſceptare vellent ex forma ſtatuti, ſe in duos bonos viros compromiſerunt, diſponentis, inter patruum & nepotem corā ordinario litem eſſe non poſſe, prout ex inſpectione ſtatuti liquere poſſit, demum cum dicti boni uiri inter ſe diſcordarent electo cōmuniter tertio ſententiauerunt, in qua ſententia Seyus reperit ſe valde læſū. prædictus Seyus vult ſententiam talem infringere, ſi poteſt dicens ſe ex forma talis ſtatuti coactum fuiſſe ad compromittendum, cum compromittere non teneretur, ex eo quod dictus Aurelius natus eſſet ex Pamphilo, qui dicebatur frater dicti Sey, qui in rei veritate frater non erat, eo quod eſſet ſpurius ex non ſoluto & nō ſoluta genitus, & per conſequens dictus Aurelius non eſſet nepos, cū ex forma iuris ciuilis caueatur ſpurium filiū vocari non poſſe, ac ſimili ratione ex ſpuriis natos vocari non poſſe nepotes, quamquam & hi ex ſpuriis orti ſint ex legitimo matrimonio. Nunc quæritur, an talis ſententia ex hoc capite poſſit annullari, vel retractari aliquo iure, vel via. Cum etiam obſtet aliud, q̄ cōtra ſniam vice dnatiā, ſed in cōtumaciā dicti Sey, q̄ tali vice dnatiōi nunq̄ ɔſetire voluit. Obiicit̄ ēt, q̄ a principio iſta ñ fuerit oppoſita. ſ. q̄ Aurelius nō eēt nepos. Præ obiicitur, quòd inceſtuoſitas patris nō debet obeſſe filio, nec patris ſpurietas, ſuper his conſilium petiiura uobis, qui fons eſtis ornatiſsimus omni iuris, & quid ipſe ſecundum deum & iuſtitiam iudicaretis, ſi haberetis iudicare &c.

1 Pro deciſione eorum, de quibus quæritur, ſciendū, quòd appellatione filii ſimpliciter in ſtatuto prolata, non continetur is, qui ex inceſtuoſo & damnato cōplexu natus eſt, cum nec naturalis nominandus ſit, vt C. de inceſt. nupt. l. ex complexu. & huic non competat diffinitio filii, quam ponit iuriſconſultus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filium. & omni effectu filiationis careat, vt nec alendus ſit, nec parentibus, nec cognatis etiam ſuccedat ſiue ex parte matris, ſiue & multo magis ex parte patris, vt in Authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. penultimo. coll. ſepti. & in ſtatutis præſertim ius commune corrigentibus ſtricta, ſeu propria ſignificatio dūtaxat accipiatur. Et ita publice diſputauit & determinauit Cyn. cuius diſputationem ac deciſionem refert & ſequitur Bald. C. ad l. iul. maie. l. quiſquis. & Ange. C. ad l. iul. de adulte. l. verba. & ff. de in ius uoc. l. parentes. & ad hoc ff. de ri. nupt. l. iulia. §. hoc capite. & facit doctrina Guil. de Cun. relata per Ange. in d. l. parentes, quia in diſpoſitionibus iuris poſitiui appellatio filiorū ſpurios non ſignificet. Quod namque contra iuris rationem ſtatuitur, ſtricte interpretandum eſt, vt de leg. & ſe. con. l. quod uero contra, pari itaque ratione nec appellatio fratris, aut patrui, uel amitæ, aut huiuſmodi ſpecialium nominum cognationis ad illicite natos pertinebit deficiente legitima inter eos conſequentia, hoc eſt, mediis per quæ iungantur, ut C. de natu. li. l. fi. in fi. etiam ſi ipſi poſtea nati ex nephariis uel inceſtuoſis ex legitimis nuptiis nati ſint, & ita expreſſum decidit Bald. in præalleg. l. fi. C de uerbo. ſigni. dicens quòd qui primitiua inficit, deriuatiua uituperat. & ſi primus philos id eſt amor eſt ex corrupta radice † non poteſt bonus filius de ipſo deſcendere, ſecundum quæ ſi allegatā ſit quod in ſtatuto Tergeſti. c. 21. ſub rubrica, Delli comptomiſarii da eſſere eletti in la queſtione delli parenti, quod incipit, Iocundamente &c. Illa nomina tam aſcendentium, quàm deſcendentium, quàm collateralium ſpecialiter numerata, uel comprehenſa nō continentur inceſtuoſa, uel ex inceſtuoſis legitime nati, inter quos non eſt legitima conſequentia præſertim ex parte patris, qui plerunque incertus eſt, licèt diuerſū ſit in matre, vt dicit Ang. in præal. parētes. ¶ Secūdo ſciendum eſt quod quotiens uiribus præturæ cogitur quis in nō ſuum iudicem cōſentire, iuriſdictio illa nulla eſt, & quicquid eo nomine geſtū, uel actum fuerit, nullius eſt momenti, ut ff. de iudi. l. ii. in princip. Cùm itaque dictus Seyus apud magiſtratum Tergeſti reſtiterit, ne in arbitros compromitteretur, & uiribus præturæ compulſus fuerit compromittere, ſicut proponitur, non ualuit ipſo iure, quod actum eſt. nec illi ſunt facti iudices arbitratores prædicti auctoritate ſtatuti, poteſtq̄ talis defectus iuriſdictionis, ſeu nationis etiam poſt latam deffinitiuam ſententiam allegari ad arguendā nullitatē ſententiæ, ut C. ſi a non compe. iudi. l. fi. & per totū. euā ſi lege qualibet municipii prohiberetur ſentē tiæ nullitatē allegari dici uel proponi, ut not. ſingulariter Ioā. And. in gl. ſua ordinaria in cle. unica de ſeq. poſ. & fru. & per Barto. ff. qui ſatiſ. cog. l. 2. §. quod ait. & de re iud. l. uii. §. condemnatū, ex hoc itaque capite poteſt memorata arbitrorum ſententia de nullitate redargui, pariter & conuinci. nec mouet, quòd illud inſtrumentum ſententiæ fuerit uice dominatum, licèt in contumaciā rei non conſentientis, quia illa uice dominatio pertinere uidetur ad fidei quæſtionem, hoc, eſt ad probationem ipſius inſtrumenti, & eorum quæ in inſtrumento continentur, quod ſcilicet ita facta geſtave ſint, non autem ad iuris ſolennitatem, ſeu rob ur & uigorem contractus, ſeu actus, qui per inſtrumentū probatur, ut in ſimili C. de teſta. l. ſi unus. ſtat namque quòd inſtrumentum uerum ſit & recte factum ſit, cōtra-

tra.

tractus aũt, uel ultima uoluntas, aut ſententia, quæ per id inſtrumentum probantur, lure ipſo non valeant, & nullius ſint momẽti, vt d.l. ſi vnus. aliud namque eſt inſtrumentum, & aliud actum, ſeu geſtum ſeu contractus, de quibus in inſtrumẽto narratur. ut not. per Bar. ff. qd ui aut clã. l. j. §. & parui. nec rurſum nocet, quod nõ fuerit allegata dicta inceſtuoſitas ab initio, quoniam nec fuerat probata parentela, ſeu cognatio, nec conſtitit iudici de aliqua parẽtela, cum tamen ex fide eorũ, quæ apud eum probata fuerant iudicare debuerat, vt ff. de offic. preſid. l. illicitas. §. ueritas. denique error in iure uel in facto circa iuriſdictionem, eius, qui ſuus eſſe iudex exiſtimaretur, cum non eſſet, fori conſtitutionem & iuriſdictionẽm prorogari, multoque magis pœnitus non habenti conferri impedit, ut ff. de iuriſd. omn. iudic. l. ſi per errorem. & quod ibi no. in glo. id eſt diſcooperit. & C. eod. titu. l. j. & l. priuatorum conſenſus. Nec in hac ſpecie recte dicitur, inceſtuoſitatem uel ſpurietatem patris nocere filio, ſed potius nõ proficere ad obtinendũ aliquid contra iuris rationem & regulas, vnde ſuperius allegata non obſtant, quin dicta arbitramentalis ſententia nulla ſit, & de nullitate conqueri poſsit dictus Seyus ſeu Albricus della ſpada contra dictum Aurelum, ſiue Bartbolomeum nepotem eius prætenſum. Porro ſi & id, quod ex facto mihi vltra ſupra narratum proponitur, verum fuerit, quòd ſcilicet res & controuerſiæ, de quibus extitit dictus Seyus vel Albricus coactus præturæ uiribus compromittere ex ſcriptura propria manus alterius litigantium vel publicis documentis pependiſſent ſeu proficiſcerẽtur, alia ratione dictum compromiſſum & laudum viribus non ſubſiſterent per finem dictæ legis municipalis. vbi excipiuntur eiuſmodi quæſtiones, ne cogantur partes ad compromiſſum, ideoque facta per prætorem coactio nullam iuriſdictionem, ſeu notionem arbitrorũ pœnitus effeciſſet per ſuperius alleg. poſtremo illud conſideratione digniſſimum eſt, quod etſi ſuperius allegata ceſſarent, ſicque ſententia, de qua quæritur. ipſo iure ſubſiſteret, manifeſtam tamen & enormen, ſeu immoderetam læſionem alteruter litigantium intuliſſet, poſſet ſine impedimento præfatę conſtitutionis læſum enormiter conqueri, & eam petere corrigi per arbitrium boni uiri, Quemadmodum nã-
3 que † poſſet id fieri, tam etſi partes in compromiſſo cauiſſent, ſeſe non petituras laudum proferendum ad arbitrium boni viri reduci, ſi enormis & immenſa læſio euiq̃ compromitentium facta foret, quaſi dolo præſumpto ex iniquitatis & damni illati magnitudine in perſonis arbitrantium, qui cũm eſſet futurus, remitti pactione nequiſſet quaſi contra bonos mores, vt eleganter tradidit Hoſtien. de iniur. c. quintaualhs quem refert & ſequitur Bart. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. per l. ſi unus. §. illud. ff. de pac. vbi per glo. & Bal. C. de arbi. l. cum antea. Ita & in ſpecie propoſita illa clauſula ſtatuti, qua uetatur reductionis petitio ad arbitriũ boni uiri, ad hunc caſum immoderatæ lęſionis pertinebit minime, ne alioquin videretur, futurum dolum arbitrorum remittere, qui ex enormitate præſumitur, ſicq; ad delinquendum eas inducere contra bonos mores. vt ff. de pac. do. l. conuenire. & de pac. l. ſi vnus. §. pacta. & procedit argumentum a pacto ad legem, vt qd nõ poſsit fieri pacto, quia contra bonos mores, nec ſtatuto. vt not. gl. C. de decre. decu. in rubrica. & ff. de pac. l. non ipoſsibile. Nouiſsime meminerit qui iudicaturus eſt, quod omnem ſententiam, quæ manifeſtam iniquitatem contineat, etiam ſi ſit ab arbitris lata, quibus alias ſtandum eſt, vt ff de arbi. l. diem proferre. §. ſtari. poteſt & debet ſuperior officiũ emendare. ut ſingulariter notatur in decretis. ij. quæſtione vj. iudicibus. & per Innoc. de reſer. cap. cum dilecta. & de re iudi. c. cũ Bertoldus. & p Hoſti. & Ioanu. And. c. pulcherrime. de arbi. c. nõ ſine. & c. ex poſita & quod no. per Bartol. & Bal. & Ang. ff. qui ſatiſ. cog. c. arbitro, licet hi non ita clare dixerunt.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael fulgoſius.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor an poſſit pœnam promittere de ſuo, & an & quomodo puniatur ueniẽs contra tranſactionem iuratam ſiue laudum, & an pręſumatur vſura, ſi ſit appoſita pœna dationi quantitatis pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt neceſſaria interpellatio, ſi dies inſertus in ſententia.*
2 *Vſurarum fraudis ſuſpicio qualiter ſit in compromiſſorum pœnis excipienda.*
3 *Expenſa uel intereſſe contra moroſos uel doloſos qualiter taxentur.*
4 *Litis conteſtatio quibus uerbis inducatur.*

CONSILIVM CLX.

IOANNES Et Gorus fratres de Beridelis parte una, & Simon Tulermi compromiſſerunt de iure & de facto in Meum & Gerardum tãquam arbitros, & arbitratores, ac amicabiles cõpoſitores de omnibus & ſingulis controuerſiis, quæ eſſent, & ſeu in futurum ſperarentur inter ipſas partes cum clauſula, qđ omnes cauſæ, de quibus per dictos arbitros fuerit pronunciatum, intelligantur in hoc compromiſſum deductæ data pleniſſima poteſtate ipſis arbitris in procedendo, & pronunciando, promiſeruntque dictæ partes parere dictorum arbitrorum etiam proferendæ sẽtentiæ, & non petere reductionem ad arbitrium boni uiri, nec ullatenus cõtrauenire ſub pœna M. ccccc. du. & pro utraque parte dati ſunt fideiuſſores de obſeruatione promiſſorum per utranque partem, & pro ipſo quidem Simone fideiuſſerũt Baldaſar de Curaxiis, & Ioannes Frenia promittentes, ſe curatos & facturos quod dictus Simon prædicta omnia in compromiſſo comprehenſa, & ſpecialiter ſententiam ſuperinde per arbitros proferendam obſeruabit, & ſi hoc non fecerit, uterque eorum promiſit dictis fratribus de ſuo proprio ſoluere & ſatiſdare uſque ad quãtitatem flor. 700. pro ſingulis eorum ſub pœna prædicta in compromiſſo comprehenſa, & iurauerunt prædicta omnia & ſingula attendere & obſeruare corporaliter tactis euangeliis. poſt hæc prædicti arbitri & arbitratores prorogato termino compromiſſi & partium conſenſu, repetitis in prorogatione fideiuſſoribus ſub præmiſſa forma, & iuramento, & tandem ſententiam condemnatoriam contra dictum Simonem de 60. floren. intra certum diem dandis dictis & Ioanni & Goro fratribus protulerunt, a qua ſententia non fuit reclamatum, & quia lata fuerat dicta ſententia partibus & fideiuſſoribus earum abſentibus, quod & fieri potuerat ex forma compromiſſi. Idem fratres compromiſſũ, prorogationis, & ſentẽtiã tenore & copia tã dicto Simoni, quàm dictis fideiuſſoribus per iudicem plenariæ, pront per notarios fuerant breuiata & rogata per ſingulos ſingulis dinumerata, denunciauerunt, multo antequam dies in arbitrorum ſententiam ſolutioni præfixus adueniſſet, nec tamen per ipſum Simonem, aut fideiuſſores, aut eorum aliquem fuit præcepto & ſententiæ prædictis in aliquo ſatisfactum. Hinc quæritur an dicti fideiuſſores conueniri ualeant per dictos fratres & in quantum. Secundo principaliter quæritur, cũ idẽ Simon poſt latam ſententiam per dictos arbitros & arbitratores abſolutoriam generaliter dictorum fratrum ab omnibus, quæ dictus Simon petere poſſet a dictis fratribus quacunque ex cauſa ſecundum formam petitionum coram ipſis arbitris & arbitratoribus productarum per dictas partes, petierit a dictis fratribus flor. quingentos ex uirtute cuiuſdam relationis factæ per. Bartolum Iuertini, cui examinatio cuiuſ-

inſdam calculi & rationis inter dictas partes cõmiſſa fuerat per conſules cõmunis mercatorũ, cuique ſimiliter cõmiſſa fuerat dumtaxat, ut referret dictis conſulibus, non etiam vt condemnaret ante compromiſſũ & ſententiã de quibus ſupra, petieratque idẽ Simõ executionem realem & perſonalem dictæ relationis in dictos fratres apud cõſules dictæ curiæ mercatorum, cum tamen apud arbitros ipſos & arbitratores de dicto calculo & dicta ratione, cuius examinatio & relatio fuerat commiſſa & facta, vt præfertur, tractatũ & agitatũ fuiſſet, an dictus Simon & dicti ſui fideiuſſores in pœnam dicti cõpromiſſi ceciderunt & conueniri poſſint, vel ne &c. ¶† Super eo quod primo quæritur cõpendioſe concludendo reſponden, unumquemque fideiuſſorũ prædictorũ poſſe conueniri per dictos fratres in flor. ſeptingentos auri ſine ulla prorſus dubitatione. Certũ eſt nãque dictũ Simonẽ ex cõpromiſſo & ſententia ſuperinde ab arbitris ſeu arbitratoribus ſa lata ſexcẽtis flor. auri fuiſſe & eſſe dictis Berindelis obnoxium, ut ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. fi. & pro ſocio l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. & quod ibi plene tractatur per Bartol. & conſequenter fideiuſſores eiuſdem qui ꝓmiſſerant curare & facere, quod ipſe Simon ſententiæ arbitrali pareret, & ſi id non facerent de ſuo proprio ſoluturos vſque ad ſeptingentos flor. per ſingulos eorum cum nõ fecerint nec curauerint, vt ipſe Simon ipſi ſniçintra diẽ paruerit vſq; ad dictã ſentẽtiã ſexcentorũ flo. Et hoc capite conueniri poſſe quaſi impleta conditione ſuæ fideiuſsionis, ſic namque concipi poſſe fideiuſsionem conſtat, ea quæ not. ff. de uerbo. obliga. l. cum filius. §. j. & l. ſicut. de fideiuſ. & l. fideiuſſor. §. fin. Rurſum cum ipſe quoque Simon pœnam mille quingentorum flor. promiſit dictis fratribus ſi præcepto arbitrorum non obtemperaſſet, & præceptum arbitralẽ diẽ ſolutioni præfixerit, intra quem diem ipſe Simon ſummam condemnationis non ſoluerit, pœnã compromiſſi commiſit, vt ff. de arbi. l. celſus. Et conſequenter ipſi fideiuſſores, qui promiſſerunt ſe curaturos & facturos, quod dictus Simon omnia in dicto compromiſſo contenta & per eum promiſſa ſeruaret, & alioquin de ſuo ſoluerent, & non curarunt, neque fecerũt, quod dictus Simon ipſam pęnã, quam promiſſerat, & cuius promiſsionis conditio extitit per d. l. celſus, ſolueret, & ſuã promiſsionẽ obſeruauerit in ſoluenda pęna vſque ad quantitatẽ flo. ſeptingentorum per utroque eorum obnoxii facti ſunt dictis fratribus de Berindelis computata tamen ſumma ſexcentorum flo. de qua ſupra proxime in his ſeptingentis, hoc eſt, vt obligatio ex vtroq; capite & ſentẽtiæ & pœnæ ipſam quantitatẽ flo. ſeptingẽtorum pro utroque ſeu eorum ſingulis nõ excedat. Nec poteſt ſe dictus Simon a dicta pœna defẽdere, quia non fuerit interpellatus per dictos fratres ſuper dictis ſexcentis flor. quia cum dies fuerit inſertus ſententiæ arbitrali, neceſſario non fuit interpellatio, vt C. de contrahen. & com. ſtip. l. magnum. & ff. de ac. & ob. l. traiectitiæ. §. de illo. & d. l. celſus. Nec rurſum ignorantia dictæ ſententiæ latæ poteſt ſe tueri, uel excuſationem afferre, cum per denunciationẽ & copiæ dationem ipſius ſententię factus fuerit certior. Nam etſi denunciatio facta nõ fuiſſet dubitari fortiter potuiſſet de conditionis euentu, cum dies inſerius eſſet conditioni, nihilominus pœnã cõmiſsiſſet, quam etiã cõmittit ignorans, ut ff. de nauti. fe. l. fin. de uerbo. oblig. l. ad diem. Nec probabilis ignorantiæ prætextu contra eã iurari poſſet, cum eſſet affectata ignorantia in eo, qui compromiſſerat, vt abſente ſe poſſe laudum proferri, quodq; intra tempus compromiſſi tantummodo proferri potuerat, ſicque ſcire facile potuit, an & qualis arbitralis ſententia proceſſiſſe. C. de inceſt. nup. l. qui contra. & de clãde. deſpon. c. cum inhibitio, tanto magis ꝙ hic ſententia etiam denunciata proponitur. Sed nec pœna defenditur dictus Simon eo quod arbitri ſexcentos dari iuſſerint, ſicque dationi pœna ſubiecta ſit ar. ff. de ver. ob. l. ſtipulationem. §. ſi ſortem. & quod no. per Bar. non teneat aũt pœna dationi pecuniæ ſubdita, ſicut nec uſura promiſſa valeret, vt ff. de ac. emp. l. iul. §. ibidẽ pap. & quod ibi not. & C. de uſur. l. cum allegas.
2 quia† in pœnis compromiſſorum non eſt excepta huius fraudis uſurarũ ſuſpicio, ut tradit̃ per Ia. Bu. & Bar. C. de tranſac. l. promiſsis. & per Inno. & Io. Andr. extra de pœ. c. ſuam. & per Alb. C. de uſur. l. cum alleg. & d. l. celſus. quorũ dicta ꝓ hic ſcriptis ſtudio breuitatis extimentur, concluditur itaque dictũ Simonẽ in ſexcentis ex condẽnatione dictis fratribus obligatũ, & ex capite pœnali, quia præcepto arbitrorũ non paruit in mille quingentis, unde dictos duos fideiuſſores, qui pro ipſo Simone pro mille quadringentis iuſſerint ex omni capite, quo dictus Simon teneretur, licet ſpecialius ex capite ſententiæ, in ipſis mille quadringentis teneri & cõueniri poſſe non eſt ambigendũ. Supereſt illa ſcrupulo ſint deliberatio, an quia dicti fideiuſſores de ſuo ꝓprio non ſoluerint, cũ non curauerint, dictũ Simonẽ obſeruare, quod ſpopõderat, ſicut & ipſi ſpoponderãt ſub pęna cõpromiſſo cõprehenſa, ipſi quoque pœnã ex ſuo quoque non facto, ſiue non impleta ſolutione de proprio cõmiſerint, poteſt enim fideiuſſor ẽt ſuo nomine pœnã aducere, ẽt ſi reus pœnã cõmiſiſſet, ut not. ff. de fideiuſ. l. ſicut reus. & per Bar. ff. de eo quod cer. lo. l. Centũ capuæ. dixerit quis nõ cõmiſiſſe fideiuſſores pęnam, quã ipſi dationis obligationi pecuniæ ſubdiderunt, ſicque quaſi in fraudem uſurarũ id conceptũ ſit, non ualeat per ſuperius allegata. ſed cũ hic de cõpromiſſo & tranſactione loquamur, per id quod no. eleganter ſecũdũ Io. in Auth. ut diffe. indi. §. j. & a Bar. confirmatũ eſt. C. de tranſa. l. ſi quis maior. & l. ex poſtremo. & de condi. inde. l. eleganter. §. j. ſicut in principalibus ceſſat fraudis uſurarum ſuſpicio, ut in præall. l. promiſsis. ſecundũ Bart. & Ia. But. & hic in acceſſoribus uidebitur ceſſare. Quin etiã Inno. ubi ſupra generaliter diffinit, pœnam, etiã dationi ſubditã recte exigi poſſe, ſi non peccatur, dũ non in fraudem uſurarum id factũ ſit, quod tunc iã tũ factum præſumit, cum ſtipulator conſueuerat fęnus exercere, aut ẽt per ſingula tẽpora annorũ, uel menſiũ ſtipuletur, quorũ neutrũ hic eſt, cum hi de Berindelis ſint re etſi fama notiſsimi mercatores, deniq; etſi ꝗs cõſtanter fraudis vſurarũ ſuſpicionẽ intelligat, in id tamẽ omnes cõſentiunt uſque ad id, quod intererſit pœnam exigi poſſe, quia non eſt vſura, vt ff. pro ſoc. l. ſocium q qui in eodẽ. & not. extra de uſur. c. conqueſtus. & c. ſalubriter, & cũ hic, ut ex inſtrõ fideiuſſionis appareat quocunque loco petitũ fuerit, fuerit collata ſolutio, arbitrariã actionẽ eſſe, quæ & contra fideiuſſorem competit, exiſtimãdũ eſt, in quã etiã vtilitatẽ, quã facturus fuiſſet creditor veroſimiliter, quia negociari conſueuerat, & lucrũ facere, rationẽ haberi ẽt ultra legitimũ modũ uſurarũ reſponſum eſt, ut ff de eo quod cer. lo. l. 3. §.
3 fi. Illud porro non eſt incognitum †contra moroſos & doloſos etiam in actionibus ſtricti iuris id, quod interſit extrinſecus moram paſſi, taxatione tamen a iudice facta iuramento probari, cum nec alias facilis ſit eius quantitatis probatio, ut ſingulariter not. Accur. in glo. ordi. ff. de in litem iur. l. uideamur. in gl. fin. in fin. quam & doc. ſequuntur. & facit l. in actionibus. §. plane. & qđ ibi per Barto. poſt gl. & in l. cum furti. eodem titu. Poſtremo cum & hæc ipſa promiſſio iuramento corporali uallata ſit etiam ſi indubitate foret, uſura iuramentũ ſuum debitor deo reddere debet, ut extra de iureiur. c. debitores, quantomagis cum hoc ipſum dubium ſit, ne non ſit ultra, ſed interſit, ſed etiam pœna in fraudẽ uſurarum adiecta, ut retuli ſupra ſecundum Inno. debebit hæc ſententia admitti, ut ipſi fideiuſſores totam, quam iurarunt pœnam, exſoluant. Poſtea uero cum repetitione tractabitur, fuerit vſura, nec ne, diſputabitur, & quatenus uſura conſtiterit, reddere creditor compellatur. Quæ cuncta paulo expeditius dicenda putarem, ſi proponentur, dictos de Berindelis interpellaſſe eos fideiuſſores, ut quia non curarunt dicta ſexcenta, quibus certa dies, ſua die perſolui per Simonem ante dictum,

ctum, ipſi de ſuo ſoluerent & rurſus vt curent, dictum
Simonem pœnam cõpromiſſi, quam incidit, quia in-
tra diem ſtatutnm non ſoluerit, ipſis ſoluere, ſolutionl
namq; pœnæ etiam in ipſo Simone dies adiectus, qui
vice interpellationis foret, fuerat & cõſimiliter ei pro-
miſſioni quod de ſuo proprio complerent, ſi non curaſ
ſent, nec feciſſent a dicto Simone ꝓmiſſis ſeruari dies
incertus ſpecialiter non exiſtit, vnde vtrobiq; neceſſa-
ria videtur interpellatio, & in ipſo Simone, vt in pœna
moram contrahat, & in ipſis fideiuſſoribus, vt pœnam
in compromiſſo dictam, ſub qua ſpoponderunt ſe fa-
cturos a dicto Simone promiſſa compleri, ipſi fideiuſ-
ſores incidãt. Cautius itaq; dicti de Berindelis dictos fi-
deiuſſores ſolemniter interpellẽt ſecundùm formam
traditam per Bart. ff. ſi cer. pet. l. quod te. & In cle. cum
cauſam. de elect. vt videlicet quia non curarunt, nec fe-
cerunt, quod Simõ prædictus ſortẽ condẽnationis die
ſtatuto perſolueret, ipſi de ſuo dicta ſexcẽta perſoluãt
quod ſi dicti fideiuſſores non fecerint, ideſt, dicta ſexcẽ
ta non perſoluerint, pœnam, quã ipſi fideiuſſores ſpo-
ponderunt, committent, vt ff. de verb. obl. l. ita ſtipula-
tus. §. item ſi quis ita. & ſimiliter interpellent ſolemni-
ter, vt præmittitur, eoſdem fideiuſſores, vt curent, & fa
ciant dictam pœnam compromiſſi, quam incidit Si-
mon, quia præceptis nõ paruit arbitrorum, eis ſoluat,
& alioquin ipſi de ſuo proprio ſoluant vſq; ad octingẽ-
ta, quæ ſupra ſummam condemnationis ſexcẽtorum
excedunt, ſicut ſpoponderunt, & alioquin de pœna,
quam promiſerunt, ſi id non fecerit, proteſtentur. Hoc
namq; facto ſi neq; Simon, neq; ipſi fideiuſſores dicta
octingenta, quæ poſt ſexcenta ſuperſunt, nõ ſoluerint,
pœnam mille quingentorum a dictis fideiuſſoribus pe
tere poterunt. Et cum his dicti fideiuſſores ex duplici vi
delicet capite & duplici interpellatione commiſerint
bis pœnam, & ſic tria millia ex illa clauſula, totiens cõ-
mittenda, quotiens contrauentum fuerit, ratis nihilo-
minus manentibus prioribus obligationibus principa-
libus. Ex illa quoq; inſerta clauſula, ratis manentibus
his, quæ prius conueniſſent, exigi poterunt, vt arg. ff. de
arbi. l. ſi duo in fi. & de tranſact. l. qui fidem. & de leg. 3.
l. fideicommiſſa. § ſi quis decem. & quæ in eis tradun-
tur. & hæc de primo conſultationis articulo.

¶ Ad id vero quod ſecundo loco quæſitum eſt, cnm
proponatur ex facto id ipſum, de quo facta erat relatio
per Bar. iunctum in compromiſſum veniſſe, deque ipſo
ipſos arbitros partibus diſputantibus cognouiſſe, con-
ſequens eſt, generalem abſolutoriam in fine dicti laudi
ſuppoſitum ad hanc quoq; ſpeciem pertinere, de qua
etiam proſecutio ex generali & pleniſſimo compro-
miſſo facta eſt ſecundũ doctrinam traditã in l. tres fra-
tres. ff. de tranſ. age. præſertim cum vna ſpecies ſola, de
qua fuerat iudicatum, hoc eſt, quæſtio pœnæ ducento-
rũ flor. ab ipſa fuerit per arbitros pronunciatione ſub-
tracta, quo fit, vt exceptio in vna ſpecie in cæteris ſimi-
libus firmet regulam generalẽ. arg. ff. de verb. obl. l. plu
ribus. §. & ſi placet. de pe. le. l. & ſi liquide. §. fi. & ſic mul
to magis in ea ſpecie, quæ non fuerat ſententia termi-
nata, licèt fuerat ſubſecuta relatio. Si itaq; dictus Simõ
ex ea cauſa petierit a dictis fratribus, a qua fuerant ab-
ſoluti, palam eſt, cum in pœnam compromiſſi collap-
ſum per l. ſi duo. ff. de arb. & l. aduerſus. eod. tit. Nec pu-
to referre eo caſu fuerit ſuper ea petitione lis apud con
ſules conteſtata, vel minime compromiſerit idẽ Simõ
nullo modo contrauenire ſententiæ, vnde per ſolam
in ius vocationem pœna commiſſa eſt, pręſertim cum
& ipſum compromiſſum iuramento firmatum eſt ſe-
cundùm l. ſi quis maior. C. de tranſ. & quod ibi not. In
ipſa tamen re videbitur fuiſſe facta litis conteſtatio, dũ
dicti fratres ſeu Ioannes ſuo fratris nomine reſponden
4 do petitioni dicti Simonis apud acta præſidis † nega-
uerit narrata pront narrantur fore vera, & petita pro-
ut petantur fieri debere, quæ verba pertinent indubie
ad inducendũ litis conteſtationẽ. vt C. de lit. conteſta. l.
vnica. & quod ibi no. de iurã. cal. l. 2. §. 1. quanquam aũt
dictus Simon ex hoc ſecũdo capite pœnã cõpromiſſi
commiſerit iterato ꝑ pinſertã clauſulã in cõpromiſſo,
vt totiens committatur, quotiẽs contrafactũ fuerit. vt
ff. de arb. l. ſi duo. §. fin. Non animaduerto tñ. dictos fra-
tres teneri vltra quã ſ. concluſũ ſit, cum nunquã incer-
tam ſummã duntaxat, hoc eſt, mille & quadringenta
fideiuſſerunt. & iã a dicta ſumma ex propoſitis in arti-
culo ſuperiore forent obnoxij, nõ pñt in plus fideiuſſio
nis eius nomine cõueniri. vt ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſores
magiſtratuũ. §. 1. & C. quod cũ eo. l. ſi mandato, & con
ſequenter nec ſuo nomine pœnã promiſſam, ſi de ſuo
proprio non ſoluerit, quod nec ſoluere tenebantur, in-
ciderũt. Illud iã nõ in ſubtiliter tractari poſſet, an cũ di
uerſæ pœnæ ſint & diuerſæ quantitates, & ex diuerſis
cauſis proficiſcentes pœna videlicet quã dictus Simon
ex cõpromiſſo qñ præceptis arbitrorũ non paruit bis
incurrit vt p̃fertur, & pœna .ſ. quam dicti Baldaſſar de
Guiniſijs & Ioannes Trenta ob ſuã morã promiſerũt,
& inciderunt vel inciderunt qñ non curarũt, vt dictus
Simon promiſſa in cõpromiſſo ſeruauerit, nec de ſuo
proprio, ſicut promiſerant, ex ſoluerat, Ita ſe inuicẽ ha-
beant, vt altera pœna alterã pœnã non ſumat, hoc eſt,
vt exactione pœnæ a dicto Simone facta, q̃ eſt trium
milliũ flor. cum bis pœnã inciderit, quia bis contra lau
dum venerit, vt ſ. monſtratum eſt, liberentur dicti Bal
daſſar & Ioannes a pœna, quã ipſi ſuo noĩe ſpoponde-
runt, ſi de ſuo proprio nõ ſoluerint mille & quadringẽ
ta, in quibus erant fideiuſſores, & ad quã pœnã tanquã
rei non tanquã fideiuſſores tenentur, vt not. in d. l. ſicut
reus ff. de fideiuſſ. Quod quidẽ ſtricta diſputandi ratio
facere videretur, nec diceretur, fideiuſſores ipſos ꝓpte-
rea pœnæ non ſolutæ pœnã ſoluere, q᷑ v̄r prohibitũ ſi-
cut vſuram vſuræ arg. C. de vſu. re iud l. fi. & de vſu. l. fi.
nã quò ad dictos fideiuſſores attinet dicta mille & quat
tuor centũ tota ſors ſunt, non ẽt pœna, licèt quò ad Si-
monem octocentũ, q̃ ſunt ſ. ſexcenta, in quibus condẽ
natus fuit per arbitros, pœna ſint. ar. ff. man. l. idemq;. §.
ſi procurator. Et quia rõne partis nõ ſolutæ, ẽt tota pœ-
na cõmittitur. vt ff. de verb. obl. l. 5. §. fi. Ipſa aũt ſexcen-
ta ſaltem ſors ſunt, non pęna. Tam tñ honeſtius q̃ tuti-
us ac benignius & iure facturos exiſtimo dictos de Be-
rindelis, ſi ꝯtenti ſint, quò ad dictos fideiuſſores attinet,
dicta mille quattuorcentũ, pro quibus fideiuſſerunt, &
vltra duntaxat quanti ſua interſit a dictis fideiuſſoribus
morã factã non eſſe, vel ꝑꝑ ſumptus in eã rẽ factos, vel
aliarũ rerũ ſuarũ detrimẽta, q̃ propterea paſſi ſunt, vel
ꝑꝑ lucrũ, quod conſueuerunt facere & veriſimiliter fe-
ciſſent, ſi morã non feciſſent dicti Baldaſſar & Ioãnes,
ab eiſdẽ exigere, nec vltra q̃rere cõtra dictos fideiuſſo-
res, quos ꝑꝑ vinculũ ſaltem iuramenti totã pœnã, quã
promiſerunt ſuo noĩe, & quã bis aut ter inciderunt, uel
in futurũ incident, cũ inciderint neceſſariũ eſſe i dictis
fratribus de Berindelis ex ſoluere ipſum aũt Simonem
ſolutione facta per dictos fideiuſſores de dictis mille &
quadringentis, in quibus pro ipſo Simone fideiuſſerũt
in mille quadringenta liberari non dubito, cũ ſolutio-
ne fideiuſſoris, q̃ non ſit reuocabilis, reũ ipſo iure. ut ff.
de cond. indeb. l. ſi fideiuſſor. Aut ſm pleroſq; ope exce
ptionis. ff. man. l. Pap. liberari nõ ſit dubitandũ. In reli-
quum autem quatenus pęna ex compromiſſo cõmiſſa
ſuperexceſſerit, ipſum Simonem exigi poſſe. argu. ff. de
act. empt. l. prædia. & l. qui fidem. ff. de tranſ & de uerb.
obl. l. ita ſtipulatus. in fi. & l. etiã ſi cum dies. §. fi. & l. Cel
ſus. & l. ſi duo. §. fi. de arbitr.

Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An per ſolutionem factã Seio de fructibus certæ
poſſeſſionis ꝓbetur eius poſſeſſio. Et an inuentarium fa
ctũ de bonis unius faciat ſaltẽ ſemiplenã probationẽ;
quod res deſcriptæ in inuentario fuerint in bonis & de
bonis illius, in cuius inuentario deſcriptæ ſunt. Et quod
operentur duæ præſumptiones ſtãte ſemiplena probatione.
Et an ad hoc, ut dictum teſtis approbetur, ne-
ceſſe ſit & etiam ratio dicti ſui approbetur.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſingularis facit ſemiplenam probationem.*
2 *Præſumptiones quid ſemiplenis probationibus addere, vel conferre dicatur.*
3 *Conteſtes dici poſſunt ex dicto concordi, licèt ratione ſingulares.*

CONSILIVM CXLI.

IN cauſa Iacobi de Seratico ad allegationes cõtra eũ factas ſeriatim & cõpendioſiſſimè rñdetur. Et ad primũ dũ dr̃, quòd teſtes deponentes ſuper rebus immobilibus poſitis in ciuitate Vincentiæ & eius cultura ſunt coloni, & de ſolutione penſionis deponentes &c. Reſpondetur, quod ſi de penſionis ſolutione qõ verteretur quia penſio peteretur, nõ eſſent in dubio teſtes idonei, & maximè ea ratione, quia in ſua cauſa teſtimoniũ perhiberent, quod non eſt admiſſum. vt ff. de teſti. l. nullus. & C. eo. l. omnibus. & ita loquũtur iura p̃ aduerſarios allegata. Sed in propoſito nõ eſt qõ de poſſeſſione ipſius rei immobilis, quam dicit teſtis fuiſſe apud quondã Scipionẽ dum vixit, & pro ratione aſſerit, quia eã ſibi locauerat, ſeu ad fictũ dederat vel liuellum, eamq; eius noĩe poſſidebat & tenebat, certè ſi nihil de poſſeſſionis ſolutione dixiſſet, ſufficiens ratio pro probanda poſſeſſione fuiſſet, videlicet quod ipſe quõdam Scipio eã tenuiſſet pro ſua & tãquam ſuã, vel alius eius nomine vel ipſe. arg. eius quod not. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. in gl. arg. ff de ver. obl. multo magis cum & ipſum cõtra Scipionẽ dixerit ẽt ipſius rei fructus & redditus accepiſſe. arg. ff. de ſoln l. Titia. & qđ ibi per Bar. & C. de acq. poſ. l. nullius. & ibi ẽt pulchrè per Bar. Nec hic agit̃ de cõmodo ipſius teſtis, nã etſi cõſtiterit & p̃ hoc iudicatũ fuerit quaſi ipſe q. Scipio poſſediſſet, non per hoc ſequitur, qđ ipſe teſtis præſtatione penſionis liberatus ſit. Non. n. ex eo quod ei. ſ. Scipioni ſoluerit probat̃ poſſeſſio, ſed quia eius noĩe eã rem tenuerit, atq; poſſederit, quo ipſo magis oneratur, q̃ liberet̃, & ſic non obſtant no. per Bar. in l deſerre. §. iidem decreuerũt. ff. de iu. fi. quinimmo ibidem Bar. apertè cõcludit iſtã in partem, dum in fine cõmenti ſui dicit contra procuratorẽ poſſe teſtificari de actu ſuo præterito contra eũ, Cuius fuit procurator, & refert Inno. idẽ notantẽ. extra. de teſti. c. inſuper. Hic namq; cõtra hæredẽ ipſius, cuius fuit procurator, ſiue colonus, vel inquilinus prohibet teſtimonium, non pro eo, & ſatis eſt quod hoc prohibitum non inueniã. ff. de teſti. l. teſtium. & eſt rõ Inn. in d. c. inſuper. Ad id aũt quod dr̃ eos eſſe ſingulares ĩ dicto ſuo,
1 Rñdetur, qđ id verũ eſt. † verũ negari non põt. quin faciant ſemiplenã probationẽ per not. in l. bonæ fidei. C. de re. cre. & iureiur. & ff. eo. l. admonẽdi. Adſunt præterea & alia adminicula, Primo quidẽ inuẽtariũ. Primo confectũ in quo hæres tanquã res iñ bonis & de bonis quondã Scipionis deſcriptæ ſunt, ex quo inuentario fit probatio. vt ff. de admi. tu. l. chirographis, & qđ ibi not. Et ſi non plena ſaltem adminiculatur, vt cũ vno teſte probet prout ibi not. Nemo enim negabit ex eiuſmodi publico documento inuẽtarij ſaltẽ aliquam inſurgere p̃ſumptionem ad iuſiurandũ deferendum ſufficiens, ad qđ facit, quod not. in ſimili per gl. in l. 2. ff. de fide inſtr. & C. eo. ti. l. ſicut iniquũ. & per Bar. in d. l. admonendi, dum tractat de p̃ſumptione, quæ inſurgit ex inſtrumẽtis non omnino authenticis, vel plenè probantibus, & hoc procedit ẽt ſi quis dicat illud inuentariũ aliqualiter inuentarij auctoritate deficere, ex eo qđ dña Lucia nõ ritè tutelam aſſumpſerit. Nã & prædictæ gl. & not. Bar. loquuntur in inſtrumentis non ritè confectis, quanquã verum arbitror, non minus inuentariũ auctoritatis accipere eo quod ſit à conductore confectum. Non enim tutor, ſed potius iudex auctoritatem probationis accõmodat vt not. in præalleg. l. chirographis, & ratio, quæ eſt in tutore, in non tutore locum ſibi vendicat, cũ nõ ſit veriſimile quenquam pati in inuentario publicè confecto aliquid falſi ſcribi, & nonnunquam in ſui præiudicium, cũ teneatur eius, quod inſcribi paſſus fuerit, poſt finitam tutelam idoneam reddere rationem. vt C. arbi. tut. l. fi. in princi. Rurſus & ex alio inſurgit præſumptio pro ipſo Iacobo, quod quõdam Scipio poſſederit, quia poſt mortem dicti quõdã Scipionis ipſi rei fratres a zocha eas res immobiles in ciuitate Vincẽtiæ vel eius cultura ſcitas tenent & poſſident prætendentes ſe eſſe hæredes dicti quondam Scipionis, ut & ipſi fratres in reſponſione ad ſextam poſitionem confeſſi ſunt, & teſtes ſuper ipſis rebus deponentes dicant, ſe poſt mortẽ dicti quondam Scipionis a dictis fratribus eas tenere ſub ficto uel liuello, & nonnulli dicunt inſtrumẽta inde confecta. Quis itaq;, qui magis Platonis amicus ſit, ueritatem inficiabitur, quod pleniſſimè probatum eſt uno teſte, & duobus alijs adminiculãtibus præſumptionibus, dictum quondam Scipionem eas res poſſediſſe, per l. indicia. C. de rei uend. & de teſti. l. j. Aut ſaltẽ pluſquam ſemiplene probatum, ut ſic propter unam uel duas præſumptiones ultra ſemiplenam probationem pro actore facientes † potius actori, q̃ reis in ſupplemẽ-
2 tum probationis iuſiurandum deferendum ſit per c. fi. extra. de iureiur. & quod ibi not. & ff. eo. l. ſi duo patroni. in princ. cum glo. parua. quam ibi plurimum ad hoc not. Bart. in l. admonendi. Præterim cum & huius rei ueritas dominos arbitros eiues eius ciuitatis optimos latere non debeat, quibus omni ſtudio incumbit ueritatem inquirere uſque ad diffinitiuam ſententiã. ut extra. de fide inſtr. cum Ioannes. & ff. de interrog actio. ubicunque, hoc potiſſime cum in procedendo ab omni iuris ſubtilitate ſoluti ſunt per poteſtatẽ eis in compromiſſo tributam, & bene caueant, quia ante æterni iudicis tribunal, etſi ante homines effugiant, nõ euaderẽt. Nec dicat quis, iuri iurando neceſſario deferendo dicto Iacobo locum eſſe non poſſe, cum de ſoluta penſione veritatem ignorent. Fallax etenim atq; uerſuta eſt huiuſmodi allegatio, non enim de ſolutione contenditur penſionis, nec ſuper hoc iurandum foret per Iacobũ, Sed an ipſe quondam Scipio dictas res immobiles poſſederit, cuius rei ueritatem ueriſimiliter & ipſe noſcere potuit & debuit duplici ratione, & quia dicti quondã Scipionis auunculus per ea, quæ pulchrè not. Barto ff ſi cer. pet. l. j. & quia ipſe, qui cum alio contrahit, debet de perſona re quoquam ipſa, quæ uenit in contractum, diligenter inquirere. arg. ff. de reg iur. l. qui cum alio. Sicque etiam non obſtabit, quod dicitur per ſolutionẽ pẽſionis non probari contra tertium poſſeſſorem, quia illud uerum quando de præſenti poſſeſſione, uel etiã p̃teriti temporis, quo poſſedit is, qui contradicit, contenditur. & ita loquuntur allegata per diuerſam partem ſ. l Pomponius. ff. qui. mo. uſu. fr. Sed de præteriti temporis poſſeſſione, quo non conſtat aliũ poſſediſſe, per receptionem mercedis ab eo, qui teneat, probatur accipi en iis poſſeſſio. ut not. per Bart. poſt gl. in l. qui uniuerſas. §. quod per colonum. & l. quamuis. §. j. ff. de acqui. poſſ. & hic eſt caſus noſter. Nam poſt mortem tantum Scipionis hi fratres eas res poſſederunt & poſſeſſionem acceperunt, uiuens autem Scipio & ipſis colonis poſſeſſionem tradidit, & ab eis ſuo nomine tenentibus penſionem accepit, nec apparet alium quenquam tunc temporis poſſediſſe. Et eſt etiam notandum, ꝙ & alij quandoque ſunt, qui dicunt, ſe uidiſſe eas res teneri a Scipione, & eius nomine per alios colonos uel ſimiles. ut ipſi tenentes dicebant, quorum aſſertioni & cum ſui declaratione ſuo an alieno nomine tenerent ſtandum eſt. ut extra. de præſcri. c. ſi diligenti. Et hæc quantum ad res in Vincentia & eius cultura poſitas. ¶ Quantum uerò ad illas de Meledo poſſeſſionem eſt probata actoris intentio pleniſſimè, & quod allegatur, ꝙ Vgutio dicit in fine primi capituli ſe neſcire &c. Reſpondeo, quod in 6. c. dixit quod poſſeſſiones illæ, quarum exegit redditus & afficius nomine ipſorum fratrum a zogha poſt mortem Scipionis, ſunt illę eędem, quas tenebat & poſſidebat Scipio dum viueret, & de quibus exegerat redditum

diuum

dituū & fictuum partes a laborantibus eam tam pro tempore dominę Luciæ, quàm poſt mortem eius ſem per nomine Scipionis. Sed per Moratinum tertium teſtem, & Bonum quartum teſtem ſuper ſexto capitulo probatur, quòd de poſſeſſionibus i capitulo deſcriptis idem Vgutio poſt mortem dicti quondam Scipionis exegit fictū & redditnum partes nomine dictorum fratrum. Octauo ſequitur, ꝙ illę, de quibus deponit dictus Vgutio, & illæ, quæ ſunt deſcriptæ in fine capituli, ſint eædem, & ſic ex hoc capite non poteſt improbari depoſitio Vgutionis quaſi incerta, quia per aliorum depoſitiones certificatur, de quibus poſſeſſionibus ſenſerit, argum. in l. certum. ff. ſi cert. peta. cum ſimili. Rurſus dicit idem Vgutio in eodem ſexto capitulo, quòd poſſeſſiones, quas tenent in meledo dicti fratres erant illæ eędem, quas poſſidebat quondam Scipio, ſed ex cō feſſione fratrum ipſorum &c. Ad ſextam oppoſitionē apparet, ꝙ ipſi poſſident eas poſſeſſiones, quæ ſunt deſcriptæ in fine capituli, quāquam ipſe teſtis earum nominet vel coherentias, ſatis. n. de corpore & identitate liqueſcit, quod ſufficit etiam in iudicijs & teſtibus. vt ff. de publi. l. ſi cum exhibuiſſet, cum ſi. & quod in eis. no. Nec in re propoſita allegatur congrue, quod non dēat credi dicto Vgutioni aſſerenti, ſe factorem &c. ꝑ multa iura. Hic enim de mandati vel officii probatione, ꝙ quondam Scipio dictas res poſſederit, quod probatur ꝑ ipſum Vgutionem dicentem, ꝙ illæ res nomine quondam dicti Scipionis tenebantur, hoc eſt dictum, de cuius probatione agitur. Pro ratione autem dicti affert, quia redditus & fructus a laborantibus exegit tanquā factor dicti quondam Scipionis, & ad domum dicti quondam Scipionis aſſignauit. Hæc ratio quidē inſert dictum per l. qui vniuerſas. §. quod per colonum ſuperius alleg. & ideo bona eſt, ſed de probatione eius rationis non quæritur. Neque. n. vt dictum teſtis ſit probatū exigitur, ꝙ ratio etiam ſit probata quod ex eo maxime
3 apparet, quia † ſufficit teſtes in dicto eſſe conteſtes, licèt in ſuis rationibus ſint ſingulares, vt not. Inno. extra de accuſa. c. qualiter & quando, in gl. hoc potes, & per glo. ff. de teſti. l. ob carmen. §. fi. & per Bald. in l. 1. C. de teſta. in 8. q. Ad id autem, quod dicitur, ꝙ dictus Vgutio non habebat mandatum, & ideo non potuit ei quęrere poſſe. Reſpondetur, ꝙ hic non agitur probari, ꝙ per Vgutionem quæſierit, ſed quæritur probari, ꝙ ipſe Scipio poſſederit, ꝙ bene probatur per eum dicētem, ꝙ alius ſuo nomine poſſidebat. Itē dicit, quod de ſcientia & voluntate poſſidentis dicti quondā Scipionis in fine dicti primi capituli, dum dicit ipſum quondam Scipionē dixiſſe, quod eas res poſſeſſiones tenebat & poſſidebat pro ſuis & tanquam ſuas. Et eſt aduertendum, quod in fine dicti capituli idem Vgutio deponit teſtimoniū de poſſeſſionibus ciuitatis & culturę pro dicto Iacobo, quo fit, vt non ſint ſingulares inquilini & coloni ſuper eis deponentes, & multum quoque vltra ſupra allegatas præſumptiones adiuuat eius depoſitio. Et per ſuperiora quoque reſpondetur ad id, quod dicitur de domina Lucia, quæ non erat tutrix legitima, nec habebat mandatum, quia per ſuperiora probatur ratihabitio, quod ſufficit, vt l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Et per hūc modū adiuuatur dictū Octonoi, qui dicit, qđ duos annos exegit fictus & redditus nomine dicti Scipionis de dictis rebus & poſſeſſionibus in fine capituli deſcriptis, ad inſtantiam dominæ Luciæ. Nam voluntas & ratihabitio ac animus poſſidendi dicti Scipionis probatur per dictū Vgutionis vbi ſupra, & per ſequentē teſtē, dū dicit qđ vidit poſt mortem dictæ dominæ Luciæ dictum Vgutionem conduci facere ad domum dicti Scipionis dictas fruges exactas. Item Moratinus cōcordat protinus cum dicto Vgutione & ſic ſunt conteſtes, & non eſt verum quod ſint ſingulares, licèt non dent ſeꝑ ꝯteſtibus, hoc. n. non eſt neceſſe. Sufficit. o. vt de eodem deponant, vt ꝑ Inn. in d. c. qualiter & qñ, & ꝑ ꝯſequens eū ſint duo, plene ꝓbāt. vt ff. de teſtib. l. vbi numerus, & de eiſdē poſſeſſionibus, quæ ſunt in c. deſcriptæ, depoſuit vt ſ probaui, licèt prima facie dictus Vgutio nō clare deponat, ſed declaratur eius depoſitio per alios vt ſupra monſtraui. Vltra ergo plenam eorum probationē adſunt ſecundus & quartus teſtes plurimum adminiculantes et ſi non plenè probantes, quanquam ſi quis ſubtiliter inſpexerit & mutuo in alterutris ex eorum dictis eos adiuuauit etiam aliquandiu dicta dubia per aliorum dicta clara declarari cognouerit. Inueniet omnes plenè deponere. licet enim quartus teſtis hoc eſt Bonus vtatur illis verbis aliquibus & pluribus, cum tamen dictum ſuum præceſſiſſet clarè de omnibus deſcriptis in capitulo, quòd eas Scipio poſſederit, ratio ad dictum relata de omnibus debet intelligi, quæ erant in c. deſcriptæ, & illud aliquibus & pluribus debet intelligi reſpectu poſſeſſionū, quæ ſunt in meledo, quæ erant aliorū, & nō Scipionis, & quæ nō erant in capitulo deſcriptę, & hoc maximè qa dicit aliquibus ex deſcriptis I capitulo, & non dicit aliquibus ex deſcriptis &c. & licet dictum teſtis dubiū non adiuuet, quando ſñ dictum eſt clarum, ratio eius ſi poteſt debet adaptari, vt dicto conueniat propter quod & ad quod refertur, quàm vt fruſtra ſit & inutilis. arg. in auth. de filijs ante inſtru. do. na. collat. 3. cum ſim. Ex ſuperioribus autem apparet, dictum Scipionem res, de quibus in libello continetur & in capitulis ſitas in villa de meledo probatum poſſediſſe tempore vitæ ſuæ etiam poſt mortem dictæ dominæ Luciæ, & per conſequēs probatum eſſe titulum donationis in eiſdem rebus adiuncto publico documēto donationis factæ per dictum Scipionem domino Petro. Item & earum traditionem tam per conſtitutum, ſeu precarium & retentionem fructuum per l. ſi quis. C. de donat. Item & bona fides præſumitur. C. de præſcript. longi temp. l. pen. & ſic probatæ ſunt quæcunque probari oportet in Publiciana nō obſtantib. allegat. in diuerſum, quibus per ſingula reſponſum eſt. Poſtremò cum veritas non lateat penes ipſos arbitros ſummopere ſtudere debent ea pro tueri, quoniam qua menſura alijs meſſi fuerint, mētietur & eis &c. Et ſic dico & cōſulo ego Raphael Fulgoſius vtriuſque iuris Doct.

SVMMARIVM.

1 *Si iudex maleficiorum ſententiauit in cauſa ciuili, an ſententia ipſa reddatur nulla.*

2 *Iudicium diuerſis reſpectibus poteſt dici nullum.*

3 *Probatio debet neceſſario concludere, non contingenter.*

CONSILIVM CLXII.

Viſis actis & toto proceſſu vſq; ad ſententiā diffinitiuam incluſiuè, de quibus ſupra in facti narratione fit mentio. † Ad primū, 1
de quo quæritur, videtur compēdioſè dicendum, Non fuiſſe debitè & iuridice ꝓceſſum & ſententiatū. Primò quidem ex iudicis perſona, qui cum eſſet Iudex maleficiorum, non potuit de ciuilibus iudicare. ff. de iudi. l. ſolemus. §. latrunculator. non enim ex maleficio, vel criminis cauſa eum condēnauit, ſed de iure prohibendi competente vel nō competente dicto Achilli pronunciauit. Nec mouet, quod idem iudex in ſua pronunciatione motus eſt; quia idē Achilles in eum conſenſerit, Hoc namque falſum eſt, cum & exceptionem declinatoriam & incompetentis iudicis ex proteſtatione in omnibus ſequentibus actibus repetierit, quinimmo expreſſum per ſingulos actus in ea perſeuerauerit, vt ex ipſorum actorū inſpectione liquebit, vnde & hæc cauſa falſa inſerta ſententiæ eam reddit magis vitioſam & retractabilem. vt notat. ff. de acquir. hæred. l. ſi is ad quem; quin etiam ſi conſenſiſſet dubitari poteſt ne non poſſit eius iuriſdictio prorogari in ciuilibus, de quibus inter ſubditos nullam habet iuriſdictionem. argumē. ff. de re. do. l. in agris. & ff. de iudic. l. 1. & quod ibi not. in glo. & per doctor. Nec proficit, quod ibi iudex in ea ſententia propoſuit, quia per

per proceſſum adulteriora idem iudex eam exceptio-
nem repulerit,quoniam & in hoc male fecit,quod ad-
ulteriora non admiſſa ea exceptione vera & iuſta atq;
notoria proceſſerit,vnde & hoc ſuo malo opere nõ de-
buit gloriari, ſed potius prudentis more debuiſſet mu-
tato conſilio, quod male egerat, contraria interlocu-
tione reſcindere,vt ff. de re iudi.l.quod iuſſit. & potius
ſeipſum poſſibili honeſtate corrigere,quàm expectare,
vt ex querela partis læſæ ab alio corrigatur.argu.in Au-
then.de nup.§.1.ibi,nos autem.in fin.colum.4.Secun-
do principaliter male proceſſit & iudicauit: quoniam
in cauſis ordinarijs libelli deſideratur oblatio,quo præ
termiſſo, quod ſequitur, nullum eſt, vt in auth.offera-
tur.C.de lit. conte. & poteſt dici ſententia nulla etiam
ex l. municipali. ex titul.quod ſententia dicatur nulla.
In cauſis vero ſummarijs deſideratur qualis petitio apđ
acta deſcribi, vt in cle. ſæpe.de ver. obli. quorum neu-
trum hoc factum fuit,quod ex actis appareat,quibus ſo
lis,non etiam iudicis aſſertioni credendum eſt,vt extra
de proba.c.quoniam contra falſam.Cùm tamen & id-
ipſum,vt id fieret, cumulatis vicibus pro dicti Achillis
parte petitum extiterit. Deinde & tertia ratione, quia
nec apparet in toto proceſſu facta vere nullius valo-
2 ris interpretatione litis conteſtatio. † Ideoq; & ſenten
tia & iudicium nullum, vt C. de ſen. & interlo.om.iu-
di.l.prolatam.& de temp.ape.l.fin.§.illud. & teſtes rece
pti nulliter conſequenter depoſuerint,vt extra.vt lit.cõ
teſt.c.1.& 2.& fi.& C.de proba.auth.qui ſemel.& quod
ibi notatur,& quamquam illorum atteſtationes alia ra
tione nullius ſint momenti, quoniam poſt terminum
probationi præfixum,& quod magis vrget ipſius Achil
lis parte abſente & non vocata iurarunt & depoſuerũt
contra l.ſi quãdo.C.de teſti.Sed & quarta ratione, quo
niam debuit idem iudex petito ſæpius ſapientis conſi-
lio parte Achillis ſecundum formam ſtatutorum Brix.
id impartiri, nec poſt petitionem vllam petenti graua-
men inferre,quod cum non fecerit,palam eſt, cum ne-
que debite,neque iuridice feciſſe,aut protinus pronun
ciaſſe. Ex quibus omnibus, & cum contra legis præce-
ptum fecerit grauamen poſt petitionem conſilij peten
ti inferens,conſequens eſt, nullum eſſe quod fecerit,vt
C.de legi.l.nondum.Præſertim cum ipſa lex municipij
irritum ſtatuit, quod contra factum eſt.& hæc de pri-
mo quæſito,vbi concluditur,neque debite,neque iuri-
dice proceſſum,aut pronunciatum.quamquam etſi ri-
te proceſſum fuiſſet & teſtes rite recepti, nihilomagis
recte pronunciatum eſt,cum ille de Caſtello in hac cau
ſa petitoris partes ſubſtinuerit, nec quicquam, niſi de
ſola ædium poſſeſſione ſui patris, & ſua probauerit, ex
qua probatione non ſequitur, quòd dicto Achilli ius
prohibendi dictum oſtium obturari non competierit.
nam hæc ſimul ſtant, & quod illas ædes poſſederit, &
nihilominus præfatum ius competat prohibendi di-
3 cto Achilli.debet enim probatio † de neceſſitate, non
contingenter concludere.C. vnde legi.l.non hoc.& ex
tra de proba.c.in præſentia.& C.eodem l.nõ nudos. &
l.neque natales. & l. non epiſtolis. debuerat itaque po-
tius pro Achille reo ferri ſententia quaſi actore non ꝓ-
bante,quàm contra,vt C. de eden.l. qui accuſare.Et ex
his ſatis poteſt apparere ad poſteriora reſponſio,de qui
bus quæritur.Nam & ſentẽtia,vt præfertur, lata eſt nul-
la,& iudex commiſit pœnam legis municipij,ſi tamen
ea cauſa non fuerit de ordinarijs per finem ſtatuti,& læ
ſe parti ad id, quod intereſt,tenetur, vt C. de pœn.iu-
di.qui ma.iudi.l.2.& quod ibi not.& in cõcor. ibidem
alle. dum tamen litis æſtimatio in condemnationem
nõ veniat,eo quod ſententia nulla fuit,& in iure ipſum
Achillem non læſerit,vt not.Barto.in l. fi. ff. de vari.&
extraor.cog.licèt præalleg.l.2.C.de pœn.iu.qui ma.iu-
di.cõtrarium arguat ſecundũ Bal.in eo quod de iudice
loquitur, qđ pecunia deprauatus male iudicauit, quæ
ſententia nulla eſt,vt C.quãdo prouo.nõ eſt ne.l.vena-
les.Super eo vero an poſſit appellari nec ne,quia lata ſit
ſuper poſſeſſorio, verba ſententiæ videntur proprieta-
tem contingere, qua ius non competere dicto Achilli
pronunciatur. Sed cùm in ciuili cauſa ius petẽdæ ſerui
tutis reſeruet,videtur de quaſi poſſeſſione ſenſiſſe,& cũ
grauamẽ ſit reparabile,ceſſare prouocationẽ per ratio-
nem,quæ aſſignatur in l.1. C.ſi de momen. poſ.ſue.ap.
Cæterum cum eam ſententiam multifariam nullã mõ
ſtrauerit de appellationis auxilio,conſultatio fruſtra ꝓ
batur,vt ff.de appe.l.ſi cõſtat. & l.ex conſenſu.§.1.& C.
quando prou.non eſt ne.per totum.Illud autem poſtre
mo non eſt curandum, quia procurator Achillis man-
dati documentum non produxerit, tum quia non peti
tum, tum quia & ſine mandato poteſt quis defendere,
nec ſatiſdare ſibi neceſſe eſt,ſi non petatur.C. de procu
ra.l.licet.& l.exigenti.& ff.eodẽ l.pomp.§.rati.& l. ſer-
uum.§.publice. tum quia ipſe Achilles geſta per ipſum
procuratorem rata fecit ante ſententiam, vt ff. de iudi.
l. licèt. & de exceptio. rei iudi.l.ſi mater. §. hoc iure.&
hæc pro omni ſeu tota conſultatione ſufficiant, & non
vltra dicam,&c.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Adiudicatio iudicis indebite facta, quia non ſer-
uauit ſeruãda,quod ius tribuat. Et an dictum teſtis, qui
deponit circa ea,quæ ſunt iuris & magis iudicio perci-
piuntur intellectus,quàm ſenſu corporis, probet.

SVMMARIVM.

1 *Fama an ſemper & regulariter plenam faciat probationem.*
2 *Adiudicationes & probationes iudiciales diuerſimode ſunt conſi-
deranda.*

CONSILIVM CLXIII.

IN cauſa & quæſtiõe,quæ agitatur inter Ma
ſinum quondam Angeli Vannis de bonis
de Corthona agentem parte vna, & domi
nam Chriſtophorã quondam Georgij Ia-
cobi de Corthona nũc vxorẽ Menchiche-
lis fabri de dicta ciuitate Corthonæ ſiue ipſum Mẽchũ
procuratorem & procuratorio nomine dictæ dominę
Chriſtophoræ vxoris ſuæ ſuoq; nomine interuenien-
tium defendentis ſe parte altera. Corã egregijs viris do
minis Arrigo de Forteguerris de Piſtorio legũ Docto-
re primo loco,& ſequẽti Nicolao de Benedictis de Biſ-
ſo Comite Montis bouis tunc & nunc honorifico vica
rio magnifici & potẽtis militis & domini domini Frã-
ciſci de Caſalibus generalis domini ciuitatis Cortho-
næ,eiuſq; comitatus fortiæ & diſtrictus, necnon hono
ran.poteſtatis eiuſdẽ ciuitatis Corthonę,& nũc per ap-
pellationẽ delata eſt ad prælibatũ magnificum poten-
tẽq; militẽ & dominum D.Franciſcũ de Caſalibus.Vi-
ſis proceſſu,actiſq; & effectu pronunciationis ac appel
lationis interpoſitis.Quæritur, quæ nã eſſe debeãt par-
tes eius,qui in ea cauſa appellationis ius dicturus eſt ſi-
ue ꝓnunciaturus in ipſa ſentẽtia alijs nõ apparentibus
proferenda. ¶ Et videtur mihi prima fronte dicẽdum
per iudicẽ appellationis,pronunciandũ eſſe iuſtã fuiſſe
ſentẽtiam à qua prouocatũ eſt, & iniuſtã interpoſitã ꝓ
uocationẽ. Et hoc per regulã iuris notiſſimã, quæ vult
actore non probante reũ ipſum etſi nil ipſe præſtiterit,
abſoluendum,vt C.de eden.l.qui accuſare.cũ ſi. Non ꝓ
bauit neq; ipſe Maſinus ſuã intẽtionẽ,hoc eſt ſe hæredẽ
eſſe quõdã Petri Vãnis, qđ in ipſa hæreditatis petiõe ꝓ
poſita neceſſe eſſe ꝓbari plus ꝗ manifeſtũ eſt,vt l.j. & ſe
quẽtib.& l.licet.§.j.ff.đ hęre.peti.& l.j.ĩ pri.ſi pars hęre.
peti.Cùm Leonard.teſtis prim⁹ ex duob.dũtaxat.q ſup
ꝓximitate deponũt dicti Maſij ad quõdã Petrũ, de cui⁹
hẽditate cõtendit,nõ ſe ad tẽps, quo mortuus ẽ inteſtat⁹
idẽ quondã Petr. referat, qđ fieri neceſſe ẽ,vt cõcludit

in hęreditatis petitione propoſita,vt in Inſtitu.de legi.
agna.ſuc.§.proxima. Nec dicat cum ab inteſtato mor-
tuum,niſi ex eo quod audiuit publice dici & teneri per
homines Corthonæ ita eum mortuum,quod nõ vide-
1 tur ſufficere, quoniam † ſama de qua tentat deponere
non facit regulariter plenã probationem, vt ſolet nota
ri in l.admonẽdi.ff.de iureiu.& C.eo.l.in bonę fidei.&
ff.de quæſtio:l.de minore.§.tormẽta. & probatur ff.de
teſti.l.3.§.eiuſdẽ: Secundus aũt, hoc eſt ſontes etſi de-
ponere videatur recte & ſufficienter ſuper vtroq;, hoc
eſt,& de proximitate ſecundũ tempus mortis dicti quõ
dã Petri,cũ dicat vniuerſaliter negaue nullũ poſt mor
tem dicti quondã Petri remanſiſſe proximiorem Ma-
ſino vel in pari gradu.Neque enim hoc propoſito vera
ſore, ſi immediate poſt mortem dicti quondam Petri
aliquis illi fuiſſet proximior aut in pari gradu, vt ff. de
re.du.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum, & ſuper hoc ꝙ ab in-
teſtato Petrus deceſſerit,quoniam de veritate deponit,
licèt cauſam ſcientiæ non reddat, quod nõ eſt neceſſe,
quia nec fuit interrogatus,vt no.C.de teſti.l.ſolam. at-
tamen ſolus eſt,igitur,&c.vt C. de teſti. l. iuriſiurandi.
& ff.eo.l.vbi numerus.& præterea fidei eius plurimum
detrahi videtur. quoniam apparet publicis documen-
tis vel aliter & alios in pari gradu ſuperfuiſſe, hoc eſt,
ſer Honofridum,& dominam Annam fratrem & ſoro
rem dicti Maſini. Relinquitur igitur concludendum,
ream partẽ, etſi nihil ipſa præſtiterit,fuiſſe rationabili-
ter abſolutam per d.l.qui accuſare. de eden.

¶ Ad oppoſitã partẽ arguitur,cum,vt ex inſpectione
proceſſus apparet, lis nec dum ſuper principali nego-
cio, hoc eſt, hæreditatis petitione fuerat conteſtata, li-
cèt ſuper exceptione declinatoria ad impediendũ pro-
ceſſum, ac litis conteſt. in principali propoſita fuerit
cõteſtata, nec debuit nec potuit actor ſcilicet Maſinus
ſuam intentionem,hoc eſt, quod foret hæres dicti quõ
dam Petẽ lirẽ nõ cõte. probare, vt ſatis probatur C. de
proba.l.exceptionem.& extra vt lit. nõ conte.c. 1.& 2.
&c.quoniam frequenter,& per totum,& not.in Auth.
de teſti.§.pe.& ff.ad l. aql.l.in lege aquilia. Sed ſoli reo
incumbit probatio propoſitæ declinatoriæ exceptio-
nis. Et colligitur hoc etiam ex verbis Ioan. Andr.in c.
extra.de lit.non conte.libro 6.in nouella in additione,
quam fecit ad gloſſ. ſuper verbo finita, & incipit gloſſ.
ſufficiebat, & eſt additio ſuper verbo ſilentiũ ad finem
ipſius gloſſ. Non probauit autem rea pars ipſam exce-
ptionem declinatoriam propoſitam vt probabitur,igi
tur debuit iudex pronũciare ſuper principali negocio,
& ad litem ſuper eo conteſtãdam fuiſſe procedendum,
quod cum non fecerit, non recte egit, & conſequenter
iuſte prouocatum eſt. ꝙ autem pars rea non probaue-
rit propoſita in declinatoriam & adiudicationem, de
qua oppoſuerat, ex eo demonſtratur,quia non per con
feſſionem ipſius Maſini actoris,hoc namq; planũ eſt ex
inſpectione geſtorũ inter partes: non etiam inſtrumen
tis ſiue publicis ſcripturis, nec non ex ſcripturis exiſtẽ-
tibus in archiuo Gabellæ communis Corthonæ etiam
ſi forent publicæ,quoniam mentionem faciunt alteri-
us documenti vel alterius actus. Ideoq; ex huiuſmodi
memoria fides non inſurgit, niſi id ipſum, cuius fit me
moria, producatur, vt ff.de fide inſtru.l.2.& C. de eden.
l.ſi quis in aliquo.& in Authen.vt ſpon.lar. §.& hoc in
ſuper.& not.per docto.in præalleg.Authẽ.ſi quis in ali
quo, & præcipue per Barto. verſus finem ſui apparatus
in ſecunda lectura illius authenticæ.Sed nec ex illa par
ticula prætenſæ adiudicationis,quã publicauit ſer An-
tonius notarius,quia imperfecta eſt,neq; nomen iudi-
cis,neq; res ipſas,quinimo nec ipſam adiudicationem
continens, vnde nec fidem vllam meretur,vt ff.de legi.
& ſe.l. inciuile eſt. & quod ibi pulchre per dominum
Bald.& extra.de fide inſtru.c.contingit. Nec huic dero
gat ſtatutum Corthonæ de fide inſtr.§. item ſi aliquod
prothocollum,&c.quoniam primum illud videtur lo-
qui in contractibus, non in ſententijs, ſi tenor illius §.
recte inſpicitur. Item loquitur in prothocollis, vel ro
gis, aut breuiaturis in quaternum redactis,vt apparet
ex ſequenti §.illius ſtatuti,quod incipit. Et quilibet no
tarius de Corthona, &c. Ea autem particula prætenſæ
adiudicationis erat tantum in quondam folio quam-
uis dicat ſer Antonius fuiſſe ex quondam libro actoris
perdito,quod tamen aliter non apparet,nec in hoc ſoli
ſuæ aſſertioni in ipſa ſcriptura factæ videtur dãda fides,
vt in præalle.regula l.iureiuran. C. de teſti. Neq; enim
illa aſſertio eſt publicum documentum, cum nec in-
terueniat rogatio partium,nec de ea re teneatur,quæ eo
dem tempore facta ſit,quo ipſa ſcriptura conficitur.ar.
in §.nos autem.in §.de tabel.& l.1. C. de fide inſtrumẽ.
& in.haſtæ.fiſ.libro 10.& quod not.per Barto.in l.ſciẽ-
dum.ff.de verb.obl. Rurſum etſi hæc omnia ceſſarent,
& eſſet ea ſcriptura prothocollũ,rogum, aut abbreuia-
tura:attamen vt prædictum eſt,ipſa ſcriptura non con-
tinet adiudicationem defectiuam in aliquo, imo pro-
tinus ipſam adiudicationem prætenſam non cõtinet.
loquitur etenim ſtatutum quando in prothocollo,
rogo, vel abbreuiatura continetur contractus licèt
defectiuus, hic autem nec ipſa adiudicatio continetur
in aliqua partę, licèt quædam acceſſoria continere vi-
2 deatur,ſi quis recte proſpiciat. Poſtremo † etſi adiudi-
catio ipſa per eiuſmodi ſcripturam diceretur eſſe pro-
bata,quod minime verum eſt,attamen præcedentia de
neceſſitate ſolemnia huiuſmodi adiudicationes, hoc
eſt,citationes,relationes,& contumaciæ, & catum ac-
cuſationes,&c.his ſimilia quæ probari neceſſe eſt,vt ff.
de pub.l.quæcunq;.§.final.& not.per docto. in l.ſcien-
dum.ff.de ver.obl.& in præalleg.auth.ſi quis in aliquo.
de eden.& de rela. l. 1. & extra de offic.deleg.c.cum in
iure peritus.& de proba.c.quoniã contrã falſam.Cùm
hic hæc adiudicatio facta ſit contra abſentem,minime
ſunt probata. Statutum namq; prædictum ſupplet defe
ctum inſtrumenti,non actus de quo prothocollo con-
tinetur,in his maxime, qui tempore ipſius actus & in-
ſtrumenti cõfecti interuenire nequiuerũt. Et licèt ipſe
ſer Antonius in publicatione,quã facit,omnia ea ſolẽ-
nia præceſſiſſe teſtetur, non tamen in hoc ei creditur.
quia eodẽ tempore interuenire non potuerunt,vt not.
in d.l.ſciendũ.& præalle.auth.ſi quis in aliquo. Per ſcri
pturã itaq; publicã concludendum reſtat,non eſſe pro-
batam eiuſmodi adiudicationẽ.Sed nec per teſtes, ſoli
namq; duo ſuper hoc deponũt.primus & vltimus.Qui-
bus duobus,hoc eſt,ſer Antonio & ſer Vgutioni id cõ-
mune videtur obſtare, quoniã deponere videtur de his
quæ ſunt iuris, & magis iudicio percipiuntur intelle-
ctus,q̃ ſenſu corporis,dum aſtruunt, ꝙ omnia ſolẽnia,
quę ſecundũ formã iuris & ſtatuti in adiudicationibus
exiguntur,interuenerint, hoc namq; magis iudicis eſt
decernere,q̃ teſtis. Ideoq; nõ valere eius depoſitiones,
manifeſtũ eſt per ea,quę tradit Inno.& cęteri poſt eum
in c.cum cauſam.extra de teſti. & per docto. iuris ciui-
lis.C.de teſti.l.teſtiũ.& de teſta.l.qui teſtõ.§.fi.Item ſer
Vgutio aperta ratione nõ eſt idoneus teſtis,qa patroci
natur in cauſa.ff.de teſti.l.fi. & quod ibi not. & de iure
fiſci.l.deferre.§.Iidẽ decreuerũt.& quod ibi per Bartol.
ipſe aũt ſer Antonius Vincen.eſt,igitur,&c.vt l.iureiu.
C.de teſti.& nõ idoneus,quodã nãq; modo in re ſua te
ſtimoniũ perhibet, cùm cãm omiſſorũ actorũ teneri
videatur ad intereſſe ipſi reæ parti, vt ſolet notari in ſi-
mili in l.imperator.ff.de ſta.ho.per Bart.poſt Guil.& in
l.ſi librarius.ff.de reg.iur.per l.fi.ff.ſi menſ. fal. mo. di.
& l.fi.C.de magi.cõue.& ad hoc ff. de edẽ. l. vbi exigit.
in prĩ.& l.argẽtari⁹.;.fi.& l.1.in fi.Pro horũ quoq; cõfir
matiõe facit,quoniã acta publica amiſſa nõ aliter p te-
ſtes ꝓbãtur, q̃ ſi teſtes deponãt de tenore ipſorũ actorũ
ſpãliter hoc eſt de ipſis actis ſingulariter factis,vt ar.C.đ
teſti.l.teſtiũ.in fi.& qđ ibi ꝑ Bar.& in l.emãcipatiõe.C.
đ fide inſtr.per Cy.Bar.& Bal.& hoc ꝓcedit,cũ ſnĩa lata
eſt nõ ex ãtiquo & ꝯtra abſẽtes, ſicut ſuit ĩ ꝓpoſito.Sed
& ſuppoſito ſuie p̃ iudicio veritatis, ꝙ ipſa adiudicatio
cum

cùm ipſis ſolemnibus exiſteret cōprobata, Attamē qđ fortius vrget, ipſa adiudicatio minime tenuiſſet. quoniam ob falſam cauſam interpoſitā, quam cōſtat nullam ipſo iure, cum ſit decretū, nō diffinitiua ſententia, vt ff. de fideicō. lib. l. cū vero. §. iubuentū. ne vis fi. ei. q inpoſ. l. 1. §. hæc verba. & de reb. co. l. magis puto. §. manet. l. ſulcinius. ff. ſi quis poſſederit. ex q. cau. in poſ. ea. & ita ibi in ſecundo decreto notatur & falſa cauſa debito interpoſito. & per Bar. ff. de cōdi. inde. l. ſi nō ſortem. §. ſi cētum. Apparet autē falſam fuiſſe cauſam debiti, cùm poſt inſtrumētum dotale cōſectum, ex quo ipſa adiudicatio ꝓceſſit, domina Chriſtophora illico proſeſſa fuerit ipſam dotem minime fuiſſe ipſi quondā Petro tunc marito ſuo numeratā. quamobrem aduerſus ipſum inſtrumentum videtur hæredibus dicti quondā Petri exceptio nō numeratæ dotis competiſſe perpetuo, & ſic inefficax erat obligatio. ſi nāq; proteſtatio debitoris ꝓteſtantis inter biēnium à creditore ſibi nō fuiſſe numeratam pecuniā, perpetuam efficit exceptionem nō numeratæ pecuniæ, vt in l. in cōtractibus. §. fi. & auth. ibi poſita. C. de non nu. pe. multo magis creditoris profeſſio & proteſtatio intra biennium, vel aliud ſtatutum tēpus debet ipſam exceptionē perpetuā cōficere, quinimo poſt lapſum tēpus cōſtitutum ꝓbari poteſt per debitorem non fuiſſe numeratā pecuniam per cōfeſſionē ipſius creditoris, vt not. per gl. C. de nō nu. pe. l. ſi ex cautione. Hic aūt apparet ipſius dominę Chriſtophorę cōfeſſio, ꝙ prædictum dotale inſtrumentū, & cōfeſſio, ac ꝓmiſſio in eo contentæ factæ fuerant ſpe futuræ numerationis: & ideo ipſam dotis quantitatē nō obſtante ipſa cōfeſſione dotis acceptæ ipſi vero ſolēniter ꝓmiſit. vnde ex ipſo inſtrumēto dotali nihil aliud cōſequi poterat ſecundū veritatē, q̃ vt ſibi dos promiſſa accepta ferretur, vt eſt expreſſum in l. promittēdo. §. fi. ff. de iure do. doli nāq; exceptione Petri ipſa repulſa fuiſſet & merito, quoniā petebat quod illico fuiſſet redditura, vt ff. de doli. excep. l. dolo. & per eandem rationem apparet expreſſam donationem propter nuptias fuiſſe indebitam, vt in Anth. de nō eligendo ſecundo nubentes. §. fi. coll. 1. Ipſa igitur adiudicatio ex ſecundo decreto facta eſt, ſi ſolēniter fuiſſet decretum interpoſitū, cum tamen ex falſi debiti quātitate in toto, vel etiam in parte foret interpoſita, ipſo iure nulla fuit; ideoq; nō habuit impedire ꝓceſſum dicti Maſini perinde, ac ſi facta non fuiſſet. Illud quoq; præterea quod & allegari poſſet. ſ. cōtra hęreditatem iacentē. Et ſi interponi poſſit primū decretum, non tamē ſecundum, vt hęc probantur C. de iudi. l. cùm debitoris. & ita ibi notatur per Bal. & habet rationē, quoniā ſecundū decretū exigit dolum & latitationem debitoris, quæ in hæreditate nō cadunt, vt ff. ex qui. cau. in poſ. ea l. fulcinius. §. 1. & 2. & §. adeo. & optime. ff. vt in poſ. le. l. is cui. §. ceſſatum. in fi. Debuerat igitur petere curatorē hæreditati ſecundū l. 1. ff. de cur. bo. dan. & de here. inſti. ſi quis inſti. l. ar. in d. §. adeo. in l. fulcinius. præall. Quibus ex omnibus cōcludendum relinquitur, dictā adiudicationem exceptionemq; propoſitam nō fuiſſe probatam, aut ſaltem inutiliter, hoc eſt, quia nulla fuit dicta adiudicatio. Debuit itaq; per iudicē principaliter cauſæ ꝓnūciari nō obſtātibus exceptionibus propoſitis pro parte reorū in principali negocio & ad litis conte. in eo faciendā fuiſſe ꝓcedendum. Nec ab hac cōcluſione diſcedendū videtur ꝓpter quędā inſtrumenta reæ partis, quibus perſuaderi videtur, ꝙ ipſa dos per dictā dominā Chriſtophorā dicto quondā Petro fuerit exſoluta, quia ſecundū veritatē nō cōcludūt, licèt nāq; per hæredes primi mariti dictæ quondā dominæ Chriſtophoræ fuiſſet eidē dos reddita in totū vel pro parte, & hęredes ipſi à dicta domina Chriſtoph, liberati & quietati de licētia & cōſenſu ipſius quondam Petri ſecūdi viri, nō tamen cōſequens eſt, ipſam dotem minime fuiſſe ipſo q. Petro tūc marito ſuo numeratā, quam obrē aduerſus ipſum ad litis cōte. ſuper ipſo faciendā procedendū fore. Hæc namq; pars humanior eſt, cùm per hmōi pronunciationē neutrius partis ius perimatur. Nam & poſt litis cōteſtationē in principali negocio factā licebit reæ parti eandē exceptionē, quā in vim declinatorię ante litis cōte. ad impediendū ꝓceſſū ꝓpoſuerat, tūc in vim perēptoriæ ad obtinendā ſnīam abſolutoriā, ſicq; ad aliū effectū proponere, nō obſtante, qđ in ea ante lit. cōte. ꝓpoſita ſuccubuerit, vt elegāter not. in p̄alle. c. 1. extra de lit. cōte. lib. 6. per Archi. & Ioan. An. in nouella. Et ſi quid minus plene ſuper ea ꝓbauerit ante lit. cōte. quāuis publicatę ſint atteſtatiōes, poterit pars rea nūc poſt litē cōt. veritati p̄bere ſuffragium, vt extra de teſti. c. veniēs. & facit quod not. per Bar. ff. de iureiu. l. nā & poſtea. §. ſi minor. Sicq; ſecūdū hāc ſnīam pleniorē veritatis negociū exercitatione clareſcet, quod ſummopere in iudicijs faciendū eſt, vt C. de appell. l. eos. §. 1. & de tēpo. ap. l. per hāc. in fi. Cū aliogn ſecundū diuerſam ſentētiā ius actoris Maſini protinus & nō cū plena, atq; exacta cauſæ cognitione cōfunditur, & veritas in lucē ꝓdire declinetur. Cui rei minime religioſi iudicis propoſitā debet acquieſcere, & ſi poſt litē cōte. ipſe Maſinus ſuā tūc intentionē, hoc eſt, ſe hæredē dicti quondam Petri, vt propouit, nō probauerit, etiā rea parte nil ꝓtinus oſtēdente debebit abſolui. Sic nāq; exaudiendū eſt, quod ſcribit Cy. de hære. peti. l. cogere. ad finē ſui apparatus. Et ita etiā recte agēribus, cū ea exceptio declinatoria altiorē deſideraret indaginē, debuiſſet in tempus poſt lite. conte. ſeruari. vt ff de iure iur. l. nam & poſtea. in prin. in tex. & gloſſ. & traditis ibi per Bart. ad quod ff. de exhi. l. 3. ibidem.

Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An in annuis obligationibus ex cōtractu venientibus vna pro omnibus annis ſufficiat præſcriptio initiū aſſumens ab exordio ipſius obligationis.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non poteſt cum mala fide procedere ſiue ciuilis ſit, ſiue canonica. quod enim ex fide non eſt, peccatum eſt.*

2 *Præſcriptio tollitur & reſecatur iureiurando & ſententia.*

CONSILIVM CLXIIII.

CIRCA primū quod quęritur videtur prima frōte dicēdū, ꝙ ſic, per quæ diſputādo gl. determinat. C. de p̄ſcrip. 30. vel 40. an. l. cum notiſſimi. §. pe. ſequēdo Ioan. cū Bulgaro qđ in annuis obligationibus ex contractu venientibus vna ꝓ omnibus annis ſufficiat p̄ſcriptio, initiū aſſumēs ab exordio ipſius obligatiōis, ſecūdū quā gl. Accur. iudicādū ē ſtatuti autoritate p̄fati &c.

¶ In oppoſitū arguitur primo de eo, ꝙ ipſa gl. notauit recte in terminis noſtris videlicet in emphyteota in l. cōperit. C. de p̄ſcrip. 30. vel 40. an. vbi gl. relata ad tex. d. l. cōperit. determinat in emphyteota priuati idē eſſe dicendū, qđ dicitur in p̄all. l. cōperit, in p̄ſtante publicā collationē poſſe. ſ. cōpelli emphyteotā ad ſolutionē annui redditus nō obſtāte p̄ſcriptione, ſeu lapſu temporis an. 40. Ita ꝓfecto ſonat illa gloſſ. ad tex. relata, & maxime cū ſit ſuper verbo cōpelli, nec eſt cōtraria illi gloſſ. poſitæ in d. l. cū notiſſi. §. pe. qa in diuerſo caſu loqtur in eo videlicet, q ad certū qd annuū, non tamē reſpectu certæ rei, quā ab alio recognoſcat, & alij quodāmodo poſſideat, tenebatur. Rurſus ſi eſſet cōtraria, nō inuenitur gloſſ. illa l. cū notiſſimi. §. pe. magis, q̃ hæc per Dyn. cōprobata. Quinimo vt refert Albe. de Pergamo in d. §. pe. Dyn. opponebat cōtra illā opin. fortiter, qa nō prius debet currere p̄ſcriptio cōtra aliquē, q̃ ipſe poteſt agere, vt. l. 1. in fi. C. de anna. excep. Sed ex ſtipulatiōe annua nō poteſt ſtatim agi, etiā ſi ſit vna ꝓ omnib. annis, niſi ꝓ primo anno, nō ꝓ ſequētib. cū pro illis ſit in diē, vt ff. de ver. ob. l. cū q ita. §. q ita. & l. ſtichū. §. j. & an diē

non recte agi poſſit, vt eodem l. cum notiſſimi. §. illud
igitur. &c. Et nō ſoluebat, ſed dicebat cogitabitis ſi poſ-
ſit iſta gloſſ. ſubſtineri, quaſi de ea nō parum dubitaret,
nedum non comprobaret etiam illam glo. Improbāt
ſuper ipſo §. pe. & Ia. & Pe. & Cy. vnde magis videtur ſe
quenda gloſſ. d. l. cōperit. Secundo principaliter arguit̃
de eadem l. cum notiſſimi. §. pe. p quē manifeſte cōuin
citur in ipſa obligatione annua, ſiue ex contractibus, ſi-
ue ex vltimis voluntatibus deſcēdat nō ab exordio ob-
ligationis, ſed ab inſtrumento eius, qui annui præſcri-
ptione inciperet. Nec poteſt ei reſponderi niſi cum ma
xima literæ violentia. & probatur etiam efficaciſſime
ſenſus Martini, quem ibi etiam ſequunt̃ ipſi doc. verū-
etiam per argumentū, quod feci ſupra ſecundum Dy.
cui non reſpondebat auctoritate ſtatuti Veronē. ſtatut
gloſſ. Accurſij deficiente tex. legis Romanæ. Cæterùm
tex. & lex Romana Accurſij gloſſ. prçualet. & aliud ſen
tire ridiculum foret, &c. Tertio etſi vera fuerit gloſſ. d.
§. pe. in l. cum notiſſimi. quam & pleriq; citramontani
doc. ſequuntur illum text. fortiter violantes vt patet ex
ſcriptis per Albe. vbi ſupra, & per Spec. in ti. de loca. §.
fi. ver. 45. & ſeq. ſaltem tamen in caſu propoſito nō ita
eſt, quoniā non fuit vnicus contractus locationis & cō
ductionis, nec conſequenter vnica obligatio, ſiue actio
ſed plures. Nam primus fuit effectus vſq; ad 9. annos du
raturus. Poſt nouennium autem debuit reuocari, & ſic
deinceps per ſingula nouēnia. Cum itaq; poſt primum
nouennium non fuit renouatus, prout conuenit, tacite
per ſingulos annos facta videtur eſſe recōductio ſi ſciē-
te locatore ipſe conductor in poſſeſſione poſt finitam
primam conductionem remanſit, & ſit prædium ruſti
cum, nec eſſet in ſcriptis facta locatio, ſecundum quod
hæc probantur. ff. loc. & conduc. l. item quæritur. §. qui
impleto. Cum itaq; plures ſunt contractus, plures obli-
gationes, & plures actiones, ſicut in legatis annuis dici-
tur in l. ſenatus. §. fi. ff. de dona. cauſa mor. & de ver. ob.
l. Stichū aut Pamphilum. §. ſtipulatio. dicemus conſe-
quēter, plures eſſe neceſſarias præſcriptiones, & ab ini-
tio cuiuſq; anni, quo fuerit ceſſatū, ſingulas præſcriptio-
nes inchoari, ar. quo vtitur glo. in legatis annuis in præ
alle. l. cum notiſſimi. §. pe. Quarto & vrgentius, non po
teſt dici præſcriptum eſſe 30. annis, etiam ſi vnicus fue-
rit contractus, vnicaq; actio, ac obligatio: quoniam cō-
ductor malæ fidei fuit ſciens, ſe alienam rem poſſi-
dere, ſeq; debere, & per ſingulos annos in mora eſſe. †
2 Nulla autē canonica vel præſcriptio ciuilis poteſt pro-
cedere cum mala fide, vel ei qui malæ fidei eſt, vt dicit
tex. aperte extra de præſcrip. c. quoniam omne, quod
non eſt ex fide, peccatum eſt. quod ius etiam in foro ci-
uili ſeruandum eſt propter cauſam peccati. vt ibi nōt.
per omnes. Et licèt non ignorem Bar. in l. ſequitur. §. ſi
viam. ff. de vſucap. licèt non conſtanter aſſeruerit, atten
tare voluiſſe, quod in actionibus in perſonam, in quibus
procedit præſcriptio ex ſola negligentia non petentis,
non ex aliquo facto præſcribentis, procedit prçſcriptio
debitori quantum licèt ſcienti, Diuerſa tamē commu-
niter apud omnes, & ſpecialiter dominos canoniſtas
ſentētia præualuit, & eam ſequitur Ion. An. in c. fi. extra.
de excep. lib 6. in nouella. Et recolendæ memoriæ do-
minus meus dominus ſcilicet Vicentinus ipſam ſeque-
batur ſuper d. c. quoniam omne. Damnata ea opinio-
ne, quam attentauit Bar. vbi ſupra, quod procul dubio
præeligendum eſt propter cauſam peccati. In huiuſmo
di enim ambiguis cauſis via ſecurior ſemper magis am
plectanda eſt. Et in hanc partem ſecundam ego quoq;
procliuior, ſum cū & naturali iuri conuenientior ſit, vt
C. de bonis quæ liber. l. non ſine. Aliud autem videtur
indubitatiſſimum, ipſum locatorem ſi poſſeſſionē ſuā
probaret, vel quaſi ſuam puta per publicianam agendo
ipſam petiam terræ dicto conductori cū omnibus fru-
ctibus etiam percipiendis poſſe ſine vllo metu præſcri
ptionis auferre, vt eſt expreſſum etiā iure ciuili in l. ma-
le agitur. & d. l. cum notiſſimi. §. vlti. & vtrobique nota.
C. de præſcrip. 30. vel 40. an. & not. de anna. excep. l. 1. §.
1. in fi glo. magnæ, iure vero canonico, quod etiam in
foro ciuili ſeruandum eſt, vt prædixi, deciſum eſt, & in
d. c. quoniam omne. §. reſponſo. & extra de reg. iuris. c.
poſſeſſor. li. 6. & hæc de primo quæſito, per quod appa-
ret, non eſſe locum ſequenti quæſtioni, verum tamen
& ad ipſam reſpondeo. exceptionem præſcriptionis tā
3 quam peremptoriā in dubio reſecatam eſſe † per ſentē
tiam, vt C. ſententiam reſcin. non poſſe. l. peremptori-
as, & eſt expreſſum ſecundum vnum ſenſum in ſimili-
bus terminis. & l. ſi duo ſunt patroni. §. Iulianus. ff. de iu-
reiur. vbi per iuſiurandum tollitur, ergo & per ſenten-
tiam, vt ff. de re iud. l. poſt rem. Eſt tamen aduertendū,
quod non eſſet ſublata præſcriptio ſi obſtitiſſet pro an-
nis præcedentibus. ar. ff. de excep. rei iud. l. cum quærit̃.
& l. fi. quia ſcilicet aliud petitur, quàm petitum fuit, licèt
ex eadem cauſa agatur. Alia namq; quantitas eſt, quæ
vno præſtāda eſt, alia quæ alio. Ad quod facit quod habe
tur C. de iud. l. 1. & quod not. in Iuſti. de act. in §. ſi minꝰ.
Et rurſus fieri non poteſt, vt præſtationi illius anni, quæ
fuit in iudicium deducta, præſcriptio non obſtaret, &
tamen in præcedentium annorum præſtationibus ob-
ſtat, ſi plures ſint contractus, pluresque obligationes, &
plures actiones, quod ſecundum ſententiam Cy. & Pe.
& Martini expeditum eſt. Similiterq; in caſu noſtro ſi
propter illa verba ad renunciandum, & quia ad 9. ann.
facta eſt locatio, plures intelligantur eſſe actiones, & cō
ſequenter plures neceſſariæ præſcriptiones. Si tamen te
neamus ſententiam, quæ putatur gloſſ. poſitam in d. l.
cum notiſſimi. §. pe. non eſſe plures actiones, nec neceſ-
ſario plures præſcriptiones neceſſarias ſed vnā pro om
nibus annis ſufficere, tunc non animaduerto, poſſe in
vno anno præſcriptionem ceſſare, quin & in omnibus
ceſſet, & ideo videretur quo ad omnes ſublata præſcri
ptio, & quoad omnes annos rem iudicatam ius facere.
vt ceſſet præſcriptionis exceptio, quamquam de alia re
agat̃. ar. C. de ordi. cogni. l. 2. quod ibi nota. licèt ſit. ar.
contra l. vendicantem. ff. de ſuc. l. ſeq. & not. p Bart. in l.
qui Romæ. §. final. ff. de verb. obl. & C de. ordi. iud. l. 1.
& extra. de cauſa poſ. & propric. c. cum eccleſia ſu-
trina, vbi pulchre per Inno. & auget, quia etiam in eo
caſu potuiſſet ex pacto pro illo anno non poſſe præ-
ſcriptionē obijci & pro alijs manere. Quoniam tamen
ſupra deciſum eſt alijs rationibus non obſtare præſcri-
ptionis exceptionē, nunc hoc pelagus & mare magnū
deliberaui non ingredi maxime propter temporis bre
uitatē an res iudicat̃, quo ad aliorum annorū præſtatio-
nes, præſcriptionē ſubſtulerit nec ne. Cùm aliç rationes
ſufficiāt. Quantum aūt ad ipſam præſtationē in iudiciū
deductam non eſt dubitandum eam protinus eſſe ſub-
latam per ſuperius allegata.

¶ ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An ſententia lata contra filiumfamilias, vel cōtra
minorē 25. an. qui litigauit ſine curatore, vel legitimo
adminiſtratore teneat. Et quid ſi ſententia lata fuit ſine
cauſæ cognitione & adhuc pendente termino ad pro-
bādum limitato ex lege municipali. Et an liceat appel-
lare à ſententia inter alias perſonas lata. Et quis proprie
dicatur decedere inteſtatus tā ex forma legis cōmunis,
quàm ex forma legis municipalis. Et qualiter probetur
cōmunis vſus loquendi.

SVMMARIVM.

1 *Filiaſfamilias nō eſt integra perſona in iudicijs ſine conſenſu patris.*
2 *Appellari an poſſit ſententia inter alias perſonas dicta.*
3 *Conteſtatio an & quando in cauſa appellationis fieri poſſit.*
4 *Infans an dici poſſit inteſtatus deceſſiſſe.*
5 *Matrem per agnatos à luctuoſa filij hereditate excludi impiū eſt.*
6 *Inteſtati vel ab inteſtato mortui an illi dicantur, qui teſtari non po
tuerunt.*
7 *Cōmunis vſus loquēdi qualiter & quibus teſtibus dicatur probari.*

CON-

CONSILIVM CLXV.

IN quæſtinne propoſita ſecũdum ordinem conſultationis videndũ eſt. Primo de validitate & nullitate ſententiæ. Secundo de æquitate & iuſtitia, ſeu iniquitate vel iniuſtitia dictæ ſententiæ. ¶ Circa primum ſine diſputatione ſtudio breuitatis dicendum puto, eam ſententiã nullã. Primũ quia ẜoiũ iudicium agitatũ fuit & lata ſententia contra filiamfa. patris conſenſu non adhibitio. Conſtat aũt non integrã filiæfa. perſonam in huiuſmodi cauſis & iudiciis ſine patris conſenſu. C. de bo. quæ lib. l. fina. §. ubi autem in vnum. & uer. neceſſitate. & C. de bon. mat. l. j. quæ notatur in eis. Secundo quia probatur, ꝙ minor ſit xxv. an. ideoque legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine curatore, uel alio legitimo adminiſtratore, ẽt ſi fuiſſet materfa. non habuit. C. qui legi. pe r ſo. ſtã. in iudi. non ha. l. j. & ii. & conſequẽter iudicata contra eam nullius ſunt momenti. C. ſi aduer. rem iudi. l. cum & minores. quomodo & quando iudex. l. ſi præſes. ff. de re iud. l. acta. §. fi. Tertio quia lata ſine plena cauſæ cognitione, quod ex temporis breuitate apparet, quod fuit ab inceohãta lite uſque ad ſententiam, qui tantummodo xiij. vel xiiij. dies lapſi erant. ut narratur propter reuocationem inſtantiæ. & quia pars rea ideſt. dominæ Eliſabetæ petiit dilationem ad probandum, cum ſupereſſent quinque partes temporis inſtantiæ per l. municipii præſtituti. vj. vel ix. nec dum impleta per ea, quæ habentur C. de ſen. & interlo. om. iud. l. prolatam. & l. ex ſtipulatione. & C. cõ. vt ep. l. fin. & qđ not. per Bar. poſt glo. in d. l. prolatam. & facit de i inte. reſti. l. cũ ex literis. C. de iudi. l. iudices & auth. iubemus, & hæc de primo. ¶ Circa cauſam iniquitatis & iniuſticiæ dictæ ſententiæ & conſequenter circa uim prouocationis interpoſitæ dicendum arbitror, & ſi rite & ualide lata fuiſſet ſententia, iuſte nihilominus prouocatum. Primum quidem ex eo ꝙ in hęreditatis petitione propoſita nec fuit prolata petitoris intentio, unde rea pars debuiſſet abſolui, qui fuit ſic perperã condemnata. C. de eden. l. qui accuſare. & in inſti. de interdi. §. cõmodum. non fuiſſe vero probatam intentionem agentium ꝙ uidelicet hæredes ſint dictæ quondam infantis mortuæ Nicolutiæ apparet ex eo, quoniam atteſtationes teſtium, qui in alia cauſa depoſuerunt teſtimoniũ, in hac cauſa fidem non habẽt. tum quia lite non conteſtata recepti, ut extra ut lite non conteſt. c. j. ii. & fi. & C. de ſent. l. prolatam. & quod ibi not. & de prob. authen. qui ſemel. Nec quem moueat quòd in cauſa appellationis perhibuiſſe dicantur teſtimonium, cuius cauſæ præcipuum priuilegium eſt, ut poſſit etiam lite non conteſtata cauſa peragi & teſtes recipi. C. de temp. ap. l. per hanc. & l. fina. §. illud. qui illa appellatio, non tenuit, quoniã †a ſententia inter alias perſonas dicta appellari non poteſt, niſi ex iuſta cauſa, ut quia ſibi pręiudicium aliquod inferri dicatur ex ea, ut ff. de app. l. a ſententia. In prin. In re uero propoſita per ſententiam latam inter dominam Eliſabetam agentem & dictũ Chirchũ poſſidentẽ bona hæreditaria nullũ prorſus generatũ fuit præiudiciũ, uel illatũ ẽt qualequale dicitur. Petro & Chelli, qui nec poſſidebant, cum omne ius eorum ſpecialiter in eadẽ ſnia iuſſu fuerit ſaluum eſſe, quin ẽt additũ fuit, nec aliquo mõ intendere iudicẽ ipſis Petro & Chelli ul iñ præiudiciũ inferre, nõ tenuit igit̃ eorũ appellatio a ſẽtentia non cõtra ſe dicta. eſt enim inuenta prouocatio, ut ab iniuriis ſibi per iudices illatis releuent appellãtes. ff. de app. l. j. in princi. Si igitur manifeſtum ſit ex ipſa ſẽtentia nullam illi iniuriam, uel grauamen inferri, negata eſt appellatio, unde rectiſſime ſcriptum eſt, Euidẽter fruſtatorie interpoſitã appellationẽ per condemnatum non tenere, nec pronunciationẽ extinguere uel ſuſpendere. Nec curſum temporis dati iudicatis, nec executionem impedire, ut not. C. de uſur. re iudi. l. 2. & eſt expreſſum C. quo. ap. non recip. l. abſtinendum. nõ igitur appellationis priuilegio defendentur eiuſmodi atteſtationes, quæ fruſtra & inutiliter fuerit interpoſita,
3 ruſum & illud adnotandum eſt, † quod tunc in cauſa appellationis non eſt faciẽda cõteſtatio, cũ altera pars abſens eſt. Sed ſi utraque pars præſens ſit, & cauſam ſuã agit, etiam in cauſa appellationis conteſtatio facienda eſt, ut C. ne lic. in una eademque cauſa tertiò prouo. & quid ibi not. per glo. & Bar. & de ap l interpoſita §. final. & per Ber. in c. Raynaldus. de teſtam. Sed etſi ſine præiudicio ueritatis tenuiſſet appellatio, nihilomagis in hac cauſa dictæ atteſtationes ſufficerent, cum ad eum effectum producti fuerint, ut obtineretur per dictos Petrum & Chellem, quod ſententia lata pro domina Eliſabeta contra dictum Chellem ſibi non faceret præiudicium, quã ipſa domina fuerat hæres dictæ Nicholutiæ pronunciata, ut ex ipſius tenore pronunciationis manifeſte colligitur, nunc aũt Petrus & Chellis intendunt contra ipſam dominam nouam ſententiã obtinere, ut ſcilicet ipſi pronuncientur hæredes dictæ quõdã Nicholutiæ & rerum poſſeſſarum a dicta domina Eliſabeta poſſeſſionem auferant, merito atteſtationes in hac cauſa nõ ſufficiũt, ut extra de teſti. c. ueniẽs. et c. & cauſam quæ. & c. cum in tua. quemadmodum enim ſententia lata ĩ ipſa cauſa appellationis in hac cauſa nõ facit ius, & præiudicium inter eaſdem perſonas, quia alia res ibi uertabatur, alia hic. Nam ibi quærebatur, an dicta domina Eliſabeta eſſet hæres dictæ dominę Nicolutiæ. Hic uero quæritur, an Petrus & Chellis hæredes ſint ipſius Nicolutiæ. ar. ff. de excep. rei iudi. l. cum quæritur, & duabus ſequentibus. ita quoque nec acta ibi facta in hac cauſa ius & præiudicium faciunt. quibus nãque caſibus ſententia non præiudicat, nec acta illius iudicii inter eaſdem uel alias perſonas, ut ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſor. §. fi. & quod ibi not. per doc. & Bar. C. de eden. l. a. & facit optime quod not. per Inno. de cã poſ. & propri. c. cum eccleſia ſutrina. in gl. fin. Rurſus ſi huiuſmodi atteſtationes per teſtes in hac cauſa mota contra dictam dominam Eliſabetã per dictos Petrum & Chellem productos depoſitæ fuiſſent, non tamen uideretur probata intentio dictorũ agentiũ, nã iure quidẽ cautũ cõſtat, potiorẽ matrẽ in ſucceſſione dictæ dominæ Nicolutię dictis Petro & Chelli, qui ſeptimo gradu agnationis dictæ Nicolutiæ fuerant conſtituti, ut C. ad tertul. aut. defuncto. idem iure legis municipii Senẽſiũ, nã ſtatutũ ſub rubrica inquantũ ſuccedãt aſcendentes ex linea materna di. ii. ius uetus & commune innouat dumtaxat in ſucceſſionibus morientiũ ab inteſtato, ſicut apparet ex principio dictæ conſtitutionis mu-
4 nicipii. Palã aũt eſt† infantẽ non proprie inteſtatã dici deceſſiſſe, quæ nec teſtari potuerat, ut ff. de ſuis & legit. l. j. in §. j. & per cõſequens licẽt in iure communi ꝓ inteſtata accipiatur, ut ff. eo. l. de ſuis & legit. In ſtatutis tamen municipalibus, ubi uerbis ſtrictis & eorum proprie ſignificationi deſeruiendũ eſt, ne maxime ius cõe corrigant, quinimmo ẽt potius impropriãda quominus a iure cõi deuient, dum iñ aliquid operent̃. extra de conſue. c. cũ dilectus. & ff. de mu. & hon. l. ui gradatim. §. ſed ſi lege & C. de nox. l. 2. illa min⁹ ꝓpria ſignificatio ſi accipiatur ſecũdum vulgarẽ præceptorũ doctrinã uolentiũ in ſtatutis propriã & ſtrictã ſignificationẽ ſpectari ad euitandã iuris cõis correctionẽ, ut per Dy. in l. cõſtõnibus. ff. ad munici. & l. quicquid aſtringẽdæ. de uer. ob. & per Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. nec mouet, quod not. Bar. in l præalle. ff. de ſuis & legi. hære. ubi dicit ex cõmuni uſu loquendi, etiam, qui teſtare non potuerũt iure uetante, eos inteſtatos dici mortuos, qm̃ non ita eſt apud conditores ſtatutorũ, qui iuris hñt peritiã & uerborum propriam, & impropriam ſignificationem, & utriuſque earum uim & poteſtatem ĩ municipiorum legibus non ignorant, ut eleganter ait Bal. in l. j. de ſuc. feu in lib. de feu. diſt 4. ubi recte in terminis noſtris cõcludit † matrẽ ꝑ agnatos nullatus excludendã a luctuoſa filii hæreditate contra pietatem naturaliter a liberis parẽtibus debitã, ut ff. de inoffi. teſt. l. nã & ſi pa-

rentibus,in prin. Et ita antiquiores doc. vltramon. ſen-
ſiſſe & ſe ſæpenumero ex facto conſultum reſpondiſ-
ſe,niſi appareret illud ſtatutũ per conſuetudinem aliter
interpretatum.vel declaratum,quod in re præſenti mi
nime eſt probatũ. Quinimo licèt dicti Petrus & Chel-
lis probauerint in ciuitate Senarum eſſe communem
6 modum loquendi & intelligẽdi † quod inteſtati vel ab
inteſtato mortui dicantur & intelligãtur etiã qui teſta-
ri non potuerunt,ipſe tamen cõmunis vſus minime ꝓ-
batus eſt. Nam primus teſtis videlicet Ioannis Guido-
nis ſer Georgij in 24.articulo,qui de hoc loquitur inter
rogatus de ratione dicti ſui, Reſpondit, quod audiuit
& vidit ſic dici & intelligi inter ciues Senarum,quæ ra
tio non eſt bona,neq; concludens,cùm etiã ſi à duobus
ciuibus Senenſibus vidiſſet ac audiuiſſet ſic dici & intel
ligi,verum diceret,vt ff.de teſti.l.vbi numerus,cùm ta-
men appareat dictum pro rationibus non concludere
in omnibus aut maiori parte de ea parte loquentiũ ſe-
cundum doctrinam egregiam & magiſtralem Bar. in
l.labeo.ff.de ſup.le.Secundus vero teſtis videlicet Nero
tius Mariam Viteleti pari ratione defecit,quia dicit ſe
audiuiſſe à pluribus & multis ciuibus Senarũ, quæ ver-
ba non perſtringũt de omnibus, aut maiori parte ſicut
oporteat.Tertius vero teſtis.ſ.Nerotinus Fercont.de la
Maza ferrata cum louaio dicit,ſe credere,quod nõ ſuf-
ficit,vt C.de teſti.l. teſtium & ibi not.& in Auth.de hæ
re.& fal.§.ſi vero obſunt.& ibi not.Quartus vero teſtis.
ſ.Beronus Philippi del Buono de credulitate quoq; de-
ponit.& quod audiuit à multis, quæ depoſitio non ſuffi
cit, vt ex ſuperioribus licet colligere. Quintus vero
teſtis videlicet Ioannespauli de Radicondulo legũ Do-
ctor ꝓ ratione dicit,quia ſic cõmuniter dicitur, & tenet,
& reputatur,quod nõ ſufficit,vt not.ſpecialiter de hoc
Bart.in d.l.labeo,cùm de ſuo ſenſu non deponit, quod
facere debet,vt ff.de teſta.l.qui teſtamento.§.fi.Sextus
vero teſtis.ſ. G.Ringhiatoris olim ſer Minitinelli dicit,
quia vidit pluries practicari,hoc nõ ſufficit ad probatio
nem communis vſus loquendi,quia exemplis,&c.vt C.
de ſen.& inter.io.om.iudi.l. nemo, & ex duabus vicibꝰ
verificat, nec omnibus aut de maiori parte deponit ſe-
cundum doctrinam Barto.vbi ſupra.Septimus vero te
ſtis videlicet Nicolaus Ambroſij Vitalis nil omnino ad
rem deponit ſuper ipſo 24.articulo. Octauus vero teſtis
videlicet ſer Bartholomæus Melioratus in eo deficit,
quia non deponit de longo tempore, quod exigitur ſe-
cundum doctrinam Bar.vbi ſupra,ſed dicit à tempore
citra, quo incepit exercere artẽ notariæ, nec aliter hoc
ſpecificat, licet infra dicat ſe practicaſſe cũ notarijs 30.
an.Nam hæc ſtant,quod non niſi duobus, aut octo an-
nis exercuit artem Notariæ,& tamẽ practicauerit cum
notarijs annis 30.Item dicit ab eo tempore citra,& nõ
dicit per ipſum tempus, nec dixit & citra, vnde etiam
ſi exercuiſſet artem notariꝫ annis 30.& plus,non tamẽ
probaret de longo tempore,ex quo audiſſet, cum veri
ficaretur illud citra etiã in vna die. extra de proba.c.li-
cèt cauſam. nec dicat quis quod illa verba per tempus
30.anno.non determinet verbum proxime præcedes,
quod practicauit,ſed præcedentia,quod dictus commu
nis vſus loquendi fuit &c.quia immo conuenientius ꝓ
ximis cõiungitur,quàm mediatis &c.maxime quia de tem-
pore non fuerat vſque tunc interrogatus, ſed de tem-
pore illius communis vſus in articulo ſequenti contine
batur. & deniq; negari non poteſt, quin ſermo ſit exi-
guus, & ſic probare debentem non adiuuat teſtis am-
bigua depoſitio. vt de ꝓba.c.in præſentia. Nonus vero
teſtis,hoc eſt,ſer Chriſtophorus Ioannis notarius reſor
mationum communis Senarum nil prorſus ſuper hoc
deponit. Decimus vero teſtis videlicet dominus Anto
nius ſer Guirini iuris doctor interrogatꝰ quomodo ſcit
vera eſſe,quæ in capitulo continentur, Reſpondit,quia
ſic communiter habetur & tractatur & reputatur, &c.
quæ reſponſio non ſufficit ſecundum doctrinam Bart.
vbi ſupra, & licèt poſtea ſubdat,quod audiuit ſic dici.&
teneri, & reputari. quia tamen ibi non addidit ab om-
nibus de hoc loquentibus,vel maiori parte,nec addidit
communiter nec id ſufficit, quia verum diceret etiã ſi
ab vno tm̃ audiſſet.per not. per Barto.in l. labeo.præal-
le. Sic igitur hic teſtis in medio dicto ſuo non probat,
quia non dicit de plurimis, nec primum, aut vltimum
dictum eius,quia nõ per ſenſum corporis deponit,quo
rum vtrunq; exigebatur.vt per Bart. vbi ſupra. Nouiſſi-
mus vero teſtis eodem morbo laborat.quia in redden-
da ratione dicti ſui non deponit de ſuo ſenſu corporis,
nec de omnibus tractantibus à maiori parte ſi quis re-
7 cte perſpexerit. † Relinquitur itaq; non eſſe probatum
illum communem vſum loquendi,de quo quærebatur,
& cõſequẽter caſum noſtrũ nec ſtatuto cõprehendi vt
ſupra monſtratũ fuit, & iure cõmuni decidẽdum fore.
quanquam etſi communis vſus loquendi probatus foret,
probatus eſſet ille communis vſus loquendi apud idio-
tas. Apud vero iuriſperitos non eſt ille communis vſus
loquendi, imo iuriſperiti differentiã faciunt in inteſta-
tos & inteſtabiles.vt eleganter no.Bald. in d.c.1.de ſuc.
feu. & probatur in præal.l.1.de ſuis.& l.2.C.de iure deli.
cum antiquioribus ſecundũ vnum ſenſum gl. Et licèt qui
dam teſtes videantur dicere,quod ille cõmunis vſus lo-
quendi eſſet apud iuriſperitos Señ. Aduertẽdum,quod
tunc non loquebantur tanquã iuriſperiti,alioquin gra-
uiter erraſſent in iure, ſed tanquam laici loquebantur,
& ſine iuris conſideratione, quod non facerent in con
dendis legibus & ſtatutis,quæ multũ à iure mutuantur.
ibi.n.diſtinguerent, vt diſtinxit Bar.ſi ſtatutum faceret
vel dictaret,vt ait Bal.vbi ſupra.Rurſus & illud haud in
ſubtiliter tentari poteſt, vt quemadmodum cum agat
de interpretanda voluntate teſtãtis, neceſſe eſt de ipſo
cõmuni vſu loquendi & longo tempore teſtm̃ præcedẽ
te articulos & formare & ꝓbare, nõ aũt ſufficeret ſi de
cõmuni vſu loquendi poſt mortem atteſtantis obtento
cõſtaret,vt colligitur per Bart. vbi ſupra & naturalis iu-
ſtitia atq; ratio demõſtrat hoc,vt ex cõmuni vſu loquẽ
di,qui tunc erat cùm teſtator ſuam vltimã voluntatem
conderet,ad interpretationẽ eius voluntatis procedat.
Non ex cõmuni vſu,qui poſt emerſerit, & quem teſta-
tor poſtea forſitã ignorauit. vt colligitur in d. l. labeo.
& l.ex vſu.ff.de vino tri.& ole.le.de leg.3.l.ſi ſeruꝰ pluriũ.
§ fi. itaq; quoq; cum de ſtatuti verbis, & interpretatio-
ne quæratur. non vſus cõmunis loquendi,qui nunc ſit,
quæratur,ſed qui erat tempore latæ conſtitutionis,qui-
que ipſam conſtitutionem longo tempore præceſſiſſet.
Nam de vſu cõmuni, qui nũc ſit,quid ad conſtitutionẽ,
quæ iam annis quinquaginta,aut pluribus facta ſit,per-
tinet,cum ex moribus ciuitatum & vſu rerũ ſæpenume
ro mutata ſit nominum & rerum ſignificatio. vt d.l.la
bio. dicit. niſi forſitan tanti temporis vſus probaretur,
quod nuncij & contrarij memoria non exiſteret, tunc
enim fortaſſis præſumendũ foret,quod & tempore latæ le
gis municipij vetuſtiſſime is etiã vſus cõmunis loquen
di militaret per notata Ioan.an.poſt Hoſt.in c. cũ Apo-
ſtolica.in fi.de his quæ fi.à præla.ſine cõ.ca. quamuis di
uerſo caſu loquat, & omnino non hoc ſtringat. Cæte-
rum hæc nec temporis latæ conſtitutionis,de cuius ver
borũ ſignificatione ac interpretatione quærimus cõis
vſus loquendi cõprobatus eſt,nec tãti tẽporis,cuius ini-
tij ſeu cõtrarij memoria non exiſtat.Nec dicat quis quod
lex ſemp viridi loquat obſeruantia vt C.de hæreti.l.Ar
riani,& ſic hodie illa lex municipij loquat, quia conce-
do, quod etiã hodie loquatur, ſed loquitur,quod ab ini
tio ipſi conſtituentes voluerunt,& quod lex ipſa conſti
tuit. vnde ſi tempore latæ legis nõ appareat vſus cõmu
nis loquendi cõtrarius iure ſignificandi id ipſum quod
verba monſtrabant ex eorũ propria ſignificatione ipſa
conſtitutione ſancitũ eſt.vt ff.de.leg.3.l.nõ aliter.& id
ipſum ſtatutũ hodie perſeuerat,neq;.n. ſane ſentiendũ
eſt leges latas,quæ certũ ſenſũ expreſſerũt,licet poſtea mo
rib.& vſu cõi mutata ſit eorũ verborũ ſignificatio, aliũ
ſenſũ nũc accipe,quàm ab initio ſuſcepiſſẽt,vt expreſſiſſẽt.vt
colligit ff.de ver.ſi.l.verbis.& C.de teſta.l.iubemꝰ.i fi.Nõ
nego,quin leges à cõſuetudie lõga interpretatiõẽ accipiãt,
ut &c.

vt ff.de legi.& le.con.l.ſi de interpretatiōe.& l.minime
& ſi teſtes de ipſius legis municipalis interpretatione
ita formato articulo,quod ipſa conſtitutio etiam in his,
quæ teſtari non potuiſſent ſeruata fuiſſet, non dubita-
rem tunc caſum ea conſtitutione comprehendi. Sed
hoc nec articulum eſt,nec probatum, manet igitur nō
probatam intentionem agentium,quod.ſ.ſint hæredes
dictæ quondam dominæ Nicolutiæ, ſed etſi prædicta
omnia ceſſarent,& id ſtatutum tam inteſtabiles, quàm
inteſtatos comprehendere reputetur, mouet me for-
tius contra petentes, quod infanti minime tutorē ido-
neum dari petierunt. neque enim amica puella tutrix
dari potuit.vt in authē.de hære.ab inte.§.ex his.ideoq;
ius vendicandorum bonorum dictæ infantis mortuæ
non habeant.vt C.de legi.hære.l.ſciant.quod dictæ do-
minæ Eliſabetæ minori imputari nequit.C.ſi aduer. de
le. 2. ſiue ipſi Petrus & Chellis qualiſcunque ratione le-
gitimi tutores non fuerint, hoc enim planum eſt, ſiue
etiam fuerint cum nō petierint ſibi adminiſtrationem
cum inuentarij confectione decerni, nec recte,nec iu-
re adminiſtrauerint.vt ff.ad Tertul.l.2.§. ſi mater.& no
ta.Bald.in pręalleg.l.ſciant.& cum hęc exactis conſtāt,
ſequitur,nō probatam intentionem agentum, & ideo
non recte ream condemnatam. vt C. de edē.l. qui ac-
cuſare. Nouiſſime conſtat etiam ex eo cauſæ iniquitas,
quia cum renouata inſtantia ſupereſſent ex ſex parti-
bus quinque temporis inſtantiæ præſtitutæ, & rea pars
dilationem probationis faciendæ cauſa maxime noui-
ter emergentis à iudice poſtulatam obtinere nequie-
rit, illico vix impleta ſexta parte temporis inſtantiæ le-
ge pręfixi iudex condemnationem & litis mortem in-
tulerit.contra l.iudices.& l.properandum.§.huiuſmo-
di.C.de iudi.& authe.iubemus. & vt intra certum tem
pus.l. 2.& de tēp. in integ.reſti. p. petendæ.& ff. de fer.
l.fi.& ſi iuſta cauſa eſt prouocandi propter nimis bre-
uem dilationē indultam. vt de dila.c.præterea,quanto
magis iuſta propter omnino denegatam, & facit C. de
dila.l.à præcedēte. Quibus ex omnibus licet inferre &
ſuper ſecundo articulo videlicet de iniquitate ſenten-
tiæ, & iudicis, qui de appellatione cognoſcit, partibus
conuenire.vt pronunciet fruſtra prouocatum,quia nul
la fuit ſentētia. vt ff.de appel.l.ſi conſtat. & l.ex conſen-
ſu.§. 1.& not.C. quando prouo.non eſt ne.l.1.aut ſi pu-
tauerit validam ſententiam, quod non puto, pronun-
ciet iuſte prouocatū & iniuſte iudicatum. ¶ Ad vltimū
vero conſultationis articulum an dicti Petrus & Chel-
lis pœnam compromiſſi commiſerint ſub breuitate re
ſpondens,non animaduerto,cur non per l.ſi quis rem.
& l.nō diſtinguemus §.cōpromiſſo.ff. de arbi. & quod
tangitur per Bart.ff.de tranſac.l.qui fidem. in prima co-
lumna.& hæc ad totam conſultationem ſufficiant.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An præſcriptio decimarum procedat contra ec-
cleſiam. Et quis ſit iudex in cauſis decimarum verten-
tibus inter duos laicos videlicet an iudex eccleſiaſticus
an vero iudex ſecularis,& quid ſi fuit præuenta iuriſdi-
tio eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet in ſententia prolatione fines actorum & probato-
rum excedere.*

2 *Cenſus preſtatio cōtra quos preſcribi poſſit, & contra quos non.*

3 *Sententia condemnatoria exceptionem peremptoriam præſcriptio
nis & aliam quamcunque reo competentem tollit & reſecat.*

CONSILIVM CLXVI.

IN quæſtione quæ vertitur inter Antoniū
Rubeum & eius cōſortes parte vna,& Zā
uictorem & Baldaſerum de Luſia parte
altera eorum magnifico & generoſo vi-
ro domino Antonio de Muia honorabi
li Poteſtate & Capitaneo ciuitatis Feltri occaſione cer-
tarum decimarū, viſis copia reſcripti ſereniſſimæ Du-
calis dominationis precibus dicti Antonij Ruſſo con-
ceſſi,eiuſq; præſentatione, copiæ exhibitione, cōpari-
tione,productione,contraditione, petitione executio-
nis ſententiæ,de qua in dicto reſcripto fit mentio, peti-
tione quoq; dicti Antonij Ruſſo & cōſortum parte &
per eorū procuratorē exhibita. Ceteriſq; vt paucis mul
ta perſtringam, actis ſubſequēter inter dictas partes vſ
que ad concluſionē in cauſa, & atteſtationibus teſtium
productorū vtrinq; tā in curia epiſcopali, quàm in cu-
ria prælibati domini Poteſtatis, ac proceſſu toto in di-
cta epiſcopali curia, & ſententia ſuperinde ſequutis, &
nonnullarū inueſtiturarū copia, & ſtatutorū quorun-
dam ciuitatis Feltri, deniq; & ſcripturis quodā ſaccu-
lo clauſo atq; ſigillato tranſmiſſis per prælibatum ma-
gnificum dominum Poteſtatem cum eiuſdem literis
commiſſionis mihi factæ cōcluſis. Quæritur quænā de
beāt eſſe partes eiuſdem domini Poteſtatis in ea cauſa
inter ſupra relatas partes agitata, & videtur dicēdum,
eas eſſe debere partes dicti domini Poteſtatis, vt abſol-
uat partem dicti Antonij & conſortiū,ſeu eorū procu-
ratorē à petitis alias per dictos Zanuictorē & Baldaſarē
de Luſia in epiſcopali foro ab eiſdem Antonio & con-
ſortibus occaſione decimarū, nō obſtante ſententia la-
ta per officialē reuerendi patris & domini domini epi-
ſcopi Feltrien. Quoniam per reſcriptū ſupra relatum
ſereniſſimæ Ducalis dominationis mandatur ſæpe di-
cto domino Poteſtati,quatenus non obſtante dicta ſen
tentia dictas partes audiat iuxta formā ſtatutorū,& diſ-
finiat ſicuti ſibi & conſcientię ſuæ videbitur fore iuſtū,
poſtq̃ res inter laicos,nō etiā clericos agitatur. Quibus
verbis ſententiæ & auctoritati rei iudicatæ derogatum
eſſe.ar.l.fin.C.ſen.reſcin. nō poſ. & quod ibi not in glo.
& poſt eā per dominū Bald. Sublata aūt dicta ſententia
& rei iudicatæ auctoritate palam ſtatim fieri debere,di
ctū Antoniū & conſortes abſolui, igit̃ &c. Sed & ſecun
do principali poſito ſine veritatis præiudicio, quod au-
ctoritate memorati reſcripti nō eſſet ſublata dicta ſen-
tentia,poſtq̃ dicta eſt ipſa ſentētia iniuſta.atq; iniqua, &
petita reuocari.& de hac re cognitum eſt per iudicem,
cū ſit iniqua & iniuſta, vt infra ꝓbabitur,cōſequens eſt,
debere eā pronunciari iniquā & iniuſtā, & conſequen-
1 ter reuocandā. † De qua. n. re iudex cognouerit debet
pronūciare,vt ff. de iudi.l.de qua re.i.prin. & vt exactis
atq; ꝓbatis apud eū cōſtiterit vt ff. de of.præſidis.l.illici
tas.§.veritas. & ita notauit dominus Inno.in c. cū dile-
cta.extra de reſcrip.& c. cū Bertoldus. de ſen.& re iudi.
quod aūt dicta domini Vic.ſententia ſit iniqua & iniu-
ſta ex eo maxime apparet,quoniā dictus Antonius &
cōſortes erāt tuti præſcriptione longi temporis,licèt &
in decimarū præſtatione nō procedat pręſcriptio cōtra
eccleſiā,vt extra de præſcr. c cauſam.& no.extra de de-
cimis.c.à nobis,& p Bart.in l.cōperit.C. de præſcrip.30.
vel xl.an.l. ſicut. & l. oēs. & ad hoc facit qđ not. p Petr.
2 & Cy.in d.l.cōperit, vbi notan.† ꝙ licèt cenſus p̄ſtatio-
ni pręſcribi nō poſſit aduerſus imperiū, ſeu principem,
aduerſus tñ priuatū,cui Cenſus præſtetur præſcribi po-
teſt.Ceſſat nāq; in vtroq; caſu, hoc eſt, in decimis &
cenſu,quæ præſtātur laico rō vetitæ præſcriptionis con
tra eccleſiā vel imperiū, puta ne contra ſigna ſubiectio
nis qualia ſunt præſtatio decimarū in Deo,& pręſtatio
Cenſus in principe p̄ſcribebatur.vt no.in d.l.cōperit. p
Bart.& ceteros. & in c. 1. de deci.lib.6.& per Innocen.
ī rubrica. extra de deci.& 16.qō. 1.c.decimæ,ergo ceſſa
bit & ꝓhibitio. ff.de pact. l.quod dictum. & de iure pa-
tro. adijcere. §. quamuis. Item per priuilegium poteſt
quis immunis à decimarum præſtatione fieri. vt in præ
allegat. c. à nobis. extra de decim. lapſus autem tanti
temporis, cuius initij memoria non exiſtit, priuilegio
par eſſe putatur. vt ff. de aqua quotid. & æſtiui. l. hoc
iure. §. ductus aquæ. extra de verb. ſig.c.ſuper quibuſ-
dam. §. præterea. & in alijs iuribus ibidem per gloſ-
ſa allega. &c. Item vbi titulus allega. ad inducendam

obligationē ſufficiens ex longiſſimi temporis lapſu probatur. vt ff de vſur. l. cū de in rē verſo. Multo igitur magis vbi allegatur titulus ad liberationē ſufficiēs, ſicuti in re propoſita per dictum Antoniū & conſortes allegatur, debet ex tāti tēporis lapſu probatione probari. arg. ff. de ac. & ob. l. Arrianus. Cōcludendū itaq; relinqui videbitur, partes præfati domini poteſtatis eas eſſe, vt partē dicti Antonij Roſſo & conſortē à petitis. per dictos Zanuictorē ac Baldeſarē de Lutia, ſiue eorum nominibus procuratorijs, ſententia non obſtante ſed ſublata prorſus, abſoluat.

¶ In oppoſitā aūt partē arguitur. clarū eſt, quod ſententia lata per vicariū reuerendi patris & domini domini epiſcopi Feltren. per iudicē competentē, & rite hoc eſt ſeruato ordine, qui in talibus cauſis ſeruandus extitit, lata eſt. vt in clemen. diſpendioſam. extra de iudi. nec ab ea prouocatū eſt, cum tamen probari potuit per condemnatos, igitur cōſenſu ſuo iudicatū confirmarunt, qui condemnati, cū potuerunt, non appellarunt. vt C. de poſtu. l. 1. & C. quomodo & quādo iu. l. ab eo. de ſeo. quæ ſine cer. quā. profe l. fin. de app. l. hi qui. Quod itaque ſemel eis placuit, non poſſunt vlterius improbare. extra de re iudi. c. quod ad conſultationē. & de reg. iur. c. qđ ſemel placuit. lib. 6 Secūdo ſi Antonius & conſortes per ſententiā magnifici domini poteſtatis abſoluerētur ab ipſa decimarum præſtatione, eſſet hæc ſecunda ſententia contra res prius iudicatas, à quibus non foret prouocatū, igitur nulla foret. vt C. de ſen. reſcin. nō poſ. l. 1. de ſen. & inte. lo. om. iud. l. poſt ſniam. đ exec. re. iud. l. ſi vt proponis & quando non eſt ne. l. 1. canonizata. 2. quæſtio 6. §. ſi ſententia igitur proferenda non eſt. Ter-
3 tio † qm̄ ſententia condemnatoria exceptionē peremptoriā præſcriptionis & aliā quamcunq; reo competētē tollit & reſecat, ſicut & iuramentū. vt C. ſen. reſcin. non poſ. l. peremptorias. & de iureiurā. l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ſecundū vnum ſenſum etiā, ſi foret oppoſita. vt ff de cōpen. l. qđ in die. §. 1. & de neg. ge. l. fin autē. §. fi. ēt pretextu nouorū inſtrumētorū. id eſt, nouiter repertorū. vt extra de ſen. & re iudi. c. inter monaſteriū. & ff. eo. l. imperatores. & C. eo. l. ſub ſpecie. poſt rem nanque iudicatā nihil aliud inferendū eſt, &c. vt ff. de re iudi. l. poſt rem iudi. Quarto quia iudices ſeculares per cēſurā eccleſiaſticā à locorū ordinarijs compelluntur ſententias in foro eccleſiaſtico de re ad eorū cognitionem pertinentes protinus prolatas obſeruare, & contra. vt extra. de excep. c. vl. lib 6. Quinto quia de cauſa decimarum cū ſit ſpūalis vel eccleſiaſtica. vt extra. d deci. c. quāuis. non debet iudex laicus ſeſe intromittere. vt extra. de iudi. c. decernimus. Nec p ſtatuta terrarū ſeu laicorū etiā inter laicos poſſunt laici fieri iudices competētes. vt extra de ꝯſti. c. eccleſia ſanctę Mariæ. C. de ſa. ſan. ec. l. omni. & de iuriſ. om. iu. l. fi. Ex quibus vr̄ cōcludendū, prælibati domini poteſtatis partes eſſe, vt partes ambas à ſua iuriſditione & iudicij obſeruatione dimittat. aut etiā ſi ſe nihilominus iudicē putet, & iuriſditionē ſuam eſſe velit defendere, eo quod nec oppoſitā incompetentem iudicis exceptionē admiſerit, immo magis ad vlteriora procedendo facto interloquēdo repulerit, nec fuerit prouocatū cum potuerit, quo ipſo vr̄ conſenſiſſe. ar. in c. ex parte M. extra de app. & in cle. cum à repulſione. & quamquā fortaſſis conſenſus in ea re non proficeret, ſaltem propter auctoritatem rei iudi. in foro & & à iudice competenti, quā & ſeruare compellitur, dictos Zanuictorē & Baldeſarem de Lnxia, ſiue eorū procuratorem à petitis ab Antonio Roſſo & cōſortibus, de quibus in eorum libello nominatim fit mentio, ſiue ab eorū ꝓcuratore ꝓtinus abſoluat, & ſentētiā ipſam confirmet, quàm reſcindat vel infirmet, & exequendā eſſe pronunciet. Nec obſtat primū ar. ad oppoſitum factum, qm̄ ſi quis rectius & diligēter inſpexerit reſcriptū ſereniſſimę Ducalis dominationis, nō mādat Sereniſſ. Do. quod non obſtante ſentētia vicarij cauſam de nouo cognoſcat dn̄s poteſtas & diffiniat ſm̄ formā ſtatutorū lʒ ita ſuperius allegatum ſit in diuerſum, Sed mandat quatenus auditis iuribus vtriuſq; partiū determinare dēat cauſam antedictā, ſicuti ſuæ conſcientiæ videbitur fore iuſtū. Refert aūt idem reſcriptū conſiliū viri nobilis ſer Iacobi Ciurano proximi præceſſoris domini poteſtatis, cui reſcriptum dirigitur. qui præceſſor eſt in caſibus informatus, q conſuluit, vt ſupra mandatū eſt. & plus quòd ſcilicet piū eſt, quòd nō obſtante ſententia vicarij dictæ partes per ipſum dominū poteſtatē audiantur & diffiniātur ſecundum formā ſtatutorū Feltri poſt quā res ſe habet inter ſeculares. & non clericos. Non tamen Dominatio hoc, quod ipſi præceſſori videbitur pium, mandat fieri, nec credendū eſt ipſam iuſtiſſimā dominationē voluiſſe, cū ius tueat̃, quid quā ꝯtra iura mādare. C. de inoffi. teſta. l. ſi quādo in prio. Sed ſimpliciter pro ipſius iudicis, cui reſcribebat informatione id, quod præceſſor eius in ea re ſenſerat, intimare. vnde lex illa vltima. C. ſen. reſcin. non poſ. per diuerſam partē allegata in eiuſdē caput retorquetur, atq; conuertitur. Rurſus & ſi ea fuiſſet mentio ſereniſſimæ dominationis, vt non obſtante ſententia de cauſa ex integro diſceptaret videndū relinqueretur, an ipſa dominatio voluiſſet cōtra ius ei ſe rei immiſcere, quæ non ad ſuā iuriſdictionē pertinet, quod non eſt veriſimile de tanta tamq; iuſta dominatione, ſed quaſi ad ſe pertineret ea cauſa, eo quod inter laicos tantummodo vertebatur, id mandaſſet, vt & reſcriptio eiuſdē dominationis euidenter exprimitur. Quod cum non ita ſit, quia ea cauſa magis ad forū eccleſiaſticū pertineat ēt inter laicos, ſicut & cauſa matrimonij. Nam etſi ad vtruq; forū pertinuiſſet, quaſi tamen præuentū eſſet per iudicē eccleſiaſticū ipſe eā iuriſditionē præoccupaſſet. ar. ff. de iudi. l. ſi quis poſtea. & de iuridi. om. iud. l. pe. Ideoq; quaſi in finali cauſa mādati principis appareat obreptū, & in facto princeps circunſcriptus, Reſcriptum illud cenſeri debet inefficax. ar. ff. de hære. inſti. l. fi. & C. ſi contra ius vel vti. pub. l. 2. & fi. Nunquid aūt ſereniſſima dominatio etiā ſi id facere voluiſſet, potuiſſet ſententiā iudicis eccleſiaſtici tollere non diſputo neq; determino. Illud aūt conſtanter aſſero, quod neq; epiſcop⁹ ipſe Feltri, neq; alius quitq̃ ſuperior iudex eccleſiaſticus præter Papam ei potuiſſet finem derogare. vt C. ſen. reſcind. nō poſ. l. 1. ne alioquin ne ſit finis litibus. iudex etenim qui de iudicato cognoſcit, non debet itaq; de ſententia prætoris recognoſcere, alioquin illuſoria erunt huiuſmodi edicta & decreta prætoris. vt ff. de iud. l. ſi prætor. ar. ff. de excep. rei iudi. l. ſingularis. & de quæſtio. l. 1. in fi. Et ex his apparet ceſſare primum ar. in diuerſam partem factum.

¶ Ad ſecundum aūt reſpondetur, quod iudex quidē non debuit de iuſtitia ſentētiæ vel iniquitate cognoſcere, vt d. l. ſi prætor proxime alle. de iudi. & ſi de facto cognouerit, non debet tamen immo nec poteſt eā volens reſcindere. & contra eam pronūciare & per ll. omnes alleg. in ſecundo ar. pro ſecunda parte facto & ſpecialiter etiā per l. 1. §. fi. vbi eſt expreſſum ff. de quæſtionibus ſuperius allegatis. Sed ſi pronunciet potius debebit ſententiam, à qua non eſt prouocatum, confirmare. & ſecundum eā pronūciare, vt ff. de pig. l. ſi fundus. §. creditor. & not. per gloſſ. in d. l. 1. C. quando prouoc. non eſt ne. licèt quidā eā redarguant & indebite, per d. §. creditor. illa autem opi. Inno. ſuperius allegata non firmatur per Inno. nec eſt firmanda, quoniā eſt expreſſum contra l. præalle. & contra cle. ſi appellationem. & quod ibi not. extra de app. Quibus omnibus conſequens eſt, ſuperuacuum eſſe tractare vel diſcernere an ipſa ſententia dicti vicarij fuerit iuſta necne. ſiue namq; iuſta, ſiue iniqua propter auctoritatē iudicati pro iuſta & veritate habenda eſt, poſtquā non fuit prouocatū. nec alio propter eā poſſe remedio reſtitutionis attētari. vt ff. de reg. iur. l. res iudicata. & in hanc ſecūdam partem tanquam ſtricti iuris rationibus validioribus ſubnixā, videlicet vt prælibatus magnificus dominus poteſtas debeat partes à ſua iuriſdictione dimittere & ab obſeruatione iudicij abſoluere, aut ſi velit ſe eſſe iudicem competentē, partem dictorum Zanuictoris & Baldeſaris de Luſia à

petitis

petitis per dictam diuerſam partem prorſus abſoluere, & ſententiam validam confirmare ipſis petitionibus vtroque caſu parti dictorum de Luſia cõdemnatis in litis ſumptibus, quos ſe feciſſe iurauerũt legitima taxatione præmiſſa procliuior ſum. Non tamen per hoc ſententiã dicti domini Vicarij iuſte latã fuiſſe determino, ſed ſiue iuſte, ſiue inique lata ſit, ratio ſtricti iuris facit, vt ei oporteat obtemperari, & ſibi imputet pars condemnata, cui, ſi ſibi diſplicuerat, licuerat appellare, quaſi conſenſiſſe videatur per ſuperius allegata.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Quando vna cauſa fuit commiſſa ſimpliciter pluribus indiſtinctè & vnus ſolus ſententiam pertulit, an ipſa ſententia ſit nulla & nullius momenti. Et an prohibita appellatione cenſeatur eſſe prohibitum, quin minus iudicis officium implorari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis prorogatio, quæ non eſt apud ipſum principalem, an fieri poſſit.*

2 *Cauſa nullitatum & appellationum à principe ad alterius ne cognitionem pertineant.*

CONSILIVM CLXVII.

VISIS copia inſtrumẽti cuiuſdã locationis factæ per Bonauenturam quondã domini Bonauentij Faele de ſancto Sebaſtiano Veronæ factorem extrinſecum factoriæ Veron. bonæ memoriæ quondã illuſtris domini & domini Comitis virtutum &c. in Nicolaum dictum quondam Bartholomæi de Cudario anno Dominicæ natiuitat. M. CCCXCII. die dominico quarto menſis Auguſti de tota poſſeſſione Gonbeoni Veronenſis diſtrictus, ac etiã copia cuiuſdã prætenſæ ſententiæ latæ per nobilem virum dominum dominum Faciolum de Aliprandis generalem factorem factoriæ prædictæ contra ſpectabilem dominum militem dominum Vgolinum de Verme in fauorem monaſterij & conuentus ſanctæ Mariæ matris Domini & ſanctæ Crucis de Verona, necnon & copia cuiuſdã locationis factæ per prælibatum ſpectabilem dominum Vgolinum de Verme in Nicolaum quondam ſer Zarlotti de valle porti, & Bartholomæum filium ſer Petri de camblolo pertinentię Frigiolanę de tota poſſeſſione, quæ eſt in pertinentijs porcillaris in ora Gombeoni &c.

¶ Quæritur de tribus. Primo vtrum dicta ſententia fuerit, ſeu ſit aliqua vel nulla. Secũdo dato ꝙ fuerit nulla, vtrum poſſit dici nulla agendo vel defendendo. Tertio qd operẽ afficttatio, ſeu locatio facta per ipſum dominum Vgolinũ dicto Nicolao & dicto Bartholomęo.

¶ Ad primum reſpondetur omiſſa diſputatione ſtudio breuitatis eam ſententiam nullam eſſe. Primo ex perſona proferentis, ſiue eius, qui ipſam protulit, qui nõ fuit iudex competens. Nam cum reſcriptum delegationis conceſſum ad ſupplicationẽ prædictarum monialium cauſam ipſam committeret negociorum geſtoribus, & ſic generaliter omnibus, cum indefinita æquipolleat vni, vt ff. đ lega. 2. ſi pluribus. à ver. ſaltim. Cum in plurali numero loqueretur duo exigerentur. vt ff. de teſti. l. vbi numerus. & vnus tãtũ iudicauerit, conſequẽs eſt, ſententiam nullius eſſe momẽti. vt ff. de arbi. l. ſicuti. & de re ind. l. duo ex tribus. Nec dicat quis, vt nõnulli allegant, ꝙ non erat niſi vnus geſtor negociorũ, qm̃ hoc nõ probatur, imo per literas ipſas & reſcriptũ probatur, ꝙ eſſent plures. arg. in cle. literis. extra. de proba. & quod ibi not. immo etiam apparet oppoſitum, quia dictus Bonauẽtura ſe factorem appellat licẽt extrinſecum dictæ factoriæ, Ipſum Faciolum generalem factorem appellet, & hoc fuit eo tempore, quo & ipſum reſcriptum delegationis proceſſit, Rurſum ſuperioribus non eſt cõtrarium, ꝙ ipſe dominus Vgolinus commiſſioni factæ per ipſum Faciolum conſenſerit, quaſi eius

1 iuriſdictionem prorogaſſe videatur. † Primum qm̃ de hoc, quod conſenſerit dictus dominus Vgolinus, nõ eſt facta fides, nec per verba narratiua in ipſa ſentẽtia prolata ſit probatio, cum ipſe dominus Vgolinus tam ante pronunciationem, quàm poſt contradixerit, ſemperque ipſum Faciolum iudicem incompetentem dixerit per l. 1. in fi. & quod ibi no. per Bart. C. de rela. & in authẽt. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & per dominos canoniſtas. extra. de proba. c. qm̃ ꝯtra falſam. Deinde quia prorogatio fieri non potuit iuriſditionis, quæ nõ erat apud ipſum ſaltem effectu & exercitio, ſed ſine alijs collegijs priuatus reputatur. arg. in l. priuatorũ conſenſus. C. de iuriſdi. omn. iudic. & d. l. duos. & quod ibi no. extra de offi. deleg. c. vno. & quod ibi per gl. & c. prudentiam. in prin. & ita no. per glo. extra de officio. & po. iudic. deleg. in d. c. prudentiam. in princ. & in fin. primæ gloſſ. magis nec his refragabitur, quod ibi no. Inno. partium conſenſu poſſe prorogari iuriſditionẽ, vt aliq ex pluribꝰ iudicibus poſſint de cauſa cognoſcere, quia illud procedit quando aliquibus cauſis conceſſum eſſet in forma delegationis poſſe nõ omnes cognoſcere, ſed quoſdam vel quendam ex eis. Tunc enim de caſu ad caſum poteſt fieri prorogatio, ſicut de re ad rem. vt ibi notat eleganter Inno. qm̃ nõ eſt diuerſitatis ratio licet de hoc dubitet & fortiter in cõtrarium Hoſti. Sed in caſu propoſito omnibus negociorũ geſtoribus ſimpliciter eſt mãdata iuriſdictio, & ſine illa clauſula, ſi nõ omnes, vel ſimiliter per quam aut ſingulis eorum, aut quibuſdam tantum in certos ſiue aliquos caſus mandata eſt iuriſdictio, vñ cũ nullo caſu dictus Faciolus ſolus haberet iuriſdictionem, non potuerit in eum ſolum iuriſditio prorogari, vel quod verius eſt conferri.

¶ Secunda ratione videtur nulla ſententia memorata, quoniã cum iudex exiſteret delegatus dictus Faciolus, non potuit per cõſiliarios cauſam examinare. vt in authẽ. vt defuncti. ſeu funere. §. fi. & C. đ iudi. l. ad hoc. ſecundum vnum ſenſum, qui eſt veriſſimus.

¶ Tertio ratione proceſſus, in quo non eſt ſeruatus ſolitus ordo iudiciorum. neque enim apparet libellus oblatus lit. cõt. facta, & certus ordo iudiciorum, igitur nulla. vt C. de ſẽ. & interlo. om. iu. l. ꝓlatã. & de tẽp. app. l. fi. §. illud. extra vt lit. non cõteſt. per totum. & de elect. c. dudum. l. 2.

Quarto quia nec ſententia lata reperitur in ſcriptis, nec ex ſcripto per iudicẽ recitata, quod exigitur. vt C. de ſen. experi. reci. l. 2. & fi. & quod ibi no. per Barto. & Spec. in fi & de ſen. & re iudi. §. iuxta. ver. tota. Quibus ex omnibus reſpondetur concludendum circa primũ dictam prætenſam ſententiam nullius fuiſſe momẽti.

¶ Circa ſecundam an videlicet dici poſſit nulla agẽdo & defendendo. palam eſt iure communi poſſe, nec lapſu temporis eam ſententiam, quæ nulla ſit, cõfirmari. vt ff. de ap. l. ſi expreſſim & quod ibi plene tradit poſt glo. per Barto. in l. 1. C. quando prouo. non eſt ne. Sed dubitatur, quoniam per ſtatuta ciuitatis Veronæ diſponitur, ꝙ appellatio etiam ad dominum interpoſita debet intra certum tempus à ſtatuto limitatum terminari, quod minime factũ eſt. Sed huic ſtatutariæ diſpoſitioni multiformiter reſpondetur. Primo quoniam in ſtatutis excludentibus nullitatem à ſententijs nõ intelligitur excluſa ea nullitas, quæ inſurgit ex defectu iuriſdictionis in eo, qui ſentẽtiam protulit. Non prius enim iuris ratio, quàm perſona quærẽda eſt. vt ff. de teſta. l. ſi queramus. & de iur. cod. l. quidam referũt. & ita notauit ſingulariter Ioan. An. in glo. ordi. extra de ſequeſtra. poſ. & fruc. in cle. vnica. & facit quod not. per Bar. poſt glo. in l. 2. §. quod ait. ff. qui ſatiſd. cog. & de re iudi. l. 4. §. condemnatum. & quod vi aut clam. l. 1. §. pe. In propoſita autem queſtione nullam fuiſſe ſententiam ex defectu iuriſditionis, ſupra monſtratũ eſt. Non eſt igitur per ſtatuta memorata ſublata. Sed & aliter reſpondetur, ꝙ ſcilicet ea ſtatuta loquentur de ſententijs latis ab ordi-

narijs

narijs iudicibus, vnde ad ſententias iudicum delegatorum non eſt tanquam rationi contrarium extendendũ. ar.in l quod vero contra. ff.de legi. & ſenatuſconſ. & de reg.iur.l.quòd cõtra. & ſolu.ma. l.ſi vero negociũ. §.de viro.præſertim in correctionem iuris communis. vt not.poſt. gloſ. per Iac.bu. & Bart.in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.ec. & per Bart.in l.ſi conſtante. ff.ſolu: ma.& facit vulgata l.præcipimus.in fin.C.de app.& q̃d ibi per Bart. Rurſum etſi nominatim in eiſdem ſtatutis cautum foret etiam de ſententijs delegatorum non dicendis nullis, videretur id probabiliter intelligẽdum de ſententijs delegatorum ab ordinarijs,non delegatorum à principe,qualis erat hic Faciolus,quoniã de cauſis non pertinentibus ad ipſorum ſtatuentium iuriſdictionem non poſſunt etiam nominatim & ſpecialiter diſponere.arg.ff.de iuriſd.om.iudi.l.fi. & C.ſi à non cõpe.iudi.per totum.& de iuriſd.om.iudi.l. 1. Cauſæ autẽ nullitatum † &
2 appellationum à ſententijs delegatorũ à principe ad nullius alterius cognitionẽ & iuriſdictionem pertinent, quàm ad principẽ,cum huiuſmodi cauſæ ad ſuperiorem ſemper deuoluantur.arg.C.quomodo & quando iudex.l. ſi vt proponis. & quod ibi not.& de accu.l.abſentem.& in Auth.de ap.§.illud.coll.iiij. & extra.de conſue.c.non putamus. lib. 6. In cauſis autem à principe delegatis nemo eſt ſuperior, niſi ſolus princeps.vt arg.C.ſi aduerſus rem iudi.l.aduerſus: & qui ꝑ ſua iuriſd.l.vnica.& ff.de iuſti.& iur.l.vnica.& ff.de mino.l.minor autẽ magiſtratus.§.pe. & ad hoc benefacit quod not. per dominum Bart.in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in tertia principali quæſtione in ver.iuxta prædicta quæro, vbi notat non valere ſtatutum ciuitatis,quo diſponatur impediri appellationes,quæ ad ſuperiores deuoluantur. Poſtremo & illud attentari poteſt, etiam ſi ſtatutum foret validũ, quo nominatim diſponeretur à ſententijs vel aduerſus ſententias delegatorũ à principe non poſſe prouocari,aut de nullitate proponi,agendo,vel excipiendo, nihilominus officium iudicis implorari poſſet contra eas,ſi nullæ ſint.Nam & qui prohibetur excipere, non prohibetur officium iudicis implorare,vt ff.de peti.hære.l.plane.&l. fina. & hoc in ſimili notaſſe videtur Bar.in l. 1. §. 1. quod vi aut clam. Ex quibus concludendum reſtat ad ſecũdum,poſſe hodie etiam dici nullam ſententiam prætenſam, de qua probatur.

¶ Supereſt nunc nouiſſimo loco tertia quæſtio, qua quæritur,quid operetur affictatio ſiue locatio facta per præfatum dominum Vgolinum,de qua ſupra mentio facta eſt. Ad quam breuiſſime reſpondetur ꝙ non operatur confirmationem quidem ſententiæ, quam ſupra nullam eſſe monſtratum eſt.tum quia nec ſola voluntate ipſius domini Vgolini poſſet in vim ſententiæ, quæ nulla ſit ſententia, præſertim ex defectu iuriſdictionis confirmari per l.vnicam.& quòd ibi not.per doc.C.qui pro ſua iuriſd.non etiam in vim pactionis,per l.2.C.cõmuni.vtriuſq; iudicij,quoniam dictus dominus Vgolinus per eiuſmodi locationem nihil egit, nihilq; cõtraxit cum ipſo monaſterio,cum pactum tamen duorum voluntatem & conſenſum deſideret,vt ff.de pac.l. 1. & de poll.l.pactum. Tum etiam quia nec id voluit dominus Vgolinus,nec ex ea locatione conſequens eſt,cum & alienam rem quis locare poſſit, ſicut accommodare,pignorare, & deponere,vt ff commo.l. commodare.cum l.ſeq.& de pig.act.l.ſi pignore.§.ſi prædo. & depoſi.l. 1.§.prædo.& C.loca.l.ad probationem.& l.conductores. & maxime in qua ius aliquod habeat, ſiue ſe habere putat,vt ff.de contrahen.emp.l.qui tabernas.& de leg. 1.l.ſi domus §. fi. Concludẽdum igitur relinquitur alijs nõ apparẽtibus,dictũ dominũ Vgolinũ ad ſolutionẽ ficti dicto monaſterio faciendam nulla poſſe ratione cõpelli, cùm nulla inueſtitura appareat in eum per monaſterium facta in qua ſibi præiudicet, vt ſ.pellius eſt deductum.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius, Iuris vtriuſq; Doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Quid ſi lata ſententia, pars, contra quam lata fuit, prouocauit, & cùm ſupereſſent duo dies tantum ad expediendam ipſam appellationem ſecundum tempora præfixa vigore ſtatuti partes ipſæ compromiſerunt in quẽdam abſentem,qui poſt octo dies compromiſſum acceptauit,an inſtantia dictæ cauſæ appellationis finita ſit,ita vt prima ſententia firma remaneat, vel ne.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum dicitur à die acceptationis arbitri,& non ante.*
2 *Leges ciuiles ſunt in foro ſeculari conſideranda, & quid de canon.*
3 *Inſtantia cauſa principalis quanto tempore conſumetur ſecundum ius Pontificium, & quanto ſecundum ius Imperatorium.*

CONSILIVM CLXVIII.

LATA ſententia diffinitiua contra G. pro B.in actione hypothecaria per iudicẽ cõpetẽtem,dictus G. prouocauit. & cum ex lx. diebus ſtatutis inſtantiæ appellationis non ſupereſſent niſi duo dies,compromiſerunt dicti litigãtes in abſentem, qui compromiſſum acceptauit poſt per dies octo. Quæritur an inſtantia dictæ appellationis finita ſit,ita vt lata ſentẽtia firma maneat,necne, &c.

¶ In propoſita quæſtione omiſſa diſputatione conſulto,ſtudio breuitatis puto,finitam inſtantiam appellationis, & conſequenter latam ſententiam ratam manere,eo maxime ꝙ vt tempora proferendæ prouocationis interpoſitæ non cedant compromiſſo facto deſideratur,vt corã arbitro, vel arbitris appellationis cauſa exercitata ſit.vt colligitur in authen.de ap.col. 8. ibi circa principium, arbitros autẽ elegiſſe omnes ex ſcripto, & apud illos cõcurriſſe, & quædam exercuiſſe &c. Et infra verſus finẽ ibi,quia his, quæ geſta ſunt.de elec. c.iudicum crediderit. & ideo non eſt exequutus,neque compleuit litem illic,eo ꝙ apud iudices illos ſit exercitatũ negocium. In re vero propoſita vel apud arbitrũ electum actum eſt eo tempore, quo apud iudicem appellationis debuit lis finiri. Quinimmo nec intra tempus finiendę appellationis arbiter ſumptus acceptauit, quo ſit, vt nec videatur compromiſſum factum intra tempus finiendæ prouocationis. per l. ſi cum dies in prin.cum gl.id eſt, compromittere voluerunt. & quòd poſt eam no.per Bal volente ꝙ ex die acceptationis arbitri dicatur compromiſſum, ideoq; nec antecedat tẽpus arbitro præſtitum. ff. de arbit. & ratio ſatis hanc ſententiam ſuadet,Iccirco namq; non cedunt appellationis apud iudicem finiendę tempora prouocãti,quoniam non ceſſat ſeu negligit cauſam appellationis agere,qui apud electos conſenſu partiũ iudices ipſam cauſam appellationis exercet.ar.C.de inoffic.teſt.l.ſi cõtra maiores. & ita ibi.no. in gl.& apparet in corpore Auth. de ap.vbi ſupra. Hic autem prouocans in ipſo tempore finiendæ appellationis, quod ſupererat, cum de appellationis lite cõpromiſit, hoc eſt biduo nil protinus egit,quin nec aſſumpto nũciauit arbitro, vnde nec ex eo tempore alium ex conſenſu iudicem lis appellationis habuit, debuit igitur cedere tempus finiendę prouocationis apud ſuum iudicem ei, qui nec apud alium cauſam ipſam appellationis exercebat. & pro hoc facit quod no.ff. de in inte.reſt.l.diuus. vbi intra tempus ſaltem debet dari cauſæ reſtitutionis exordium, quantum eſt, quod reſtituendum eſt. ſeu læſio ſuſtulit. Nec me mouet cle. quamdiu.de appel. vbi ſolus conſenſus partium ſine compromiſſo differt fatalium curſum. Multo igitur magis compromiſſum,quamquàm non acceptauerit arbiter,cum maxime iccirco factum ſit, vt tẽpus appellationis prorogatur. Quoniam reſpondetur, ꝙ illud procedit iure canonico non etiam iure ciuili. vt ibi ſentit Io.And.in glo.ord.dum dicit per illam clementia

ttla adiici authent.ſi tame, & vnde aſſumpta eſt in cor-
pore.C.de tem. ap. & hoc eſt vnum ex illis tribus, quod
videſicet ſolo pacto ſeu ſimplici conſenſu partium pro
rogētur tempora, puncationis & inſtantiæ N. hoc etiā
eſt ex ſententia Bar. in pręal. aut. ſi tamē. & l.fi. in fi. de tēp.
app. decidentis ex ſolo pacto, ſeu conſenſu ſimplici poſ
ſe prouocationis inſtantiæ tempora minime proroga
2 ri. In foro † namq; ſeculari iudicandum eſt ſecundum
leges, non ſecundum canones, vbi à legibus diſcrepent.
vt no. per doc. C. de ſacr. ſan. eccl. l. omni. & per Io. an. ď
no. oper. nu. c. 1. potiſſime in ciuitate Veronæ, vbi ſpe-
ciali lege prouiſum eſt, vt cauſæ iudicentur ſecundum
3 leges & iura Romana. Similis † namque diuerſitas eſt
inter leges & canões in inſtātia cauſæ principalis, q̄ ſecū
dū leges triēnio conſumiẗ. Secundū vero canones tem
poris lapſu nuſquam perimitur. vt C. de iudi. l. properā-
dum. in prin. & ex. ti. c. venerabilis. & vtrobique not. in
gl. ius itaq; canonicum in eccleſiaſtico ſoro, ius vero ci
uili in foro ſeculari ſeruabitur. Ex his itaque concluden
dum relinquitur, in ea re, de qua quæritur, appellationis
inſtantia finita ratam manere prius latam ſentētiam.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum an ſit reuocandum ad inſtantiam tertia perſona in iu-
dicio comparentis, ſi ipſa non teneat, neque poſsideat petias ter-
rarum, quarum fructus & redditus ſequeſtrati ſunt.*

2 *Appellantes eatenus audiendi, vel non audiendi ſunt, quatenus in-
tereſt vel non.*

CONSILIVM CLXIX.

FACTVM ſic ſe habet. A. vt tutus & ſecu-
rus reddatur in fructibus & redditibus exi-
ſtentibus in certis petijs terrarum, quas ad
ſe ex iuſta & legitima cauſa aſſerit pertine
re, & de quibus petijs terrarū nulla quęſtio
ſeu controuerſia in iudicio mota erat, de mandato iu-
dicis competentis dictos fructus penes legitimam per-
1 ſonam ſequeſtrari fecit. Facto dicto ſequeſtro † ex inter
uallo temporis comparuit quædam tertia perſona nõ
citata, nec admonita aſſumēs in iudicio perſonam rei
petens, de iure dictum ſequeſtrum reuocari ſundando
ſe ex regula l. 1. C. de prohi. ſeque. qua cauetur ſequeſtrū
regulariter fore prohibitum certis exceptis caſibus, de
quibus mentio ibi ſit per gl. & Cy. aſſerendo, caſum ſu-
praſcriptum non eſſe de caſibus exceptuatis. Pro parte
dicti A. allegatur, ſequeſtrum in viribus ſuis remanere
debere. Et ex eo quia impetratum & commiſſum fuit
ratione rei, de qua nullà in iudicio controuerſia erat, er
go ſequeſtrum permiſſum. nam de re non contentioſa
ad inſtantiā partis aſſerētis rē ad ſe ptinere, vt ſecurior
& tutior reddat̄, ſequeſtrū ſemp̄ à iure permiſſum eſt, vt
notare vider̄ Io. mo. & Io. an. in nouella in c. locupletari.
de reg. iur. lib. 6. & per Bal. in l. 1. C. de prohi. ſeque. & in
hanc opin. inclinare videtur Ray. de Forli. & maxime
dictum ſequeſtrum firmum manere debet, cū iſta ter-
tia perſona in iudicio ad petēdum reuocari dictum ſe-
queſtrum legitime non compareat. Comparuit enim
iſta tertia perſona nõ requiſita aſſumens in iudicio per
ſonam rei, & non actoris, quod minime facere debuit,
prout notare videtur Inno. in c. cum inter priorem. ex-
tra. de exce. aſſerens ꝙ ſi iſta tertia perſona bannita vel
excommunicata eſſet, ad contradicendum non admit
teretur. Et in hanc opi. inclinare videtur Ange. de Peru
ſio in l. ſi ſuſpec. in prin. ff. de inof. teſtam. Cùm ergo per
ſona iſtius contradicentis non ſit legitima, de contra-
dictione ſua non eſt curandum, cùm eius cõtradictio nul
la ſit, & effectum aliquem non ſortiatur. ar. eorum, quæ
notantur in l. licet. C. de procuratore, & per conſequēs
ſequeſtrum, de quo ſupra ſit mētio, firmum remanere
debet. multa alia allegari poſſent in fauorē dicti A. ſed
dominatio veſtra ſuppleat, & c. ¶ Super eo de quo quę
ritur videtur mihi dicendum, quòd ſi dicta tertia perſo
na comparens non teneat neque poſſideat dictas peti-
as terrarum, quarū fructus & redditus ſequeſtrati ſunt,
aut tenentis vel poſſidentis nomine non compareat, re
uocationem petens dicti ſequeſtri non ſit audienda.
2 † Primum ex illa generali regula, non eſſe. ſ. audiendos
appellantes, niſi quorum intereſt, vt ff de app. recit. l. 1.
& arg. ff. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Quinimo et
ſi recte fuiſſet inſtitutum iudicium, quia intereſſet, ſi
tamen intereſſe deſineret, reus foret abſoluendus, vt ff.
de condi. fur. l. ſi ſeruus. in princ. & facit ff. ad exhi. l. 3. §.
ſciendū. & l. digni. §. fina. & ad hoc etiā faciunt, quæ no-
tantur per Bart. in l. ſi. ſuſpecta. in prin. ff. de inoffi. teſt.
& ſol. ma. l. titia. vbi ex ſummarijs ibi poſitis colligitur,
poſſe ita demum tertiā perſonā ad contradicendū cõ-
parere, ſi eius interſit, multo igitur magis admittet̄ ad
agendum aut principaliter ad petendum reuocationē
eius, quod geſtum eſt. Quis ita demum ſi eius interſit.
nam hic actor eſt, vt not. in l. de pupillo. §. fina. ff. de op.
no. nū. per Bart. Præterea ex iure actoris, nõ ex eo quod
reus habeat, qui ius dicit ſententiam formare debet, vt
ff. ſi pars hære. peta. l. 1. §. j. vñ etſi re⁹ nil iuris habeat ipſe
tamen actor ius ſibi competere non oſtendat, abſol-
uendus eſt reus, vt C. de rei ven. l. fin. & de edendo. l. qui
accuſare. facit etiam ad hoc quod no. per Inno. extra de
re. iudi. c. cùm ſuper cõtrouerſia. nec mouet me, quod
hic tertia perſona in iudicio comparens rei perſonā aſ
ſumpſerit. nec. n. icc irco qs rei partes ſubſtinet, q̄a ſe reū
velle eſſe ꝑponat, ſic nāq; facile quiſque in iudicio reus
ſemp̄ exiſteret, ſed iccirco qs rei p̄ſonā ſubſtinet, vel ex
eo ꝙ poſſideat, vt ff. de interdi §. retinēdę. & ff vti poſſi.
l. j. §. huius, vel eo qđ ad iudici vocat⁹ ſit, vt ff. de iudi. l.
in tribus, quorum neutrū hic exiſtit, cùm neque poſſi-
deat ſeu etiam detineat res, vt proponitur, de quarum
fructuum vel redditũm ſequeſtratione agitur, nec ali-
ter ſua intereſſe doceat vel contendat, neque ad iudiciū
generaliter neq; ſpecialiter vocatus ſit, & bene adiuuat̄
iſta ſentētia ab his, quæ notār̄ ff. de nou. op. num. l. de pu-
pillo. §. fi. in tertia ſolutione per glo. ibi poſitā ad l. non
cogendū. §. fi. ff. de procu. & per Bar. poſt glo. prædictā.
Et hanc partem tunc maxime admittēdam exiſtimo,
ſi d. A. ipſas petias terrarū, de quarum fructibus & red-
ditibus agitur, poſſideret. Sed quia forte ſub colono fu-
rent, cuius perſona foret ſuſpecta propter inopiam, vt
ex facto extrinſecus eſt narratum, petita fuiſſet per d. A.
fructuum & redditũ ſequeſtratio. Tunc enim etiā iu-
re facta videretur ſequeſtratio, & conſequenter nec pe
ti poſſet reuocatio etiam ſi petentis intereſſet, vt ff. qui
ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fi. & C. de agri. & cēſi. l. litib.
in princip. lib. 11. vbi in ſimili videtur expreſſim proba-
ri. & ibi not. & in præalle. l. vnica. C. de prohi. ſeque. pe-
cu. vbi autem contra eſſet, quia ſcilicet dicta tertia per-
ſona comparens poſſideret dictas terrarum petias, vel
etiam detineret & ſua intereſſe cõtenderet. & doceret
ſequeſtrationem non fieri, vel nõ fuiſſe factā vel nomi-
ne poſſidentis vel ita detinentis in iudicio compareret
ſequeſtri reuocationem poſtulans, putarem eam audiē
dam, quamquàm ad iudicium minime per dictum A.
exiſteret aduocata, & obtenturam reuocationem ſe-
queſtri quaſi non rite facti, etiam ſi in caſu conceſſo id
fieri potuiſſet, ſi is, cuius intererat, citatus extitiſſet per
l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. & de adop. l. nam ita diuus.
& C. vnde vi. l. meminerīt. & ſi per vim vel al. mo. l. fin.
Et ita ad id, de quo conſulitur, cum diſtinctione reſpon
deo, quia poſſeſſio non omnino clare probatur, licèt ex
trinſecus vero tñ ꝙ dictus A. poſſideat, quodque dictæ
tertiæ perſonæ comparentis nihil interſit, aſſeratur.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Prouiſio facta per ciuitatem, aut eius conſiliarios
an & quando tollatur per aliam prouiſionem poſterio
rem, & quid ſi prima habuit clauſulam derogatoriam:

Et quando

Ei quando dicatur facta ſpecialis mẽtio prouiſionis habentis clauſulam derogatoriam.

SVMMARIVM.

1 *Mandati ſuperioris forma diligenter eſt obſeruanda nec in puncto prætermittenda, nec excedenda.*

2 *Teſtamentum habens clauſulam derogatoriam poſterioris, reuocari debet per poſterius ſpecialiter prioris habita mentione.*

CONSILIVM CLXX.

SVper eo de quo quæritur pro pleniore probatione, & examinatione, & meliore decisione arguitur breuiter tamen in vtramque partem. Et primò videretur reuocatio ſupra relata dictæ dignitatis, & officij proconſulatus valuiſſe. Nam vulgo receptum eſt, neminẽ ſibi poſſe legem imponere, à quo nõ poſſit recedere, vt ff. de leg. 3. l. ſi quis in princ. Dicti igitur magnifici domini domini prioris artuum & vexilife. Iuſtitiæ populi & communis Florentiæ vnà cum dictis officijs confalonerijs conſilijs populi ta. bonorũ virorum communis præfati & Capitanei partis Guelfæ, & octo cuſtodię & ſex mercantiæ, & alijs ciuibus de balia, qui ipſum cõmune Florentiæ repreſentabant, & nõ poruerunt ipſo die vltimo Octob. anni M.CCCXCIII. prout præmittitur, prouiderunt & ordinauerunt legem ipſi communi Florentiæ, vel magnificis dominis prioribus & vexlifero iuſtitię & officijs confaloneris & 12. bonorũ virorum dicti communis & conſilijs populi & communis Florentiæ, qui & quæ fuere de ann. 1413. de menſe Martij ipſum vniuerſum populum & commune Florentiæ tunc repreſentantibus, vt ſupra proponitur in illo verſu. Et præſupponit ad quod facit quod no. C. quę ſit lon. conſue. In reſpon. à qua lege non licuerit ipſi communi Florentiæ, vel prædictis ipſum repreſentantibus pro libito reſilire. Ideoq; quamq̃' nõ fuerit ſeruata forma illius promiſſionis & ordinationis, quæ fuerit facta vltimo Octob. 1343. quia neq; octo cuſtodiæ interuenerũt, neque omnes 45. fabæ nigræ conuenerunt, ſed tantum duæ partes ipſorum officiorum, quæ conuenerant, nihilominus valuit & tenuit, quod per ipſum commune Flor. geſtum fuit, hoc eſt, dignitatis & officij proconſulatus prædicti reuocatio. Ad quod optime facit ff. de iure codicil. l. diui ſeuerus. §. licet. & C. de leg. & conſtl. l. humanum. & quod ibi no. Præterea diligenter aduertẽdum eſt, quod illa prouiſio & ordinatio facta die vltimo Octob. 1393. fuit derogatoria poteſtatis, ſeu ſolennitatis, quo caſu ſecundum Iacobum de Are. in d. l. ſi quis in prin. & quod in l. ſancim'. C. de teſtis, multo minus tenet, quàm ſi fuiſſet derogatoria voluntatis. Rurſus ſi voluntatis fuiſſet ſeu fuerit derogatoria, cùm tamen in ſecunda prouiſione & ordinatione facta de mẽſe Martij 1413. fuerit appoſita clauſula derogatoria, non obſtantibus prædictis, vel aliquo prædictorum, aliqua lege, vel ſtatuto, vel ordinamento in contrariũ diſponente, quia fuit ſpecialiter derogatoria ſecũdum doctrinam Bar. in ſim. terminis in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub in fi. ſui commenti, conſequens eſt, primã prouiſionem & ordinationem vltimo Octob. 1393. ſufficienter reuocatum per præalle. l. ſi quis in prin. teſtamẽti. in prin. ff. de leg. 3. & quę ibi no. per doc. poſt gl. & per Bal. in præallega. l. humanũ. in 2. q. vbi etiam refert Cy. & facit quod notat Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in illa quæſtiõe ſuper quibus poſſint fieri ſtatuta. Ex quibus omnibus relinquitur concludendũ, reuocationem prædictæ dignitatis officij proconſulatus rectè factam.

¶ In oppoſitum mouet primò, quòd illa ſecũda prouiſio & ordinatio facta 1413. de menſe Martij à minori potentia, & auctoritate proceſſit, quàm prior prouiſio, & ordinatio facta de menſe Octob. 1393. cum in ſecunda non fuerint octo cuſtodiæ neq; alij ciues habentes baliam à generali parlamento, qui interuenerunt priori arg. cap. venientes. de iureiu. & quod no. per Bal. rectè in hac quæſtione in præallega. l. humani. in 2. q. Mouet & fortius, quia videtur mihi multum differre, an quis derogat actui futuro niſi ipſiuſmet niſi ſeruata certa forma. Quo caſu loquuntur omnia in diuerſam partem ſuperius allegata, & ea quoque, quæ tractat Bald in præalle. l. humanum. loquitur enim de prouiſione ſeu reformatione facta per ipſum populum ſecundo loco, An vero quis derogei nõ ſeruata certa forma actui faciendo per alium, vel alios, qui à ſe poteſtatẽ habeant. Tũc enim omnimodo is, qui poteſtatem habet ab alio, legi & formæ ſibi traditæ per eum, à quo habet poteſtatem & mandatum illius actus explicandi, debet parere, nec alias valiturum eſt, quod egerit, quàm ſi datam ſibi formam ſeruauerit. vt de reſcrip. c. cùm dilecta. ff. de tranſac. l. cum his prætor. & ff. mandati. l. diligenter. Ita autem fuit in re propoſita, quoniam magnifici domini domini priores cum cæteris officijs, de quibus ſupra & ciuibus habentibus baliam à generali parlamento, ſicq; ipſum generale parlamentum protinus præſentabant, vt ff. quod cuiuſq; vniuer. l. item eorum. §. ſi decuriones. prouiderunt ipſo vltimo Octob. 1393. non quidem quod plus & commune Florentiæ non poſſet contra illam prouiſionem, ſeu ordinationem facere, niſi ſeruata forma certa, Sed quod futuri domini priores & officia & conſilia populi & communis Florentiæ, qui & quæ poteſtatem habebant à populo communi Florentiæ certa forma ea faciendi, quæ ipſe populus & commune non poſſent cõtra illam prouiſionem & ordinationem facere, niſi alia certa forma ſeruata. Sicut namque populus & generale parlamentum potuiſſet, quam dederat poteſtatem dictis officijs & conſilijs diminuere, nam & tollere potuiſſet. arg. ff. de pac. l. iuriſgẽtium. §. adeo. & de in litem iurando. l. videamus. §. deferre. & de orig iur. l. 2. §. exactis. lo. 2. Ita quoque potuerunt & illa officia & ciues de balia, quibus generale parlamentum eam plenarie poteſtatem conceſſerat. arg. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. item eorum. §. ſi decuriones.

1 Ipſam itaque formam † & legem ſibi impoſitas vigore generalis parlamenti & ab habentibus poteſtatẽ ſuper his ab ipſo generali parlamento debuerunt omni modo ipſi priores cum ceteris officijs & cõſilijs obſeruare, vt in præalle. c. cùm dilecta. de reſcrip. & ff. mandati. l. diligenter. cum ſim. Illud quoq; præſtat huic cauſæ ſuffragium, quod præter ademptã ſpecialiter & nominatim poteſtatem officijs & conſilijs ſuper his contrariũ diſponẽdi, niſi certa forma, quod fieri potuit vt ſupra mõſtratum eſt. Id quoque ſpecialiter cautum eſt, vt in quacunque conceſſione poteſtatis quantumlibet in generali in poſterum facienda cuiuslibet non intelligerentur eadẽ, quibus erat facta prouiſio ſeu ordinatio prior, vllatenus deuenire. Quo fit, vt in poteſtate poſt cõceſſa, generaliter memoratis officijs & cõſilijs ea videant̃ excepta de quibus anterior prouiſio vel ordinatio cõtinebat, & conſequenter ipſa dignitas & proconſulatus officium ſuper eo prouiderunt. Itaq; officia cõſilia de mẽſe Martij 1413. quod eis minime fuerat demandatum, per conſequens non tenuit, quod egerunt. vt ff. de iuretur. l. ſi itaq;. Et in hanc ſententiam ſecundam, vt non valeat caſſatio ſeu reuocatio memoratæ dignitatis & proconſulatus officij tanquam ſtricti iuris & æquitatis rationib. magis cõſentaneã procliuior ſum. Nam & per hoc & ipſius reipub. glorioſiſſimę & magnificẽtiſſimę Florẽtin. magis honorificẽtia, & ſuæ magnitudinis exaltatio confirmatur, quo maiori ſuorũ membrorũ dignitate refulget, & artis ac venerãdi collegij iudicum, & notariorũ ipſius ſplendidiſſimæ ciuitatis honor & reuerentia ſolidatur, quo excellentior capite decoratur. Nec rurſum immemor ſum ſententiæ illius inter iuris ſcientiæ prudentum vertices Dyni videlicet de muſello in c. quod ſemel placuit. de reg. iur libr. 6. Vbi magis

2 inclinat. † reuocari oportere primum teſtamẽtum habẽs clauſulam derogatoriam poſterioris per poſterius

ſpecialiter

ſpecialiter prioris habita mentione, quæ ſententia ſatis videtur comprobari in l. ſi mihi & tibi. §. in lege. ff. le. 1. & per d. l. ſi quis in prin. ff. de leg. 3. & inducenrem illud in argumentum ad ſtatuta. Satis namque procedat argumentũ à teſtis ad legem, per §. diſponat. in Auth. de nup. Quo admiſſo certo certius foret, ſecũdam prouiſionem non ſatis expreſſiſſe clauſulam non obſtantinm, quod mihi in ſtricta diſputatione placeret in teſtis & ſtatutis, ſed non huic fundamentum ſententiæ, quam ſuperius in propoſita quæſtione delegi, recipio, cum & alijs rationibus eam confirmarim, & nominatim Bald. contrariam ſententiam & aliorum, vt ipſe refert in præalle. l. humanum. in 2. q. Concluditur itaque præfata dignitatis proconſulatus officij factam caſſationem & reuocationem, vt præfertur, minime renuiſſe, & magis priorem poſteriori, quàm poſteriorem priori prouiſionem derogare. Ad allegata vero in diuerſam partem apparet per ſuperiora reſponſio. Et principaliter per ea, quæ in argumento ſecundo poſterioris partis ſupra propoſita ſunt.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Si partes compromiſerunt in arbitratos, arbitratores, & amicabiles compoſitores, & ſolẽniter promiſerunt parere & obedire omni laudo per eos ferendo, nec appellare, nec petere reductionẽ ad arbitrium boni viri. Sed emologare & approbare, & ex tunc approbauerunt & emologauerunt omne laudum per eos ferendum ſub pœna centũ librarum. Et ad maius robur iurauerũt, & pars, quæ ſuccumbit, petit ipſam cauſam reduci ad arbitriũ boni viri, & bonus vir dixit bene fuiſſe & eſſe arbitratum & iudicatum, & male fuiſſe reductum, &c. modo pars victrix occaſione dictæ reductionis interpoſitæ petit pænam in compromiſſo appoſitã, quærebatur, an poſſit ſtante maxime conſtitutione in partibus Marchiæ prouinciæ, qua cauetur, quod reductioni ad arbitrium viri renunciari non poſſit etiam cũ iuramẽto, & maxime difficultatum cauſæ inter doctores, quis eorum foueret iuſtitiã in ipſa cauſa principali.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex quibus dicatur nulla.*
2 *Partes ſolo conſenſu poſſunt prorogare inſtantiam etiam citra compromiſſum.*
3 *Sententia lata ſuper reductione ad arbitrium boni viri non rite petita, an & quomodo faciat ius inter partes ad pænam.*

CONSILIVM CLXXI.

GERARDVS de Aradei de Mutina ex vna parte, Et Zonchus Petri Vgolini ex altera de quadam lite & quęſtione inter eos vertente compromiſerunt in certos arbitros, arbitratores, & amicos communes, & ſolenniter promiſerunt parere, & obedire omni laudo per eos ferendo, nec appellare, nec petere reductionem ad arbitriũ boni viri, ſed emologare & approbare, ex tunc approbarunt & emologarunt omne laudũ per eos ferendum ſub pæna centũ librarũ. Et ad maius robur iurarunt &c. prout patet in inſtrumẽto compromiſſi, quod tranſmittitur, dicti arbitratores laudarunt, & condemnarunt dictũ Zongũ ad dandum certam pecuniæ quãtitatẽ dicto Gerardo, prout in eius petitione continebatur. poſtea dictus Zongus petijt, dictũ laudũ reduci ad arbitriũ boni viri, & ipſe bonus vir pronunciauit & laudauit bene fuiſſe & eſſe arbitratum ac iudicatum, & male fuiſſe recurſum & petitũ per ipſum Zõgum, & dictã ſententiã & arbitramentũ approbauit & cõfirmauit, condẽnando dictũ Zongũ in expen. Modò Gerardus vidẽs iſtũ ſuccubuiſſe petiit pænã cõpromiſſi à dicto Zongo. Agitata fuit quæſtio corã dño Angelo đ Clauarijs vicario prætis Penſauri, qui dñs Angelus condemnauit dictũ Zongũ ad dandũ & ſoluendũ dictã pœnã in dicto cõpromiſſo contentã dicto Gerardo. Appellatũ fuit per dictũ Zongũ, & dicta cauſa appellationis fuit cõmiſſa cuidã dño Bartholomęo đ Puteo vicario generali in ciuitati Fani Et inter cæterã, quæ fuerant producta, & allegata corã dicto dño Bartholomæo, fuerũt productæ cõſtitutiones ꝓuinciæ Marchiæ, quarũ copia tranſmittiẽ, quæ volũt, ꝙ reductioni ad arbitriũ boni viri nõ poſſit renũciari etiã cum iuramento, quæ cõſtitutiones ꝑ partẽ diuerſam nõ dicunẽ obſtare, vt in excep. & teſtibus per eã ꝓductis dicit apparere. Tandẽ ipſe dominus Bartholomæus ꝓnunciauit, bene fuiſſe appellatũ ꝑ dictũ Zongũ, & male fuiſſe pronunciatũ per dictũ dñm Angelũ, & abſoluit dictũ Zongũ à cõtetis in dicta ſententia. Ab iſta ſñia appellatũ fuit per Gerardũ, & dictũ de nullitate, & cã fuit cõmiſſa dño Petro de Rocha vicario generali magnifici dñi Malateſte de Malateſtis in ciuitate Penſauri, q̃ eſt de ꝓuincia Marchiæ Anconitanæ &c. Qui dñs Petrus ꝓnunciauit ſñiam dicti domini Bartholomæi fuiſſe & eſſe nullã, & per ꝯſequẽs, ſuperuacue fuiſſe appellatũ per dictũ Gerardũ. Ab iſta ſentẽtia dicti dñi Petri fuit appellatũ ꝑ Zongũ. & dicta cã fuit cõmiſſa dño Iacobo de Tranſigano vicario poteſtatis Pẽſauri, qui dominus Iacobus introducta dicta appellatione corã domino ipſo aſſignauit terminũ ad iuſtificandũ & impugnandũ Quo facto immediate fuit petitũ ꝓ parte dicti Zongi, ꝙ reformareẽ ſñia domini Barthol. quæ fuit ꝓnunciata nulla, & diu litigatũ fuit corã ipſo ſuper iſta reformatione, & tandẽ pronunciatũ fuit, & interlocutũ per ipſum dominũ Iacobum, acta facta corã dicto domino Barthol. ex quibus eius ſententia redderetur nulla, eſſe reformata, & haberi pro reformatis. A qua ſententia interlocutoria dictus Gerardus appellauit, & corã iudice appellationis ipſum introduxit, & ſuper ipſa litigauit, & tandẽ fuit deſerta, qui ꝓceſſus cũ dicta interlocutoria vobis mittuntur. Tande finito officio dicti domini Iacobi ante expeditionẽ dictæ cauſæ dicta cauſa expedienda cõmiſſa fuit domino Seraphino de vrbino ſucceſſori dicti dñi Iacobi de Tranſigano. quæ omnes. acta, ſiue conſtõnes, ſtatutũ Penſauri in materia appellationis loquẽs vobis mittunẽ. Modo quæriẽ viſis omnibus prædictis, quæ ſint partes dicti domini Saraphini ſententiando in cauſa prædicta.

1 ¶ † In oppoſita quæſtione videẽ dicendũ, cũ ſententia domini Bartholomæi nulla fuit, vt proponiẽ, defectu actoris, & inſtãtia cauſæ appellationis, quæ eſt dierũ 50. vtiliũ ſm formã ſtatutorũ Pẽſauri &c. Illico hoc eſt inter dies 4 vel circiter poſt ipſam latã ſententiã finita ſit ſentẽtia primi iudicis, hoc eſt, dñi Angeli iudicis principalis cauſæ in ſuo robore permãſiſſe, & in rẽ iudicatã tranſiſſe. ſententia nãq. domini Bartholomæi, quæ nulla fuit, ſinẽ cauſæ appellationis interpoſitæ non impoſuit, vt ff. de cõdi. inde. l. elegãter. §. ſi poſt. & C. quomodo & quando iud. l. ſi vt ꝓponis. cũ duabus ſequentibus. & ſpecialiter in l. ſi præſes. faciunt l. 1. C. de ſenten. ex pericu. reci. & l. 1. C. de ſenten. & interloc. omn. iudi. & de accuſa. l. ſi accuſatorib⁹. & l. abſente. & per ꝯñs inſtãtia cauſæ appellationis lapſu fataliũ, hoc eſt, dies 60 perempta fuit, ſicq; prior ſentẽtia executionem mereẽ, tanq̃ ſi nunq̃ fuiſſet prouocatũ, vt C. de appel. l. ſi ꝯtra. & de temporibus appellatio. l. fi. §. illud. & auth. ei qui appella. & hoc etiã rei iudicatæ auctoritate firmatũ eſt, hoc eſt, ꝑ ſententiã dñi Petri ſupradicti, qui iudex eius quõnis pronunciauit, ſententiã dicti dñi Bartholomæi nullã fuiſſe, & ꝓinde ſuperuacuo ꝓuocatum. Nec me mouet, ꝙ ab ea ſentẽtia domini Petri fuerit prouocatum, & de nullitate propoſitũ, & ꝙ pẽdẽte termino dato per dominũ Iacobũ ſuꝑ impugnanda ſeu iuſtificanda ea ſñia dñi Petri petita fuerit reformatio actoris, & ſñtẽtiæ dñi Bartholomæi, quæ nulla videbatẽ, vt pronunciatũ fuerat, qa tunc tñ id fieri potuiſſet ſi tẽpus inſtãtiæ cauſæ appellationis id largiebatur, quia necdũ fuiſſet finitũ. ar. in l. accuſatiurus. & quod ibi bene ad propoſitũ tradiẽ. ff. ad l. Iul. de

Iul.de adul.& peroptime facit qđ no.per Bar. C.de edē
l.edita.in 2.col.ſui cōmēti,& in oppoſitiōe l. ædiles. §.
itē ſciēdū.ibi in hoc ꝓmiſſo q̄ritur.&c. Cū itaq; in re ꝓ
poſita ſnīa dicti domini Bartholomæi nulla fuerit ex
defectu actorū minus recte cōceptorū, ſeu formatorū,
& intra dies 4. vel circa poſt ipsā ſnīam nullā ſeqnuros
finitū fuerit tp̄s inſtantiæ cauſæ appellationis,intra qđ
oportebat de iniquitate prioris ſentētiæ domini l.An-
geli iudicari,emendatio, ſeu formatio ipſorū actorū,q̄
nulla fuerāt,minime fieri potuit. Cū iā tūc de iniquita
te prioris ſnīæ quæri nō poſſet,quæ in rē iudicatā trāſie
rat & finē liti impoſuerat,habebaturq; perinde,ac ſi nō
fuiſſet prouocatū vt d.l.fi.§.illud.C.de tēpor. appellat.
per d.l.accuſaturus.de adulte. Et per hoc apparet, inter
locutionē domini Iacobi, q fuit interlocutus oīa acta
illius cauſæ reformata eſſe,& ꝓ reformatis habēda, nil
ꝓficere. Nā etſi acta ipſa recte facta ſint, & pro factis ha
bēda ſint, hoc eſt verū ex tēpore ipſius repetitionis, ſeu
reformationis actoris,aut forſan p̄dictæ interlocutio-
nis, Sed tūc ex illis actis nō poteſt ſequi diffinitiua ſen-
tentia ſuper iniq̄tate prioris ſentētiæ,vel æquitate,cùm
iā perēpta ſit inſtātia, quin etiā ꝓponatur, ipſa acta re-
cte facta fuiſſe, & intra tēpus inſtātiæ cauſæ appellatio-
nis,hoc eſt, prius q̄ perēpta fuiſſet ipſa inſtātia, &c. Ni-
hilominus poſt fatalia & finitū tēpus inſtātiæ cauſæ ap
pellationis nō poſſet ex his actis rectiſſime factis ad ꝓ-
ferendā diffinitiuā ſententiā in appellationis cauſa ꝓce
di. Cùm id tēpus etiā finiēdæ cauſæ, nō mō inchoandæ
vel agēdæ,ſed peragēdæ præfixū ſit,ſicut & tēpus, quod
cauſæ reſtōnis in integ.p̄finitur, præfixū eſt nō tantū ei
incoādæ, ſed etiā finiēdæ.vt C.de tēpori.in integ.reſti.
l.fi.& præalle.l.fi.§.illud.& auth.ei q.C.de tēpo.appell.
Quo fit vt eo lapſo,ſi iudex appellationi pręſidēs nō an
te recte ꝓnunciauerit,prior ſentētia rata ſit,tanq̄ ſi nun
quā fuiſſet prouocatū,quo itaq; poſſet alia ſentētia pro
ferri ſuper ea re,quæ iā finita eſt priore ſententia.arg.in
l.1.C.quādo ꝓuo.nō eſt neceſ.& de ſen.& interlo.om.
iudi.l.poſt ſententiā.& ſen.reſcin.nō poſ.l.1.& ff.de re
iudi.l.1.& quæ executionē meretur,vt d.l.ſi quis cōtra.
C.de appel.l.fin.§.illud de tēporibus appella. & facit l.
ſi prætor.in princip.ff.de iudicijs. ſingulis.n. cōtrouer-
ſijs ſingulas actiones,& vnū iudicati finē ſufficere ꝓba-
bili rōne placuit, &c. vt ff. de excep. rei iudi.l.ſingulis.
Dominus itaq; Seraphinus, qui dicto domino Iacobo
ſucceſſerit in ea cauſa,intelligēs lapſum tp̄s ad finiendā
cauſam appellationis interpoſitæ à ſnīa domini Ange-
li iure cōi, vel municipij præſtitū, & ſententiā domini
Barthol. nullam per ſuperiora proſpiciens, etiam acta
corā ipſo domino Barthol. recte & opportuno tēpore
facta fuiſſent, ſentētia domini Barthol. ex vitio, q̄ ſolā
eius pronunciationē inſpiceret, nulla foret.quia forte
die feriato lata fuiſſet, pronūciare debet deſertā appel-
lationē à ſnīa dicti domini Angeli interpoſitā lapſu fa-
taliū præfixorū ad eām finiendā.& cōſequenter, ſnīam
domini Angeli in ſuo p̄ſtito robore tanq̄ ſi nō fuiſſet ꝓ
uocatū perſiſtere nō officiēte ſentētia domini Barthol.
quæ nullius extitit roboris,vel momēti, vti per ſenten-
tiā domini Petri extitit declaratū, quā recte debet pro-
nunciare ꝓlatā,& ab eo perperā ꝓuocatū per dictū Zō-
gū. Non obſtantibus quoq; dictis actis repetitis coram
domino Iacobo,quæ fuere nō cōgruo tēpore repetita,
quēadmodū & eis poſt iā peremptā cāæ appellationis
inſtantiā appellator appellationē ꝓſequēs. Acta quidē
alle. cū feciſſet legitime iudex quidē eius cauſæ inſertā
cauſam appellationis,& fruſtra petitā prioris informa-
tionē ſnīæ,quę in rē iudicatā trāſiſſet,ſua ſentētia decla
raret. Et quoniā hæc, quæ ſupra facta ſunt argumēta,tā
efficaciter q̄ veraciter ſeu ꝓ veritate cōcludunt, & fides
veritatis verborum adminicula nō deſiderat, licèt alijs
pleriſq;,quæ ſupra in facti narratione tacta ſunt, elegā-
ter res perſuaderi potuiſſet. His cōſulto ſtudio breuita-
tis cōtentus ero cōcludens, per dictū dominū Seraphi-
num ꝓnunciari debere, recte per dominū Petrū fuiſſe
iudicatū,& per dictū Zongū perperā prouocatū,& fru-
ſtra repetitā reformationē ſententiæ domini Bartholo
mæi deſerta appellatione, & finita appellationis cauſa
à domino Angelo interpoſita, eiuſq; ſententia tanq̄ ſi
nō fuiſſet prouocatū,executionē merente. Ceterū quo
niā poſt ſupra ſcripta,ex facto propoſitū eſt,dictū domi
nū Bartholomęum,cùm dubitaretur inter partes ſupra
relatas, an inſtantiæ cauſæ appellationis ſibi,vt præfer-
tur, ſupra commiſſæ finiretur illico ad dies 5. vel 4. An
etiā vlterius perduraret ex partiū conſenſu interloqu-
tum fuiſſe,inſtantiā dictę cauſæ vſq; ad dies 12.poſt ſen
tentiā illā interloquutoriā ſequnturos duraturā, Cum
tēpore ipſius interloquutionis ſine dubio ſupereſſent
adhuc ſaltē dies 4.dictæ inſtātiæ, concedendū eſt eiuſ-
modi interlocutioni ſtandum fuiſſe & eſſe,aut ratione
dubitationis.arg.à ſimili in l.2.in princ.ff. ſi quis in ius
voc. non ierit. & de iudici.l. ſi quis ex aliena, & quod
vtrobiq; notatur. & arg. C. qui da.tu.vel.cu.poſ.l.1.cū
2 concor.ibidē alleg. Aut † vi prorogationis ex conſen-
ſu partium facta, quæ potuit in inſtantia appellationis,
etiā citra cōpromiſſum fieri ſolo conſenſu,vt in cle.q-
diu.de ap.& Bal.no.in auth.ei qui. C. de tēp. ap. verſus
fi.ſui cōmenti,licèt alij cōtra & male,quia cōtra præal.
cle.quādiu. & licèt ſecus ſit in cauſæ principalis inſtan-
tia,vt not.C.de iud.l.properādū. §.1.potiſſimū cum &
ipſa domini Bartholomęi interloquutio reſcripto pri
cipis hoc eſt magnifici domini domini Malateſtæ, do-
mini Penſauri fuerit cōfirmata & iuſſa ſeruari. Sicque
cùm ipſe dominus Bartholomæus pronūciauerit intra
ipſos dies 12. quibus dūtaxat inſtātia cauſæ appellatio-
nis bene prouocatū, & perperā pronūciatū tenuit eius
ſententia. Ideoq; dominus Petrus de Rocha iudex ap-
pellationis,& nullitatis à ſentētia dicti domini Bartho
lomæi interpoſitæ,qui ſententiā domini Bartholomęi
nullā ꝓnunciauit & fruſtra prouocatū per Gerardū nō
recte pronūciauit. Iudex igitur cauſæ appellationis, &
nullitatis interpoſitæ cōtra ſententiā dicti domini Pe-
tri pronunciare debet, per dictū dominū Petrū perperā
pronūciatum,& recte prouocatū per Zongū,quoniam
ſententia dicti domini Bartholomęi nō fuit nulla,vt ſu
perius eſt mōſtratū. Dominus itaq; Seraphinus ſucceſ-
ſor domini Iacobi de Tanſigano, & in hac parte iudex
appellationis & nullitatis interpoſitæ cōtra ſententiā
domini Petri id pronunciauit per dictū dominū Petrū
male iudicatū,& per dictū Zōgū recte prouocatū. Qua
pronunciatione facta, ſi quidē cognouerit finita tēpo-
ra finienda prouocationis interpoſitæ cōtra ſentētiam
domini Bartholomæi tanq̄ appellatione non facta in
ſuo robore permanētē executionē mereri,vt C.de tēp.
app.l.fi.§.illud.& de appel.l. ſi cōtra. & ff.de his q̄ not.
infa.l.furti.in prin. Si aūt adhuc durent tēpora illius ap
pellationis proſequēdæ & finiēdæ,cum per ſententiam
domini Petri nō fuerit impoſitus finis cauſę appellatio
nis,quæ de nullitate, non etiā iniquitate ſententiæ do-
mini Bartholomęi iudicauit. Cognoſcet ipſe dominus
Seraphinus de iuſtitia vel iniuſtitia,vel inæquitate ſen-
tentiæ domini Bartholomæi, & aut bene iudicatū, ſed
male prouocatū per Gerardū,ſi eā ſententiā iuſte latam
inuenerit,iudicabit. Aut contra,ſi eā iniquā & perperā
latā deprehenderit. Mihi tamen † videtur iuſtam fuiſſe
ſententiā domini Bartholomæi, qui in effectu pronun
ciauit,pœnā,de qua ibi & ſupra continetur,peti mini-
me potuiſſe,& hoc ea maxime cōſideratione,quia ſen-
tētia Dy.per l.qui Romæ.§.fi.ff.de ver.ob.& Bar. idem
& in l.Iulianus. ff. de cōdi.indeb.volentiū ſententiā latā
ſuper reductione laudi ad arbitrium boni viri nō recte
petita,quia æqua fuiſſet, ius facere in pœna,vt ab eo, q
ſuccubuit peti poſſit, eam limitationem recipere, niſi
is,qui eam reductionem petijſſet,iuſtam habuiſſet cau
ſam litigandi.& ita petendi, ſecūdum not. doctrinam
Ioan. An.in addi.Specu.in ti.de arb.§.fi.ver. Item quid
ſi compromiſſum.quam refert & ſequitur Bal. in l.fin.
C.de arbi.& habet rationem hęc limitatio ex ipſo pœ-
na:

næ nomine, & id quod veriſimile actum inter contrahentes fuiſſe credendum ſit, quoniam pœnę tam ex legibus, quàm ex conuentionibus vt in plurimis apponuntur ad compenſandum, ſeu coercendam calumniam, ſeu dolum, aut temeritatem, ſeu culpam aliquam aut moram, ſeu negligentiam, ſeu contumaciam eius, aut aliquam aliam actionem, q pœnam peti debuit, vt Inſti. de pœ. teme. liti. in prin. & §. 1. & C. de ſen. quæ p eo quod intere proferuntur. l. vnica. ibi cum ſcimus, non vt pœnæ comprimant innocentes, vt C. de pœnis. l. ſancimus. & ff. ſi cer. pet. l. de lata. de ver. ob. l. ita ſtipulatus. verſi. ſabinus, vnde ſæpenumero licèt ipſo iure pęna ſtricto iure committatur, vt peti poſſit, accommodantur ex iuſtis cauſis exceptiones reo propter iuſtas exceptiones tàm in iudicijs, quàm extra, vt patet ff. ſi qs cauti. l. 2. §. 1. cum ſequenti. vſq; ad fi. legi. & ad l. rodiã. de iactu. l. fi. & idem iuris. habuit autem Zongus in re propoſita iuſtam cauſam litigãdi, & eam reductionem deſiderandi cum magnorum iuris doctorum forèt auctoritate ſuffultus, qui conſilia ſibi ſuper ea re cum propriæ ſubſcriptionis & ſigilli teſtimonio, quod iuſtam cauſam inſtitueret, prębuiſſent. arg. notatorum per Bartol. ff. de bo. poſ. l. in bonorum. & cõfirmatorũ per Bal. C. qui ad. bo. poſ. l. iuris ignorãtiam. Porro cùm negari non poſſit, hanc rem dubiam eſſe Io. an. & Bal. ita ſcribentibus, præſertim cùm & ſenſus illius §. fin. in l. qui Romæ. ex quo oritur prææalleg. opi. Dy. & Bald. ſic ſatis apud doctores & multum illi ſenſui refrageretur iuris regula tradita ff. de except. rei iudi. l. cùm quæritur, cum ſequentibus. quia rei, quę petitur, mutatio facit videri rem aliam quàm de qua iudicatum eſt, & quod pulcherrime tradit Innoce. c. cùm eccleſia ſutrina, in glo. fin. de cauſa poſ. & propr. Profecto tam iuſtiùs, quàm tutiùs & humaniùs arbitror pro dicto Zongo, qui reus eſt, & ſic fauorabilior cõtra Gerardum, qui actor eſt, qui rẽ odioſam proſequitur, hoc eſt pœnam, quam contra potius iudicandum ex vulgaris generalibus regulis de re. iur. l. fauorabiliores. & l. ſemper in dubijs. & ff. de pœnis. l. interpretatione. de lib. & poſth. l. cùm quidam. & de actio. & obli. l. Arrianus. & de re iudi. l. inter partes. & extra eodem. c. fin. Præſertim cum actor de lucro potius tractet, hic de damno, vt ff. de ver. ob. l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. & C. iure delib. l. fi. §. licẽtia. & de codicil. l. fi. Et cõcludendo iudicaturus ſententiam dicti domini Bartholomæi potius cõfirmarem, quàm confringerẽ. & ad hoc facit quod no. per glo. ff. de pac. l. tres fratres. in fi. glo. Vbi etiam Angelus determinat contra præmiſſam ſententiam Barto. contrarium conſuluiſſe. Et addit ſe coutrarium iudicaturum.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An ex nudo pacto poſſit agi. Et an cæteris paribus cui potius ſit deferendum iuramentum in ſupplementũ probationis videlicet an reo, vel actori. Et quid operẽtur ſemiplenæ probationes. Et an vẽditio facta ad incantum reuocetur, ſi creditor fecit vendi maiorẽ quantitatem poſſeſſionum ſui debitoris, quàm eſſet eius creditum, ſicut reuocantur dationes in ſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Pacto ex nudo non agitur regulariter. at quando ex nudo pacto peti poſſit. nu. 4.*

2 *Semiplene probanti remedium eſt, quòd in ſupplementum probationes iuramentum deferatur.*

3 *Debitoris rebus venditis ad creditoris inſtantiam quo caſu venditio reddatur irrita.*

CONSILIVM CLXXII.

VISIS proceſſu cauſæ vertentis inter Gallicanum de ſacillo, ſeu interuenientem pro eo agentem parte vna, & ſer Chriſtophorum de Valentinis de Vtino, ſeu interuenientes pro eo ſe defendentes parte altera coram magnifico & generoſo milite domino Franciſco de Bembo honorabili Locumtenente patrię Foriulij pro Sereniſſimo ducali Dom. Venet. &c. Omnibus, quæ in dicta cauſa inter dictas partes agitatis, & ſpecialiter atteſtationibus teſtium vtrinque productorum, ac proceſſu veteri venditionis ad incantum certorum bonorum immobilium, de quibus ibi nominatim cõtinetur ad inſtantiam nobilium virorum, ſcilicet Federici, Chriſtophori, & Antonij filiorum & hæredũ quondam ſer Valentini de Valentinis ſuis & aliorum cohæredum nominibus, & proinde ſubſequutis inſtantibus eiſdem heredibus pro manutentione dictorum bonorum venditorum cõtra ſer Simonem, ac ſer Danielem de Sacillo, prædictiſque omnibus & ſingulis diligenter inſpectis, & examinatis, quænam ſore debeant partes prælibati magnifici domini Locumtenentis, vbi notandum, quod duo principaliter opponuntur per ream partem, vt victoriam & à petitis abſolutionem reportet. Primum, quòd pars agens minime ſuam probauit intentionem. Secundum, quod etſi probaſſet, inefficax tamen foret, quoniam nuda pactio, non etiam ſtipulatio comprobatur. Ex nudo autem pacto non agitur, vt ff. de pac. l. iuriſgẽtium. §. quinimo, cum plurimis cõcordantijs. In diuerſam partem, quòd imo pars actrix debeat obtinere ſic allegatur. Conſtat ex duplici confeſſione dicti quondam ſer Antonij negocia totius domus, hoc eſt, fratrum ſuorum & cohęredum agentis, quod dictus Gallicanus tanquam filius & hæres dicti quondam Ioannis Danielis remanſerit debitor ducat. 200. tantum ex debito duc. quingentorum hæreditario patris nomine poſt factam iam in tantum venditionem, prout apparet ex depoſitione Antonij quondã Bernardi Hectoris de Sacillo & ex depoſitione ſer Gerardi de Gratacollis de Vtino nunc habitantis Auſtriæ. Et licèt videantur hi teſtes ſingulares, quia de diuerſis confeſſionibus atteſtentur, ideoque nec probare, vt C. de teſti. l. iuriſiur. & de elect. c. cũ dilectus, poteſt tamen probabiliter pro defenſione veritatis attentari, ꝙ videlicet dictus Gallicanus tanquam hæres patris remanſit debitor dictorum de Valentinis de duc. 200. & non vltra, ſicut continet primum capitulum ſer Gallicani, ſuper quo teſtes interrogati deponũt, licèt in cauſis ſui teſtimonij fuerint ſingulares ob diuerſas confeſſiones per not. Inno. eleganter. de accuſa. c. qualiter & quando lo. 2. & ibidem Hoſti, & Io. An. etiam Specul. in eandem ſententiam adducens, ſicut in probanda quaſi poſſeſſione iuriſdictionis exercendę. Ponit exemplum, ſi vnus teſtis dicat, ſe vidiſſe illum feciſſe decapitari Sempronium in loco illo velut dominum vel iudicem loci illius. Alter vero teſtis deponit de pedis amputatione Meuij diuerſo tempore facta. Alter vero de manus amputatione Titij diuerſo quoque tempore facta. vel ſi probãda ſit celebratio diuinorum officiorum per Seium excommunicatum facta, ſufficit quòd vnus teſtis de principio miſſæ, alter de fine, alter verò de veſperis, ad quod facit, quod not. per glo. 3. q. 9. c. nihilominus. & ff. de teſt. l. ob cauſarum. §. ſi quis teſtes. Aut ſi quis conſtanter aſſerat hoc, duos teſtes ſingulares, qa de diuerſorum temporum confeſſione deponunt, ſaltem confitebitur ipſum Gallicanum probaſſe dictam confeſſionem ſemiplene, cùm ſi alium conteſtem haberet, eſſet plena probatio confeſſionis, & plena probatio liberationis à trecentis ex dicto debito quingentorum. arg. ff. depoſi. l. publica. in §. fi. & de pac. l. tale pactum. in princ. & quod no. ff. de interro. act. l. 1. in fin. & C. de nõ nu. pe. l. generaliter. Semiplene autem pro-
1 banti † ſer Gallicano videtur ad ſupplendam probationem deferri debere neceſſarium iuramentum ſecundum formam ff. de iureiuran. l. admonendi. & C. eod. l. in bonæ fidei. potius, quàm ſer Chriſtophoro. tamẽ quia de facto ipſius ſer Gallicani, & cuius nouit in dubie veritatem, ipſe autem ſer Chriſtophorus veritatem ignorat, cùm de facto Antonij fratris cohęredis, ac procuratoris

curatoris ſui quæratur, quòd tanquam alienum credi-
tur ignorare, vt ff. ꝓ emptore.l. quod vulgo. & facit ff.
re.amo.l.marcellus.& quod not.præalleg.l.de iureiur.
& extra eod.titu.c.fi. Tum etiam quia ipſe ſer Gallica-
nus habet pro ſe pluſquam ſemiplenam probationem
& alias præſumptiones,& adminicula, propter quæ po
tius ei deferendum eſt iuramentum.argu.ff.de iureiu.
l.ſi duo patroni.in princip. & quod ibi notat. per Bart.
& in d.l.admonendi. Eſt enim vltra ſemiplenam pro-
bationem ex confeſſione ſurgentem altera quoque de
eadem re confeſſio, licèt diuerſo tempore facta eſt, &
præſumptio ex depoſitione magiſtri Thomæ de ordi-
ne ſancti Dominici penè illam ſimilem confeſſionem
dicto ſer Callicano continente,& alia pręſumptio ſiue
indicium ad eorum,quę ſupra dicta ſunt,confirmatio-
nem procedens ex teſtimonio & depoſitione primi te
ſtis, ſcilicet Richerij quondam ſer Frãciſci de Schirot.
penè idem dicentis de duc. ſcilicet centum & decem
verſus finem ſui teſtimonij. Adſunt etiam literæ tam
dicti quondam ſer Antonij,& dominę Adorathez cõ-
iugis Chriſtophori,ac depoſitum factum de duca.cen-
tum penes egregium legum Doctorem dominum Io-
annem Moyſi de Vtino,quę omnia ſimul iuncta etiam
non exacto iureiur.à dicto ſer Gallicano deberent pro
fecto ſufficere iudici pro plena probatione,quod reſti-
tiſſet ſer Gallicanus debitor in duc.centum, & non vl-
tra dictorum de Valentinis.ar.ff.de teſti.l.3.§.eiuſdem
in fi.& C. de rerum ven.l.indicia.& de proba.l. inſtru-
menta. & per regulam vulgarem. vt quæ non proſunt
ſingula. multa iuuant.hoc itaque recepto, quod ipſe
ſer Gallicanus reſtaſſet debitor in duc.200.tantum, cõ-
ſequens eſt.quod venditione facta ad incantum dicto-
rum prædiorum, & iurium pro duc.trecentis quadra-
ginta fuerit minus rite facta,cum fuerit facta tanquam
pro debitis 340.duc.ipſis de Valentinis, cùm tamen li-
bi 200.deberentur, vnde in toto corruit ipſa venditio
quaſi de certo ex falſa cauſa interpoſito, vt in ſimili di-
citur in donatione in ſolutũ facta ꝓ falſa maiore debiti
quãtitate. ff.de condi. inde.l. ſi non fortè. §.ſi centũ.&
ibi per Bart.& ne vis fiat ei,qui in poſ.miſ.eſt.l.1.§.hæc
verba. Rurſum cùm ipſa bona fuerit pignorata ꝓ duc.
quingentis, prout & ipſe quondam ſer Antonius pro-
feſſus fuit, vt apparet in depoſitione dicti Antonij quõ
dam ſer Bernardi de Schirottis, & ex inſtrumento debi
ti & pignorationis apparet, & fuerint vendita pro tre-
centis & quadraginta duc. veriſimiliter vendita ſunt ꝓ
minore iuſto precio, cùm ſatis ſit credibile, & veritas
debet manifeſtum facere,quod valerent plus quingen-
tis duc. quod ſolum ſufficit ad faciendam irritam ven-
3 ditionem † cùm res debitoris venduntur ad inſtãtiam
creditoris,vt legitur & not.C.de reſcin.vend.l. ſi quos.
& de fide inſtrum.& iur.haſtæ.fiſ.l.1.lib.10.Creditores
itaque,qui ſic vendiderunt,quaſi dolo verſati etiam pi-
gnoratitia tenebuntur,vt C.ſi vendi.pig.aga.l.1.3.& 4.
Sic ergo dicti quõdam ſer Antonius & ſer Chriſtopho
rus,etiam nulla facta conuentione ſpeciali, & qua nũc
agitur,tenebantur,dictum ſer Gallicanum ſine damno
ſuorum pignorum conſeruare.Multo igitur & ea con-
uentione interpoſita magis teneri eos dicẽdum.Et per
hoc non obſtabit,quod obijcitur, quod pactio nuda fu
erit,non etiam ſtipulatio.quoniam & eo ſine præiudi-
cio veritatis admiſſo, nihilominus ex ea conuentione
de ſeruando ſer Gallicano indemne rerum ſuarum ob
eam venditionem cum dicto ſer Chriſtophoro facta &
etiã cum dicto Antonio recte agi poteſt, quia ante de-
bitum nudo pacto conſtitutum ſolui peti poteſt, vt ff.
de cõſti.pec.l.1.in prin.& §.debitum. & in Inſti. de ac.
§.in conſtita. Rurſum etſi debitum non fuiſſet, quod
nudo pacto promiſerunt dicti ſer Antonius & Chriſto
phorus, tamen id liberaliter promittentes, & non per
errorem, ſed ex certa ſcientia tanquam donationis cau-
ſa ex nudo pacto poſſent efficaciter conueniri. argu. ff.
de oper.lib.l.campanus.& C.de dona.l.ſi quis argentũ.
§.pe. Denique ex nudo pacto iure canonico, quod in
eo firmum ſeruandũ eſt, actio naſcitur. vt de pactis. c.
Antigonus. & quod ibi notatur. Relinquitur itaque
ſublata prædictis allegatio, quod ea conuentio nuda
fuiſſet.

¶ Supereſt de primo videre vnde ſit probata dicta
conuentio. Et certe promiſſio facta pèr Chriſtopho-
rum, qui non conuenitur, plene probata videtur per
duos teſtes ſer Nicolaum Zopellũ, & Nicolaum quon-
dam ſer Octoboni, qui ſe etiam dant pro conteſtibus,
& de præfata promiſſione deponunt, vnde profecto
grauiter reprehendendus eſt ipſe Chriſtophorus, qui
ita inuerecunde negauit, & vt dicitur dictus Nicolaus
quondam ſer Octoboni ſponte profeſſus eſt, quod di-
ctus Petrus Franchini emptor nullam pecuniam ex-
burſaret, & quicquid fecerat ad ipſorum de Valentinis
inſtantiam fecerat. Ex quo colligitur etiam dolo facta
venditio, & contra conſtitutionem patriæ de credito-
ribus non valentibus emere,nec enim facere bona,quę
ipſi vendi faciunt ad incantum, per quam venditio &
emptio penitus annihilantur, & pœna liberationis ip-
ſis crediroribus irrogatur. Et ideo dictus quondam ſer
Antonius ipſam venditionem ad incantum factam, &
actus poſtea ſubſequutos rectiſſime dixit & vocauit fra
ſcas, & vanas, vt dicit primus teſtis Fricerius. Quibus
fraſchis & fraudibus profecto per religioſi ius dicentis
iuſtitiam ſumma ope atq; omni ſtudio obuiam eun-
dum eſt, eoque amplius, quia ex facto proponitur, cu-
ius rei veritas debet eſſe notiſſima, quod res & poſſeſ-
ſiones venditæ pro trecentis quadraginta ducat. non
modo ſunt iuſti precij quingentorum, verum plus oc-
tingentorum, quin etiam res omnes dicto quondam
ſer Valentino pignoratæ feruntur fuiſſe pluſquam duo
rum millium ducatorum. Quæ omnia fortiter argu-
unt de iniuſtitia,& iniquitate contractus contra dictos
de Valentinis,& non minus teſtimonium dicti ſer Ge-
rardi de Gratacollis viri vtique grauis & integrę opi-
nionis qui neſcio quid de lucro deponit, quod ſui con
templatione remiſſum aſſeruit. Conſulteque facient
dicti de Valentinis, ſi retentis ſibi ducatis ſeptuaginta
ſex, quos habuit quondam ſer Antonius, vt ſuæ literæ
manifeſtant, & ducatos viginti quatuor, quos accepit
nobilis domina Dorothea coniunx dicti Chriſtopho-
ri,ac ducatis centum depoſitis apud egregium doctiſſi
que ducatis ducentis habitis,qui ſibi tantum debeban-
tur,vt apparet ex confeſſione dicti quondam ſer Anto-
nij omnium cohæredum procuratoris,res ipſas vendi-
tas & non iure,neque ſolenniter ad incantum ſine om-
ni inæquitudine efficere liberari dicto ſer Gallicano,
nedum de dictæ venditionis,& acceptę ceſſionis,ac te-
nutæ ſeu poſſeſſionis per ſemodonum earum viribus
ſubtiliter inquiratur, fraus & infamia dictorum de Va
lentinis turpiter detegatur. & iure puto facturum ius
dicentem,ſi id ſuadeat, quod ſi facere recuſare ſtudue-
rint dicti de Valentinis ſuæ nobilitatis immemores,id
iuſtitia mediante per ſententiam facere compellantur
ex acto prius iureiuran. Gallicano in ſupplementum
plenæ probationis, quia de promiſſione facta per di-
ctum quondam ſer Antonium per nuncium dicto ſer
Gallicano non eſt, niſi vnus teſtis, ſcilicet primus. ve-
rũ adſunt aliæ præſumptiones & adminicula, per quas
& quæ potius actori, quàm reo deferendum eſt, vt de
perſonarum honeſtate & dignitate non fiat diſputatio,
quæ ſine alterutrius iniuria fieri forte non poſſet per l.
ſi duo patroni.in princip.ff.de iureiur. & alia ſuperiori
bus in ſimilibus terminis allegata. Et per hoc apparet
non obſtare, quod in magnis cauſis, quod iudicis reli-
gioni committitur,nõ debeat iuſiurandũ deferri acto-
ri ſecũdum doctrinam Bar.ff.de iureiur.l. admonendi.
Pateтq; cõtra dictum ſer Chriſtophorum plene proba-
batum de ſua ꝓmiſſione,vt ſuperius eſt oſtenſum.dein
1 ordinis, vt prius conueniatur is, qui geſſerit, & hęredes eius, ſi ſint ſoluendo, quàm tutor, qui non geſſerit, vt C. de admini. tuto l. 2. in prin. & l. fin. & ſi tut. non geſſerit. l. fin. Secundo habent beneficium tutoris, hoc eſt, vt diuidatur inter omnes tutores pro virilibus portionibus, qui fuerunt ſoluendo, vt ff. de tu. & cu. diſtr. l. 1. §. nunc tractemus. Tertium eſt beneficium ceſſionis, quia ſi vnus ex pluribus tuto. inſolidum conuenris præſtiterit ex communi culpa, præſtandæ ſunt, ſeu cedēdæ actiones ꝑ minorē illi ſoluenti cōtra cæteros collegas pro virilibus portionibus, vt Inſt. eo. §. nūc tractemus. & d. l. 2. C. de diui. tu. Et nō facta ceſſione cōpetit vtilis, quod eſt quartum beneficium, vt d. §. nunc tractemus. & C. de contra. iudi. tu. l. 2. in fi. His itaque præmiſſis cum omnes quatuor tutores prædicti geſſerint negocia Veron. territorij per communem actorē arg. in l. tres tutores. §. non ſolum. ff. de admi. tu. conſequens eſt, ſi fuerint omnes ſoluendo tempore depoſitæ adminiſtrationis, & tutelæ, vt C. de admi. tu. l. 1. beneficio diuiſionis vnumquemque pro quarta parte dūtaxat effectualiter obligatum. Petrus itaque, qui duos ex eis videlicet Sempronium & Seyum liberauit, quique tertiam tutricem teſtamento patris liberatam, vt ex facto proponitur, conuenire non potuit, ſolum Aurelium pro ſua quarta parte adminiſtrationis dimidiæ partis ipſum Petrum contingentis ex negociis Veroñ potuit conuenire, nam ſi eundem Aurelium inſolidū conueniſſet, vſus beneficio diuiſionis Petrum pro tribus partibus expuliſſet, aut eo quod ipſe Petrus actiones ſuas nequeat præſtare, neque aduerſus Seyum quē liberauit, neque aduerſus Sempronius, neque aduerſus matrem, quam & liberaſſe intelligitur, cum & teſtator ſuus cuius hæres extitit eam liberauit, factū namque teſtatoris factū hæredis interpretamur, vt ff. de condi. fur. l. ſi ſeruus. in prin. & l. ſine manifeſtus. §. fi. & in his, quę ibi notantur, & per conſequens, exceptione cedendarū actionū, id eſt, qua non poſſit eas facto ſuo cedere, ſubmouiſſet, vt ff. de ſolu. l. ſtichum. §. pe. & de admi. tut. l. ſi publius. Pro geſtis autē in territorio Viñ. per Semproniū ipſum quidem Aurelium nullatenus conuenire potuiſſet propter beneficium ordinis, cùm prius conueniendus ſit is, qui geſſit, vt prædictū eſt, & quia contra eum, ſi non fuiſſet ſoluendo tpe depoſiti officij cæteris ſoluētibus pupillo conſequēter præſtandæ fuiſſent actiones in ſolidum, vt d. §. nunc tractemus. in ver. & forte. & not. plene. C. de tranſac. in l. j. per glo. & doc. vbi præſens quæſtio, caſusque propoſitus diligenter executitur. Cùm itaque idē Petrus actiones ſuas, quas inſolidū contra Sempronium præſtare debuiſſet, Aurelio ſoluēti præſtare nequiuiſſet, cùm eū liberaſſet, vt præfertur, conſequenter agens cōtra Aurelium inſolidum recte fuiſſet expulſus. arg. præfatæ l. ſtichum, aut pamphilum. §. 1. & de ſol. & de admi. tu. l. ſi pupillus. pro neglectis plane communiter, hoc eſt, quę per dictum Sempronium geſta non fuere, cum tamen non eſſent connexa geſta per eūdem, quia de his idem eſt iudicium, ꝙ de geſtis per eundem, quæque ꝑ omnes pariter geri debuerunt in territorio Viñ. non ſolus Sempronius primo cōueniendus eſt, ſed omnes æqualiter, qui fuerint ſoluendo, vt ff. de admi. tuto. l. tutores. §. in eo. & C. ſi tu. non ge. l. fi. In his itaque neglectis communiter in territorio Viñ. dicendum eſt protinus, vt dixi ſupra proxime in his, quæ per omnes geſta vel neglecta fuerint in territorio Veroñ. vt. ſ. pro quarta dūtaxat ſuæ partis dimidiæ idem quondam Petrus potuerit dictum quōdam Aurelium & hæredem eius effectualiter conuenire, per l. 1. C. de tranſ. His quoque conſequens eſt, vt Ioannes nunc ſuperſtes frater, & hæres dicti quondam Petri Gaxium hæredem quondam Aurelii hæreditario nomine Petri quondam fratris ſui poſſit pro quarta parte dimidiæ, quæ ad Petrum pertinuit negociorum Veroñ. geſtorum vel neglectorū, & Vincentinorum tantum communiter neglectorum nomine poſſit dumtaxat efficaciter conuenire, ſicut potuiſſet Petrus viuens Aurelium vel Gaxium hæredē eius. Pro quarta vero, quæ tangit Seyum, minime, cū eum liberauerit, & ſic obſtet ei beneficium diuiſionis, uel faciendæ, ut ſupra plene deduxi in perſonam Petri, ceſſionis, & conſimiliter idem exiſtimo in quarta quæ matris teſtamenti libertate perſonam contingeret, & ita dicendum putauerim in quarta, quæ perſonam quondā Sempronij contingebat ſi proponatur,

quòd tempore finitæ tutelæ ſoluendo fuiſſent. C. de diui. tu. l. 1. & aliis ibidem allegatis. Cæterum ſi & manente tutela ſoluendo nō fuiſſent, aliorum contutorū fuiſſet periculū, vt ff. de admi. tu. l. Aemilius. Tertia itaque portio illius quartæ portionis periculo Aurelij ſi viueret, aut Gaxij hæredis eius exiſtet. Pro reliquis autem duabus tertijs, quæ ad Seyum, & matrem dicti Ioannis collegas dicti Sempronij pertinebant, idem Ioannes & matrem & Seyum liberauit, ne quid ab illo peteret, ſicut ex ſuperioribus licet colligere. Et idē arbitror eſſe dicendum in Vincentinis, quæ ſupra in Veronenſibus dixi, quæ Vincentina neglecta fuere cōmuniter, vt nec geſtis per Sempronium fuerint coniuncta, vt ſeparari nequirent per præal leg. l. tres. §. item in eod. & C. ſi tu. non ge. l. fin. Cætertū in his, quæ geſta fuere per Sempronium, ſi Sempronius ſoluendo fuerit tēpore depoſitæ tutelæ, nemo collegatum poteſt conueniri per l. 3. C. de proba. & l. 1. de diui. tu. & l. fin. ſi tu. non ge. & d. l. Aemilius in prin. & ff. de admi. tu. ſicq; nec Gaxius hæres Aurelius porro ſi manente tutela deſiſſet eſſe ſoluēdo, periculo ſūt collegæ, vt d. l. Aemilius. in prin. & l. 2. circa medium. C. de diui. tu. & aliis ſupra proxime al leg. ll. itaque pro tertia tūc poterit Gaxius hæres Aurelij omniū geſtorum per Semproniū in territorio Vincen. conueniri, tertia. l. dimidiæ ſuæ portionis ad Ioannem pertinentis, qui Ioannes Sēproniū minime liberauit. pro reliquis autem duabus tertiis, quæ ad matrē, & Seyum quodam collegas dicti Sempronij, qui fuere per ipſum Ioannem liberati, pertinent, neque ipſi liberati hæredeſve eorum, nec ex perſonis eorum dictus quondam Aurelius potuiſſet, nec hodie poterit dictus Gaxius hæres Aurelij conueniri obſtātibus ſibi beneficijs diuiſionis & faciendę, ſicut præmittitur, ceſſionis ꝑ d. l. ſtichū. §. pe. de ſolu. & de admi. tu. l. ſi pupillus. Ex his itaque concludendum relinquitur, dictum Ioannē hæreditario nomine fratris poſſe dictū Gaxium Aurelij patris hæredē conuenire pro quarta dimidiæ quondā Petri in negocijs Veron. in Vinceñ. vero pro quarta tantummodo neglectorū per omnes tutores. Suo vero ꝓprio nomine eundem Gaxium, quo ſupra nomine, poſſe conuenire in negocijs Veroñ. generaliter. Vincentinis vero neglectis dumtaxat pro quarta quoque partē ſuæ dimidiæ, & pro tertia quartæ alterius, ſi Sempronius deſijt eſſe ſoluendo manente tutela, in geſtis vero per Sempronium pro tertia ſuæ dimidiæ. ſ. ipſius Ioannis, ſi deſijt Sempronius eſſe ſoluendo manente tutela, alias minime. Illud autem quod nouiſſime quæritur an bona Aurelij Goxij obligata ſint pro prædictis, reſponſum habet, quia bona quondā Aurelij tacite fuerint hypothecata, & ſunt vt l. pro officio. C. de admi. tu. bona vero propria Gaxij nō ſunt tacite hypothecata, vt ff. de pigno. l. paulus. in prin. & no. C. qui po. in pi. ha. l. aſſiduis. ad fin. glo. magnæ. verum ſi idem Gaxius patris hæreditati ſe immiſcuerit ſine beneficio inuentarij omnibus creditoribus patris inſolidum etiā de ſuo proprio tenebatur ſatisfacere, vt C. de iure deli. l. fin. §. 1. & ad l. fal. auth ſed cū teſtōr. & in corpore vñ ſumit.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Quando per ſtatutum imponitur certa pœna petenti id, quod ſibi ſemel ſolutum fuit, quid ſi ſolutio facta fuit patri, & eo mortuo filius petat, an ipſe incidat in pœnā ſtatuti. an ceſſio facta de re litigioſa, & de qua in præſentiis vertitur, ſit nullius momenti, & qualiter probetur, quod fraudo talis ceſſio facta fuit, & nunquid ſi citati ſunt oēs, quorū intereſt, in iudicio agitato ↄtra hæredē, & hrēditatē, tutores, & tertij poſſeſſores cōparuerunt occaſione citationum dicentes, rationem redditam; & reliqua ſoluta, & poſtmodum conſtat plus petitum eſſe in iudicio, nunquid actor comparentibus pro ſuo intereſſe teneatur ad triplum ſactarum expenſarum. Et quid ſi actor plus petit, & pēdente iudicio liti cedit. & confitetur plus petijſſe, quàm habere debere, an ſit liberatus pœna tripli.

SVMMARIVM.

1 *Facto vel dicto alieno contrauenient non tam improbus dicitur quàm is qui proprio.*

2 *Fiſcus an ex delictis hypothecam in bonis delinquentium habeat.*

CONSILIVM CLXXIX.

DVBIA Super quibus conſiliū poſtulatis, ſunt iſta, nunquid viſis infraſcriptis ſtatutis, ſi hæres ſciens defuncto eſſe ſolutū per ſcripturā, petat à debitore debitū iam ſolutum, incidat in pœnam ſtatuti &c.

¶Secundò ſi hæres petat reddi rationē adminiſtrationis tutelæ, & reliqua ſolui, de quibus eſt pro maiori parte ſolutū defuncto reddita ratione, & antequā ſibi deferatur iuramentū in litē in contumaciam reorū, cedat alteri partem iuriū ſibi cōpetentium contra hæredes tutoris, nunquid iurando poſtea ſibi plus deberi, ꝙ̃ ſit veritas in præiudicium ceſſionarij adeo verti poſſit, ꝙ ſi quid ad manus ceſſionarij peruenit vigore ceſſionis, poſſit peti tanꝙ̃ quæſitū de bonis cedentis, quæ bona ſunt effecta ratione pœnæ, & hoc dubium poteſt habere reſpectum tā ad pœnam ſtatuti, ꝙ̃ ad pœnam tripli expenſarum de iure communi.

¶Tertiò nunquid ſi citati ſunt omnes, quorum intereſt in iudicio agitato contra hæredē & hæreditatē tutores, & tertij poſſeſſores comparuerūt occaſione citationis dicendo, rationem redditam, & reliqua ſoluta, & poſtmodum conſtat plus petitum eſſe in iudicio, nūquid actor comparentibus pro ſuo intereſſe teneatur ad triplum factarum expenſarum.

¶Quartò ſi actor in iudicio plus petit, & pendente iudicio cedit, & propter hoc ceſſionarius inſtat ꝓ ſuo intereſſe, an ſi actor poſtea confitetur ſe plus petere liberetur a pœna tripli iudicio nihilominus proſequuto vſque ad fi. etiam ad inſtantiam ceſſionarij.

¶Quintò nunquid verbis infra dictorū laudorum dictus Iordanus inciderit in pœnam &c.

¶Sextò & vltimo nunquid facta ceſſione iuriū liquidatorum per ſententiam obtentam prætextu falſi iuramenti, & agitata lite vigore ceſſionis inter ceſſionariū & reum, qui occaſione dictæ ſententiæ conuenitur, & cauſa litis per arbitrum & arbitratorem de conſenſu partiū ſcripta ſi reperitur de nouo inſtrumentum, ꝑ quod apparet, ſententiam primam iniquam, falſum iuramentū, an tranſactio retractari debeat ſiue laudum.

¶Statuta antē, de quibus ſupra fit mētio, ſunt iſta. Et inſtrm debiti non poſſit dici, vel probari caſſum in aliqua curia, niſi de caſſatione conſtet per publicū inſtrumentum, vel cancellationem rogiti, vel inſtrumenti principalis debiti, de quo conſtaret per publicū inſtrumentum, vel ſcripturam ſcriptam manu creditoris, vel ſui ſocij ſi fuerit negociū ſocietatis, & ſimile contra dictū inſtrumentum probatio ſolutionis, ſatisfactionis, vel pacti de non petendo, vel liberationis, vel remiſſionis, vel debiti, cuius cōpenſatione poneret, non poſſit fieri, niſi ꝑ publicū inſtrm vel rogati cancellatione, vel ꝑ ↄfeſſionē factā in iudicio ꝑ ipſum creditorē, vel eius ſucceſſorē, vel aliam legitimā ꝑſonā ꝓ eo, ꝙ ſit deſcripta in actis cameræ, vel præſcripta manu creditoris, vel eius hrēdis, vel eius ſocij ſi fuerit negociū ſocietatis, vel alterius manu ī libro creditoris, vel eius hæredis, vel ſocij ſi fuerit negociū ſocietatis, & teneaẽ creditor vel eiꝰ hrēdes, & ſucceſſores, & ſocij, & q cām facerent pro eis, vel aliquo eorū ſacramēto præciſo & pœnis, & dānis, q̃bus videbiẽ ptāti & eius iudici ad petitionē creditoris, vel eius hæredes pñtare librū ſuū ad terminū, qui videbitur poteſtati, vel eius iudici, ita ꝙ exinde poſſit videri & haberi copia per eius aduerſarium. Et ſi quis per ſe vel

vel per legitimam perſonam pro eo capiendo, vel prædam faciendo, vel petendo petat, quod ſibi ſolutum eſt per publicum inſtrumentum vel dictum librum, vel ſcripturam, vt dictum eſt, cõdemnetur in eodem proceſſu, vel poſtea omni ſtrepitu, & ſubtilitate ceſſãte ad opus Lucani cõmunis in tãtũdem eius, quod petebat, & ad reſtitutionem expenſarum parti, & prædicto modo apparebit in debitis, niſi habeat iuſtam cauſam ignorantiæ, cuius pœna dimidia ſit aduerſarij conuenti, ſi vt dictum eſt, ſuo nomine peteretur aliquo ſupraſcriptorum modorum, ꝙ de ſolutis apparebit, vt dictũ eſt, & ſimili pœna puniatur quælibet alia perſona, quæ per ſe, vel per aliam legitimam perſonam pro eo peteret aliquid pro affictu, vel penſione, vel collaria, vel alia cauſa de qua ſolutio appereret, vt dictum eſt.

¶ Statuimus ꝙ quilibet officialis in condẽnando, vel banniendo debeat apponere pœnas inſtantiæ, & appoſitas & contentas in ſuis caſibus, vbi verò pœna ſtatuta non eſt, procedatur de ſimilibus ad ſimilia. vbi verò ſimilia deficiant, imponatur pœna ſecundùm formam iuris conſideratis ſimilibus pœnis vt ſupra, & ſi maiorem pœnam impoſuerit, quàm in ſtatuto contineatur, ipſo iure non teneatur, quàm ad id, quod concedit, vbi certa in ſtatuto appoſita eſt, & in dicto exceſſu nulla executio fieri poſſit. Si verò minorem pœnam impoſuerit, ſuppleat de ſuo proprio. In dicto laudo lato inter Naſtaſiam ex vna parte, & Iordanum ex alia ſic cõtinetur, condemnamus dominam Naſtaſiam ad cedẽdum medietatem iurium, quæ habet contra hæredes & hæreditatem & bonorum poſſeſſores certorum tutorum quondã nepotis ſui, cuius hæres exiſtit, hoc addito in dicto laudo videlicet. & ſi contingerit d. D. Naſtaſiam agere hypothecaria ſaluiana, vel pauliana contra bona, & bonorum poſſeſſores, & detentores dictorum tutorum, vel eius hęredes, vel quauis alia via, iure, & actione, & etiam non agẽdo, quod ipſa domina Naſtaſia non poſſit paciſci, tranſigere, liberare, quietare ſine conſenſu dicti Iordani, vel alicui iura cedere, niſi ſimul ſint concordes, vel de communi proceſſerit volũtate, & ſi contigerit agi contra ſupraſcriptos bonorum poſſeſſores, occupatores, & detentores, hæredes & hæreditatem, & aliquis ex eis, vel quis alius vellet, vel vellent emere, paciſci, vel quouis modo ei cedi iura per dictam Naſtaſiam, vel dictum Iordanũ, & qui Iordanus, & domina Naſtaſia ſint concordes & de eorum communi proceſſerit volũtate, ꝙ tunc poſſit cedi per ipſos Iordanum, & dominam Naſtaſiam, vel alterum eorũ in ſolidum, ac ſi alter cederet. Si autem dictus Iordanus ageret contra dictos, ac ſupraſcriptos bonorum poſſeſſores, & aliquis eorum vellet ſibi cedi iura efficacia, qđ poſſit vendere, cedere, & tradere, uel quouis alio modo alienare ſaltem pro una dimidia ad eum ſpectante, & pertinente, ac ſi dicta Naſtaſia conſentiret, & obligaret ſe, & hoc ut dictus Iordanus poſſit efficacius agere pro iuribus ſuis contra dictos bonorum poſſeſſores, & hoc ideo fecimus. quia de communi partium uoluntate proceſſit mandantes dictis partibus obſeruationẽ dicti laudi, & in qualibet eius parte, & capitulis obſeruari ſub pœna duorum millium flore. auri ultra pœnam in compromiſſo inſertam, quæ toties committatur, quoties fuerit contrauentũ. Demum accidit, ꝙ dicta domina Naſtaſia agente cõtra tertios poſſeſſores, dictus Iordanus, cui iam ceſſio facta fuerit, fecit compromiſſum cum reis conuentis, contra quos etiam ſteterat pro ſuo intereſſe, & de uoluntate partium, ſic fuit laudatum. Item liberamus & abſoluimus dictos reos conuentos, & bonorum poſſeſſores ab omni eo, ꝙ dictus Iordanus occaſione dictæ ceſſionis petere, uel exigere poſſit pro quadringẽtis flor. quos ſolui nolumus dicto Iordano a dictis reis conuentis. Item uolumus, ꝙ quicquid dictus Iordanus recuperaret ab alijs bonorum poſſeſſoribus, debeat diuidere, & cõmunicare cum dictis tertijs poſſeſſoribus, reis conuentis, cum quibus hoc præſens laudum latum eſt &c.

¶ Circa primum dubium uideretur prima ratione dicendum, non incidiſſe pœnam ſtatuti hęredem, de quo probatur. quoniam ſtatutum ſupra relatum eũ cohercet, qui petierit, quod ſibi ſolutum ſit. hic autem ipſi hæredi ſolutum non erat, ſed defuncto. & quamuis iuris fictione hæres & defunctus eadem perſona cenſeantur, vt in Authen. de iureiurã. a mo. præſti. §. 1. In ſtatuto tamen non comprehenditur caſus, qui ſit idem vel ſimilis per fictionem expreſſo, vt ff de neg. geſ. l. 3. §. hæc verba. maximè cum de re odioſa, qualis eſt pœna, tractatur. argum. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. & extra de regu.
1 tur. ca. odia. lib. 6. Sed † nec tanta videtur improbitas eius, qui contra factum alienum, licèt contra eius factũ, cuius hæres exiſtat, veniat, quanta eius, qui contra proprium factum venerit. argum. ff. de pign. act. l. rem alienam 1. & 2. reſpon.

¶ In oppoſitam partem arguitur, quoniam ſtatutum ſupra relatum de pœna illius, qui petit, quod ſibi ſolutũ eſt, refert ſe expreſsè ad aliud ſtatutum præcedens poſitum ſub titulo de eo, quod inſtrumentũ debiti non poſſet dici caſſum &c. dum dicit ſtatutum poſterius vel petendo quod ſibi ſolutum eſt per publicum inſtrumentum, vel per dictum librum vel per ſcripturam, vt dictũ eſt. Hæc namque vltima verba, quæ de ſcriptura ad iam dicta ſe referunt, non niſi ad illud ſtatutum primum referri poſſunt. at in illo ſtatuto continebatur de ſcriptura ſolutionis, ſiue manu creditoris ſcripta, ſiue manu hæredis eius, vel eius ſocij, ſi fuerit negocium ſocietatis, ergo & eiſdem caſibus ſtatutum iſtud poſterius debebit intelligi. arg in Auth. de fil. ante do. inſtru. na. §. 1. ſicque ex cuiuſcunq; ex ſuperioribus perſonis ſcriptura de ſolutione petiti conſtiterit, pœnæ dictæ conſtitutionis locus erit. Confirmatur ſecundò hæc interpretatio ex exceptione ſubiecta, videlicet niſi habeat iuſtam cauſam ignorantiæ, niſi ita latè, vt dictum eſt, intelligeretur, ſed ad ſolutionem tantum ipſi petenti factã reſtringeretur, vix fieri poſſit, vt iuſta ſubeſſe poſſit ignorantiæ cauſa, cùm in facto proprio non ſit probabilis ignorantia, vt ff. ad Velle. l. quanquam. exceptione autem ſubiecta pręcedentem diſpoſitionem, a qua fit exceptio, declarationem & intellectum ẽt propter propriã verborum eius ſignificationem aſſumere, palam eſt, vt ff. de pe. leg. l. nã quod liquidè. §. vlt. Tertio hanc ſententiam adiuuat, qđ in ſequenti parte eiuſdem ſtatuti pœnalis bis dicit ſimpliciter & ſine certæ perſonæ determinatione in alia parte, quod apparet ſolutum, & in altera de quo ſolutio apparet. Solutum autem propriè dicitur ſiue creditori, ſiue eius ſucceſſori ſoluta ſit, ut ff de ſolut. l. ſoluiã. & de pign. act. l. ſolutum §. ſolutam. Poſtremò ſtatutum ſuper ultimo loco relatum de pœnis imponendis ſecundùm formam ſtatutorum uidetur hãc dubitationem ſopire. Nam aut hic caſus in ipſo ſtatuto ſuperiore comprehẽſus eſt ex ſuperius propoſitis allegationibus. ſiquis hic pertinaciter negauerit, ſaltem illi conſimilimũ cõfitebitur, & conſequenter illius auctoritate ſtatuti ea pœna plectendum. non enim tantum freti auctoritate prius ſtatutum pœnam inferens ad ſimilem caſum extẽdimus, ſed poſterioris auctoritate ſtatuti. ad quod facit optimè l. ſiquis ſeruo. & quod ibi not. C. de furt. & ſer. corrupt. iuncta l. ut tantũ. §. 1. ff. de ſer. corrup. præſertim ne hoc delictum impunitum remaneat contra publicam utilitatem contra l. ita uulneratus. in fin. ff. ad leg. Aquil. Pro qua quoque interpretatione facit egregie ſimilis interpretatio Iuriſconſulti in edicto pœnali & grauioris pœnæ. ff de his, qui not. infa. l. 2. §. exercitũ. & quod ibi tradit Bart. in ſolutione l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. ſecundùm Dyn. in c. odia. de regu. iur. lib. 6. Et hæc mihi uidetur uerior, & firmioribus ſubnixa rationibus, per quas etiam in diuerſum allegata tolluntur, & hoc de primo dubio.

¶ Ad ſecundum dicendum uideretur, ceſſionem, de qua probatur, nullius fore momenti, cum actio in iudicium deducta foret litigioſa, ut C. de litig. l. 2. & fi. niſi ex cauſis in ea lege ſpecialiter exceptis facta fuiſſet, & tunc

alia

alia quoque ratione nulla fuiſſe uidebitur, qnia non eſſet in rerum natura actio, quę ceſſa diceretur ſolutione ſublata.ar.ff.de contrah.emp.l.nec emptio, niſi ipſum litis incertũ ceſſum eſſet, ut d.l.nec emptio. uel niſi hactenus quatenus in ueritate cedenti debebatur. & tunc ſi quid ex ceſſione facta fuerit ceſſionarius aſſecutus, ſi quidem in fraudem pęnæ commiſſæ eo quod plus petierat tam ex iure cõmuni, quàm municipij, qđ fuit illico post lit.conteſt.arg.ff.rem rat.hab.l.amplius.& ceſſionario quoque fraudem participante dubitandũ non eſt id a ceſſionario, quod ad eũ peruenisset, auocari poſſe, ut ff.de his quæ in fraud.credi.l.1.in princ.§.2.& l.qui autem.§.hoc edictum. idem etſi ceſſionarius fraudem nõ participaſſet, ſi tamen ceſſio facta foret ex cauſa lucratiua, ut in ea l.qui autem §.ſimilimodo. ubi non foret in fraudem facta ceſſio, non animaduerto poſſe re-
2 uocari eam ſecundùm plurimorum ſentẽtiam † ex delictis etiam fiſcus hypothecam in bonis delinquentis non habeat, licèt gl.in hoc uariaſſe uideãtur, de quo habetur ff.de pac.l.reſcriptũ.in princ. & de iure fiſ.l.quod placuit.& l.aufertur.§.fiſcus.& ĩ his per d.Bart. & C.de pœ.fiſc.cred.præfe.l.unica.lib.10. & per Cyn.in l.ſi quis poſt hac.C.de bo.proſcri. an autem in dubio præſumatur in fraudem facta ceſſio, lõgum habet tractatum, de quo plenè per d.Bar.in l.poſt contractum. ff.de donat. & per Cyn.in l.ſi quis poſt hac, præalleg.delicti tamen commiſſi uicinitas ad factam ceſſionem, ſi cedens ſciebat, ſe non ſoluendo ad pœnam uериſimiliter alienata actione eiuſmodi ſatſuſpicionis induceret, per ea quæ not.per pręalleg.ſupra doct. & l.omnes.§.Lucius.ff.de his, quæ in frau.cred. ubi autem ceſſio nulla ſuiſſet per l.2.& fi.C.de litig.reuocationi idubie locus foret, & eiſdem legibus, & hæc de ſecundo.

¶ Ad tertium non uideo cur non probabiliter dici poſſit, actorem in triplum expenſarum debere condẽnari his, qui generaliter citati ratione ſui intereſſe comparentes, & cauſam ratione ſui iuris defendẽtes ex neceſſitate rei facti ſunt, & propriã cauſam defendere dicerẽtur, unde & biduo eos olim appellare oportuiſſet, ut ff.quando app.ſit.l.2.§.1. Textus namque in §.tripli. in Inſtit.de act. unde deſcendit iſta tripli condemnatio dicit ſimpliciter reum in hac cauſa ab actore triplũ cõſequi. Nemo autem, qui ſapiat, hos, de quibus quæritur, reos eſſe negauerit. nam cum in iudicio cauſam ſuam aduerſus petentem, ſiue agentem defendat, quo nam alio nomine uocabuntur. & hoc de tertio.

¶ In quarto mihi probabiliter uideretur expenſarũ factarum uſque ad factam de uero cõfeſſionem triplũ ipſum cedẽtem, reliquarum uero ceſſionarium, qui ſolus cauſam proſecutus ſit, debere pferre per ea, quæ habentur ff.depoſiti.l.ſi quis inficiatus, & quæ ibi no. per Barto. & licèt per nonnullos putetur confeſſione actoris ſponte facta etiam poſt lit.conteſ.actorem, qui plus petierit, pœnam l.unicæ.C.de plus peti.euadere, pœnã tamen tripli ex præalleg.§ tripli, deſcendentem euanеſcere tali confeſſione a nemine cantum inuenio? Iacobum autem de Aret. inuenio dicentem, cum eam pœnam effugere, prout refert Albri.de Perga. commentator egregius ſuper præalleg.l.vnica.de plus peti. & ſecũdùm hanc diffinitionem rectius euenturum eſt, vt quẽque agentium ſui delicti pœna commutatur, quod & æquitatis & ſtricti iuris ratio poſtulat, vt C.de pœ.l.ſancimus.& hoc de quarto.

¶ Super quintò autem mihi videretur ſecundùm ea, quæ propoſita ſunt, dictum Iordanum pœnam nullatenus incurriſſe. quoniam hoc non fuit prohibitum ſibi, immo potius conceſſum erat ipſi Iordano agenti pro ſua dimidia poſſe quamcunq; ſpeciem alienationis facere. videtur autem ipſe Iordanus agere, cùm pro intereſſe cauſam proſecutus eſt contra bonorum hæreditariorum poſſeſſores, & reos, vt ff.de app.l.ſi perluſorio.§.ſed agere. quanquam gl.ibi exponat, ideſt, defendere, ſed procedit, cùm hæres ſcriptus erat reus. cæterũ ſi agat forſitan contra legitimũ poſſidentem, non con cipio legatarios de colluſione ſuſpicantes, ſi cauſã proſequantur, aliud actoris, & ſi reus dici poſſet nec profecto improbationibus & cæteris reorum ſimiliter petitorum partes, & onera potius, quàm legitimum poſſidentem ſuſtinere opinandum eſt cum iuſto præiudicio poſſeſſoris, aut etiam cum compromiſſum fecit, agere intelligitur, qui & in compromiſſo partes actoris ſuſtinet, quod compromiſſum iudicio ſimile eſt.ff.de arbit. l.1. & licèt non eſſet ſpecialiter in laudo ſibi cõceſſum, ſatis eſt quod non fuerit prohibitum.arg.ff.ex qui.cau. ma.l.necnon.§.quod eis. & C.man.l.In re mandata.

¶ De ſexto autem & vltimo exiſtimo, ꝙ ſi dictus Iordanus ſciens falſum iuramentum, & ex falſo iuramento neceſſario iudicatum laudum, ſiue tranſactionẽ per euidentem calumniam reportauerit, quod aſſecutus ſit, ab eo repeti poſſet, vt ff.de condi.indeb.l.in ſumma. §.1.erat enim ipſa ſententia iudicis effectu ineſſicax, vt ff.de in litem iuran.l.videamus.§ pen.& l.fi.& de iureiur.l.admonendi.in princ.alioquin reuocari non poterit, vt eod.l.admonendi.in fi.& C.de tranſact.l.ſub prętextu inſtrumenti.& l.pen.in fi.de plus peti.l.1.in fi.

Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Laudum arbitri an poſſit dici nullum, ſi iudicatum ſit extra compromiſſum non obſtante renunciatione nullitatis. Et an poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, ſi ſubeſt læſio non obſtante iuramento & prędicta renuncia. Et an, & qñ hæreditas non adita tranſmittitur aliqua ratione, & de intellectu l.ſi infanti.C.de iure lib.

SVMMARIVM.

1 *Forma in compromiſſo ferenda ſententia omiſſa, & non ſeruata, conſequenter nec tenet ipſa ſententia.*

2 *Furioſus & infans in cauſa hæreditatis non aditæ trãnſfuſione ignoranti comparantur.*

3 *Hæres dicens ſibi non relictam falcidiam an & qualiter probare debeat.*

CONSILIVM CLXXX.

VISO proceſſu cauſæ motę inter Bertonũ a Pemellis agentem parte vna, & dominum Caſtellanum de Expẽditoribus parte altera defendentem, ſiue agẽtes pro dictis partibus iam coram eximijs & excellentiſſimis doctoribus dominis Egidio de Reperijs, & Antonio de Oldonis arbitris & arbitratoribus, quàm coram Magnifico viro domino Poteſtate Veronæ, & egregio atque ſapiente legum Doctore Vicario eiuſdẽ domini Poteſtatis, ac arbitrali ſententia dictorum dominorum Egidij & Antonij, necnon querela nullitatis prouocationiſue, officijque iudicis petitionis per dictum Bertonum contra ipſam arbitralem ſentẽtiam propoſita. Quæritur quæ ſint, ſiue eſſe debeant partes dicti domini Vicarij in ea cauſa, pro cuius determinatione ſummatim, & cum omni poſſibili breuitate, dũ nequid neceſſarium omittatur, attingam per ſingula propoſita per dictum Bertonum coram dicto domino Vicario, vñ proponi potuerit, & an competant. primũ itaque de dictæ arbitralis ſententiæ nullitate propoſitũ eſt, vbi dicendum videtur non potuiſſe proponi ꝑpter renunciationem, ſtipulationem, atque iuſiurandum ſuper hoc in cõpromiſſo etenim prorogatione ſæpe facta comprehenſa. ſicut enim lege communi vel municipali nullitatis cauſa contra ſentẽtiam tolli poteſt. extra de ſent. & re iud.c.1.in clem. ſic & partium pactione.arg.ff.de pact.l.impoſſibile.cum pleriſque ſimilibus. Rurſus quid attinet ſententiam arbitratoris nullã dicere, cùm adſit ſtipulatio valida, atque iuſiurandum de obſeruandis his, quæ dixerunt arbitri, ex quibus agi potetit, vel officium iudicum implorari pro eorum obſeruatione.

uatione,vt C.communi vtriuſque iud.l.2.& ff.de arbi.
l.diem proferre.§ fi.& nihilominus pœna peti propter
clauſulam rato manente pacto &c. eo.tit. de arbit.l.a.
verius tamen arbitror, eam ſententiam nullã dici poſ-
ſe, ſi forma in dicenda ſententia compromittentibus
præſtituta ſeruata non fuerit.arg.ff.de arbitr.l.quod ta-
men.in princ.& l.nam diſtinguemus.§.de officio.& §.
ſeq.& ff.man.l.diligenter.de reſcrip l.cum dilecta.Nec
huic aduerſatur ſubiecta clauſula renunciationis ſtipu-
lationis, & iuramenti de nullitate ſententiæ non dicen
da, quoniam intelligitur dum tamen præmiſſa forma
ſeruata ſit, ne alioquin dici oporteat aut eiuſmodi com
promiſſum repugnantiam continere.quod non eſt ad-
mittendum vt eleganter not.Barto.in ſimilibus termi-
nis.ff.de condi indeb.l.Stichus.§.idem quæſijt, per l.vbi
repugnantia ff.de reg.iur. aut præcedentia per ſequẽtia
corrigi.qđ nec eſt veriſimile, vt ita ſe repẽte partes cor
rexerint.ff.de cõdi.& dem.l.nõ ad ea.ſed potius inter-
pretandum eſt, ſequẽtia a prioribus determinationẽ &
declarationem accipere, vt ff.quod vi aut clam.l.j.§.&
per vim.ad fi.& quod ibi not.in gl.tali. & poſt eam per
Bar.ſatis ad propoſitum.& arg.ff.de leg.1.l.ſi ſeruus plu
rium.§.fi.& de leg.& ſe con.l.ſed & poſteriores. & qđ
not.in l.præcedenti.ideoq; per l.ſciendum. ff. de verb.
oblig.iuncta authen.offeratur. C.de lit.conteſt.& quia
in toto iure noſtro generi per ſpeciem derogatur, vt in
re.iur.in toto.& eo.tit.lib.6.c.generi & arg ff.de verbo.
obl.l.clauſula.& de pœnis.l.ſanctio legum. clauſulæ ita
que ſubditæ generaliter detrahatur & per ſpecialẽ for-
mam traditam in præcedenti parte compromiſſi rur
ſum & eam ſpeciem nullitatis, quæ ex defectu commiſ
ſæ poteſtatis & tributæ notionis deſcenderet, illis ver-
bis generalibus non excludi noſtri cenſuere præcepto-
res.vt pulchrè traditur per Ioan.Andr.in clemẽ.j.de ſe-
queſtra.poſſ.& fruct.facit quod habetur ff.qui ſatiſd.co-
gan.l.2.§.quod ait prætor.il 2. & quod ibi not.poſt glo.
& Bart.cùm itaque nullitatis propoſita quæſtio in re p̄-
ſenti ex forma compromiſſi non ſeruata, & non con-
ceſſa poteſtate deſcendat, palam eſt, eam potuiſſe pro-
poni. & ſic ad prius arg in diuerſam partem factum re
ſponſum eſt, ꝙ autem de ſubditis ſtipulatione & iura-
mento ſuper obſeruandis arbitrorum præceptis ſecũ-
do loco proponitur, conſimili reſponſione potitur. Nã
eaſdem conditiones & moderationes accipiunt, quas
in præcedentibus dixi.arg.C.de non num.pec.l fi. & ff.
de arbit.l.ita demũ.C.eo.l.3. & arg. ff.de uſur.l.ſi ſtipu-
latus.ibi, quia non eſt ueriſimile.l.autem ſecunda.C.cõ
muni utriuſq; iud. in diuerſum allegata loquitur, cum
poſt ſententiam nullam partes nullitatis non ignaræ eã
nihilominus, aut ſolẽni pacto, aut executione firmarũt.

¶ Nunc circa hoc primum auxiliũ propoſitum per
Bertonum. uidẽdum eſt, an competat, & uidetur ꝙ ſic,
1 quoniam † ubi forma in compromiſſo proferendæ ſen
tentiæ præbita non ſeruetur, non ualet ita lata ſentẽtia
per l.quod tamen.in princ.& l.non diſtinguemus.§.de
officio ff.de arb. & arg.ff.mandati.l.diligenter.& de re
ſcrip.ca.cum dilecta. ſuperius allegata.fuit autem ita in
propoſito. nam conceſſerunt partes poteſtatem dictis
arbitris procedendi quidem quomodo noluerint, pro-
nunciandi autem tantum de iure & ſecundùm iuris di
ſpoſitionem iudicandi, non aliter nec alio modo, quæ
forma bis in eodem compromiſſo nominatim com-
prehenſa eſt, quo fit, ut uideatur bene ex corde cõpro-
mittentium proceſiſſe, ut C.de leg.l.humanũ.Non fuit
autem ea forma in pronunciando ſeruata, cum ſenten
tia non de iure lata fuerit, ut infra ſubdetur, igitur, &c.
Et hæc eſt notiſſima ſententia Bart.in l.diem proferre.
§.ſtari.ff.de arb. ubi & ita ſe de facto conſultum reſpon
diſſe refert, etiam quanta ſit auctoritas non tantum in
ſcholis, uerùm ẽt in negocijs forẽſibus, nemo eſt, qui
neſciat, & eam fertur ſecutus Ang.in l.ſi ſocietatẽ.uerſ.
arbitrorum.ff.pro ſoc.In diuerſum facit, quia expreſſio
eius, quod a iure tacitè inerat, nil habet operari ff.de le
gat.1.l.3.C.de fideiuſ.l.non tectè. Sed de iure debet ar-
biter ſecundùm leges, & ius proferre ſententiam, & de
iure tantummodo iudicare, cum alioquin litem ſuam
faciat. C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo. & quod ibi
not præcipuè per Barto.igitur.rurſus ratio ea uerba po
nendi mentem compromittentium declarat, ut non
nouam formam uelint præſtituere, ſed magis ueterẽ
conſeruare. Nam cum in procedendo foret arbitris iu
ris ſtricti remiſſa ſubtilitas, in pronunciando, & diffiniẽ
do ſe eam nolle eis remittere uerbis eiuſmodi declara-
uerunt.Sed in pronunciatione iuris eos regulis ſubiace
re, non quia nouam formam, quam ius tribuat, præſti-
tuiſſe conceperint, Hęc nempe interpretatio iuri com
muni magis conſentanea eſt, & rem facit valere, vnde
præaccipienda videretur.ff mand.l.qui mutuã. in prin.
& in regula iuris quæ dubitationis, & regula quotiens.
Cæterum arbiter, ſicut & prætor dicitur ius reddere ſi-
ue dicere etiam cum iniquè decernit relatione .ſ. facta
&c. vt ff.de iuſtit. & iure.l.pen. & tunc dicit ſententiam
contra ius.l.ſiue conſtitutionis, nõ litigatoris decernit,
vt ff.quæ ſen.ſine app.reſcind.l.j.§.item cum contra ſa-
cras.& quanquam hæc ſentẽtia fortaſſis in curſu lectio-
num, ne me quis de contrarietate redarguat, diſputa-
tiuè complacuiſſe comperta ſit, quoniam tamen nõ il-
le ſum, qui me tam excelſis doctoribus ac tam inſigni-
bus verticibus iuris, quales fuere Bar.& Ang.temerè pa
rem exiſtimo.& in cauſarum diffinitionibus mihi lice
re non pateret, vt.ſ.eorum ſententiæ, cui neminem cõ-
tradixiſſe comperui, meam ſolam exiſtimationem an-
teferrem. Cæteris etiam iudicare non vereor. Supereſt
autem id excutere, nam iniquum & contra iuſtitiam
partis fuerit arbitrorum ſententia, vbi de tribus diſputa
tur. Primò an Flordeliſia filia quondam Ioannis de Ex-
penditoribus in infantili ætate mortua dicti quondam
Ioãnis ſui patris hæres eſſe potuerit, eo qđ per eam pro
batur, eum de crimine læſæ maieſtatis damnatum ad
ſupplicium. deinde ſi potuerit, an ad matrem ſuam ſibi
delatam patris hæreditatem, & non legitimè eius no-
mine additam, ſiue agnitam tranſmiſerat. Tertio ſi pro
miſerit, num dicto Bertono probare incubuerit nulla
alia, quàm donata matrem ſuam habuiſſe, vt ſic velut
inofficioſa donatio re & conſilio in extraneum facta
protinus reſcindatur, an vero domino Caſtellano, hoc
eſt reæ parti affirmatiuè probatio potius incubuerit,
idque ipſum docuerit quòd ſcilicet alia bona & expreſ
ſim ad legitimam ſufficientia dicti Bertoni mater do-
natrix habuerit.

¶ Circa primum & ſecundum videretur expeditum
ex notiſſima confeſſione ipſius domini Caſtellani in
reſpõſione facta ad primam poſitionem poſitionum,
quibus reſpondit die 12. Decembris proximè exacti, vbi
ipſam dominam Baldinam fuiſſe hæredem dicti quon
dam Ioannis per mediam perſonam Flordeliſiæ filiæ
eorum communis ſponte profeſſus eſt, vt exactoris le-
ctione colligitur. Sed & idem etiam tacitè fuerat ante
profeſſus in ipſo donationis documento, quo tanquam
ab hærede dictæ quondam dominæ Flordeliſiæ, & per
eam dicti quondam Ioannis eius patris ipſam hæredi-
tatem donationis ipſe dominus Caſtellanus a dicta Bal
dina ſuſceperat.arg.in l.optimam. C.de contrah.& cõ
mit.ſtip.& extra de excep.l.cum venerabilis. quicquid
tamen ſit, illud probatum non videtur per ream par-
tem, dictum Ioannem fuiſſe cõdemnatum de crimine
læſæ maieſtatis, ſi quis diligenter inſpexerit, aut quia te-
ſtes ratione partis de auditu teſtantur, nõ de re, ſcilicet
veritate, ꝙ ſcilicet damnationem audierit, aut quia nõ
nominatim de crimine læſæ maieſtatis deponuat, ſed
quod contra honorem & ſtatum illius domini diceba
tur commiſſum, omne autem delictum contra hono-
rem domini & Rectoris ciuitatis exiſtit, aut quia forte
nec aduerſus eiuſmodi perſonam, quæ tyrannice ciui-
tatem teneat, poſſit committi, & denique ipſemet do-
minus Caſtellanus cum Georgio fratre ſuo bona dicti
quondam Ioãnis diuiſit, & pro diuiſo poſſedit, vt & in
ſuis poſitionibus profitetur, ꝙ non fuiſſet, ſi fuiſſent ex

eo

eo crimine confiſcata.per anth.bona damnatorum.C.
de bo.dam. nec huic inſiſto magis exactè,quoniam ſu-
per hoc non videtur multum hęſitari.Super eo autem,
ꝙ filia infans patris ſua hæres ad matrem patris hæredi
tatem tranſmittat,nuſquam,videtur hæſitandum per l.
2.§.ſiquis ex liberis, ſecūdum vnum ſenſum.ff.ad Terr.
& de iure fi.l.Lucius. & C.de ſuis & leg.l.apud hoſtes.
de cu.fu.l.j.§.j.& per alias plurimas ll.quas allegat Bar.
in l.ſi infanti.C.de iure deliber vbi & hanc ſententiam
optima ratione confirmat. & inter Doct.maximè Mo
dernos frequentiorē teſtatur. quæ hic ꝑ extensū ſtudio
breuitatis,& qa ſunt vulgatiſſima,conſcribere non cu-
raui,illud aūt non prætereo, ꝙ etſi gloſſatoris illa ma-
gis putetur opinio, ꝙ filius quamuis ſuus hæres patris
non agnitam hæreditatem non transferat, tametſi in
hoc quoque gl.variauerit, illud tamen de mente gl.eſt
eum de tranſmiſſione in extraneum tractatur faciēda.
cæterum ad aſcendentes tranſmitti eam ſine diſtinctio
ne ætatum glo.vbilibet proferre profeſſa videtur, vt in
d.l.ſi infanti.in glo.antepen.& in l.apud hoſtes. & C.ad
Orfic.l.nō pro numero.& in l.vnica. de his,qui ante a-
2 pert.tabn.& cùm ignorantis loco † furioſus vel infans
habeatur, non ab re eſt,ſi ſicut ignorans tranſmittit in
liberos, & parētes, prout gl.intelligit præalleg.l.vnicā.
C.de his,qui ante aper.tab. & d.l.apud hoſtes.ad l.autē
ſi infanti.quæ ſola magis videtur aduerſari,vera reſpō-
ſio eſt,quam & ibi gl poſuit, & dici magis amplectunē,
ꝙ ibi de extranei,non patris hæreditate loquatur, ſicut
& in princ.poſuerat,quale enim eſt legis principium, ta
lis tota eſt intelligenda, ſi continuatiuè loquitur, vt lo-
quit Iuriſconſ.ff.de iuris & facti igno.l.fi.§.fi. & eodem
quoque modo ſunt intelligendæ gl.quæ nonnunquam
dixerunt, infantem non tranſmittere patris hæredita-
tem ſicut dixerunt in præalleg.l.fi.de cur.fu. & d.l.ſi in-
fanti. in gl.nūquid, vt ſi intelligerētur ad extraneos,nō
tranſmitteretur,ad aſcendentes autem transferre,nun
quam enim glo.ſi perſpicaciter intuemur, differētiam
inter ętates.infantię videlicet,vel maioris temporis, in
tranſmittēda hæreditate conſtituit, ſed inter perſonas
tam tranſmittentium,quàm earum, in quas tranſmit-
titur, vt liberi tantum parentum ſucceſſiones non ad-
ditas in liberos ſuos tantum aut parentes, nō etiam ex-
traneos conferant.Porrò ſi inter ætates diſcrimen con
ſtituendum eſſe putauerit, faciliorē intelliger in infan-
tem cauſam tranſmittendæ ſucceſſionis non aditæ,
quàm in maiori infante, vt liquido licet deprehendere
ex collatione principum.l.ſi infanti. & §.ſin autem an.
ſeptimo eiuſdem legis. Cum itaq; maior infante indu-
bie ſecundùm opin.cōem glo. patris hæreditatem non
agnitam tranſmittat ad matrem, vt in l.j. C.de his,qui
ante apert.tab. & in d.l.apud hoſtes.& in d.l.2.ad Orfi.
licet contra ſenſiſſe videatur in præalleg. § ſiquis ex li-
beris.vbi forſan ius vetus intuitum eſt, non vſquequaq;
bene ſm frequentiſſimam doctorū modernorū ſentē-
tiam.Quanto magis & in infante, cū quoq; patris non
aditā hæreditatē ad matrē tranſmittere de mente gloſ
ſatoris eſſe cenſendū eſt. Relinquitur igitur in hoc arti
culo,de quo in præſentiarū quæriſ concors oīum ſentē
tia,vt.ſ.ſm gl.opi. dicta quondā Flordeliſia hæreditatē
non aditam patris tranſmiſerit,quia ad matrē fit tranſ-
miſſio,ſm Doct.verò & rectius,qa patri ſua hæres exti
tit, vnde & in extraneū quemlibet ꝑꝑ ſui hæredis exiſtē
tiam tranſmiſiſſet,quod & gl.non ignorauit in d l.ſi in-
fanti, licèt non approbauerit. Reliquum eſt pro huius
prioris auxilij per Bertonum apud dñm Vicarium pro
poſita ex petitione perſtringere, cui videlicet emineat
onus probationis de quantitate bonorū dictæ quondā
dñæ Baldinæ, vbi mihi ſine diſputatione ſatis vr̄ feciſſe
Bertonum,quod ibi faciendū inſtuerat. Aſſeruit oam-
que tot bona,ſeu tot res ī matris fuiſſe patrimonio,eaſ-
que oēs tit.donationis monſtrauit exhauſtas. Siquis er-
go plures ad falcidiā ei debitā ſuper extitiſſe ſit maue-
rit,id cōprobet ſm doctrinā text. & gl.in l cū de lege.ff.
3 de prob.Hæres namq; † dicens ſibi non relictā falcidiā

hoc probare debēs per d.l.cū de lege. ſic ꝓbat, quia tm̄
aſſerit eſſe in bonis,tot probat eſſe legata,quibus ea bo
na exhauſta ſunt.Certè ſi legatarij dicant tm̄ remanere
apud hæredē,quod ſufficiat ad falcidiā, ipſi hoc proba-
re debent per §.vnā optimè per gl.allegatū, qui legata-
rijs & creditoribus amplioris patrimonij, q̄ hæres affir
met,probationē imponit, quod ſatis quoq; iure veteri
cautū quis intelligere pōt per l.pen.§.fi.ff ad le.Falc.vbi
rectè opponente hærede legatarijs falcidiā; & negante
bona defuncti ſpecialiter expreſſa ſufficere legatarijs de
ſiderantibus ad iudicis inquit officiū pertinere, vt hære
ditariæ rōnes,& inſtrā per hæredē proferātur, per quæ
probetur quantū ſit in bonis probatio. Itaq; affirmati-
uè legatarijs incumbebat, vt ex illis verbis deſideranti-
bus legatarijs &c. & illis, per q̄ probatur quantū ſit in
bonis luculenter oſtenditur,& ita cōiter per doct. alle-
gatur poſt glo.ꝙ actor ad probandā ſuam replicationē,
& ad iuuandā ſuā intētionē fundatā petit ſibi edi inſtrā
a reo,vt not.in l.j.§.editiones.ff.de eden. & C.eo.l.fin.ꝑ
quæ apparet inuentariū, quod illo tp̄e fuerat incogni-
tum,illud onus probationis ad legatarios non ſuffice-
re,vt quidā exiſtimauerūt ſm rationem negatiuè proti
nus improbabilis id efficere.per l.actor.C de probat.&
de non num.pec.l.aſſeueratio.ff.de probat.l.2. & quod
ibi per gl.not.& ff.de except.l.j.& ibi pulchrè per Bart.
in fi.illius commenti ſuper ea l. inuentarium non id fa-
cere exiſtimo,qm̄ cum hæres id faciat,& ſolus hęredis
profeſſionem ſolam in hoc, quod nil aliud ſit in hære-
ditate,contineat,quomodo ei pro ſe credendum, vt ff.
de interrog act.l.de ætate.§.j.C.de proba.l.exemplo.&
l.rationes. & hanc ſententiam per apertum vult etiam
Bar.in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſol.mat.in t.q. Nec pu-
to fuiſſe neceſſariū ipſi Bertono,illud aſſeruiſſe, ꝙ i ma
tris bonis plus non eſſet,ſicut nec gl.exigit in præalleg.
l.cum l.quāquam. & ſi id exactum fuiſſet,pōt dici & id
eū dixiſſe, dū in totū vti re & cōſilio inofficioſam re-
ſcindendam donationem expoſuit,neque enim aliter,
q̄ ſi nil ei Bertono relictum ſit in totum reſcindēda fo-
ret, Nam ſi quid ſuperfuiſſet, eidem licèt non ad legiti-
mam portionem ſufficiens, potius ad ſupplementum
agendum exiſteret ſm plurimorū ſententiam in l.j. C.
de inoffi.do.per auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſt. Et
me mouet magis l.fi.C.de inoff.do. iuncto §.cæterum;
in Auth.vt cum de app.cog. & C.de inoffi.teſt.l.omni-
modo.& l.ſi quis filiū. In hac autem cauſa apud dñm
Vicarium id expreſſiſſe, ꝙ plus non fuiſſet in bonis ma
tris palam eſt.& quod apud arbitros id quoque dixiſſe
intelligatur.facit l.fi.§.t.& quod ibi not.egregie.ff.de le
gat.2 Quin hoc ipſum verum eſſe, vt ipſi reæ parti pro-
batio incumberet amplioris patrimonij quodammo-
do pars ipſa rea profeſſa eſt, dum probare tentauit, &
nixa eſt ꝙ amplius fuiſſet in patrimonio donatricis, li-
cèt id minimè comprobauerit.Hoc namque mihi pro
vero & conſtanti in facto propoſitum eſt, ꝙ veraciter
nil aliud habebat ipſa donatrix, q̄ quod ipſa donauit
quanquā plurimū retrahat prolatu teſtiū paternū dicti
quondam Bertoni,verùm adiuuāt teſtiū depoſitiones,
qui dixere, ꝙ ſæpe ipſa mater teſtamento iurauit, ꝙ nil
Bertono de ſuis bonis oīno relinqueret. & incerta de-
monſtratio ſicut falſa,cùm non conſtet de corpore, le-
gatum inane efficit,vt ff.de leg.j. l.ſi ſic. & C.de fal.cau-
ſa adiect.le.l.fi.& quod ibi no. Planè ſi quid ei vltra do-
nata ſupereſſet, & ſi ſine veritatis ꝓiudicio rectè arbi-
tri pronunciaſſent, non eſſe in totū reſcindendā dona-
tionē,conditionem tñ in ſupplementum ſuperfluā nō
ambigo,licèt & hic dubitari poſſet propter eos, qui pu-
tant eum conditione querelā donationis inofficioſæ cō
currere,de quo traditur in præalleg.l.j. C.de inoffi.don.
Sed qm̄ hic caſus nunc in diſceptatione nō eſt, rē aliter
deiectouno. Manet itaq; per ſuperiora deductum auxi-
lium, ſeu nullitatis remedium rectiſſimè potuiſſe pro-
poni,idq; ipſum cum effectu competere. Super appella
tione aūt contra arbitralē ſniam interpoſita viderer id
fieri poſſe,eo qd ex ipſa arbitrali ſnia oritur actio, aut au-
ctoritate

ctoritate ſtatuti Veronæ. Aut ob clauſulā interpoſitam rato manente pacto per l.pen.C.de arb.& nota. ff eo.l. 2.ergo appellari poteſt.C.de arb.l.j.à contrario ſenſu.& hoc ipſum tenuit ibi Bar.& in l.arbitro.ſſ qui ſatiſd.co. ſed gl.ibi dicit oppoſitum.& Ang.& Bal.ſequitur,quod quia mihi ſemper apparuit hoc,ne nimia prolixitate diſcurram,non proſequor contentus his,quæ ibi not.per Bal.& Ang.q̄ & ipſe ſoleo dicere.Pro rn̄ſione ad motiua Bar. quanquā & hoc in compromiſſo ill ſtatuto renunciatum ſit,nec ab omni ſn̄ia, ex qua actio naſcitur, prouocetur. Sed & hic tertio iudicis officiū pro eiuſmodi arbitri iniqui retractatione probaт̄,quod proponi potuiſſet,idq; ipſum efficaciter cōpetere demōſtrat̄, Aut ex eo qđ falſa cauſa,vt apparet ex ſuperioribus & actoris petitione,abſolutionis inſerta ſit per ea.q̄ not.p glo. poſt Dy.& Bal ff.de acq.hær.l.ſi is ad quem. & apertius per Inno.& Canoniſtas.extra.de re iudi.c.cum Bertoldus. aut ex eo qđ iniquū arbitrium euidentē iniquitatē, ſeu partis læſionē continēs per ſuperiorē corrigitur, vt in c.2.& c.expoſita.extra de arb. & ibi Bernardus in d. c.expoſita.& Hoſt.& Io.And.in d.c.2.ēt in ſoro ciuili id ſeruandum firmantes.& gl.Io.in decret.2.q.6.c.a iudicibus & hoc ibidē Archi.dūmodo intra x. dies reclametur.& Ang.in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.vbi eſt text. ſm vnum ſenſum,prout ibi declarat Ang.Aut ex eo ꝙ etſi ab initio repelli potuiſſet, ſi tn̄ vltra proceſſum eſt, & de iniquitate ſn̄iæ diſputatum,& deniq; demonſtratum, debet iudex ſuper eiuſmodi ſn̄ia retractanda aditus,cùm de iniquitate conſtiterit, & cognouerit, licèt agentē admittere nō debuiſſet,nihilominus ſn̄iam retractare,vt eleganter not.Inno.extra de reſcrip.c.cū dilecta.apertius in c.cum Bertoldus. vbi ſm vnū ſenſum eſt caſus.extra.de re iu.& ibidē Io.And.& Io de Lig.ſequitur.Cū igitur hic de iniquitate ſn̄iæ arbitralis, & de ea ꝓpea retractanda actū ſit, & plenè tractatum atq; cognitum,ꝯn̄s eſt ſm ſuperiorem ſn̄iam Inno arbitrium; quod euidentē iniquitatē, & partis nō modicā læſionē, ſed totalis ſui iuris abſumptionē vt ex ſuperioribus eſt monſtratū,continet,reuocandū. Nec his renunciatio officiet,nec ſtipulatio,ac iuramentum ſuper iniquitate non alleganda,ſeu proponenda cōpromiſſo cōprehenſa.tū quia cōpenſationem a ſuperiore forma in diffiniēda cauſa ſiue proferenda ſn̄ia per litigatores præhabita recipiunt,ne alioquin aut repugnantia, aut ſuperiorum correctionē concedere cōpellamur,ꝙ non eſſe faciendū in articulo priore latè monſtrauimus, quia eiuſmodi renunciationibus,cautionibus,ac iuramentis ineſt tacitè ea conditio, dum nimie pars alterutra nō lædat̄.Si namq; eſt in arbitratore, cui tribuitur poteſtas a partibus,ius alterutris partiū diminuere, alteriq; cōferre,& ius ſtrictum oīmodo non ſequi,vt ff.de arbi.l.ſi de meis.recepiſſe per glo.& doct. ea ſimplex renunciatio de iniquitatis querela minimè proponenda eā accipit conditionem.l.ſi æquè fuerit arbitratus,& non in multo partiū alterutrā læſerat. vt ff.pro ſoc.l.ſi ſocietatē ea.conditione.& ibi pleniſſimè per Bar. & de oper.liber.l. ſi libertus. & extra.de iureiur.c.Quintauallis.& ibi per dn̄os Canoniſtas.& per Dy.in c.ſcienti.extra.de reg.iu. lib.6.& per Cy.in l.cū antea.C.de arbi. & ibi ēt per Bal. & cæteros ſcribentes, quanto magis & in arbitro, cui ēt a cōpromittentibus iniunctū eſt,vt de iure tm̄, & nō aliter,nec alio modo pronūciet ea ſubiecta clauſula ipſam quoq; interpretationē accipiet, cū & nunquā arbitriū retractabile ſit, ut per ſuperiora probaui. In re autē propoſita non tm̄ in nimia quantitate pars Bertoni læſa eſt,uerū ēt in toto. Quinimmo ut not.Bar.ſm Hoſt. ēt ſi arbitratori conceſſum foret i multo ius alterutrius partis lædere, læſio in notabili quantitate, ſeu maxima retractationi locum faceret. Poſſet & illud tertiò dici, ꝙ etſi ab initio potuiſſet repelli Bertonus uirtute eiuſmodi renunciationum,& clauſulæ, cū tn̄ repulſus non extiterit, ſed de cauſa cognitum, & de iniquitate patefactum,debeat dicta iniquitas emēdari,quod potro refert prohibeatur quis de iniquitate ſn̄iæ conqueri lege

netante,ac partiū pactione. ut ff de pact.l.nō impoſſibile.cū tn̄ vbi lex vetet, non repulſus ab initio iniquitate monſtrata ſententiæ tetractionem obtineat ſm ſuperiorem notam Innoc.& cæterorum vbi ſ.Præterea & ſtatuto Veronæ cautum eſt non obſtantibus hmōi renunciationibus, poſſe nihilominus ob iniquitatē arbitralis ſententiæ contraīri. Et quamuis et renunciatum videatur in compromiſſo, fortaſſis ea renunciatio ſtatutō non derogat,cū magis ſtatutū ipſum renunciationibus eiuſmodi refragetur, & obuiet. Claret itaque ex ſuperioribus ad primo loco propoſitā conſultationem concluſiua reſponſio. Eas.ſ.partes eſſe ius dicètis in hac cauſa,vt eiuſmodi arbitralē ſn̄iam Bertono nō obfuiſſe,nec obeſſe declaret. Eaq; ſubmota donationem, de qua contenditur,velut inofficioſam re & cōſilio reſcindat,& conſequenter res & hæreditatem dictæ dominę Flordeliliæ ad dictum Bertonum mediante matris perſona pertinere declaret,eaſq; ipſi Bertono per reā partem reſtitui iubeat, pp tamen iuſtam litigandi cauſam aliter ſumptibus abſoluendam. Et hanc partem ego libētius amplector,quod & veritatis obſeruationi, & pietati,ac liberis debitè parentum ſucceſſioni naturali, ſimul & ciuili iuris. vt ff.de bo.dam. cum naturalis ratio operam præbeat, & iurigentium cōſentanea ſit, quod etiam contra ſententiam veritati ſemper locum ſecerit.vt ff de cōdic.indeb.l.Iulianus. Quodq; ius gentium ambiguis & titubantibus cauſis,atq; diuerſis legum interpretationibus iubet nobis legiſlator eligere. vt C.de bonis quæ lib.l.non ſine ratione.

Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

S V M M A R I V M.

1 *Nomen debitoris an & quando adiudicari poſſit creditori per iudicem, & an tunc debitor ſit vocandus, & quæ ſint neceſſaria, vt nomen poſſit creditori adiudicari. Et an tranſactio retractari poſſit propter inſtrumenta nouiter reperta ſiue ſcienter, ſiue ignoranter hoc euenerit.*

2 *Sententia lata prætextu falſi iuramenti quo pacto veniat retractanda.*

C O N S I L I V M CLXXXI.

IN cauſa Antonij & fratris de Nouelinis contra ſn̄iam pro eis latam contra dn̄am Pacem hæredem quondam ſer Nicolai de titulo dr̄, iccirco nullam ſententiā latam ſuper executione arbitralis ſentētiæ latæ contra dictum quondam ſer Nicolaū de titulo in fauorem quondam Bartholomæi filij eius,ius peruenit ad dictos fratres ex adiudicatione nominis dicti quondam ſer Nicolai debitoris ipſius quondam Bartholomæi in dictos fratres per iudicē facta tanquam creditores dicti quondam Bartholomęi eo quod, cum dictum nomen dicti quondam ſer Nicolai captum fuerit in pignus in cauſam iudicati, ſeu prætoriū per dictos fratres tanquam creditores dicti quondam Bartholomæi, nō fuit vocata dicta dn̄a Pax hæres dicti quondam ſer Nicolai, vt confiteretur ſe debitricē eius qđ exigebatur. vt ff de re iud.l.a diuo Pio.§.ſic quoque. & no.C.qn̄ fiſ.vel pri.l.2. & de præto.pig.l.j.quæ ſi negaſſet,debuiſſet dari curator hæreditati dicti quondam Bartholomæi, qui egiſſet in competenti iudicio contra dictam dn̄am Pacem & eam conuiciſſet ſm no.in princi.l.2. qn̄ fiſ.vel
1 pri. Sed huic rn̄detur varijs modis. † Primò in contrarium allegata procedūt, qn̄ ageretur ex adiudicatione nominis quod antea non fuiſſet hypothecatū ipſi creditori debitoris,qui creditor vult, & petit ipſum nomē debitoris ſui debitoris ſibi adiudicari in ſolutū, vel ex cauſa iudicati,vel ex ſecundo decreto, tunc enim vt ad ipſius nominis venditionem, vel adiudicationem perueniri poſſit, oportet prius ipſum nomen pignoris in cauſam iudicati vel prætorij cauſam conſtitui. Sed in re propoſita id nomen quondam ſer Nicolai debitoriſque

que Bartholomæi filij ſui erat obligatum & hypothecatum ſine auxilio iudicis, vel prætoris quondam Sorori dictorum fratrum, vxori dicti quondã Bartholomęi pro dote ſua. vt C. de rei vxo. act. §. & vt plenius. & quæ res pignori obligari poſſunt. l. nomẽ. cuius ſororis ſuæ dicti fratres ſunt hæredes & tam in principalẽ cauſam dotis, q̃ in hypothecam generalẽ ſucceſſerunt. Nõ erat igitur opus, eos amplius conſtituendi pignoris cauſa in dicto nomine, vel prætoris vel iudicis beneficium, ſiue auxilium implorare. Cum enim eſſet id nomen pignori noxiũ dictis fratribus hæredibus ſororis ſuæ ob cãm dotis, vt ſ probatũ eſt, non potuiſſet rurſus ex eadẽ idẽ nomen amplius obligari. arg. ff. de verbo. obl. l. qui bis. Idem tenuit itaq; ipſa nominis adiudicatio, quauis pignus in eo non fuiſſe a ꝑtore ſm formam & ordinem executionis conſtitutũ, quod nec ex cauſa dotis conſtitui poterat per prætorẽ, quod iam erat per l. & ipſo iure conſtitutũ. vt d. §. & vt plenius. & d. l. nomen. Secundò principaliter reſponderi põt, q illud, vt debitor vocatus, cuius nomen capiendum eſt pignori, debitũ confiteat. Exigitur ad hoc tm̃ ut. ſ. iudex, qui exequitur iudicatum, poſſit ab ipſo debitore exigere ſummatim, & contra eum exequi. Nã & confeſſus in iure executionẽ ſuſtinet, ſicut & iudicatus. vt ff. de confeſſ. l. certum. §. fi. & ita not. ibidem per Bart. in d. §. fi. & ita not. ibidem per Bar. in d. §. ſic quoque. quod ideo negãtis debitoris nomen in cãm iudicati non capit, quia executor iudicati ſummatim & celeriter non poſſet id expedire, ſm quod exigit natura executionis, cũ ille debitor negans conuincendus eſt ordinario & plenario iudicio. Cæterum ſi iudex velit adiudicare victori nomen debitoris, cũ nil aliud ſit in bonis condẽnati, quàm ipſum nomẽ debitoris, vt poſtea victor vtilibus actionibus experiatur ordinario iudicio contra eum, cuius nomẽ ſibi adiudicatum eſt, hoc itaq; fieri poterit ẽt non vocato debitore, cuius nomen adiudicatur. Nam & debitor poſſet nomen ſui debitoris in ſolutum dare ſuo creditori, ẽt inuito vel ignorante ipſo debitore vt C. de nouat. l. j. ergo & iudex idẽ poterit, cum repræſentet perſonam ipſius debitoris. vt C. de euic. l. ſi ob cãm. & de præt. pig. l. j. & ceſſet hoc caſu ratio prohibens negãtis debitoris nomen pignori capi in cãm iudicati. arg. ff. de inr. patr. l. adigere §. quãuis. & de pac. l. quod dictũ. Quid porrò refert an iudex det curatorẽ bonis condemnati, qui experiatur contra eũ. qui ſe negat debitorẽ condemnati. An vero adiudicet nomen victori, vt ipſe cõtra eũ agẽs ordinario iure eum conuincat. Sed & tertio poteſt dici, q licèt in cauſam adiudicari non poſſit pignori capi nomen alicuius tanquã debitoris condemnati, niſi cõfeſſi, ſi tñ poſt ſequatur ſententia adiudicans illud nomẽ victori conſentiente condẽnato, valebit adiudicatio, tanquã ſi ipſe condemnatus ipſum ſui debitoris nomẽ in ſolutum dediſſet. arg. ff. de verb. obli. l. ſi procuratori præſentis. & de euict. l. quidam. Ita autem fuit hic, quia adiudicauit nomen dicti quondam ſer Nicolai conſentiẽte curatore dato hæreditati d. quõdã Bartholomæi.

¶ Circa ſecundũ de in integ. reſt. mihi vr̃ deciſum in l. ſub ſpecie. C. de re iu. & C. de tranſact. l. ſub prætextu. ĩ quibus dicit, res iudicatas, vel tranſactas ꝑtextu inſtrorum de nouo repertorũ non reſcindi: neq; diſtinguit, ignoraret victus probabiliter ea inſtra, necne. nimia namq; foret reſtrictio ſi intelligeretur, qñ ignoraſſet victus per errorẽ improbabilẽ. Item ſpeciale eſt in publico negocio. vt ff. de re iud. l. Imperatores. tñ l. ſub prætextu. il 2. loquitur in tranſactione facta ſuper hæreditate & eodem modo l. tres fratres. ff de pact. & ſic hæredi, qui in ius alienum ſucceſſerat, non ſuccurritur, niſi vel dolus aduerſarij ſit in cauſa, vel repertio teſtamenti, aut alterius vltimæ voluntatis. vt not. in præallegat l. tres fratres per ipſam ll. & per l de his. ff de tranſac. Et hoc etiam vult Bal. in terminis noſtris. C. de condi. in-
2 deb. in 3. & 4. q Præterea ſpeciale eſt † in ſententia lata ꝑtextu falſi iuramenti neceſſarij, vt ob inſtrumenta de nouo reperta retractetur per in integ. reſt. vt ff. de iureiur. l. admonendi, ergo ſi falſum iuramentum nõ eſſet cauſa, ceſſaret in integ reſt. ob inſtrumenta de nouo reperta. Et tamen oportet intelligi, qñ ignorabãtur probabiliter tempore ſententiæ inſtrumenta poſt reperta. Nam ſi iniuſtus & improbabilis error fuiſſet, nulla tamen propter inſtrumenta reperta æquum eſſet, ſententiam retractari arg. ff. ex qui. cau. ma. l. non enim. Nec obſtet quod error ſit cauſa in integ. reſtit. vt not. in l. 2. C. de iure emphyt. & per Dy. ff de verb. oblig l. cum filius. § in hac. & ibi per Bar. & extra. de reg. iur. c. qui in ius. lib. 6. per Dyn. quia illud verum, niſi rerum iudicatarum, vel aliter deciſarum & finitarum non extendarum fauor & vtilitas, quæ publica eſt, vt ff. ad Treb. l ſeruo inuito. §. cum prætor. in ver. publicæ. & in procemio C. de nouo C. compo. in prin. & in ſi contrarium ſuaderet. nec obſt. quod not. C. de iuris & facti igno. l. error. quia illud propter errorem communem, nõ ſingularis hominis, vt ibi not. in gl. ad l. quæſitum. qñ act. de pecu. eſt an. & eam ibi ſequuntur Bar. & Bal. licèt Cy. aliter. Sed & ſm ſententiam Dy poſſet reſponderi, q ibi loquitur. qñ ex falſa confeſſione proceſſiſſet ſententia, & ſic ex falſis probationibus. Nam confeſſio ſpecies probationis eſt, vt C. de tranſact. l. cum te. vt ibi not. Bald in tertia opinione. Aliud ergo ſi non ex falſis probationibus lata ſit ſententia, licèt reus per errorem omiſiſſet exceptionem peremptoriam, vel probationes exceptionis peremptoriæ, vt C. de iuris & facti ignor. l. 1. per arg. a ſpeciali. & C. ſent. reſcidi non poſſ. l. peremptorias. Nimis namque durum foret, illam l. peremptorias, reſtringi, quando omiſſæ fuiſſent per errorem improbabilem. Concluditur itaque ex omnibus ſuperioribus ceſſare quoque remedium reſtitutionis in integrum. Eoq; amplius, quia cùm ita pro peti. has probationes i cauſa appellationis licet perperam interpoſitæ deduxerit, non creditur ſciuiſſe tempore ante ſentẽtiam, ſed eas ignoraſſe, aut culpa fuit, q non diligenter quæſierit, quæ culpa ceſſare facit in integrum reſtitutionem, vt d. l. non enim. ex qui. cau. ma. Præterea ante ſententiam fuit de ſolutione propoſitum & quæſitum, ergo poſt ſententiam non poteſt amplius quæri, ut not. Alb. poſt Guid. de Suza. C. de condi. inde. l. 1. Cætera ſuppleat circumſpecta religio iuris dicturi.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Procurator vel actor lite iam conteſtata an ſit tacitè reuocabilis finita poteſtate mandantis, & quando procurator poſſit reuocari iam lite conteſtata. Et an æquiparentur procurator, actor, & geſtor negociorum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tutela finita poteſt nihilominus cauſas pupillares ab eo ceptas proſequi.*
2 *Curator ad lites datus an, & quomodo reuocari poſſit.*
3 *Aduerſarium ſuum allegans aliquo iure ſpecialiter impeditum, vel priuatũ in his, quæ de genere ſunt permiſſa, probare debet.*

CONSILIVM CLXXXII.

TITIVS fecit teſtm̃, in quo eius duos filios pupillos ſibi hæredes inſtituit, & Bertam eius vxorem tutricẽ reliquit in eius teſtamento, quæ Berta cum decreto iudicis fecit & cõſtituit Petrum actorem ſuum ad omnes cauſas dictorum pupillorum. Accedit q Sempronius fecit citari dictam tutricem tutorio nomine prædicto, vt oſtenderet ſibi de bonis expeditis. cuiuſdam debitoris ipſius Sempronij intra terminum, & ſecundùm formam ſtatutorum, ſeu reformationum cõmunis Vincentiæ, eo quia dicti pupilli tenebant & poſſidebant de bonis, & poſſeſſionibus obligatis ipſi Sempronio pro ſuo debito. Comparuit dictus Petrus actor & actorio nomine dictæ tutricis & contradixit ipſi citationi, & litem fuit conteſtatus ſuper prędictis, ac etiã

proceſſit

proceſſit ad vlteriora in quæſtione. Demum dicta do-
mina Bexta tutrix. vt ſupra tranſit ad ſecundas nuptias
nullo dato tutore dictis pupillis. Suprafcriptus Sempro
nius creditor procedit vlterius in cauſa cum dicto Pe-
tro actore, vt ſupra, facit cauſam cõmitti ad conſulen-
dum iuxta formam ſtatutorum prædictorum. Tandẽ
iuxta conſilium fertur ſententia pro parte dicti Sẽpro-
nij creditoris, videlicet ꝙ ſibi debet dari tenuta in bo-
nis p̃dictis ſibi obligatis, & poſſeſſis per dictos pupillos,
vt ſupra. Nunc datus eſt tutor dictis pupillis. Citatus
eſt ad petitionem ipſius Sempronij, ſi vult contradice-
re ne dicta ſententia mittatur exequutioni. Contradi-
cit tutor, & dicit ſententiam nullam, eo quia lata fuit
cũ minus legitima pſona, videlicet cũ dicto Petro, q nõ
erat actor tpe ipſius ſnĩæ, cùm dicta tutrix iam tranſiſ-
ſet ad ſecundas nuptias, ex quo expirauit & fuit finita
tutela, & per conſequens actoria, quia eiſdem modis fi
nitur actoria, qbus finitur tutela. ut not. glo. in l. neq;. C.
de procur. Replicatur ꝑ parte dicti Sẽpronij creditoris,
ꝙ immo dicta ſnĩa eſt aliqua. Nec ob. ꝙ dicta tutrix trã
ſiſſet ad ſecũdas nuptias, eo ꝙ dictus Petrus actor erat
effectus dñs inſtantiæ per litis conteſtationẽ, & teneba
tur de iure ꝓſequi, & finire dictã inſtantiam, ut l. nulla.
C. de procur. Nec ob. dicta gl. l. neq;. qa debet intelligi
re integra, alioquin ſequeretur abſurdum. Nã videmus
1 manifeſte † ꝙ q̃uis tutela finiatur puta per pubertatem
aduenientẽ, tñ tutor ipſe teneatur & poteſt proſequi,
& finire lites per ipſum iam cæptas, & cõteſtatas, ergo
per conſequens & a ſimili idem debet iudicari in acto-
re ſicut eſt in caſu noſtro &c. Itẽ ſi bene conſideretur
glo. illa voluit, quod illis modis finiretur ſicut eſſet pro
pter ætatem, quia tunc eſſet finis tutelæ, tunc etiam eſ-
ſet finis actoriæ maxime re integra, vt dicit l. 1. C. de a-
ctore a tutore ſeu curatore dãdo. & l. in quibus potuit.
C. in qui. cau. tu. ha. cum iuribus ibi alle. & l. curatorẽ.
ff. de tuto. & cu. da. ab his. ibi allegatis, ita glo. cũ ibi no
rat is in l. ſolet. ff. de tutel. & ibi dom. Bart. & ſic non ſem
per finita tutela expiret actoria, ſed regulariter prout
dicit Barto. in l. actor. ff. rem ra. ha. Tunc enim cùm lis
eſt conteſtata per eum, tunc tanquã dominus effectus
inſtantiæ non poteſt dici acceſſorius, nec habere depẽ-
dentiam a tutela tanquam principali, quod bene eſſet,
quando non eſſet lis conteſt. vel quando ipſe tutor con
ſtituiſſet procuratorem poſt litis cõteſta. & hoc voluit
ſentire dominus Bald. in l. neque. C. de procu. ibi ex p̃-
miſſis infero ad reuocationem tacitam &c. dum dicit
re integra &c. Item per ſimile ſicut procur. ſuſtitutus
ab alio procuratore non poteſt reuocari etiam expreſ-
ſe a procuratore ſubſtituente. vt in c. his qui. de procu.
lib. 6. ſicut etiam dicitur in vero domino conſtituente
procuratorem, qui poſt lit. conte. a procur. non poteſt
ipſum reuocare etiã expreſſe, niſi ex cauſa, vt in l. poſt
litis. ff. de procur. & in c. quamuis. eo. ti. lib. 6. ſimiliter
etiam per reuocationem tacitam non debet expirare,
ut in caſu noſtro, quæ eſt tacita, ſicut nec expirat procu
rator re non integra. l. ſed defectus. §. ſed de procur. Si-
2 militer videmus in curatore dato ad lites † qui eodem
modo reuocari poteſt, quo reuocatur procur. vt l. ſi qs.
in fi. cũ glo. & ibi Barto. ff. de procu. ergo & in iſto, qui
ſimilis cenſetur. Iſtos enim actores æquiparat Azo. in
ſumma in fi. de procu. ipſis procur. quantum ad reuo-
cationem & alia. Idem etiam videmus in actore vni-
uerſitatis, vbi etiam non reuocatur poſt litem ab eo cõ
teſtatã, ſicut nec procur. Et ex eiſdem cauſis mutãdi a-
ctoris poteſtas eſt, ex quibus procuratoris, qm̃ ipſe pro-
curator partibus fungitur, vt in l. item eorũ. §. ſi actor.
& §. pe. & vlti. ff. quod cuiuſque vniuerſ. Idem etiam di
camus in hoc actore, & plus ẽt in actore, quàm procu-
ratore. quoniam in cõſtitutione huius actoris debet in-
tercedere auctoritas iudicis, quæ non requiritur in cõ-
ſtitutione procur. l. decreto. ff de admi. tu. & not. in d. l.
neque. & l. ſi actor. C. de appel. & Inſti. de cura. §. fi. & l. a-
ctor. ff. rẽ ra. ha. & ibi not. merito propter decretũ & iu
dicis auctoritatem debet etiam plus ſubſiſtere actus ab
eo geſtus. vt l. i. §. item Pomponius. ff. quod falſo tutore
auct. ibi, niſi forte. argum. in l. ait prætor. §. permitti-
tur. ff. man. alias enim decreta prætorum eſſent illuſo-
ria, quod eſſe non debet, nec eorũ beneficio debemus
decipi. l. ſi prætor. ff. de iud. pro hoc ẽt tex. in l. vulgo. ff.
de admi. tu. ibi, vel an duret, & ibi æquum eſt aduerſa-
rium non decipi. Ad prædicta quod not. per Cyn. in l.
non utiliter. de eo qui pro tutore negocia geſſit. ex quo
etiam poſſet dici, ꝙ non per ſolum tutorem talis actor
poſſet reuocari, quando actor eſt litem conteſtatus, ſi-
cut dicitur de procur. conſtituto a tutore, qui demum
poſt lit. cont. conſtituerit, vt d. l. neq;. Ad hoc quod not.
in l. neq;. præalleg. & l. ſi per epiſtolam. ff. de acqui. hær.
per d. Bar. & l. ſi quis mancipijs. §. primo. ff. de inſti. per
Gui. de Cu. & in l. actor. ff. rem ra. ha. pro hac parte fa-
cit, quòd non videatur reuocatus, ſeu non expiret iſte
actor, licèt alius tutor fuerit datus, ſi lis eſt conteſtata. fa
cit text. in l. ſancimus. §. ſed & ſi quis ſequenti. cum glo.
in ver. per procuratorem ſit conteſtatus, ſi iſte domin⁹
efficiatur furioſus, & ei detur curator generalis, quod
lis cępta per procuratorem debet finiri, & in caſu nr̃o
ita erit. Idem etiam ſi primo ſit datus curator ad litem
pupillo, vel adulto, q litẽ eſt ꝯteſtatus, ſi poſtea det̃ tutor
uel curator pupillo, uel adulto generalis præferretur cu
rator ad litem. Et ita determinat Mart. de Fan. C. de in
litem dan. tu. Item ſi detur tutor ad certam cauſam
uel actum duret eius poteſtas, donec actus finitus ſit,
vt l. ſi impuberi, ibi, donec reſtituatur. ff. de tut. & cura.
da. ab his. & l. curator. in gloſſ. eo. titu. ergo iſte actor
ad lites datus durare debet donec duret & lis. Item ip-
ſe debet appellare, licèt non proſequi. l. ſi actor C. de ap
pel. ergo ante ſententiam non expirat. non ob. cle. fin.
de procur. quia loquitur in alio caſu, & in conſti. a præ
latis. &c. vt ita not. gloſſ. quid plus, quid eſt, quòd nõ de-
beat valere iſta tenuta, quia etſi non eſſet aliquo mo-
do defenſus iſte pupillus, valuiſſet iſta miſſio, quæ vide
tur primum decretum, ut l. eum qui. C. de procurat. &
l. iiij §. recte defendi. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. cum
ſi. quantomagis ſi adfuit actor conſtitutus ad litem le-
gitimæ, & iudicis auctoritate, licèt etiam expiraſſet. Cę
tera ſuppleat magna ſcientia conſultoris, qui ſalubre
conſilium dignetur impartiri. Quando ex ſupraſcri-
ptis quæritur quid iuris, Quoniam ſuper eo, de quo
q̃ritur, tam abunde, quàm ſubtiliter, quod allegari po
tuit, allegatum eſt. mihi concluſiue dicendum videtur,
valuiſſe ſententiam pro parte dicti Sempronij, ut pro-
batur, latam, ea potiſſime conſideratione, quoniam of-
ficium procuratoris, ac actoris, qui procuratori ſimi-
lis in his exiſtit vt ſuperius efficaciter eſt monſtratum.
Regulariter re non exiſtente integra, quale eſt in iudi-
cijs poſt lit. conteſt. vt ff. de procur. l. poſt litem. & not.
in præalleg clem. fina. extra. eod. titu. Morte eius vel
aliter finita poteſtate eius, a quo mandatum, uel offi-
cium illud procuratoris, vel actoris proceſſerat. l. non
finitur, ut C. de procur. l nulla. & in Inſtit. mand. §. item
ſi adhuc, cum pleriſq; alijs ſimilibus. Hic autem ca-
ſus noſter exceptus non inuenitur, igitur ſub regula
permanebit. argum. ff. de uerb. oblig. l. pluribus. §. & ſi
placeat. de teſtam. milit. l. tribunus. §. fi. & not. per Dy.
in rubrica. extra de re. iu. lib 6. uerſus finem apparatus
3 ſui. Rurſus † qui dicit aduerſarium ſuum ab aliquo iu-
re ſpecialiter prohibitum in his, quæ ſunt de genere
permiſſorum, id probare debet lege & conſtitutione,
ut ff. de proba. l. ab ea parte. ad cle. fina. de procu. quæ
hanc partem magis ſuadere uidebatur, ſupra reſpõſum
eſt, & adhuc ex inferioribus apparebit reſponſio. Mo-
uet quoque & illud in hanc ſententiam, quoniam etiã
poſt finitam tutelam pubertate, qua magis proprie tu-
tela finitur. cùm nec tutori ulli amplius locus eſſe poſ-
ſit, durat tutoris officium in connexis, & in his, quæ an-
te finẽ tutelę fuerãt inchoata, ut ff de admi. tu. l. ita aũt.
§. ſi tutor. & §. fina. & de tu. & ra. diſtr. l. ſi tutor. Cur nõ
igitur eadem ratione durabit officium adiutoris ſui in
his quoq;, quæ ſunt cępta uel geſta per ipſum adiutorẽ
connexa.

connexa. Quinimmo ex perſona tutoris mortui in cõnexis uel etiã cœptis hæres ipſius quondam tutoris, quãuis in tutelam non ſuccedat, ſicut nec hæres ſocij in ſocietatem, ut ff. de his qui not. infa. l. iur. §. pe. ipſa tamẽ explicare debet & poteſt, ut C. de hæred. tu. l. j. & ff. de app. l. rutor. & l. negociorum. §. fi. & l. fi. §. ſubſtituti tutores. & ſi tutor uel curator. l. fi. & ſi pen. appel. l. j. §. fin. ſicq; ad aliam perſonam transfertur inſtantia iudicij. quanto ergo magis ex perſona ipſius tutoris, licèt tutela finita. in eadem perſona cœpta inſtantia iudicij permanebit, hoc eſt, adiutoris ipſius tutelæ. Et hanc ſententiã uĩ tenuiſſe dñs Io. de Lig. poſt Ber. & Laudun. in præal. cle ult. de procu. in prin. ſui cõmenti ſuper ea. in ij. q. Cuius uerba quĩa pleriſq; non habentur, hic mihi ab re nõ inſerenda apparuit. Quærit inquit Bernardus, an ſit idẽ in rectore hoſpitalis, Quidã dicunt ꝙ ſic, propter identitatem rationis. ſ. uitandũ periculũ, & quia fauor ampliandus, & licèt hoſpitalia non conferantur, nec cadant ſub litis beneficialibus de præben. clem. per literas. & de relig. domi c. quia contingit. nõ propterea debet inferri quin procedat hęc conſtõ, quia hic fauor, ibi odium, quia ambitio finaliter tenet. Laudun. tenet cõtrarium, & uera eſt eius opinio. Nam rector hoſpitalis, ubi non eſt collatum in titulum, non poteſt procuratorem conſtituere ante lit. cont. quia eius induſtria eſt electa, ut in præalle. cle. quia contingit. & tales rectores habent inſtar tutoris, ut ibi, ergo non conſtituunt procuratores, ſed actores cũ auctoritate epĩ, ut l. neq; tutores. C. eo. ti. nec ualet identitas rationis, quia hic procurator, uel uerius actor conſtituitĩ cum iudicio ordinarij. & non eſt uerisimile, ꝙ eum cõſtitueret, niſi eſſet idoneus, ſecus in præiaro, qui conſtituit nepotes, & alios coniunctos. Non ob. c. petitio. ſ̃. eo. titu. quia licèt non ſit differentia quo ad effectum, tamen dña quo ad modum cõſtituendi, ſeu ſolẽnitatẽ. Nam aliter conſtituitur actor, aliter ſyndicus, aliter procurator, ut plene notaui in d. c. petitio hæc ſunt, quę ſcribit Io. de Li. ubi ſ̃. Ex quibus manifeſte colligitur, ꝙ officium actoris mortuo tutore in iam cœptis, uel connexis non finitur dixerit aliquis, cum in re propoſita mater ad ſecundas tranſiens nuptias repellatur a tutela filij uelut ſuſpecta, ut C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. in fi. Et not. in authen. ſacramẽtum. C. quando mu. tu. oſ. fung. po. ipſa non poſſet cãm etiam cœptã per ſe proſequi, ut ff. de ſolu. l. quod ſi forte. § j. & de procur. l. quæ oĩa. Igitur nec adiutor eius, hoc eſt, actor ab eo ꝯſtitutus, Sed reſpondebitur, ꝙ cũ eſſet ſuſpicio in actore ab ea conſtituto, & ſi non ſit eadem in actore ratio, ꝓſequi poterit & debebit actor, ꝗuis ipſa non poſſit argu. extra. de offic. deleg. c. is cui, lib. 6. maxime propter iudiciariam auctoritatem, quę in conſtitutione actoris requiritur, quæ omnem amouet ſuſpicionem. Et ex his & cæteris plurimis, quæ ſupra relata ſunt in hanc procliuior ſum ſententiam, ut ea ſententia tenuerit, pro qua quoque generales regulæ. ff. de uerbo. ob. l. quoties. & de reb. dub. l. quoties. & de reg. iu. l. quoties. Præſertim ſi ꝓponereĩ, agẽtem nuptias ignoraſſe, quod præſumitur. arg. ff. de procur. l. ſi procuratorem. & de proba. l. uerius.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Citatio incerta, an valeat, & an ea, quę tacite ſubſunt habeantur pro expreſſis. Et an ſi ſit facta executio pro parte ſententiæ, ſit pars citanda in reliqua parte. Et an cohærentiæ ſint de ſubſtantia adiudicationis domus factę per iudicem.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio dicitur tam perſonam, quàm uerba & bona ſtipulantis includere.*

2 *Error ſcribentis minus ſcribendo & plus nuncupando nocere nõ debet*

3 *Condemnatus an in executione rei, de qua in condemnatione mẽtio facta eſt, citari debeat.*

CONSILIVM CLXXXIII.

CIRCA Primum conſultationis articulũ videretur prima fronte, citationem nullius eſſe momenti deficiente perſonæ nomine in commiſſione & præcepto iudicis, quæ citari debuerat, tum quia citatio non valet, niſi prius Iudex de certæ perſonæ citatione ſeu exhibitione præcepit, vt C. de exhib. reis. l. fi. tũ quia incertitudo perſonæ citati de citatione vitiat, etiam .i in præceptis & cõmiſſione faciendæ citationis nomen aliquod proprium inſeratur. arg. ff. de iud. l. eum quem temere. in prin. & quod ibi no. & de teſt. tut. l. duo. & de reb. dub. l. ſi quis ex pluribus. & de vſuf. le. l. qui plures. & bene. ff. de rei ven. l. idem Pomponius. § fin & quod ibi not. in glo. Multo fortius totalis omiſſo vitiabit. argu. ff. de rei vxo. act. l. vnica. in prin. Contrariũ tamen verius puto, tenuiſſe, videlicet citationem. Nam cũm Titius apud iudicẽ inſtaret, ut Sẽpronius citaretur. Ipſeq; iudex Titij requiſitioni cõſentiens, & ad eius inſtantiã ſimpliciter citari præcepit, Intelligendum eſt, iudicem velut requiſitioni ſatis agentem Ipſum Semproniũ iuſſiſſe citari, de quo apud eum petebatur & inſtabatur, ut citari debere iuberet, ar. eius, quod dicimus, ſi Titius interrogãu Seium promittis mihi dare ſtichũ, Seius interrogatus ſimpliciter reſpõdeat promitto, intelligitur & ipſi Titio promiſiſſe, quamq̃ de perſona Titij cui promitteretur. nil expreſſerit, & idẽ intelligitur de ſticho promiſiſſe ſ̃m ꝙ interrogabatur, ꝗuis de ſticho nil dixe

1 rit, & † tam res, q̃ perſona ſtipulatoris de ſubſtantia ſtipulationis ſint, & quod plus eſt, etiam verbis contrahatĩ ſtipulatio, ſicut hæc omnia probantur in Inſti. de inuti. ſtip. §. præterea. Iudicio namq; ſicut & ſtipulatione cõtrahitur, ut ff de pec. l. iij. §. idem ſcribit. Facit ad hoc qđ not. per gl. & doc. C. de teſta. l. iubemus. & in authen. ut ſpo. lar. §. quia vero. & C. qui teſt. fa. non poſ. l. hac conſultiſſima. §. actum. & de leg. ij. l. pamphilo. §. propoſitũ Rurſus ex præcedentibus & ſequentibus media declarantur, ut ff. de le. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. Sed hic in auctoritate in requiſitione iudici facta ſuper citatione facienda expreſſum fuit de Sempronio, in relatione nũcij facta in executione pręcepti ſibi facti per iudicẽ Sempronij perſona fuit expreſſa. In commiſſione executionis, vbi fit mentio actoris & citationis, fit expreſſio perſonæ ipſius Semptonij ſuo mandato citati per iudicẽ. Igitur & media hoc eſt ipſius iudicis commiſſio & præcepiũ de Sempronij perſona citanda exaudienda ſunt. Præſertim cũ ipſa commiſſio iudicis incontinenti & coniuncta ſcriptura, ad requiſitionem factam pertinet & ſequuta ſit, cũ dr̃ ꝙ iudex ſeq; ad prædictã requiſitionem præambulum referat dicens ad inſtantiam dicti Titij &c. Et viſis dictis actis &c. Vnde uehementi opinione credendũ eſt, tabellionem tacite repetitam intellexiſſe perſonam Sempronij ex præcedentibus, vt d. §.

2 præterea. Aut error ſcribentis † minus ſcriptũ & plus nuncupatũ, quod nocere non debet, etiã in his, quæ in ſcriptis agantur, cum error ex præcedentibus, uel ſequẽtibus colligatur, aut aliter comprobetur, ut C. de teſta. l. errore. & ff. de hære. inſti. l. quotiens. & de leg ij. l. cum proponebatur. & l. cum pater. §. cum imperfecta. & quod in eis no. per Bart. & C. de fide inſtrum. l. emancipatione. Ex quibus apparet reſponſum etiam ad allegata in diuerſam partem, quia loquuntur in omiſſo aut incerto protinus, quod ex præcedentibus & ſequẽtibus neque ſubintelligitur, neque per errorem omiſſum ſcribentis indubitate colligitur, & hoc de primo. Et quia hoc probatur, licèt non quæratur, de duabus beſtijs bouinis captis ex ſecundo, quæ non fuerant apprehenſæ per tenutam ex primo decreto datã. Videreĩ nihilominus etiã quo ad eas ſcđm valuiſſe decretum. Præſertim cum tẽpore primi decreti & tenutæ ea apprehenſio

prehenſio non apparet in bonis Sempronij, vt ex rela-
tione nuncij liquet.argu. l. quamuis,& eorum quæ ibi
nota.in gloſſ.& per Bartol.poſt Iacob.Bu.ff.de bo.auc.
iu.poſſ.

¶ Circa ſecundum quo quæritur.an valuerit conceſ
ſio tenutæ in reſiduo,quod deerat,cùm eſſet data tenu-
ta & interpoſitum ſecundum decretum ſuper certis bo
nis pro quantitate 150.flor. & ſic non erat ſatisfactum.
Dubium facit,quia non fuit facta citatio in hac conceſ
ſione, ſeu commiſſione pro reſiduo, & ſic non videtur
valere,vt C.vnde vi.l.meminerint.& ſi per vim vel alio
modo.l.final.& quod notat.ff.de acqui.poſ.l. iuſte poſ
ſidet. verius eſt tamen valuiſſe. nam iudex in ea com-
miſſione nil noui fecit,ſed quod iam in toto fecerat,in
parte iterauit. Ideoque nec alia ſolemnitate opus fuit.
ff.de teſtamentis.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt. Quin
imo nuncius ipſe, cui cõmiſſa fuerit tenuta & datio in
bonis & de bonis dicti Sempronij pro toto debito,po-
tuiſſet per ſe ſine noua iudicis commiſſione pro reli-
qua parte debiti, pro qua tenuta non dederat Titio, &
in quibus bonis Sempronij minime dederat, manda-
tum,quod nec dum fuerat exequutus, nec dum imple-
uerat,nec reuocatũ erat,aut finitum, exequi & imple-
re.arg.Inſti.man.§.mandatum.& ff.eod.l.ſi mandaue-
ro tibi.§.final.& l.inter cauſas, alias eſt ſi quis alicui.§.
qui mandatum. Quanto magis itaque potuit & repe-
tita iudicis auctoritate,etiam ſine alia Sempronij voca
tione id facere.argu.eius quod not.C.de pign.credito.
l. in creditore, qui ex pacto poteſt propria auctorita-
te poſſeſſionem pignoris nanciſci.Nam ſi ex vrbanita-
te velit vti iudicis auctoritate, non eſt neceſſaria debi-
toris citatio. Confirmatur quoque ſimiliter per argu-
mentum à maiori ex eo quod notatur per Bartol. pro
concordia.Cyn.in l.ab executione.C.quo app.non re-
3 ci.& Inno.in c.ex ratione.de app. † vt in executione iu
dicati ſi quidem fiat in eadem re, de qua in condemna-
toria ſententia continetur,non ſit neceſſaria citatio cõ
demnati,quo caſu intelligit not.Inno.citationem con
demnati minime requiri in executione rei iud.tametſi
aliud ſit pronunciatum, aliud executio vbi ſupra. An
vero facienda ſit executio in aliam rem, quàm de qua
pronunciatum ſit, & tunc vocandus ſit is contra quem
executio poſtulatur ſecundum Cyn.& Pe.in d.l.ab exe
quutione.vbi ita notat Bartol. Hic igitur vbi iudex nil
noui fecit ſecundum vim commiſſam plene cauſa co-
gnita exequutionem in bonis generaliter Sempronij
producentis floren. 150. quibus nondum ſatisfactum
fuerat, renunciauit, non erit neceſſaria iterata citatio,
quia nec cauſæ quoque cognitio vlterius fuerat iteran-
da.& hæc de ſecundo iudice,hoc eſt, qui ſucceſſit in lo
cum primi iudicis, qui generalem tenutam in bonis
præfati Sempronij conceſſerat & commiſerat, exaudi-
enda ſunt,quia idem iudex intelligitur.ff.de iudi.l.pro
ponebatur.& l.mortuo. & hoc de ſecundo articulo.

¶ Tertius eſt, quia tam domus, quàm apotheca, de
quibus tam primum, quàm ſecundum decretum pro
reſiduo fuerunt interpoſita, in primi decreti inter-
poſitione, & tenutæ conceſſione non fuerunt duobus
confinibus demonſtratæ,ſicut fieri in rebus immobili-
bus iuris ratio poſtulat,vt ff.de cenſi.l. forma. & notat.
per Barto.& cæteros in l.1.in princip.ff.de eden. Sed di
cendum conceſſionem & commiſſionem iudicis ge-
neralem tenutæ Titio in bonis Sempronij pro reſiduo
debiti hoc vitium pati non poſſe, cum fuerit generalis
non in res certas mobiles,vel immobiles,quæ tunc cer
tis demonſtrationibus exprimendæ ſunt,cùm ſpeciali-
ter,ſeu in ſpecie proferũtur, vt ff. de rei vẽdi.l.ſi in rem.
Cæterùm relatio miſſi executoris,quo rerum immobi
lium quarum tenutam ex primo decreto conceſſerat,
confinia non expreſſerit, non eſt ideo vitioſa putanda,
cùm alijs demonſtrationibus res, quæ agebantur, cer-
tas efficientibus vſus ſit,dum dixit domus, quam idem
Sempronius habitabat, & apothecas ſubtus ipſam do-
mum poſitas, quarum alteram ille, alteram verò ille
inhabitabat.Cùm namque confinium appoſitio ea ſo-
la ratione requiritur, vt res, de qua agitur, in incerto
non conſtituatur,vt C.qui te.fa.non poſ.l. hac conſul-
tiſſima.& not.in l.ſi rem.§.final. ff. de rei ven. & in d.l.
forma. Conſequens eſt, vt ſi aliter de corpore, de quo
agitur, conſtet, neceſſaria non ſit confinium adiectio.
Et hoc manifeſte voluit gloſſ.in l.hac conſultiſſima. li
cèt lex exigat in teſtamẽto cæci nomẽ hæredis inſtituti
proprium cum dignitatibus, & alijs indicijs exprimi.
ſi tamen ſola nominis commemoratio eum, de quo
cenſum fuerit,certum efficiat, &c. Quicquid enim rei
ſatis demonſtratæ adijcitur,fruſtra eſt,dicit iuriſconſul
tus.ff.de do. præle. l. 1. in fin. Rurſum ſi in confinibus
adiectis foret erratum,ſi tamen de corpore,de quo agi-
tur, conſtaret, nec in iudicijs nec in vltima voluntate
noceret,vt ff.de leg.3.l.patronus.§.1.& 2.& ita not.per
gloſſ.in præalleg. l. forma. Nec itaque nocebit obmiſ-
ſio, quæ par cenſetur vitioſæ appoſitioni, vt ff. qui ſa-
tiſd.co.l. final. C. de rei vx.ac.in princip. Cùm & forte
apud nonnullos peior ſit vitioſa poſitio, quàm proti-
nus omiſſa poſitio.ar.ff.de ac.emp.l.Iulianus.in princ.
Sic quoque cum certus homo petendus eſt,in proprio
nomine demonſtrandus eſt in petitione. vt in præalle.
l.ſi in rem.§. pe. Cùm tamenetſi fuerit erratum in pro-
prio nomine, vel protinus obfuturum eſt petitioni vel
iudicio,ſi de corpore conſtet.ff. de rei ven.l. idem pom
ponius ſi frumentum. §. cum in rem. Aut ſi omiſſo
proprio nomine alia demonſtratione certa petitor vta
tur,vt in præalleg.l.ſi in rem.§.pe. quæ ſi aliter maniſe-
ſta ſint, tantundem eſt, nihil enim refert ſecundum Pe
dium in libro de ſtipulationibus proprio nomine res
appelletur, an digito demonſtretur, an vocabulis qui-
buſdam oſtendatur quatenus vice mutua fungatur res,
quæ tantundem præſtat. ff. ſi cert. pet. l. certum. in fin.
Eoque magis hæc admittenda ſunt, quòd in ſecundi
decreti interponendi petitione & eiuſdem facta inter-
pretatione res ipſæ ſuis demonſtrate confinibus propo
nantur, quo ſecundo decreto in primo inchoatum ius
perfectiſſime conſumatur, quod maxime ſpectan-
dum eſt.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Apparens petitione hæreditatis tanquam proxi-
mior alicuius contra tertios poſſeſſores an debeat pro
bare ſe proximiorem,& de modo probandi quaſi poſ-
ſeſſionem proximitatis. Et an libellus incertus alterna-
tiuus vel generalis ſit admittendus. Et an petitio hære-
ditatis detur ad res alienatas per teſtatorem.

SVMMARIVM.

1 *Agenti petitione hæreditatis ratione cõſanguinitatis qualis incum-
bat probatio.*
2 *Vniuerſalis oratio non infertur ex particularibus affirmatiuis.*
3 *Tres vel quinque dici poſſunt multi.*
4 *Acta iudicialia illis nec proſunt, nec officiunt, quibus res indicata
nec prodeſt, nec officit.*
5 *In iudicio poſſeſſorio leuiores ſufficiunt probationes, quàm in peti-
torio.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

VISIS quodam proceſſu facto coram ve-
nerabilibus viris dominis conſulibus iu-
ſtitiæ Brixiæ inter Ioannem de Zono &
Reſcatium de Gambara parte vna, ſeu
pluribus, & nobiles Iacobinum Ioannem
de Iſeo ac Patinum de Quinzano ſuper poſſeſſione re-
rum hæreditatis quondam Thomaſij de Bellinis par-
te altera, ſeu alijs, & præcipue atteſtationibus te-

ſtiũ in ipſa lite productorum, necnon alio proceſſu fa-
cto coram egregio ac ſapiente viro domino Gilio de
Guidebonis legum Doctore, & tunc vicario domini
Poteſtatis Brixiæ per dictos nobiles & Paſinum agen-
tes, & dictos Ioannem & Reſeatium ſe tuentes occaſio
ne hæreditatis. & pro ipſa hæreditate Thomaſij, omni-
buſque actis & actitatis inter eas partes & atteſtationi-
bus teſtium vtrinque productorum, & inſtrumentis ex
hibitis, ac ſententia pro dictis agentibus lata contra di-
ctos reos per præfatum dominum vicarium, ac appel-
latione ſeu nullitate propoſita. Quæritur quænam fo-
re debeant partes iudicis appellationis in dicta cauſa,
vbi dicendum compendioſe videtur, debere dictum iu
dicem pronunciare iuſtam appellationem, & perpe-
tam iudicatum. Et ad hoc moueor, quoniam in hære-
ditatis petitione propoſita dicti Paſini nomine non eſt
probatum, dictum Paſinum agnatum proximum fuiſ-
ſe dicti quondam Thomaſini, quinimo nec agnatum
ſe conſobrinum, id eſt, ſexto gradu agnationis dicto
quondam Thomaſio conſtitutũ, ſicut narratur, quod-
que per actricem partem fuerat oſtendendum, vt C. vn
de leg. l. 1. & quod ibi not. Et quidem non probaſſe de
proprietate ipſius iuris agnationis, ſeu de ipſa agnatio
ne inter dictum quondam Thomaſium & dictum Pa-
ſinum nunc ſuperſtitem veraciter conſtituta maniſe-
ſtum eſt. Oportuiſſet namque doceri, quòd Batiolinus
& Paſinus prior, qui proponuntur fratres filioſque fuiſ
ſe quondam Ioannis, nati fuiſſent ex dicto quondam
Ioanne & vxore ſua, ſeu ex alia vxore dicti quondam
Ioannis in domo vicinis ſcientibus & ipſis Ioan. viro
& illa vxore ſimul cohabitantibus, vt ff. de his qui ſunt
ſui vel alien. iur. l. filium. & C. de nupt. l. ſi vicinis. cum
concor. Et conſequenter quòd ex dicto Bartholino &
illa vxore ſua legitima, ſeu ex illa vxore legitima natus
fuiſſet in domo vicinis ſcientibus, & ipſis Bertholino
& illa vxore ſua cohabitantibus Michelinis. Et ſimili-
ter quod Michelinus dicti Bartholini filius dictæ do-
minæ fuiſſet vir, ipſo Michelino & natis vxore ſua co-
habitantibus in ipſa domo, & ex altero quoque latere.
idem fuiſſe probandum de Paſino primo. & Thonino
dicto Francutio. & Paſino ſecundo nunc agente, quæ
1 omnia probata non eſſe manifeſtum eſt † Relinquitur
igitur non eſſe probatum per probationes veritatis
propoſitam agnationem ſeu conſanguinitatem inter
ipſum Paſinum nunc agentem, & dictum quondam
Thomaſium de Bellinis, de cuius hæreditate tracta-
tur & in gradu prætenſo, & ſic nec probatam fuiſſe de-
latam hæreditatem, nec quæſitam dicto Paſino nunc
agenti, & ideo dictam partẽ agentem hæreditatis peti-
tione in ſuę protinus intentione probationis defeciſ-
ſe atque deficere, & ream partem conuenienter abſol-
ui debuiſſe, quod cum contra factum eſt, ſequitur per-
peram iudicatum, & rectiſſime prouocatum. Sed nec
quaſi poſſeſſio dictæ conſanguinitatis, ſeu agnationis
oſtenſa eſt. Oportuiſſet enim per eius probationem cõ
ſtare, quod dicti Thomaſius & Paſinus ſuperſtites fu-
iſſent tractati & reputati ab omnibus eos cognoſcen-
tibus pro conſobrinis ſcilicet ſexto gradu agnationis
conſtitutis & filijs fratrum patruelium, vt in Inſtitu.
de cogat. §. 6. Et quarto vt vulgaribus vtar ſermoni-
bus pro ſecundis germanis, ſeu conſanguineis. hoc
probatur C. de teſtamentis. l. prima, ibi, omnium
conſenſu, & quod ibi in ſimilibus terminis plene per
Bartolum & Baldum, & ſimiliter de eorum Thoma-
ſij & Paſini parentibus & progenitoribus obſeruan-
dum erat ſi de quaſi poſſeſſione dictæ conſanguinita-
tis inter dictos Thomaſium & Paſinum fuiſſe tentos
& reputatos pro ſecundis germanis, & conſanguine-
is ab omnibus cognoſcentibus eos minime proba-
tum eſt. Nam ex teſtibus ſex productis in hac cauſa pe-
titorij tres primi nihil de hoc dicunt, licèt duo ex eis
ſcilicet primus & tertius dicant ſe audiſſe à domino
Ioanne de Iſeo, primus & tertius à domino Bernardo
de Madijs, ſicque ſint ſingulares, ſicque nil probent,
vt C. de teſti. l. iureiuran. ne in hac re teſtimonium
de auditu ſufficit, vt C. de teſti. l. teſtium. quod Miche-
linus & Francherius eſſent filij duorum fratrum, ſci-
licet Paſini primi & Batioſini. non enim per hoc di-
xerunt de omnibus cognoſcentibus eos, quod fuerat
neceſſarium, vt probatur per d. l. 1. de teſtam. & ibi no.
per Bart. cum multi alij potuerunt cognouiſſe dictum
Michelinum & Franchutium, nec probat hoc eſſe, vt
C. vnde legi. l. non hoc. Nec ſufficit quod alter eorum,
nec etiam ambo ſe dixiſſent inuicem fore primos con
ſanguineos, vt C. de proba. l. non nudis. & quia res in-
ter alios geſtæ, alijs non proficiunt, nec officiunt, vt
in rubro & nigro res inter alios acta. Sed nec quartus
videlicet Andreas de Buſchis, qui dicit, quòd dicti Mi-
chelinus & Franchutius tractabantur & reputabantur
pro conſanguineis germanis, dixit ab omnibus co-
gnoſcentibus eos. Nam & ſi vnus tãtum ſicut, deponit
de domino Ioanne de Iſeo, vel duo tantũ eos reputaſ-
ſent & tractaſſent pro conſanguineis germanis, ve-
rum erat quòd tractabantur & reputabantur pro con-
ſanguineis germanis. Nec tamen ſatisfactum foret iu-
ri, quod vult vt ab omnibus eos cognoſcentibus ſeu
omnium conſenſu pro conſanguineis germanis habe-
2 antur, nec à † particularibus affirmatiuis quibuſdam
infertur vniuerſalis oratio, vt eſt notum, vt ff. de re. du.
l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. & probatio debet de neceſ-
ſitate concludere, vt C. de prob. l. non nudis. & l. non
epiſtolis. & extra eod. tit. c. in præſentia. eoque magis,
quòd teſtimoniũ illud magna ſuſpicione laborat, cum
dicat id ſe audiſſe eo anno à domino Honoſrio, quod
Paſinus pater dicti Frãchutij & Bertholinus dicti Mi-
chelini fuiſſent fratres, cùm ipſe dominus Honoſrius
in ſua teſtificatione dicat oppoſitũ. Cuius domini Ho-
noſrij fides & auctoritas & grauitas notoria fidei dicti
Andreæ manifeſtiſſime deroget. arg. ff. de teſti. l. ob car
men. §. final. d. c. in præſentia. Amplius interrogatus de
ratione dicti ſui quid ſcilicet vidit dici vel fieri, propter
quod dicti Michelinus & Francherius reputarentur &
tractarentur pro conſanguineis germanis, dixit quòd
aliter neſcit, niſi vt prædixit & prædictis rationibus, &
ſic non reddidit bonam rationem. igitur non valet, vt
C. de teſti. l. ſolam. Neque enim dictum repetitum bo-
na ratio eſt, vt ff. de offic. procur. Cæſa. l. fina. in princ. &
quod ibi no. Neq; bona ratio eſt, qa dominus Ioannes
de Iſeo ita dixerit & multo peior, quia dominus Ho-
noſrius dixerit, vt ex ſuperioribus apparet. Eiſdem quo
que rationibus corruunt teſtificationes quinti & ſexti
teſtium. Nec mouet, quòd vltimus ſcilicet Franciſcus
dictus Saracenus dicit, quòd dicti Bartolinus & Paſi-
nus ſe inuicem pro fratribus reputabant, & tractabant,
& tenebantur, & tractabantur & reputabantur etiã pro
fratribus per alios, & maxime per dominum Ioannem
de Iſeo, & per multos alios nobiles & ciues Brixiæ, &c.
Primum, quia non dicit omnium conſenſu eos co-
3 gnoſcentium quod exigitur. Multi enim † ex tribus
vel ex quinque verificantur, vt C. eodem. de fideiuſ. l.
1. & ff. de ſepara. l. 1. §. quod dictum. & ſatis fragilem ra
tionẽ ſuæ teſtificationis aſſignat, & ſingularis eſt ac ſu-
ſpectus, qui vltro à Mediolano vſq; Brixiam profectus
eſt, vt teſtimonium id ferret ad inſtantiam Iacobini de
Iſeo, qui cauſam agit, & cuius grandis dignoſcitur ami
cus ex ſui ſerie teſtimonij, & ſic non idoneus, vt ff. de
verb. ſig. l. ſate. §. amicos. & de teſti. l. 3. in princi. ſicque
non eſt per teſtes in hac vltima cauſa productos dicta
quaſi poſſeſſio comprobata. Sed nec per atteſtationes
teſtium in quęſtione de poſſeſſione productorum, quo
niam primum ratione generali in alia cauſa producti
ſunt illi teſtes, & ſua perhibuerunt teſtimonia. vnde
etiam inter eaſdem perſonas, in alia tantum cauſa non
faciũt fidẽ, ſicut nec faceret iudicatũ, vt ff. de exce. rei iu.
l. ſi mater. §. eandẽ. & l. queritur. & l. ſeq. & l. an eãdẽ. §. fi.
4 Quibus. n. † caſib. nõ officit vel ꝓficit res iudi. nec acta
proficiunt

proficiunt vel officiunt. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fina.. & l. ſeq. & ibi per Barto. & C. de eden. l. 2. &c. Deinde & eiuſdem rationibus, quibus teſtes in petitorij cauſa productos deficere comprobaui, & ſpecialiter in ratione in Bertono primo teſte, qui in vtraque cauſa perhibuit teſtimonium, & varie, cõtra l. qui varia. ff. de falſis. & l. 1. §. 1. Federicus vero de Salis, qui fortius videtur dicere, quod publice tractabantur & reputabantur pro germanis Michelinus & Frãchutius per cognoſcẽtes eos, non dicit per omnes cognoſcẽtes eos. Nam etſi duo tantum tractaſſent & repudiaſſent, vt dicit, vera eſſet ſua teſtificatio, nec tamen id ſufficeret ad probandam quaſi poſſeſſionem, de qua quæritur, vt ſupra deductum eſt. Stephanus vero filius quondam Betini deprehenditur falſum dicere, dum dicit quod ſuper 12. & 13. poſitione quodmodo poſſunt eſſe ann. 16. vel circa. ꝙ Michelinus à ſemet dixit, &c. cùm tempore dictæ depoſitionis, quod fuit 1421. iam fuit mortuus dictus Michelinus per 27. ann. vel circa, vt ex inſtrumento facto 1394. in domo domini Gerardi de Aluẽtis, vbi dicitur Thomaſius filius quondam Michelini, & ſic iam mortuus erat Michelinus pater Thomaſij per not. ff. de neg. geſt. l. diuortio. & ff. ſi cert. pet. l. eius qui. & tu magis ſcite potes, &c. vt ff. de teſti. l. 3. & per ea, quæ dicta ſunt ſupra maxime circa Federicum de Salis. Reſpondetur ad dictum Comini filij quõdam Vbertini Rappe ſuper decima depoſitione. Sic itaque nõ fuit probata dicta quaſi poſſeſſio conſanguinitatis vllo gradu, multo minus in omnibus gradibus & perſonis, quod expeditiſſimũ eſt, quinimo per reos probatum eſt oppoſitum per quatuor teſtes. vnum primum ex teſtibus partis actricis videlicet dominum Honophrium, qui cæteros moribus fide, & grauitate præcedit, vt eſt notorium. Ipſe namq; dicit, ſe cognouiſſe Bertolinum, Paſinum & Ioannem, & Paſinum quidem ac Ioannem fratris tenuiſſe & reputaſſe. Ipſum vero Bertolinum nequaquam tenuiſſe aut reputaſſe fratrẽ Paſini, nec vnquam id audiſſe. Sed ſunt & tres teſtes à rea parte producti in cauſa petitorij ſuper tertio capitulo concorditer deponentes ex vltimis ſeſe cognouiſſe Thomaſium Michelinum, & Franchutium, nec vnquam audiſſe ab ipſis, vel alijs, quod eſſent attinentes, imo nec de eadẽ progenie. Sic igitur apparet quatuor eos cognouiſſe, & non pro attinentibus reputaſſe, per quod apparet non eſſe verum, quod omnes illos cognoſcentes pro conſanguineis reputarent. & ita dicit Barto. in d. l. 1. in fi. de teſta. Porro & hæc documẽtis publicis adiuuatur, cum ex ipſis & teſtium depoſitionibus ac actricis partis capitulis deprehẽdatur, duos fuiſſe Bertolinos, alterum filium quondam Vgolini, vt pleraque documenta teſtantur, quibus propter rem antiquam & ipſorum inſtrumentorum numerum grandis fides & vberius adhibenda eſt. vt not. C. de iure delib. l. cũ aliquis. per Cyn. & Bald. poſt glo. alterum vero filium Io. ex quibus inſurgit certitudo perſonæ Bertolini, ex quo natus ſit Thomaſius à Bertolino Vgolini, & conſequenter manet in incerto vinculum agnationis. Cùm autem negari non poſſit, rem & iura partis vtriuſque ſatis in obſcuro fuiſſe, hoc namque nemo qui ſapiat, diffitebitur, debebat profecto iudex principalis cauſæ pro reis potius ferre ſententiam abſolutoriam. ar. in cap. cùm ſunt. de reg. iur. lib. 6. & Inſti. de interdi. §. commodum. & ff. de re. iu. l. fauorabiliores. & de reg. iu. c. inter pares. & cùm teſtes omnes pro parte dictorum agentium introducti ſuper articulo vocis & famæ publicæ interrogati reſpondeant, ſe ſupradixiſſe quod ſciunt, & quę ſupradixerunt non ſufficiant ad ſuę probationem intentionis vti ſupra deductum eſt, conſequens eſt, nec vocẽ nec famam publicam de dicta cõſanguinitate probatam. palam namque eſt, non depoſuiſſe teſtes ipſos ea, quæ ad famæ publicæ probationẽ neceſſaria ſunt ſecundum magiſtralem doctrinam per Barto. traditam. ff. de quæſti. l. de minore. §. tormenta. quæ ex ipſa atteſtationum lectione deſuiſſe clareſcunt. Ideoque conulto ſtudio breuitatis pertrãſeo. Rurſum ſi res ſtricte diſputandi rationi ſubdetur, oſtenderetur, nec ſi probata fuiſſet quaſi poſſeſſio ſæpe dictæ conſanguinitatis, tametſi diuerſa ſententia præualuerit, recte prouocatum, ſed perperam iudicatum, cum non ſufficiat in petitorio de ſolo poſſeſſore ſeu quaſi poſſeſſore probare ad referendam ſententiam condemnatoriam contra rerum poſſeſſores, ſed oporteat de ipſa conſanguinitate ſeu ꝓximitate ꝓbare, vt ſatis exprimit tex. ff. quor. bo. l. 1. licèt ibi glo. fina. videatur contra. Sed diceretur

5 in iudicio poſſeſſorio intelligendam gloſſ. † in quo poſſeſſorio ſufficiunt leuiores probationes, quàm in petitorio. vt nota. Bart. C. vnde vi. l. momentaneæ. & l. inuaſor. & apertius in præalleg. l. 1. quorum bo. in eo quod quærit de differentijs inter hæreditatis petitionem, & interdictum quorum bono. Item facit l. non ignorat. C. qui accu. non poſ. quamquam & gloſſ. ibidem l. illam cum vaticinatione reſtringat, ſicut & reſtringit d. l. 1. in fin. ff. fa. erc. vbi qui quaſi cohæres hæreditarias res in parte poſſidet, debet probare ſe cohæredem. & ad idem ff. de euic. l. ſi mancipium. §. 1. licèt quidam, & non recte, inducant in oppoſitionem præalleg. l. 1. fac. erc. & recte intelligenti eſt expreſſum. ff. de proba. l. quoties. in princ. vbi patronus in quaſi poſſeſſione patronatus conſtitutus, ſi agat de operis, & ſic actoris partes ſubſtineat, probat ſe patronum, quamquàm in præiudicio, ſcilicet actione in rem præiudiciali, qua à liberto conuenitetur, partes ſubſtineat poſſeſſoris, & hoc fuit de mente Nic. de mat. quem refert Baldus C. de proba. l. ſi epiſtolis. nec contradicit gloſſ. in l. non nudis. prima & vltima ſimul iunctæ, quia ibi in cauſa ſummaria alimentorum ſicut gloſſ. intelligit: ideoque leuiores probationes ſicur dixi in poſſeſſorio ſufficerent. & l. quoties. ff. de proba. loquitur in eo, qui erat reus, & habebat actorem pro ſe confitentem. Sed quia difficulter hic intelligeretur prætereundum hoc cenſeo. Illud poſtremo circa petitionem notandum eſt, quòd non videatur procedere propter incertitudinem perſonæ ſeu perſonarum agentium. petitur enim condemnari poſſeſſores ad reſtitutionem rerum Paſino, Iacobino ac Ioanni & cuilibet eorum & ſic inſolidum & ſubiungitur, & cui eorum de iure melius poteſt, & ſic ea petitio continet repugnantiam, impoſſibilitatem, & incertitudinem. Repugnantiam & impoſſibilitatem, quia petitur & ſingulas eorum pro partibus & in ſolidum condemnari, vt ff. de duo. reis. l. reos. §. cum tabulis. Nec talis petitio inſolidum ſine alia proteſtatione debuit ex parte actoris admitti, ſicut nec ex parte reorum. argu. ff. de fideiuſ. tu. l. 1. & notat. per Bartol. C. ſi plu. vna ſen. ſuc. conden. l. 1. & incertitudinem eorum, quia dicitur & cui eorum de iure melius poteſt, debuerunt enim actores inter ſe conſtituere, quis eorum peteret, & cui facienda foret condemnatio, non ſub alternatione & obſcuritate reos conuenire, qui & declarare potuerunt, vt C. de accu. l. final. Et ſi in libello non admittitur alternatio actionum in fin. quoniam ex facto rei inſurgeret probabiliter actori incertitudo, vt ff. de regul. iur. l. nemo ex his. §. quotiens. & de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. & quod ibi not. & de iureiur. l. prætor edixit. in prin. quanto minus in agentium partibus ſuſtinebitur obſcuritas & alternatio, & facit ff. de ſtip. ſer. l. item ſi ſeruus. §. fina. iuncta l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. Sed & poſito quod procederet talis libellus ſine præiudicio veritatis, cùm poſſeſſorium etiam videatur propoſitum, obſtabat exceptio rei ſemel iudicatæ inter ipſos de Iſeo habentes cauſam à Paſino, & ipſos Ioannem & Reſcatium apud conſules. in quo iudicato ſolum ius petitorij fuerat dictis nobilibus reſeruatum. arg. ff. de except. rei iu. l. ſi à te. hæreditatis petitio non recte videtur ab eiſdẽ propoſita, nõ quidem directa de Paſino, qui ius ſuum alienauerat, & in alium reum proprietatem tranſtulerat, ſi quã habuiſſet, vt ff. de pact. l. ſi cũ emptore. & de tranſa.

l.final.§.ſi hæres.vbi per Bartol. poſt Iacobus de Areti. & abſurdum videtur hæredi etiam vero,qui res hæreditarias vendidit & tranſtulerit in alium, poſſe ipſas res à poſſeſſoribus vendicare,dominio earum in alium iam translato,quinimmo hæres qui ſolutio rei hæreditariæ nactus eſt, amplius hæreditatis petitione non poteſt etiam petere,vt ff.de fideicom. hæred, peti. l. 1.in gloſſ. 1. & in l.final.in gloſſ.magna.& Azo in ſumma. Poſſedit autem idem Paſinus, vt in 20. & in 21. poſitione apud conſules faſſus eſt, ipſi autem Iacobinus & Ioãnes ſuo nomine hæreditatis petitionem non habent, præſertim cùm res ſingulas, non hæreditatem eis dictus Paſinus vendiderit.& poſito ſine præiudicio,quod habuiſſet,non eam propoſuerunt, cùm in ipſo libello de ceſſione nullam ſecerunt mentionem, quod oportebat narrari,ſi vtili hæreditatis petitionem quaſi ſibi ceſſam intendere voluiſſent. licèt enim in emptorem hæreditatis tranſeãt vtiles actiones ſine ceſſione, cùm tamen hæres heteditarias res ſingulas vendidit, non tranſiret hæreditatis petitio vtilis, niſi ceſſa in emptorem, quia hic caſus nõ eſt numeratus inter caſus ſpeciales, ex quibus ex ſolo titulo tranſeant actiones ſine ceſſione, qui numerantur in l. 1.C.de act.& obl.per gloſſ. Et cum libellus,etiam ſi claudi potuiſſet, ſit obſcurus an ea proponeretur,& petita fuerit declaratio quæ facta fuit, debuit rea pars vi exceptionis declinatoriæ, quæ per decretum in tempus diffinitiuæ & diſputatione ſuper diffinitiua differtur, à iudicij obſeruatione abſolui, non vt factum extitit condemnari.Quoniam tamen magis reæ partes,quæ iuſtitiam ſonept in meritis cauſæ, ſicut ſuperius demonſtratum eſt, diffinitiue abſolui debent, ſuper hac declinatoria non inſiſtendum curaui.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *Deſenſor comparens animo nouandi an & quando ſit admittendus. Et an compromiſſum poſſit peti ex forma ſtatuti, quando cõparet aliquis pro perſona coniuncta,*

CONSILIVM CLXXXV.

SVPPOSITO ſtatuto ciuitatis Belui. quòd attinentes vſque ad quartum gradum vtriuſque lineæ rectæ, & tranſuerſalis ad compromiſſum cogantur in arbitros,& arbitrarores,&c. De quæſtionibus inter eos motis Hieronymus conuenit ſer Antonium fratrem ſuum de certis rebus velut ſibi ab eo debitis, comparuit ſer Andreas tanquam deſenſor, & deſenſorio nomine dicti ſer Antonij iudicium ſuſcipiens animo nouandi.Hieronymus cõtradixit dicens non eum idoneum deſenſorem, & competit dictum ſer Antonium ad compromiſſum compelli ſecũdum formam dicti ſtatuti, quæritur quid iuris.

1 ¶ † Pro determinatione propoſitæ quæſtionis ſciendum eſt,quòd licèt inuitum & ignorantem poſſit quis deſendere,& inuito eo,qui agit,vt ff.de eo quod cuiuſque vniuer.l.1.in fin.& de ſol.l. ſolutionem.ibique notatur.& de procur.l.ſeruum quoque.§.publice.& C.eo. l.exigendi. Sed tamen ſi velit alium deſendere animo nouandi, & in ſe ſuſcipere iudicium animo nouandi obligationem, deſendendi & eum protinus liberandi, non poteſt id facere,nec auditur inuito actore, nec taliter comparens idoneus deſenſor reputatur,nec tanquã idoneus deſenſor admittendus, etiam cum ſatiſdatione,quia nemo creditor inuitus cogitur mutare debitorem,per l.ſi mandato meo.§.1.ff.mand.& ita notat.per gloſſ.& poſt gloſſ.per Bartol.ff. de ſol.l.ſolutionem. & de procu.l.non ſolum.in princ. & l. ſi actor. vbi ita determinat Barto. ſpecies, procuratorio nomine ſimpliciter & in rem ſuã & deſenſorio nomine nouandi animo vel non comparẽtis,licèt gloſſ.videatur dixiſſe oppoſitum in l.liberto.§.ſi.ff.de ne.ge. Sed corrigitur per omnes,& per Dy.in d.l.ſolutionem.& per Barto. in locis vbi ſupra referentem cæteros doct.in eandem ſententiam conſonantes,& habet rationem.ſicut enim debitore inuito non ſit nouatio, vt alij creditori delegetur,cum & per ſtipulationem fiat delegatio,quæ ſtipulatio conſenſu fit,vt eſt expreſſum in l.1.C.de nouatio. ita quoque & pari ratione nec inuito creditore facienda eſt nouatio,quæ fit per litis conte.vt ff.de noua.l. delegare.§. final. cùm & litis conteſtatio ipſorum quoq; litem conteſtantium fiat conſenſu,vt C. de lit. conteſt. l.vnica.Hoc itaque præmiſſo,quod eſt veriſſimum,cõſequens eſt, dictum ſer Andream nõ eſſe idoneum deſenſorem dicti ſer Antonij, nec idoneè comparuiſſe, nec nouatione liberatum dictum ſer Antonium à dicto Hieronymo,ſi ſibi tenebatur.perdurat itaque lis & controuerſia inter ipſos fratres ſicut prius.Nec per eiuſmodi comparitionem,ſeu oblatam deſenſionem à perſona dicti ſer Antonij ad dictum ſer Andream translata. Et ideo ad rectores ciuitatis Belui, coram quo ipſa quæſtio mota eſt indubie pertinet, partes ipſos fratres ad faciendum compromiſſionem compellere ſecundum formam ſupra relatæ conſtitutionis municipij dicta comparitione dicti ſer Andreæ deſenſorio nomine animo nouandi ſacta non conſentiente dicto Hieronymo protinus non admiſſa, ſed repulſa. Et hæc etiam pars non tantum ſtrictis rationibus iuris conſentanea eſt,verum & æquitati,vt inter fratres diutius, & honeſtius,ac minoribus ſumptibus, & incommodis litibus & controuerſijs exitus debitus imponatur. Præſertim cum & fraudis ſuſpicione non careat eiuſmodi cõtra ſolitum morem oblata deſenſio,ſacta nempe eſt in fraudem d.l. municipij. & per huiuſmodi commenta lex illa protinus elidatur & effectu quodam ius ſcriptũ tollatur. Quod profecto ſufficere foret perniriosum, exempla faciunt optime ff. de condi.inſti.l. ſi quis ſub conditione.& ad l. ſalc.l.ſeuus & Angerius,& de tranſact.l.cum hi.§.ſi cum lis,&c.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Cedens an poſſit poſt ceſſionem ſolutionem recipere, vel aliter ceſſionario præiudicare. Et an nomen debitoris poſſit vendi, ita quod actio directa emptori quæratur. Et quis præferatur an habens vtiles, an directas actiones. Et quãdo ratihabitio mãdato cõparatur.

SVMMARIVM.

1 *Vtiles act. ipſo iure tranſire poſſunt ex ſolo contractu emptionis ſoluto precio.*

2 *Creditor quare in pignoratitia actione potior eſſe debeat hæredibus debitoris.*

3 *Debitori per teſtatorem liberato competere poteſt actio ex teſtamento contra hæredes pro liberatione.*

CONSILIVM CLXXXVI.

PRO determinatione eius, de quo quæritur principaliter ſcilicet an ceſſio actionũ facta per hæredes dicti quondam Andreæ Antonij Laurent. ſuptaſcripto contra dictam dominam Magdalenam vtilis & efficax ſit ad exactionẽ dictorum quingentorum aure.in quibus domina Magdalena dicto ſuerat Andreæ condẽnata,dicto Thorio gentili refragãte dictæ ceſſioni,& executioni, videtur mihi ſuppoſito pleno & ſufficiẽter mãdato in perſonam dicti Nicolai Buchamaci à dicto quondã Andrea facto ad ea explẽda, & gerenda,de quibus continetur in ſcriptura priuata manu dicti Thorij,de quo mãdato poſt in fine ſubiungã, dictum Lau-

rum

rum minime poſſe vigore dictæ ceſſionis & factæ per
hæredes dicti quondam Andreæ contra dictam domi-
nam Magd. efficaciter experiri, ſeu ab ea exigere dictos
quingētos aureos ipſo Thorio refragāte. Cuius rei gra-
tia ſciendum eſt, quod dictus contractus inter dictū Ni
colaum dictum procuratorem dicti quōdam Andreę,
& dictum Thorium celebratus, vt in ipſa priuata ſcri-
ptura continetur, de ſoluendis per dictum Thorium di
ctis quingentis aureis, quos ex condemnatione debe-
bat domina Magda. dicto Andreę, ita & ipſi Thorio ce-
derentur, & præſtarentur actiones ipſi Andreæ compe-
tentes contra dominam Magda. fuit emptio & vendi-
tio nominis ipſius debitricis dominę Magda. ar. ad hoc
ff. de ſolu. l. modeſtinus. in fi. de fideiuſ. l. ſi dubitet. in
princ. & ibi nec enim, &c. & l. cum his. & C. eod. titu. l.
mandati. licèt ibi loquatur in correis, ſeu pluribus eiuſ
dem pecuniæ debitoribus. Sed non eſt differētiæ ratio,
hoc ſolum intereſt, quia illis eiuſdē oblationis partici-
pibus debitū offerentibus & ſoluētibus cogitur credi-
tor nomen vēdere & actiones pſtare, vt illis legibus, ad
quod non cogeretur extraneo hoc eſt ad nominis ven-
ditionem quantū licèt ipſe extraneus paratus foret pro
debitore ſoluere, vt C. de ſol. l. nulli. & benefacit p hoc
C. de contrario iudi. tu. l. 2. cum gloſ. ſuper verbo Emt
ſti quæ incepit, dicendo. Hoc itaque ſuppoſito conſe-
quens eſt, quod in ipſum Thorium emptorem nomi-
nis dictæ dominæ Magd. poſt ſolutum precium ſtatim
tranſierunt vtiles etiam ſine ceſſione. Eſt namque ſpe-
1 ciale ſecundū communem ſententiā, † vt ex ſolo con-
tractu emptionis ſoluto precio vtiles ipſo iure ſine ceſ
ſione trāſeant, vt C. de hære. vel actio. ven. l. emptor no-
minis. & quod ibi not. & C. de act. & ob. l. 1. non potue
runt igitur hæredes creditoris, ſicut nec ipſe creditor
hoc eſt Andreas potuiſſet in aliū in præiudicium dicti
Thorij vtiles actiones, quæ erāt apud Thoriū, ſine eius
conſenſu & voluntate transferre. Sicque nec in dictum
Laurentiū, de quo quæritur. Et quanquā directæ actio
nes apud ipſum creditorē, eundemq; venditorem per
procuratorem remanſerint, vtiles tamen remanſerunt
in præiudicium habentis vtiles, hoc eſt, Thorij, nā vtro
que concurrente, id eſt, Andrea creditore habente dire
ctas, & tertio habente vtiles in litem mouēdam, vel pe-
cuniam recipiendā à debitrice præferendus eſſet Tho-
rius habens vtiles, vt ff. de procu. l. procuratore. in fi. &
quod ibi not. per Bart. & erit hic maxime verum, ſi de-
nūciaſſet dictus Thorius dictæ dominæ Magda. ne ſol-
ueret & ipſi Andreæ, vt C. de noua. l. 3. quanquā ſi denū
ciaſſet, concurrens tamen vtilis cū directa directæ præ-
ualeat, vt ibi not. Cyn. & Barto. pro qua ſentētia eſt, qđ
vulgo traditum eſt, ſoluentem debitorem, vel aliter pa-
ciſcentem, ſeu tranſigentem cum creditore poſt tranſ-
latas in alium ex eiuſmodi ti. vtiles actiones non libera
ri ab habente vtiles, nec ei præiudicari, ſi debitor ſcie-
bat etiam citra denunciationes vtiles in alium transla-
tas eſſe, vt not. per gloſſ. ff. de tranſ. l. fi. & per Bart. ff. de
pac. l. ſi cum emptore, & per eundem poſt Iacob. de A-
re. ff. ad tre. l. facta. §. ſi hæres. Idem igitur iuris obſerua-
bitur in hæredibus ipſius creditoris Andreæ videlicet
& multo magis in Laurentio habente cauſam ab ipſis
hæredibus per titulum ſingularem ceſſionis in ſolutū
debiti factæ, vt ipſe Thorius dictis hæredibus, aut ha-
benti cauſam ab eis Laurentio præferatur in litem mo
uendam vel pecuniā accipiēdam à dicta domina Mag-
dal. arg. ff. de reg. iur. l. in his. §. non debeo. & de acqui.
re. do. l. traditio. Conſulte tamen faciet ipſe Thorius, vt
omnis ſcrupulus ceſſet, ſi & ipſe dominæ Magdal. de-
nunciet, ne ſoluat hæredibus dicti quondam Andreæ,
vel habenti cauſam ab eo, quod emerit ius, & precium
ſoluerit Nicolao procuratori dicti quondam Andreæ,
vt apparet ex ſcriptura banchi Baldaſaris coniugij & di
cti quondam Andreæ, & priuata ſcripta manu ipſius
Thorij, ad quam ſcripturam banchi referenda eſt, vt ff.
de ver. ob. l. triticum. & quod ibi per Barto. Tunc nam-
que tutiſſima erit domina Magda. aduerſus præfatum
Laurentiū, & concordet ſe cum Thorio. Secundo prin
cipaliter conſiderandum eſt, quoniam illud ſaltem ne-
gari non poteſt, quin ipſe Nicolaus procur. quondam
dicti Andreæ ad hæc, vt infra dicetur, obligatus fuerit
procuratorio nomine ad cedendum actiones dicto
Andreæ competentes ex dicta condemnatione contra
dictam dominam Magdal. ipſi Thorio poſt ſolutos di-
ctos 500. aureos per banchum Baldaſaris. vt ſupra per-
ſonali obligatione quaſi ex innominato contractu per
dictam priuatam ſcripturam inter eos habito. vt C. de
ac. & ob. l. 1. ergo & Andreas obligatus fuit vtili inſtito
ria. arg. ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. ſi procurator. & pro
hac quoque cauſa habuit dictus Thorius hypothecam
omnium bonorum dicti quondam Andreæ, cùm ipſe
Andreas in conſtituendo procuratore dicto Nicolao
in fine mandati promiſit notario tāquam publicæ per
ſonæ recipienti nomine omnium, quorum poſſit inter
eſſe, ſe ratum habiturum quicquid ipſe procurator geſ-
ſerit ſub obligatione omnium bonorum ſuorum. Eſt
itaq; pro obſeruatione eius, quod geſſit procurator, &
ratihibitione hypotheca generalis bonorum dicti quō
dam Andreæ ipſi Thorio, cuius intereſt, cuiq; tam An-
dreas, quàm ipſe Nicolaus perſonaliter obligati ſunt, vt
ex ſuperioribus liquet, & maxime ex ipſa rati promiſ-
ſione vtiliter quæſita Thorio per notarium. vt ff. de vſu
ris. l. gayus. & rem pu. ſal. fore. l. non quaſi, & conſequē-
ter cùm in bonis dicti Andreę eſſent dictæ actiones cō
tra dictam dominam Magdalenam competunt vtiles
actiones, quæ directæ competunt ipſi Andreæ, in qui-
bus vtilibus ipſe Thorius eſt potior ipſo Andrea debi
tore cedendarum actionum, ſicut in pignore proſequē
do potior eſt cauſa creditoris, quàm domini. cùm & ad
uerſus dominum poſſeſſorem pignus hypothecaria vti
liter & efficaciter inſtituatur, vt ff. de pig. l. ſi fundus. §.
ſi plurimis. & l. ſi inter colonum. §. fina. Et pari ratione
2 † potior eſt creditor in pignore hæredibus debitoris &
alio quolibet, cui res pignorata eſt poſt pignoris conſti
tutionem fuiſſet alienata per ipſos hæredes debitoris.
ſic itaque dicto Laurentio potior eſt dictus Thorius,
vt C. de pig. & hypo. l. debitorem. Tranſit enim aliena-
tio cum cauſa ſua hoc eſt, cum onere pignoris. ff. de cō
trahen. emp. l. alienatio. Poterit itaque dictus Thorius
vtilibus actionibus exigere à dicta domina Magdalena
dictos quingentos aureos, & ſibi pro debito retinere, vt
ff. de pig. ac. l. ſi conuenerit. la 2. & l. grege. §. cū pigno.
verſus fin. de pigno. Et ſi dicta domina Magdalena ipſi
Thorio ſoluerit, per conſequens ab ipſis creditoribus
hæredibus liberata eſt, vt dictis legibus, quemadmo-
dum diceretur in debitore ex ſtipulatu fundi Tuſcula-
ni perſonali actione ſub hypotheca bonorum. Nam ſi
fundum Tuſculanum ſuum conſtitutum poſtea ven-
deret & traderet, licèt in emptorem dominium tranſ-
ferret, ſtipulator tamen vigore hypothecæ prioris fun-
dum ipſum ab emptore auferret, & ſibi pro debito re-
tineret, vt in prædicta l. debitorem. cum concord. Rur-
ſum tertio cōſiderandum eſt, quòd dictus Thorius per
ſupra relatum chyrographum factus eſt debitor eiuſdē
pecuniæ in ſolidum, quam debebat dicta domina Mag
dalena dicto Andreæ per l. quod procurator ex re. ff.
de procu. In pluribus autem eiuſdem pecuniæ debito-
ribus, ſeu eiuſdem obligationis participibus ea regu-
la utilitet, vt vnius eorum ſolutio omnes liberet, vt ff.
de acceptil. l. ſi ex pluribus. cum concor. & quod notat.
Inſtit. qui mo. tol. ob. §. præterea. & C. de dona. l. final.
per Cy. ſoluto igitur facta per dictum Thorium, etiam
ipſam dominam liberabit & quidem ipſo iure, vt d. l. ſi
ex pluribus. niſi actum fuiſſet, vt ipſi Thorio cederen-
tur actiones contra dictam dominam Magdalenā. hoc
namq; caſu non tollitur actio cōtra dictam dominam
Mag. cùm ipſam debeat pręſtare Thorio: ideoq; ipſam
habet creditor, vt ff. de fideiuſ. l. cū his. i fi. verūtamē ad
uerſus ipsā dominā Magd. efficaciter nō poterit expiri.

Sed agens exceptione repellitur duplici ratione. Prima
ne bis idem conſequatur, cùm iam ſibi debitū aſſequu-
tus ſit. per l. bona fides. ff. de re. iur. Secunda, quoniam
ipſa domina Magda. ipſi Thorio neg. geſt. actione effi-
caciter obligata eſt, vt ff. de negocio. geſto. l. ex facto
quærebatur. & quod ibi notat. & C. de duobus reis. l. 1.
cōſequens eſt igitur, eam à priore creditore liberatam,
vt not. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. . item quæritur. & l. de
qua re. §. fi. de iudi. Manent igitur actiones apud ipſum
creditorem ad hoc ſolum, vt eas preſtet ei, qui ſolidum
ſoluit, vel cui eas ex pactione præſtari oportet. Nam &
ob hanc cauſam eas habet, quia præſtare tenetur, vt d. l.
cùm is. de fideiuſ. & ſic dicti ratio dictū ipſum limitet
& reſtringat, vt ff. de pac. l. quod dictum. & de cal. l. hæc
actio. ꝙ ex ea quoq; ratione deſcendit, quia ipſe credi-
tor ipſas actiones & nomen debitoris vendidit, vti arg.
priore & legibus ibidem allegatis oſtenſum eſt, quo
fit, vt ſoluenti eidem emptori directæ actiones cedi in
rem ſuam mandari debeant, & nihilominus vtiles ſta-
tim competent, vt d. l. emptor nominis. C. de hęre. vel
ac. vendi. & de contrario iudi. tu. l. a. ideoque agens cre
ditor, idemque actionum, ſeu nominis venditor con-
tra debitorem, cuius nomen vendidit, exceptione ab
ipſo debitore ſubmoueatur, vt præalle. l. ſi cum empto-
re. ff. de pac. & de tranſ. l. fin. & cum ibi not. per Bart. &
in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad treb. & in d. l. cū is. de fideiuſſ.
& per glo. ff. de pac. l. & hæredi. §. nos autem. Poſtremo
& illud ſubtili conſideratione tractandum eſt, cùm ex
facto proponatur, dictum Thorium ſe obligaſſe, vt chi
rographo continetur, & ſoluiſſe mandato & de pecu-
nia dictæ dominæ Magdal. vnde ex eo negocio inter
ipſum Thorium & Nicolaum procura. Andreę. contra
cto, quod magis exiſtimo venditionem nominis ipſi
quidem Thorio directa actio ex eo contracto compe-
tierit, etiam contra Andreā, vt l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert.
pe. & de inſti. l. ſi quis municipiis. §. final. & Inſti. quod
cum eo. . pe. & fi. & C. eodem titulo. l. qui in fin. quas
præſtare debet ipſi dominæ actione mandati, ipſi vero
dominæ Magda. vtiles competunt etiam contra ipſum
Andream ſaltē ceſſione facta, vt ſibi actiones ſuas præ-
ſtaret, argu. ff. de acti. empt. l. Iulianus. §. ſi procurator,
quæ obligatio actionum cōtra ipſam dominam com-
petentium ipſi dominæ præſtandarum id contineat, vt
ei remittātur. nam quas actiones aduerſus alium com-
petentes tu mihi præſtare debeas, eaſdem ſi aduerſum
me tibi competant debes remittere, vt ff. commoda. l.
vnde quæritur. §. final. & tangitur per gloſſ. ff. de condi-
ctio. inde. l. frater à fratre. ante medium gl. primæ mag.
ibi eſt ergo & alia ratio. Cùm igitur ipſi dominæ Mag-
dal. competierit actio contra dictum Andream, vt ſibi
remitteret actiones ipſi Andreæ contra dictam domi-
nam ex præſata condemnatione competentes, eaſque
accepto ferret, multo magis contra eum agentem de-
buit poſſe ſe exceptione tueri. arg. ff. de reg. iur. l. mul-
tus. §. cui damus. & de ſuperfi. l. 1. §. quod ait. & ad exē-
3 plum debitæ liberationis ex vltima voluntate, vbi † &
actio ex teſtamento, vt liberetur debitor, & exceptio ſi
ab hærede conueniatur, competit, ff. de lib. leg. l. 4. §.
nunc de effectu. & de verb. obli. l. item ſtipu. ver. idem
ſabinus. Hoc enim tale eſt, quale ſi dicta domina Mag-
da. debitrix mādaſſet ipſi Thorio de ipſo debitticis no
mine redimendo, idque redimiſſet. Nam quod ex
mandato & actione ſequuta apud ipſum debitorem
comprehenditur mandati actione præſtandum eſt, cui
de eo ipſo prout voluerit mandans per mandatarium
diſponendum fuerit, ſiue fuerit mandatum de corpore
ſiue de nomine quærendis, vt ff. mandati. l. ſi procura-
torem. §. final. cum l. ſe. l. idemque. §. ſicut. & l. ſi manda
to meo. in princip. & de neg. geſt. l. 1. porro exceptionē
competentem contra ipſum Andream ex ea re ipſi do
minæ Magdal. contra hæredes tranſiſſe & dictum Lau-
rentium in rem ſucceſſorem non eſt ambigendum. ff.
de iureiur. l. ait prætor eius. §. fina. cum l. ſe. & per Dyn.
de dam. infec. l. fluminum. adijcitur & per Bart. in l. ſi
tertius. de aqua plu. arce. Quibus ex omnibus r. inqui-
tur intrepide concludendum, dictum Laurentium ex
ceſſione ſibi facta per hæredes di. quōd. Andreæ poſ-
ſe nullatenus contra dictam dominam Magda. effica-
citer experiri, eamque dictis Thorio, & d. Magda. reſi-
ſtentibus fore prorſus inanem. ſup. reſt vt id oſtenda-
tur, dictum Nico. ſufficiens habuiſſe mandatum ad ea,
quæ fecerit, & cum mandatum acceperit ab Andrea de
exigendis omnibus præſentibus & futuris eius debitis,
& ſpecialiter de exigendo, quod debebat ipſa domina
Magd. & plenam ac liberam adminiſtrationem, & om
nia quæcūq; ipſe mandans poſſet ſi pręſens eſſet in pre-
miſſis. & circa pręmiſſa ac dependentibus & connexis,
dubitandum nō eſt, dictum Nicolaum ſuper dictis no-
minibus, & actis trāſigere potuiſſe, alienationes, & per
mutationes, atque nouationes facere, vt ff. de procur. l.
procurator. cum l. ſeq. & mandati. l. creditor. §. fi. & ar.
ff. de pact. l. contra iur. §. final. & de iureiur. l. ſi ſeruus.
cum l. ſeq. & de nouat. l. nouare. in princ. & C. de procu
ra. l. ſi procurator ad vnam. & ex eodem titulo. l. ad exi
gendum. in fi. & quod not. ad propoſitum per Barto. ff.
de verb. obli. l. qui Romę, & cum ſuper hoc non fiat hę
ſitatio, & in facti narratione dictus Nicolaus habuiſſe
mandatū ſufficiēs & idoneum proponatur, hoc ipſum
latius proſequi ſuperuacuum ceſui, cum ea, quæ dictus
Nicolaus per idem chirographum fecit, manifeſtiſſi-
me ad exactionem pecuniæ debitæ per dictam domi-
nam Magda. ipſi quondā Andreę pertinuiſſe noſcātur.
vt autem nulla remaneat dubitatio, quia dicitur in fa-
cti narratione, quod conditio faciendę ceſſionis dicto
Thorio defeciſſet, aduertendum, quòd imo extitit con
ditio. debeat namque fieri ceſſio per ipſum Nicolaum
procuratorem, vt ſupra. ſi intra tempus faciendæ ſolu-
tionis per ipſum Thorium dictus Andreas nō rediſſet,
quæ conditio extitit. quia dictus Andreas nec intra id
tempus, nec poſt reuerſus eſt. verum conditio obliga-
tionis, quam ſuo proprio nomine idem Nicolaus con
traxerat, quod ipſam ceſſionem factam dictus Andreas
poſtquam rediſſet intra menſem ratā fecerat, bene de-
ficit, quia idem Andreas nūquam rediit. Sed hoc nihil
nocet, quia dicta ratihabitionis cautio in geſto per ve-
rum & ſufficientem procuratorem, ſicut probatum eſt,
fuit ſuperuacua quo ad valorem actorū. procuratoris, li
cèt vtilis fuiſſet propter ſumptus, quos in lite paſſus eſ-
ſet, quam per iniuriam ipſe Andreas regreſſus ratā non
habens, aduerſus Thorium forſitan mouiſſet, vt ff. rem
ra. ha. l. ſiue. §. cum autem. Et ad hæc benefacit ff. de
procu. l. ſi procuratorem. cum glo. ſuper verbis ratum,
quæ incipit, hæc ſuperuacua. Remanet itaque veriſſi-
ma ſupra facta concluſio.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus excipiens de ſolutione, quam non potuit probare, ſicq; con demnatus ſoluit, an poſſit aliquo remedio petere id, quod nūc probare poteſt videlicet ſe ſoluiſſe.*

CONSILIVM CLXXXVII.

TITIVS conuenitur in iudicio pro centū
ſibi mutuatis, opponitur per Titiū contra
petentem, ꝙ ſoluit 50. per quēdam facto-
rem ſuū, aſſignatus eſt terminus Titio ad
probandū hanc ſolutionē de 50. poſtmo-
dum quia Titius non probauerit, ſeu quocunq; proceſ
ſerit condēnatus eſt Titius ad integra centū, & res trāſi
uit in rē iudicatā, & in executiōe ſnīæ ſoluit Titius in-
tegra centū nō ſpōte, ſed coactus per iudicē. poſtmodū
Titius vult ꝓbare ſoluiſſe 50. per dictū factorē, & ſic ꝑ
cōdictionē indebiti, vel cōd. ſine cā, vel alio quocūq; iu-
ris remedio vult repetere dicta 50. prio ſoluta ipſi agēti
per fa-

per factorem ſuum, non autem vult repetere, quæ ſoluit auctoritate rei iu. opponitur ipſi Titio, quod ſemel excepit in iudicio, quod ſoluerat per factorem ſuum 50. & quod exceptio ſua ſemel reiecta fuit. At quia vult agere, ſuper quo excepit, cum exceptio & actio tendāt ad eundem effectum, nō debet audiri Titius. Titius replicat quod non petiit 50. quæ ſoluit auctoritate rei iu. ſed 50. quæ primo ſoluit per factorem ſuum. Quæritur nunc, an poſſit per viam actionis conſequi, quod per modum exceptionis non obtinuit ipſe Titius, & ſuper hoc quæro conſilium in veritate non per modum allegationum, ſeu per modum alicuius emptitij conſilij, &c.

1 ¶ † In propoſita quæſtione mihi videtur concluſiue dicendum, Titium poſſe repetere d. 50. quæ poſt ſententiam & ſolutionem ex ea factam probauerit ſe ſoluiſſe per factorē ſuum ipſimet actori propter dolum ipſius actoris ſeu creditoris, qui ſemel ſibi ſolutū iterum accepit, licèt per rei iudicatæ auctoritatem. nam propter calliditatem eius, etiam crimen ſtellionatus amplecti poteſt crimininaliter per text. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. igitur & ciuiliter in factum, vel de dolo cōueniri poterit. arg. ff. de fal. l. qui nomine. & l. hodie. & hæc ſententia gloſatoris fuit in d. §. in omnibus. vt poſſit repeti condictione ſine cauſa, quando dolus actoris interuenit ſicut in d. §. & in caſu recte propoſito, qui caſui illius §. ſimilis eſt. quoniam de facto ipſius actoris arg. in quo ipſe actor non poteſt ignorantiam allegare, vt ff. ad velle. l. quamquam. & hoc caſu intelligendæ ſunt gloſſ. ff. dicentes poſt ſententiam repeti poſſe ſolutum per cōdictionem ſine cauſa, videlicet quando dolus actoris interuenit ſicut ipſa gloſſ. in d. §. in omnibus. principium gloſſ. generale ad hunc caſum reſtringit, in quo caſu omnes fere docto. glo. conſentiunt, Iaco. ſcilicet de Are. quē refert & ſequitur Cy. C. de condi. inde. l. 1. Bald. quoq; ibidem. vbi, & glo. hic dicit Barto. ff. rem. ra. ha. l. ſi ſine. §. 1. vbi etiam gl. idem dicit, & Ang. quoq; ibidem hoc approbat. Nec mouet, quòd obiecta fuerit per debitorem exceptio ſolutionis & tandem contra eam iudicatū. nam nihilominus agi poterit cōdictione ſine cauſa ad id, quod prius, hoc eſt, non ex re iudicata ſolutum eſt, quaſi cauſa ad non cauſam recidit, ſicut gloſ. no. per Barto. ff. de condi. inde. l. Iulianus. in glo. magna circa medium, ipſeq; idem ſequitur ibidem, deciſum namq; per viam exceptionis, etſi ad vnum effectū, poteſt per viā actionis in alio iudicio, & ad alium effectum refricari per reum, vt ff. de euic. l. vendicantem. & l. ſe. & quod plene traditur per eundem Bart. in l. qui Romæ. §. 1. ff. de ver. obl. & C. de ordi. cogni. iud. l. 1. nec hoc caſu ſcilicet quando agitur cōdictione ſine cauſa ad id, quod prius fuerat ſolutum, non ex auctoritate iudicati quæritur, ipſe idem fuerit quo & poſtea acceperit iterum vel alius, quia non tam ex dolo vel propter dolum ius accipiētis agitur, quàm ex eo quòd cauſa ad non cauſam redacta ſit per præſentem ſolutionē. Pro hac quoq; ſententia facit, quod no. per Alb. de Pergamo. C. de epi. & cle. l. ſi quis in cōſcribendo. ſed etiam cōſueuit de pacto, quod ſępe faciunt debitores verſus finem. vbi not. quòd ſtatuto prohibeatur ſolutionē probare debitorem per pauciores tribus teſtibus, & forte ſoluerit duobus dumtaxat teſtibus præſentibus, & iterū petatur & ſoluere compellatur, poſſit primam pecuniā numeratā quaſi ſine cauſa ſolutā condicere. ego quoque in eadē l. Iulianus ſoleo deferre pro ſententia Bart. quod ipſe debitor, qui coactus eſt ſoluere per ſententiā diffinitiuā, iterum, cum ſolutionē probare non valuiſſet, ſuperuenientibus probationibus prius factæ ſolutionis poſt ſententiā, agat nominatim dicens, pecuniā priorē ob cauſam ſolutionis talis debiti ſuo creditori numeraſſe, & hoc probabit per teſtes ſuperuenientes adijciat, quia eam pecunia numeratā in cauſa cauſam non ceſſiſſe. hoc autem probabit per ſententiā poſt contra ſe latā quaſi nō prius ſoluerit, quam latam eſſe per iniuriā nequaquā dicere potuit ipſe creditor pro quo lata eſt, vt ff. de lega. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ideo recte concludat eam pecuniā ſibi reddi debere & oportere, quaſi ob cauſam ſolutionis numeratā, quæ non ſit ſequuta, ſicq; ſine cauſa apud accipientem ſit, vt arg. opti. ff. ſi cert. pe. l. ſi me & Titiū. & de condi. ſine cauſa. l. 1. §. 1. & fi. Concludendū itaq; relinquitur, quod ſiue ſit idē is, cui ſecundo ſit ſolutū, ſiue ſucceſſor eius, qui propter probabilē ignorantiā facti alieni excuſetur à dolo, repeti poterit, quod prius fuerat numeratū quaſi ſine cauſa apud accipientem ſit, licèt non id, quod poſt ex cauſa iudicati ſolutū ſit propter auctoritatem ſententiæ, vt d. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. mā. & in hanc maxime ſententiā me mouet æquitas & naturalis iuſtitia, quæ non patitur creditorē bis idē debere recipere, & quē cū detrimento alterius locupletiorē fieri, vt ff. de re. iur. l. bona fides. de condi. inde. l. nam hoc natura, quæ naturalis iuſtitia in ambiguis & titubātibus cauſis magis amplectēda eſt, vt ff. de bo. quæ libe. l. non ſine ratione. & de iudi. l. placuit.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in criminalibus probant, ſi cōcurrant in ſumma aliqua Et an teſtis domeſticus percuſſi ſit recipiēdus, maxime quando proceditur ſolum ad vindictam publicam.*

2 *Offenſus ſi ſe accuſare nolle dicat coram iudice, an offenſam vel iniuriam remiſiſſe videatur.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

1 SVPER eo quod quæritur † videtur, dictū Franciſcū inquiſitū cōdemnandū de octo vel ſaltē ſex percuſſionibus ſine ſanguinis effuſione. Nam per priores teſtes de ipſis octo percuſſionibus, duabus in facie, cęteris in perſonā dicti Ioannis percuſſi concordi teſtificatione deponitur. Quartus vero teſtis de ſex percuſſionibus teſtatur, duabus videlicet in faciē, cæteris in perſonā, in qua teſtificatione concordant omnes, ar. ff. de arbi. diē proferre §. ſi plures. & de verb. obli. l. 1. §. ſi ſtipulanti. nec exceptione domeſtici teſtimonij repellendi ſunt duo teſtes priores: quoniā etſi ſint domeſtici Ioanni percuſſo, non tamē hæc cauſa Ioannis agitur, nec ad eū hæc cauſa pertinet, ſed ad rēpublicam offenſam, ſeu vtilitatē fiſci. ar. in l. 1. §. im, ꝑpria. ff. quādo ap. nō ſit. nc. Nec mouet me qđ in diuerſū allegatur, quoniā hęc pœna quanquam fiſco applicanda ſit, ſatiſfactionē tamen quādam continet offenſi, per l. ſi ſeruus vnius. §. ſi ante iudicē. ff. de iniur. quia illa loquitur, quando ad inſtantiā & petitionē offenſi pœna impoſita fuit, licèt nō pecuniaria & ad burſam impotentis offenſi. Hic autē non ſic, imo † Ioānes offenſus interrogatus apud iudicē, an vel-
2 let dictū Franciſcū & ſocios accuſare, denūciare, vel notificare, Reſpōdit nolle: vnde ipſe ſuā offenſam vel iniuriā remiſiſſe videtur, vt ff. ad l. iul. de adul. l. ſi maritus. §. ſi negauit. & Inſt. de iniur. §. fi. & ff. ad tertul. l. filij mater. §. 1. & de ſucceſ. edi. l. 1. §. qbus, ad ſolā igitur vindictam offenſæ reipublicæ ea cauſa pertinet, cuius intereſt, ne delicta impunita remaneant, cum impunitas delictorum incentiuum tribuat delinquendi, vt ff. ad l. aequil. l. ita vulneratus. ver. fin. & C. de fur. & ſeruus. corrupt. l. ſi quis ſeruo. in fin. nec rurſum ad rem pertinet quæſtio diſputata per Iaco. bu. quæ incipit ſtatuto ciuitatis cauetur, quod ſi quis non ſoluerit collectas, &c. & eius deciſio. & quod not. Barto. ff. de iniur. l. non ſolum. §. quamquam, quoniam tota illa diſputatio loquitur, quādo offenſus erat extra reipublicę protectionem, vnde per illum offenſum non dicebatur offenſa reſpublica. Concludendum itaq; relinquitur in re propoſita, hanc cauſam, quā cauſam pro pubiica vtilitate proſequitur, minime ad dictum quomodolibet pertinere, quam & eo inuito & reluctante Republica

ſuo nomine,ſeu iudex ex officio proſequanit, & conſequenter domeſticos ipſius Ioannis à perhibendo teſtimonio non vetandos.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius vnà cum domino Raphaele de Raymundis.

S V M M A R I V M.

1 *Societate contracta inter plures, ſi ſuperuenit cæcitas in perſonam conſocij,qui debebat ſe in ea exercere, an videatur diſſoluta ſocietas propter mutatam conditionem perſonæ caſu fortuito. Et an iuramentum in ſupplementum probationis debeat deferri hæredi eius, qui contraxit.*

2 *Argumentum à partibus ſufficienter enumeratis optimum eſt.*

CONSILIVM CLXXXIX.

IOANNES Colç mutuauit Philippo Ioānis tunc mercatori duca. 100.vt inueſtirētur & exercerētur in arte ſyrici,aut in alijs mercibus ad dimidiam damni & lucri ſequuturi, & ſtipulatus ſuit à dicto Philippo præſente & promittente dictam quantitam ſibi reddi,& reſtitui ad omnē terminum & petitionem ipſius mutuantis.accidit,ꝙ illico ad annos duos vel circa dictus Philippus caſualiter cæcatus eſt & factus inutilis ꝓpter dictum caſum amiſſionis viſus nunquam ſe intromiſit amplius de mercimonijs,& hoc ſciente dicta cōuicinia ipſius mutuantis: qui nihilominus dictum ſuū mutuum non repetijt,nec Philippus obtulit cum penè 12.anni ſunt elapſi, repetit Ioānes mutuum cum parte lucri,et ſi diceretur per Philippum nullum lucrum ſequutum eſſe,intendit intereſſe ſuum per tempus, quo ipſe Philippus tenuit mutuū nec ei reſtituit, nec eum qđ non exerceret artē certiorauit. Replicat Philippus ſe nō teneri ad lucrum,cum nullum ſit ſequutum, nec ad intereſſe, quia non fuit in mora reſtituendi. Nunquam enim fuit interpellatus ab ipſo mutuāte,vt reſtitueret,cùm reſtitutionem facere ſolum tenebatur ipſo petente,dicitque,quod non certiorauit Ioānem, quòd nō exercebat artē, qa erat certus, vnde nō erat amplius certiorandus.videbat enim eum orbatum ſedere,& nil facere,& mutatio conditionis ſuæ erat notoria toti populo. Dubitatur ſi Philippus non exercuit,nec in mercimonijs ſe intromiſit,an teneatur ad reſarciendum ſibi intereſſe,quod prætenderet ipſe creditor,& an ſi Philippus non exercuit per ſe,per alios tamen ſic,teneatur aſſignare lucrum huic creditori,an non,quaſi per conditionem mutatæ perſonæ ſuç,& inhabilitatis ſuperuenientis in eum illa quaſi ſocietas & dictis pactis tacite contracta videatur diſſoluta, & tacitus receſſus ab eo. Item ex alio capite dubitatur,Philippus ſupradictus vēdidit cuidam patriſamil. certam quāritatem ſyrici pro certo pretio, & eam tradidit, & ipſe emptor promiſit ſoluere precium illius ad certum terminum, & quandam cautionem priuatam ipſi venditori expoſuit, deinde moritur hic emptor ſuperſtitibus tribus filijs, & hæredibus ſuis,quorum vnus dicitur interpellaſſe Philippum,vt reſtitueret dictam priuatam cautionem ſibi & fratribus,quia ſibi erat ſatisſactum, diciturq; ꝙ Philippus iam cæcus factus reſpondit & confeſſus fuit ſibi eſſe ſolutum,ad quod probandum adducuntur duo teſtes,quorum vnus eſt omnino exceptione maior, alter vero eſt affinis iſtorum filiorum & hęredum,puta quia eſt frater mariti ſororis eorum.Item eſt odioſus & inimicus dicti Philippi & iam ſunt 5.anni,quibus non fuit alloquutus eum.Nunc cum mortuus ſit hic filius.coram quo dicitur hanc confeſſionem emanaſſe, alij fratres reperunt ſcripturam & cautionem prædictam, & fundant ſe in confeſſione prędicta & teſtibus prędictis, Philippus negat ſe vnquam talia protuliſſe. Item dicit quòd etiam ſi hic fuiſſet confeſſus,talia confeſſio non nocet ſibi,quo ad iſtos alios fratres, qui fuerūt & erant abſentes, maxime quia proponitur eam confeſſionem extraiudicialem fuiſſe. 1°. dicit quod non eſt probata,quia hic teſtis affinis,& inimicus repellendus eſt. Nec eſt ſtandum vni teſti, potiſſimū quia cauſa eſt magna attenta qualitate perſonæ.Excedit enim cētum aureos. Item dicit, quod non eſſet locus delationi iuramenti in defectum & ſupplementum probationū,quia iſti non interfuerunt, nec apparet aliqualiter,quod iſti duo fratres fuerint pręſentes, vnde non poteſt eis deferri iuramentum,nec etiam hæredibus illius fratris,corā quo dicit ipſum Philippum talia cōfeſſum fuiſſe, quia ancipites periurium ſubire poſſent, &c. quæritur quid iuris tam ſuper confeſſionis aſſertione & probatione,
1 quàm ſuper ipſius effectu, poſitoꝙ probarent. † Circa primum caput & primum cōſultationis articulum videtur ſine diſputatione ſtudio breuitatis cōcluſiue dicendum,ſi dictus Philippus poſtquam cæcus factus extitit nullā negociationem ſeu mercantiā exercuit,non teneri ad lucrū,quod minime factum eſt, verū ideo teneri,ꝙ ſocietati nō renunciauit,ſi iuſta cauſa renunciationis euenerat & ipſe Philippus volebat ſocietati renunciatum eſſe,ſeu ſocietatē finiri.nonnunq̄ enim poteſt iuſta cauſa renūciationis intercedere,nec tamē curat ſocius ſocietati renunciare,puta ſi reipublicæ cauſa ſit abſens diutius & inuitus, nec facilis eſt ſibi affuturo cōmiſſio adminiſtrādę ſocietatis alti, vt nō poſſit excuſare,& ſocietati renūciare, vt ff. ꝓ ſocio.l.ſi cū venerit. §.ſi.cum l.ſe.& l.idemq;.in prin. Ipſe tamē nō renūciauit ſocietati, ſed mauult,quamq̄ nō teneretur,per aliū ſocietatem adminiſtrare. nō itaq; ſequitur ſuperuenit iuſta cauſa renūciandi ſocietati,igitur ſocietas eſt finita,ſeu ſocietati ipſo iure renūciatū intelligitur,vt aperte colligitur ex præal.ll.porro nec bona fide verſatus videtur idem Philippus, qui pecuniam tanto tempore tenuerit ocioſam,cum potuerit eam & ſocietatē per aliū exercere, propter quod probabiliter ſocius credere potuit,eo quod ſocietati non renunciabat,velle ſocietatē durare, quæ durare potuit vt p̄miſſum eſt,cùm per aliū potuerit eam adminiſtrare. ideoque nec ipſam pecuniam reperijt.debuiſſet namq; ipſe Philippus, qui certus erat ipſam pecuniā non exerceri dicto Ioanni,qui probabiliter in alieno facto dubitauit aut ignorauit, vt ff. pro ſocio.l.fina.in fi.denunciare.argu.ff. de act. emp.l.1.§.j.& l.quęro.& per hoc apparet reſpōſum ei,quod iā aduerſum probatur.quia licèt dictus Ioannes certus foret,dictum Philippum cæcum fore; non tamen certus erat ſocietatem finitā eſſe,quæ nec finita erat,cùm potuit per alium mercari. inter cauſas namque finiendæ ſocietatis,quæ tradūtur, ꝓ ſocio.l.verum.§.fina.cum ll.ſeq.non comperi ſuperuenientem cęcitatem alias infirmitatem, ſicut nec abſentiam reipublicæ etiam neceſſariam & duraturam,niſi renunciatum ſit, quę renūciatio inter cauſas finiendæ ſocietatis numerata eſt. vt d.l.idemque. in princ. & d.l.verum.§.fina.& l.ſe.ff.pro ſocio. & eſt optima hæc argumentatio & probata per l.patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.eſt nā-
2 que † à partibus ſufficienter enumeratis.& per hæc apparet ad ſecundum eius cōſultationis articulum indubitanda reſponſio,videlicet quia ſi per alium, ſeu alios ſocietatem adminiſtrauit ſeu conſuetas mercationes, aut negociationes exercuit,lucri eum oportere ex bona fide reddere rationem, cum ſocietas remanſerit nulla renunciatione finita, licèt iuſta cauſa renūciationis adfuiſſet per ſuperius allegatas leges. ¶ Circa tertium caput propoſitæ conſultationis eadem ratione breuitatis vtendo videtetur robori propoſitæ confeſſionis nō officere,quod duo ex fratribus affuiſſe dicantur.quoniam frater ille, qui cautionem popoſcit ſibi & fratribus eam reſtitui poſtulauit,& ſic negocium quoque fratrū gerens tanquam coniuncta perſona, vt ff. de procu.l. ſed hæc.in princip. vnde procurator eorum dictæ confeſſioni interfuiſſe rati ſcilicet fratrum habitione interueniente recte putabitur.arg ff.de pac.l.reſcriptum. §. vlti.

§.vlti.& l.tale pactum.in princip.& l. licet.iuncto c.ratihabitionem.de re.iur.lib.6. Sed nec illud obſuiſſe videbitur, ꝙ vnus ex teſtibus ſit maritus ſororis eorum, ſi tamen nō inuitus perhibuerit teſtimoniū, vt ff. de teſti. l.lege Iulia.in ver.inuito.& in ver.cogantur, iuncta l.1. §.1.eodem tit. Magis autē videbitur obſtare, quod fuerit, & ſit odioſus inimicus dicto Philippo, adhibita tamen diſtinctione ex qualitate, & inimicitiarum genere, ſecundum ea, quæ traduntur C.de teſti.auth.ſi dicatur.& In corpore vnde ſumitur.& quod ibi not. & in l. 3.in princip.ff.de teſti. videturq; delationi iuramēti neceſſarij dictis fratrib.abſentib.vel filijs & hæredib.mortui fratris deferēdi locus nō eſſe ſuper hoc, an ipſe Philippus eiuſmodi confeſſionē emiſerit, cùm rei veritatē ignorēt, per no.ff.de iureiu. l. admonēdi, per gl.& Bar. in fin.verſus finem ſui commentarij.& l.in bonæ fidei. C. eodem. tit. cęterùm ſi dicti fratres ſuperſtites ſe ſoluiſſe debitam pecuniam contendant ob eiuſmodi probationem confeſſionis, quæ ſi per duos teſtes vndique idoneos fuiſſet probata, plenam fidem factę ſolutionis atque probationem cōtineret, vt ff.de pac.l. tale pactū. in princi.& depoſiti.l.publia.§.fi.& quod not.C.de nō. nu.pe.l.generaliter.& ff.de interroga.ac.l. 1.in fi. & de proba.l.cum de indebito.§.fi.quaſi nunc ſemiplenam, aut pluſquam ſemiplenam fidem factę ſolutionis inducat, iuſte ſibi de facto ſuo deferri neceſſarium ſacramētum depoſcent, adhibita tamen cauſæ cognitione ex rei petitæ quantitate & perſonarum litigantium qualitate, & honeſtate, nę veritas pereat, per not. in d.ll.de iureiur.& extra.eo.tit.c.vlt.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Datio in ſolutum ex quibus cauſis impugnari poſſit, & an ī totū ſit nulla, ſi ē facta plus credito, vel ex cauſa falſa. Et an accipiēs in ſolutum indebite teneatur ad omnes fructus, etiam ſi alienauerit bona accepta in ſolutum, & an mala fides auctoris noceat ſucceſſori particulari.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio aduerſarij pro ſufficienti cōtra eum probatione reputatur.*
2 *Sententia diffinitiua in quo differat ab interlocutoria.*
3 *Res alienas mala fide poſſidens tenetur ad reſtitutionem.*

CONSILIVM CXC.

VISIS toto ꝓceſſu habito, & facto coram ſapiente viro tunc poteſtate Burgi vallis, & Tarij & diſtrictus ad inſtantiam Antolini de caſtro Boſa procuratoris & procuratorio nomine dominæ Margaritæ filiæ quondam magiſtri Vgonis medici, & quondam vxoris Leonardi de Platono, contra & aduerſus bona, hæreditatem, ac curatorem datum bonis & hæreditati dicti quondam Leonardi, ac denique in ſolutum datione per ipſum curatorem dicto procuratori, & notario publico dictæ dominæ Margaritæ nomine accipientibus facta. Viſis quoque ſtatutis eiuſdem Burgi, vno, ꝙ de poſſeſſione ann. 20. loquitur, altero quod de curatoris confeſſione diſponit, & ſubſequenter literis olim recolendæ memoriæ illuſtris & excellentiſſimi militis domini Galeatij Vicecomitis tunc virtutum Comitis introcluſa ſupplicatione Georgij de Precario de prædicto Burgo, & de earum præſentatione coram tunc poteſtate dicti Burgi facta, & ipſarum notificatione facta, & copia data ſupradictæ dominæ Margaritæ illico facta, & compromiſſo inter dictas partes facto, teſtamento quoque & quadam proteſtatione factis per dictam dominam Margaritam, aditione hæreditatis cum beneficio inuentarij facta per dictum Georgium de Precario præmiſſo quodam proclamate generali nonnullis inueſtituræ inſtrumentis, ac proteſtationis factæ per dictum Georgium, ac eiuſdem Georgij teſtamento & eiuſdem hæreditatis aditione, ac apprehenſione cum inuentarij beneficio per Bartholomęum de Arena, certoque proceſſu, & actis factis coram nobili & circunſpecto viro domino Nicholino de Gentilibus nunc poteſtate dicti Burgi intra ſupraſcriptum Bartholomæū, & ſupraſcriptam dominam Margaritam, ſiue interuenientes pro ea de talibus dubitatur.

¶ Primo, nunquid ſupraſcripta inſolutum datio dictæ dominæ Margaritæ valuerit de iure, & tenuerit de iure, necne.

¶ Secundo ſuppoſito, quòd iure non tenuerit, an dicta domina Margarita teneatur ad reſtitutionē rerum in ſolutum acceptarum cum fructibus medij temporis perceptis, & percipiendis, quamuis nōnullas earum alienauerit.

¶ Tertiò, nunquid emptores ipſarum rerum præſcriptione temporis non obſtante, ad ipſarumque emptarum rerum, quas poſſident cum fructibus extantibus, vel poſt litem conteſtatam percipiendis valeant conueniri.

¶ Circa primum ſine diſputatione eſt dicendum, dictam inſolutum dationem non tenere, vel non valuiſſe. Primo, quoniam cum falſus creditor, hoc eſt, qui ſe ſimulat creditorem, ſcienter aſpicit ſolutionem, nō ſit eius, nec in eum tranſit dominium eius, quod ei ſoluitur. Pręſertim cum dolo malo induxerit debitorē ignorantē ad ſibi ſoluendum. hæc probatur ff.de condi. fur. l.quoniam falſus.in princ. & in his quæ ibi no. poſt gl. per Bart. ſed ita fuit in propoſito, igitur minor propoſitio, ſcilicet quòd dicta domina Margarita fuit falſa creditrix & ſciens ex eo maxime demonſtratur, quòd in ſuo teſtamento profeſſa eſt notario ibi præſente, & tanquam publica perſona inſtante, & recipiente nomine dicti Leonardi & cuiuſcunque perſonę, cuius intereſſe poſſit, per quem notarium tanq̄ per publicam perſonā acquiri poſſe nedum exceptionem, ſed etiam probationem & actionē alij, cuius nomine quid agat, & conſequenter hæreditati iacenti non eſt dubitandum, vt ff. rem pup.ſal.fo.l.nō quaſi.in prin.& de vſur. l. gaius. & arg.ff.vt in poſ.le.l.is cui.§.ceſſurum. Item ex eo quod ipſa domina Margarita poſtea profeſſa, & ꝓteſtata eſt ad inſtantiam ſupraſcripti quondam Georgij de Precario tunc futuri hæredis dicti quondam Leonardi, imo etiam pacta de non petēdo vltra centum libras tam ex ipſa confeſſione, vt in l.tale pactum, in prin.ff.de pac.q̄ ex illis verbis, & ꝙ ipſa vult non poſſe exigi ab ipſis hæredibus, ſeu in ipſis bonis dicti quondam Leonardi per ſe, aut ſuos hæredes, ſeu ſuo nomine aliqua occaſione, præterquā dictas libras centum, quę proteſſio & pactio ſine dubio ipſi quoq; Georgio, quamq tunc hæredi futuro, & nōdum hæredi nihilominus vtiliter proficiūt, vt ff.de pact.l.iuriſgētium.§.ſi ante aditam.cum ſeq. Potiſſime cum ſit cōfeſſio liberatoria, & quod magis eſt, habēs iuſtam cauſam annexā.ar.eius quod no.ff. de interro.ac.l.1.in fi.& de proba. l. cum de indebito.§.fi.& C.de non nu.pe.l.generaliter. Nec moueat quem, ꝙ in inſtrumento dotali renunciatum ſit exceptioni non numeratæ dotis, aut etiam quod tempora proponendæ, ſiue opponēdæ eius exceptionis lapſa ſint, de quibus agitur in l.fi.C.de do.cau.& non nu & auth.ſua.quoniam aduerſus eiuſmodi renunciationem & lapſum poteſt probari contrarium per confeſſionem ipſius dominæ Margaritæ.per not.C.de non num. pe.l.ſi ex cautione. & arg.notatorum in auth.ſed iam neceſſe. C. de dona.
2 ante nup. Et apertius in corpore vnde ſumitur, vbi notatur etiam aduerſus præſumptionem iuris & de iure admitti probationem per confeſſionem aduerſarij, ſic igitur eſt demonſtrata minor propoſitio, quod ſcilicet dicta domina Margarita falſa creditrix erat, & ſciebat ſe eſſe falſam creditricem. neque enim ſui facti, & eius

quod

quod confeſſa eſt, poteſt ignorantiam allegare ſiue prętēdere, vt ff. ad velle. l. quamq̃. & in pręal. l. generaliter. C. de non nu. pe. Nec quicquam moueat, quod non ex toto falſa creditrix foret, quia ſaltem in libris centum vera creditrix exiſtebat, quoniam ad conſtituendam irritam ipſam in ſolutum dationem ſatis eſt pro maiore debiti quantitate eam factam eſſe, vt eſt text. ad hoc bene faciens de cond. inde l. ſi non ſortem. §. ſi cētum. vbi etiam eleganter inquit Bar. tene ergo menti pro ſolutionibus ſiue dationibus in ſoluū, quę fiūt tota die, quod ſi in aliquo plus debito facta ſit, tota vitiatur. Secundo principaliter cōfirmatur hęc pars, quoniam datio in ſolutum emptio eſt, & emptionis ius obtinet, cū res in ſolutum datur pro pecunia, quale eſt in propoſito. vnde etiam ex empto actio oritur, vt ff. de pig. ac. l. eleganter. in princi. & C. de euic. l. ſi prædium. Sed vbi dolus dat cauſam emptioni, de dolo loquor emptoris, vel alteri bonæ fidei contractui cōtractus, ipſo iute nullus eſt, vt ff. de dolo. l. eleganter. in prin. & quod ibi not. igitur nec dicat quis hoc caſu ex inutili cōtractu traditione facta nihilominus tranſire dominium, vt in ea. l. eleganter. in prin. notatur, quia illud verum, quādo tradēs foret dominus, ſecus in adminiſtratore qualis ipſe erat in ſolutum dans per id, quod ſtatim dicetur in tertio quod ſequitur fundamento. Tertio itaque principaliter oſtenditur, eiuſmodi in ſolutum dationem nullā fuiſſe, neq; ex ea in ipſam dominam Margaritam tranſlatum eſſe dominium rerum quantumlibet traditarū. nam adminiſtrator quantumcunque plenā & liberam habēs alienarum rerum adminiſtrationem indebitum ſoluens minime dominium tranſfert, etiam ſi accipiēs bona fide acceperat. In hanc namque cauſam non videtur ei conceſſa adminiſtratio, hic eſt tex. notabilis ff. de ſol. l. ſi is cui. §. flauius. in propoſito igitur hic curator adminiſtrationem quamlibet plenam habens, & indebitum ſoluens dominium non tranſtulit. illud autem certo certius foret, quod & ſuum ſolutum dans fuiſſet dominus, & accipienti bona fide, hoc eſt, per errorem in ſolutum putatiuo creditori tradidiſſe, tametſi dominium tranſtuliſſet, nihilominus ea in ſolutum datio ex falſa maiore debiti quantitate facta inefficax foret, et in totum per indebiti condictionem reuocaretur, vt in præal. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. inde. in quam indebiti condictionem etiam percipiendi fructus propter ſcientiam ſuperuenientem venient, nō autem quatenus eſſet locupletior tātummodo teneretur. ar. ff. de condi. inde. l. indebiti. in prin. & quod ibi not. & in l. in ſumma. §. ſi ſeruum. & quod ibi not. Nec ſuperioribus refragatur, ſi quis fortaſſe dixerit totam quantitatem, pro qua proceſſit in ſolutum datio, vere fuiſſe debitam ſaltem per ſententiam latam à dicto poteſtate contra ipſum curatorem, à qua cum non fuerit prouocatum, nec amplius prouocari poſſit propter auctoritatem rei iu. etiam ſi prius debita nō fuiſſet, iam nunc recedi non poteſt. vt ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. rem ra. ha. l. ſi ſine. §. 1. & C. de condi. inde l. 1. Quia
2 reſpondetur † quod illa ſententia fuit ſententia interlocutoria, nō diffinitiua, quodq; apparet ex verbis ipſius pronunciationis. quia dicitur ibidem interloquendo pronunciauit, &c. Sicq; non habuit animum iudex diffinitiue pronunciandi. Item ex eo quia nec litis conteſtatio interceſſit, ſine qua non ſolet regulariter ad diffinitiuam ſententiam perueniri, vt C. de temp. ap. l. fi. §. illud. & ibi no. & quomodo & quando iudex. l. vlti. extra. vt lit. non conte. per totum, & præſertim in c. quoniam frequenter. & not. in l. ſancimus. §. fin. C. ad treb. vno namque contextu cum ipſa libelli oblatione facta curatori pronunciatio ipſa facta eſt. & ſi quis fortaſſis diceret, per confeſſionem curatoris litis conteſtationē factam intelligi per ea, quæ no. per gloſ. in l. 1. C. de lit. conteſt. Reſpondetur, quod illud verum eſt, ſi animo litem conteſtandi faceret vel fieret, vt ibi gl. adijcit. Hic autem curator reſpondit animo euitandi iudicium, nō ſubeundi, vt ex ipſa curatoris reſponſione liqueſcit. Itē & per ſtatutum confeſſio curatoris quo ad præiudiciū inferendum irritatur. Cum itaq; ſit interlocutoria ſentētia ex falſa cauſa lata, nulla eſt, vt ff. ne vis fi. ei qui impo. nu. eſt. l. 1. §. hæc verba. de fideicom. liber. l. cum vero. §. ſubuentum. de re. eorum. l. magis puto. §. manet. ex qui. cau. in poſ. ea. l. fulcinius. §. 1. & ita hic aperte terminatur recte in caſu noſtro per Bar. poſt. gloſ. quamq̃ & ſi fuiſſet diffinitiua ſentētia, nihilominus propter dolum allegantis ſe creditorem falſo & ſcienter non fuiſſet factum debitum, cum & ſi ſolueretur condictione ſine cauſa, teneretur excipiens ſe non fuiſſe creditorem, multo magis ante ſolutionem potuiſſet ſe exceptione tueri, vt ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cui damus, ſecundū ꝙ hæc colliguntur ex dictis Iaco. de Are. relatis per Cyn. in pręalleg. l. 1. C. de condi. inde. verſus fi. ſui apparatus, quod etiam confirmatur auctoritate gloſſatoris in præalleg. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. mā. circa medium gl. quę incipit per condictionem, pro qua facit finis illius §. dum ipſum falſum creditorem dicit teneri crimine ſtellionatus. Ex his itaque concluditur memoratam in ſolutum dationem nullatenus valuiſſe propter cauſæ falſitatē & dolum maxime dictæ dominę Margaritæ. Sed ex alio capite nullitas eiuſdem recte defenditur ex perſona dantis in ſolutum, qui nec fuit curator, & conſequenter omnia, quæ cum eo facta ſunt ſiue per eum, nullius ſunt momenti, quod ex eo potiſſimū demonſtratur. quoniam fuit datus curator quaſi iacenti & indefenſæ hæreditati, cùm vere adita eſſet hæreditas, nec iā hęreditas dici poſſet, vt ſingulariter not. ff. ſi cert. pet. l. eius qui in prouincia. Erat nanq; adita per ipſum Georgium de Precario, vt ex ſupra relatis documentis apparet, ideoq; ipſa datio curatoris nulla fuit, quaſi ex falſa cauſa interpoſita. arg. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. tutor ſi petitus. & l. Seyæ egreſſæ. & ad carb. l. 3. §. puberi. & ex qui cau. in poſ. ea. l. fulcinius. §. ſi quis poſſederit. eſt namque eiuſmodi datio decretum ſiue ſententia interlocutoria, non diffinitiua, hoc quippe planum merito ex falſa cauſa interpoſitum, ſeu data nulla ſunt ſecūdum quod ſuperius eſt deductum. Præſertim cum obreptum fuerit prætori non tantummodo in eo, quod ipſa domina Margarita creditrix exiſteret, verùm etiā & in eo quod iaceret hæreditas, cum ſciret ipſam hæreditatem aditam eſſe, quod ex eo cōuincitur. quia fuerat publice proclamatum & creditoribus intimatum ex parte poteſtatis dicti Burgi ad inſtātiam dicti Georgij, & ipſa domina Margarita, quæ ſe creditricem prætendit, tunc præſens erat in Burgo vt proponitur, vnde nec ignoraſſe præſumitur. argu. C. de remiſſ. pig. l. ſi eo tempore. & ff. de inſtit. l. ſed & pupillus. §. proſcribere. Quo fit, vt idem quondam Georgius fuiſſet legitime per iudicem euocatus, quod contra eſt, vt infra ſubijcitur. quicquid tamen actum eſſet contra abſentem per falſas allegationes, & dolum præſentis ipſo iure foret nullius momenti, vt ff. de iudi. l. cum prætor. §. primo. erat enim abſens idem Georgius, cum in ſolutum datio facto extitit. Item cum ipſa ſciret, ad eundem Georgium hæreditatis ſpem tāquam proximum pertinere, vt ex tenere proteſtationis eidem factæ deprehenditur, debuit etiam ſi neſciſſet aditam hæreditatem, ſaltem eundem Georginm in ipſa datione curatoris ſpecialiter euocare. argu. ff. de ventre inſpi. l. 1. §. denunciari. & notatur eleganter per dominum Bart. in l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæ. inſti. quod cum minime factum ſit, nō valet in eius præiudicium, quod actum eſt, ad quē iam pertinebat hæreditas, & rerū de q̄bus agitur dominiū, quique nec præſens fuit, nec vt oportuit ad hoc ſpecialiter denūciatione euocatus fuit. arg. ff. de re. iudi. l. de vnoquoque. & l. diuus. de adop. l. nam ita diuus. & de in integ. reſti. l. in cauſæ. §. cauſa. & l. etiam. §. fi. & C. ſi vt ſe ab hære. abſti. auth. ſi omnes, & quod ibi nota. per doc. tradentes quod vbi certi ſunt hi, quorum intereſt, nominatim vocandi ſunt. Sed propter incertas genera

ſi opus

lī opus eſt ꝓclamate. Relinquitur igitur ad id, de quo primo loco quæritur concludendum, ciuſmodi dationem in ſolutum dominæ dictæ Margaritæ factam multiſariam multiſque modis nullam protinus extitiſſe, quę ſententia æquitati quoque conuenientior eſt.

3 † ¶ Ad ſecundum autem de quo quæritur breuior, atque expeditior reſponſio eſt. Nam cũ ipſa domina Margarita fuerit in mala fide poſſidẽs res alienas, vt ſuperiꝰ eſt oſtenſum, palam eſt, eam ad earum reſtitutionem cum fructibus etiam percipiendis medio tempore obligari titulo, qui nullus eſt, eam nullatenus excuſante, vt ff. de rei ven. l. ſi nauis. C. de fi. inſtru. & iu. ha. fi. l. 1. li. 10. & quod ibi not. & ff. qđ met. cauſa. l. ſed & partus. in prin. Nec ab eiuſmodi cauſa abſoluitur, quia nõnullas earum alienauerit. nam cum dolo poſſidere deſierit, pro poſſidente habenda eſt, quinimo contra eam etiam in litẽ iurabitur, vt ff. de rei ven. l. qui reſtituere. & de hæred. peti. l. ſi poſſeſſor. §. fi. vel ſi malit actor precium, quod accepit ab emptoribus ipſa domina Margarita, vel verum tantummodo conſequi poterit per l. fi. ff. de ne. geſt. & ſi cer. pe. l. ſi cum ſeruũ. & quod in eis not. & ff. de rei ven. l. mater. & de re. ali. nõ ali. l. 1. & ff. de rei ven. l. quod ſi poſſeſſor. & hæc de ſecundo.

Ad tertiũ breuiſſime reſpondendum eſt, emptores prout quæritur teneri, ſic namque tenentur bonæ fidei emptores, vt ff. de rei ven. l. certũ. & quod ibi nota. Nec vlla temporis præſcriptione iuuantur, non quidem iure communi propter malam fidem venditricis, quæ efficit, vt nec poſſit minore præſcribere ſpatio tricenali. vt in auth. malæ fidei poſſeſſore. C. de præſcrip. lon. tẽp. & in corpore vnde ſumitur. Nondum autẽ excurrit tẽpus tricenale, ſed nec iure municipali, quoniam ſtatutum, quod de poſſeſſione ann. 20. loquitur, non de iure proprietatis atque dominij, ſed ſolo iure poſſeſſionis diſponit. vnde deſcendens ex iſto ſtatuto condictio poſſeſſoriũ parit priori poſſeſſori iudiciũ, nõ petitoriũ, vt ex ipſius ſtatuti verbis licet manifeſte deprehẽdere. Ex his itaq; omnibus relinquitur cõcludendum, dictũ Bartholomæum de Arena contra dictam dominam Margaritam audiendum ad rerum, quas poſſidet, reſtitutionem cum omnibus medij temporis fructibus, & percipiendis ſibi faciendam, ad earum autem, quas alienauerit, precium, vel quod ab emptoribus accepit ipſa mulier, vel verum vel quæſiti in litem iurauerit actor cum medij quidem temporis commodis ipſi Bartholomęo dictam d. Margaritam protinus condemnandam, prout ipſe petitor elegerit, contra emptores vero tanquam contra bonæ fidei poſſeſſores de reſtitutione ipſarum rerum tantummodo, quas poſſident, & earum extantibus fructibus & poſt lit. conteſt. omnibus ei præſtandis procul dubio ius dicendum. Et in hanc partem debet ſine trepidatiõe eius, qui de ea re ius religioſe dicturus eſt, propoſitum eſſe procliuius, per quàm & veritas defenditur, res ſua dominę ſine iuſta cauſa non aufertur, & vnius lucro cum alterius graui iactura ſecundum naturalem æquitatem occurritur, & ius ſuum vnicuique tribuitur, quod & faciendum eſt. ff. de iureiur. l. 3. §. pe. & C. de app. l. eos. §. 1. & de tem. ap. l. per hanc. in fi. ff. de reg. iur. l. quod noſtrum. & l. iure naturæ. & de cõdi. inde. l. nam & hic natura, vt de iuſti. & iure. l. iuſtitia. §. 1.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Quando quis dicatur metu liberationem facere ita, vt reſcindi poſſit, & quãdo dicatur iuſtus metus, ſiue à domino, ſiue ab epiſcopo, ſiue à marito, & an contractus metu initus valeat ipſo iure.

SVMMARIVM.

1 *Metus diuerſimode conſideratur.*

2 *Comminatio, & indignatio, & ira an differant.*

3 *Agens ex ſtipulatione hominis ex genere perinde habetur, ac ſi hominem ſimpliciter petat.*

CONSILIVM CXCI.

TITIVS iuſſus per literas Illuſtris domini Mediolani & Comitis virtutum tunc domini ciuitatis Parmæ ſub pœna perpetuæ & irremiſſibilis indignationis, eo quoq; addito, quod ſi negligens eſſet in præmiſſis ipſe Titius, oſtenderet ſibi idem dominus quantum ſibi ſua negligẽtia diſpliceret, cum Mediolanum iſſet ob eas literas, tandem per 22. dies poſt datam ipſarum literarum liberauit Seyum recipientem ſuo nomine, & nomine cæterorum aliorum correorum per cautionem ex cauſa depoſiti ipſi Titio obligatorum in duca. 400. proteſtans, ſe nihil debere habere ab ipſo Seyo & correis, ſeq; eorum minime creditorem eſſe, ipſumq; depoſiti documẽtum eidem, quibus ſupra nominibus tradidit. Nunc vero cùm ciuitas prædicta Parmę in dominium illuſtris Marchionis Exten. Ferrariæ, &c. trãſierit, petit ab eodem Seyo dictos florenos 400. aſſerẽs, eam liberationem metu prælibati domini Comitis extortã. Quæritur an recte petat, vbi dicendũ concluſiue videtur & ſine diſputatiõe cauſa breuitatis puto, quod ſic per l. pen. & fin. C. de his quæ vi, me. ve. cau. geſta ſunt. ff. de offi. præſi. l. illicitas. in prin. in ver. cautiones. & in §. 1. vbi ne iniquum lucrum, aut damnum ſentiat, &c. & quod me. cau. l. fi. §. ſi iuſto metu. & arg. ff. quar. re. act. non de l. 1. §. quæ honorandæ, & quæ ibi notantur in patrono, vel epiſcopo, aut marito. de quibus minus videretur, quàm in re propoſita. faciũt etiam optime, quæ notãtur. per Bar. ff. de condi. ob tur. cauſam. l. pe. & C. de his quæ vi, me. ve. cau. geſta. ſunt. l. 2. & pe. & per Cy. in d. l. 2. licèt namque metus, aut cruciatus corporis quantum ad actionem, quæ metus cauſa, aut alius metus ſimilis puta ſeruitutis, vt ff. quod me. cauſ. l. continet. cum legibus ſequentibus. Quantum tamen ad officium iudicis vel cõdictionem ex principalibus conſtitutionibus minor metus probabilis tamen ſufficit, vt ſupraſcriptis legibus. & not. in l. nec timorem. ff. quod me. cauſ. & C. de tranſac. l. interpoſitas. per gloſſ. & doc. Nec dixerit quis, huiuſmodi comminationem perpetuæ & irremiſſibilis indignations tanti domini non fuiſſe iuſtum timorem. Nam ſi vinctus ducatur ad iudicem, metus ſufficiẽs ad reſciſſionem eius, quod geſtum eſt, putatus eſt, vt d. §. ſi iuſto. l. fin. quod me. cau. Si metus quoque aut nimia reuerentia patroni, vel epiſcopi iuſti putatur pro reſciſſione geſtorum, vt d. §. quæ honorandæ. vt ibi not. Quanto magis metus indignationis tam potentis domini, quam ſpecialiter comminatus eſt, ſe perpetuo & irremiſſibiliter contra eum habiturum. & præterea ſe oſtenſurum quantum ſibi diſpliceat inobedientia, ſiue negligentia, debet metus iuſtus & ſufficiens eius, quod propter eum geſtũ eſt, repu-

1 tari. Nam † & minæ iuſtus metus putatæ ſunt, ſi ab ea perſona proceſſerint, quæ poſſit, & conſueuit eas executioni mandare, vt in l. ſi donationi. & in l. metum. & ibi no. poſt gloſſ. per Barto. C. de his quæ vi, me. ve. ca. & l. ad inuidiam. & in l. pe. & in l. vnica. C. ſi quis Imperatori maledi. & in præallega. l. interpoſitas. C. de tranſact. vbi etiam no. per Cy. quod vbi timetur oppreſſio iudicis, iuſtus eſt metus ad reſciſſionem eius, quod geſtum eſt. Hic autem negari non poteſt, metum oppreſſionis iudicis, & magiſtratus malum potius affuiſſe. Rurſus nec negabitur, eſſe lucrum iniquum liberationis, & dãnum iniquum dicto Titio, clauditur itaque ſub d. l. illicitas. §. 1. de offi. præſi. Itẽ in re obſcura potius fauendum eſt repetitioni, quàm aduentitio lucro, vt ff. de re-

3 gu. iur. l. non debet. §. in re obſcura. Nec † dicat quis, huiuſmodi comminationem indignationis irremiſſibilis & perpetuæ minas generales continere, quæ nõ ſufficiant, quoniam nihil aliud arbitror indignationem alicuius

alicuius domini, quàm iram ipſius domini. Quid nam
que aliud, ſignificaret indignatio & ex cõmuni vſu lo
quendi accipienda. Sicut autem ira Dei plurimum ex-
paueſcenda eſt, ex qua mortalibus inſequutæ ſunt ali-
quando peſtilentiæ, fames, ciuitatum euerſiones, vt in
Authe. vt non luxu. contra naturam. in prin. in ver. ira.
& in ver. ad iracũdiam. Ita etiam & ſubditis iuſtiſſimus
eſt metus, & timor ſibi dominantium indignatio, ex
qua aut mors, aut corporis cruciatus, aut bonorum ad-
emptio nonnunquam inſequuntur. Hæc enim omnia
verbis illis indignationis & iræ comprehenduntur per
arg. à ſimili ex dicta Auth. vt nõ lux. cõtra naturã, & ma
gna pęna eſt ſeruo, ſi dominus iurauerit ſe ſemper futu
rum iratum ipſo ſeruo. arg. C. ad l. iu. maie. l. 2. aut ſaltẽ
eiuſmodi comminatio pœnã generalem arbitrio ſuo
ipſi Titio continuit inſerendam, quæ pœna ſolet dici,
cùm non ſit certa determinata pœna, extraordinaria,
quam vel minus licet incertam pœnam non eſſe ambi
gendum. arg. in l. 1. in fin. & quod ibi in glo. C. de ſum.
tri. & fide cathol. & de offic. rect. prouin. l. potioris. in fi
ne. Et cùm ipſa pœna ita generaliter comminatione
prædicta ipſius iudicis arbitrio terminanda relinqui-
tur. arg. in l. 1. §. expilatores. ff. de eſtract. & expi. Sicque
poſſit ad pęnam corporalẽ pertinere multo magis me
tuẽda eſt, quàm ſi certam pœnam pecuniariam fuiſſet
comminatus, qua quælibet corporalis grauior eſt, vt ff.
de pœn. l. in ſeruorum. in fi. Cùm tamen ſi certam pœ-
nam pecuniariã fuiſſet comminatus, non negant, qui
in aduerſum allegant, iuſtum futurum metum ſubfuiſ-
ſe, qui confitentur, quod ſi de bonis auferendis, aut lu-
cro ipſo dominus fuiſſet cõminatus, iuſtus fuiſſet me-
tus ad reſciſſionem extortæ liberationis per d. l. fin. §. 1.
& ff. quod me. cau. & per nota. per Cy. in præalleg. l. in-
terpoſitas. Non eſt itaque & in re propoſita putandum
huiuſmodi comminationẽ, quæ pœnæ generalis con-
tinet illationem, & conſequenter aut corporalis aut pe
cuniariæ. in his etenim duobus omnis pœna reuolui-
tur, licèt pœnæ infinitæ ſint ſpecies, vt in l. cognitionũ.
in prin. ff. de var. & extraor. cog. etiam per totos titulos
ff. & C. de pœn. non fuiſſe iuſtum metum, cum ſecun-
dum regularem doctrinam tantum ſoleat operari ge-
neralis oratio, ſiue enunciatio, quantum ad omnia cõ
tenta ſub genere, quantum ſpecialis in ſua ſpecie, licèt
nonnunquam ea regula fallat, inter quas fallẽcias hũc
caſum ordinatum non memini. vt C. de præſcripr. 30.
vel 40. ann. l. omnes. & ff. de admini. tuto. l. ſi duo. & de
acquiren. here. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & per hæc
apparet non eſſe, nec fuiſſe iuſtam allegationem dicen
tium, non fuiſſe capitulatum, vel probatum de metus
2 certa quantitate. Sic enim † qui agit ex ſtipulatione ho
minis ĩ genere, rectè agit, ſi hominem ſimpliciter pete
ret, quia non poteſt aliter certam ſuam petitionem effi
cere, quanquàm ſi certum hominem fuiſſet ſtipulatus,
cogeretur in ſua petitione cum certis demonſtrationi
bus demonſtrare. & ſicut in petitione hominis in gene
re talis incerta iudicis ſentẽtia ſubſtinetur, qui aliàs co-
gitur certam proferre ſententiam, vt hæc omnia colli-
guntur in Inſtit. de act. §. præterea. & in §. curare. ff. de
eden. l. 1. in prin. & quæ ibi notantur. & de rei ven. l. ſi
in rem. cum ſi. ibidem allegatis & notatis. C. de ſent.
quæ ſine cert. quæ profer. l. 2. ita quoque, qui indigna
tionem comminationis, & pœnæ generalis à potente
domino ſibi factam ꝑ iuſto metu propoſuit, cum nec
ſpecialius aliterve poſſet ipſum metum deſignare, re-
cte feciſſe ſubſtinendus eſt. Illud non me mouet, quod
in literis prælibati Comitis ipſos correos in inſtrumen
to depoſiti deſcriptos fideiuſſores appellauent cuiuſdã
L. dixeritque, illud inſtrumentum facto Titio ſub no-
mine Parmenſis epiſcopi, de quibus duobus nihil ap-
paret in eo inſtrumento depoſiti, à quo hic Titius di-
ctum Seyum & correos liberauit, quaſi non ab hoc de-
poſiti documento eos liberari dictus dominus Medio
lani mandauerit, quoniam primum in ipſis literis do-
mini adijciebatur qualitercunque res ſe habeat, quæ
verba illud ſignificant, ſiue ita ſicut ſupraſcriptę erat in
literis in inſtrumento contineri contineatur [illegible]
ret. arg. ff. de excep. rei iudi. l. ſi mater. [illegible] eandem. in [illegible]
in ver. qualecunque & vndecunq;, quæ [illegible] non
tantum dominiũ, quod & ex qua cauſa [illegible]
rat proſequutus, & ſibi competere opinabatur verum
etiam aliud & vndecunque & qualecunque [illegible]
notaht verba eiſdam literis inſerta, vt [illegible] quibus [illegible]
nuit ſcribens aliter ſcriptam, quàm fuiſſet [illegible] itate
confecta prout ſupra narrauerat. Denique cum inſtru-
mentum, à quo liberatus eſt ipſe Seyus & correi in di[illegible]
bus demonſtrationibus conueniat. & concurrat cum
inſtrumento in literis comprehenſo in cau[illegible] quia d[illegible]-
poſiti, item ĩ nominibus ſiue perſonis debitorum nec
appareat aliud inſtrumentum. in quo [illegible]
xij legerentur ipſi Titio, præſumitur idem [illegible] mi-
nus inſtrumentum, & de quo fit mentio in literis, & à
quo facta eſt liberatio, licèt in quibuſdam aliis demon
ſtratiõibus, ſiue qualitatibus diſſonare videãtur, & cre-
deretur potius erratum per l. 1. in fin. ff. de do. præle. &
doctrinam Bar. traditam in l. demonſtratio falſa. ff. de
condi. & demon. Præſertim cum illico poſt literas ipſi-
us domini Mediolani conſequuta fuerit liberatio ab
hoc inſtrumento, præſumitur & illud eſſe, de quo in li-
teris iuſſum erat. ar. ff. ad mace. l. ſed & Iulianus. [illegible]
inde. ver. ſed ſi ab initio. & de priuil. cre. l. ſi venter. §. fi.
& quod ibi in ſimili caſu not. per Bart. C. de iure deli. l.
fi. §. & ſi præfatam. ad fi. cõmenn ſui. Rurſum verbum
fideiuſſionis late ſumptum ad omnem obligationem
pertinet, quàm quis pro alio ſuſcipiat, etiam ſi ſe princi
paliter obliget. vt in Auth. de duo. re. in prin. in ver. al-
terna fideiuſſione. & ff. ad velle. l. 2. in §. 1. in ver. fideiuſ
ſiones, & facit l. vir vxori. §. fi. & quod not. per Bart. in
l. reos. in prin. ff. de duo. re. non me etiam mouet, quod
idem Titius in inſtrumento liberationis teſtatus ſit ſibi
nihil deberi. neq; ſe eorum eſſe creditorem, quoniam
hæc verba liberationis ſunt, & ad liberationem perti-
nent, vt ff. de pac. l. tale pactum. in prin. & C. de fal. cau-
ſa. adie. le. l. 1. hoc videlicet vbi apparet obligationem
præcedere ex publico documento depoſiti, quinimo
hæc mens loquentis manifeſtè detegitur ex principio
documenti liberationis, vbi dicitur, & liberat, &c. quæ
verba ſuffuiſſe obligationem, & tunc ſubeſſe ſignificãt,
vt ff. de ver. ob. l. decẽ. & de iureiur. l. remittit. & de in-
ſti. & iu. l. manumiſſiones. debẽt igitur verba ipſius cau
tionis intelligi, vt non contineant repugnantiam, vt ff.
de reg. iur. l. vbi repugnantia. & ff. de condi. & demon.
l. non ad ea. & not. per Bart. in ſimilibus terminis. ff. de
condi. inde l. ſtichus. §. idem quæſijt. Intẽlligunt igitur
ea verba iam poſt ipſam liberationem factam in prin.
& tunc paulo ante factam eos non eſſe debitores ex eo
inſtrumento, neque ſe creditorem. Concludens itaque
vehementer admiror qua fronte, qui ius in ea redixit,
ſeu qua etiam mente conceperit ſententiam ſuper rei
abſolutione proferre, qui profecto rem inciuiliter ge-
ſtã ſuæ potius æquitati reſtituere potuiſſet, ſeu debuiſ-
ſet. arg. in l. fi. §. 1. ſeu fi. qui peroptime faciunt. C. quod
me. cauſa. quod Titiũ in appellationis cauſa conſequu
turum non ambigo, ſi religioſum iudicem, & veritatis
amatorem ſortitus fuerit, & noniſſime memorẽ. l. nõ
debet. §. in re obſcura. ff. de re. iu.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

A R G V M E N T V M.

¶ Renuncians exceptioni numerationis non factæ, aut traditionis non factæ an & quando poſſit aliquo re medio contrauenire, vt ſibi ſuccurratur. & ſtante ſtatu to volente contra publicum inſtrumentum non poſſe probari per teſtes, quid operetur tale ſtatutum, & quo-modo intelligatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Actioni renunciantibus non eſt amplius dandus regreſſus.*
2. *Coniectura in materia donationis qualiter ſit conſideranda.*
3. *Lex communis prohibens exceptionem non numeratæ pecuniæ poſt biennium opponi & probari, non poteſt impedire quin poſtea probetur.*

CONSILIVM CXCII.

QVIDAM emit ab aliquo octo millaria ſalis pro duca. octingentis, promiſitq; dictam quantitatem dare hinc ad duos annos, confeſſusq; ſibi prędictum ſal menſuratum fore, renuncians exceptioni non ſibi datum, non menſuratum, &c. Quæritur nunqnid obſtante confeſſione emiſſa, ac exceptionis refutatione, ſcilicet cõfeſſionem ſibi nõ datorũ nõ numeratorum &c. Petrus prædictus emptor euidentiſſime fidem facere iudici, non ſibi, nec alio nomine eius per vẽditorem neque per aliquem alium datum, neque conſignatum, fuiſſe prædictum ſal oblata dicta quantitate pecuniæ legitima cum depoſitione poterit & prædictum ſal, vel intereſſe à venditore petere. Et ſi poteſt, qua ratione dubitatur ex eo quia ſtatuto cauetur, qnod teſtium depoſitio in inſtrumentis publicis non officere habeat, ſed producti ipſis inſtrumentis habeant prodeſſe, quæritur quid ſit hoc iuris. Pro pleniore examinatione eius, de quo quæritur, duo diſcuti oportet, primũ an renunciatio exceptionis non traditi, & non menſurati ſalis efficiat, ne emptor poſſit dicere, allegare, vel proponere ſal non fuiſſe ſibi traditum, ſiue menſuratum. ſecundum an ſtatutum, de quo ſupra, ſaltem id iudicat, ne probari poſſit illud aliter, quàm per ſcripturam, vel probari nõ queat per teſtes. Et hoc pro diſcuſſione. Ad primum videtur prima facie reſpondendum, eiuſmodi renunciationis emptori ſublatam exceptionem ſalis non menſurati, & non traditi. Nam vulgaris regula eſt tàm antiqui, quàm noui iuris, licere vnicuique exceptionibus pro ſe introductis renunciare, vt C. de epiſc. & cler. l. ſi quis in conſcribendo. & de pact. l. pen. & ff. de min. l. iu
1 dex. Item † renunciantibus actiones ſuas non eſt amplius dandus regreſſus ad eas. de ædil. edi. l. quæritur. §. ſi venditor. cum pleriſque concor. in eiſdem legibus allegatis. Item renuncia facta parte præſente maxime ad liberandum vim pactionis obtinet. C. de pac. l. poſtquã liti. ff. eo. l. tale pactum. in prin. vnde ex eiuſdem renunciatione inducitur venditori ſi conueniatur ex empto velut ex pacto exceptio. Et ſi ipſe ex vendito precium petat, & aduerſus eum excipiat, de re vẽdi. nec dum tradita per l. qui pendẽtem, & l. Iul. §. offerri, replicatio velut ex pacto ei parabitur aduerſus eam exceptionem. arg. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. & quod not. per Bartol. poſt glo. ff. de cõſti. pecunia. l. hactenus. §. 1. vbi. tutum exceptione & ſcienter conſtituentem nequit intelligi exceptionem remittere, &c. Verùm diuerſam ſententiam veriorem exiſtimo, non eſſe ſublatam eiuſdem renunciationis. exceptionẽ non mẽſurati, & non traditi ſalis. Quod ſic optima ratione deduco. Nam cum proponatur euidentiſſime conſtare ſal id non fuiſſe tempore contractus traditum. Ea confeſſio & renunciatio poteſt duplici ex cauſa facta, in tali autem eo quod vellet, ſeu voluerit emptor in perpetuum liberare venditorem ab ipſa ſola tradendi obligatione, aut eo quod ſperaret, cum & id ageretur, vt ſal ipſum poſtea per venditorem ad menſum emptori traderetur. primo nempe caſu donatio foret, ſi alia cauſa declarationis non appareț, vt arg. ff. de oper. lib. l. c. Campanus. & de re. iur. l. ſi quis obligatione. & quod ibi not. Aut vtrunque tota obligatio empti & venditi reſolueretur. ff. de reſcin. ven. l. cum emptor. in princ. & de accep. l. fina. & facit ff. de pac. l. ſi conuenerit, ſed in dubio non eſt præſumẽdum, quẽ velle donare, cùm ſic iactare vel perdere, vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. & l. filiusfam. de dona. præſertim cùm quantitas ſit magna eo quod amplius ſumit & ſic perſonarum coniunctio, vel alia ratio præſumendæ donationis, vt nos docet legiſlator. ff. de dona. inter vir. & vxo. vtrum & gloſſator elegauter, cæterique poſt eum commentatores. ff. ſi cer. pe. l. ẽ, cum quid. ergo confeſſionem veritati contrariam cum renunciatione potius ſpe faciendæ menſurationis, atque traditionis factam rectius interpretabũtur, pro quo fa
2 cit quod vulgo dici ſolet, quod † vbi alia poteſt capi cõiectura, quam donationis, ea potius aſſumenda eſt. ff. de ſolu. l. cum aureum. de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & notat. per Cyn. C. de hære. peti. l. final. in fin. de rei ven. l. 2. hoc itãque admiſſo quod ſi confeſſio ſpe futuræ traditionis facta ſit, ſ. quens eſt, ipſa ſalis traditione non ſequuta effectu obligationem eſſe quamobrem facta, vt res ſequuta ſit, vt C. de non nu. pe. l. ſi quaſi, & de cõdi. ob. cauſam. l. ſi cum exiguam. & de poſtu. l. 3. & ff. de condi. ob cauſam. l. 1. l. ſi quis accepto. & l. ſi mulier. & conſimiliter de ipſa quoque renunciatione exceptionis non traditi ſalis ſentiendum eſt, cum ad ipſius confeſſionis, & eius quod agebatur robur acceſſerit, vti de iuramento cautum eſt. C. de non nu. pe. l. fin. Et ſi quis fortaſſis inſtiterit nil igitur renunciatio operabitur, reſpondebitur, quid nam nec iuramentum, vt d. l. fin. quæ namque dubitationis cauſa tollendæ inſeruntur, ius commune non lędant, vt ff. man. l. qui mutuam. in princi. & in regula iuris quæ dubitationis, vel quod tutius eſt, imo plurimum operabitur. Nam non aliter prædicta procedunt, vt confeſſio inanis ſit & vacua, quam ſi ipſe emptor euidenter oſtenderit ſal nunquam ante, vel poſt ad menſum traditum non fuiſſe, cum omiſſa ea renunciatione venditori potius probatio facienda menſurationis atque traditionis incubuerat, vt C. de proba. l. actor. & de non num. pe. l. aſſeueratio. Et ita finaliter diſputando determinat gloſſator per alias plurimas rationes. C. de non num. pec. l. ſi ex cautione, quam determinationem, vt renunciatio non efficiat in ſe onus probationis transferri vt probãt doctores omnes nullo prorſus diſſidente ſequuntur. Quin amplius ſunt, qui putãt, nec nocere renunciationem ad probandi onus translationem, inter quos ſunt. Ia. de Ra. & Pe. vltima montis. & Cy. cum eis vt ibi no. Relinquitur itaque quo ad primum ex ſuperioribus concludendum, renunciatione eiuſmodi non ſublatam exceptionem non menſurati, & non traditi ſalis emptori, ſi id non traditum euidenter oſtenderit.

¶ Ad allegata in diuerſam partem apparet per ſuperiora reſponſio, quæ procedit cum conſtarent eiuſmodi renunciationem donationis & perpetuæ remiſſionis cauſa factam, vel ſaltem cum non appareat non factam traditionem vt ex prædictis licet colligere.

¶ Circa ſecundum quo de ſtatuto proponitur. pluſculum dubitationis exiſtit. & quidem ſi aliter, quàm per teſtes poſſet id doceri non fuiſſe ſal ad menſum traditum ne per confeſſionem puta venditoris, aut ſuarũ codicis rationum, aut poſitione facta ſubſequutam de credulitate reſponſionem, aut ex eius contumacia nõ reſponderitis factam confeſſionem ſecundum ea, quæ habentur extra de confeſ. c. 2. & 1. lib. 6. & quæ no. C. de iur. calũ. l. 2. §. quod obſeruati. & §. quòd ſi actor. & §. ſin autem reus. Aut alias ſimiles probationum ſpecies res in tuto eſt, ſtatutum non obſtabit quod duntaxat de teſtium depoſitione diſponit. Cęterum ſi non per teſtes id doceri poſſit, quòd perquamdifficile opinor, tũc incidet illa diſputatio num ſi emptor ſoluat precium ſalis tracti ex publico documento auctoritate ſtatuti non admiſſa probatione non traditi ſalis per teſtes poſſit nihilominus ſolutum, velut indebitum, vel ſine cauſa condicere, quod videtur per ea, quæ ſingulariter tradidit Bar. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 2. vbi notatur, quòd ſi ſtatuto prohibetur admitti contra publicum documentum exceptio, quæ defenſio competebat, ſoluet ex publi-

ex publico documento co'nuentus ea defenſione admiſſus propter vim legis municipij. verum alio poſtea iudicio, quod ſoluerit, repetet iudicati auctoritate, vt magis impediente, vt ibidem ſatis eleganter per eundẽ monſtratur. Et ſimile no. C. de non nu. pec. l. fi. vbi notauit quod ſi renunciatum eſt exceptioni non numeratæ pecuniæ, & iuratum de non conueniendo, ſolui quidem oportebit, verum ſolutum repetenir. Quid porro refert municipalis ex toto contra publicum inſtrumẽtum exceptionem ſubmoueat, & ſic oppoſitionem, & conſequenter etiam omnis generis probationem, vt in caſu Bart. cui exceptionem vel defenſionem ſubmoueat certo modo, puta teſtibus comprobandum vt in re propoſita. Et pro hac quoque ſententia facit quod not. Bal. poſt gloſ. in l. ſi ex cautione ſuperius alle. videlicet
3 quod † licet lex cõmunis vetet poſt bienniũ exceptionem non num. pecu. opponi, & conſequenter probari. Ex æquitate nihilominus maiori canonica etiam poſt biennium admittatur & oppoſitio & probatio, dum tamen ipſæ oppoſitiones probationem ſuſcipiens faciat. & facit quod no. per Inn. extra. de immu. ec. c. quia plerique. illud ſane remedium emptori nõ deeſſe videbitur, vt vẽditio propter vẽditoris dolum & ſtellionatum terminetur, & conſequenter in factum, vel de dolo ciuiliter cum ad ſuum intereſſe conueniat, vt ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. & de crimine ſtel. l. fi. vbi nãque criminaliter accuſari quis poteſt, ibi etiã in factũ ſaltem ciuile ad intereſſe eum quoque conueniri poſſe recipiẽdum eſt. arg. ff. de ſal. l. qui nomine. & quod pulcre traditur per Cy. & Bal. de cõd. in d. l. 1. & per Bart. ff. rem ra. ha. l. ſi ſine. §. nouiſſime. & id attentari poſſe videretur. vt id ſtatutum, quod teſtium depoſitio non habeat officere publicis inſtrumentis, tunc locum habeat, cum teſtium depoſitio contraria eſt publicis inſtrumentis & documentis, tunc enim propne nocere diceretur teſtium depoſitio publicis inſtrumentis, cum eorum fidem aut abrogaret, aut ei derogaret. Cęterùm ſi teſtes depoſuerint de ea re, quæ fidei publici documenti non deroget, ſed ſe cum inſtrumento patiatur, non videbitur ea depoſitio inſtrumento nocere. Ita autem eſt in propoſito, nam inſtrumentum publicum atteſtatur, emptorem confeſſum ſal venditum ſibi admẽſum & traditum, teſtium tamen depoſitio dicentium, quod ea confeſſio fuerit emiſſa ſpe ſubſequuturæ, non tunc præſentis traditionis, vel quia poſt, vel ante ſalis admẽſum vel traditum nil tabellioni vel inſtrumento dicit contrarium, ſed ſe compatiuntur. Nam neque inſtrumentum atteſtatur reali traditioni, ſed confeſſioni dũtaxat, vt not. ſpecialiter per Bart. in præalleg. l. ſi ex cautione. & teſtes confeſſionem, de qua inſtrumentum teſtatur, non negant, imo fatentur & actualem traditionem & menſurationem ſalis, ſuper quibus nil loquitur inſtrumentum publicũ, non interueniſſe teſtimonium perhibent. ſuper diuerſis igitur & ſe cõpatientibus ſunt inſtrumenti teſtatio, & teſtium depoſitio, ratio quia ſibi non inuicem derogent, aut noceant, ad quæ omnia facit, quod habetur & legitur ff. de pac. l. iuriſgentium. §. quod ſere. Et quod ibi nota. & hanc interpretationẽ ſatis ſuadet æquitas, & veritas ac iuſtitia naturalis, quibus ſummopere ſtudendum eſt, vt ff. de exc. tu. & cu. l. ſcire oportet. §. ſufficit. & ſtrictiſſime ſacienda interpretatio ſtatutorũ, vt quo minus fieri poſſit à iure deuiẽt communi, dum quid operentur, vt ff. de ver. obl. l. quicquid aſtringendę. & ad municip. l. de conſtitutionibus. & extra. de conſue. c. cum dilectus, ſuper hoc tamen ſtatuti videlicet mero intellectu conſuetudini & interpretationi diu ſeruatæ magis deſeruiendum cenſeo, vt C. de leg. & ſena. con. l. ſi de interpretatione. nec refragabitur ſuperiori ſententiæ. C. de non nu. pec. l. generaliter, vbi etiam iure communi contra confeſſionem in ſcriptis factam non admittitur probatio, niſi per contrariam ſcripturam, quia ibi loquuntur, cum ſcriptura interuenit ad rei, quæ agebatur, ſubſtantiam, vt C. de fide inſtru. l. contractus. non probatione vt hic. & ita no. per Bar. Rurſum ibi loquitur in cõfeſſione debiti emiſſa ex antecedenti, cum hic vero caſus probat in confeſſioni debiti recepti emiſſa ſpe futuræ enumerationis, vbi non ita ſeruatur, vt ff. eo. tit. l. in contractibus. §. ſuper cęteris vero. relinquitur itaque concluſiue ad ſupra propoſitam conſultationem reſpondere ipſum emptorẽ ex empto agere poſſe ad id ſal, vel ad quod intereſt. Si tamen precium ſolutum ſit, vel oblatum legitime, conſignatum, depoſitũ, vt C. de vſur. l. acceptã. l. & de pac. inter emptorem & venditorem. l. cum te, & euidenter probari poſſit aliter, q̃ per teſtes ſal admenſum, nec traditum ſupra dictis cõfeſſione, & renunciatione nõ obſtantibus, aut ſi non niſi teſtibus id doceri poſſit, alterutro vtatur, vel quod eſt indubitatius ex ſtellionatu, id eſt, dolo ipſius venditoris, qui ſal non eſt admenſus ſeu emptori non tradidit, omne id tam ex contractu venditionis ageretur, q̃ ex vi emiſſæ confeſſionis de receptu ſpe futuræ traditionis, vt C. de dotis promiſſione. ſi, vel in quantitate ad id, quod intereſt, experiatur actione in factum, vel de dolo, cum ex empto nequeat agere propter vim ſtatuti. ar. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. & ff. de crimine ſtel. l. fin. & alijs ſuperius ad hoc allegatis, & vltra ſpecialiter & optimo ar. C. de tranſac. l. actione. ſecundum ſenſum Placen. ibi defenſatum per Bart. & ff. de dolo. l. & elegãter. §. ſeruus pactionis, aut ſi precium ſoluerit ex neceſſitate l. municipij. id per ſine cauſa vel indebiti cõdictionem repetat, vti ſupra ex ſententia & not. vt ſupra per Bart. maniſeſtiſſime comprobatum eſt, & hoc de vltimo.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Conducens Molendinum & promittens reſtituere illud in fine locationis, an, ſi in fine locationis nõ poſſit maſinare caſu ſortuito, teneatur cõductor ad intereſſe. & an & quando cõductor teneatur de caſu ſortuito, & per quæ verba videatur in ſe ſuſcipere caſum fortuitum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ex conuentione contrahentium legem accipiunt.*
2 *Caſus fortuiti in re locata, vel conducta cuius damno contingant.*
3 *Caſus fortuiti an in ſimplici cõductione, ſeu locatione dicãtur incluſi.*

CONSILIVM CXCIII.

FACTVM, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt, Iacobus olĩ Guarducij & Bremia cõmunitatis Sen. cõduxit ab hoſpitale de Scala & à fratribus ſanctæ Mariæ de Sen. & ab alijs actionem habẽtibus ſuper Molendino de bono conuento cõmuniter ſiue dictũ Molendinum ſub pactis modis, & conditionibus dicendis & declarandis per reuerendũ in Chriſto patrem dominum & dominũ Franciſcũ Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopum Sen. & Gutium Galgam Gutij vicarij de Sen. qui vigore commiſſionis in eo factæ declarauerũt pacta, & conuentiones, ad quæ dictus Iacobus tenetur vigore dictę cõductionis, prout continetur in ipſo publico documento ex inde confecto manu ſer Ioãnis ſer Girini notarij, & inter alia ibi in vno c. dictæ declarationis cõtinetur, ꝙ dictus Iacobus teneatur ſumptibus ſuis manutenere ſteccatam, gorã, & cateratas dicti Molẽdini, & in fi. dictæ locationis reddere & reſtituere Molendinum prædictũ maſinans. Modo occurrit caſus, ꝙ propter magnas pluuias his diebus ꝓxime decurſis effuſas flumen arbię, ſuper quo fit ſteccatũ dicti Molendini, mouit lectũ ſuum, & alios tales aſſumpſit. propter quod aqua non vadit ad ſteccatum prædictũ, cum ſteccata, & alia ad dictum Molendinũ ſpectantia ſunt apta

& bene

& bene in puncto, ita quod habẽdo ibi aquam dictum Molendinũ maſinaret, & eſſet bene aptũ ad reddẽdum, & reſtituendũ macinãti, per inſtrumentum autẽ dictus Iacobus non recepit in ſe aliquos caſus fortuitos. Modo quæritur viſo dicto inſtrumento vtrum dictus Iacobus teneatur ad reſtituendum dictum Molendinũ maſinans, cum habere non poſſit aquam, nõ ſua culpa vel defectu, vel non.

¶ Pro pleniore eius, de quo quæritur, examinatione atq; determinatione arguam in vtranque partem primo loco, & deinde ea parte electa, quæ mihi videtur eſſe verior, allegatis in oppoſitum reſpondebo. Ad primum itaq; redeuntibus videtur reſpõdendum, dictum Iacobum conductorẽ dicti Molendini maſinantis, ſeu in id, quod intereſt locatorum, dictum Molendinum maſinans ſibi reſtitui condemnandum. Primo quoni-
1 am †cõtractus ex conuentione contrahentiũ legem, & formam accipiunt circa culpæ & fortuiti caſus præſtationem, vt ff. depo. l. 1. §. ſi conuenit. & §. ſæpe euenit. & ff. mandati. l. Ariſto. & ff. loca & conduc. l. ſi quis fundum. in prin. alias eſt §. Iul. ſub l. ſi quis domũ. & l. item quæritur. §. gemma, cum infinitis ſi. Et quia nihil magis humanæ fidei congruit, quàm ea ſeruari, quæ inter contrahentes placuerunt, vt ff. de pac. l. 1. in prin. Conuenit autem inter dictos locatorem & conductorem vt ipſum Molendinum maſinans finito locationis tempore redderetur, igitur & hoc faciendum, ſiue obſeruãdum eſt. Secundo quia prouiſio ſibi in certos caſus facta aliorum in ſe cõtinet tacitam excluſionem, vt ff. de pac. do. l. inter ſocerum. §. cum inter. & l. ſi cum dotem. ff. ſo. ma. in prin. & ar. ff. de iudi. l. cum prætor. & C. de procu. l. maritus. Sed dictus conductor ſibi in certos caſus fortuitos prouidit eorum periculo in locatores trãſferendo, ſcilicet ſi per vim exercitus ſiue gentis armorũ contingeret ipſam ſteccatam deſtrui, ſeu domum quouis modo periclitare, igitur in cæteris caſibus fortuitis non expreſſis apparet ea fuiſſe mens ipſorum contrahẽtium, vt ad conductorẽ pertinerent, alioquin ea cõuentio fuiſſet ſuperuacua, cum & ea omiſſa ad locatorem non ad conductorem caſus in re locata contingentes pertineãt, vt ar. C. de pig. act. l. quę fortuitis. & l. pignus. & ff. loca. & conduc. l. ſi quis domum. §. in exuſtis. & l. ſed addes. §. ſi quis cum linearum, quod non eſt admittendum eam. ſcilicet conuentionem fuiſſe ſuperuacuam, vt ff. de le. 1. l. ſi quando. in prin. Tertio cõfirmatur hæc ſententia ex eo quòd inter eoſdem contrahentes ſpecialiter placuit, vt ipſe conductor ſuis proprijs ſumptibus deberet ipſam ſteccatam manutenere, quod cõgrue non poteſt intelligi, niſi aduerſus vim fluminis & impetum aquarum videretur ipſe conductor in ſuum periculum & detrimentum ſuſcepiſſe cõuentione ſpeciali. Quod autem accidiſſe proponitur ex vi fluminis, & aquarum impetu contigiſſe, pluſquam manifeſtum eſt. Quibus ex omnibus concluditur relinquendum dictum Iacobum conductorem conuentionis iure teneri in id quod dictis locatoribus intereſt dictum Molendinum maſinans eiſdem reſtitui, cùm ipſum Molendinum manſinans teſtitui nequeat ipſis locatoribus.

2 ¶ † In oppoſitã partem arguitur, certum eſt ex communi & regulari natura contractus locationis & conductionis, caſus fortuitos in re locata contingentes non conductoris, ſed locatoris damno contingere, vt ff. loca. & conduc. l. ſi quis fundum. §. imperator. & alijs ſuperius allegatis, quinimo cum locator teneatur præſtare conductori, vt re conducta poſſit perfrui conductor, tenebitur locator ad exonerationem mercedis, qui ad omne, quod intereſſet conductoris, foret obnoxius, in quo etiam lucrum continetur, ſi ipſe locator vim conductori intuliſſet, vel eum, qui inferret, prohibere potuiſſet, vt ff. loca. & cõdu. cum duabus ll. ſeq. & alijs ibidem plenius allegatis. Nec rurſum dubitatur, quin fluminis impetus, aut rei interitus ſeu mors inter fortuitos caſus recte debeant numerari, vt ff. loc. & conduct. l. ex conducto. §. 1. & l. commo. l. in rebus. in prin. & ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis in iudicio. Conſequens igitur eſt ſuperioribus dicti conductoris iure communi fundatã fore protinus intentionem, niſi per locatores contrarium oſtendatur. Supereſt igitur cũ hæc ſecunda pars magis placeat, allegationibus in diuerſam partẽ factis congrue reſpondere, quibus data reſponſa pro argumentis in hanc ſecundam partẽ potuerint accipi conſequẽter.

3 ¶ † Ad primũ igitur reſpondetur, ꝙ per eiuſmodi ſimplicẽ conuentionem, de dimittendo Molendinũ maſinans in fine temporis locationis, non inducitur, vt videatur ipſe cõductor caſus ſuſcepiſſe fortuitos, cum ad hoc, vt quis caſum fortuitum in ſe transferat præter naturã contractus, in quo dolũ vſq; ad culpam leuẽ incluſiue teneatur præſtare, eiuſmodi eſt contractus locationis, de quo in præſentiarũ contenditur, deſideretur, vt aut ipſos caſus nominatim connumeret, aut quibuſdã numeratis ſpecialiter clauſulam ſubijciat generalem, aut ſpecialiter caſus fortuitos, aut vim maiorem ſermo contineat. Non autem ſufficit periculi generale vocabulũ ſecundũ ꝙ hæc pleniſſime traduntur per gl. & doc. ff. ſi qs. cauti. l. ſed & ſi qs. §. quæſitũ. & C. cõmo. l. j. p dominũ Cy. & cæteros ſcribentes, in re autẽ propoſita nihil eorũ factũ eſt. Intelligenda eſt igitur eiuſmodi conuentio ſecundũ naturam contractus. arg. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. de le. 1. l. ſi legati ſerui nomine. & de dã. infec. l. damni infecti quidã. in princ. Et quemadmodum ſi domum conductã promiſerit conductor in fine ſuæ conductionis locatori reſtituere, nemo dubitauerit, eã conuentionẽ hanc interpretationem & exceptionẽ admittere, ſi nõ per vim maiorem fiat, quo minus poſſit, per leges proxime ſuperius allegatas. & arg. ff. vt le. no. ca. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. & ſi quis caut. l. 2. §. 1. & ſeq. & d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & optime colligitur hæc interpretatio in caſu magis dubitabili ex nota. glo. C. de iure do. l. ſi inter virum. cum glo. fin. ad text. ibi in glo. & hoc dolo vel culpa. Nam & illud ad quod facit optime l. ſi quis fundum. §. 1. ff. loc. & conduc. Manifeſtum eſt, debitorem certe ſpeciei de interitu, aut deterioratione ſine eius culpa, & mora cõtingentibus nõ teneri, ita quoq; in propoſito ea conuentio de demittẽdo, vel relaxando, ſiue reſtituẽdo molendino maſinãte in fine locatiõis eandẽ interpretationẽ accipiet. nec quẽ moueat illud participiũ maſinante, quoniã & non expreſſum ineſſet, cũ & maſinãs traderetur, ſicq; & maſinans deberet reſtitui, nec propter diceretur molendinũ reſtituiſſe locatũ, niſi & maſinans redderet, vt ff. commo. l. 3. §. ſi reddita. & depoſiti. l. 1. §. ſi reddita. Præſertĩ q̃ nec aliter dici poſſe videtur molẽdinũ, quàm ſi molat, ſiue maſinet ab aluſione vocabuli, qđ eſt validum negatiue, vt ff. ſi cer. pe. l. 2. §. appellata, igitur ineſſet expreſſum, nec quicq̃ operabitur ſecundũ vulgarem regulam, quæ habet, expreſſionẽ eorũ, quæ tacite inerant ꝑut inerant, nihil operari. ff. de leg. 1. l. hæc verba. & C. de fideiuſ. & mada. l. nõ recte. Præterea in ſimplici ſiue generali diſpoſitione ea ſola creduntur intelligi, quę quiuis veriſimiliter fuiſſet ſpecialiter diſpoſitur⁹. ff. de pec. l. qui peculiũ. & de pig. l. obligatione. Non aũt eſt credibile neq; veriſimile, ſe ad id voluiſſe cõductorẽ obſtringere, ne flumen Arbiæ mutaret alueũ propter impetuoſitatẽ aquarũ, cui rei nec cõductoris potentia, ſiue diligẽtia obſiſtere potuiſſet, vnde ad hũc incogitatũ & inopinatũ euentũ nõ eſt portigẽda ſiue intelligẽda cõuẽtio, ad quẽ ſi quis quæstar eã extendere etiã impoſſibilẽ, & cõſequenter nullã efficiet, vt in regulis iuris impoſſibiliũ. & ff. de ver. ob. l. ſi ſtipulor. & ar. C. eo. ti. de contrahen. ſtip. l. nõ moriturũ, ſane ſi quis caſus fortuiti periculũ in ſe ſuſcipiat, nõ rẽ, poſtq̃ in rerũ natura eſſe deſierit Dei iudicio, polliceri reddere ſeu reſtituere intelligendus eſt. Sic enim impoſſibilis foret & nulla promiſſio, vt d. l. non moriturũ, ſed indemnitatem in euẽtum illius caſus quaſi ſub conditione, hoc eſt, rei æſtimation. ſtipulatori ſpopondiſſe intelligendus eſt, vt C. de cõmo. l.

mo.l.1. Ex his itaq; omnibus, vt peius argumētum pro parte locantium conquieſcat, & conductoris pars electa ſuperius fortiter conualeſcat.

¶ Ad ſecundū argumentū pro parte locatoris propoſitum reſpondetur, ꝙ ea argumentatio brocardica eſt, & tunc ꝓcedit pars eorū, cum nōnulli caſus limitandæ obligationis cauſa ſpecialiter exprimūtur, quod plurimum neceſſitudine perſonarū, rei, quæ agitur, aptitudine, & rigoris cōſuetudine, ac totius rei, quę agitur, ęquitate, quā cūcluſiue & generaliter tradere reor impoſſibile, vt in ſimili in l. mora. in prin. ff. de vſur. & de teſti. l. 3. §. fraudē. Cæteris eiuſmodi recte reprehēditur, vt in ſpal. l. inter ſocrū. §. cū inter. & d. l. ſi cū dotē. in princ. l3 illius l. intellectus ſit in æquiuoco. Cæterùm cū aliqua dubitationis tollendæ cauſa ad iuris cōmunis obſeruātia cōtractibus inſeruntur, ius cōmune non lædūt, vt ff. man. l. qni mutuā. in prin. & in reg. iu. quę dubitationis In re ambigua magis iuris cōmunis obſeruātiæ ſtudendū arbitror, vt ar. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. in prin. & potius actione denegandæ ac liberationi indulgendæ quàm cōtra, vt ff. de ac. & ob. l. Arrianus. quod in re præſenti magis faciendū cēſeo, quod & totius rei æquitas ſuadet, & ipſa naturalis iuſtitia cōfirmat, vt recte in ſimili dicit iuriſconſultus in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tu. ſed & in ambiguis benigniora magis eligēda ſunt, & quæ minus habent captiouis, vt in vulgarib. reg. iur. ea quæ. §. 1. & l. ſemper in dubijs, & l. in ambiguis. & l. quotiens idem. & l. quotiens vel. & l. capiēda. & l. factū. §. fi. & l. in obſcura. Porrò benignius mihi videtur & conuenientius rei periculum ad dominū pertinere, ad quem etiam cōmoda pertinent, quàm ad alium, qui omni culpa careat, vt l. pignus. & l. qui fortuitis. C. de pig. act. & l. ſi is qui. §. 1. ff. cōm. & de reg. iu. l. ſecundum naturam. & hæc de ſecundo.

¶ Ad tertiū reſpondetur, conductorē, licèt pactus ſit ſuis proprijs ſumptibus ſteccatā manutenere, nihil magis videri caſum vis maioris fluminis ſuſcepiſſe, cum ei rei hominis diligentia, & ipſius conductoris cura & ſolicitudine potuerit prouideri. & in hūc ſenſum videretur interpretanda cōuentio. ar. ff. de loca. & conduc. l. ſi quis domū, alias ſi quis fundū. §. ſi colonus, non etiā ad caſum fortuitū referenda per leges ſupra in reſponſione ad priorē oppoſitionē data, clarius cōtinetur. Et rurſus ſi quis recurrere velit etiā ad caſus fortuiti ſuſceptionem, intelligat de vi maiore fluminis, per quā ſteccara diſrumpetur & verbis tantummodn expreſſum, & menre cogitatū. Si aūt flumen mutaret alueū neq; verbis fuit cōprehenſum, neq, tacite mente conceptū, igitur tanꝙ omiſſum iuris cōmunis diſpoſitioni relinquitur. ff. de lib. & poſthu. l. cōmodiſſime. & de cō. ob cauſam. l. ſi extraneus. Iure aūt cōmuni palam eſt, cū ea alueí mutatione res locata, hoc eſt, molendinū velut interijſſe dicatur, eo ꝙ nec vltra poſſit molere, vnde nec molendinū iam dici poſſit, vt ex ſuperioribus apparet aut ſaltē deterius factum, ita vt nec ea re frui ſibi locata poſſit in eā rem in quā principaliter locata ſit, hoc eſt, ad molendū, & cōductori pro rata ipſius, quo frui non poſſit, mercedis remiſſionem ſiue exonerationē faciendam, & ab ipſius rei interemptæ ſine mora & culpa ſui reſtitutione, ſiue eius æſtimationis præſtatione liberatum, vt in l. ex cōducto. §. ſi bis. cum ſe. & l. ſi quis domū. §. in exuſtis. & l. ſed addes. §. ſi quis cū in annū. & l. habitatores. & l. ſi quis fundū. §. imperator. & l. ſi fundus. cum duabus ſeq. ff. loca. & conduc. Et ita poſt multa concludendum cenſeo.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgóſius.

ARGVMENTVM.

¶ Poſſidēs tempore litis cōteſtatæ an debeat obtinere in iudicio poſſeſſorio. & an poſſeſſio ſemel apprehēſa præſumatur ſemper continua, & an proſit poſſeſſio continuata per aliam perſonā, & duobus æque de poſſeſſione probantibus quis debeat obtinere.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio uti poſſidetis is vincit, qui tēpore litis cōteſtatæ poſſidet.*

2 *Colligens & colligi faciens fructus alicuius poſſeſſionis dicitur eam retinere, & etiam per alium conſeruare.*

3 *Acta contra naturaliter poſſidentem an præiudicent ciuiliter poſſidenti, ſi ignorat ea fieri per iudicem.*

CONSILIVM CXCIIII.

PROPONITVR quod domina Antonia tanquam hæres teſtamentaria quondā dominæ Melioris matris ſuæ ingreſſa eſt & introducta iudicis auctoritate in poſſeſſionem certorum fundorū, de quibus ad præſens contenditur, vſq; anno 1381. & dum ſic poſſideret, quidā Iacomellus ingreſſus eā poſſeſſionē Danielem Ferrariū ipſos fundos pro dicta domina tenentē efficit ſibi ſoluere affictū illorū fundorū per totū tempus, quo poſt vixit, quod fuit circa ann. 26. Et poſt mortem eius idem Daniel ſoluit idē fictū Matthæo ſabro, & Meliorance barberio hæredibus & agnatis dicti quōdam Iacomelli vno vel duobus annis. Poſt hæc domina Antonia prædicta fecit fieri præceptum per poteſtatem Vincen. eidē Danieli quatenus ipſos fundos libere relaxaret dictæ dominæ Antoniæ, & ſi ſentiret ſe grauatum ex eo pręcepto comparerēt ſui grauaminis cauſas allegaturus. Qui Daniel cum recuſaret dictos fundos relaxare & vacuare ſecundum formam ſtatutorū Vincent. fuit condemnatus in ſolidos 60. & vltra ad ſolutionem ficti lib. 24. & duarum perdicum, quod ex his fundis præſtabatur pro anno illo, & quòd deinceps in futurum ipſi dominæ ſolueret, & tunc ipſe Daniel confeſſus fuit bis diuerſis temporibus & duobus publicis documentis, quòd eiuſmodi fundos tenebat & poſſidebat nomine dictæ Antoniæ, & quòd eos habet vacuos, & receperat ab eadem, & ita conſtituit ſe eos ab ea tenere & poſſidere decetero, & reſpondere pro ficto earum lib. 24. & duas perdices, ſiue paria duo perdicum. Poſt hæc illico quidam frater Marcus, qui erat frater patruelis ipſi dominę Antoniæ de eiuſmodi geſtis querelam expoſuit apud iudicem competentem contra dictam dominam Antoniam, dicens quòd illi fundi ad eum ſpectabant & pertinebant, & quod ficti prædicti debebant ipſi fratri Marco, non dictæ Antoniæ ſolui. Et ſuper hæc induxit teſtes dictos Matthæum fabrum, & Mellorantium Barberium, qui iurati in iudicio teſtimonium depoſuere, quòd dicti fundi ad dictum fratrē Marcum ſpectabant ex continuata poſſeſſione ipſius, & auctorum ſuorum per annos 30. & plures, tunc proxime præcedentes, & quòd quondā Iacomellus de quo ſupra frater patruus ipſorum teſtium nomine dicti fratris Marchi, cùm eſſet eius attinens iure agnationis, dum vixit, exegerat fictum fundorum à prædicto Daniele forte per 30. annos. Tādem ipſa domina Antonia remanſit in poſſeſſione dictorum fundorum percipiendo dictum fictum 24. lib. & duarum partiū perdicum à dicto Daniele per 6. annos poſt ſequutos immediate & continue nō obſtanre illa querimonia fratris Marchi, quæ non apparet ad finem producta, & conſequenter videtur fuiſſe deſerta. Nouiſſime vero dictus Matthęus faber & domina Margarita mater & tutrix ſenarij filij quondam Melioranitæ præcipere fecerunt per poteſtatem Vincen. dicto Danieli quatenus ſoluat fictum dictarum lib. 24. & prædicum ipſi Matthęo, & tutrici tāquā hæredibus teſtamentarijs dicti quondā Iacomelli deinceps, & non alij perſonæ. qđ præceptū idē poteſtas reuocauit ad inſtantiā dominæ Sophię filiæ & hæredis dictæ quondā dominæ Antoniæ, ad quā ſpectat defendere dictū Danielē rōne ſui iuris, & ipſiꝰ etiā Danielis, qa eiuſmodi præceptū nō citata domina Sophia ꝓceſſerat, ſaluo tamen iure vtriuſque partis tā in proprietate, ꝙ in poſſeſſione. Apparet etiā ꝙ domina Margarita tanquā tutrix exegit per iudicem fictum 1413. à dicto Daniele,

niele.ſed cũ cautione.ꝙ reſtituet ipſum dicto Danieli,
ſi nõ probauerit ſe meliora iura habere. Ex his itaque
omnibus quæritur,cũ pendeat controuerſia inter oẽs
prædictos videlicet dominam Sophiam dictũ Danie-
lem pro vna vel pluribus partibus, & dictos Matthæũ
& tutricẽ,quæ pars videatur habere potiora iura in poſ
ſeſſione dictorum fundorum dictive ficti an domina
Sophia.an Matthæus & tutrix, cum vterque ſe potius
poſſeſſores aſſerant.

¶ † In propoſita q̃one cõcluſiue rñdens puto,dñam
Sophiam potiorẽ eſſe in dicta cã poſſeſſionis, & pro ea
per iudicẽ pronũciandũ, & dictis Mattheo & dñę Mar-
garitæ quo ſupra nomine ſuper poſſeſſionem prædicta
rum rerũ ſilentiũ imponendũ, quo ad dictã dñam So-
phiam pertinẽt,& ẽt q̃tum ad dictũ Danielem. Et hoc
oſtenditur tã ex auctoritate iuris cõis,q̃ ſtatuti Vincen.
1 † Nam in iudicio vti poſſidetis is vincit,qui tempore li-
tis conteſtatæ poſſidet non vi,non clam,nõ precario
ab aduerſario.vti poſ.l.fi.§.fi.& C eo.l.vnica.& Inſtit.
de interdic.§.retinendæ,ſed dña Sophia tempore mo-
tæ litis per dictum Mattheũ & tutricẽ ciuiliter & natu-
raliter poſſidebat per dictũ Danielẽ,ſi colonus erat,aut
etiã ſi emphyteota perpetuus ſaltem ciuiliter ſm̃ no.ff.
commo.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.& l.j.in prin.& l.iij.§.
ex contrario ff de acqui.poſ.& ff.vti poſſidetis.l.ſi duo.
in prin.& C.eo.ti.l.vnica. Igitur ipſa domina Sophia
debet in iudicio præualere. Quod aũt tpe lit.conte. ipſa
domina Sophia poſſideret, apparet, q̃a tẽpore mortis
dominæ Antoniæ ipſa domina Antonia poſſidebat,&
ante plures annos poſſederat,cùm idem Daniel & an-
no.1407.& 1408.confeſſus fuerit, & conſtiterit ſe præ-
fatos fundos noĩe dictæ dñæ Antoniæ tenere & poſſi-
dere ſub annua præſtatione libr.24. & duarum parium
perdicũ,vt patet publicis documentis inde confectis.
Et poſt continue idem Daniel corporaliter res ipſas te-
nens,& colens ſingulis annis dictæ dñæ Antoniæ eiuſ-
modi fictum præſtiterit.arg.in l.j.C.communi de vſu-
cap.& ff.de acqui.poſ.l.quamuis.§.j.& l.quod in eo.in
prin.& §.j.igĩ & dña Sophia velut hęres dominæ An-
toniæ poſſeſſionem dictorũ fundorũ ꝯtinuauit,& ad eã
ipſo iure trãſiuit poſſeſſio beneficio ſtatuti Vincen. &
iuris communis.cũ eidẽ poſtea dictus Daniel mercedẽ
annuam præſtiterit lib.24. & duarũ pariũ perdicũ per
tex.in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum. & quod ibi
no.in glo.quæ incipit,apprehẽdentem.ff.de acqui.poſ.
& continuata creditur poſſeſſio vſq; quo probetur in-
terrupta,vt C.de prob.l.ſiue poſſidetis.& quod ibi not.
per doc.poſt glo.& quod ibi no.per Inno.de reſti.ſpo.l.
ſæpe. Et ſi dicatur,ꝙ dicta domina Antonia non poſſi-
debat,quia dicti Mattheus & Meliorantia non fuerũt
citati in cauſa quando fuit iuſſus Daniel reſpondere de
dictis poſſeſſionibus ipſi quondam dominę Antoniæ,
& fuerunt inſcij, ꝙ dictus Daniel de ficto reſponderit
dictæ dominæ Antoniæ & ꝙ ab ea dictos fundos reco
gnouerit,& per conſequens non amiſerunt poſſeſſio-
nem, quam habebant hæreditario nomine Iacomelli
tã auctoritate ſtatuti Vicen.q̃ iure cõi, quia dictus Da-
niel eis fictũ vel his tãquã hæredibus Iacomelli præſti-
tit per præal.l.qui vniuerſas.§. quod per colonũ. & ibi
not.Reſpondetur,ꝙ fuerunt ſcientes, ꝙ apparet ex di-
ctis publicis cũ depoſuerint teſtimoniũ contra dictam
dominã Antoniam in cauſa, quæ vertebatur inter eã
ex vna parte,& fratrem Marcũ prætendentẽ, ꝙ fictũ ip
ſi fratri Marco ſolui debebat,non dictæ dominæ Anto
niæ.cui ſoluebatur ex altera. Vnde cum fuerint ſciẽtes,
poſſeſſionem,ſi quam prius habuerant amiſerunt,ſciẽ
tes aliũ fictum exigere & ciuilis poſſeſſionis cõmodis
perfrui,& non reſiſtentes.arg.ff.de acqui.poſ.l.quod in
eo.§.fi.& l.clam poſſidere.§.fi.cũ l.ſeq.& per hoc dici
põt,ꝙ nec clã,nec vi poſſidebat ab aduerſarijs, q̃ palã
& iudicis authoritate ſcientibus dictis Mattheo & Me-
liorantia poſſeſſionem apprehẽderit,vt ff.de acqu.poſ.
l.clam poſſidere.in princi.& quod vi aut clam.l.j.§ qd
ſi vi.ẽ,l.prohibere.§.fi.cum l.ſeq. Quinimmo illud for
tius attentari poteſt,nec vllatenus poſſediſſe dictos Ma
theum & Meliorantiam,cum nec Iacomellus,cuius ſe
prætendunt hæredes,poſſiderit, cum ipſi Mattheus &
Meliorantia iurato,dixerunt,quod ipſe Iacomellus no
mine dicti fratris Marci dictum fictum percepit,ipſiq;
dixerint,dictum fratrem Marcum dictos fundos poſſi-
dere, quo fit,vt declarent nec Iacomellum, nec ſe ha
buiſſe animum poſſidendi, vnde nec poſſederunt cùm
ſine animo neque acquiratur, neque retineatur poſſeſ-
ſio.l.iij.in princip.ff.de acquiren.poſſeſſ.& C.eo.l.licet.
depoſitioni namque teſtium contra ſe credendum eſt,
extra de except.c j. & quod ita depoſuerint ipſi teſtes,
ita probant acta publica inter omnes,vt not per Barto.
C.de eden.l.ij. Poſſedit itaque domina Sophia eas res
tempore litis motæ,& non dictus Mattheus aut Gena-
rius pupillus. Ideoque in interdicto vti poſſidet. retinẽ-
do poſſeſſionẽ debet vincere, vt in iuribus ſuperius al-
legatis. Hoc idem defenditur auctoritate iuris muni-
2 cipalis Vincentiæ,quo cautum eſt, † vt ſi aliquis poſſe-
derit aliquam poſſeſſionem per ſe,vel per aliũ colligen
do,& percipiendo, & percipi ſeu colligi faciendo fru-
ges partes ſiue redditus per alium conſeruatur in poſ-
ſeſſione,vel quaſi poſſeſſione illi⁹ rei,ſaluo iure proprie-
tatis & cuiuslibet alterius iuris cuilibet dictam rem pe
tere & vendicare uolenti. Nam vt ex ſuperioribus ap-
paret dicta domina Sophia non modo per annũ,ſed ꝑ
annos dictos fundos poſſederat,fruges percipiẽdo, ſeu
redditus per dictum Danielem,debet itaq; in ipſa poſ-
ſeſſione conſeruari. Nec mouet ꝙ fictum an. 1413.ipſa
domina Margarita tanquam tutrix acceperit:quia põt
dici nõ accepiſſe, cũ ſe cautione abſtrinxerit ad reſtitu
tionem,ſi non meliorem cauſam ſuam eſſe contra di-
ctum Danielem conuinceret,quod non ſecit.arg.ff.de
reg.iur.l.qui actionem.& de acqui.poſ.l.non vſ. idque
ipſum factum extitit inſcia,& non citata domina So
phia,quę poſſidebat,vnde nec poſſeſſionem ſuam ami
ſerat. Præſertim cum ipſa domina Sophia cum primũ
ſciuit,comparuit in iudicio per procuratorem & cau-
ſam ſuam defendit,& præceptum factum dicto Danie-
li ad inſtantiam aduerſariorum reuocari obtinuit,vn-
de apparet fuiſſe animum retinẽdę poſſeſſionis, & nõ
deſerendæ, ſicut contingit, vt præmiſi in dictis Mat-
theo & Meliorantia,qui ſcierunt, & non contradixe-
runt,vnde,ſi q̃ habuerunt poſſeſſionem, amiſerunt de
iure ſuo defendentes. Quamq̃ verius fuerit & ſit,ꝙ nec
poſſederint vt ſuperius demonſtraui. Illud autem certũ
3 eſt † quod acta contra naturaliter poſſidentẽ non præ-
iudicant ciuiliter poſſidenti, qui ignorauit ea fieri per
iudicem. vt C.ſi per vim vel alio modo. & ideo nõ præ
iudicauere,quæ geſta fuerunt cõtra dictum Danielem
ipſa domina Geſta vero contra colonum uel naturali-
ter poſſidentem eo ſciente,qui ciuiliter poſſidet & ta-
cente, præiudicant ipſi ciuiliter poſſidenti, vt ff. de re
iu.l.ſæpe.& notantur hæc per glo. C. ubi in rem actio.
l.ij.in fi.primæ glo.in caſu econtrario. & per Barto. in
caſu propoſito in eadem l. ij. in ver. quæro utrum iſto
caſu.& per Innoc.in c. quoniam frequenter.§. ſuper cę
teris.ut lit.non conteſt. Et ideo geſta per iudicem con-
tra Danielem ſcientibus dictis Mattheo & Melioran-
tia tacentibus & ipſis quoque nocuere, ſi quam poſſeſ-
ſionem habuiſſent, quamuis nullam habuerint ut præ
dixi. Poſtremo ſi qua foret ambiguitas in hoc poſſeſ-
ſionis iudicio,utraq; pars melius probaſſet. Solet tra-
di per docto.in l.una.C.uti poſ,quòd is qui de antiquio-
re poſſeſſione probat, debet uincere. Aut ſi omnia
undique in poſſeſſione paria ſint, is debet uincere, qui
ſuam poſſeſſionem multo iuſtiorem oſtendit. In pro-
poſito autem quamuis non ſit ambigendum, quin di-
cta domina Sophia melius probet,ipſa tamen de anti-
quiore poſſeſſione ex perſona dñæ Antoniæ auctricis
ſuæ probat,quia ꝓbat eã introductã in poſſeſſionẽ ha-
rũ rerũ uſq; in anno 1381.& titulum hæreditariũ oñdit.
q̃a tanq̃ hæres dñæ Meliorãtię m̃ris ſuę,vñ in ambiguo
ꝓ ea potius ꝓnũciandũ foret. per c. licet cãm. de ꝓba.

& quod ibi no. Et per no. in d. l. unica. C. uti poſ. per doc. Itē & illud auget partē & cām dictæ dñæ Sophiæ, ꝙ res fuerunt de bonis & in bonis quondam Marchi, & dñi Melioris, quorū dicta dña Sophia eſt neptis ex filia eorū. Ipſi aūt Mattheus & Genarius non a dicto Marco, & dña Meliorantia deſcendunt, ſed a Dñico fratre quōdā dicti Marci & ſic ex linea tranſuerſali ꝯiunguntur. unde potius pro liberis, quàm tranſuerſalibus in ſucceſſione iudicandum eſt, ut in Inſti. de hære. quæ ab inte. deſe. §. j. Concludo itaq; ex omnibus ſuperioribus pro dicta dña Sophia contra dictos Marcum & tutricem iudicandum. Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An ſufficiat uerbalis productio procuræ, ſi notarius actorum & cauſæ fidem faciat de dicta procura, licèt ipſam procuram realiter non producat. Et an ſtetur dicto ipſius notarij aſſerētis ſe eſſe rogatū de dicta ꝓcura.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum mandati publicum plenam dicitur mandati facere probationem.*

CONSILIVM CXCV.

QVIDAM Procuratorio noīe Petri produxit quandam ſcripturam in formā petitionis nullitatis. Laud. reductionis ad arbitrium, ſi quod eſſet, & produxit mandatū ſuum verbo, de quo tunc notarius actorū & dictæ cauſæ iudici ad quem fecit plenariā fidē, ſicut continetur in actis de dicto mandato, de quo dixit ſe plene rogatum eſſe. Obijcitur, quòd non legitime comparuit, quia debuit in ſcriptis realiter ꝓducere, per no. per doc. per Bar. Bal. & alios in l. j. C. de procura. Quæritur quid iuris. ꝙ notarius fecerit fidem de mandato, attento, ꝙ de ipſo mandato ipſe fuerat rogatus, & erat notarius dictæ cauſæ recurſus actorum & publicus deputatus in ciuitate. Nam credi debet notario actorū; & probat fides ſua, per not. in l. in donationibus. C. de dona. cum ſi. Item talis procurator credebat ſibi dictā fidem ſufficere, vnde probabilis iſta credulitas excuſat dominum a contumacia & ſufficit. hoc notāter ſcripſit Bald. in l. cōtra maiores. C. de inoſ. teſt. facit quod not. in auth. ad hæc. C. de fide inſtrumen. in Auth. de his qui ingre. ad app. §. illud. & arg. no. in c. quoniam contra falſam. extra de proba. Quod ergo dicitur, ꝙ non ſufficit verbalis productio, intelligitur ſane quando verbaliter produceretur abſq; fide notarij cauſæ. Non enim ſufficit tunc, quia aduerſarius non poteſt inſtari ex tali productione verbali, vnde tunc dicitur grauari, & tunc vtitur grauamen & intereſſe aduerſarij, & ratio quia non poteſt tunc tēpore præſentationis ſuę in termino habere copiam mandati, nec fidem de ea, temerariè ergo ille facit alium citari tāquam proc. ſi tempore comparitionis mandatum non produxit, ſic loquūtur iura in contrarium & præmiſſi decr. Sed in caſu noſtro poteſt certificari de dicto mandato plene, prout fuit facta tūc plena fides per dictum notarium actoris rogatū de dicto mandato. Item potuit habere copiā nō plus tarde, quàm ſi fuiſſet inſtrumentū productū ipſius mandati, de dicto tñ mādato fuit rogatus antequā eſſet notarius dictæ cauſæ, & reperitur in actis qualiter tēpore dictæ comparitionis ipſe notarius fecit fidē plenariam de dicto mandato, de quo dixit ſe eſſe plene rogatum. Itē allegatur ꝙ habetur per Bar. & Bal. in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. impera. offer. vbi dr̄ ꝙ acta exceptio, & inſtrumenta poſſunt produci tali notario & faciunt fidem, ergo notarius pōt plenā fidē facere de actis, & maxime de mandato, de quo fuit rogatus.

¶ In propoſita qōne vr̄ ſufficiſſe quo ad mandati ꝓductionem, & probationē qđ ſupra propoſitū eſt. Vbi ſciē-1 dum † ꝙ inſtrm̄ mandati publicū, hoc eſt, a tabellione confectū plenā facit probationē mandati, vt not. C. de procur. l. j. & ff. eo. l. ſi procuratorē. Itē ſciendū, ꝙ ſufficit publicum documentum mādati producere in iure coram iudice, & apud notariū actorū & cauſæ relinquere, ſeu ei tradere. Et hoc eſt notiſſimū tā ex iure, quàm ex ſtylo & more iudiciorum & frequentiſſima obſeruantia, quæ eſt optima legū & iudiciorum interpres, vt C. de iu. l. certi iuris. ff. de legi. & ſen. con. l. ſi de interpretatione. & l. minime. & de teſti. l. iij. in fi. & Inſti. de ſatiſda. in fi. Quinimmo ēt apud ſolos notarios & officiales iudicis appellationis, vel alterius retractationis ſufficit inſtrumenta & prioris acta cauſæ producere, vt C. de ap. l. eos in §. ſuper his. & de preci. imper. offe. auth. quæ ſupplicatio, & vtrobiq; per Bart. & cæteros. Cùm itaq; apud ipſum notarium actorum & cauſæ appellationis eſſet ipſum inſtrm̄ originale mandati, hoc eſt, rogationes, & breuiatura, ſeu protbocollum, quia præſumitur quiſq; inſtructus inſtrumento ſuæ profeſſionis. Ipſeque eſt, qui alijs edat, vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. ait prætor. & quod ibi no. elegāter per Bar. cōſequens eſt periode habeatur, ac ſi ipſum inſtrumentū mandati producens verbo nuda volūtate ipſi notario cauſæ corporaliter tradidiſſet. arg. in ſimili. ff. de acquire. do. l. qua ratione. §. interdum. & Inſti. de re. di. §. interdum, quemadmodum ſi ipſum publicū inſtrm̄ mandati cuſtodiæ cauſa apud aliquem depoſitū ante cām præparatam, cum ipſe depoſitarius factus poſt depoſitū cauſæ notarius foret rectè verbo ꝓduceretur, & nuda voluntate ab ipſo procuratore producēte & inſtrumentum, quod eſſet corporaliter apud eum ex antecedenti cauſa depoſiti, inciperet. Namq; notarius quod ante ex cā depoſiti tenebat, nunc aīo ex noua cā. ſ. productionis in iudicio factæ teneret, vt ff. ſi cer. pet. l. certi condictio. §. fi. & debitum ex vna cauſa, indebitum ex alia conuerteretur. vnde & poſſet & deberet ex natura nouæ cauſæ ipſum inſtrm̄ exhibere aduerſario producentis. immo & ei tradere ipſum originale, ſm̄ qđ moris eſt. Ne per perſonam procuratoris deterior fiat aduerſarij conditio, vt ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. ij. §. defendi. quod non potuiſſet ante ex bona fide, dum illud habebat & poſſidebat ex cauſa depoſiti. Et per hoc apparet nō officere qđ vulgo iactat̄, non ſufficere uerbo dūtaxat publica vel priuata documēta produci. ſicut nec ſufficit verbo dūtaxat debitū offerri, vt no. C. de diſtra. pig. & de vſur. l. acceptā. Non enim hic verbo dūtaxat facta eſt productio, ſed re vr̄. Nāq; notarius, apud quem erat originale documentū mandati, ipſum tradidiſſe ipſi agenti ex officio tabularij ſiue tabellionis, quo tenebatur ipſum tradere, ſeu edere ſibi, vt no. C. de eden. l. j. & ff. e. l. q̄dā. in prin. poſt gl. per doc. & poſt ipſum inſtrm̄ recepiſſe ex noua cā tanq̄ productum in iudicio & ex officio notarij actoris. arg. ff. ſi cer. pe. l. ſingularia. Celeritate namq; cōiungendarū actionū vnā actionem occultari, vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. ſed ſi debitorem. Ipſe namq; notarius cum eiuſmodi productionē admiſerit, & apud acta ſcripſerit fidem plenariā ſe feciſſe iudici de p̄dicto mādato, cui ſcripturæ credendū eſt, vt C. de dona. l. in donationibus. & de teſta. l. ſancimus. & extra de proba. c. qm̄ cōtra falſam, potueritq; id facere per exhibitionem ſuarum rogationū, ſeu breuiaturarū credendū eſt oīa ſolēniter acta. ar. ff. de ver. oblig. l. ſciendū. & in Inſti. de fideiuſ. §. fi. Et pro hac materia facit quod not. Bar. in præal. l. ſi quis ex argētarijs. §. prętor ait. vbi no. quod licèt exēplū non ꝓbet, vt C. de edē. auth. ſi quis in aliquo. Qm̄ tñ exēplum ſcriptū eſt manu eius, qui fecit originale, probabit. Quid enim refert ipſe notari⁹ hæc dicat verbo vel ſcriptura, q̄ aliàs de ſe nō eſſet authentica, q̄a ſit exēplū. arg. ff. de legi. & ſen. con. l. de quibus. in fi. Et cōfirmatur expreſſe per l. ſi quis decurio. C. de fal. vbi ſoli tabellioni de veritate ſuæ credit̄ ſcripturæ. Nec dubitandū eſt de libro rogationū. tanq̄ matrici ſcripturæ credendum per not. per Bart. in præalleg. §. prætor. & cum ipſe potuerit illico mandari docu-

documentum in pergamenum trãſcribere ipſum inſtrumentum apud te intelligi habuiſſe. ar. regulæ iuris, qui poteſt facere, vt poſſit. ff. de re. iur. ſecus autem ſi notarius actoris nõ fuiſſetis, qui ipſum mandati inſtrumentum breuiaſſet. Tunc enim non ſuffeciſſet verbo facta productio, & ita procedunt allegata in oppoſitionem.
¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Tutor non faciens inuentarium dicitur in dolo, & poteſt in litem iurari contra eum. Et an & quando currit intereſſe ratione dotis non ſolutæ. Et an vxor aliunde alimentata, poſſit petere alimenta ab hæredibus mariti.

SVMMARIVM.

1 *Fructus a muliere percepti in rebus ſibi pro dote ſua pigneratis ab hæredibus mariti, an dotis quantitati computentur.*

CONSILIVM CXCVI.

AD id de quo primo loco quæritur videtur, matrem ſcientem ſe datam tutricem in teſtamento mariti filijs cõibus & pupillis, quę adminiſtratione ſuſcepta illico cũ potuit, nõ fecerit inuentarium, dolo verſatam, atq; ideo de rerum pupillarium quantitate, quæ deficiunt, contra eum in litem iurari poſſe, vt C. de admi. tu. l. tutores. & ff. eo. l. tutor qui repertoriũ. in princ. iurareq; potuit in litem pupilli nomine patruus, cùm tutor datus eſt, & vt not. per gl. in præalle. l. tutor qui repertorium. in prin. Et probatur C. de in lit. iuran. l. j. & ij. & l. alio. & ff. eo l. videamus in princ. Circa ſecũdum nũquid poſſit mater interuſurium dotis quatenus ſoluenda ſupererat, petere, dicendũ eſt, ꝙ non. primũ quia pupilli non fuerunt in mora, nec interpellatio facta, cõ tutori ſicut præfertur in mora pupillos conſtituit, eo quod conceſſit eidem matri atque ſuæ contutrici, vt reliqua quæ ex adminiſtratione contutelę apud eam fuerãt, ſibi retineret in dotis ſolutionem, & ſi quid deeſſet, ex ipſis bonis pupillorum, acciperet, qđ recuſauit. Obiecta namq; compenſatio per patruum, eundemq; tutorẽ extra etiã iudiciũ vtriq; ipſo iure ſubſtulit obligationẽ vſq; ad concurrentem apud vtrũq; quantitatẽ, vt C. de compen. l. ſi conſtat. & ff. e. l. vicem. & l. ſi quid. & notatur in eis. Quinimmo etſi non fuiſſet oppoſita cõpẽſatio per patruũ, quantũ in ad impediendũ vſuras vel alias ſimiles actiones puta intereſſe vel pœnã, intelligitur ẽt ipſo iure citra factũ hoĩs cõpenſatio facta, vt ff. de cõpen. l. cũ alter. & l. ſe. & C. eo. ti. l. ſi cõſtat. & no. in eis per gl. & doct. Rurſum & tertio quia ipſa tutrix, ẽt ſi nil ipſa pupillis debuiſſet, potuiſſet tantũmodo & debuiſſet ſibiipſi ſoluere, qđ ſibi a pupillis debebat̃, ne vſuris ſi q̃ forent eruerent. Aut alio onere grauarent̃, quod ſi nõ fecerit, pupillos ex ea cã tã aduerſus ſe quàm aduerſus cæteros creditores ſeruare tenet̃ indẽnes, ſi ĩ bonis fuerat pupillorũ, vñ ſibi & alijs ſoluere potuiſſet. ff. de admi. tu. l. quoties. §. ſicut. denique & ſi prædicta oĩa ceſſarent ſine præiudicio veritatis, quia. ſ. pupilli fuiſſent in mora conſtituti ſ᷒m l. ſed ſi ex pupillari. ff. de ver. obl. nec ipſa quicq̃ pupillis debuiſſet, nõ deberentur ei tñ vſurę aut interuſurium medij ipſis iure canonico refragante, vt ſcribit Io. An. poſt Inn. & Hoſt. de vſur. l. ſalubriter. & Bart. idẽ no. ff. ſol. mat. l. in inſulam. §. vſuras. Ex his apparet alimenta, quæ mulier ex bonis pupillorũ perceperit, nõ eſſe cum uxoris dotis reſiduo ſeu iura vſurarũ ꝯpẽſandũ, cùm nec ſibi vſuræ, ſeu q̃uis iura vſuria debeantur vt ſuperius eſt oſtenſum, & cõpenſatio ſit inuicẽ debiti & crediti cõtributio, vt ff. de cõpen. l. ij. Magis ergo videbitur, vt in ſortem, & ipſam dotis quantitatẽ, quod ſibi alimentorũ noĩe de bonis pupillorũ accepit, quæ ſibi minime debebant̃, cũ haberet aliunde, unde ſe poſſet alere, forte de ꝓuentibus rerum ſtabiliũ ad exęquandã dotis reſiduæ q̃titatem, ſeu obligationẽ computare debere, hoc eſt & dictorũ tricentorũ quantitatem per no. per Inn. Hoſt. & Io. An. in præal. c. ſalu-
1 briter. ubi notant † fructus. muliere ex rebus ſibi pro dote ſua pignori traditis ab hæredibus mariti ꝑceptos dotis quantitati cõputandos. Si uero mulierẽ eandẽq; mr̃em ſuam alere debuiſſent pupilli filij locupletes, cũ mr̃ eſſet inops, nec haberet unde ſibi alimenta pararet. humanitatis intuitu recipi poſſet, ut pupilli, qui dotis ſuæ reſiduæ quantitate fruebant̃ alimenta matri præſtita cũ dotis interuſurijs reputaret̃. ar. C. de re. uxo. ac. §. exactio. & ff. de rei uen. l. ſumptus. & l. emptor in prin. Non autem dotis quantitatem extenuent, ꝗ ſunt, qui dicerent rigori ſeruientes, nec eam tanq̃ inopẽ ali debuiſſe ꝑ filios. quæ dotẽ habuit, quàm & exigere potuit, & ex qua ſe alere potuiſſet. Illud profecto & ſtricti iuris & æquitatis rationibus congruit eam, quæque ſumptibus pupillorum exhibita eſt. id eſt alia poſſe reſiduæ dotis uſuras aut interuſuria cum alimentis exigere, ut d. §. exactio. & hæc de tertio. Ad id uero quod ultimo loco proponitur, apud quem debeant educari pupilli, certo certius eſt eos apud matrẽ, quæ eis uitricũ ſuperinduxit, ali non debere, ut C. ubi pup. edu. de l. j. Arbitrio uero prętoris id cõmitti, qui cauſa cognita ſtatuet ex ſingulorum affectu, uel ſuſpicione. Cũ autẽ patruus eius poſt matrẽ eorũ iam excluſam propter ſecũdas nuptias, ut prædixi, ſit coniunctior & ſic præſumptione iuris affectuoſior, nec cum ſpecies proxima ſucceſſionis ſuſpectum efficiat propter matrẽ, quæ præcederet, recte mihi & iure facturus uidetur prætor, ſi patruum alias fide & moribus idoneũ, cuiq; nihil aduertetur, elegerit & commiſerit, ut C. ubi pu. edu. deb. l. ij. & ff. eo. l. j. & l pe.
¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Verba enunciatiua in inſtrumẽto prolata an probẽt quoad omnes. Et an filiusfa. ſi aliquid habet, præſumat̃ habere tanq̃ acquiſitum ex ſua induſtria. & in peculio caſtrenſi uel quaſi poſſit filiusfa. diſponere, & an ſit parendum præcepto teſtatoris continente inhoneſtum.

SVMMARIVM.

1 *Bona per patrem filio pietatis intuitu data an in partem ex bonis paternis ei debitam computari debeant.*

CONSILIVM CXCVII.

ZONGVS Ondidei ciuis Penſauri habuit quatuor filios, quorũ unus noĩe Ondideus habuit unã filiã noĩe Franciſcã, qui Ondideus per x. annos cũ dimidio continuos & ultra ſtetit cũ magnifico dño dño Malateſta de Peſau. a quo ꝯtinuo ſalariũ habuit, dictus Zongus maritauit dictam Franciſcam ſuam neptẽ, & filiam dicti Ondidei cuidã Ioanni filio Hodoni de Penſaur. cũ dote. 400. duc. de q̃bus re uera dictus Ondideus ſoluit duc. 360. quos lucratus fuerat, & depoſuerat apud quendã Matiolũ Vici ſuũ cognatũ mercatorẽ de Peſau. Sic ergo hoc nõ pôt aliter probari, nec aliud apparet, niſi illud, qđ inſtr̃m dicit dotis, ꝙ dicit ꝙ dictus Hodo fuit contentus habuiſſe & receptſſe a dicto Zõgo p̃nte, dante, & ſoluente in dotẽ, & nomine dotis & pro dote dictæ Frãciſcæ eius neptis, & filię dicti Ondidei duc. 50. de quibus præſentialiter dictus Zõgus per manus dicti Matioli ſoluit, & numerauit dicto Hodoni duc. 360. in auro, quos p̃fatus Matiolus dixit. & aſtruit penes eũ depoſitos fuiſſe ꝑ Ondideũ filiũ dicti Zongi p̃rẽmq; dictę dñę Franciſcę pro dote ipſius dñæ, & reſiduũ ipſe Hodo fuit ꝯtẽtus ſe habuiſſe &c. Poſtq; dictus Zongus ꝯdito teſtõ mortuus eſt, & inter cętera in ſuo teſtõ reliquit dictæ dñę Frãciſcæ eius nepti ꝑ hæc uerba. Itẽ relinquo dñę Franciſcæ filiæ Ondidei filij ſui & nepti ipſius teſtãtis, quæ fuerũt 5 duc. quos habuit a p̃fato teſtante tẽpore

contracti mr̃imonij inter ipſam & Iohannẽ filiũ Hodonis, & ultra prædictas quinq; libras pro omni eo quod petere poſſet &c. lubens eam eſſe tacitam & contentã. Modo ipſe Ondideus diuidẽs cum fratribus poſt mortem patris repetit duca. 360. quia dicit, ꝙ pater eius Zõgus debebat dotare dictam Franciſcã eius filiam, & nõ ipſe, quia dictus Zongus in teſtamento reliquit 500. du. dictæ Franciſcæ, ita ꝙ omnes debeant ſolui de bonis ipſius Zongi. & ipſe ab hæredibus debet rehabere dictos ſuos 360. duca. quos de ſuo ſoluerat. Contradicunt fratres, quia licèt inſtrumentum dotis dicat, ꝙ dicti 360. ducati fuerint depoſiti per dictum hæredem dicto Matiolo, non tamen ſequitur, quòd eſſent ſui.

¶ Secundo, quia dictum inſtrumentum dicit, quòd dictus Ondideus depoſuerat pro dote dictæ dominæ Franciſcæ, ita quòd non poteſt rehabere ipſos.

¶ Tertio, quia Zongus in teſtamẽto nihil reliquit eidem dominæ Franciſcę, niſi dotem ſuam. ſ. duca. 500. quos dicit ſibi ſoluiſſe tempore matrimonij. Ita ꝙ clare conſtat de uoluntate ſua. ꝙ noluit eam ultra aliquid habere de bonis ſuis, Quæritur modo nũquid aſſertio dicti Matioli ſit ſufficiẽs probatio. ꝙ dictæ pecuniæ fuiſſent ipſius Ondidei, & nunquid præſuppoſito, ꝙ ipſe eſsẽt ſuę, ipſe Ondideus poſſet repetere a fratribus ſuis. Item quãdo ipſe Ondideus diſceſſit a dicto magnifico domino Malateſta reſtauit habere pro ſuo ſalario ducatos 132. auri. quos dictus dominus non ſoluit præſentialiter, ſed fecit eos ei computari in collectis, quas debebat ſoluere Zongus dicti Ondidei & in quatuor annis fuerunt computati, inter quos quatuor annos factum fuit Conciliũ Cõſtantinũ, ad qd dictus Ondideus pro acquirẽdo ſibi aliquod epiſcopatu iuit, & vt honorabiliter iret dictus Zongus eius pater dedit ei duca. 70. mõ in diuiſione dictus Ondideus repetit a dictis ſuis fratribus 132. duc. computatos in dictis collectis. quos ijdem fratres denegant reſtituere, quia dicũt, ꝙ dictus Ondideus vr̃ eos donaſſe, & inquantũ ipſe Ondideus deberet ipſos rehabere, dicunt debere detrahi duca. 70. habitos per ipm̃ Ondideũ a dicto ſuo pater pro eũdo Cõſtãtiã, quia pater vr̃ eos dediſſe animo recompẽſandi. Quæritur mõ, an ipſe Ondideus recte petat illos ducatos 132. cum dimidio. an tm̃ poſſit repetere reſiduũ a dictis duca. 70. ſupra facta compenſatione, an in totum repellatur. idem dictus Ondideus viuente Zongo eorum pr̃e mutuauit Ioãni ſuo fratri eũti ad mercãdũ oleum duca. 140. non habet aliam ꝓbationem, niſi ꝙ dũ ipſi fratres vellent diuidere, fuerunt poſiti duo boni viri pro dicta diuiſione, qui amicabiliter omnia facerent, non tamen apparet cõpromiſſum. Modo corã dictis duobus bonis viris dictus Ondideus repetit a dicto Ioãne dictos 140. duca. qui Ioannes reſpõdit, ꝙ eos ſibi reſtituerat. Modo qr̃, an iſta ſit ſufficiẽs ꝓbatio ꝓ iſtis rehabẽdis, Itẽ quia unus ex dictis fratrib⁹ eſt ep̃s, & erat obligatus in ciuitate Venetiarum in ducat. 50. poſt habitũ epiſcopatum uiuẽte patre, Ioãnes eius frater ſoluit dicto creditori 50. ducat. de bonis comunibus, verum eſt, ꝙ dicunt ipſe Ioãnes & alter frater, ꝙ ipſe epiſcopus veſtiuit eos ꝓ funere patris, vt ipſi dñt dictus Ondideus repetit partẽ ſuã dictorũ 50. duca. quærit̃ modo qd iuris. Itẽ quia dictus Ondideus fuit ſtipẽdiarius magnifici domini Galtazi de Malateſtis Zoogus eius pater pro ueſtibus, & alijs neceſſarijs, qñ iuit ad ſtãdum cum eo, dedit ei duc. 100. Modò in diuiſione fratres dicti Ondidei repetunt partem eos competentem vel tangentem de dictis. 100. duc. & ſimiliter ipſe Zongus eorum pater, qñ maritauit dictam Frãciſcam eius nepotem & filiam dicti Ondidei, dedit ſibi ĩ arneſijs & bonis mobilibus, quę valebant duc. 100. Modò iſti fratres volũt repetere partem eos tangentẽ de dictis 100. duc. Quæritur an recte petat in ambobus prædictis, an altero eorũ. Item quia dictus Zongus eorũ pr̃ fecit teſtamentũ & ꝓhibuit ſub pęna priuationis hæreditatis eius filios diuidere, volens eos perpetuo cõiter habitare Reuerẽdiſſimus in Chriſto pater dominus Legatus Marchiæ, & vicarius generalis cogitans, ꝙ propter hoc magna ſcandala poterant euenire, diſpenſauit & per priuilegium conceſſit, quod ſine metu pęnæ dicti teſtamenti dicti fratres poſſent diuidere, Quæritur nunquid dicta diſpenſatio valeat, & an frater prouocans alium fratrem ad diuiſionem excuſetur a pęna teſtamenti per dictum priuilegium di[illegible] legati. Et pro omnibus videndis mittitur copia teſtamenti. diſpenſationis, & copia inſtrumenti dotal[illegible]s. Petitur conſilium pro dicto Ondideo in omnibus ſupradictis caſibus, vel ſaltem in illis, in quibus videtur po[illegible] conſuli. De alijs, de quibus non videbitur poſſe conſulere, pro eo taceat conſultor, & nihil dicat.

1 ¶ † Super eo ꝙ primo loco quæritur, an aſſertio dicti Matioli ſit ſufficiens probatio, quod dictæ pecuniæ fuerunt Ondidei prædicti, Reſpondeo, probari per ipſam aſſertionem, ꝙ nomine dicti Ondidei duc. 360. auri tenuerat & poſſederat. Sicq; ipſe Ondideus eos per dictum depoſitarium poſſidebat, unde ex ipſa poſſeſſione inducimus illam quæſtionem, qua quęritur, an quod apud ipſum filiumfa. reperitur, præſumatur quæſitum patris, vt ſic ſit pleno iure patri quæſitum, an vero potius aliunde, quàm ex re patris, vt ſic filio ſaltem quo ad proprietatem quæſitum videatur. vbi gl. & doc. di[illegible]inguit ex filij perſonæ conditione. Nam ſi ſit induſtrioſus, vel aliquam artem exercens, ex qua veriſimiliter id lucrari poterit, credatur non ex re patris quæſitum, alias contra, vt not. C. de bonis quæ lib. l. cũ oportet, in prin. & ibi not. per doct. & per glo. Cùm itaque proponatur, ꝙ dictus Ondideus ſalariũ, & prouiſionem a magnifico domino Malateſta domino penſauri ꝑciperet, ex quibus eam ſummam colligere potuiſſet, præſumendum eſt potius ex operis & laboribus ſuis acquiſitum, quàm ex re patris ſm doctrinam vbi ſupra traditã, quæ præſumptio ex ſequẽtibus poſtea probabiliter adiuuatur, quòd remanſerit debitor dictus magnificus dominus Malateſta dicti Ondidei de duc. 132. cum dimidio, qui in patris debita proceſſerunt. & hæc pars mihi vr̃ iuſtior, vt filij fuiſſe potius, quàm patris præſumantur, maxime cum uerba enunciatiua in inſtrumentis emiſſa inter ipſos contrahentes probationem contineant, & ſic contra ipſum Zongum, vt C. de contrahen. & con. ſtip. l. optimam. licet ipſe Ondideus præſens non fuerit, ſed confeſſio facta parte abſente præſumptionẽ, ac ſemiprobationem inducat. vt de procur. l. ex inſinuatione. & de ſucceſ. ab inte c. fi. & not. per Barto ff de iureiur. l. admonendi. & præterea facta fuit coram tabellione, & teſtibus, quod magis iuuat. ¶ Circa alium vero eiuſdem primæ conſultationis articulum, an ipſe Ondideus poſsit ipſas pecunias a fratribus repetere, videtur concluſiue quòd ſic, quoniam hoc onus dotandi dictam Franciſcam ad auum paternum, in cuius erat poteſtate, ſpectabat, vt ff. de bon. coll. l. dotem. & ad Maced. l. ſed & Iulius §. ij. & l. filius. & de in rem verſo l. & ideo. §. fi. & l. ſe. & quod no. in eis, & ea pecunia ꝑ dictũ Ondideũ depoſita erat auctoritate caſtrẽſis peculij ſeu quaſi, quoniam ex publico percipiebatur, quod facit videri quaſi caſtrenſe, vt C. de inoffi. teſt. l. fi. & tunc ce[illegible]ũ eſt, patrem filio ſuo famil. potuiſſe obligari, vt ff. de fur. l. ſerui §. j. & not. in l. frater a fratre ff. de cõdi indeb. aut erat ex aduentitio peculio, & patri quæſitus fuerat uſufructus, vt C. de bo quæ lib. l. cum oporteat. in prin. quæ vſufruc. in pecunia & huiuſmodi rebus, quæ vſu conſumuntur conſtituiæ per tranſlationẽ dominij in ipſum fructuarium cum cautione, ſeu onere reddendi tantundem, vt ff. de vſu. eo. re. quæ vſu con. l. 1. & 2. & l. ſi tibi. & l. ſi olim. & l. tribus. patris ergo fuit dominium ipſorum. 360 quæ cum data fuerint in dotem eo præſente & volente, recte danda ſunt. verũ dictus Ondideus eas pecunias, quas. ſ. non ex re patris quæſitas oſtendimus, debet poſt mortẽ pr̃is habere ꝓcipuas, vt C. de col. l. fi. & in præalleg l cum oportet. in prin. & eiſdem rationibus videtur id dicendum in ſequenti conſultatione de illis 132. duc. & quæ in ſoluẽda pr̃is debita proceſſerũt. vt ff. de in rẽ verſo. l. ſi ꝑ patre. in prin. & § j. & l. ſi filius.

cum

cum pro quæſita fuerint uel caſtrenſis peculij fuerint, ut ſuperius monſtratum eſt, & filius mortuo patre ea debet hr̄e pp̄cipua, nec debent detrahi 70 q̄ pr̄ filio eunti Conſtātiam dedit, qm̄ potius pietate paterna motus, q̄ animo credēdi dediſſe p̄ſumitur, vt expreſsè probatur ff. fa. erci. l. q̄ pr̄. & pari ratione vr̄ idem dicendū de illis 200. duc. quos pr̄ dedit dicto Ondideo eunti ad ſtipendium Mag. dñi Galeazi de Malateſtis, quia † potius pietate paterna, q̄ credendi animo eos ſibi dediſſe exiſtimādis, ideoq; i partē ei debitā ex bonis paternis minimè ſibi debet imputari, & arg. C. fa. erciſ. l. ſi filius. & de caſtren. pecu. l. 1. lib. 12. & ff. fa. erciſ. l. ſi filia. § Neratius. & l. ex parte. §. filius & ad municip. l. Lucius. §. idem reſpondit. & demū ratione l. 3. §. fi. & ibi not. & idem fortius r̄ndendum eſt in caſtrēſibus, & cæteris mobilibus, quas ipſe Zongus auus paternus dedit Franciſcæ. hoc namq; ad ipſum auū paternū, non ad patrē puellæ, qui erant in ipſius Zongi poteſtate, pertinuit, vt bonos mores patriæ ſeruaret, vt in præall. l. dotē. & de tute. & rati. diſtr. l. j. §. ſed nōnullos. & per ll. s̄ proximè allegatas in 100. duca. datis ipſi Ondideo, vbi magis ipſe Ondideus teneri videreẽ, & non teneẽ vt ipſis legibus cōprobatur. ſuper duc. verò 150. credit is fore per ipſum Ondideū, an filio ipſius Ioannis probet intentionem d. Ondidei, Dy. quod ſic in c. nullus pluribus. de reg. iu. lib. 6 Bar. cōtra in l. non vtiq; ff. de excep. & de condi. inde. l. Iul. magna eſt vtrinq; auctoritas. Sed iter mercatores Dy. ſn̄ia præualeret forſitan, nō poſſunt tn̄ credere, qd ſi fiat poſitio dicto Ioanni de ea re per Ondideū, q̄ eā concepta iuris religione imemor ſalutis æternę negei ſuper duc. 50. quos ſoluit Ioannes de bonis cōibus pro fratre ep̄o, cùm illud debitum ep̄i ſpectet ad quaſi caſtrenſe peculium, quod habet ep̄s. vt C. de ep̄i. & cle. l. ſacroſanctæ. & auth. ep̄os. & in l. fi. ad Mace. in fi. non fuit debitū patris, ſicq; non debuit ſolui de bonis cōibus, vt ff. ad Mace. l. a. meritò rectè petit d. Ondideus partē ſuā ex ipſis legib. An aūt ep̄s reſtituerit in funere patris necne, cognitionis iudicialis eſt, & non ipſi Ondideo, ſed aduerſarijs incūbit probatio, vt C. de probat. l. j. Super vltimo non puto fuiſſe neceſſariū, qm̄ id præceptū patris nō tenuit, aut quia nudū. arg. ff. de leg. 1. l. filiuſfa. §. diui. aut q̄a cū præberet diſcordias iter fratres, vt ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. dulciſſimis. & ſic contra bonos mores, ut ff. de pact. dot. l. conueniri. & de lega. 1. l. ſi quis inquilinus. §. pen. ſicut & ſimile pactū reprobatur a lege, ut ff. cōi diuid. l. in hoc iudiciū. §. ſi conueniat. & ideo puro legatū ex his cauſis potuiſſe cōcedere legitimā diuiſionē iter frēs. facit qd̄ not. i l. pen. C. de p̄d. mi. & ar. ff. de cōfir. tu. l. utilitatē. & C. de his, q̄ poe. in teſt. ſcri. l. unica. in fi. &c.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Emens ex pecunia alterius an præſumatur ſibi acquirere. Et an ſimulatio magis præſumatur quādo interponitur perſona. Et an & quādo ualeat donatio inter uirum & uxorem, & quando morte confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Dolum allegantiam indicijs probare debeat.*
2 *Præſumptio duplex vbi concurrit, vna licitè, altera illicitè, rei licito præſumptio praæcipitur.*
3 *Confeſſio etiam inconſulto facta quando noceat confitenti.*

CONSILIVM. CXCVIII.

IN quæſtione propoſita ut magis ueritas eluceſcat, arguā cōpendioſè pro parte Silueſtri, & illud quidem extat, q̄ habet fundatam ſuā intentionē præſumptione iuris poſtquā conſtitit, quod ipſe matrimonij dicta credita, de quibus agitur, acquiſierit d. Lena p̄ l. quintus Mutius. ff. de donat. inter uir. & ux. C. eod. tit. l. Sed huic præſumptioni iuris duo obijciuntur, liber. ſ. Iacobi de canonibus mercatorum, cui libro ſm̄ ſtatuta ciuitatis Florenntæ plena fides tribuitur, & per quę apparet, qd̄ ex pecunijs dicti Antonij de canonibus fuerūt empta, ſeu acquiſita dicta credita per dictū Anto. & de voluntate dicti Antonij ipſi dominæ Lenæ ſuerunt ſcripta in libro mōtis cōis Florentiæ, & ſic ſatis factum eſt dictis legibus de dona. inter vi. & vxo. quoniā oſtenditur vnde proceſſerit preciū dictorū creditorū, aliunde q̄ ex bonis viri. verū hæc obiectio magis adiuuat intentionē agentis, q̄ confutet, quia per hunc librū apparet q̄ ipſa domina Lena dictū Anto. fratrē ſuum interpoſuit emptioni. Cum aūt emptio fit per interpoſitam perſonā augetur fraudis ſuſpicio, vt ibi præſumatẽ fraus propter interpoſitā perſonā, ubi alias non præſumeretur. ut no. per Cy. poſt Iac. de are. C. de repu hære. l. 2. in diſtinctione ibi relata, & ar. C. de his quæ ui. me. uel. cau. l. pe. & ff. de auc. tu. l. pupillus. §. ſed ſi per interpoſitam. de acqui. hær. l. ſi is quis, ex uicinitate namque actuū. ſ. emptionis factæ per dictū Anto. de canonibus fratrē dictæ dominæ, & deſcriptionis factæ in perſonā dictæ d. Lenæ in libro montis præſumitur ita ab initio actum, ut emeret. & dictæ dominæ deſcribi faceret, ar. ff. ad mace. l. ſed ſi iulianus. §. ſed ſi ab initio. & de priuil. cre. l. ſi ueniri. §. fi. & qd̄ not. per Bart. C. de iure deli. l. fi. §. & ſi præfatā. in fi. ſui cōmentarij illius §. & q̄a nō facile creditur quemquā donare, qd̄ eſt perdere. ut ff. de dona. l. filiuſfa. & de ſolu. l. ſi cum aurū. opponitur & ſecundo dictæ iuris præſumptioni quoddam inſtrumentum finis & liberationis generalis factæ per Thadęum filium & hæredem dicti quondam Antonij de Gandis olim uiri ipſius dominæ ex perſona ſua & fratris Bettini in ſolidum, ſed nec hoc adiuuat. Nam licèt conſtet ipſos contra Bertinum & Thadęum ſciſſe ipſa credita ad dictam d. Lenam matrē ſcripta eſſe, eo quod ſæpius pagas ex ipſi accipientes matri eorum reportauit, nō tamen apparet, eos ſciſſe, q̄ ipſa ea credita quæ fuiſſent tēpore matrimonij cōſtantis inter ipſos parentes eorū, & ſic fuit ignorantia facti, quę præſumitur, ut ff. de proba. l. uerius. & ut regulā, præſumitur. de reg. iur. lib. 6. porro etſi factum eos non ignoraſſe conſtaret, potuerunt tamē ius illud fortaſſe ætatis ratione probabiliter ignorare. de iur. & facti igno. l. fi. in prin. aut etiam ſi fuiſſent maiores annis quinque & uiginti, cùm certent de damno, non de lucro, ſubſtinetur eorum ignorātia & allegata pręſumitur ſecundum doctrinam Barto. ff. de condi. inde. l. ſed & ſi me præſente. in prin. & ad l. iul. de adul. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem polini. unde liberatio generalis non pertinet ad incognita, ut ff. de tranſ. l. aquil. & l. ſe. & l. qui cum tutoribus. §. pe. & fi. Sic igitur remanet ſuperius allegata iure præſumptio pro Silueſtro nullis receptis defenſionibus, ſeu allegationibus conquaſſata. His tamen nequaquam obſtantibus iuſtiorem cauſam exiſtimo dictæ defendentis, ſi totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis, quæ hoc negocio continguntur, impletur, proſpexerimus. ubi & illud intuendum cenſeo, quòd dictus Anton. de gandis commaritus dictæ dominæ Lenę uerisimiliter non neſciuit ea tradita per ipſam dominam acquiſita cum annis pene quinque poſt eorum acquiſitionem cum ipſa domina uxore ſuperuixerat, præſertim cùm ipſa credita in perſonam dominæ fuerint deſcripta publicis libris uelut notorijs communis & populi Floren. arg. ff. unde cog. l. octaui. & quod not. per Bart. ff. ſi cer. pe. l. j. & de præſump. c. quoſdam. de poſtu. præla. c. 1. in fi. & ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. & C. de peri. tut. l. ſi tutor petitus. potiſſimè ſi e diligens paterfa. in forenſibus & cōmunis negocijs uerſabatur. ut ff. de proba. l. cùm de indebito. §. 1. & de iur. & fac. igno. l. regula. §. 2. aut itaque uerum erat, quòd ex pecunijs dicti Ant. de canonibus fratris dictæ dominæ dicta credita fuerant comparata; & nihil ultra quærendum eſt, aut non erat, vt pars diuerſa prætendit, & debuit profectò dictus Anto. maritus dictæ dominæ veriſimiliter opi-

nari, ꝙ ex ſuis eſſent pecunijs & id patiēs aut ēi conſul-
to ſentiens his,q̄ gerebantur uxori ſuæ, de qua cōes fi-
kos & pignora dilationes acceperat, merito pudicitiæ
donaſſe uī,arg.ff.ſa.erc.l.filiæ.& de caſtren.pecu.l.j.lib.
12.& de donat.inter uir.& ux.l.res quæ. & de bo.dam.
l.ſi quis poſthac. Quæ donatio morte fuit cōfirmata,ut
C.de don.inter uir.& ux.l.donationes.& l.cum hic ſta
tus.in prin.& l.ſi ſeruus cōis &c. Res itaq;,ſicut eſt ueri-
ſimile inter omnes perſonas ueritate proſpecta claret,
iuſtiorem fore cauſam dñæ & aut a fratre recepiſſe pe-
cunias,aut a uiro.ut ait d.l.quintus, & eius ſuprema ra
tiurhitate ut ex retrofirmata,hoc itaq; præludium ue
ritatis,& iuſtitiæ naturalis expoſitio. Supereſt ut in op-
poſitum allegata tollantur, & ꝙ de fraude ex fratris in-
terpoſitione probatur ſatis exurgeret,ſi interpoſitio ꝓ-
baretur.non.n.præſumenda eſt. ut probatur apertè in
præall.l.ſi is qui.in uerbo ꝓbetur. & ex generali doctri-
na æquū,ēt traduntur.ff.ad Velle.l.quidam.§.fin.ut quç
in fraudem legis excogitata dicūtur, probari debeant,
2 & ex generali regula. quia † qui dolū uel fraudem alle
get,perſpicuis indicijs id probare debeat.ff.de proba.l.
quotiens.§.qui dolo.& C.de dolū. quod hic manifeſtè
3 factum eſt. Et cùm duplex † concurrat præſumptio al-
tera liciti,altera iniuſti, præaccipitur rei licitæ præſum
ptio,ut ff.pro ſoc.l merito. hic namq; uidentur incide-
re & pecuniæ modo ſubtractæ ac dolo interpoſiti fra-
tris ſuſpicio,& ſicut pecuniç uel rei emptç,qui pecuniā
ſoluit pro rerrio precio præſumpta donatio, iuſtius ita-
que ac benignius donationis quæ uitio caret, cauſa prç
fertur.ff.de leg.l.in ambigua. & l.benignius.& de re.iu.
l.ſemper in dubijs.alioquin uerēdum erit,ne omnis do
natio mulieri nuptæ factæ irrita ſit, quaſi iuris præſum-
ptione fraude excogitata interpretatio. ſ.donatore per
maritum,quod non eſt faciendum,ut ff.de donatio.in-
ter uir.& uxor.l.3.§.quare.l.& ſi filius.& de dona.l ſpe
cies & bene facit quod not.per gl.ff.de donat.inter uir.
& uxo.l.ſi ſponſus.§.cur.in glo.quæ incipit ſic ſupra in
uerbo coniunctus. prima itaq; reæ partis defenſio for-
tia & efficax demonſtrata eſt ex libro d.Iacobi Merca
toris,qui publica auctoritate plenam fidem exhibens
empta credita, de quibus agitur, aliunde quàm ex bo-
nis mariti manifeſtius edocet. Sed etſi non plena fides
ei tribueretur,ſemiplena uideretur inde ſurgere ſecun
dùm notat.in l.quidem.§.nummularios.ff.de eden.&
per Barto.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& cum ipſa
domina nouerit facti ueritatē, quia de ſuo facto quæ-
ritur,actor autem ignoret, ſitq; quantitas non exigua,
& rea ſit ſeu reæ partes ſuſtineat ex acto ab ea iuriſiu-
rando ſecundùm ea,quæ iurauerit,iudicandum eſt, ut
ff.de iureiur.l.admonendi.& quod ibi not.per gl.& per
Bar.ꝙ etiam poſt cōcluſionem in cauſa iudex, ad quē,
pertinet cuncta rimari & ueritatem inquirere,ut 30.q.
c.iudicantem.& C.de eden.l.2.poteſt exigere. ut de fi-
de inſtru.l.cum Ioan.eremita. Rurſum ſecunda quoq;
defenſio & allegatio dominæ ex generali liberatione
conſurgens uigoroſa eſt,nec ignorantiæ uelamēto cō-
funditur. cùm pars agēs in libello profeſſa ſit, dictoſq;
Bertinum & Thadæum de hac re ſæpius matri contro
uerſiam intuliſſe,ꝙ ex bonis patris ea credita proceſſiſ
ſent,quæ confeſſio probat contra libellantem, ut C.de
lib.cauſa.l.cum precum.& de tranſact.l.cū te.2. Quin
etiam ſi ea confeſſio inconſulto facta proponetur, cū
non aliud debitū, nec alia cauſa debendi inter filiū no-
uiſſimè mortuū,& matrē p̄ſentialiter oñdatur, q̄ hæc,
de qua contendit,neceſſario ꝑñs eſt,ad huiuſmōi cauſā, ne
alioqnin nulla & maius q̄ nugatoria ſit dicta generalis
liberatio, porrigenda, & arg.eius quod not.per Bal.C.
de teſta.auth.hoc inter liberos.& ita profecto ſeſe veri-
tas oſtendit, vt ob eam cauſam maximè emiſſa dicta
generalis liberatio cenſeatur & fuerit. Quibus ex om-
nibus concludendum relinquitur, dictam dñam Le-
nam ſeu procuratorē eius a petitionibus dicti Silueſtri
¶ Ad ſecūdū aut ex ſuperioribus manifeſtius reſpō- dendum eſt pro ea ſola parte, de qua arbitramentalis ſententia lata eſt, hoc eſt, pro ſola dimidia ipſarum re- rum, in quarum poſſeſſione idem Albertinus, vel hære des eius per curiam poteſtatis fuerant introducti pro totis 120 flor. dictum Albertinum & hæredes eius dū- taxat eſſe tuendos. Cùm namque ſuperius eſt luculen- ter oſtenſum, decretum a ſententia poteſtatis obtentū ipſo iure irritum eſſe, ſuique pro ſola dimidia tam per arbitratorem ꝙ̄ per duos officiales mercantię firmatū. Neq; enim amplius apud eos in actis eſt, vnde illud fu- iſſent ſi de pluri iudicaſſent, nec iudicatū valuiſſet. ar. C. de fidec. li. l. ſi. & ff. de arb. l. ſi cum dies. §. plenū. & l. nō diſtinguemus. §. de offō. & §. quæſitū. ꝯſequens eſt, vt id decretū irritum & in manifeſta nullitate remaneat, vt ff. de re. in l. quod ab initio. nec ad rem pertinet, quod nū cius, cui fuerat cōmiſſa executio, de toto retulerit, quo- niam cum fines mandati exceſſerit, nō valuit qđ egit, vt ff. man. l. diligenter. & extra, de reſcrip l. cùm dilecta. & ſupra proxime allegatis, ll. de fideicom. lib. de arbi. nefas. quippe eſt cogitare, ꝙ nuncius & merus execu tor facti plus iuris poſſit victori tribuere, ꝙ̄ ꝑcedens ſē- tentia & iudicis iuſſus contineret, vt C. de execu. rei iu- di. l. ſi vt proponis. & l. exequutorem. & hoc ſit de ſe- cundo, de quo frequentiſſime quæritur, principali quæ ſtio. ¶ Ad tertium quæritur, an pœna peti poſſit, & dā- na, atque id quod intereſt, eo ꝙ dictus magiſter Fran- ciſcus cauſam non reſumpſerit prout ſpoponderat, li- cèt ſæpius interpellatus. Reſpondeo nil proponi, cur non poſſint ea omnia peti, dum tamen alterutro ſit contentus idem ſer Antonius, hoc eſt vel pœnæ peti- tione, vel eius quod intereſt, non vtroq; ſimul, niſi qua- tenus alternum excederet alterutrū hoc eſt pœna inte reſſe, vel ecōtra ſm ꝙ hæc probātur. ff. de ac. emp. l. pre- cia. & pro ſocio l. ſi quis a ſocio. & his, quæ ibi no. & de pact. l. reſcriptum. §. ſi pacto. & de tranſ. l. quis idem. in pe. q. ibi in glo. forſitan plane ſi & id actum eſt, in vtrū- que peti poſſit, quia ſic ibi clauſula rato manēte pacto. & id fieri & admitti poterit, vt ea. l. qui fidem. & C. de tranſac. l. cùm proponas. & ff. de ver. oblig. l. ita ſtipula- tus. in ſi. Illud tamen diligenter aduertendū eſt, ꝙ per compromiſſum poſtea factū inter dictam dominā An gelā, ſiue eius procuratorem parte vna, & aduerſarios eius parte altera apud duos officiales mercantiæ nō ſit receſſum in totum, vel pro parte ab ipſa pœna cōmiſ- ſa, quaſi de negocio principali in totū vel pro parte trā ſactum ſit, vt conſequenter de ipſa pœna pro eadē por tione, per l. 2. ff. ſi quis cau. in prin. Eſt namque compro miſſum de iure & de facto tranſactio quædā, vt not. ſe- cundum Ioan. in auth. vt diſ. iud. §. 1. quod in dubio pu tarem, ſi ipſi dominæ Angelæ cōmiſſa fuiſſet pœna, vel ipſo iure quia ipſa ſtipulata fuiſſet, vel cum effectu, quia procurator eius procuratorio nomine fuiſſet eam pœnam ſtipulatus, niſi contrarium ſpecialiter actū eſ- ſet, vt de ſolo negocio principaliter, non de pœna trā- ſigeretur, vt in d. l. 2. ad ſi. prin. ff. ſi quis cau. Sed cū pro- ponatur ipſum ſer Antonium eam pœnā ſuo proprio nomine non procuratorio ſtipulatum, nō animaduer to, quare per compromiſſum nomine dominæ Ange læ factum ab ea pœna receſſum ſit, & ideo aſſeri poteſt vt ſuperius eſt reſponſum. arg. C. res inter alios acta, in rubro, & nigro.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Pactum ſuper dote factum marito an tollat vel al teret diſpoſitionem teſtamenti contrarij. Et an & quā do maſculinū genus concipiat fœmininū in ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquēs his verbis filijs extantibus, an verificetur, ſi vni- ca tantum filia ſuperſit.*

2 *Mens, ratio, & communis vſus ſunt diligenter in ſtatutis atten- dendi.*

CONSILIVM CCIII.

VISIS Inſtrumēto publico, ſeu eius copia dotis datæ per egregiū legum doctorem D. Petrum de Rocha contracta pro egre- gia domina Anna tunc ſua vxore diſcre- ti viri Angelini quondam Frāciſci tunc familiaris & camerarij magnifici & excelli dñi Mala- teſtæ de malateſtis Penſauri &c. vt conſtat inſtrumen- to rogato & tradito per ſer Nicolaum magiſtri Ange- li de monte Sicarde publicū imperiali auctoritate no- tarium.

tarium, & iudicem ordinariū anno domini 1411. in-
dict. 10. vacante ſede apoſtolica die 13. menſis Ian. in ci
uitate Penſauri & camera præſa. magnifici & potentis
domini, ac copia teſtamenti ipſius dominæ Annæ, de
quo conſtat publico documento ſacto & tradito per ſer
Nicolaum Iamperini notarium publicum imperiali
auctoritate ac ciuem penſauri Anno dñi 1418. indict.
12 tempore domini Martini diuina prouidenta Papæ
quinti die 18. menſ. Auguſti, ac copia ſtatuti penſauri
politi ſub rub. Qualiter dotis reſtitutio locum habeat,
& qualiter inſtrumenta dotalia per notarios fieri de-
beant, Quæritur an legata & ſubſtitutio facta in prædi
cto teſtamento valeant in dicta dote, de qua in dicto in
ſtrumento refertur, ita vt dictus Angelinus debeat do-
tem præfatā reſtituere, vt ex ea impleri poſſit dictæ do-
minæ Annæ vltima voluntas, cum ſit mortua relicta fi
lia ſuperſtite.

¶ In præmiſſa quæſtione concluſiue reſpondens di-
co putans, nullatenus locum eſſe factum reſtitutioni
dotis, nec ex ea dote legata facta, vel fideicōmiſſa reli-
cta debere præſtari, nec ſubſtitutionem filiæ factam in
ea dote tenere, vbi aduertēdum, quòd ſtatutum ſupra
relatum diſponens ſoluto matrimonio ex parte mulie
ris extantibus cōibus ex eodē matrimonio liberis, do-
tis reſtitutionem nullo modo locum habere, etiam ſi
cōes & ſuperſtites in quacunque ætate deceſſerint ſine
filijs vel ſine liberis non obſtante pacto aliquo in con-
trarium, infert lucrum dotis parti viri ſi mulier in ma-
trimonio prior moriatur extātibus ex eodē matrimo-
nio cōibus filijs, ſicut itaque pactum in inſtromento do
tali comprehenſum id continens valeret, etiam ſi vel
de ſuperexiſtentia cōi aliarum dictū eſſet & lucrum do
tis auferret viro ſuperſtiti, vt ff. de pac. do. l. 2. & l. inter
ſocerum. §. cum inter. & de dote præle. l. 1. in princi. &
§. 1. & C. de epiſco. & cler. l. fi. in prin. & de ſecun. nup.
l. ſed ſi quis. & C. de pac. ſu. do. conuen. l. ex morte. cū
plerisq; ſi. ita & multomagis credēdum eſt id fieri poſ-
ſe ſtatuto ſine l. municip. vt ff. de pact. l. non impoſſibi-
le. & quod ibi not. per Bar. & glo. C. de decre. decu. lib.
10. & quemadmodum eiuſmodi pacto interueniente,
quod ex morte mulieris lucratur maritus dotem datā
exiſtente conditione pacti dotalis lucro protinus eſt
ceſſura virtute pactionis, teſtari non poſſet in viri præiu-
dicium tanquam de alienis rebus, vt C. de ſacro. ſan. ec
cle. auth. ingreſſi. & ff. de iure codi. l. conficiuntur. §. ſi
poſt. in fi. ita nec nunc cū legis auctoritate dos iubeatur
apud virum remanere. Quid. n. refert dicat lex, lucre-
tur maritus dotem ſibi datam, an non dicat, nullo mo
do locum habeat reſtitutio dotis. & ad hoc facit quod
not. per doct. in l. iubemus nulli. poſt glo. ſuper verbo
acquirantur, quæ incipit. Sic ergo eccleſia, & in quæ-
ſtione quę dicitur ibi fuiſſe diſputata Boñ. & ibi refert
Barto. C. de ſac. ſan. ec. & in l. 2. C. ſa. er. & in gl. ff. de ca-
ſtren. pe. l. dotem. Tanto magis quod in ipſo inſtrumē-
to dotali id etiam pacto comprehenſum eſt nomina-
tim debere fieri reſtitutionem dotis ſm formam ſtatu
torum Penſauri. vnde perinde ac ſi nominatim id pa-
cto cautum eſſet, quod ipſa municipij lege diſpoſitum
eſt, ar. de re iudic. l. in ſumma. & l. ait prætor. §. 1. quam
quam et ſi id pactione non fuiſſet expreſſum, ſed ſimpli
citer dos data fuit, tacite intelligere id conuentum ſe-
cundum ea quæ tradidit Barto. C. de ſecun. nup. l. hac
edictali. in prin. vbi etiam Bal. & Ang. & arg. in l. quod
ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædi. edic. & de aqua plu. ar. l. ſi
prius. §. 1. non eſt ita, quia in re propoſita recurrendum
ad materiam l. filiusfa §. aui. ff. de leg 1. & de ver. oblig.
l. ſi ita quis. §. ea lege. & C. de fidei. l. uolūtas. & quod ibi
not. per Bal hic. n. non agitur de virtute prohibitę alie-
nationis rei futuræ dñæ, de qua tractatur ī illis legibus,
ſed hoc agitur, vt non dominus de rebus alienis non te
ſtetur in præiudicium domini non honorati atteſtante
de fideicom. ab eo porro cùm ipſa dos apud virum, cō
ſequenter apud ipſos filios, vt C. de ſecun. nup. l. genera
liter, & authenticis ibi poſitis, maneat ex legis munici-
pij prouidentia, conſequēs eſt, nec ſubſtitutionem filiæ
per fideicommiſſum factam, nec legata aut fideicom.
in teſtamento ab ipſa filia teſtatricis vel ſubſtitutis da-
ta tenere, vt ff de adop. l. ſi arrogator, niſi forte aliā ſub-
ſtantiam teſtatrix habuiſſet cuius reſpectu potuiſſent
legata & fideic. relinqui, quod ad ipſam filiam ex inſti-
tutione veniat, aut ſi forte adiretur hæreditas damno-
ſa ſine beneficio inuētarij, quod & ipſum dubiū eſt, vt
C. ad l. fal. auth. ſed cum teſtator. & quod ibi not. nec
hic hæſitandum eſt eiuſmodi ſtatuto auferri mulieri te
ſtamenti factionem, ſicut nec pactis in inſtrumēto do-
tali ſuper dote conuentis in ea forma dubitaretur au-
ferri, quia non aufertur vt ſuperius legibus allegatis cō-
probatur, ipſa namque mulier poteſt extra dotem da-
tam & habere, & ſi non habet acquirere. vnde poſſit
1 teſtari. Illud ſane pluſculum dubitationis accipiet † an
cum ſtatutū dicat filiis extantibus, & ſic in maſculino
genere non extitit caſus ſeu conditio, cum vnica tantū
filia ſupereſſe probatur. Nec in ſtatutis maſculinum cō
cipit fœmininum, quia illud venit ex interpretatione
extenſiua, non ex propria verborum ſignificatione vt
glo. no. in l. 1. ff de verb. ſig. quæ extenſiua interpretatio
& impropria ſignificatio non admittitur in ſtatutis in
correctionem maxime iuris communis, vt ſcribit Dy.
& poſt eum Barto in præal. l. 2. ff. de verbo. ſig. Sed mi-
hi placuit ſemper diuerſa ſententia. vt in materia indif
ferenti prolatum nomen filij comprehendat & filiam
cùm de fauore tractatur, ſecus ſi de odio irrationabili,
quæ fuit & eſt ſentētia Iaco. de Are. & Cy. in l. quicun-
que. C. de ſer. ſugi. & Bald. & Ange. ibidem. & Cyn. in
l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. & Nico. de mat. & ſimili mo-
do reſpondetur, ſi opponatur, quod ſtatutum dicat plu-
rali filijs. hic autem vnica filia tantum ſuperſtite. mens
2 † etenim & ſtatuti ratio, vt potius dos apud filios vtriuſ
que ſexus remaneat, inſpicienda eſt, vt præal. l. fi. vt C. q̄
ſit lon. conſue. & ff. de legi. & ſen. con. l. ſcire ll. & l. de q
bus, vbi expreſſum bene perſpicaciter intuenti proba-
tur, qđ & adiuuat cōis vſus, qui in huiuſmodi cauſis ver
ſat, vt eſt expreſſum ff. de verb. ſig. l. nō eſt ſine liberis. in
fi. & qđ no. in l. librorū. §. quod tamen caſſius. ff. de leg.
3. & hanc etiam eſſe mentem l. apparet ex verbis ſequē
tibus indiffinite prolatis, ibi communes & ſuperſtites,
non ibi additum maſculum, & paulopoſt ſine filiis vel
ſine liberis, quod eſt generale ad fœminas, ſi tamen eſ
ſet ſtatutum in ciuitate Pēſauri quod maſculinum ꝯ-
ciperet fœmininum, vt in plerisque ciuitatibus vidi, res
foret expeditior. Ex his itaque concluſum relinquitur,
dictū Angelinum maritum ſuperſtitem nō debere do-
tem reſtituere, nec ex vxoris teſtamēto, quod ex vnius
voluntate conſiſtit, potuiſſe dicto Angelino dotem a
ſtatuto ſibi ꝯceſſā auferri, vel minui. & hoc de vltimo.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Incertitudo an & quando vitiet diſpoſitionem, &
quando dicatur incertum. Et an alteri per alterum poſ
ſit actio quæri.

SVMMARIVM.

1 Perſona certa expreſſio an ſit ad inſtrumēti validitate neceſſaria.

CONSILIVM CCIIII.

ALBERTVS Contraxit matrimonium
cum Maria, quæ eidē tradidit in dotē pa-
trimoniū, ex qua copula nati ſunt Petrus,
Ioannes, & Thadea, prænominata Maria
moritur ſuo vltimo cōdito teſtamento,
in quo ſuos vniuerſales hæredes æqualiter inſtituit præ
dictos Petrum, & Ioanē, prædictus Albertus paterfa-
milias ad ſecunda vota conuolauit, & ſibi Catherinā
in vxorem copulauit, ex qua geniti ſunt quàmplures
quorum

quorum tres ſuperuiuunt. Thadea filia prænominata per patrẽ nuptui traditur Nicolao, cũ Nicolao pactus eſt dare dotem intra annum & diem, poſtquam eã duxerit ad domum, dicta Thadea ducta ad maritum ſecunda die, qua ducta eſt, reperitur feciſſe fieri quoddam inſtrumẽtum finis vt refertur, in quo finem, & quietationem, & pactum de vlterius non petendo de dote materna & hæreditatibus paterna & materna, & de omni eo, quod occaſione paternæ & maternæ hæreditatis ad eam peruenire poſſet fecit cuidã Petro ſtipulanti nomine & vice ſupradicti Alberti patris, qui Petrus penitus ignotus, nec in dicto inſtrumento ſpecificatur quis ſit, nec vnde, nec de eius mandato conſtat, nec conſtare poteſt. Præterea in dicto inſtrumẽto finis reperitur, qualiter prædicta Thadea dat, tribuit, & concedit omne ius, quod habet ipſa Thadea in bonis maternis & paternis quomodolibet, ſalua tñ legitima ſucceſſione ab inteſtato, ipſi Petro ſtipulanti & recipienti vice & nomine dicti Alberti, pater moritur ab inteſtato, quo facto per bienniũ poſt mortem prænominati Alberti patris fratres prædictæ Thadeæ vtrinque coniuncti nomine ipſorum & ſuorum fratrum patruelem dotẽ dictæ dederunt & numerauerunt prænominato Nicolao per procuratorem, cui procuratori & notario ſtipulanti facta eſt alia finis, & remiſſio, & quietatio, & pactum de vlterius non petento per dictam Thadeã marito conſentiente de hæreditate & bonis maternis ipſis ſtipulantibus nomine & vice fratrum tam vtrinque coniunctorum, q̃ patruelium. deinde prænominati fratres omnes inter ſe diuiſerunt hæreditatem paternam cum cautione ſolita, hoc tamen reſeruato, quod ſi vnquam apparent bona ſtabilia paterna non diuiſa, diuidi debeant quandocunque apparent. Tempore vero prædictæ diuiſionis de ſucceſſione ſiue iuribus prædictæ Thadeæ nulla fuit facta mentio. Modo fratres prædicti patrueles reperierunt aſſertum inſtrumentum finis, remiſſionis factæ prædicto Petro cũ ſuis ceſſionib9 & ſtipu vt ſupra propter quod prædicti fratres patrueles dicunt ius & partem hæreditatis maternæ contingentem prædictę Thadeæ eſſe acquiſitam præfato Alberto patri mediante ſtipulatione ipſius Petri, de cuius mandato non conſtat, nec de aliqua ratificatione prædicti Alberti Patris, & per conſequens tanquam ius & bona patris communis non diuiſa petunt prædicti fratres patrueles diuidi, fratres vero prædictæ Thadeæ utrinque coniuncti recuſant hoc facere dicentes, ſtipulationem, & ceſſionem illam factã Petro eſſe nullius valoris, atque momenti. Modo quæritur primo nunquid finis illa, & remiſſio facta Petro vt ſupra de iure teneat, vel non. Item præſuppoſito q̃ finis teneat nunquid ſtipulatio per Petrum prædictũ facta de iure valeat, & ꝑ ipſa ſit quęſitum aliquid ius prædicto Alberto cuius nomine ſtipulatur. Item his conceſſis pro veris ſine præiudicio nunquid per ſolam ſtipulationem coniuncta poſſeſſione ipſius Alberti patris tãquam vſufructuarij bonorum filiorum ſit acquiſitum dominium vel ius aliquod, quod veniat diuidendum, cum nulla reperiatur eſſe facta traditio, vel dicta patris agnitio. Item nũquid per ſecundam finem & remiſſionem factam procuratori & notario nomine fratrum vt ſupra ſit derogatũ primæ, vel non, vel ſit alicuius valoris. hæc ſecũda &c.

¶ Ad id. de quo primo loco quæritur, videtur, finem & remiſſionem, de quibus præponitur Inſtrumentum
1 ſuperinde confectum, non tenere † propter incertitudinem perſonæ, Cui dicitur finis & remiſſio facta, cum ſolum nomen Petrus quod eſt commune pleriſq; ſine vlla inducijs, atque alia monſtratione prolatũ ſit. arg. C. qui teſta fa. non poſ. l. hac conſultiſſima. & licèt illa lex in cæci teſtamento loquatur, ea tamen viget ra- & in aliorum teſtamentis, vt ff de teſta. iu. duo ſũt ticij cũ li. quin ẽt in libertate data talis incertitudo vitiat libertatis dationem, vt ff. de manu. teſta. l. cum ex pluribus quamquam apud legum latores ſummè fauorabilem interpretationem ipſa libertatis datio mereatur, vt C. de neceſ. hær. l. fi. ad illa. l. pe. & de fide. lib. cum inter. Et idem magis obſeruandũ eſt in contractibus, vt non valeant. cum voluntatis liberior fieri debeat interpretatio, vt ff de reg. iur. l. in teſtamentis, & ideo in hac cauſa rectè procedat arg. ab vltimis voluntatibus ad contractus, & hanc partẽ ſuadet iuſtitia naturalis Nam ſi alioquin valere dixerimus, ſubtrahitur iuſta defenſio his qui læduntur propter huiuſmodi incertitudinem: nec n. probare poſſet ipſa mulier, & inſtrumenti falſitatẽ detegere per probationem abſentiæ dicti Petri ſine die conſcripti documenti, & loco, quo ſcribitur inſtrumentum, confectum ſecundum doctrinam l. optimam. in fi. C. de contrahen. & com. ſtip. ideoq; iuſta ſunt in ſecundis documentis locus & tempus, vt ſi qua falſitas cõmittatur, poſſit eo mõ conuinci, quod hic non poſſet fieri. ad quod facit quod no. ff. de pu. iud. l. is qui reus per Bar. Rurium tabellio teſti comparatur, vt ff. de teſta. l. domitius. ſed talis depoſitio ſeu teſtificatio teſtis de incerta perſona tanquam dubia nil valet, vt de proba. l. in præſentia. Secundo nec teſtificatio tabellionis, quando etiã tabellio debet ſuis inſcribere documentis teſtes notos & certos, vt ꝑ eos quoque, ſi res exegerit poſſit veritas adiuuari, vt in Authen. de inſtr. cau. §. ſiquis igitur vult. & §. te. & §. ſed ſi inſtrumenta. cum ſequentibus. Quanto magis igitur dicitur certas per ſuas demonſtrationes perſonas contrahentium, in quibus magis conſiſtit negocij ſubſtantia, demonſtrare, & ideo Bal. in d. l. hac conſultiſſima. C. qui te. fa. non poſ. refert etiam quaſdã ſententias nullas pronunciatas eſſe propter incertitudinem perſonarum, de quibus continebatur in eis, q̃ per propria nomina cum alijs indicijs, & demonſtrationibus, ſeu differentijs ſpecificis dictis ſententijs eſſent comprehenſa, quanto magis in re propoſita, vbi ſola nominis proprij commemoratio facta eſt contra d. l. hac conſultiſſima, & ſolitam tam ipſius notarij, quàm aliorum frequentiſſimam obſeruantiam. vnde nec hæc res caret ſcrupulo falſitatis. ar. C. de teſta. l. iubemus. in fin. & de actu & nu. l. nulli. libro 12. atque ideo tanquã ſuſpecta ſcriptura fidem non merebitur, niſi alijs adminiculis adiuuatur. C. de proba. l. iubemus. adſunt & aliæ cõtra dictum inſtrumentum ſuſpiciones, quia maritus dictæ dominæ conſenſit dictis fini & remiſſioni, qui mariti conſenſus conſuetus eſt talibus interuenire ex more regionis, ſicut colligi poteſt ex ſecundo finis & remiſſionis inſtrumẽto, quo ſupra refertur. Nec eſt veriſimile, tunc factas finem, & remiſſionem, cum necdum dos promiſſa fuerit forte præſtita. Et ſolent notarij, quando pro abſente negotium geritur, ipſi met tãquam publicæ perſonę pro abſente ſtipulari, atque recipere, quæ omnia, cum ſint omiſſa, quæ frequens ſtylus notariorũ obſeruat, grandem profecto ſuſpicionem ſapientũ mẽtibus mouent, vt nec ei documento credi debeat in iudicijs, niſi fides eius alleg. adiuuatur &c.

¶ Ad ſecundum quod finis & remiſſio valent, quia probari poſſit, quis ille Petrus fuerit, dicendum foret, ſtipulationem per ipſum Petrum factam pro abſente tenere, ſi abſens vel ſucceſſor eius ratam habuerit, vt ff de neg. geſt. l. pe. ſed non prius ei Alberto, vel eius hæredibus licet ratam habentibus actionem ex ea ſtipulatione quæſitam, quam fuerit eis a Petro vel hæredibus ſuis ceſſa, cum alter præſertim ſine mandato tãquam per liberam perſonam & alterius iuri non ſubiectam regulariter non quæratur actio ſine ceſſione, ſed in exceptis dumtaxat caſibus, inter quos hic non eſt, vt in Inſti. de inuti. ſtip. §. ſiquis alij, & quod ibi no. Illud tamen ſingulariter eſt notandum, quod in illis finibus, & remiſſionibus, ac futuris ceſſione videtur contineri quædam repugnantia, nam in prin. videtur fieri finis, & remiſſio de hæreditate paterna, & in omni iure, quod in eis vel earum actione competeret, poſt vero excipitur legitima ab inteſtato ſucceſſio, vt ſi forte quis dicat, q̃d principum in teſtamentaria ſucceſſione tenebat, exceptio vero in teſtamento ſucceſſi. cuius tamen contrarium

tium ſolet magis obſeruari, vt. l. legitimę. non etiam te ſtamentariæ renunciet ur. Et cum ipſa Thadea matri ex teſtamento ſuccedat, vt præfertur, eam a maternis bonis protinus abdicandam, quæ & patri erat ceſſione quæſita, poſſet tamen & illud pro tuitione veritatis, quæ mihi per id inſtrumētum magis opprimi videtur, haud inſubtiliter attētari, cum non proponatur matris ſciſſe teſtamentum dicta Tadea, nec matris hæres extiterit ex teſtamento, quod ignorauerit, nunc autem ſi viuat poteſt certificata de teſtamento ipſam hæreditatē repudiare, & potius ſua accreſcet fratribus & cohæredibus ſuis, idē ſi mortua ſit, vt accreſcat per ea. quæ habentur ff. de acquir. hęre. l. is poteſt. & l. ſi is ad quem legitima, & hæres inſtitutus, & quæ io his per Barto. Ex quibus apparēt ſuperuacua duo ſequentia, quæ quærun tur, ſi tamen ſupraſcripta vitia purgarentur, & allegata ſuperius impedimenta ceſſarent, non impediretur dominij tranſlatio in patrem, vel ſucceſſores ratum habentes, quia traditio non interueniſſet, cū res apud patrem conſtitutæ ſint, vt ff. de neg. geſt. l. ſi ego. & de rei ven. l. quædam mulier. & de acqui. re. do. l. qua ratione. § interdum. & conſequenter ſecunda remiſſio ſeu finis vel ceſſio non teneret. Sed cum ſupra monſtrauerim prius remiſſionem, ceſſionem, & finem nullius eſſe momenti, conſequens eſt, ſecūdo geſta tenere &c.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

¶ Et vt ſupra cōſultum & determinatum eſt per ſupraſcriptum excellentem iuris doctorem dominū Raphaelem Fulgoſiū, Ego Hendericus iuris vtriuſq; doc. Idem dico & conſulo iuris eſſe et notoria rationibus ſupraſcriptis, itē quia talis renunciatio non potuit porrigi ad ius, quod dicitur competere ſiue competebat ipſi Thadeæ vigore teſtamenti matris ipſius Thadeæ, quia finis & remiſſio non porrigitur ad ea, quæ in inſtrumēto continētur, niſi cognitis, & inſpectis verbis teſtamēti iuxta theoricam l. de his. ff. de tranſ. & ad fidem pleniſſimam me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigiliaui &c.

ARGVMENTVM.

¶ Ceſſio an præſumatur ſimulata, ſi conſtet per ſolā confeſſionem. Et an præſcriptio currat contra hypothecam, & quomodo interrumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſione numerata pecunia per creditorem facta an & quando ſequi poſſit querela non numeratæ pecuniæ.*

CONSILIVM CCV.

RAYNALDVS Et Vgoletus Veldi duo rei ſuſceperunt apud ſe depoſitos a Ioanne flor. 293. Ita vt vterque inſolidum teneretur totidem reddere vſque ad annū, deinde G. ſoluit centum flor. dicto Ioanni, vt apparet ex inſtrumento confeſſionis ipſorum receptorum a dicto fratre dicti Vgo. ſoluenti de ſuis proprijs deñ. animo habendi & recuperandi dictos centū flor. in bonis dicti V. & ab ipſo V. correo ex cauſa dicti depoſiti. Rurſus dictus per aliquos dies poſt confeſſus fuit publico documento ſe habuiſſe & recepiſſe a dicto G. flor. 193. ex cauſa dicti depoſiti & pro dictis 193. ceſſit actiones omnes ſibi ex cauſa dicti depoſiti competentes ipſi G. contra dictū Vg hæredes & bona eius, & inſtrumentum depoſiti, dicto G. traditū. nunc mortuus dictis G. Vgo. filius dicti G. vnicus hæres patris petere vult ab hæredibus dicti V. dictos flo. 193. Quæritur nunquid ipſe hoc poſſit.

1 ¶ † In propoſita quæſtione Breuiſſime videtur mihi dictum filiū G. poſſe petere ad heredibus dicti V. flor. 166. hoc eſt dimidiam dicti depoſiti, cùm præſumatur in dubio, ſi aliud non probetur, ad vtrunque reum pecuniam perueniſſe, per l. r. & quod not. per glo. & doc. C. de duo. re. ff. ad velle. l. vir vxori. §. fin. cū l. ſeq. & de duo. re. l. reos. in princip. & quod ibi per Barto. poſt gl. Nec huic obſtat, ꝙ publicum documentum ceſſionis contineat ſolam confeſſionē dicti creditoris de ſolutione 193. flor. non autem ipſam realem numerationem probet, nec atteſtetur, per no. per Barto. C. manda. l. p diuerſas. & per glo. ibidem in verbo ſolutarum, quæ incipit. Nota, ꝙ lex illa non habet locum in ceſſionibus, quas faciunt creditores fideiuſſoribus, vel correis debent. credē. qui videntur inuicē fideiubere quo ad hoc, ut not. per Barto. in d. l. in princip. vt not. ibidem in gl. ceſſionibus exceptis &c. cum creditoribus fiant, & ex neceſſitate. vt & ibi not. Barto. & Bald. ſuper ea glo. Illud etiam adnotandum eſt, ꝙ Bald. in l. 1. C. ne li. poten. inclinat generaliter, vt ſi iuſto precio facta ſit ceſſio, ſīq ibi ſola confeſſio receptæ contineatur in inſtrumento ceſſionis, non intelligi ſimulatam, vel aliter vitioſam ceſſionem, & refert ita practicari per doc. egregios & tam ex conſuetudine, q̄ etiā ex ſententia Speculatoris hanc ſententiam adiuuari. & ita etiam colligitur ex no. per Albe. de Pergamo in dictis legibus. Mihi quoque ſuper eiſdem legibus ſemper apparuit vtranq; ſententiam rectè intellectam veram eſſe. Nam ſi in inſtrumento contineatur ſola confeſſio creditoris receptæ pecuniæ, aduerſus quam poſſet proponi exceptio non nu. pecu. vera ſit ſententia gloſatorum in d. gloſ. no. &c. in verbo ſolutorum. neque. n. proderit talis cōfeſſio ceſſionario, vt poſſit agere, quæ nec probat ſolutam pecuniam propter exceptionem nō nu. pe. quam poteſt opponere non ſolus ipſe creditor, ſed etiam creditoris creditores, & fideiuſſores, & mandatores debitoris, & omnis cuius intereſt, intra dumtaxat tempora præſtituta, vt C. de non nu. pecu. l. ſi cui. & l. tam mādatori. & quod not. in eis ſic declarat ſeipſam gl. in ſimilibus terminis & materia. C. de bo. dan. in l. ſiquis poſt hac. in glo. ſuper verbo dotalium. quæ incipit vel priuatorum, ſic aliam ſimilem glo. interpretatur Bar. in l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. in verbo datæ. & Ang. in authen. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. Sed ſi aduerſus eiuſmodi confeſſionem ceſſaret querela non nu. pecu. quia lapſa forent tempora eius proponendæ, pro ſecto ea confeſſio non inueni noceret ipſi creditori, cuius eſt confeſſio, vel debitori, verum etiam alijs noceat, vt probaretur numerata pecunia cōfeſſa puta creditoribus ipſius confeſſi, vt d. l. ſi cui. & mandatoribus aut fideiuſſoribus debitoris, ita confeſſi, vt d. l. tam mādatori. & inter omnes etiam, qui confeſſioni non conſenſiſſent, ea confeſſio ſuffragio temporis confirmata pro reali numeratione teneretur, niſi contrarium probaretur, vt not. C. de non nu. pecu. l. ſi ex cautione. Er hoc caſu procedat opi Bald. vbi ſupra & aliorum. idē videretur, etſi ipſi exceptioni non nu. pecu. renunciatum foret per confeſſum ſeu per confitentem, per tex. cum gloſ. ſua. C. de do. cau. & non nu. l. 1. & hoc voluit in d. l. aſſiduis. Cùm itaque in propoſito lapſa ſint tempora proponendæ querelæ, & renunciatum fuerit exceptioni non nu pecu. hæc confeſſio pro reali numeratione & eius probatione ſufficiat. Et ad hoc poteſt adaptari glo. in d. l. per diuerſas. dum comparat illū caſum l. emptori. & l. quotiens. C. de rei ven. palam autem eſt confeſſionem venditoris de recepto precio, ſi ceſſet exceptio non nu. pecu. tēpore vel renunciatione pro rea ſi precij ſolutione ſufficere emptori rem venditam vēdicanti aduerſus quemlibet poſſeſſorem, vt in Inſti. de rerum diui. §. venditę. Et hæc procedunt vbi dubitatur de numeratione, facta ſit, nec ne. Cæterum ſi conſtaret nō numeratam, cū nec ſpe futuræ numerationis emiſſa fuiſſet ea confeſſio, agebatur donatio, licēt ſimulare tur nominis venditio, & valeret quod ageretur in veritate hoc eſt donatio, vt C. de cōtrahen. emp. l. emptiſi fides. & d. l. per diuerſas. in fi. Si vero conſtaret aliquam maiorem quantitatem creditori datam, & de maiore facta fuiſſet confeſſio, videtur fraus legi facta ſecundū l. ab

l. ab Anaſtaſio. C. man. & ſic agi non poſſet. Sed ſi de numeratione totius pecuniæ conſtaret, hic caſus indubitatus eſt, quia teneret ceſſio. Quod igitur dixit l. per diuerſas. ſolutarum tantùmodo, dixit vt excluderet eã quantitatem actionis venditæ, quã precium excedet, quod fuerit ſolutũ & quod ſolutum probatur per confeſsionem ſuffragio temporis adiuuatam. Illud non me mouet, quod videatur obſtare præſcriptio 30. vel 40 ann. cùm id depoſitum factum fuerit. 1366. quoniam fuit interrupta debiti agnitione facta per vnum ex correis debendi, vt C. de duo. rei. l. fi. quamquã ea exceptio non obſtaret in hypothecaria, quæ contra proponeretur contra hæredes, vt C. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. cùm notiſſimi. in princi. vt delib. pignoris. l. intelligere. aut etiam beneficiò ætatis dictus filius G. iuuaretur per reſtitutionem C. in qui. cau. nõ eſt ne. in int. reſti. l. fi. & quod ibi no. Concludendum itaque relinquitur, filium dicti G. ſaltem pro dimidia contra hæredes dicti quondam V. poſſe tam perſonalibus, quàm hypothecarijs actionibus ceſſis etiam pariter & eodem iudicio protinus experiri, & hoc de toto conſultationis articulo &c.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Mulier renuncians hypothecæ ſibi competenti in bonis mariti & conſenſum accommodans alienationi rerum mariti an & quando ſibi præiudicat, ita quod ad bona mariti redire non poſſit pro dote ſua ſiue bona mariti ſint ſufficientia, ſiue non.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de quibuſdam facta, in cæteris firmat regulam.*
2 *Simplex renunciatio obligationem non parit.*

CONSILIVM CCVI.

PRO Eius, de quo quæritur, habenda plenius veritate an conſenſus adhibitus venditioni bonorum, de quibus contẽditur, per ſupraſcriptam dominam Iachetam; & renũciatio per eam facta iuri hypothecarum, & omni alio ſuo iuri in bonis eiſdem, cùm tũc nulla alia bona mariro eius ſupereſſent, ex quibus ei poſſet pro dote ſua conſuli, valuerunt, & ipſi mulieri noceant cum effectu, vbi videtur dicendum quod ſic, primò per regulas iuris generales, quia iura ſua remittentibus non eſt dandus ad ea regreſſus, vt ff. de ædil. edi. l. quæritur. §. ſi venditor. & ff. de admi. tu. l. cùm quidam. & ff. qui. mo. pi. vel hypo. ſol. l. ſi conſenſerit. in prin. & l. titius. & C. de remiſ. pig. l. ſi probaueris. & l. cum te. Secundo ſpecialiter per ll. in his terminis rectè facientes C. ad velley. l. iubemus. & l. etiam. & ff. eo. l. quamuis. §. 1. neque enim pignoris remiſſio marito vel alii debitori facta interceſſionem aut donationem continet, vt eiſdem legibus, & ff. qui. mo. pi. vel hypo. ſol. l. 1. §. 1. & l. Lutius. & ff. de his quæ in frau. cre. l. ſi pignus neque diſtinguunt præalleg. ll. nec vlla alia lege diſtinguitur in rebus mariti mulieri obligatis pro dote generaliter ſupereſſent marito nec ne res aliæ, ex quibus mulieris indemnitati ſatisfieri potuiſſet, niſi eſſent res in donationem propter nuptias datæ mulieri, vt C. ad velley. authen. ſiue a me. & in corpore vnde ſumitur. Quo ipſo in alijs memorata ſententia maniſeſtius confirmatur, quoniam exceptio de quibuſdam facta in cæteris reb[us] firmat regulam, ff. de ver. ob. l. pluribus. §. & ſi placet, & de pe. leg. l. nam quod liquide. §. fi. & per Dy. in rubrica de reg. iu. ad quod facit c. peruenit. de empt. & ven. & hanc ſententiam iuribus & rationibus confirmatã ſequitur Azo. in ſum. titu. ad velle. in § vbi autem nulla eſt interceſſio. in fi. 2. col. ſeu principium 3. glo. quod videtur huic quieſcere in corpore ſ. in Auth. vt immobi. ante nup. don. §. pe. coll. 5. in glo. quæ incipit quæ de prohibenda alienatione. verſus medium. ibi, & aliud in remittenda hypotheca a muliere in rebus mariti, & C. ad velle. l. iubemus, hanc quoque ſententiam tenet Ni. de ma. in l. etiam præalleg. C. ad vell. & ibi Bal. poſt eũ. hanc etiam tenet Iaco de Are. in auth. ſiue a me. eod. titu. & ibi Cy. poſt eum. & Albr. de Perga. & Ang. in l. iubemus præalle. ad velle. in diſtinctione ibi per eum poſita. & Baldus ibidem in ſecunda oppoſitione. In oppoſitam vero partem facit quod not. per eũdem Iaco. de Are. ff. ſol. ma. l. Meuia. §. 1. vbi ex eo. text. qui vult per renunciationem naturaliter obligari ad nõ petendũm ſecundum vnum ſenſum gl. tenet mulierem cõſentiẽtem vel renunciantem hypotheſis cum maritus rẽ ſuã ipſi vxori hypothecatam alienat, pro viro obligari ad non petendum, & conſequenter non tenere eiuſmodi renunciationem, ſi per eum fiat, vt non poſſit petere, quod eſt, ſi non ſint aliæ res viro, ex quibus ei poſſit pro dote ſua ſatisfieri, per auth. ſi qua mulier. C. ad velle. cũ quo tranſeunt Barto. & Bald. in l. iubemus præalleg. C. ad velle. quamquam Bald. in l. iubemus præalleg. C. ad velle. hãc rationem Ia. quod renuncians obligetur approbatam per Barto. idem repugnet in quarta oppoſitione dicens quod
2 ſimplex renunciatio obligationem non parit, præſertim cum eiuſmodi conſenſus & renunciatio ipſo iure extinguat hypothecã, quæ ſola pactione tacita vel expreſſa conſtaret, vt C. de pig. l. maior. & not. ff. de pact. l. ſi tibi. 10. §. de pig. vnde ſicut acceptilationem, nec obligationem parit licèt propter eam ſicut propter ſolutionem æquitas naturalis & ciuilis obſtringat, cui ſolutũ eſt, vel qui accepto tulit non petere, ſicut obſtringitur etiam quis furtum non facere, vel aliud illicitum, vt ff. de furt. l. 1. §. fi. & tolluntur hæc ex not. per Barto. in l. vbi pactum. C. de tranſ. deinde, etſi ea renunciatio conſenſus vel pactum de non petendo mulierem obligaret, & propterea obligatio nulla foret per præalleg. authen. ſi qua mulier, reliqui tamen effectus inſurgentes ex ipſo pacto de non petendo, qui extinguũt, & elidũt, & exceptionem pariunt, integri remanerent, per quos mulier excluderetur citra prohibitionẽ auth. ſi qua mulier, & quandoque ſcripſi in §. pactus ne peteret, in l. ſi vnus. ff. de pact. dum illum §. in auditorio legerem. vbi etiam Barto eandem ſententiam Ia. de Are. refert cũ ea tranſiens, ipſam quoque ſententiam Iaco. de Are in præalleg l. meuia, cum qua tranſeunt ibi Barto. & Bal. ipſe quoque Barto. per expreſſum confirmat in l. iubemus. C. ad velle. Alia etiam quoque cõſideratione corroborans, quia vbi non ſit viro aliunde vnde mulieri poſſit pro dote ſolui, donationem, quæ inter coniuges nulla eſt, continere videtur ea renunciatio ſecundum Dy. in l. ſi pignus. ff. quæ in frau. cre. & quod videtur ibi tenere Ang licèt generalis ſermo illius l. videretur pluſimum illi ſententiæ refragari, & l. 1. ff. qui. mo. pi. vel hyp. ſo. & in l. eam. & in l. iubemus. C. ad velle. ſuperius alle. & Bald. dicit contra in d. l. etiam. in prima oppoſitione, & ratio etiam eis cõtradicit. Nam ſi creditor, qui non vetatur donare, debitori pignus remitteret vt aiunt donare intelligeretur, cùm non alia bona haberet, non poſſet debitorem perſonali actione conuenire etiam ſi poſt efficeretur idoneus, quod nemo, qui ſapiat, attentaret maxime etſi donatio foret qua maritus fieret locupletior, quæ ſola inter coniuges vetita ẽ, vt ff. de do. inter viro. & vxo. l. ſi ſponſ §. conceſſa. Neque. n. ea pignoris liberatione mariti patrimoniũ creſcit vel augetur, & quod etiam ibi notat Ange. intelligendum, quas allegat videlicet l. iubemus. & authen. ſiue auiæ. C. ad velle. Barto. tamen vt dixi in præalleg. l. iubemus. & ſententiam & rationem Dyn. in d. l. ſi pignus. intrepidanter affirmat. Quorum Dy. & Bar. quãta ſit auctoritas tam in auditorijs quàm in negocijs forenſibus, nemo eſt, qui neſciat. fertur quoque ipſum Iac. Bu. id tenere in d. auth. ſiue auiæ. ad dirimendas itaque huiuſmodi difficultates, quæ conſurgunt ex diuerſis & varijs legũ interpretationibus, & inter tantos & tot n. illu-

ſtrimos

ſimos præceptores defenſionibus, vt ex eis plerique variaſſe & contraria ſcripſiſſe videantur, factam fuiſſe vehementer opinor in ſapientiſſima & florentiſſima republica Florentinorum propriam cõſtitutionem, qua cautum videtur, ita renunciationem expreſſam vel cõfeſſam mulieris in alienandis rebus mariti ſibi pro dote obnoxijs ratam eſſe, eiq; nocere, dum tamẽ per ea nõ rumpatur, neque minuatur ius ſolidi ipſi mulieri, quæ verba ex quaſi vſu loquendi, & longa ac diutius ſeruata interpretatione ſignificant, vti probatur, dũ tamen ius ſolidæ dotis efficaciter exigendæ non tollatur in totum, nec ex parte. Vltra mouetur, quia præter eas res, in quibus mulier conſenſum & renunciationem accommodauerit, alia marito ſuperſint, vt exinde mulieri pro dote poſſit integre ſatisfieri, & ſic per eam legem comprobata eſt opinio Iacob. de Are. in præalleg. l. meuia. §. 1. ff. ſolut. ma. quam Barto. ibi comprobat. & Bald. referens non improbat & Dyn. & Iaco. de Bel. & Ange. vbi ſupra ſequuntur, ſicut & alia conſtitutio aliam antiquorũ noſtri iuris interpretũ altercationem ſopiuit, vt videlicet ex ea renunciatione mulieri non obſtet exceptio cedendarum actionum, in qua ẽt inter ſe veteres diſſidebant, vt colligitur ex traditis per Cy. & Bar. in præalle. l. iubemus. ab ea itaque interpretatione per illam l. municipij. factam non licet nullarenus in eadem Florentiæ ciuitate recedere, vt ff. de leg. & ſen. con. l. ſi de interpretatione. & ita iam bis iudicatum alias intellexi, quamquam ſint qui dicant non eum fore conſenſum præfatæ conſtitutionis. nam ſi is fuiſſet, cùm per eam ſatis fideiuſſoribus, ex perſona mulierum iura ſua neceſſario in ſoluentes fideiuſſores dotem mulieri transferendo, vt in l. 2. C. de fideiuſ. cautũ fuiſſet, ſequenti loco & tempore factæ geminę ſupra relatæ reformationis ſuperuacuæ forent, ſed non ita eſt. Nam & plenius ipſis fideiuſſoribus ex ſuamet perſona ſuoque iure, non ab alijs per ceſſionem quærendo qđ vtilius eſt, ut ff. de procur. l. mutus. §. ſi procur. prouideret, & omnem ambiguitatem, quæ circa conſenſum, & interpretationem dictæ cõſtitutionis poſſit inſurgere, clariſſime tollunt, de qua etiam ambiguitate paulo poſt portio continget. Ex omnibus itaque ſuperioribus concludendum relinquitur ad hoc primum, dictũ conſenſum & renũciationem dominæ Iacomittæ, de quibus diſceptatur, ipſi dominæ nullatenus ab fuiſſe. ſequens deliberatio eſt, an ea cõſtitutio priuilegium perſonale dictæ mulieri conceſſerit, ꝙ nec ad hæredes extraneos, nec ad ſingulares ſucceſſores trãſferatur, ſicut dicitur in dotis priuilegio, vt C. de priuile. do. l. vnica. & qui po. in pig. ha. l. aſſiduis & in actione tutelæ, vt ff. de admi. tu. l. ex pluribus. & de priuile. cre. l. dabimus. §. 1. Sed rectius & ſtudio breuitatis ſine diſputatione putauerim, ꝙ fideiuſſor ciuiliter ſolutionem dotis accipiẽs iura ſua præſtiterit, & fideiuſſorum hæredes, de quibꝰ in præſentiarum conſulitur, eo iure vti poſſe. Nam ita conſtitutio veteris iuris commentatoris altercationẽ decidẽs eam ſententiam, quam ſupra Dy. & Iac. principaliter tribuit, comprobat, vt ea renunciatio in caſu, quo ius ſolidæ exactionis ex alijs rebus viri mulieri nõ ſuperſit vt in re propoſita, ſit irrita, ſic & non tenẽt quo ad ius hypothecæ, quod antea habebat in eiſdẽ rebus, integrũ & illæſum remaneat, qđ ius hypothecæ ex expreſſa & ſpeciali ac propria mulieris prouiſione, atq; conuentione deſcenderat, nec quicquam priuilegii cõtinens ſine vlla ambiguitate in alium ſui natura transferri potuiſſet: iura namque in contrarium allegata de priuilegio, quod contra ius commune, vt cęteris tã in perſonali q̃ in reali etiã tempore anteriori præferatur, tributũ eſt perſonæ mulieri, vt Inſti. de act. §. fuerat. in fi. & pupillo. vt præal. ll. loquuntur, vt & ff. ſo. ma. l. etiã. in prin. Cæterum ius hypothecę, quod licèt mulier & fiſcus ex ſua maxime cõuentione in alium ex ceſſione trãſferrur, vt C. de pri. fiſci. l. 3. & fi. & de re. vxo. ac. l. unica. § vero. & in d. §. fuerat. qđ eo magis fuiſſe ex ſententia dictæ conſtitutionis interpretandũ eſt, ꝙ dictis fideiuſſoribus exceptionem diuidendarum eis iure cõi forraſſis ex plurimorum doctorum ſententia contra mulierem competituram auferat, hoc itaque ſaltem ei repenſet, vt id ipſa muliere in eos transferri poſſit, qđ ius cõe, vt etiam ſupra retuli, ſentiebat, arg. ff. de iureiur. l. eum qui. in prin. & ne duplici afflictione & damno fideiuſſor afficeretur innocens. ar. notatorũ C. de iudi. l. properandum. §. etſi quidem. in glo. ſuper verbo excipiendis. Et per eandem conſiderationẽ ei, quæ ſupereſt nouiſſimæ dubitationi, Reſpon. non iccirco magis irritã eſſe eã renunciationem, quia mulieri ius ſolidi non rũpi neque minui videatur, eo ꝙ fideiuſſores idonei mulieri pro dote ſua ſufficerent. non enim ad perſonas, & bona fideiuſſoris id ius ſolidi inferẽdum eſt. In qua nãque minus ea fieret conſtitutio, ſi eam interpretationẽ acciperet. Nam ſuum ius auferetur fideiuſſoribus, hoc eſt beneficiũ cedendarum actionum, quod eis iure cõi quærebatur, vt l. 2 C. de fideiuſ. & propter eos & eorũ bona ratam renunciationem mulieris efficeret, quæ alioquin erat irrita. Referenda ſunt itaque illa verba ad diminuendam veterũ altercationem, quæ ſola bona mariti ſubextantia vel non ſubextantia proſpicienda cenſebat vel negabat, vt eodẽ caſu intelligatur l. interpretans, quo interpretata. ar in Auth. de fil. ante do. inſtru. nat. §. primo. & fi. & ar ff. de le. & ſe. con. l. in ambigua. & l. benignius. & de vulg. & pup. l. ex facto. Quibus ex omnibus relinquitur propoſitæ conſultationi reſum, videlicet hæredes dicti primi fideiuſ. propter conſenſũ & renun. factam per dictũ dñam Iachetam nõ eſſe excluſos, & poſſe dictã dotẽ repetere in bonis prædictis venditis dicto Iani quorũ alienationi conſenſit, & obligationem, ſeu hypothecam ex ceſſione mulieris in ipſos hæredes fideiuſſoris, ſeu fideiuſſorem translatã ex tempore conuentionis cum muliere uel patre dotem dante, vel ẽt tm̃ modo promittente factæ ſuũ robur & initium accepiſſe & accipere, ut ff. qui po. in pig. ha. l. 1. & l. portio. & l. Lutius. & l. qui balneum. qualis namq; erit apud mulierem ex ſua conuentione, talis ad fideiuſſorem ex ſua ſucceſſione translata eſt, vt ff. de reg. iur. l. iu his non debet. & l. 3. & fi. C. de pri. fiſci. & hoc ex vi præfatę conſtitutionis & legis municipij ſupra relatæ, q̃ in verbis illis ius ſolidi non rumpatur, nec minuatur, ſupra relatam interpretationem accepit. reformationes namque poſt additas ad hunc caſum nequaquam exiſtimo pertinere, & hoc de tota conſulta &c.

¶Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶Confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio an & quando valeat. & an præſumatur ſimulata in fraudem donationis. Et ſi vxori ſit legata habitatio certæ domus, an vxor poſſit eam locare & penſionem recipere, & an teneatur cauere de reſtituẽdo poſt mortẽ.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio dotis recepta facta cauſa donationis inter coniuges non valet.*

2 *Verba iſta, ſtare & habitare poſſit in tali domo, non legatũ ſolum, ſed ius perſonale continere videntur.*

CONSILIVM CCVII.

FRANCISCVS Filius magiſtri Vgotionis cõſenſu patris cõfeſſus fuit publico documento ſe manualiter. & realiter habuiſſe a domina Magda. ſua vxore, & a magiſtro Ioanne patre eius dotis nomine libr. 300. Renũ. exceptioni p̃dictæ dotis uõ datæ. deinde interpoſito ſpacio 25. annorũ ɔfeſſus eſt publico documẽto idẽ Fran. adhuc ɔſtante matrimonio ſe ex nũc ꝓ ex tũc tpe ɔtracti matrimonij. & ex tũc ꝓut ex nũc habuiſſe realiter lib. 600 dotis noĩe ab eadẽ dña Magd. cũ pactis faciendæ teſtõnis, & lucrorũ ſm̃ formã ſtatutorũ

Vincen. mortuo dicto Franc. poſtea peritur per dictã
dominam Magda. quantitas lib. 600. ſecundo loco cau
ta, an quærnur poſſint peti &c.

¶ In propoſita quæſtione ad primũ cõcluſiue rñdẽs
puto, dictas 300. lib. ex prima quidem cautione peti poſ
ſe, non etiam 600. ex poſteriore. Cuius rei gratia tres ca
ſus conſiderandi ſunt, quoniam aut in rei veritate di-
ctæ 600. lib. ſecundo loco cautæ numeratæ fuernnt, &
id aliter conſtare poſſit, q̃ per memoratam confeſſio
nẽ, & in dubio concedendum eſſet eas peti poſſe. Nam
& cõſtante matrimonio dotes dari & augeri poſſe nõ
eſt dubitandum, vt C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante. &
1 l. fin. † aut conſtat dictas 600. lib. vere datas non fuiſſe
dicto Fran. ſed cum donatio ageretur ſimulata per cõ
feſſionem emiſſam, & adhuc erit in dubium eiuſmodi
confeſſione donationis cauſa inter coniuges factã nec
ualere. arg. C. de dona. ante nupt. l. 1. & ff. de dona. inter
vi. & vxo. l. ſi ſponſus. §. circa. nec obſt. l. a. C. de dona.
cant. & non numera. quia ibi traditio fuit ſubſequuta,
vel ꝙ traditionis loco habetur, puta quia mulier ſtipula
ta accepto tulit ipſi marito, quod hic minime interue-
nit. vnde donatio nec morte mariti cnnfirmata fuit,
vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. Pap. & ita not. in præal.
l. 2. de do. cau. & non nu. ꝙ & doctoribus placet. Tertio
principaliter dubitatur qua ex cauſa fuerit emiſſa dicta
confeſſio an ex numeraio, an ex ſimulatione propter
donationem. Et ſi quidem prius inſtrumentum dotale
minime interceſſiſſet, facilius admitti potuiſſet in du-
bio, nec ſimulationẽ in fraudẽ debuiſſe p̃ſumi quo ad
maritum, & eius hæredes. ar. in l. quoties. §. qui dolo. ff.
de proba. & ita intelligatur quod no. Bart. C. de do. an-
te nup. l. ſed iam neceſſe. & per gl. ff. de do. inter vi. & u-
vxo. l. ſi ſponſus. §. circa. & de pac. do. l. cum maritus. in
prin. ſed cũ appareat aliud inſtrumẽtum dotale mino-
ris quantitatis ab initio celebratarum nuptiarũ conſe-
ctum, cuius nõ meminit hæc ſecunda cautio, profecto
res ſuſpicione non caret, cùm non dicat hæc ſecunda
cautio priori dotis quantitati 300. li. augeri nomine do
tis, ſed ſimpliciter ſexcentas lib. accepiſſe ex nunc pro-
ut ex tunc tempore. ſ. contracti matrimonii prout ex
nunc. hæ namque cautiones diuerſa inuicem continẽ
tes nõ ſine fidei inuicem derogatione procedunt, arg.
in l. ſcripturæ C. de fi. inſtr. & quod ibi nnt. & quoniã
inter perſonas prohibitas inuicem ex donatione cape
re hæc cõfeſſio emiſſa eſt, ar. ff. de proba. l. qui teſtiũ. &
ita no. per Old. Bar. & Albe. de Pergamo. & per Bald.
ff. de interio. act. l. 1. in fi. ſui cõmenti. & ar. ff. de leg. 3. l.
ſiquis decedens. §. codicil. & §. 1. & C. de na. li. l. 1. & ibi
per Iaco. de Bel. & cnnfirmatur hæc ſentẽtia maxime
ſi appareat ipſam do. Magd. nõ acquiſiſſe aliqua poſtea
ex ſucceſſione parentum, vel aliorum agnatorum, vel
alia ſimili cauſa, omnia. n. quæ conſtante matrimonio
mulieri quæritur ex bonis mariti quæſita creduntur iu
ris præſumptione euitãdęq́ ſuſpicionis turpis quęſtus cã,
vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. quintus. & C. eo. ti. l. ẽt &c.

¶ Secundo quæritur. Idẽ magiſter Fran. in ſuo teſtõ
diſpoſuit, ꝙ ipſa domina Magd. poſſit ſtare & habitare
in domo ſua, in qua in præſenti habitabat, dum vixerit
in viduitate honeſte, & poſt mortem ſuam deueniat in
infraſcriptũ hæredẽ ſuũ pars domus eſt locata. in parte
domus habitat commode dicta domina Magd. Quæ-
ritur an penſionem dictæ domus debeat habere dicta
domina Magd. an vero hæres, qui locauit &c.

¶ Ad ſm videtur ꝙ ipſa dña Magd. habere debeat ip
ſam penſionem, quia is, cui habitatio legata eſt, poteſt
eam locare. ut C. de vſuf. l. cũ antiquitas. & Inſti. de vſu.
2 & habi. §. ſi cui. In oppoſitum facit, quia † non habita-
tio legata eſt dictæ d. Magd. ſed quod poſſit ſtare et habi
tare in domo, de qua quæritur, qđ verbũ ſolũ ius perſo
nalis obligationis cõtinere videtur, vt ff. de vſuf. l. ſiquis
binas. & de ſerui. l. vt pomum. & quod no. in eis, & ſpe-
cialiter in d. l. ſiquis binas. ad fi. glo. 3. & de leg. 1. l. apud
Iul. § ſiquis alicui. Rurſus nec ipſa Magd. locauit, nec ex
contractu alieno poteſt agere, vt ff. de vſuf. l. defuncta.
in prin. & l. ſed & ſiqs. §. interdum. & de act. & oblig. l.
quodcunque. profecto res dubitatione non caret, & cõ
poſitione digna videretur, Ipſa tamen ſatis æquitas per
ſuadet, & cum ipſa mulier domus partis hactenus ha-
bitatione potita ſit, & locationi alterius partis per
hæredẽ factę minime contradixit quaſi hanc fuiſſe te-
ſtatoris mentem ipſa conſenſerit, Cùm ei commode
pars eidem ſufficiat, penſionem potius ad hæredem ꝑ
tinere, qui locauerit. Nã in obſcuris legatis, ꝙ minimũ
eſt ſequimur, vt ff. de leg. 3. l. nũmis. & de reg. iur. l. ſem-
ꝑ in obſcuris. & potius pro reo, q̃ pro actore ſentimus,
vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. nec ipſa locauit, ſed hæ
res. arg. ff. de condi. l. ſi vrbana. & d. l. defuncta. in prin.
& hæres ipſe bona fide locauit putans, ſe hoc poſſe fa-
cere, vnde & ratione bonę fidei poſſeſſionis fecit fruct⁹
nec tenetur cõſumptos reſtituere, vt ff. de acqui. re. do.
l. quæſitũ. quoniã tamen res admodum dubitata eſt tã
ex ſententia teſtatoris, q̃ ex iure, potius compoſitionẽ
eligerem, q̃ ſecundum ſtrictum ius pronunciationis
diffinitionem, & hoc de ſecundo articulo dico.

¶ Ad tertium, de quo quæritur, reſpondetur, ꝙ lecti,
qui fuerunt ei legati, fuerunt ipſe dominæ Magd. toto
tempore vitæ ſuæ ipſa viuẽte caſte & in viduitate, poſt
mortem ipſius dominæ Magd. reſtituendi ſunt hæredi
dicti teſtatoris, & pro eis poteſt hæres petere cautionẽ
NOBILES quidā de Nigris per ſe & ſucceſſores ſuos ab antiquo tēpore fuerūt inueſtiti tanquā vaſalli Epiſcopi Paduæ, de quodā feudo decimali, vt de feudo veteri & antiquo,nulla tamen in inueſtitura facta mētione de fœminis. Accidit ꝙ vltimus dictorum de domo de Nigris mortuus eſt, relicta quadam pupilla eius filia legitima & naturali. Tutor eiuſdem exponens coram Epiſcopo Padua. illorū de Nigris nullum maſculū viuere de præſenti, qui de ipſo feudo poſſit & debeat inueſtiri,petijt infra tempus debitū dictā pupillā in defectū maſculorū inueſtiri debere de ſupradicto feudo decimali, qui dominus Epiſcopus cognoſcēs inueſtiturā non continere de fœminis, quendā Sempronium de dicto feudo omni modo, quo melius potuit, inueſtiuit.Poſtremo ſuperueniens tutor prædictus,petijt declarari inueſtitutam prædictā, vt ſupra dicitur in Sempronium factam, nō afferre aliquod præiudicium pupillæ prælibatę,ſucceſſiueq; pronunciari dictā pupillam inueſtiendā eſſe,&c. Ex prædictis ergo quęritur qd iuris ſuppoſita quadā conſtitutione per Apoſtolicū cōfirmata.Cuius tenor ſubijcitur,&c.Item ꝙ nullus Epiſcopus vel alius prælatus ſeu clericus inducat aliquam in poſſeſſionem de decima poſſeſſa per aliū per 20. annos pacifice & quiete,niſi vocato poſſeſſore & cauſa legitime cognita,& ſi aliqua cōtrarietas fuerit inter partes,de iure dirimatur, & teneatur dominus Epiſcopus inueſtire eam perſonā, quæ poſſederit vel poſſidet,aut quaſi poſſidet poſſeſſionē aliquā,vel quaſi, aut aliquod ius cōmune per 20. annos ſine cōtrouerſia continuato tempore ſuę poſſeſſionis & quaſi poſſeſſionis ſui auctoris iuſto titulo & modo legitimo. Et ſi qua inueſtitura facta per dominū Epiſcopū fuerit, non præiudicet alicui perſonæ volenti oſtēdere dictā poſſeſſionē vel quaſi,vel ius ad ſe pertinere,niſi illa perſona cōmiſiſſet tale crimen propter quod cecidiſſet à iuramēto ſuo. Et idē dicimus de feudis, ſicut dictū eſt de decimis,& ſicut dictum eſt de feudis & decimis domini Epiſcopi, ita de quolibet alio prælato ciuitatis & diſtrictus Paduæ.

1 † Super eo quod quęritur videtur prima frōte dicendū,pronunciandū eſſe ſecūdū petita.Primū qdē per ſupra relatā cōſtōnē Apoſtolica auctoritate firmatā,qua iuſſus eſt Eps inueſtire eā perſonam, quę poſſederat, vel quaſi,aliqd ius cōtinue per 20.an.ſine cōtrouerſia cōtinuato tēpore ſuæ poſſeſſionis & quaſi poſſeſſionis ſui auctoris,quale fuit in ꝓpoſito factū, ergo cōtra præceptū ipſius cōſtitutionis,& ſic inueſtitura in alium facta nullius eſt roboris & mometi.ar.ff.de leg.& cōſti.l.nō dubiū. Pręſertim quoniā in eadem conſtitutione ſubijcitur, ꝙ facta in aliū inueſtitura non pręiudicet alicui perſonę de poſſeſſione vel quaſi, aut ſuo iure probanti. Confirmatur & iure cōmuni,ꝙ & ipſa puella, etiā ſi iure inueſtiturę feudi feudū ipſum non tranſeat ad fœminas, ſed finitū ſit vaſallo ſine maſculis mortuo, debeat inueſtiturā impetrare, per ea quæ habentur in ſimili in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quo. & æſti. & quod ibi not.in glo.& poſt Bar. Rurſus cum ipſe dominus Epiſcopus non ſibi retinendū ſeudū, ſed alij cōcedendum cēſeret,quod poterat,cum eſſet feudū antiquū, vt in c.1. Epiſcopū vel Abbatem.colla. x.& de his quę fi.à prę la.ſine cōſenſu capituli.c. cùm Apoſtolica.& per Bart. & Bald.C.de ſac.ſan.eccl.authen.qui rē. præferēda erat ipſa filia vaſalli alijs extraneis,arg ff. de pac.l.imperatores.ſecundū vnū ſenſum.& de priui.cre.l.j.& quod etiā ibi ſingulariter tradit Bar.dicēs ex hac cauſa etiā appellari poſſe. Verū his nō obſtātibus diuerſam partē veriorem arbitror, primo per c. vnicum.quemadmodū feudum ad filiā pertineat. vbi cautū eſt filiā nō habere beneficiū patris ſine maſculo mortui, niſi à domino redemerit,quo fit,vt gratis ei cōcedi nō debuerit.Nā ſi gratis dominus concedere debuiſſet,turpis eſſet redēptio. ar.ff.de cōdi.ob.tur.cauſam.l.2.& l.4.§. quoties.& l.fi. & no.per glo.in d.l.4.§.fi.in gl.imo cōuentū,quod etiā adiuuatur per ſecundū reſpōſum eiuſdē c.ibi, ſi aūt dominus ei dare voluerit propter amorē & ſeruitiū patris &c.Ex volūtate itaq; domini eſt dare, & bene facit qđ ibi not.per dominū Bal.ſecundū Pe.de Ceruia. ꝙ licèt decētius agnatis dominus cōceſſiſſet per §.permittitur ſuperius allegatū,cū feudū fuiſſet nouū.Attamen valet cōceſſio facta fœminæ,ad quam multo minus tranſire prohibuiſſet,ad hoc quoq; adducitur c.2.§.quin etiam epiſcopū vel Abbatē.vbi videtur amplius dici,ꝙ etſi eo tenore eſſet cōceſſum ſeudū,vt eius deſcēdētes maſculi & fœminæ habere poſſint, ſi tamē relictus ſit maſculus,fœminæ non ſuccedent, etiam ſi maſculus poſt ex interuallo ſine maſculo deceſſerit, ꝓut & ibi not.Bal. Confirmatur etiam hæc ſententia per c.j.§.hoc autem
2 notandū.qui ſeu.da.poſ. vbi † filię in ſeudis à ſucceſſione remouētur.vt in c.1.§.pe.de ſuc.feu.ibi.niſi inueſtitæ fuerint &c.Poſtremo ſi verū foret quod deficiētibus maſculis fœminæ eſſent inueſtiēdæ.effectu quondā efficeretur,vt feudū trāſiret ad fœminas etiam ſi de eis in cōceſſione cautū nō foret.Quid namq; referret an ipſę ſuccederent in feudo, vel dominus eas inueſtire teneretur & eis concedere, quod eſt contra mentē primi capituli.qui feu.da.poſ.§.hoc autē notādum. & de ſuc.feu. §.filia.& quemad.feu.ad fi.pertine.c.j. & ſimiliter videtur in ſimilibus terminis decidi in Auth. de non alie. aut permut. rebus eccle.§. neq; illud.col.2. Quibus ex omnibus relinquitur concludendū, non debuiſſe, nec fuiſſe obnoxium dictum D.Epiſcopū reinueſtire dictā pupillā, cōſequenter nec petitionē dictæ pupillæ parte eius ꝓpoſitā obtinere debere. Supereſt nūc ad allegata in diuerſam partē congrua reſponſa ſubijcere. Ad primum quidē reſpūdetur,ꝙ deſuper relata conſtitutione ꝓponitur,quod ipſa conſtitutio loquitur in eo,qui iuſto & legitimo tit.habuit auctorē ſuæ poſſeſſionis, vel quaſi poſſeſſionis,quod nequaq̄ in pupilla,de qua quęritur,dici poteſt:quoniā iuſtū & legitimū tit.in ſucceſſione feudi nō habet, cùm fœminę à feudi ſucceſſione repellātur,niſi id ſit in cōceſſione feudi expreſſum,vt ſuperioribus allegationibus cōprobatur. Nō fuit autem hoc in cōceſſione feudi cōuentū,vt ex facti narratione colligitur.Ceſſantib.itaq; verbis cōſtitutionis,ceſſat & ipſa cōſtō,ſiue eiꝰ diſpoſitio,ff.de accu.l.hos accuſare.§ omnib.Ad ſecūdū aūt qđ allegaī per §.permittit.in l.j. ff.đ aqua quot.& ęſti.reſpōdeī, primo ꝙ illud poteſt locū hēre, quādo ſucceſſorū par & ęqua eſt cōditio cōditioni ꝓceſſoris,inſpecta natura eiꝰ qđ cōceſſum eſt.Sed ſi diuerſa ē ſucceſſorū,& rei,đ qua agiī, natura & cōditio,

tio.qualis eſt in propoſito.† Neq;.n.In feudis æque ſuccedūt fœminæ, cùm non poſſunt ſicut mares dominis ſeruire,& obſequia congruentia præſtare, vt in d.§.hoc aūt notandū.& ibi not.& ar.ff.de oper.lib.l. ſicut patronus,non habet locū ille §.permittitur.quod ibi videtur ſenſiſſe gloſſator in gl.j.facile dū dicit.& eſt ſimile hoc inueſtituræ feudorū. Mortuo enim Vaſallo facile poteſt impetrare hæres maſculus inueſtiturā,&c. No.verbū maſculus,quaſi ſecus in fœmina.Præterea ibi loquitur de iure,quod cōceſſum erat perſonę propter rē principaliter,& ad ipſius rei vtilitatē. vnde quaſi quodammodo rei magis conceſſum in perſonā cuiuſcunq; in rem ſucceſſoris cōcedendū eſt.& hoc voluit text.in ver.plane.ibi,nā ſi docuerit prædijs ſuis aquā debitā, &c. In re aūt ꝓpoſita feudū tantū perſonæ cōceditur,& certo generi perſonarum,hoc eſt liberorū maſculorū & ex maſculis venientium,vt in d.§.hoc aūt, ideo ad alias perſonas neceſſario non trahendū,vt ff.de ver.obl. l.ſi ita ſtipulatus.§.Criſogonus.in fi.& ar.ff. de iudi.l.cū prætor. in prin.& in Auth.de nō alie.& permu.re.ec.§. emphyteoſim.& §.neq; illud.colla. 2.qđ dicit Bar.in d.§.permittitur.in emphyteoſi eccleſiaſtica non habet probationē.& videtur contra dictum §.neq; illud.& cōtra §. Criſogonus.Et magis facit cōtra eū,ꝙ pro eo.quod no. in c. bonæ.de poſtu.præla.in glo.quæ eſt ſuper ver. gratia.ꝗuis pro ſe alleget.& text.ipſius c.dum dicit conſenſum ſuffraganeorū adhibendū,ſi hoc erat de antiqua & approbata conſuetudine. Ad l. autē imperatores. ff.de pac.& præalleg.l.1.de pri.cre.dicendū eſt,ꝙ loquuntur in caſibus penitus diuerſis à caſu ꝓpoſito. & ideo ab illis ad hunc caſum non procedit ar.vt ff.de calū.l. fin.& de mino.l.Papinianus exuli. præſertim quia ibi loquitur in bonis patrimonialibus,quæ iure hereditario deferebātur ad neceſſarios ſi cōualuiſſent.Hic aūt in feudalibus,quæ ſua natura nō tranſeunt ad fœminas.Item ibi in venditione,quæ ex neceſſitate facienda eſt,vel pactione,ſecundū formā l.iuriſgentiū.§.vlt. & legū ſequētiū neceſſitate præciſā vel cauſatiua facienda. Hic aūt non incūbit,nec incūbebat vlla neceſſitas ipſi domino Epiſcopo ipſum feudū concedere.Sic igitur concludēdum relinquitur, reuerendiſſimū patrē & dominū dominū Epiſcopū,quod inficit,iure agere potuiſſe,& cōſequenter,tutoris factam,vt præmittitur, petitionē per ſententiam protinus expellendam & contra eam rationabiliter iudicandum,nō obſtantibus ijs, quæ ſupra in diuerſam partem propoſita ſunt.

¶ Ego Raphael Fulgoſius ita dico & conſulo.

ARGVMENTVM.

¶ Si oblatio ſeu conſignatio pecuniarum nō fuit facta eo modo,quo quis tenebatur ſecundum formā cōuentionum factarum inter ipſos contrahentes , an habeant ipſum conſignantem liberare ab ipſo depoſito, quod facere tenebatur.

SVMMARIVM.

† *Feudum ſine domini permiſſu non alienatur.*

CONSILIVM CCXXII.

EX facto proponitur quòd Lucius vendidit Titio ius decimæ feudale cōſenſu Epiſcopi domini feudi , deinde interpoſito temporis ſpacio idem Titius liberaliter pietate motus,idem ius decimæ feudale promiſit eidem Lucio remittere & reſtituere cum infraſcriptis modis,pactis,& conditionibus,quòd dictus L.dare & reſtituere teneatur lib. ſeptingentas paruorum dicto G. Item & idem G.dare lib. centum. quas idem G. promiſit cuidam R.vel ipſum G.à dicta promiſſione liberare,& hoc infra dies octo tunc ꝓxime futuros,alioquin nulla ſit promiſſio liberationis. Et præterea ꝙ ſi idem L.in futurum vendere voluerit prædictum ius decimæ,teneatur denunciare ipſi G.ſi velit emere,& emere volenti teneatur vendere præ omnibus pro eo precio,quod æſtimabitur per duos amicos ab vtraq; parte eligendos,& alij facta venditio aliter non valeat,& præſens promiſſio faciendæ retro venditionis nulla ſit, & ſimiliter retro facta vēditio. Sed dictus L. remaneat in omni iure quod habeat ſeu habuiſſet ex venditione ſibi primo loco facta per ipſum L.& prædicta pœnæ ſtipulatione & pignorum omnium bonorum cōuentione firmatūt. Poſt hæc idem L. intra terminum dictum octo dictas ſeptingentes libras dicto G.obtulit, & cum dictus G.recuſaſſet accipere, eo vocato corā magiſtratu eaſdem libras ſeptingentas obtulit, & ipſatum ſolutionis ac promiſſæ remiſſionis inſtrumenta ſibi facere reqſiuit, G.recuſauit eas ibi accipere dicens , ſe paratū eas accipere in præſentia Epiſcopi domini feudi . Cui idem L . proteſtatus eſt de omni damno & intereſſe, quod aſſequeretur propter eiuſmodi recuſationē. Poſt tranſactos dies octo prædictos G. prædictus coram eodem magiſtratu A.procuratori L.denunciauit,quòd illo die erat iturus ad locum reſidentiæ domini Epiſcopi, quod ipſe G. coram domino Epiſcopo paratus erat dictas libras ſeptingentas accipere, & quòd illuc dictus A.procu.dicti L.veniret,& quod dictas pecunias in pręſentia Epiſcopi numeraret . Cùm autem A.recuſaſſet interpoſito temporis ſpacio,idem G.videns dictum L. non offerre,nec obtuliſſe pecunias vti deſiderauerat,& dicens pacta per dictum L.non obſeruari.Idem ius decimę feudale vendidit cuidam G. in præſentia domini Epiſcopi prædicti. Supponitur etiam quòd dictus L. ante venditionem factam dicto B. per dictum G. eandem decimam locauerat vſque ad tres annos tota mercede totius temporis præaccepta.Secundo quoque alij locauerat eandem decimam poſt illos tres annos vſq; ad ſubſequens nouennium , & illo nouennio finito vſque ad aliud nouennium alteri tertio , ſemper totius temporis præaccepta mercede.Exoritur nunc contentio inter dictum L.& dictum B.Quæritur quid iuris,& quis in ea decima potior ſit,&c.

¶ In propoſita quæſtione compendioſe puto dictū B.potiorem eſſe. Primo quidem quando idem L. non obtulit dicto G . dictas ſeptingentas libras paruorum, quas aut dicto G.dare,aut eum liberare ab R.intra dies octo promiſerat.Neque ipſum G. à dicto R. intra prædictos dies octo,neque poſtea maxime liberauit.ideoque pœnæ locus fuit, vt nulla foret promiſſio remiſſionis.nam ad pœnam committendam ſufficit pro parte non fuiſſe paritum principali promiſſioni.vt ff.ſa.er.l. hæredes.§. idem iuris. & de ver.ob.l.ſtipulationum.§. fin. Item ſiue modus fuerit , ſiue conditio incerta promiſſioni remiſſionis faciendę,ſi tamen non fuerit paritum, deficit ſtipulatio vel effectu , vel ipſo iure . vt C. de condi.inſer.l.3.§.pen.& fin.& de ijs quæ ſub mod.l. 1.& ff.de condi.inſtit.l.ſi hæredi plures. vnde nō poteſt idem L.ex ſtipulatione agere,vt ſibi fiat remiſſio vel reſtitutio decimæ huiuſmodi cùm conditioni non paruerit.Secundo principaliter,quia idē L.non legitime dictas libras pro præcio dicti feudi decimalis obtulit. Nam in ipſa oblatione requiſiuit à dicto G. quatenus inſtrumentum remiſſionis, & retro venditionis,ac reſtitutionis ipſi L . faceret , quod fieri non poterat , niſi conſenſu vel permiſſu domini Epiſcopi domini feudi, qui neq; ibi præſens erat , vt conſenſum poſſet accommodare ipſi faciendę vēditioni, ſicq; incōgruis tempore & loco facta fuit dicta oblatio cū eiuſmodi requiſitione vt ſibi L. dictus G. inſtrumētū reuenditionis tūc faceret. Si aūt ſolū pecūiā obtuliſſet,nec tūc ſibi fieri remiſſionis inſtrumētū exegiſſet,aut exegiſſet fieri domini Feudi cōſenſu,nō ex hoc ſecūdo cap.ea redargui poſ
1 ſet oblatio.Illđ nāq; eſt † receptū ſine dōini.ꝑmiſſu nō licere feudū aliēari.vt de ꝓhi.feu.ali.p Fede.c.īperialē.

Tertio & illud adnotãdum eſt, ꝙ etſi ritè & rectè facta fuiſſet dicta oblatio, dictuſq; G. minus legitime recipere recuſaſſet, cum tamen dictus poſtea G. procuratori L. præfati videlicet cuidam A. denũciaſſet, ſeparatum accipere in præſentia Domini ſeudi dictas pecunias & conſequenter tacite, licèt nõ expreſſim ſe inſtrumentũ remiſſionis reſtitutionis, atq; iurium decimę ceſſionis facere. Erant nanq; hæc duo connexa, ſcilicet pecuniarum acceptio, venditionis, ceſſionis, atq; reſtitutionis decimæ inſtrumenti confectio, vt reipſa ex mente apparet contrahentium, & quia dictus L. procur. pecunias exponere recuſauit, videtur dictus L. pœnã cõmiſiſſe nullitatis factę promiſſionis per G. ipſi L. quaſi poſterius per ipſum L. ſtatũ ſit. ar. ff. de arbi. l. Celſus. §. idẽ ait. & §. fi. & l. ſeq. quanquam hic probe dubitari poſſit, an interpellatio ſoli procuratori facta rei debendi dictum L. forſitan interpellationis ignari fecerit pœnam committere, vel morã contrahere in tutore videtur expreſſum, vt ei facta ĩterpellatio pupillo noceat. vt ff. de ver. obl. l. ſed ſi ex ſtipulatu, ſed & hic illud intuẽdum foret qua in re à d. L. ipſe A. ꝓcu. inſtitutus fuerit, poſtremo quod magis mouet, etiam ſi promiſſio faciendæ remiſſionis, ſeu reuenditionis dictæ decimæ d. L. per ipſum G. pura fuiſſet, quinimo etſi rectè fuiſſet facta venditio d. L. per ipſum G. non tamen traditio adhuc eidem L. facta fuiſſet, dictus G. cuius prius fuiſſet facta traditio decimæ, ſeu quaſi poſſeſſionis ipſius iuris decimæ, quã quam poſterior emiſſet, in iure ipſius decimę foret anterior. ar. C. de rei ven. l. quoties. & quod ibi not. haberet ſanè dictus L. aduerſus dictum G. actionẽ perſonalem ex ſtipulatione ſi promiſſio ſola de vendendo, non etiam venditio facta fuiſſet, vel ex vendito, ſi venditio facta fuiſſet de omni qđ ipſius L. foret vel ipſum intereſſet. Et ex hac vltima & prima potiſſime conſiderationibus pars dicti G. videtur tam eligibilior, quàm defenſibilior. Cætera nanq; mediæ pluſculum accipiunt dubitationis. Præſertim ſi proponeretur d. L. minorẽ 25. an. tempore ſibi factæ promiſſionis, & ſuo procuratori denunciationis extitiſſe, tunc enim verendum foret ne ætatis beneficio reſtitutionis auxilio, ſi quid ipſe aut ꝓcur. eius neglexerit, adiuuetur per l. ciuilius. vbi plene hic caſus exponitur. ff. de mino. non modo aduerſus ipſum G. promiſſorem ſeu venditorem, verum etiam aduerſus ipſius decimæ poſſeſſorem, & ſecundum emptorẽ, hoc eſt ipſum G. per d. l. Aemilius. & eo. tit. l. in cauſę. la. 1. §. fi. & duabus ll. ſeq. quamquã leges illæ loquantur, cùm rei dominium ad minorem tranſiſſet, aut antea ſpectauiſſet, quod hic minime fuerat, illud tamen indubitatiſſimum eſt, etiam ſi vel iure cõmuni, vel ętatis auxilio ipſi L. dictæ decimæ reſtitutio facienda ſit, ipſum L. omnimodo factum obnoxium præfato G. vt ſi aliquando velit dictam decimã vendere ipſi G. emere volenti, prius eo precio diſtrahatur, quod ab amicis communibus ſecundum tenorem pactionũ, ſicut præmittitur, æſtimabitur. neq; enim hic quicquam propoſitum animaduerto, propter quod ab ea pactione receſſum ſit, vel recedi oporteat, etiam ſi de ætatis beneficio quereretur, quoniam in hoc minor minime læſus eſt, quòd tali pactione conceſſerit, qui non interpellatus ex eiuſmodi pactione eam promiſſionem minime fuerat accepturus, cùm ex liberalitate eam promiſſionem faciẽdæ remiſſionis ſeu reſtitutionis dictæ decimæ præfatus G. d. L. feciſſe proponatur. Alioqui vel minori donari ob rem vel ſub modo concederetur, quod falſum eſſe, & minoris vtilitati contrarium nemo eſt qui non intelligat. & facit l. ſi ad reſoluendam. C. de prædi. mino. & quod ibi ſentitur per gloſ. quæ incipit ex interuallo. Et ex his apparet propoſitis conſultationibus eſſe reſponſum.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An & quando quis accepit certas poſſeſſiones in feudum ꝓ ſe, fratribus ſuis, ac filijs, & liberis legitimis ipſorum fratrum ſub annua præſtatione certorum fructuum naſcentium in ipſis poſſeſſionibus, & iurat ſeruare fidelitatem, &c. an in iſto feudo ita ſuccedant filię fœminæ vnius fratris, ſicut & filij alterius fratris.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum incluſio tacitam continet excluſionem filiarum.*
2 *Fœmina an deficientibus maſculis ſuccedant in feudo.*
3 *Non nominatio aut appellatio, quam faciunt contrahentes de ipſo contractu ſed ſubſtantia eius, quo in contractu conuenit, certam ſpeciem contractus conſtituit.*
4 *Filia quo caſu ſuccedant in emphyteoſi eccleſiaſtica.*

CONSILIVM CCXXIIII.

REVERENDVS pater dominus Ioãnes Abbas monaſterij ſanctæ Mariæ de Vaganditio inueſtiuit Thebaldum ſuo nomine, & aliorum trium fratrum ſuorum recipiẽtem pro ſe & filijs, ac liberis legitimis ipſorum fratrum de medietate pro indiuiſo cuiuſdam ſeudi certarum poſſeſſionum in ipſo inſtrumento inueſtiturę ſpecialiter deſcriptarũ ſub annua præſtatione duarum librarum ceræ, & decimæ partis omnium frugum & redditũum dictæ medietatis ipſarum poſſeſſionum nomine recognitionis, & cenſus in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto dandarum ipſi Abbati & ſucceſſoribus ſuis nomine dicti monaſterij capituli & conuentus eiuſdẽ, pacto ſpecialiter inſerto, vt ſi ceſſatũ fuerit in omiſſione præmiſſorum in totũ, vel in parte ipſo facto omni ſuo iure priuati ſint, & libere ac expedite ad dictum monaſterium reuertantur, liceatq; Abbati pro tempore propria auctoritate iſtarum poſſeſſionum tenutam apprehendere, prout plenius in ipſo inſtrumento inueſtituræ continetur, vbi etiam iuramentum ſolitum fidelitatis præſtiterit idem Thebaldus quibus ſupra nominibus. Contingit quod ex vno dictorum fratrum ſupereſt filius vnus maſculus & legitimus. Ex alio autem vel alijs fratribus ſuperſunt tantum filiæ omnibus ipſis fratribus defunctis, quæritur, an filiæ & hæredes parentum ſuorum in ius dictæ inueſtituræ pro patrum ſuorum portione ſuccedant, &c.

1 ¶ In præſenti quæſtione videtur primã fronte dicendum, quòd non, duplici ratione. Prima, quia ex verbis ipſius inueſtituræ, videlicet filijs, quòd maſculos tãtum ſignat, vnde incluſio filiorum tacitam continet excluſionem filiarum. ar. ff. de pac. l. ſi vnus. de iu. l. cum præ-
2 tor. Secunda quoniam † in feudis non ſuccedunt fœminæ, niſi ſpecialiter id ſit expreſſum, & eo caſu tunc tantum cum nulli ſuperſint maſculi, vt manifeſte colligitur in lib. feudorum ti. qui feu. da. poſ. §. hoc autẽ notandum. & in tit. Epiſcopum vel Abbatẽ. §. quin etiam, & quod maxime not. in eis. Rectius tamen puto poſſe defendi, filias prædictas in ſuorum patrum partes & iura ſuccedere, ea maxime ratione, quoniam eiuſmodi inueſtitura, ſiue contractus, quamquam feudi iure vel nomine facti videantur, quoniam tamen reale ſeruitiũ præſtandum continent, pura ceræ & frugum ſuper ipſis rebus naſcentium, magis emphyteoſis vel innominatus contractus cenſendus eſt, vt ſcribit eleganter dominus Bald. C. de oper. li. l. liberti libertæq;. in vlt. colum. ſui commentarij ſuper ipſa lege. in ver. item not. quòd ſi inſtrumentum dicit conceſſam eſſe, &c. vbi etiam allegat Cy. idem effectu dicentem. C. de ſacr. ſanct. eccle. authen. ingreſſi. in antepe. vel vlt. q. Et pręter auctorita-
3 tem tantorum doct. ratio hic demonſtrat, † quoniam non nominatio ſeu appellatio, quam faciunt contrahẽtes de ipſo contractu, ſed ſubſtantia eius, quod in contractu conuenit, certam ſpeciem contractus conſtituit, vt colligitur expreſſe ff. de præſcri. ver. l. inſulã. licet igitur dominus Abbas & dictus Thebaldus dictũ feudum locauerunt,

locauerint, quoniam tamen præſtationem pecuniari-
am conuenientem emphyteotico cōtractui, non autē
ſeruitium perſonale continet, non ſeudum, ſed emphy
teoſis, aut alius contractus innominatus exiſtimandus
eſt, magis re ſubiecta, quàm propria nominatione p-
4 ſpecta. Quo admiſſo † conſequens eſt, vt filiæ ſicut filij
in emphyteoſi etiam eccleſiaſtica ſuccedāt, vt in Auth.
de non alie. aut permu. re. ec. §. emphyteoſim. col. 2. &
per hoc apparet reſponſum ad ſecundum arg. quia hic
contractus non eſt proprie feudum, licèt iuramentum
fidelitatis præſtitum fuit, quod pręſtari non debuit; vt
not. per Bal. vbi ſupra. Apparet etiam reſponſum ad pri
mum. nam in alia materia, quàm feudorum, & quæ ſit
ſui natura indifferens tam ad fœminas, quàm maſcu-
los, appellatione filiorum continentur & filiæ, ea ratio
ne, quia maſculinum cōcipit fœmininum, vt ff. de ver.
ſi. l. 1. & l. pronunciatio. in prin. & de pac. l. tres fratres.
& fa. er. l. Lucius. & de leg. 3. l. Lucius. §. quæſitum. cum
in fin. alle. in dictis legibus. & traditur per docto. ibidē.
ſcilicet per Dy. & Bart. in d. l. 1. de ver. ſig. & per Cyn. &
Dy. poſt Iac. de Are. in l. quicunque. C. de ſer. fu. Præſer-
tim in re propoſita, vbi generali verbo vſi ſunt, videli-
cet liberis legitimis, quę verba etiā expreſſa in ſignifica
tione filias & neptes continent, vt ff. de ver. ſig. l. libero
rum. & l. non eſt ſine liberis. & facit l. iuſta interpreta-
tione. eo. tit. & de teſta. tu. l. ſi quis ita. in princ. Rurſum
etſi ſeudum foret, quoniam tamen nouū feudum, non
etiam paternum foret, vno fratrum, ſiue filio deceden-
te non ſuccederet alter frater ſuperſtes in feudo, ergo
multo minus præmortui fratris filius, vt in c. vnico. de
benefi. fra. & de duo. fra. à capita. inueſt. c. vnico, partes
itaque deficientium fratrum ſine filijs maſculis ad do-
minum, hoc eſt, dominum Abbatem redierūt, ipſe au-
tem poſſet denuo cōferre, aut ipſi filio maſculo defun-
cti fratris & vaſalli ſuperſtiti, aut etiam ex perſonis filia
rum ipſarum maritis, & ſic feudum maſculis præbere-
tur, & hoc videtur conuenientius per ea, quæ habentur
quemad. feu. ad filiam pertine. c. 1. & quod ibi nota. per
d. Bald. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. permittitur. & quod
ibi nota. Et ad hoc bene facit quod not. in ſum. de ſuc.
feu. §. ſic ergo nepos ex fratre in 2. col. vbi etiam adijcit
ſummiſta debere dominum feudi Inueſtire maritum
ipſius filiæ, aut filios ipſius filiæ, eoſq; debere ei præſta-
re fidelitatis iuramentum, vt nihil intereſſet per quem
præſtetur ſeruitium, vt ibi optime facientibus iuribus
comprobat. Quibus ex omnibus relinquitur conclu-
dendum, potiorem eſſe debere cauſam filiæ in ea parte
dictæ inueſtituræ & poſſeſſionum, quæ ad patrē ſuum,
cuius ſit hæres, pertinebat, quàm præmortui fratris fili-
um ipſius filiæ fratrem patruelem.

¶ Ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Quando princeps ob merita alicuius ſibi dat & cōcedit vnum caſtrum vni nobili ſimpliciter, an idem caſtrum poſt mortem dicti nobilis ad filios & hæredes ipſius pertineat, vel an reuerti debeat ad ipsū principē.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta principum non ad alias perſonas, quàm in ipſis comprehenſas pertinent.*
2 *Beneficia principum ſunt latiſſime interpretanda.*
3 *Filiusfamilias, cui à principe res aliqua donata eſt, habet in ea re omnem facultatem, quam habet in Caſtrenſi peculio.*

CONSILIVM CCXXV.

SERENISSIMVM Ducale dominium
Venetorū ob bene merita magnifici mi-
litis domini Iacobi de Verme dedit & cō
ceſſit eidem domino Iacobo caſtrum No
golarum Veron. diſtrictus cum tota eius
curte, & omnibus eius iuriſdictionibus ſpectantibus,
& pertinentibus dicto caſtro, reſeruando tamē ſuo Do
minio merum & mixtum imperiū. Quæritur an idem
caſtrum poſt mortem dicti domini Iacobi ad filios &
1 hæredes eius pertineat, &c. † ¶ In iſta quæſtione prima
fronte dicēdum videretur, non pertinere, quoniam de
ipſis filijs & hęredibus nulla eſt facta mētio in eiuſmo-
di conceſſione, & reſcripta principum non ad alias per
ſonas pertinere, quàm in eis expreſſas. extra de offi. de-
leg. c. P. & G. & ad hoc facit ff. de aqua quo. & æſti. l. pri
ma. §. permittitur. & de re. iu. l. Neratius. & l. priuilegia.
2 Sed diuerſam ſententiam veriorem puto. Primo † quo
niam beneficia principum latiſſime ſunt interpretan-
da. ff. de conſti. pri. l. beneficium. Secūdo quia donatio
nes à Principe factæ multo pinguiores ſunt & pleniu-
res, quàm à priuatis factæ perſonis. vt C. de bonis quæ
li. l. cum multa. & de quadrie. præſcr. l. bene à Zenone.
in fin. ſed non eſt dubitandum, rem à priuato dona-
tam maxime ob merita præcedentia donatarij ita ac-
quiri donatario, vt de ea poſſit pleniſſime diſponere, &
ad ſuos hæredes, & ſucceſſores quoſcunque tranſmitte
re, igitur multo magis in principalibus donationibus
hoc intelligendum eſt. Tertiò videtur expreſſum in l.
vnica. C. ſi ſocius liberali. imperi. lib. 10. Quarto, proba
tur in feudis conceſſis, quæ tranſeunt ad filios, & alios
deſcendentes eorum, quibus conceſſa ſunt, vt in c. 1. §.
cum vero Corradus, qui feu. da. poſ. col. 4. multo igitur
magis in huius cōceſſione & datione, quæ pleniorem
non tantum namq; vtile dominium continet ſicut feu
dalis conceſſio, ſed etiam directum & plenum domi-
nium, præſertim propter verbum dedit, quod plenam
dominij translationem ſignat, vt ff. de condi. ob. cau. l.
fin. & de ver. ob. l. vbi ante nō apparet. §. vl. idem etiam
in ver. concedi, vt C. de pe. bo. ſub. l. pe. in fin. lib. 10. &
ff. de conſti. princ. l. 1. Pro hac ſententia facit regula iu-
ris, decet, extra, de reg. iur. lib. 6. & in Auth. conſtitutio
quæ de dig. §. illud. collat. 6. & bene etiam facit pręalle.
3 l. cum multa. C. de bo. quæ li. vbi † filiusfa. cui à Princi
pe res aliqua mobilis, vel immobilis eſt donata habet
in ea re omnem facultatem, quam habet in caſtrenſi
peculio, in quo peculio caſtrenſi planum eſt filiumfa.
poſſe teſtari, & hodie etiam habere ab inteſtato ſucceſ-
ſorem. vt in Auth. de hęre. ab inte. §. 1. & quod ibi not.
& hanc quoque partem videtur ſentire d. Bar. l. vnica.
præalle. C. ſi ſoc. li. imper. lib. 10. & d. Bal. in d. l. benefi-
cium. ff. de conſti. princ. Ad allegata autē in partem op
poſitam reſpondetur, & primo ad dictū c. P. & G. quia
loquitur in reſcripto ad lites, quod delegationē, & con
ſequenter iuriſdictionis ordinariæ derogationem cōti
net, quod eſt reſtringendum. hic autē in beneficio prin
cipis, quod eſt latiſſime interpretandum, vt d. l. benefi-
cium. ibiq; not. Item hęres cenſetur eadem perſona cū
defuncto, & plerunque non tantum nobis, verum eti-
am hæredibus noſtris prouidimus, vt ff. de proba. l. ſi pa
ctum. & de pac. l. iuriſgentium. §. pactorū. & quod not.
co. ti. qui in fu. §. 1. per Bart. in Auth. de iureiur. à mo.
præſti. §. 1. & l. 1. §. permittitur. de aqua. coti. & æſti. re-
ſpondetur, quòd ibi loquitur in conceſſione ſeruitutis
perſonaliter, quæ ſui natura cum perſona finitur, vt ff.
qui. mo. vſufr. amit. l. ſicut. §. morte. & argu. ff. de ſerui.
ruſti. prædi. l. pecoris. & l. cū fundo. §. Lucius. hic autē
loquimur in datione & conceſſione rei corporalis &
immobilis, quę donatio eſt, & dominij, quòd ſui natu-
ra perſonæ non cohæret, licèt ad omnes tranſmiſſibile
eſt translationem continet, vt ex ſuperioribus eſt dedu
ctum, & per hunc modum reſpondetur ad l. Aquilius
regulus. ff. de dona. ad l. autē Neratius. & l. priuilegia. &
extra. eo. tit. de reg. iur. c. priuilegia. lib. 6. Reſpondeo,
quòd ibi loquitur in priuileg. quæ contra ius commu-
ne aliquid indulgent. dicitur namq; priuilegium quaſi
lex priuata ſiue quaſi legem priuans. vt in 3. di. c. priui-
legia. vbi diſtinguendum eſt prout in ſingulis caſū no-
tatur. Hic autem loquimur in beneficio, quod affert
gaudium

gaudium percipienti, & nullius continet læſionē, ideo perquàm latiſſime interpretandum eſt, vt ſæpius allegatum eſt. Concludo itaq; memoratum caſtrum in hæredes, maxime filios ſupradicti Sereniſſimi militis domini Iacobi de Verme, indubie tranſiturum.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ An ad probandum ius decimandi ſibi competere ſufficiat, ſi probatur per ſamam antiquam. Et an in antiquis iuribus & dominijs fama antiqua, & antiqua cō munis opinio vim plenæ probationis obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Dominij famam antiquam & communem opinionem vim plenæ probationis habere, iura antiqua decernunt.*

2 *Dominus directe ſi ab eo, qui dominium vtile habet, rem vendicet, exceptione repellitur, alij aut non licet de iure tertij opponere.*

CONSILIVM CCXXVI.

PRAESVPPOSITO iure communi, ꝙ decimæ debeantur eccleſijs ſeu prælatis eccleſiarum. Et præſuppoſita conſuetudine Feltren. epiſcopatus, quæ eſt quod omnes & ſinguli cuiuſcunque gradus & conditionis exiſtant tenentes, & percipientis aliquas decimas in toto epiſcopatu Feltren. eas recognoſcūt in feudum à Feltren. epiſcopo, &c. Quidam nobilis tenebat & poſſidebat certam partem decimæ cuiuſdam terræ ſitæ in epiſcopatu prædicto, & licèt alias de dicta decima fuiſſet inueſtitus, tamen de inſtrumento inueſtituræ apparere non poteſt. Apparēt nihilominus inueſtituræ aliarum poſſeſſionum decimæ dictæ terræ, de quibus certi alij nobiles & plures inueſtiti fuerūt ab antiquo per dictum Feltren. epiſcopum. Item quando præſens Feltrē. epiſcopus venit ad epiſcopatum ſemel & bis poſuit edictum ſuū, & ſolemniter diuulgauit, quod omnes & ſinguli vaſalli eccleſiæ ſuę in certum terminum deberent comparere coram epiſcopo prædicto per ſe, vel per ꝓcu. ſuos, & de ſuis feudis facere inueſtiri ſub pœna amiſſionis dictorum feudorum, & ſic omnes vel quaſi omnes feudatarij ſe reinueſtiri fecerunt de feudis, quę tenebant. Præfatus vero nobilis confiſus in ſua potentia, nō ſe petijt reinueſtiri, & ſic elapſus eſt annus. Subſequenterq; idē nobilis per vim armorū ſuis caſtris, & alijs bonis à potentiori domino extitit ſpoliatus, & idem dominus accepit dictam partem decimarum ſicut alia bona. Quæritur vtrū dictus Ep̄us poſſit ſibi dictā partem decimarum vendicare tāquam ſibi commiſſam & ſpectantem, non obſtante, quòd non appareant de inſtrumento inueſtituræ, niſi per famam publicam & communem opinionem hominum dictæ terræ, quæ eſt, quòd dictæ decimæ debent recognoſci ab ipſo domino epiſcopo, &c.

In propoſita quæſtione videtur indubitate dicendū, præfatum reuerendum dominum Epiſcopum poſſe dictam partem decimę vendicare, cum habeat fundatam intentionem ſuam ex iure communi, quo decimæ & ius decimarum pertinet ad dominū Epiſcopum in tota ſua dyœceſi, vel ex conſuetudine ipſius epiſcopatus, vt proponitur, ſecundū ꝙ hæc traduntur de deci. c. cum contingat. c. cū in tua c. dudū. & c. quoniam. de pręſcri. c. Epiſcopum. lib. 6. & cōtra reum facit ius commune, qui cùm ſit laicus decimas ſeu ius decimarum, qđ eſt eccleſiaſticum & ſpirituale, tenere aut poſſidere nō poteſt. vt de præſcri. c. cauſam. & de deci. c. quāuis. & c. dudum. Nec poteſt reus ſe defendere, niſi probauerit duo, ſcilicet ſe vel auctorem ſuum, à quo legitimā & canonicā cauſam habet, fuiſſe de feudo dictæ partis decimæ per Epiſcopū inueſtitum, & ꝙ id feudū fuerit antiquū, & ante Laterā. conciliū iure conceſſum, vt in c. cū Apoſtolica. de his, quæ fi. à præla. ſine cōſenſu capi. & quod ibi traditur per Io. an. poſt Hoſt. in nouella. & in vſi. feudorū. ti. Epiſcopum vel Abbatē. c. 1. Non itaq; pertinet probatio inueſtituræ factæ per ipſum dominū Epiſcopum vel prædeceſſores ſuos in dictum nobilē, ſed ad dictum nobilē, ſi contra eum adhuc poſſidentē præfatus dominus Epiſcopus dictā partem decimæ vendicaret. Et multo magis ea probatio ad dictū ſpoliatorē dominum ſcilicet potentiorē pertinere putāda eſt, quanquā etiam facta ei parum proficeret, vt infra ſubditur, ſi tñ onus probandæ inueſtiræ prædictæ ad prælibatum dominum Epiſcopū pertineret, quod verum nō eſt, vt ſupra monſtraui, multū profecto fidei & auctoritatis haberet idē dominus Epiſcopus ꝓ inueſtitura à ſe facta, ꝙ cæteri conſortes, qui alias partes eiuſdem decimæ detinent, eas partes iure feudi per inueſtiturā à præfato domino Epiſcopo recognoſcunt, & ꝙ fama publica eſt, & communis opinio hominum illius terræ eſt, imo & conſuetudo, vt proponitur, ꝙ quicunq; tenentes decimas in epiſcopatu Feltren. eas in feudum à præfato do-
1 mino Epiſcopo recognoſcunt. Nam † & in antiquis iuribus, & dominijs fama antiqua, & antiqua communis opinio vim plenæ probationis obtinet, præſertim ſi ſit adiuta aliquibus indicijs vel adminiculis, vt not. Bald. in l. ꝓprietatis. C. de prob. per l. ſi arbiter. ff. de proba. & ff. de ver. ſi. l. quod per nouale. Rurſum ſi & cōſtaret per publicum documentum de inueſtitura facta in præfatum nobilem per reuerendos patres & dominos dominos epiſcopos præſentis prædeceſſores, & præterea qđ huiuſmodi feudum foret antiquum & ante Lateranē. concilium, de quo fit mentio in præalle. c. cum Apoſtolica. quod fuit celebratū ann. 1129. vt ibi ſcribitur ſecūdum Io. An. quoniā tamē ab hoc reuerendo patre & domino domino Epiſcopo præſente nunq̄ petijſſet ſe reinueſtiri, nec debitum fidelitatis iuramentum pręſtitiſſet, nec recognouiſſet ab eo, præſertim cùm per edictū perſonale ſub amiſſionis pœna ꝓpoſitum eſſet admonitus, & legitimum ſpacium anni & diei pręfinitū pręterijt ab omni ſuo iure feudi meritiſſime per ſuam contumaciam, & ſuperbiam cecidiſſet, & ad ipſum dominum reuerſum eſſet, ei q; apertum, vt in lib. feu. quo tēpore mi. pe. inue. de. c. 1. & fi. & de ꝓhi. feu. alie. per Fed. c. imperialem. §. præterea. vnde eam partem feudi, ſeu decimæ prælibatus reuerendus pater & dominus d. Epiſcopus à detentore quolibet vendicaret, quoniam iniuſte teneret, tum quia domino apertum, tum quia laicus ciuſmodi iuris ſpiritualis detentor iniuſtus eſt, vt in dicto. capitul. cum Apoſtolica. cum alijs ſuperius allegatis. Quinetiam poſtremo ſi nec ipſe nobilis ſpoliatus à ſuo iure per contumaciam vel negligentiā cecidiſſet, ac iuris feudum dictæ partis decimæ tenuiſſet, nihilominus idem reuerendus pater & dominus d. Epiſcopus ab iniuſto detentore & ſpoliatore dicti nomi-
2 nis eam partem feudi iuſtiſſime vendicaret. † Nam dominus directo ab eo quidem, qui dominum vtile habet ab eo ſi vendicet exceptione repellitur. pura ſi dominus à vaſallo, vel ab emphyteota rem feudalem, vel emphyteoticam, cuius vtile dominium creduntur habere, vt not. ff. cōmo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. vendicet. Cęterū ſi ab alio, q̄ ab habente vtile dominium poſſidēte eam rem vendicet, vtiliter aget, nec repelletur exceptione eo prætextu, quod alius vtile ius dominij habeat, ſicque nec licebit actori de iure tertij opponere, ſicut hæc omnia probantur ff. de ſuperfi. l. 1. §. quod ait. & ibi not. in gloſſ. ſcilicet directam. poſſe itaque imo & debere dictum reuerēdum patrem & dominum dominū Epiſcopum dictam partem à dicto laico detentore vendicare dicendum eſt. Et curæ paſtoralis officij cōuenire, ne eccleſiæ vel iura ſpiritualia, ſicut ſunt decimæ, male & in eorum ſalutis animæ detrimentum detineantur à laicis, vt in præalleg. c. cum ſedes Apoſtolica. de his quæ fi. à prælat. ſine conſenſu capi. & de deci-

nus.

mis c. quamuis. & ſi id neglexerit, in examine ſummi & infallibilis iudicis rationem reddet.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Quando plures fratres venerunt ad diuiſionē bonorum immobilium, ex quibus ſoluebāt certum liuellum epiſcopatui, an omnia bona generaliter remaneāt hypothecata dicto epiſcopatui ꝑ dicto liuello, an vero ipſi fratres, ſeu eorū hæredes poſſint offerre aliqua bona ſufficientia pro ſolutione dicti canonis, quę ſint obligata ad dictum liuellum, ſeu etiā ipſe Epiſcopus poſſit eligere certa bona ex dicta hæreditate, q̄ ipſe malit.

SVMMARIVM.

1 *Liuellum qui præſtat, ſi ſciat qua res ſit obligata per liuellum, puta ſi fuit primus qui ad liuellum accepit, cogi poteſt demonſtrare prædium liuello obnoxium.*

2 *Teſtibus & inſtrumentis deficientibus in materia probationum recurritur ad famam antiquam, & memoriam.*

CONSILIVM CCXXVII.

ANDREAS & Hendreghetus, & Ventura de Magnayo fratres venientes ad diuiſionem bonorum ſuorum de eis fecerūt tres ſortes, & ſingulis ſortibus connumeratis bonis, quæ in dicta parte ponebant, adiunxerunt infra ſcripta verba, de quibus bonis & poſſeſſionibus ſupradictus Andreas de voluntate & cōſenſu ſuprascriptorum Hendreghetí, & Venturæ fratrum ſuorum contentus fuit in ſuam partem habere ſoluendo omni an. dictus Andreas pro parte ſibi tangente de liuello epiſcopatus ſol. 40. paruorum, medietatem ſexterij frumenti. Item tā per teſtes fide dignos, quàm per quaternos epiſcopatus apparet, ꝙ dicti fratres ſemper ſoluerunt dictum liuellum, non cōſtat autem pro qua vel quibus poſſeſſione vel poſſeſſionibus ſoluebatur dictus liuellus. Mortuo vero dicto Hendregheto hęredes eius dederunt inſolutum dominæ Nicholetæ vxori ſupradicti Hendregeti pro dotibus ſuis certam poſſeſſionem de dictis bonis hæreditarijs diuiſis, & quæ venerant in partem dicti Hendregeti. vt ſupra. Quęritur modò nūquid Epiſcopus Feltren. dictam poſſeſſionem & generaliter omnia bona dictæ hæreditatis poſſit dicere ſibi obligata pro dicto liuello ex diſpoſitione iuris communis, vel vigore dictorum verborum, vel aliqua alia certa bona, quæ ipſe malit eligere de dicta hæreditate, vel hæredes poſſent ſibi offerre aliqua bona ſufficientia pro ſolutione dicti canonis, quæ ſint obligata ad dictum liuellum, aut hæredes vel ſucceſſores, qui in dictis bonis ſucceſſerunt, poſſint ſe tueri, quòd nec vniuerſa bona hæreditaria ſint obligata ad dictum liuellū. nec etiam teneantur aſſignare aliquam certam poſſeſſionem ad dictum liuellum ſpecialiter obligatam, ſed ſolutione ad præſtationem annuā dotis ſolutionis ſint ſpecialiter obligata, &c. ¶ Quæſtio quę ſupra proponitur, antiquata quæſtio eſt, & apud antiquos diſputata doctores, Pyleus quidem gloſator egregius hanc quæſtionem diſputauit & eſt 112. inter ſuas quæſtiones, in qua factis hinc inde pluribus allegatiōibus & argumē-
1 tis, tandem ipſe concludit, ꝙ † ſi ipſe, qui liuellum prę ſtat, ſciat quæ res ſit obligata per liuellum, quoniā ipſe forſitan primus poſſeſſionem ab eccleſia accepit ad liuellum, cogēdus eſt omnino & pretorijs remedijs, hoc eſt, & per pignoris captionē & diſtractionē, ac banni indictionem, aut etiam perſonæ detētionem, poſſeſſionem demonſtrare, quæ liuellaria eſt. arg. ff. de confeſ. l. certam. in prin. & l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. de interro. act. & de ven. inſpiciēdo. l. 1. §. qd ergo. & ad l. Iul. pecu. l. ſacrilegi. §. final. vbi autē iuſte ignorat, quoniam in alienum ius ſucceſſerit, vt ff. de reg. iur. l. cum quis in ius. & eodem titulo lib. 6. c. cū quis in ius alterius, de qua ignorantia etiam iu ramento ſuo fidem facere tenebitur, ar. C. de his qui ad eccle. confugi. l. pręſenti. §. ſi tibi, tunc putat inſpiciendam eccleſiæ cōſuetudinem, ſcilicet quantam terram conſueuerat in illis locis, vel circa ea, in quibus is, qui præſtat liuellum, ſuas habet poſſeſſiones pro tanta penſione ſimiliter locare, quo caſu tantam ſecundum eam cōſuetudinem de illius terra neque meliorem, neq; peiorem aſſignabit eccleſiæ, verum ſi hoc non appareat ſecūdum regionis conſuetudinem iuxta penſionis quantitatem tantā terram neque meliorem, neque deteriorem ipſe liuellarius præſtare tenebitur. Et eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Specul. in titu. de loca. in §. nunc. de iure emphyteotico. ver. 59. & 62. Et huius quoque ſententię videtur eſſe dominus Bald. cum Ia. de Bel. in tit. ſi de feu. contro. fu. inter do. eo addito, quòd prius inſpiciēda eſt fama publica, & communis opinio, ſi appareat quæ ſit, ſiue
2 fuerit illa poſſeſſio, quæ ſit liuellaria. Nam † in huiuſmodi factis implicitis & antiquis vbi non ſunt inſtrumenta, neque teſtes ordinarij, recurritur ad antiquam famam & antiquam memoriam, quæ faciet iuris præſumptionem. & alleg. ff. de proba. l. ſi arbiter. de ne. ge. l. antiqui natura. §. cum me abſente. & C. de rei ven. l. iudicia. & videtur mihi hæc ſententia iuſta, & rationabilis, & pro eo, quòd poſſeſſio certa deſignatur eccleſiæ pro eius liuellariæ quantitatis præſtatione tāquam ipſa ſit liuellaria ſpecialiter obligata, ſeu obnoxiata, neque melior, neque deterior, ſicque pro neutro defeſtatur electio, ſed melioris poſſeſſio deſignatur eccleſiæ, facit optime in Auth. de alie. & emphy. §. ſi vero. ſecundum prædictum modum. col. 9. & quod not. ff. de le. 1. l. ſi à filio. §. ſi quis plures. in prima gloſ. Nuſquàm autē videtur illa pars vltima q̄ſtionis probanda, q̄ vult nullā certā poſſeſſionē eccleſiæ deſignari, ſed tamen ipsū hæredē perſonaliter ad dictæ annuæ quātitatis p̄ſtationē obligare, quia non ſit indemnitati prouideretur eccleſiæ, quæ, ſi ceſſet liuellanus indebiti canonis præſtatione per continuatum biennium, ad ſuā directam poſſeſſionem debet poſſe reuerti, & vtile dominium cum directo conſolidari, vel ſi fiat deterior res liuellaria culpa liuellarij, aut ſine conſenſu eccleſiæ alienetur. Sic. n. res nunquam res ſua poſſet apparere vel in eccleſiam committi, quamobrem prætor cætera in commoda cōſiderabit quæ ꝓinde pateretur eccleſia, tardior fieret & negligentior in ſolutione liuellarius nullā ſuę ceſſationis & negligentiæ pœnam metuens contra authē. quæ rē. C. de ſac. ſan. eccl. & extra de loc. c. potuit. & liuellarius lucrum faceret cum detrimento eccleſiæ. iuſtior eſt itaque præcedens ſententia, vt alia poſſeſſio ſicut præmittitur deſignetur, quæ pro liuellaria penſione teneatur, per q̄ ſententiam omnium indemnitas & vtrique parti æqualitas obſeruatur. Et etiam tanguntur per dictum Pe. in præall. ſua quæſtione cēteſima duodecima, in argumentis. & facit quod not. per Spe. in præal. §. nūc de iure emphyteutico. ver. 59. & trib. ſequē. Illud aūt minime dubitandum eſt, non poſſe negari, fuiſſe liuellū ab eccleſia conceſſum, quod longo tempore pręſtitum tā per teſtes, q̄ per libros epiſcopales, & famam publicam & ſuprà relatum diuiſionis inſtrumentum tot concurrentibus præſumptionibus, & indicijs cōprobatur. arg. ff. de vſu. l. cum de in rem uerſo. & ꝙ no. per Spe. in præallegat. §. nunc. de iure emphyt. vertic. 64. & iuribus ibidem allegat.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ An in feudis potius acquiſitis per patrem iure cōtractus, ſcilicet emptionis, quàm ex natura feudi ita ſuccedant filiæ ſicut & maſculi ſtante ſtatuto de modo ſucceſſio

ceſſionum filiarum fœminarũ, ꝙ ab inteſtato in bonis
parentum ſuorun. Et caſu quo non poſſint ſuccedere
in dicto ſeudo, An fratres ſaltem teneantur ipſas ſoro-
res alimentare, & eas poſtea congrue dotare. Et an fra-
ter diues cogatur alimẽtare ſororem inopem. Et quid
in fratre legitimo, an & ipſe ſimiliter cogatur alere ſo-
rorem ſpuriam.

SVMMARIVM.

1 *In feudo iure emptionis quæſito fœmina ſuccedunt magis ex natu-
ra contractus, quàm ex natura feudi.*

2 *Hæreditas vel bona filiabus ratione ætatis denegata an ſimiliter
earum filijs maſculis deneganda cenſeatur.*

3 *Fratres tenentur ſorores inopes de paternis bonis alere, præcipue
vbi ipſa cauſa maſculini ſexus ab eis bonis ſunt excluſa.*

4 *Dos habet alimentorum cauſam adiunctam.*

5 *Filia ſi ſtatuto excludatur à patris ſucceſſione, & deferatur agna-
tis, coguntur agnatam ipſam filiam dotare.*

CONSILIVM CCXXVIII.

ANTONIVS de Morando ciuis Veronę
pro ſe, & ſuis hæredibus emit ad afranca-
tionem ab illo de Carraria tres quarterias
decimæ de Bonadico, & tertiam partem
decimæ de Vigaſio cum Zamboino cum
iuriſdictionibus & præeminentijs tunc ſpectantibus fa
ctoriæ Veron. Quas decimas idem Antonius poſtea li-
bere francauit à ſereniſſimo Ducali Dominio Veneto
rum facta æſtimatione de nouo, & aucto iuſto precio,
& factis debitis ſolutionibus eidem Dominio, ſaluo ta
men iure epiſcopatus Veron. pro inueſtituris, & reco-
gnitionibus faciendis à dicto epiſcopatu, pro quarum
decimarum precij ſolutione idem Antonius totum ex
hauſit ſuum patrimonium, excepta domo ſuæ habita-
tionis & quibuſdam alijs rebus paruæ æſtimationis, de
inde vigore literarum trãſmiſſarum per Sereniſſimum
ducale dominium Veneto. reuerendo patri & domi-
no domino Epiſcopo Veronę. & domini præceſſores
erant inueſtiti pro ſe Antonio & libens vtriuſq; ſexus
prædictam inueſtituram recipiente, vnde præſatus do-
minus Epiſcopus iure recti & honorabilis, ac antiqui
feudi interuenientibus ſolemnitatibus in talibus inue-
ſtituris conſuetis inueſtiuit dictum Antonium pro ſe,
& ſuis hæredibus vtriuſque ſexus inueſtituram de præ-
dictis feudis recipiente, quemadmodum factoria &
prædeceſſores domini Veronen. fuerant inueſtiti à prę
deceſſoribus præſati domini Epiſcopi, demum tra-
ctu temporis idem Antonius deceſſit ab inteſtato reli-
ctis poſt ſe decem filijs, videlicet tribus maſculis ex pri-
mo matrimonio natis, & tribus alijs maſculis & qua-
tuor filiabus ex ſecundo matrimonio natis, etiam ca-
uetur ſtatuto ciuitatis Veronę, quòd mortuo patre ab
inteſtato filij maſculi debeant habere duplum magis,
quàm fœminæ. Nouiſſime autem orta eſt controuer-
ſia inter maſculos & fœminas, quoniam maxima pars
conſiſtit in ipſis feudis, vnde filiæ fœminæ volunt ſuc-
cedere in dictis feudis pro rata ſua habito reſpectum ad
ſtatutum, non expectato, quòd deficiant dicti maſculi.
quoniam hoc expectare tranſiret quodammodo in per
petuum, ex quo filiæ fœminæ poſſunt fame perire, &
dote carentes nunquam poſſent ad coniugium perue-
nire, & ea potiſſimum ratione dicunt dictæ fœminæ ſe
poſſe aſpirare pro rata ſua ad ſucceſſionem dictorum
feudorum, quoniam iſta talia feuda peruenerunt ad di
ctum Antonium patrem dictorum liberorum vtriuſ-
que ſexus magis iure emptionis, quàm iure feudi, vnde
ſicut in precio ſuccederent dictæ fœminæ pro rata ſua,
ita & in feudo & dicto precio empto ſuccedere debẽt,
& videntur in hoc feudo iure emptionis quæſito filias
fœminas pro rata ſua pariter cum maſculis ſuccedere,
licèt alias demum mulieres admittantur deficientibus
maſculis, & hoc propter auctoritatem Odof. qui tenu-
1 it in ſumma ſub rubrica, qui in feu. ſuc. poſ. quod in feu
do iure emptionis quæſito fœminæ ſuccedunt magis
ex natura contractus, quàm ex natura feudi, & ita re-
fert d. Bald. in tit. qui feu. da. po. c. 1. Odo. tenuiſſe. mo-
dò quæritur vtrum dictæ filiæ fœminæ ſuccedant in
prædictis decimis feudalibus ſupereminentibus dictis
maſculis ea potiſſima ratione ſuperius allegata per O-
doſ. Aut ſi dicetur, filias fœminas fore incapaces & in-
ſucceſſibiles in dicto feudo ſuperexiſtentibus maſcu-
lis, ſaltem iure hæreditario conſequantur pro rata ſua
æſtimatione dictarum decimarũ, in qua ſucceſſiſſent,
ſi dictæ deicmæ per patrẽ ſuũ emptę non fuiſſent, vt in
bonis allodialibus emptis ex dicto precio. Aut ſi dictæ
fœminæ nõ poſſint ſuccedere patri in dicto feudo, aut
in æſtimatione pro rata, ſaltem fratres maſculi compel
lantur dictas filias fœminas alimentare, & eas congrue
dotare ſecundum qualitatem perſonarum, &c. Ad duo
priora quæſita vltra magiſtram tam in ſcholis magi-
ſtrorum, quàm in ſoro iudicantium Odofredi auctori
tatem videntur in eius ſententiæ patrocinium attenta-
ri poſſe. An dictis filiabus alijs adiutorijs conſulatur.
Primum quidem ſicut ad exemplum querelæ de inoffi
cioſis teſtamentis filijs ſuccurritur aduerſus immodi-
cas, ſeu immenſas donationes vni vel quibuſdam ex li
beris à parentibus factas, quibus debitũ bonorum ſub-
ſidium alijs exhaunatur, vt in l. 1. & 2. & l. ſi totas. cum
tribus ſequẽtibus. C. de inof. do. & de inoffi. teſta. auth.
vnde ſi parens. & in corpore, vnde ſumitur. & ff. de le. 2.
l. titio Seyo. §. lucius. & ſicut ad exemplum querelæ de
immenſis donationibus filijs ſuccurritur aduerſus do-
tes immodicas, ſeu immenſas, vt C. de inoffi. do. l. vni-
ca. promptum namque eſt leges legibus concordare,
vt ibi, & in Authentic. de exhib. & intro. reis. §. vlti-
mo. & de ſimilibus ad ſimilia procedere, vt ex eiſdem
iuribus proxime allegatis, & ff. de leg. & ſe. con. l. non
poſſunt. cum l. ſeq. & l. neque leges. & l. ſeq. Ita quoque
aduerſus huiuſmodi alienationes ſeu permutationes
rerum, ſeu pecuniarum allodialium in res feudales. In
quibus rebus feudalibus filij excludunt filias ipſis filia-
2 bus ſuccurrendum videtur, † vt ſaltem detrahatur ipſa-
rum filiarum bonorum debitum ſubſidium, vt d. l. ſi to
tas. & l. ſi liqueat. Quid enim refert an donationibus in
filias factis exhauriatur legitima portio filiarum, an ve
ro rerum earum emptionibus, quæ res ad filios ſolos
poſt mortem peruenturæ ſunt, alioquin iam inuenta
via fraudibus concedetur, vt filiæ poſſent per parentes
ſuos, quamuis non ingratæ, protinus à ſua ſucceſſione
ſine vllis iuſtis cauſis, & parte legis & naturali ratione
debita ſpoliari, contra l. cùm naturalis ratio. In prin. ff.
de bo. dam. & l. fin. in fi. C. de ſecun. nup. & Authen. de
her. & ſal. §. primo itaque. & de trien. & ſe. §. 1. per totũ.
vt cùm de ap. cog. §. aliud quoque. & §. & hoc quidem
diſponimus. nec mirandum, quòd hic caſus antiquis
legibus non inueniatur expreſſius, quoniam cauſas &
iura feudorum minime cognouerunt veteres iuris au-
ctores. Ratio tamen, ne filij vtriuſq; ſexus fraudari poſ-
ſint à patribus debita ſibi iure naturę legibus portione,
in antiquis legum laboribus manifeſta comprehenſa
eſt. Et rurſum vt ad ſimilia procedatur, quia non poſ-
ſunt omnes articuli iuris nominatim comprehendi,
patrono quoque aduerſus venditiones in fraude eius
per libertum factas, quamquam emptio bonę fidei fue
rit, iure ſuccurritur, vt pari ratione filijs impuberibus
arrogatis, ſi in eorum fraudem alienationes etiã titulis
oneroſis factæ ſint, vt ff. ſi quid in frau. l. 1. §. ſi quis in
fraudem. & l. fin. Quanto itaque magis filiabus legiti-
mis & naturalibus ex identitate & maioritate ratio-
nis conſulendum eſſe iuris aduerſus eiuſmodi contra-
ctus cenſendum eſt, cùm non minus aut magis debi-
tum exiſtimetur debitum bonorum ſubſidium filijs à
parentibus, quàm debita portio patronis in bonis li-
bertorum, vt ff. de ſal. l. ſi quis legatum. §. final. & C. de

his qui

his qui ſibi in teſt. aſcri. l. 1. profectò hanc interpretationem humanam, & honeſtam, atque matrimoniali & virginali pudicitiæ cohgruentē, ne verecundè contra patris votum mendaciter & fortaſſis impudice viuere compellantur, ar. ff. non treb. l. mulier. §. cum proponeretur. ſuadet & admittit ipſa naturalis æquitas & iuſtitia, quæ in omnibus ſuper rebus anteferenda ſtricti iuris ratione iubetur, vt ff. de excu. tu. & cu. l. ſcire oportet. §. ſufficit. & C. de iud. l. placuit. & de bo. q̃ lib. l. non ſine ratione. Rurſum & alia incurrit deliberatio, nam illud dici poſſet, filios ab inteſtato patri ſuccedentes lucrum, quod ex huiuſmodi ſeudalibus contractibus ſine beneficijs tempore paternæ mortis conſequi poſſunt, filiabus inteſtato quoque patri ſuccedentibus conferre debeant ad exemplum militiæ vni filiorum emptæ ex pecuniæ patris, quoniam lucrum, quod ex ea militia poteſt ad militantem peruenire, tempore mortis patris, eo quod talis militia vendi poterit, in ſucceſſione ab inteſtato inter liberos omnes cōfertur, vt probatur C. de coll. l. illud. in princi. iuncta l. omnimodo. §. imputari. de inoſ. te. hoc namque ſeudum velut militia eſt filijs maſculis ſolum ſuperſtitibus ex paternis empta pecunijs, pertinet namque ſeudum ad filios fidelis potius ex pacto & contractu ſeu conceſſione domini, quàm ſucceſſione patris. vt not. in titulo de his qui ſeuda poſ. §. cum vero Coradus, ideoque nec valet in eo ordinatio teſtamenti, vt de ſuc. ſeud. c. vnico. in principio. & §. parum. namque referre videtur, an ipſi filio ſeudum principaliter & ſic immediate quæratur ex pecunijs paternis, an vero patri quidem primo quæratur, ſed ita vt poſt mortem patris ſolus filius habeat. nam ex conceſſione & conuentione cum ipſo patre viuente habitis hæc procedunt. hæc porro omnia ſunt ſatis æquitatis rationibus conuenientia. cæterùm quoniam filiæ, de quibus quæritur, ex veterum iuris ſapientum ſapientijs, atque traditionibus adiuuantur, ad veteres & probatas cunctis pene præceptoribus ſententias accedamus. & dato ſine præiudicio veritatis, quòd filiæ ſupra relatis auxilijs non iuuetur, illud receptum eſt apud noſtros maiores, quòd ſorores ex eodem patre natæ, ſi ſint inopes, locupletibus fratribus exhibeantur, alantur pro dignitatibus perſonarum, & fratrum facultatibus. argu. ff. vbi pup. edu. de. l. qui filium. & de tut. & ra. di. l. 1. §. ſed nonnullos. & de admi. tu. l. cum plures. §. tutor. & ſo. ma. l. quamuis. & not. per gloſſ. in præalleg. l. qui filium. & C. de alen. lib. l. 1. & per Dy. in præalleg. l. cum plures. §. tutor. & eſt communis doctorum penè omnium celebris ſententia, maxime in ſorore inope, vt colligitur ex no. per Alb. de Pergamo in præalleg. l.
3 1. C. de alen. li. ac pareut. prætereà † non eſt hæſitādum, quòd pater ipſe ipſas filias, non aliunde habentes, natura ipſa alere tenebatur, & ad id potuiſſet cōpelli, vt C. de bo. quę lib. l. cum non ſolum. §. ipſum autem filium. cum concor. ergo & fratres, ad quos bona patris præuenerunt, tenebuntur, vt ff. de li. agno. l. ſi quis à liberis. §. item reſcripſerunt. aliàs reſcriptum eſt, quinimo fratres & ſorores naturales tantummodo, ſi ſint inopes, tenetur filius patris hæres & ſucceſſor alere, vt in authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. diſcretis. tranſumptiue C. de na. li. auth. licet, quoniam pater eos alere tenebatur. multo itaque magis hoc admittendum erit in ſororibus naturalibus & legitimis, ad quas nihil aut pene nihil ex paternis bonis perueniat, ſicut in re propoſita eſt, filius porro non poteſt repudiata paterna hæreditate, vt onera patris & paternos creditores euitet, ſeuda vendicare, etiam ſi ab auo non à patre, de quo magis fuit dubitandum, proceſſiſſet. vt in titulo an fil. vel agn. rep. he. po. ſe. te. c. vnico. pari quoque ratione dicendum eſt, fratres debere etiam ſorores ipſas non aliunde habentes condecenter dotare, cum fauorabilior ſit cau-
4 ſa dotis, quàm alimentorum. † nam & dos habet alimentorum præſtationem adiunctam, vt C. de iure do. l. pro oneribus. & ſolu. matrim. l. ſi cum dotē. §. pen. ſin autem in ſemiſ. & ita not. per gloſſ. ff. de adm. tu. l. cum plures. §. pe. & per Cyn. in l. non omni. ff. de adm. tu. & per Baldum & Dy. in l. inſulam. §. 1. ff. ſo. ma. etiam in hærede extraneo patris. & in l. ſi marito. §. ſi voluntate. eodem titulo per Bartolum & per Baldum. C. de dona.
5 promiſ. l. final. vbi not. quòd ſi ſtatuto † filia excludatur à patris ſucceſſione & deferatur agnatis, coguntur agnati ipſam filiam dotare. & facit quod notatur per eundem in l. neque matri. C. de iur. do. & ab hac ſententia gloſſ. & tantorum doctorum auctoritate ſuffulta temerarium puto recedere. cùm itaque conuenienter dictis ſororibus in congruis alimentis & dotibus, cum res exegerit, ſit iuris auctoritate prouiſum, ſatis habeant & contentæ ſint, quoniam plerunque & mores præſentium ſeculorum, & leges frequentes municipiorum id habent, vt vniuerſa patris bonorum & hereditatis ſucceſſio maribus filijs deferatur, filię vero interim alimentis, & cum tempora nuptiarum aduenerint congruis dotibus ſint dotandæ.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius, iuris vtriſq; Doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Quid ſi duo fratres fuerunt inueſtiti de vno ſeudo nobili, & antiquo pro ſe & ſuis hæredibus deſcendentibus maſculis & fœminis, ita vt maſculis extantibus fœminæ non ſuccedant, deficientibus vero maſculi fœminæ ſuccedant, alterius vero prole legitima prorſus deficiente totum ſeudum ad alterum tantum deſeratur, quid ſi ex vno dictorum fratrum remanſerunt duo abnepotes tantum, quorum vnus deceſſit relicta filia, ſecundus vero adhuc ſupereſt, an portio dicti præmortui ſpectet ad dictam vnicam filiam, an vero ad ſecundum abnepotem.

SVMMARIVM.

1 *Natura & conſuetudo ſeudorum in cauſa ſucceſſionis qualiter ſit conſideranda vſq; ad finem.*
2 *Deſcendentium tota linea quocunque gradu præfertur aſcendenti lineæ, ita ut abnepos morientis præferatur patri.*
3 *Primi parentis, qui ſeudum acquiſiuit, perſona proſpicienda eſt, non proximi morientis.*

CONSILIVM CCXXIX.

CVM nobiles de Vinco agentes cecidiſſent à quodam ſeudo nobili quod tenebant & recognoſcebant ab epiſcopatu Taruiſino antiquis & longiſſimis temporibus, Epiſcopus tunc Taruiſinus illud ad epiſcopatum ſuum, & ad ſe reuerſum contulit iure recti nobilis & antiqui ſeudi per ſolennem inueſtituram domino Guertio recipienti pro ſe, & ſuis hæredibus legitimis vtriuſque ſexus, ita vt donec maſculi ſint, fœminæ non ſuccedant; deficientibus vero maſculis filię ſuccedant. Poſt hæc de conſenſu & voluntate domini Guertij ſucceſſor domini Epiſcopi de eodem ſeudo inueſtiuit, poſtquam morte vel alio modo defeciſſet ad eum pertinere, nobiles dominos Vbertum & Guertium fratres & filios quondam domini Henrici olim fratris dicti domini Guertij pro ſe, & ſuis hæredibus deſcendentibus maſculis & fœminis, ita vt maſculis extantibus fœminæ non ſuccedant: deficiētibus vero maſculis fœminæ ſuccedant: alterutrius vero prole legitima prorſus deficiente totum ſeudum ad alterum tantum deſeratur. ex dicto domino Vberto remāſerunt nouiſſime tres abnepotes per lineam maſculinam legitimi, quorum primus ſua prole mortuus eſt, ſecūdus relicta vna

filia

fiiia ſtemina,tertins ſupereſt habens filium maſculum,
ex dicto vero domino Guertio fratre dicti quondam
domini Vberti ſunt alij deſcendentes,de quibus in præ
ſentiarū non quæritur, dubitatur an pars dicti ſecundi
abnepotis domini Vberti mortui ſuperſtite vnica filia
ſibi ad quem pertineat, vtrum ad dictam filiam ſuper
ſtitem, an vero ad tertium abnepotem ſuperſtitem,
aut ſi ſuperſtes non foret,ad eius filium maſculum ſu-
perſtitem fratrem patruelem dictæ mulieris,&c.

¶ In qua quæſtione videtur prima fronte dicēdum,
ipſam filiam decedentis abnepotis in dicta parte feudi
patri ſuo ſuccedere,& fratri ſuo patrueli, ſeu etiam pa-
truo ſuo in ea patris ſui parte præferendam propter il-
lam clauſulam alterutrius vero prole prorſus legitima
deficiente totum feudum ad alterum deuoluatur, cu-
ius clauſulæ & verborum vis & poteſtas videtur, vt ab
vno pars ſua non aliter deuoluatur ad alterum,quàm ſi
is prorſus ſine prole legitima defecerit. cùm itaque di-
ctus ſecundus ſuperſtitem filiam legitimam relinquat,
non poteſt dici eum ſine prole prorſus legitima deceſ-
ſiſſe,vt C.de cōdi.inſer.l.1.& ad tre.l.iubemus.§.ſi quis
ante.& ff.de ver.ſig.l.non eſt ſine liberis,& conſequen-
ter pars eius non debet deuolui ad fratrem ipſius mo-
rientis,ſeu fratris filium ſuperſtitem, ſed magis ad fili-
am ſuperſtitem morientis,tunc ante maſculi fœminas
excluderant virtute clauſulæ præcedentis, cùm ex vno
ſupereſſent filij & filiæ,vel nepotes & neptes, non autē
cum ex vno ſupereſt tātum filia, quæ primum gradum
tenet iure deſcendentis ad morientem, alter autem vel
alterius filius ſuperſunt, qui ſint morienti tertio vel ſe-
cundo gradu lineæ tranſuerſalis. Diuerſitas namque ſti
pitum & graduum hāc probabiliter interpretationem
admittit. Diuerſam tamen ſententiam veriorem exi-
ſtimo,cuius rei gratia proſpiciendum eſt, quòd illa vl-
tima clauſula, alterutrius vero, refertur ad dictos duos
fratres primo loco inueſtitos,videlicet dominos Vber
tum & Guertium, vt alterutrius eorum prole prorſus
legitima deficiente pars illius ad alteram ſuperſtitem
deuoluatur, & hoc maxime ſignat prima ſignificatio
iſtius articuli alterutrius, qui inter duos tantum ſecun
dum rationem recti ſermonis ponitur,vt not.C.de ſur.
l.ancillæ, clauſula præcedens igitur ne videantur inui-
cem repugnantiam continere reſpicit deſcendentes ex
vtroque ſeu ſingularis eorum qualiter ſcilicet inter de-
ſcendentes ex vno eorum ſeruandum ſit in parte ſua,
quia ſcilicet quamdiu ex domino Vberto maſculi ſint,
fœminæ ex eo deſcendentes non ſuccedant in eam par
tem,& conſimiliter quamdiu ex domino Guertio fue
rint maſculi deſcēdentes, fœminæ ex eo deſcendentes
non admittuntur. Porro hanc interpretationem robo
rat præter vim & poteſtatem verborum quam ſupra ex
1 poſui † natura & conſuetudo feudorū,quę primo qui-
dem habet, vt fœminæ non ſuccedant, vt in c.1.§.hoc
ante notandum.qui feu.da.poſ. Deinde etſi expriman-
tur,vt fœminæ ſuccedant cum maſculis,id tamen vt in
telligatur & ita ſuccedant fœminæ ſi maſculi non exi-
ſtant,vt in c.1.§.filia.de ſuc.feu. & Epiſcopum vel Ab-
batem.§.quin etiam.nec conſideratur ſtipes vel gradus
proximitas.nam morienti ſuccedit potius fratris filius
quàm filia ipſius morientis, vt eſt expreſſum in c. vni-
co.de eo qui ſib.& hæte.ſui.inueſt. accepit. dummodo
ex eo qui primus de ſeudo inueſtitus ſit vtriq; ſint hoc
eſt tam maſculus, quàm fœmina vnus namque ſtipes
ſeu vna radix eſt, & ipſe maſculus proximum gradum
tenet lineæ maſculinæ,quæ fœminæ præfertur quocun
que gradu morientis fuerit cōſtitutus, hanc nempe ra-
tionem ſentit text.d.c.1.de eo.qui ſi.& hæ.ſu.

¶ Ad exemplum eius,qui eſſet in quarto gradu lineę
deſcendentis puta abnepos morientis, nam præfertur
in ſucceſſione patri & matri morientis,quanquàm pri
2 mum gradum teneant aſcendentes, eo † quòd linea to
ta deſcendentium quocunque gradu præfertur aſcen-
denti lineæ. vt in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & leg.
& in auth. deſuncto.ad tertul. ſic nā prior eſt linea ma
ſculorum in ſuc.feu.quàm linea fœminarum ſiue gra-
duum diſtinctione, ſeu conſideratione, vt ex iuribus ſu
perius allegatis colligitur. aut cum ex duobus pariter
ab initio inueſtitis aliqui deſcendant, tunc iure feudi
& natura non fit deuolutio partis vnius deficientis eti-
am prorſus ſine prole vel maſculina rātum ad alterum
ſuperſtitem vel ad ipſius præmortui filios maſculos vel
liberos maſculos, etſi ex linea maſculina deſcendant,
niſi quatenus in ipſa feudi cōceſſione comprehenſum
ſit,vt in c.vnico.de bene.fratris & qua.fe.ſuc. & in c.v-
nico.de duo.fra.de no.bene.inue. niſi igitur in ipſa in-
ueſtitura facta in dictos dominum Vbertum,& domi-
num Guertium fuiſſet ſpecialiter actum, vt portio al-
terius ad alterum deuolueretur,altero eorum ſine ma-
ſculo mortuo,non ad fratrem vel fratris filios pertine-
re,vt d.c.1.de bene.fra.& de duo.fra.de no.be.inue.de-
uoluitur igitur quatenus eorum alterutrius prorſus le-
gitima proles defecerit,hoc eſt, cùm ex alterorum mo
riente neque maſculus, neque fœmina ſit, intelligitur
enim quiſque voluiſſe potius ſuis hæredibus prouide-
re,quàm extraneo ſeu fratri,vt d.c.vnico.de duo.fra.de
no.bene.inue.nec eſt locus querelæ, ipſi fratri ſuperſti-
ti, vel eius filijs, qui omiſſa ſpeciali pactione ad fratris
vel patrui patrem nullatenus veniebant.veniunt igitur
ſecundum formā ipſius pactionis, hoc eſt cum ex mor
tuo nullus ſupereſt maſculus, vel fœmina. ſane cum ex
vno omnes tam maſculi, quàm fœminæ deſcendant,
tunc creditur quiſque potius ſuis hæredibus maſculis,
quàm fœminis prouidere ſiue hoc ipſum exprimat &
diſtinguat,vti hic factum extitit,cum conueniat vt ma
ſculis extantibus fœminæ non ſuccedant,ſiue hoc non
fuerit diſtinctum & expreſſum.vt in pręalle. §. ſimilia.
in auth. de ſuc. feud. propter frequētiſſimam naturam
feudorum,& conſuetudinem potius maſculos, quàm
fœminas adiuuantem. Relinquitur itaque per ſuperio
ra concludendum,partem feudi dicti abnepotis quon-
dam domini Vberti primi parentis inueſtiti ſecundo
loco mortui ſine maſculis vnica ſuperſtite filia potius
ad alterum abnepotem ſuperſtitem, vel eo fortaſſis pręmortuo ad filium eius maſculum ſuperſtitem, quàm
ad ipſius ſecundi abnepotis filiam pertinere, linea vel
gradus proximitate non ad ipſius abnepotem ſecun-
dum ſiue eius perſonam collata,ſed ad ipſum primum
parentem, hoc eſt, ad ipſum dominum Vbertum rela-
ta, ipſe namque abnepos vel adnepos dicti domini V-
berti proximum gradum lineæ deſcendentis & maſcu-
linæ ad dictum dominum Vbertum, qui feudum ac-
quiſiuit, obtinet, & ideo præfertur abnepoti eiuſdem
domini Vberti in linea fœminea, quæ poſterior eſt in
ſucceſſione,tametſi pari gradu ſit abnepti,hoc eſt à pa-
truo ſuo,& pręcedit gradu abnepotem,hoc eſt fratrem
3 ſuum patruelem.† primi namque parētis, qui feudum
acquiſiuit,perſona proſpicienda eſt, non proximi mo-
rientis,vt in de eo qui ſibi & ſuis hæred. c. vnico. non
obſtante clauſula vltima.ibi,alterutrius vero,&c. quæ
in diuerſum allegatur, quia ad ipſos duos primos in-
ueſtitos,non ad deſcendentes ex altera earum in viam
contendentes referenda tam ex verbis ipſius clauſulæ,
quàm ex communi & conſueta natura feudorum,vt ſu
perius eſt oſtenſum.

¶ Ego Raphael Fulgoſius I.V.D. ita dico & cōſulo.
Qui D. Fulgoſius obijt 9. Sept. 1427. vt inueni memo-
riæ proditum in veteri manu ſcripto exemplari.

ARGVMENTVM.

¶ An ſola poſſeſſione abſque aliquo titulo valido,
& ſolenni quis efficiatur legitimus contradictor, adeo
quod auocare volens res ab eo poſſeſſas, teneatur ſibi
offerre libellum. Et an poſſidens ciuiliter teneatur da-
re libellum poſſidenti naturaliter tantum,ſi ab ipſo ve-
lit auocare poſſeſſionem naturalem quam penes ſe ha
bet,an vero procedi debeat ſummarie.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum, quæ poſſidebantur per defunctum tempore mortis, niſi appareat legitimus contradictor.*
2 *Poſſeſſio ſola non facit legitimum contradictorem. & quis dicatur legitimus contradictor.*
3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica poteſt concedi in perpetuum, vt comprehendat hæredes extraneos.*
4 *Res eccleſiaſtica alienationis quibus ſolennitatibus non ſeruatis nulla ſit.*
5 *Tenutam quando quis dicatur habere per inquilinum.*

CONSILIVM CCXXX.

IN quæſtione vertẽte inter ſpectabilem D.
Agneſinam conſortem ſpectabilis & generoſi viri D. Andreæ Contareno, & egregiũ legum Doct. D. Bartholomæum Gleſiam, dicendum videtur d. Bartholomæũ
mittendum in poſſeſſionem ſecundum formam petitionis ſuæ non obſtante contradictione facta pro parte
1 dictæ d. † Conſtat enim & iure communi hæredem inſtitutum mittẽdum in poſſeſſionẽ bonorum, quæ poſſidebantur per defunctum tempore mortis, niſi appareat legitimus cõtradictor. C. de edi. di. adri. tol. l. fi. & iure municipali, vt in ſtatuto ſi ad aliquẽ, &c. domina aũt Agneſina nõ eſt legitima contradictrix, nã licèt dicat
2 ſe poſſidere, † ſola poſſeſſio nõ faciat eam legitimã contradictricem, vt in d. l. fin. in ver. legitimo modo. & ibi not. per glo. & doc. plene, quis dicatur legitimus cõtradictor. non aũt eſt legitima cõtradictrix ratione ceſſionis, quã allegat. quoniã illa ceſſio euidenter nulla eſt, & nullum ius potuit transferre multiplici ratione. prima quia fratres à quibus ceſſionẽ habuit, ſunt omnino incapaces rerum immobilium, vt in cle. exiuit. de ver. ſig. & ſic non potuerunt trãsferre ius, quod non habuerũt. de acqui. re. do. l. traditio. & de re iu. l. nemo plus. ſed q̃a etſi eſſent capaces, cùm iſta domus ſit emphyteuſis eccleſiæ ſanctæ Iuſtinę, vt dicitur euidenter probari, non potuit teſtator per fideic. relinquere ipſis fratribus tanquam potioribus. C. de iure emphy. l. fi. & no. gl. de ver. obl. l. ſi ita quis. §. ea lege. nec in vniuerſali fideic. hęreditatis venit ipſa res emphyteutica, etiam ex mente teſtãtis, ne res incidat in cõmiſſum ſecundũ Bart. de le. 2. l. codicillis. §. inſtituto. et ſi diceretur ꝙ ſecundũ hęc D. Bartholomæus ius haberet, quia emphyteoſis eccleſiaſtica non tranſit niſi ad deſcendentes. Reſpondetur ꝙ imo ſecundũ conſuetudinem eccleſiaſticam huius ciuitatis conceditur & tranſit etiã ad hæredes extraneos, quæ cõſuetudo eſt attendenda, & ceſſante etiã conſue-
3 tudine † poteſt concedi in perpetuũ, vt cõprehendat etiã hæredes extraneos, vt no. Bal. C. de ſa. ſan. ec. auth. ſi
4 quas ruinas. in prin. tertio † quia fratres non potuerũt, dato ꝙ iſta domus ad eos ſpectaſſet, alienare hanc rem immobilem, niſi præcedentibus debitis tractatibus & auctoritate ſuperioris, vt in c. 1. de re. non ali. li. 6. & ibi not. & 12. q. 2. c. ſi nõ exceptione. quæ auctoritas ſuperioris hic non affuit, nec tractatus præceſſit. Itẽ debuerant congregari fratres mãdato principali, ſeu ſuperioris. C. de decu. l. obſeruare. & ſpecificari nomina eorũ, qui interfuerunt huiuſmodi ceſſioni & conſtitutioni ſyndici, vt plene not. quod cuiuſque vniuer. l. nulli. per Bartol. & Bald. quod factum non eſt. Rurſum conſtat, quòd fratres non potuerunt donare iura eccleſiæ. argu. de pac. l. contra iuris. §. final. & C. de tranſ. l. præſes. iſta autem ceſſio fuit quædam donatio, cùm non appareat de credito dictę dominæ Agneſinæ. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſaltem ratione poſſeſſionis dictæ dominę Agneſinæ, quamuis non aliter iuſtificatur, debet ſibi offerri libellus, nec aliter procedi poteſt contra ea, quia hic non eſt verum ex quo nullum iuſtum titulum allegat ſecundum Bart. & cõmuniter doc. in d. l. fina. de edi. di. adr. tol. & appareat ex text. quia non eſt procedendum per modum iudicij, niſi cum apparet legitimus contradictor. Præterea cùm per ſtatutum ſi ad aliquem poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem ipſo iure, & conſequenter cõtinuata ſit in d. Bartholomæum hæredem d. Bonæ, non poteſt d. Agneſina ex apprehenſione nanciſci poſſeſſionem, quæ continuatur in d. Bartholomæum, cùm duo non poſſent inſolidum poſſidere. de ac-
5 qui. poſ. l. 3. §. ex cõtrario. cum ſi. † Nec etiam dici poteſt habere tenutam, quia per inquilinum non recognoſcit ab ea non dicitur locator tenere, ſed poſſeſſionẽ habere. Tenuta vero eſt penes inquilinum, cum ſit facta pro hærede. l. 2. §. 1. & cõmu. diuid. l. communi diuidendo. §. neq;. & ſic cum nec habeat poſſeſſionem obſtante ſtatuto, nec tenutam, non eſt offerendus libellus ei. præterea dato, quòd haberet tenutam, aut etiam naturalem poſſeſſionem, tamen dominus Bartholomęus habens ciuilem non habet neceſſe offerre libellum, ſed propria auctoritate poſſet expellere talem naturalem poſſeſſorem, vel detentorem, quaſi turbetur ſua ciuilis per huiuſmodi detentionem, vt not. gloſſ. C. vnde vi. l. 1. & Inſti. de interd. §. retinendę. & ff. vti poſ. l. 1. §. interdictum. & ibi plene per Bart. tamen ſtatutum voluit, quòd non propria auctoritate, ſed citato poſſeſſore fiat miſſio ſine controuerſia, quæſtione, & querela, ſummarie, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij. & ſic appareat, quod non exigitur libellus, nec vllus alius ordo iudiciarius, vt in cle. ſæpe. de ver. ſig. nec poteſt dici, quòd propter fideicom. relictum fratribus tollatur beneficium miſſionis domino Bartholomæo, quia vt dictum eſt, fratres ſunt incapaces tum ratione regulæ ſuæ, tum quia res eſt emphyteotica, & dato quòd non eſſent, tamẽ fideicommi. relictum fratribus ex quo ipſi fratres non concurrunt, nec contradicunt, non poteſt domina, quæ non habet titulum validum à fratribus & ſic habere non videtur, vt qui ſa. cog. l. quotiens, impedire miſſionem hæredis, quemadmodum nec extraneus poſſet.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius.

SVMMARIVM.

1 *An ſi quis promiſit ſingulis annis dare vni anforas duas vini, an teneatur ſolummodo dare vinum, an vero vinum & anforas.*
2 *Conſuetudo ipſorum agentium prius conſideranda eſt, quam conſuetudo regionis.*
3 *Perſonarum dignitas & qualitas præcipue in relictis aſſignationibus conſideranda.*

CONSILIVM CCXXXI.

IN quodã inſtrumento cuiuſdã conceſſionis eccleſiæ ſctĩ Matthiæ de Murano factæ olim per Epiſcopũ Torcellanũ inter alia continetur hoc infraſcriptũ. videlicet, Vobis autem & ſingulis ueſtris hic tenebimur annis ſingulis exhibere duas ampullas puri vini. 8. diebus ante feſtũ ſctĩ Matthęi, Eps vult habere vinũ & ampullas aſſerẽs hãc eẽ cõſuetudinẽ in ſua dyœceſi, ꝙ oẽs eccleſiæ & monaſteria tam monachorum, q̃ monialium, ac etiam clericorum dãt vinum ſimiliter cum ampullis. Præfatus autem dominus Prior, & dominus Frãciſcus Gerardo dicto ſyndicario nomine negant, dictũ monaſterium fore obligatum ex aliqua conſuetudine ad dãdum vinum ſimiliter cũ ampullis, imo per dictũ monaſterium contrarium fuit & eſt obſeruandum. videlicet dare vinum retẽtis ampullis, & vbi appareat de aliorũ monaſteriorum, ſeu eccleſiarum conſuetudine in pręſtando vinũ cum ampullis, dicit idẽ D. Prior, ſibi, nec eius monaſterio poſſe in aliquo præiudicare. quæritur modo quid ſit iuris, &c.

¶ Reſpondendo prædictæ conſultationi dicendum eſt, ꝙ illa verba conuentionis ſupra relata ãbigua ſunt, & ad

& ad vtrunque ſenſum pertinentia, & quòd ſolum vinum quantitatis, quam tenerent duæ ampullæ, in oblatione & annua præſtatione ſit. & ampullarum mentio non ad præſtationem, ſed ad deſignationem menſuræ ſeu quantitatis vini præſtandi facta ſit, quod etiam & vulgari modo, & communi vſu loquendi ſæpe deprehenditur, nam ſi quis anſoram vel quartam vini ſingulis annis legauerit, vel præſtare promiſerit in ciuitate Venetiarum, vbi ſermonibus vtuntur, vel Paduæ dari iuſſerit vnam vegetem vini, vel duos maſtellos, nemo qui ſapiat, non niſi de quantitate vini, aut de vino dictæ quantitatis intelliget, & probatur etiam per l. ſed etſi ſuſceperit. §. libertis. ſecundum vnam expoſitionē in glo. ibi poſitam. ff. de iu. Item poſſet intelligi, vt non modo vinum, verumetiam & ampullæ præſtandæ ſunt in præſtatione annua, quod dicit pars Reuerēdi patris domini Epiſcopi Torcellani per ſimilitudinē aliorum locorum & monaſteriorum ſuæ diœce. iure itaque in ambiguo is ſenſus accipiendus ſequenduſq; eſt, de quo apparent ſenſiſſe cōtrahentes, vt ff. de re. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. id autem deprehenditur ex retro acti

2 temporis obſeruantia. prius † namq; ſpectanda eſt conſuetudo ipſorum agentium, quàm conſuetudo regionis, vt ff. de le. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. final. & de vi. ol. & tri. le. l. ſi quis vinū. & l. ex vſu. Cùm itaque proponitur monaſterium ſancti Matthiæ retro actis temporibus ſolum vinum duarum ampullarum, non etiam ampullas præſtitiſſe, credendum eſt, de ſolo vino præſtando cogitatum fuiſſe, nō etiam de ampullis pręſtandis, argu. ff. de ali. le. l. cum alimenta. in princip. & de annu. le. l. ſi cui. ampullarum namque mentio ad deſignationem quantitatis, ſeu menſuræ adiecta fuiſſe credenda eſt, vt ff. de vi. tri. & ole. l. 3. §. 1. ibi, ſic enim loquimur,

3 &c. Rurſum † ex perſonarum dignitate & qualitate poteſt id intelligi, hoc eſt, reuerēdi domini Epiſcopi Torcellani, cuius munificentiæ & liberalitati congruit, pauperes monachos minus onerare voluiſſe, ex beneficij quoque natura, quòd ipſe reuerendus pater D. pie exercuit, & deuotionis cauſam in dictum monaſterium, vt ipſum beneficium pro ipſis monachis, quibus concedebatur, late, imo latiſſime interpretetur, vt ſolum vinum ſine ampullis debeatur, vt ff. de conſti. princi. l. beneficium. Nouiſſime in obſcuris, quod minimū eſt, ſequimur, vt in præalleg. regula iuris. ſemper in ſtipulationibus. in fin. & l. ſemper in obſcuris. & potius contra eum, pro quo lex dicta eſt, fiat interpretatio, vt ff. de pac. l. veteribus. quamquam his omnibus derogaret probata conſuetudo regionis, hoc eſt, dyœceſis Torcellanæ, vt eiuſmodi verbis non ſolum vinum, verumetiam cum ampullis præſtaretur, niſi proponeretur, vt proponitur, quod ſemper in præteritis temporibus ipſum monaſterium ſancti Matthiæ ſolum vinum duarum ampullarum, non etiam ampullas pręſtitiſſet, præualet namque ſpecialis ipſorum locorum conſuetudo generali aliorum locorum conſuetudini, vt d. l. ſi ſeruus plurium. §. final. & aliis concor. & quia generi per ſpeciem derogatur, ff. de reg. iur. in toto & eodem titulo. c. generi. lib. 6. Quibus ex omnibus relinquitur concludendum, in propoſita diſceptatione iuſtiorem fore ſententiam & cauſam & petitionem prælibati domini prioris, ſuique ſyndici, quàm Reuerendi patris & domini domini Epiſcopi Torcellani.

¶ Et ita dico & conſulo ego Raphael Fulgoſius, iuris vtriuſq; Doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Emphyteuſis ſeu feudum conceſſum duobus fratribus pro ſe, & hæredibus maſculis, & his deficientibus fœminis, an ſi moriatur vnus ex dictis fratribus relicta filia fœmina, ipſa ſuccedere debeat in dicto feudo, an vero alter frater ſuperſtes.

SVMMARIVM.

1 *Dominium vtile tranſit in emphyteutam per inueſtituram.*

2 *Fratres & ſorores an in emphyteuſi eccleſiaſtica æqualiter ſuccedere permittantur.*

CONSILIVM CCXXXII.

1 IN propoſita quæſtione † videtur mihi, filiā dicti Fulgumben. in tertia parte dictę emphyteuſis, quæ ipſum Fulgumben. ratū habentem contingebat, potiorem eſſe dictis filijs Ioannis fratribus ſuis patruelibus. & primum in feudo etiam ita nominatim conceſſo duobus fratribus pro ſe, & hæredibus maſculis, & his deficientibus fœminis expreſſum deciſum eſt, vt altero fratrum mortuo filia ſuperſtite, non ad eius partem frater ſed filia admittatur, vt in c. vnico. de duo. fra. de no. benefi. à cap. inue. & in propoſita ſpecie erit, igitur ita dicendū de ſimilibus ad ſimilia procedēdo, quod faciendum eſt, vt ff. de leg. & ſen. con. l. non poſſunt, & l. ſe. & l. neque. cum l. ſeq. & l. cum quibus. & per rationem poſitam in d. c. vnico. quia ſcilicet quiſque intelligitur ſuis hæredibus prouidere. Sed & ſtricta diſputandi ratio concludit hoc ipſum, nam in emphyteuſi eccleſiaſtica ſecundum pleroſq; non ſuccedunt, niſi ipſius emphyteutæ omnes vſq; in tertiam generationem, & maritus & vxor inuicem ſi id nominatim conuenit. vt in auth. de non alie. §. emphyteuſis. col. 2. hodie vero liberi vſque in infinitum poſſunt ſuccedere, non etiam extranei hæredes. vt in auth. de alie. & emph. §. licentiam. & quod not. ff. ſo. ma. etiam in princip. ipſe ergo Ioan. ſi ſuperuixiſſet dicto Fulgumben. cui rata habenti tertia pars dictæ emphyteuſis quæſita fuit quo ad vtile dominium, quod in emphyteutam trāſit, vt ff. ſi ager. vec. vel emphy. pet. l. 1. in fin. & l. fin. & no. ff. commo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. iuncta l. ſi ego. ff. de neg. ge. & de dona. l. qui mihi donatum. in fi. iuncta l. fina. C. ad macedo. & c. ratihabitionem. de reg. iur. lib. 6. filia dicti Fulgumben. vniuerſaliter hæres inſtituta à patre ipſum Ioannem excludet in dicta emphyteuſi, ergo multo magis excludet filios & nepotes ipſius Ioannis, ratum autem habuiſſe ipſe Fulgumbē. probatur hoc ipſo, quòd viuens cum dicto Petro & Ioanne dictas domos ſciens pro indiuiſo poſſidet. arg. ff. rem ra. ha. l. quo enim. §. 1. Rurſus quo iure poſſunt dicti filius & nepos Ioānis in ea parte, quæ ad Fulgumben. pertinuit, ius aliquod vendicare, non quidem hæreditario iure, cùm non ſint ſubſcripti Fulgumben. hæredes, ſed filia ſit vt proponitur hæres vniuerſaliter inſtituta, non etiam ex cōtractu dicti Ioannis patris & aui, quia non niſi pro tertia parte ſuo nomine ei iure emphyteutico traditæ ſunt ipſæ domus, pro reliquis autem duabus traditæ ſunt ſibi nomine fratrum, ſcilicet Petri & Fulgumben. vnde non ſibi pro illis duabus partibus, ſed fratribus ſunt quæſitæ. qui ratā habuerunt ſibi ſuis nominibus factam traditionē, vt in præallegat. l. ſi ego. & de acqui. re. do. l. ſi procurator rem mihi. & de regul. iur. c. habitionem. libro 6. & per hoc apparet non obſtare, quod de non facta ceſſione proponitur. licèt enim per liberam perſonam, quæ ſui iuris ſit regulariter non quæratur actio & obligatio, dominium tamen & poſſeſſio bene quæruntur volentibus per ſui iuris perſonam, etiam ſine vlla ceſſione, quando nomine domini fit traditio & acceptio, vt ff. de acqui. re. do. l. ea quæ ciuiliter. & C. per quas perſo. l. 1. & de acqui. poſ. l. 1. & l. procura. & Inſti. per quas perſo. §. ex his. & eccleſiæ datur vtilis actio ex contractu ad canonem promiſſum per d. Ioannem nomine fratrum contra ipſos fratres ratam habētes, etiam ſine ceſſione ad exemplum inſtitoriæ, vt eſt expreſſum ff. de euict. l. ſi cum venditor. §. final. & argu. de act. empt. l. Iulianus. §. ſi procurator. iuncto c. ratihabitionem. de re. iu. in 6. Sed etſi ſine ceſſione non fuiſſet quæſitum ius em-

ius emphyteuticum pro tertio dicto Fulgumbæ. & ra-
tihabitione interpoſita, quæ necdum fuiſſet ſubſecuta,
ipſa tamen filia hæres patris ratum habere defuncti pa
tris nomine geſtum & deſiderare per actionē nege. vt
ſibi pro ipſa tertia parte crederetur, vt ff. rē ra. ha. l. ſi ſi
ne. §. ſi procu. & de re. iu. c. ratū. lib. 6. & quod ibi per
Cy. porro quod dicitur de linea ſeu generatione ma-
ſculina, quæ ex ordine debet præcedere fœmininā nō
eſt expeditū in emphyteuſi etiam eccleſiaſtica, in qua
pariter ſuccedunt fœminæ cum maribus. vt in d. §. em-
phyteuſim. nec ordo ſcripturæ, ſeu pronūciationis, ſed
potius iuris ratio ſpectanda eſt, vt ff. de ſolu. l. nec. n. am
plius, etſi id verum foret illud intelligeretur in deſcen-
dentibus cuiuſque ipſorum fratrum hoc eſt, ut filij in
patris ſucceſſione filias eaſdemq; ſucceſſores ſuas ante
irent, non autem vt frater vel fratris filius in ſucceſſio-
ne fratris vel patrui defuncti filias ipſius defuncti in pa
terna ſucceſſione præiret, vt in præal. ca. vnico. de duo
2 fra. a ca. inue. quin etiam † in emphyteuſi eccleſiaſtica
non putarem, id pactione fieri poſſe, vt d. §. emphyteu
ſim. nec pactis priuatorū poſſet hæreditas aliter quā iu
re ſtatutū ſit, deferri, vt C. de pactis. l. licèt. & de pact. ſup
do. con. l. hrditas, & ff de ſuis & leg. l. pe. eſt aūt in ſucceſ
ſione ab inteſtato mortui prior liberorum cauſa, vt In
ſti. de hęre. quę ab ītēſt. deſ. § j. & de ſu. & le. auth. ī ſucc.
& in corpore. vnde ſumitur, nec ex contractu fratris
fratri acquiri poſſit per l. 1. C. per quas pſonas no. acq.
ex his apparet reſpōſum ad ſtatutū, quod præfert ma-
ſculum fœminis dotatis, quia loquimur in ſucceſsione
ab inteſtato. Cæterū ꝙ ex teſtamento nō poſſit filia pa
tri ſibi eā hæredē inſtituenti ſuccedere duriſſimum ſo
ret, cum & extraneum quemuis etiam ignotum poſſet
ſibi hæredē inſtituere, vt C. de hære. inſti. l. extraneum.
& non antiquum ſtatutum, ſed ꝙ tempore delatæ ſuc
ceſ. vigeat ſpectandum eſt, vt ff. de le. l. non eſt nouum.
Concluditur itaq;, in tertia parte dictarum domorum
potiorem eſſe cauſam dictæ filiæ, quàm filiorum ſeu
nepo. dicti Ioannis fratrū ſeu fratris ſui patruelis, quæ
ſcilicet tertia pars ad d. Fulgumben. pertinebat. Fulg.

SVMMARIVM

1 Tutor promittens pupillum ratum habiturum cum erit maior, ſi pupillus non vult ratum habere & petat reſtitutionem in integrum, an tutor teneatur ex ſua promiſſione.

2 Caſu fortuito, & vi etiam imminenti, cui reſiſti non poſſit, poteſt quis etiam pœna ſe ſtipulatione conſtringere.

CONSILIVM CCXXXIII.

PROPONITVR Quod Ludouicus ſuo
ꝓprio nomine, ac tutor, ac curator nomi-
ne Petri filij quondam Paſini & Nicolinus
pro vna parte, & Henricus pro alia parte
ad certas inuicem tranſactiones & conuē
tiones deuenerunt, & inter cætera dictus Ludouicus
promiſit per ſe & ſuos ſucceſſores dicto Henrico pro
ſe & ſuis hæredibus recipienti, ſe facturum & curatu-
rum cum effectu, ꝙ dictus Petrus pupillus, quando erit
factus pubes omnia & ſingula conuenta, & quodlibet
eorum approbabit, laudabit, ratificabit, & confirma-
bit cum & ſingulis promiſſionibus, renunciationibus
iuramentum & obligationibus & ſolennitatibus opor
tunis, tam de conſuetudine, quàm de iure, nec nnquā
in aliquo contrafecit de iure vel de facto, per ſe, vel In-
terpoſitā perſonam, nec poſtulabit in integrum reſtitu
tionem ratione minoris ætatis vel læſionis, vel aliqua,
alia ratione uel cauſa ſub pœna mille duc. & ablatæ rei
æſtimationis reſtitutionis. contingit ꝙ dictus Petrus fa-
ctus pubes ipſam tranſactionem nō ratificauit, immo
pro parte ſua & partibus dictorum Ludouici & Nico-
lini, quas dicit ex iure accreſcendi ad ſe perueniſſe, di-
ctam tranſactionem non approbans cōtra cōtenta ve-
nit, quæ in iuramēto dictorū Ludouici & Nicolini ſue-
1 runt validata, quæritur modo quid iuris. ¶ † In præmiſ
ſa quęſtione videretur prima facie dicendum, dictū Lu-
douicū non teneri, ſi dictus Petrus ipſo iure non ætatis
beneficio petat, ſe contra eiuſmodi tranſactionē audi-
ri. nam cum proponatur, dictū Ludouicum tutorem
dicti Petri fuiſſe, potuit bona fide tranſigere, ut C. de trā
ſa. l. præſes. & quod ibi not. & ff. de ſurtis. l. interdum. §.
tutelam. cum concor. ideoq; ea tranſactio nocet pupil
lo, & ſi controueniat, cōtrauenit per iniuriam, quæ nō
facit ſtipulationē rati cōmitti, ſicut & in dicto procura
tore dr̄, vt ff. rē ra. ha. l. ſi ſine. §. cū. aūt & colligitur eod.
tit. l. cùm minor. in prin. dum in vero procuratore ſolā
culpam exigit in promiſſione veri procuratoris, ꝙ in
integrum reſtitutionē non petit minor, quaſi culpa ra-
tihabitionis in vero ꝓcuratore fruſtra interponeretur.
verum rectius arbitror contra dictū Ludouicum ex di
cta ratihabitione, ut præfertur conceptam pœnam Hē
rico, vel eius ſucceſſoribus protinus eſſe commiſſam.
nam promiſit idē Ludouicus nominatim, ſe facturū
cum effectu ꝙ dictus Petrus non faceret contra contē-
ta in eiuſmodi tranſactionibus, ſeu cōuentionibus de
iure nec de facto, & ſic non modo ob. contrafactū de
iure, verū ēt ſi per iniuriam idem Petrus vllo modo cō
faceret, voluit idem Ludouicus ad ſupra relatam pœ-
nā ex ſtipulatione teneri, cui potui, & in hunc caſum
2 etiā iniuriæ ſe nominatim dictus Lud. obſtringere † ſi
cut & ob alium fortuitum caſum & vim maiorem,
cui reſiſti non poſſit, pōt quis ēt pœnæ ſe ſtipulatione ꝯ-
ſtingere, ſi id ſpecialiter caueatur, vt ff. ſi quis cau. l. ſed
etſi quis. §. quæſitum. & quod ibi no. poſt glo. per doct.
& C. de cōmo. l. 1. per Cy. & alios. Præterea etiam ve-
rus procurator, qui de rato cauit, ſi per iniuriam domi
nus contrauenerit, ad litis impendia tenetur, vt in d. l. ſi
ſine. §. cū aūt. expreſſum ē igitur & pari ratione tutor,
qui cauerit de rato, tenebitur, quorum impēdiorum
cauſa pōt dici ne ſtipulator impendiorū quantitatis ꝓ-
batione, quæ plerunque difficilis eſt, oneretur hanc pœ
nam certæ quantitati adiectā iuxta conſiliū legiſlato-
ris. Inſti. de ver. ob. §. fi. & ff. de præto. ſtip. l fi. Rurſus ſi
aut verus tutor non fuerit idē Ludouicus, aut fuerit, ſed
legitime nō cauerit, aut tutelæ adminiſtrationem nō
acceperit vt oportuit. hoc eſt, iudicis decreto, & facto
inuentario ſm l. vltimā. C. arb. tute. vel non. ut lege cau
tum eſt iurauerit, ſicut in re propoſita dicitur contigiſ-
ſe, palam eſt ꝙ geſſit. vel ipſi pupillo nocere potuiſſe, vt
ff. de legi. tu. l. legitimos. & quod ibi no. per Dy. Barto.
Bal. & Iac de Are. poſt glo. & per Cy. & cæteros. C. de
admi. tu. l. fi. ideoq; Petrus antedictus de iure agit, & ꝓ-
pterea committetur indubitate pœnalis ſtipulatio, ut
arg. ff. rem ra. ha. l. ſi ſine. §. Marcellus. & d. l. cum mi-
nor. ibi mandato vero nō interueniente &c. Porro lon
ge amplius expaueſcēdū eſt, ne quid grauius incurrāt,
ꝙ ſ. & infames fiant. & omni emolumēto, ꝙ ex ea ſue-
rat tranſactione cōſequutus, careat, cùm proponatur
eiuſmodi pacta per interpoſitionē iuramenti fuiſſe fir-
mata, cùm non impleat ipſe Ludouicus quæ interpoſi-
to iuramento ſpoponderat. ar. C. de tranſa. l. ſi quis ma-
ior. caueat itaq; dictus Ludouicus ne & pręter pœnæ ſo
lutionem pecuniariæ ex inobſeruantia grauiores pœ-
nas incidat, qđ uериſſimū puto. ¶ Ad allegata in diuer-
ſam partē ex ſuperioribus clara patet reſponſio.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius, unà
cum Raphaele de Raymundis.

ARGVMENTVM.

¶ Emphyteuta vel alius debitor ſoluens annuam pē
ſionem an poſſit præſcribere aduerſus dn̄m, vel eius hæ
redem. Et an cōpleta præſcriptione detur reſtitutio in
integrum aduerſus eā ex clauſula generali, ſi qua mihi
iuſta cā. Et an poſſit præſcriptio currere cū mala fide.

SVMMARIVM.

1 Creditor minores vſuras, quàm ſtipulatus fuerat accipiens an maiores remittere dicatur.

2 Debitor malæ fidei præſcribit contra perſonales actiones.

3 Longiſſimi temporis vel ſtatutaria præſcriptio an ius periurat petitionis, ſi ius periurat excipiendi.

CONSILIVM CCXXXIIII.

DOMINVS Iacobus inueſtiuit in perpetuã emphitenſim de certis fundis Ioannẽ, & Galianũ fratres recipiẽtes pro ſe, ac Guielmo eorũ fratre, ſuisque hæredibus ſub annua præſtatione ſtariorũ 16. frumenti & medietatis vuæ ibi naſcituræ vſque ad quatuor annos. Poſt annos vero quatuor ſub pſtatione tertiæ partis vuæ promiſerũt dicti emphyteutæ intra quatuor annos plãtare dictos fundos, & alleuare, & de his factũ extitit publicũ inſtrumẽtũ inter dictas partes anno dñi. 1329. poſt hæc dicti emphyteutæ, ſeu conductores ſingulis annis præſtiterũt dicto d. Iacobo. 12. ſtaria frumẽti & pro primis quatuor ãnis medietatẽ vuæ dũ & quàm diu vixit, qui vixit poſt dictum contractũ annis 25. vel circa. Eo mortuo vſque ad annum 1413. & tunc mortuo dicto Ioãne & Gulielmo vſque nunc Galianus & Ioannes ſuperſtites & hæredes dictorũ Ioannis & Gulielmi ſimiliter præſtiterunt 12. ſtaria frumenti, & tertiam vuæ ſingulis annis hæredibus dicti quõdã domini Iac. videlicet Bonauenturæ de Aymerico, & Nicolao filijs quõdã domini Iac. & mortuo dicto Bonauentura de Aymerico filijs & hẽdib⁹ eius nunc Nicola⁹ & filij quõdã dicti Bonauẽturæ d Aymerico hẽdes dicti quõdã dñi Iac. à dicto Galiano, & dictis hæredib⁹ dictorum quondã Ioãnis & Guielmi petierunt in cõpentente iudicio quatuor ſtaria frumenti pro ſingulis annis totius præteriti tẽporis ab ipſo ꝯtractu vſq; adhuc, & quãti eorũ interfuit, q a dictos fundos dicti emphyteutæ ſeu ſucceſſores eorũ minime plantauerũt, ꝙ & in ipſa ꝯtractione æſtimẽt quinque plauſtra vini annua ad rationẽ 7. duc. pro quolibet plauſtro. pars vero rea ſe defendit præſcriptione longiſſimi temporis tam iure cõmuni proſpecto, quia ex tẽpore ꝯtractus trãſierũt fere anni 42. q̃ ſtatutaria præſcriptione 15. an. & legibus municipij vbi agitur & res ac perſonæ de medio ac origine conſtant. Quęritur quænam ſore debeant partes ius in ea cauſa dicentis.

¶ In propoſita queſtione videtur, ream partẽ non officiente præſcriptione propoſita protinus cõdẽnãda in frumenti quantitatem petitã, per l. 1. C. de iure emphy. & l. cum notiſſimi. §. in his. C. de præſcript. 30. vel 40. an. & eius ꝙ partis petitricis interſit ob non plantatos fundos, ſi tanti quantum petitum eſt ſua intereſſe probauerit, per l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. Celſus ff. de ver. ob. & de re iudi. l. & ſi quis ab alio. in fi. & d loca. & ꝯdu. l. ex ꝯducto ĩ prin. in obligationib⁹ oãq; ſaciẽdi reus poſt morã ad id, quod intereſt, obligatur, ex die vero in obligatione poſitæ lapſu mora cõtrahitur. vt C. de ꝯtrahẽ. & con. ſtip. l. magnam. & ff. de ac. & obl. traiectitię. § illo. Supeſt tñ illud oſſẽdere ñ obſtare pſcriptionis exceptionẽ oppoſitã, hoc aũt probat p l. ſi eo. § fi. & l. ſi ſtilicidij. §. fi. quẽad. ſer. ami. & per gl. ordi. hãc qõnẽ in terminis recte formãtẽ & ita decidẽtẽ. C. d pſcr. 30. vel 40. ann. l. cũ notiſſimi. § ĩ his. in fi. gl. primæ p l. cũ fidẽ. C. de nõ nu. pe. p qua ẽt facit l. ſi pri⁹. in prin. a ꝯtrario ſenſu. ff. de aqua plu. ar. potiſſime ẽt ſecũdũ doctrinã ſtricti⁹ id admittẽdum, quando ſ. creditor ſciens. to. deberi ſibi quioq; accipit. nã & in reliquis 5. integrũ ius oblõnis & petitiõis retinet ſine metu alicuius temporalis pſcriptiõis, p l. q vſufructũ. ff q mo. vſufr. amit. vbi dñt eẽ deciſum. ſecũdũ qđ not. Cyo. in d. l. ſi pri⁹. & Cy. in præal. §. in his. ſpecie oã que propoſita palã eſt ipſum quondam d. Iacobum, qui perpetuam locationem ſeu emphyteuſim ꝯtraxit ſacti pprij nõ ignarũ. vt ff. ad velle. l. quãquã. in filijs autẽ & hẽdibus ipſius quõdã d. Iacobi ſcientiã allegãtibus idẽ exiſtimãdum eſt, cùm & ipſi .q. ſtaria frumẽti & vuarum partem acceperint, credẽdu nãque eos, qui perfectæ ætatis erãt & diligẽtes inſtrumẽtũ ipſius ppetuæ cõductionis ſeu locationis emphy- 2 teuſis ꝙ in hæreditate cõpertũ eſt, & vidiſſe & legiſſe, ar. ff de proba. l. cùm de indebito. §. 1. cùm & ipſi ipſam ſcientiam allegant, vnde eis de eorum cõſcientia quæ difficulter teſtibus cõprobat, credendũ eſt, vt no. p gl. Inſti. de ac. §. ecce plerunque. in glo. magna. & per hoc apparet non obſtare c. præſumitur. de reg. iur. lib. 6. qm loquitur quãdo quis ſe ignoraſſe proponit, & eſt pbabilis ignorãtia. at i re ppoſita qs p ſe ſciam allegat & veriſimilẽ ex perſonis & rebus. vt ſupra monſtraui. & hoc ſentit Ioã an. gl. or. dicti c. pręſumitur. & cũ pręſcriptiones huiuſmodi ſint legibus odioſæ, vt C. de anna. exce. l. fi. in fi. & impium pręſidium, atque improba allegatio quę impij vtuntur homines exceptio pręſcriptionis ab ipſa legiſlatione dicatur, vt in Auth. vt Ro. ec. gau. præſcrip. cen. an. circa medium, & ſummo ſtudio ac totis viribus a iuris prudentibus obuiam eundũ eſt, vt argu. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. & de reg. iur. c. odia. li. 6. & benefacit qđ no. per Ang. C. de præſcri. 30. vel 40. 1 anno. ſicut, nec huic ſententiæ contradicit. C. de vſur. l. aduerſus. & l. quamuis. & ff. eo. l. qui ſemiſſes. vbi † creditor accipiens minores vſuras, q̃ ſtipulatus fuerat de reliquis ſeu maioribus non petendis pactis creditur, quia leges illæ loquuntur in præſtationibus annuis, vt menſtruis odioſis, & vbi de lucro agit creditor. Hic autem in vtroque cõtra, quia huiuſmodi annua præſtatio neque ex cauſa lucroſa, neque ex cauſa odioſa deſcendit, & hoc eſt de mente Bal. & Saly. in d. l. aduerſus. Super eo autem ꝙ interſit creditoris id eſt perpetui locatoris ob non plantatos fundos per conductores intra tẽpora præſtituta, quoniã poſt quadrienniũ ſtatim tota ꝯmiſſa fuit ſtipulatio, & nihil eo nomine præſtitũ eſt, pluſculum dubitationis inſurgit, ne ex lapſu 30. anno. poſt ipſos quatuor annos iure communi, aut ex lapſu 15. annorum ſecũdum legem municipij tota eius ꝙ interſit obligatio, protinus ſit perẽpta. Sed hic illud haud inſubtiliter proſpiciendum eſt, num tota præſtatio tanquã vuarum & plantationis ac alleuationis faciendæ intra quatuor annos vnicam tantum obligationem locatori vnicuique inter ipſos contrahentes conſtituant, non quemadmodum dicimus in ſtipulationibus tot eſſe ſtipulationes quot ſunt res ſpecialiter expreſſe, vt ff. de ver. obli. l. ſcire debemus. & l. ꝙ dicitur. ſed in venditionibus atq; ꝯductionibus, cæteriſq; huiuſmodi quotcũque res vno precio vendãtur vel vna mercede locẽtur quotcunq; pacta pro venditore vel locatore ponantur vnus eſt cõtractus, vna venditio, vel locatio, & pars cõtractus & mercedis ſeu precij æſtimantur, vt ff. de pac. l. iuris gentium. §. quinimmo. & de contrahen. emp. l. quis duos, & l. fundi partẽ. & de ſeruis expor. l. ſi venditor. §. fio. & de ac. empt. l. ſi ſterilis. §. fi. & de ædi. edic. l. cùm plures cum l. ſeq. præſtatio itaque vnius rei ex eiuſmodi cõtractibus facta quaſi partis debiti præſtatio totam retinet & conſeruat obligationem ſine metu pręſcriptionis in altera parte ex præcedente tẽpore. præſtatio itaque 12. ſtariorum frumenti & tertiæ partis vineę in toto, ꝙ ex eodem contractu præſtandũ erat, ab odio præſcriptionis ex præcedentibus ſeruat obligationem hoc eſt etiam in reſiduo ſecũdũ diffinitionẽ tn ſuperius ex gloſatoris & doct. ſententijs traditam, illud etiã adnotandũ eſt, ꝙ duo tantũ fuere cõductores, ſeu emphyteutæ Ioannes ſcilicet & Galianus licèt nomine Guielmi receperint, ipſi tñ tenebantur, ſi ratũ habuiſſet, ſuas quiſque actiones pro ſex tãte, ſeu ambo p tertia parte pſtate. prius igitur q̃ ratũ habuerit tota ꝯtractus poteſtas apud ipſos duos reſidet. Ipſe plane Galianus, qui & tunc ſupereſt, cùm ſciat & ſcierit ſe debitorem totius ex cõtractu debiti deſcendentis pro dimidia, nõ potuit cum malafide præſcribere reſiſtente iure canonum, quod in hoc etiam in prato iuſtiniani præualet iuri ciuili, cùm de peccati cauſa & animarum ſalute agatur, vt extra de præſcri. c. quoniã omne. & no. Accur. in pręal. Authen. vt Rom. eec. circa medium & Ioan. An. in c. j. de oper. no. nun. licèt videatur Barto. not. contrarium 2 etiam † malæfidei debitorem contra perſonales actiones præſcribere in l. ſequitur § ſi uiam. ff. de uſuca. ſed Ang. ibi eum rectiſſime ex ſententia canon. corrigit, & idem dñs meus in canonibus ſcilicet d. Ioã. de

Caſtellio

caſtelliono epiſcopus vincen. ſuper c. quoniam omne.
me audiente cenſebat, quæ mihi videntur de mente gl.
in prælleg Authè. vt Ro. eccle. Nam & ibi text. loqui-
tur de præſcriptionibus actionũ perſonalium, vnde gl.
ſuper tex. & ad text. relata præpoſitum confutat Bar.
ſi quis diligenter inſpexerit. pro parte vero Ioannis di-
midiã nec ceſſit præſcriptio, dum dixit per eãdẽ rõnẽ
ſcientiæ, cui nec ſtatutum derogore poteſt etiam ſi, id
nominatim diſponeret, vt no Io. An. in c. fina. de ex-
cep. lib 6. & in nouella. poſt mortem vero dicti Ioãnis
non ceſſerunt tempora ad longiſſimam præſcriptionẽ
ſufficientia, nec etiam ad ſtatutariam, quia ex morte di
cti Ioannis non prætererant niſi an. 7 tempore conuẽ-
tionis factę p executorem & petionis oblatæ cum de-
ceſſerit 1413. aut ſi ceſſiſſet ſufficientia ad præſcriptio
nem ſtatutariam propter hæredum ignorantiam &
ſic bonam fidem ſupereſſet impedimentum præſcri-
ptionis propter partem ſolutam ſciẽti locatori ſeu do-
mino & hæredibus eius vt ſupra propoſitum eſt. Sic-
que nõ obſtante tẽporali præſcriptione propoſita ſequi
debet ſecundum petita & probata reæ partis condem-
natio extra vero propoſitam conſultationem illa inci-
dit deliberatio. nũquid ſtatutaria temporalis exceptio
aduerſus duntaxat actiones debitorem atque fideiuſſo-
rem & ſic perſonas liberat & abſoluit, hipothecas non
tollit, & earum non memini. Non eſt ſane proroganda
lex odioſa à præſcriptione inducta in perſonalib⁹ ad
actiones hypothecarias. ſublata namque perſonali per
præſcriptionem ſupeſſe hypothecariã exploratiſſimi iu
ris eſt. vt C. de præſcri. 30. vel 40. an. l. cum notiſſimi in
princ. & de lui. pi. l. a. l. namque ſicut. & l. omnes. C. de
præſcri. 30. vel 40. an licẽt latiſſimis & generaliſſimis
verbis loqueretur de omnibus tam in rem, quàm in p-
ſonã actionibus, ipſam tamẽ actionẽ hypotecariã, quo
ꝯtra debitores aut eorũ hꝛ̃des ꝯpetijſſet, nullatenus ap
prehẽdebãt ad iuris veteris correctionẽ. Sed neceſſaria
fuit noua cõſtitutio Iuſtiniani in præal. l. cũ notiſſimi in
prin. Sic ergo & in huius interpretatione ſtatuti ſtrictẽ
procedendũ eſt, legis vero communis latiusque fauora
bilior eſt lege municipij probabiliter imitando ſecũdũ
ea, quæ traduntuꝛ̃ per Cy elegãter. C. de leg. l. cũ de no
uo. & ꝺ. eod. l. non debent. & l. neque leges. & l. ſequi.
Nouiſſime & id reminiſcẽdũ eſt, qꝺ etſi propter ignorã
tiam hæredum dicti quondam domini Iacobi cõpleta
fuiſſet præſcriptio contra eos, licẽt cõtrarium ſuperius
deduxerim, ſupereſſet ipſis hꝛ̃dibus ex generali capite
edicti de in integ. reſti. ma. illo ſcilicet. Si qua mihi iuſta
cauſa videbitur, poſito in l. 1. verſus ſi. ex qui. ca. ma. pro
pter probabilem ignorantiam ſuccedentium in ius alie
num, ut ff. de re iudi. l. cum quis in ius alterius. cui ẽt con
cor. ſimilis regula iuris canonici lib. 6. vt ipſi poſſent hæ
redes in integ. reſ. vt not. gl. ff. quem ad. ſeru. amit. l. ſi ſic.
& l. ſi partem. §. fi. & C. de iur. emph. l. a. & Barto. ff. de
iti. act. pri. l. 1. §. item ſi propter inundationem. & ff. de
ver. ob. l. cũ filius. §. in hac. Quibus ex omnibus reliqui
tur concludendũ, recte ex iure facturos reos, ſi ſuis bo
nis ſine lite bona fide agnita ſatisfaciũt, qꝺ nequeũt &
nequibũt tãdẽ effugere. Poſtremo in illo Guielmo, cu⁹
noĩe reliq duo fratres recuperãt, id adijciẽdũ eſt, ꝙ cũ ra
tuũ habere nequierit, niſi certior fact⁹ de ꝯtractu, vt ff. rẽ
ra. ha. l. quo. n. §. 1. impedimẽtũ præſtabit eius ſentẽtia
pręſcriptioni. ꝙ & cæterorũ, de quib⁹ ſupra habũde ſatis
que tractatũ eſt, poſſẽt quoque & dicti domini et perpe
tui locatores ſua prædia vendicare. nulla nãque prolixi
tate tp̃is p̃ſcribũt ppetui cõductores, vel emphyteutæ
dominũ, vt C. p̃ſc. 30. vel. 40. an. l. male agit. & l. cũ notiſ
ſimi. §. fi. & ſi conductores excipiẽt de perpetua cõdu-
ctione, vel emphyteuſi, vt ff. de ſup̃fi. l. 1. §. 1. replicabũt,
quod ex contractu, cui nõ parẽt ſe iuuare non poſſe, vt
ff. de re. in. l. cũ par. §. illi. & in regula extra eo. de re. iu. li.
6. & quia frangenti fidem fides non eſt ſeruanda, vt C.
3 de pac. l. cum proponas. licet. n. † longiſſimi temporis
vel ſtatutaria præſcriptio petitionem perimat, non ius
perimit excipiendi, vt ff. de do. ex ce. l. pucr. §. ſi conſtat
autem ipſam replicationem exceptionem fore, vt In-
ſti. de repli. in prin. & quæ ſunt temporalia ad agendum
perpetua ſunt ad excipiendum, vt C. de excep. l. licẽt.
& nonnuuquam competunt retentiones, non etiam
actiones ex cõtractu huiuſmodi, vt ff. de ac. emp. l. Iulia-
nus. §. ſi quis a pupillo. & ff. de ꝯtrahen. emp. l. ſi in em-
ptione. §. itẽ ſi emptor. & de reſcin. vẽ. l. j. & l. ſi id qꝺ. &
facit qꝺ no. per Cy. C. de præſcr. 30. vel 40. an. l. cõperit.
prætermiui nãque conſulto, ꝙ in annnis obligationibus
ab initio cuiuſque anni ſua tantum incipit & currit prę
ſcriptio, nõ ẽt pro ſequentibus, prout plene tractat Cy.
in d. l. cum notiſſimi. §. in his. qꝺ manifeſtiſſime proba
tur per ipſum §. niſi ei vis fiat. & per l. eos. in prin. C. de
vſu. a ratione illius ceſſante, & per rationẽ §. illud. in l.
cùm notiſſimi. vt ſcribit Cy. in d. §. in his. ſecundũ quia
communis in oppoſitũ eſt ſententia, q̃ in iudicijs magis
ſeruaretur, de ea non curaui. nec dicat quis fruſtra dici
annuæ præſtationi præſcribi in totũ, ſi rei emphyteuti
cæ ſuperſit efficax vendicatio domino, ſi non cõtractui
pareatur vt præmittitur. de quo Cy. dubitauit in d. l. cõ-
petit. non enim fruſtra eſt, quoniam ipſa annua penſio
peti non poteſt, nec ad eam ſoluendam præciſe poterit
conductor vel emphyteuta compelli, qui poſſet, ſi non
obſtaret præſcriptio, quam malet emphyteuticæ rei.
reddere, eamque relinquere.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Laudum arbitri vel arbitratoris iniquum an poſ
ſit peti, vt reducatur ad arbitrium boni viri non obſtã
te ſtatuto ſimpliciter prohibẽte reductionẽ fieri nõ poſ
ſe. Et an minor reſtituatur aduerſus laudum lata.

SVMMARIVM.

1 *A pacto ad legem, & è contra valet argumentum.*

2 *Sententia arbitri ex euidenti iniquitate retractatur officio iudicis, licẽt pacto expreſſo prohibita eſſet reclamatio ob quacunque etiã querelam iniquitatis.*

CONSILIVM CCXXXV.

VONIAM In ſingulis cõſultationis articu
li ſatis habunde diſerteque atque ſubtili-
ter allegatum eſt, paucis agam, & in caſu ꝯ
ſultationis, quo quæritur, liceat ne de laudi
conqueri iniquitate, videtur mihi ſuppoſi
ta magna & euidẽti laudi iniquitate, quæ in ſequenti re
ſponſione quæſtionis detegitur, concedendũ de ipſa ini
quitate queri, nõ obſtante ſtatuto, ꝙ in aduerſum pro-
batur per id maxime, quoniã ſicut id ſtatutũ prohibet
de iniquitate ꝯqueri ſentẽtiæ latę per arbitratores aſſũ
ptos ex forma ſtatuti ipſius inter agnatione cõiunctos,
ita etiã vetat lex de iniquitate ſententiæ arbitri ex cõ-
promiſſo cum pœna addita conqueri, ſed iubet ei pro
tinus ſtari ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, vt ff. de arbi. l. diẽ pro
ferri. §. ſtari & C. codẽ. tit. l. j. & nihilominus ea iura illã
interpretationem, & moderationem acquirunt, dum
dolus & fraus arbitri, & litigatoris abſint, vel alia ſimi-
lis iuſta cauſa, ſeu ratio non ſuadet contra. vt de arbi. l.
ita demum. & l. non diſtinguemus. §. cum quidam. &
C. eo. tit. l. arbitrorũ. nõ ab re itaque & ea lex municipij
lata ſimpliciter, eãdque moderationẽ accipere, ſicut &
reciperet cõuentio compromittentiũ id continens, vt
ff. de operis li. l. ſi libertus. & extra de iureiu. c. quintaual
1 lis. † à pacto nãque ad legẽ & ꝯtra procedit argumẽtũ,
vt ff ꝺ leg incinile. & qꝺ ibi no. de pac. l. nõ impoſſibile.
præſertim ne quis indebite rei ſuæ damnũ incurrat, p l.
adigere. §. quamuis. ff. de iurepa. & not. ſpecialiter per
Bart. C. de leg. l. nondum. & ff. de iuſt. & iu. l. omnes po-
puli. dum quęrit, an ſtatuta recipiant interpretationem
reſtrictiuã, & ne delinquẽdi materia præbeaꝛ̃ per ſtatu-

tum, quod abſurdũ foret, vt ar. ff. de le. & ſe cõ. l. in ambigua. & l. benignus. ex euidenti quoque iniquitate etiã ſentẽtia arbitri, a quo prohibita eſt reclamatio per appellationem, vt C. de arb. l. 1. & per exceptionẽ vel aliã querelam iniquitatis, vt ff. de ar. l. diem proferri. §. ſtari. officio iudicis corrigitur, & retractatur, vt no. ſingulariter per Io. 2. q. 6. c. a iudicibus. & ibi per Arc. & Bern. de arbitris. c. per tuas. & elegãtius vniuerſale ad ꝓpoſitũ p Hoſt. apud Gof & Io. An. poſt Hoſt. in eo. ti. c. nõ ſine. ſuper vltima gl. qui recte in terminis noſtris loquuntur euidentem læſionem, quæ & cauſam peccati mixtam habet, oĩmodo etiã in foro ciuili ſm canones, q̃ in hac cauſa præualent, nulla obſtante lege, nullaq́ue obſtante conſuetudine protinus emendandam dicentes, & con cludẽtes, qui omnimodo videantur in hac conſulationis parte. Illud etiam viget ad modum quod de minoris ætatis ſuffragio in perſonis dictarum dominarum probatur. Neque enim cenſendum eſt, illis verbis generalibus auxilia ſpecialia, quæ alias ex ſpecialibus cauſis proficiſcuntur, abrogata. Quid enim ſi ex falſis inſtrumentis arbitratores moti per ſuum arbitrium grauiter alteram partium oppreſſiſſent, an reſtitutiõis auxilio ex ea cauſa creditur illi municipij derogatum. quid ſi poſt factam ex lege ea compromiſſum alterum compromittentium & litigantium, aut morbo impeditum, aut reipublicæ cauſa abeſſe coactum, ſicque indefenſam ſententiam etiam ſine dolo arbitratorum ea ignorantium damnum & quidem grande continentem, quod præſens paſſurus non fuerat, perpeſſum proponimus, nonne iuſte interpretabimur, eam municipij conſtitutionẽ non obſiſtere, quo minus de iniquitate ꝯquerens & in integrũ reſtitui deſiderans audiatur, & ex illa gñali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, vel alia ſpeciali, vt l. 1. in prin. & §. fi. & l. cum miles. §. fi. ff. ex qui cau. ma. & de iud. l. cum prætor. §. vlt. non minus autẽ fauoris meretur minor ætas in cauſa reſtitutionis, vt in l. fi. & quæ ibi no. ff. de in integ. reſti.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Conuentio facta inter ducẽ armorum & dominũ vel cõmunitatem eum conducentem, vt teneatur duci præſtare auxilium & fauorem, ſi ei moueretur guerra, ſecus ſi ipſe alijs guerrã inferret. quomodo intelligatur bellum alteri inferre, & quomodo dicatur tractare aliqd vel aliquos vt amicos vel inimicos. Et an duci liceat propria auctoritate recuperare ciuitatem amiſſam. Et an occupans terras eccleſiæ dicatur incidere in crimen læſæ maieſtatis.

SVMMARIVM.

1. *Offendere ille dicitur, qui ad iram prouocat, & is pœnam a lege meretur*
2. *Iuris executio iniuriam continere dici non debet.*
3. *Iuriſdictio quid dicatur.*
4. *Præſides prouinciarum iniuste adminiſtrationem negligentes, & delinquentes non punientes ipſimet puniuntur.*

CONSILIVM CCXXXVI.

MAGNIFICVM Et excelſum cõmune Florentiæ recipit illuſtrẽ & magnificũ dominũ comitẽ Guidantoniũ de Vrbino in ſuũ recõmendatũ cũ infraſcriptis capitulis, de qua recõmendatia contractus & capitulũ fuerunt cũ rogatione notarij celebrata & cõfecta, & inter alia cõtinetur in vno capitulo, ꝙ dictus dominus Comes durante dicta recommendatia debeat tractare, & reputare amicos cõis pro amicis, & inimicos pro inimicis in omnibꝰ, & ad omnia In alio vero ꝯtinetur, ꝙ cõmune Florentiæ teneatur & debeat tractare & reputare dictũ dominũ Comitẽ vt ſuum recõmẽdatum, & quãdo offenderetur & guerra ꝯtra ipſum fieret, ipſum adiuuare & ſuæ defenſiõi prouidere: hoc tamẽ declarato, ꝙ pro aliqua guerra, quam ipſe dominus comes moueret a ſeipſo, ſibi dictũ cõmune nullatenus teneatur & poſt hæc in alio capitulo cauetur, ꝙ omnia & ſingula in ipſo cõtractu cõtenta, vel aliquid ipſorũ nõ intelligatur, vel vendicet ſibi locũ ꝯtra Romanã eccleſiã vel cõtra Papã Io. vel eius ſucceſſores canonice intrantes, nec cõtra capitula, quæ dictus Comes habebat cũ dicto dño Papa. poſt hæc dictus dñs Comes creatꝰ eſt Dux ducatus ſpoletani à dño noſtro, qui volens de officialibus curiæ & alijs ad dictũ ducatus officiũ pertinẽtibus prouidere, vt ex debito officij tenebatur, ſm formã cõſtitutionũ cõuocauit parlamentũ dictæ prouinciæ per ſuas literas patentes per illas citãdo & requirendo omnes cõitates & dños prouinciæ ad dictũ parlamẽtũ, vt mitterent ſyndicos & procuratores cũ ſufficiẽti mãdato ad audiendũ, tractandũ, & cõcludẽdũ quicquid in eo proponeretur per ipſum, vel declararet ad præſtandũ ſibi fidelitatis iuramentũ ſm formam conſtitutionũ prouinciæ cũ cõminatione pœnarũ ꝯtentarũ in dictis ꝯſtitutiõibus, vel ſuo arbitrio imponẽdarũ, in qbus literis fuerunt nominatę quædam communitates & terræ, quas tenebat Brachius de forte Brachijs. poſtque Brachius prædictus nulla difidatione facta dicto domino cõmiti prius ſtricte tractatu habito cum aliquibus proditoribus hoſtiliter occupauit Aſſiſium, ac occuparunt Eugubium terras ipſius domini Comitis, quas in vicariatum habebat, & poſſidebat a ſancta matre Romana eccleſia, & plurima damna & depredationes fecit in territorijs ſubditis dicti domini Comitis.

¶ Modo dictus d. Comes requirit dictũ cõe Florẽtię, cùm dicat teneri ad defendendũ & & iuuãdum a guerra ſibi mota p Brachiũ: dictus vero Brachius dicit, ꝙ dictum commune non tenetur attentis ſupradictis capitulis ex duobus. Primo cum dictus dominus comes & Dux per dictas literas citatorias cum cõminatione dictæ pœnæ dicatur mouiſſe guerrã a ſeipſo, ſiue incepiſſe. Secundo quia cùm ſciret dictum Brachiũ amicum & recõmẽdatũ cõmunis Florentiæ & tenere dictas terras illarũ cõitates ſub dicta forma citando nõ tractauit eũ vt amicũ, & ſic ex parte ſua non obſeruauit cõi, quæ debebat, ergo cõe nõ teneẽ, per dictũ vero dñm Comitem negatur ſe aliquã guerram mouiſſe vel incepiſſe, & negatur dictũ Brachiũ amicũ vel recommẽdatũ communis Flor. maxime quo ad dictas terras fuiſſe, vel eſſe poſſe, cũ illas hoſtiliter occupauerit poſt ipſius Brachij recõmendatiã, quã habebat cum cõmuni prædicto cũ cæteris terris contra formã cõſtitutionũ ſanctæ matris eccleſiæ, & per talem occupationẽ, ac etiam quarundã aliarũ in rebellionẽ ſanctæ matris eccleſiæ inciderit, ac hoſtis eiuſdẽ per hoc effectꝰ fuerit ſm formã dictarum conſtitutionũ, vigore quarũ conſtitutionũ propter attẽtata per ipſum priuatus extitit omni iure ſibi quomolibet competenti, & quacũque obligatione, quam etiã cum alio vel aduerſus alium haberet, & ita poſtea per ſententiã Papæ declaratũ eſt. Nec potuit eſſe amicitia vel recõmenditia in prædictis maxime occupatis. nec veriſimile eſt ꝙ commune Florentiæ hic voluerit, ꝙ talis amicitia vel recommendatia Brachij intelligeretur contra eccleſiã Romanã, immo expreſſe in dictis capitulis voluit oppoſitũ. vt ſupra patet. & inquantũ etiã eẽt amicus vel recommendatus quo ad dictas terras, dicit d. Comes non contraueniſſe propter hæc contentis in dictis capitulis recommendatiæ per talem citationem cum comminatione. Modo quæritur quid iuris.

¶ Super eo de quo q̃ritur videtur omiſſa diſputatiõe ſtudio breuitatis & quoniã ſatis ſupra in vtrunque partium allegatũ eſt dicendum, præfatũ magnificũ & excelſum cõe Florentiæ teneri defendere, atque iuuare p̃libatum ac illuſtrem & magnificum dñm d. Comitem Guidantonium cum gentibus ſuis, hoc eſt, magnifici & excelſi communis Florentiæ & defenſioni ipſius domini prouidere pro recuperatiõe ciuitatis Aſſiſij perperã ac hoſtiliter occupatæ per dictũ magnificũ Brachiũ & dãnorũ æſtimationes refectione illatorum per eum

Bra-

Brachiũ dicto domini Comiti, & ſubditis, ac obediẽ-
tibus ipſi domino Comiti, & hoc ea tenore & virtute
capi ſpecialis, qđ incipit, itẽ ꝙ dictũ cõmune Florẽtiæ
&c. quo ſpecialiter cauiũ eſt, ꝙ dictũ cõmune Florẽtiæ
teneatur & debeat dictũ Guidãtoniũ Comitẽ tractare
& reputare vt ſuum recõmẽdatũ, & quãdo offenderet,
& guerra ꝯtra ipſum fieret & obediẽtes ſuos ipſũ adiu
uare, & ſuæ defenſiõi prouidere, & ipſũ & dictos defen
dere & dare ſibi auxiliũ cũ gẽtibus ſui cõmunis & c. ꝑ
ut in ipſo plenius cõtinẽtur. nemo nãq; recte negabit,
ipſũ Brachiũ dictũ dominũ Comitẽ offendiſſe inuaſio
ne & occupatione ciuitatis Aſſiſij, quã ipſe domin⁹ Co
mes in vicariatum a ſcã Romana eccleſia habebat, &
ſubditorum ipſius Comitis deprædationem, cũ ipſum
magnificum dominũ Comitẽ ſpoliauerit idẽ Brachi⁹
poſſeſſione ſeu quaſi ciuitatis Aſſiſij iuriſdõnis ordina-
riæ, quã ea cõceſſione in vicariatum dictæ ciuitatis ha
bebat. habet nãque vicari⁹ iuriſdictionẽ ordinariã. vt C.
de offi. eius qui vi. alt. ge. l. 2. & no. per Hoſt. in sũma de
offi. vic. §. 1. ꝑ quã ſpoliationẽ nõ eſt dubitandũ, dictũ d.
Comitẽ debere dici offenſũ ſm gl. in l. itaque fullo. ff. đ
fur. & ſecũdũ elegãtẽ doctrinam, quã tradidit Bar. ff. de
pub. licitatio. §. quod illicite. & quæ cõſtituitur ea noua
cõſtitutione Fed. de pa. ꝯſtã. in prin. eſt nãque offẽſa † qc
1 quid aliquẽ prouocat iuſte ad iracundiam, vt faciens id
pœnam aliquam a lege mereatur, vt de teſta. mi. l. teſta
mento. §. fi. inuaſor autem legitimis pœnis coherce-
tur, vt C. vnde, vi. l. inuaſor. & l. meminerit. & C. ad l.
iul. de vi. pu. vel pri. l. quoniam multa. & l. ſi quis ad ſe fũ
dum. & ff. ad l. iul. de vi. pu. l. 1. & ſeq. & prin. ſequentis,
& l. ſaut epe. in prin. quæ noſtro caſui conueniunt. quint
mo in crimẽ læſę maieſtatis incidit multiſariã, idẽ Bra
chius, prout colligit ex l. 1. & 3. ff. ad ad l. iul. maie. vnde
pœnam eum mereri ſecundum ea quæ proponũtur ex
eo ꝙ fecerit, nullatenus dubitandũ eſt. Rurſum guerrã
factam eſſe contra ipſum dominum Comitem per di
ctum Brachium manifeſtum eſt inuaſione dictæ ciui-
tatis proditorie & cum exercitu facta, nec non & alte-
rius teritorio ipſius do. Comitis, ut in præal. l. 3. §. ea-
dem lege. quo fit vt impleta ſit conditio promiſſionis
factæ per dictũ potẽs cõe Floren. dicto magnifico do.
Comiti, de defendendo eũ & adiuuando eum cum ſuis
gentibus, quæ conditio fuit cum ipſe d. Comes offen-
deretur, & cum guerra fieret contra eum, tenetur ita-
que ipſum commune Floren. defendere dictum d. Co-
mitem, & eũ adiuuare ſuis auxilijs militaribus ab offen
ſa & guerra, a quibus vcȝ offenſa & guerra non aliter
dicetur ipſum commune Florẽ. dictum Comitem de
fendere & adiuuare, quàm ſi præfatum Comitem poſ
ſeſſionẽ ſeu quaſi ciuitatis Aſſiſij & iuriſdictionẽ, qua
indebite ſpoliatus eſt, recuperare ſtudẽtem adiuuet, ac
defendat. hic namque dominus Comes faciens dicitur
ſe potius defendere, & eiuſdem eius poſſeſſionem ſeu
quaſi, quam animo ſolo retinuit, iueri per recuperatio
nem naturalis violenter ablatæ. quàm offendere vel in
uadere, aut vim poſſidere velle, aut ipſum Brachium
vi de ſua poſſeſſiõe deicere videatur, vt ff. de vi & vi ar.
l. eum qui cum cum armis. & l. qui poſſeſſionem. & qđ
ibi no. & l. gl. videatur in d. §. cum igitur qui eum armis
dicere, quod hic tãtũ liceat intra biduum vel triduum.
doc. tamen vt ibi refert Bart. & Bald. ff de iuſti. & iu. l. vt
vim. & Cy. in l. j. C. vnde vi. hoc relinquunt arbitrio iu
dicis, vt ex qualitate pſonarum & rerum, quæ vi adeptæ
ſunt, etiam maioris tẽporis ſpatio permittatur, id etiã
ſi lex mẽſium vel amplius tẽpus exigi videat, vt expri-
mit Bart. in d. §. cum igitur qui in armis, huic cõcluſio-
ni duo principaliter per diuerſam partem obijciũtur.
Primo quòd ipſe magnificus dominus Comes non de-
beat adiuuari per comune Floren. eo ꝙ ipſe Comes
per ſupra relatas literas comminatorias comminatio-
ne pœnæ terrarum ſeu cõmunitatum, quas Brachius
detinebat, videatur bellũ mouiſſe a ſeipſo, & incepiſſe,
quo caſu dictum cõmune Floren. Comiti nullatenus
obligatum eſt ad auxiliorũ præſtationem per illũ ver.
eo tamen declararo &c. Sed hæc allegatio non eſt bo-
na. nã ꝙ ipſe d. Comes fecit, ex debito ſibi incumbentis
officij fecit, quia ducatum ſpoleti a ſancta matre eccle-
ſia ſicut probatur, & ipſius ducis & prouinciæ dignita
tem & adminiſtrationem meruerat, & ſecundum præ
cepta ꝯſtitutionum & mandatorum ſanctæ matris ec-
cleſiæ ad eam dignitatem, iuriſdictionem, officiũ, atq;
commiſſam adminiſtrationẽ ſpectãtiũ atq; pertinẽtiũ
eiuſmodi citationes, comminationes, & edicta protule
rat, vnde nulli videtur offenſam vel iniuriam cõtuliſſe,
2 iuris enim executio † non habet iniuriam, vt ff. de in-
iur. l. iniuriarum. §. qui iure publico. quo fit vt non dica-
tur ipſe dominus Comes bellum a ſeipſo incepiſſe, qui
ex iuris neceſſitate ſibi impoſita ſuæ iuriſdictionis offi-
cio neceſſario id effecit. eſt namque iuriſdictionis
3 † poteſtas de publico introducta cũ neceſſitate iuris di
cẽdi &c. vt no. ff. de iu. om. iu. l. 1. & i auth de defen. ciui.
§. nulla. & ita vt is dicatur incepiſſe, qui aliquid iniuſtũ
faciẽs aduerſarium ad iracũdiam prouocauit dicit Bal.
ex ſententia Ariſto in c. guerram domino cõcedente.
in ti. hic finit lex, Con. & cõſ. reg. incip. colla. 10. bñ facit
l. addictos. C. đ epi. audi. ibi vt bellum potius, quàm iudi
cium factum eſſe exiſtimetur. nam ibi dicitur bellum
procedere ab audatia monachorum, qui reſiſtebant iu
dici ſuam iuriſdictionem & iuſtitiam exequenti, ex ea
parte potius bellum, quàm iudicium eaſtimatur. & ri-
diculum videtur mihi tantummodo dubitare. ꝙ iudex
effectus præfectus, ſcilicet vel proconſul, vel præſes, aut
alius ſimilis ſubditos iuriſdictionis ſuæ ciuiliter per lite
ras vel edicta vocando licet cum comminatione iuſta
pœnæ pecuniariæ maxime pro publicis cauſis & vtili-
tatibus dicatur bellũ incipere facere, vel mouere, hoc
nulla lege nullaque ratione, nullaque iuris prudentis
auctoritate ꝑſuaderi reminiſcor. ceſſet igitur hic prior
diuerſę partis inanis, imo & ridiculoſa allegatio, ipſi tñ
ſubditi non obedientes in huiuſmodi cauſis Romanæ
eccleſiæ magiſtratibus atq; officialibus reputandi ſunt,
& citra etiam omnem controuerſiam ſunt ipſius ro-
manę eccleſiæ hoſtes & rebelles. vt eſt expreſſũ per no
uã cõſtitutionẽ Enrici imperatoris, quę incipit. qm̃ nuꝑ
ri. col. ſuꝑ qua Bar. ſolẽniter ꝯpoſuit apparatũ vbi hoc
per expreſſũ no. i glo. ſua ſuper verbo rebellãdo. Secđm
principalit̃ obijcit ſuperius factæ ꝯcluſioni pro p̃taro
d. Comite, qa cũ ſciret præfatũ Brachiũ recõmendatũ
& amicũ cõi Florentię, & eũ tenere dictas terras & cõi
tates, ſub dicta forma citãdo nõ tractauit eũ, vt amicũ,
qđ debuit, vt ca forma fœderis, qđ hẽbat idẽ d. Comes
cum prælibato cõi Florẽtiæ nec pręceptũ inter eos inte
rim facere, merito nec cõe Florẽtiæ tenetur fœdus, qđ
eidẽ ſpopõderat, obſeruare, ar. ff. de pac. l. cũ proponas.
& ff. de reg. iur. l. eũm par. §. illl. ſed cũ pace ſic allegãtiũ
hoc minime verũ eſt, nam poſito ſine præiudicio veri-
tatis, ꝙ idẽ Brachius recõmendatus & amicus cõis flo
rẽtię ſicut aſſerit extitit, & pręfatus dominus Comes id
nouiſſet, non tñ verũ foret ipſum d. Comitẽ per huiuſ-
modi citationes nõ tractaſſe dictũ Brachiũ velut ami-
cum ſicut debuerat. Nam ſicut proxime ſuperius dictũ
eſt, ꝙ fecit idẽ domin⁹ Comes & Dux factus ſpoletanæ
prouinciæ pro debito fecit ſibi incumbentis officij iure
publico vtẽs ciuiliter & ſibi cõmiſſam iuriſdictionẽ, at-
que prouinciæ adminiſtrationẽ ex præceptis ſacrarũ ꝯ-
ſtitutionum exequens, vnde nulli dicitur feciſſe iniuriã,
vt pręall. l. iniuriarum. §. is qui publico, nec contra ami
citiã facit, qui ab amico & ſuæ iuriſdictioni ſubdi o ob
ſequia ſibi debita poſtulat. Quis namq; dixerit, domi-
nũ a vaſallo iuramẽtũ fidelitatis exigentẽ, vel etiã obſe-
quij ſibi debiti pręſtationẽ ipſum non amicum tractare,
vel libertum a patrono officium expetentem, vel cre-
ditorem a debito ſibi debitum ciuiliter expoſcentem
contra officiũ amicitiæ facere. nã de domino, vt id poſ
ſit a vaſallo petere iuramentũ ſcilicet fidelitatis, expreſ-
ſum eſt in c. j. quæ ſit prima cau. benefi. ami. § eſt & illa
ingratitudo. cũm tñ dominus debeat vaſallo ſuo vice
mutua fidus amicus exiſtere, vt de forma fidelitatis.

c.vnico in fi. Petendo itaque iuramẽtum fidelitatis, & ob id vſallum citãdo. non dicitur cõtra deonũ fidei & officiu amicitiæ facere, quãto ergo magis hoc dicẽdũ eſt in p̃fato domino Comite & Duce, qui ex neceſſitate id effecit, quiq; ſi neglexiſſet merito potuiſſet ab ipſa
14 Romana eccl'a cũ reprehẽſione priuari. Nã † & p̃ſides prouinciarum, qui præcepta negligũt conſtitutionum, & delicta in prouincijs cõmiſſa nõ puniũt, puniũtur, vt C. de epiſcopa. audi. l. iudices. & l. nemo. 2. & de hæreti. l. 3. & ne ſanctũ baptiſmmũ iteretur. l. fi. & de paga. l. j. & tutores ac cæteri legitimi adminiſtratores, qui negotia eorum, quorũ tutelã, vel curã adminiſtrãt neglexerũt, aut debita nõ exigerũt, culpæ vel doli nomine præſtringũtur, vt C. arb. tute. l. nomini & l. quicquid, amplius vaſallus, qui ratione feudi maiorem debet domino reuerentiã, quàm ecõtra, ſi dominum ſibi quicquam iniuſtum in re feudali faciẽtem ciuiliter, & ſalua reuerentia in ius uocari fecerit, nõ contra debitũ officiũ feciſſe exiſtimatur, vt i c. 1. de va. mi. qui ɔtumax eſt. §. fi. quãto igit̃ magis id i dño vel inferiore, ſi ſibi ſubditũ & inferiorẽ ciuiliter in ius vocauerit non iniuria & cõtra officiũ amicitię feciſſe exiſtimãdus. Rursũ etſi liberi⁹ cũ tutor exiſteret ex neceſſitate ſibi icũbẽtis officij p̃onũ ſuũ tutorio noĩe pupilli in ius etiã famoſa actione vocauerit, nil deliquiſſe putatur, vt ff. de i ius voc. l. quæſitum. & ſi pupilli nomine teſtamentũ accuſauerit de falſo & ſuccubuerit, ſibi in eo teſtamẽto relicta nõ perdit. quoniã ex officij neceſſitate id feciſſe putatur, vt ff. de his qui. vt indi. l. tutorẽ. præfatus itaq; dominus d. Guidantonius Dux factus prouinciæ ſpoletanæ vtilitatem prouinciæ, & fidelitatem firmare eccleſiæ ex officio ſuę iuriſdictionis, & dignitatis neceſſitate & auctoritate procurans, nihil iniuriæ, nihilque offenſæ, aut inimicitiæ feciſſe cenſendus eſt. Quinimmo ſi verum amamus opus pietatis, & amicitiæ dictas terras ad debitam fidem & conſuetam ſubiectionem, atque deuotionem romanę eccleſię pręſtandam per eiuſmodi citationem prouocando erga ipſum contrarium feciſſe intelligendum, cum per hoc eidẽ Brachius infidelitatis, ac rebellionis patrati & nefandi ſceleris continuatione cum ſalute animæ ſuæ & male retenti reſtitutione, ac conſequenter cõmiſſi peccati indulgentiæ faciliore conſequutione apud deum & Romanam eccleſiam, quæ nunquã claudit gremiũ redeuntibus, ciuiliter reuocaretur, immo gratias agere debet, ꝙ & ipſum, quem tanquam ſacrilegum in ius poſſet vocare. vt in c. cùm ſit generale. de foro comp. honori ſuo deferens idem dominus Dux & comes minime prouocauit. porro & illud etiam quod ſupra proponitur, ſpeciali conſideratione digniſſimum eſt, ꝙ tempore, quo idem Brachius fœdus & amicitiam, ſeu quo vulgi vtar nominibus recommenditiam cum illa florentiſſima, atque inclita Florentiæ cõmunitate cõtraxit, nec dum terras illas, quarum occaſione, ſeu citatione tota præſens proponitur exorta contentio, detinebat, vnde nec videri poteſt earum terrarum nomine fędus vel amicitiam, ſeu recõmenditiam cum ſæpe dicta magnifica ciuitate traxiſſe, ar. in l. ſi ita. ff. de au. & ar. le. & de le. 2. l. ſi ita ſcripſiſſet. & de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. & l. ſi a colono & quod no. per glo. ff. de procura. l. omnium. & per doct. quod quiſque iur. l. 3. §. illud. & per Cy. C. de ſac. ſan. eccl. l. placet. quin etiam ſi ita fędus & amicitia, ſeu recommeditia ita contracta fuiſſet, vt etiam ad futuras, ſeu in futurum quærendas & tenendas per dictum Brachium terras ex verborum generalitate ſpectaſſent, nihilomagis ad has terras, quę ad ſanctam Romanam pertinebãt, quaſque idem Brachius perperam atque contra debitam ab vno quoque fideli Chriſtiano eidem Romanę eccleſię fidem, ſubiectionem, atque reuerentiam hoſtiliter, vt probatur, inuaſiſſet atque occupaſſet, ea fęderis amicitiæ atque recõmenditiæ generalitas porrigetur. Primum quoniam in generali diſpõne nõ ueniũt ea quæ quis veriſimiliter non fuiſſet in ſpecie diſpoſiturus, vt ff. de pig. l. obligatione. & de re. iur. c. in generali. lib. 6. Nõ eſt autẽ veriſimile ad omnium tam religioſiſſimũ, ꝗ etiam ſapiẽtiſſimũ Romanæ eccleſiæ deuotiſſimũ, atque fideiſſimum cõmune Flo. vbi. & ipſa Romana curia in præſentiarum reſidet. ad eiuſmodi terras. quæ Romanæ eccleſię & iuris beati Petri dñi noſtri Ieſu Chriſti vicarij terris conſtitutę ſunt & prædonico more vel hoſtiliter occuparẽtur, voluiſſe contractum fœderis & amicitię ſeu recommenditiæ, qđ nullatenus confeciſſet in ſpecie. Nam & nominatim id fędere ſeu publica cõuentione cõptũ hẽſum foret, non protinus haberet roboris aut momẽti, quaſi turpẽ. & impoſſibilẽ cãm cõtinens, & ɔtra maieſtatem imperij. qđ apud Romanã eccleſiam ɔſtitutum eſt, vt ſcribit Bart. in præall. conſtitutione nouiſſima quoniam nuper. ar. ff de pac. l. quoniã vnus. §. pacta quę turpem. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & de ver. ob. l. ſi plagij cauſa. & l. generaliter. & ff. de fideiuſ. l. ſi a reo. in fi & no. Bart. in præall. conſtitutione. quoniam nuper. Denique cum tali inuaſione & occupatione terrarum ſanctæ matris eccleſiæ, & crimen inciderit maieſtatis, vt in l. j. & 3 & pe. ff. ad l. iul. maie. hoſtiſque factus ſit & rebellionis imperij & dictæ Romanę eccleſiæ. vt in d. l. quoniam nuper. conſequens eſt, dictum commune ab omni amicitia & fędere, ꝙ cum dicto Brachio prius habuiſſet, & ſi res ſe haberet vt probatur, protinus ex ipſo tempore inuaſionis & occupationis abſolutum, vt in pręal. l. quoniam nuper. & quod ibi per Bar. Relinquitur itaque ex omnibus ſuperioribus concludendum, dictum magnificum & excelſum commune Flo. ſecũdum ea, quæ proponerentur, teneri & debere dictum illuſtrem & magnificum dominum d. Guidantonium Comitẽ & Ducem defendere, protueri, ſuiſque auxilijs militaribus adiuuari pro recuperatione dictæ ciuitatis Aſſiſij, & damnorum, quæ pertulit, refectione contra præfatum Brachiũ, his quæ propoſita ſunt & obiecta nil prorſus obſtantibus.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Minor iurans non contrauenire in conductu locationis an poſſit vti remedio l. 2. C. de reſcin. ven. Et an & quando iuramentum minorem excludat ne contrauenire poſſit ſiue fuerit certioratus, ſiue non. Et an impubes doli capax & pubertati proximus iuramento obligetur cum auctoritate tutoris & decreto.

SVMMARIVM.

1 *Pueri infra pubertatem non ſunt ad iuramentum idonei, & quos comites debeat habere iuramentum.*

2 *Iura publica cui magis ſubueniant an ætati, an ſexui.*

CONSILIVM CCXXXVII.

FINVS Guidonius domini Finij pupillus tamen proximus pubertati cum conſenſu tutoris & conſanguineorum, & decreto iudicis cõceſſit ad affictum Domo domini finij omnia ſua bona pro quatuor annis proxime ſecuturis pro affictu, & nomine affictus quolibet anno. 22. duca. auri, qui Finus iurauit in inſtrumẽto affictus non contrauenire ratione minoris ætatis. Deinde reperitur dictum pupillum in affictu fore enormiter deceptum, & vltra dimidiam iuſti precij. Quæritur modo, an dictus Finus poſſit petere ſuppletionem iuſti affictus, iuxta no. in l. 2. C. de reſcin. ven. Et an dicto Fino obſtet exceptio promiſſionis cum ſacramento de non veniendo contra ratione minoris ætatis, & quia de prædictis fuerunt opiniones inter Dy. Cy. & Io. An. ex vna parte, videlicèt, quòd dictum ſacramentum non obſtaret. & Bartol. ex altera: ac etiam attento, quod dictus Finus non erat pubes, ſed pupillus proximus pubertati. Super prædictis placeat ſalubre conſilium præſtare.

¶ Super

¶ Super eo, quod quæritur, diligenter aduertendum eſt, ſiquidē dictus Finus iur iuit non ꝯtrauenire ratione minoris ætatis, vt in themate probatur, non prohiberetur ſm omnium ſententiā ipſe Finus petere aut locationem reſcindi aut iuſtæ ſuppletionem mercedis, cum id peteret non ratione minoris ætatis, ſed tāquā quiſq; maior, vt C. ex qui cau. ma. l. in ꝯtractibus. & cōmunia vtriuſque. iudi. l. maioribus & de reſcin. ven. l 2. licèt enim lex illa 2. ī uēditione & emptione loquat. idē tamē & in cæteris præſertim bonæ fidei contractibus recipiēdum eſt, vt ſuperius allegatis legibus comprobatur, & no. ī d. l. 2. & ī d. l. ī ꝯtractib⁹ Et cū hac determinatione exaudiēdū puto. ff loc. & cudu. l. item ſi precio § fi. & l. ideoque. Pro quo facit ff. loc. & condu l. 1. & 2. hanc ſnīam ſatis cōfirmat gl. in præal l. 2. C de reſcin. ven. videlicet ꝙ ibi tāquam minor iuramenti auctoritate ſecluditur tāquam maior quis audiri poſſit eo iure, quo maiores admittuntur, cui gloſæ nemo ſequentium contradicit, ſin autem iuraſſet dictus Finus non ꝯtrauenire ratione minoris ætatis vel alia quacuque, tunc doctoris duplex concertatio incurrit prima, nunquid pupillus iureiu coerceatur, vt nequeat contra ire. Secunda nam beneficio reſtitutionis ſi non fuerit certior factus, excludatur. Et in prima quidem propoſitione glo. ſententia eſt tam in d. authent. quàm in corpore, vnde ſumitur, pupillum non teneri iureiur. tā in authē. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. & in corpore vnde ſumitur, in Auth. de pa. iu fir. §. item ſacra. Pro qua ſententia facit ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. in prin. & hanc ſentētiam ſequuti ſunt Odof. Rof. vber. de bo. Cy. pe. Alb. de Pargimo commentator egregius. & Bal. a qua ſententia gloſarorum tot doctorum optimorum auctoritate ſuffulta temerarium mihi videtur & nefas prorſus abſedere, licèt Bar. ſuper ipſa auth ſacramenta. in impubere pubertati proximo & doli capace cōtrarium ſentire videatur dicēs, id & eē doctorum cōmune ſentit, ꝙ nō eſt verum, vt ex ſcriptoris lectione comprehenditur. Et ne quod te. inquat obſtaculum, nō ob. c. 1. de delic. pue. vbi pueros grādiuſculos periurijs & mendacijs plenos, quia impubes proximus pubertati omne delictum præter delictum carnis poteſt cōmittere, & illius quoque nō nunquā capax eſt. vt ff de fur. l. impuberū. & inſti. eo. §. pe. & ff. de reg iu. l. pupillū. l deoq: decerādo. i. fallū ſcienter iurādo cū intētiōe fallēdi & mēdax. & periurus eſt, obligatur diabolo. At vbi quis de futura iurat, nihil doli patrat, nec penitus deliquit. An autē tali iureiur. iurās aſtringat. leges diſſīxiſſe vide puberē ab īpubere. vt expreſſim colligit in auth. ſcrā puberum. Itē cū ſit ſpāle in caſu. cū liberi⁹ iurat de operis præſtādis patrono, vt obligetur ēt ſi ſit īpubes, dū tamē doli capax ſit. vt ff. de lib. cā. l. fi. §. vlti. ꝯſequens eſt vt alias extra caſū oparū, impubes ēt doli capax non obligetur, ar. ff ad municip. l. 1. in fin. & de leg. & ſe. cō. l. ius ſingulare. & hoc ibi glo. no. ſcilicet in d. l. fi. §. fin. de li. cā. Et idem videtur voluiſſe gloſſ iuris canonici. 22 quæſt. 5. c paruuli. & quod c.

1 paruuli & ſequens pueri. & 4. q. 3. c. iuribus. apparet † ꝙ pueri ī. pubertatē i. ann. 14. non ſunt ad iurā idonei. ꝓ quo facit, qđ iuramētū dēt habere comites tres veritatē, iudiciū, & iuſtitiā, alías eſt potius temerariū, vt 12. q. 2. c. animaduertēdum. Nemo autem dixerit probe in impubere vnꝗ diſcretionem eſſe, vnde nunquam poteſt teſtari, vt C. de te. mi. l. fi. quoniā nō habet mētem ſtabilem vt ibi dicit legiſlator. Nam & teſtamenta morientium dicuntur iudicia. Nec moueat quem, ꝙ tutoris auctoritas interuenerit, quia cū iuramentum ſit vinculū animæ, non conuenit ex diſcretione alterius, alterius animam obligari. vnde nec ad hæredem trāſit, vt in cap. veritatis. & quod ibi per Inn. extra de iureiu nec ꝓcuratoris iuramētum animā ligat domini, niſi ad id iurādum ſpeciale hēat mādatum vt de iur. ca. c. vlt. lib. 6. Quibus ex omnibus concludendum relinquitur impuberem quantumlibet doli capacem iuramēti vinculo non aſtringi canonibus, & legibus, & eorum commentatoribus in hanc potius partem vt ſuperius apertum eſt, & ꝯſequenter ad conſultationem ſecundum ea quę ſupra ꝓponerētur, dictum Finū ita & grauiter & enormiter deceptum poſſe legitima auctoritate, aut ipſo iure, aut per in inte. reſt dicto cōtractui contraire, quam ſententiam profecto ipſa quoque naturalis iuſtitia contra Dominum profert, quando dictus Dominus cū graui iactura & detrimento impuberis quærat locupletari, vt ff. de condi. inde. l nam hac natura. conſtat enim ꝙ fragile & infirmum huius ætatis cōſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, & multorum inſidijs expoſitum. Ideoque prætor naturalem æquitatem ſequutus edictum propoſuit, quo eorum curā ſuſcepit, & aduerſus captiones opitulationem pollicitus eſt, vt ff de mino. l. prima, & quæ naturalis æquitas in iudicijs admodum eſt ſequenda. vt C de bonis quæ liber. l. nō fine. & de iudi. l. placuit. ſupereſt tertia delibe ratio, nunquid & ex tertio capite iuuari poſſit dictus Finus, qui de beneficio reſtitutionis in integrum certior minime factus, illud non amiſerit, exemplo mulieris quæ velleyano renuncians eius beneficium, niſi certiorata, non perdit, vt traditur per gl & doc. ff. de ver ob. l. ſciendum. & ad

2 velle. l. fin. §. pe. Neque enim minus ætati, immo magiſquam ſexui iura publica ſubuenerūt, vt C. de iur. & fac. igno l. quamuis & ff eo l. 1. in prin. & de mino l. ſi apud. in fi. Præſertim cum & nemo ignorans ius ſuum perdat, vt ff de inof te l. mater. Et hoc ex facto conſulitus Dy. reſpondet, cuius conſilium refert Cy. in l. 2. C. de reſcin. vēd. & Io An. in c. pe. de emp. & ven. & id ſequi videntur. Petrus autem, cuius opinionem magis amplectitur Bart tenet ꝙ qui iurauit ſimpliciter non contraire, minor, etiam ſi de certioratione non liqueat, ab omni ſit ſubmotus auxilio tam communi quàm ætatis per rationes quas poſuit ipſe Bar. in l. 2. pręal. de reſcin. ven. & ff de iureiu. l. ſi duo patroni. §. idem iul & in auth. ſacramenta ſuperius allegata. & ita dicit ibi de facto ſeruari & ſe ſæpe conſuluiſſe. In hac itaque quæſtione conſiīēdum, quod ſi quidem ita ſe habet facti obſeruantia in ea ciuitate, ex qua conſultatio fit, id ſeruandum eſt, ar. ff. de leg. & ſe. con. l. ſi de interpretatione. l. minime. & C. de iud. l certi. Vbi autem ad merū ius conuertamur. gl. iur. canonici in præal c pe. de emp. & ven. tenet, ſimplex iuramentum & diffinitum de non contraueniendo non excludere minorem ab auxilio communi d. c. & l. 2. C. de reſcin. ven. Et idem videtur velle gl. iuris ciuilis in auth. de pace iu. fir. § itē ſacramenta. colla. 10. & idē putant plerique voluiſſe gloſſ. in prælle. l. 2 C. de reſcin. ven quamquam in hoc pluſculum dubitabile ſit. Ad quam ſententiam accedit Bald poſt Nic. de Mat. in d. l. 2. de reſcin. ven. a quorum gloſſatorum & doc. auctoritate in iudicando non eſt diſcedendum. vt ſcribit Ia. Bu. in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſ. licèt ſoli Pe. & Bar. contradicant. Vbi autem etiam ſpecialiter iuraſſet non contrauenire etiam ratione minoris precij, ſi in facto erraſſet minor adhuc audiendus eſt minor contra iuramentum veniens. Non enim iurat, qui errat, vt d. c. animaduertendum. & ita eleganter no. Bar. in præl. l. 2. de reſcin. ven. qui error facti præſumitur, eo ipſo quòd cōtrarium docetur. vt no. per gl. in l. cum de indebito. §. 1. ff. de ꝓbat. & ff de iure & fac. igno l. ſi poſt diuiſionem. & vtrobique no. per Bar. in l. 2. de confeſ. & de condi. inde. l. ſed & ſi me præſente in prin. ſcilicet vbi is, qui allegat errorē, de damno certet, præſertim in pupillo, qui propter ætatis imbecillitatem, etiam quę videt ignorare præſumitur, vt ff de iu. & fac. igno. l. fi. & C. de fal. mo. l. 3. & hoc ſatis confirmat Bald. in præal. l. 2. vbi dicit minores & mulieres facile ſeduci. vt in Authen. vt immob. ante nup. don. §. 2. colla 5. Nec mouet quod tutor interuenerit, nā & in maiore ꝓſumitur error, cū eſt exceſſus vltra dimidiā iuſti precij vt hic eſt & elegāter no. Accur. in l. quiſquis. C. de reſciu. vē. qđ & cæteri ſequuntur. vt ibi dicit Barto. Rurſum & ſi ſciens tutor præſumeretur, vel etiā probaretur, malafide verſatus eſſet, & fraudem in rem pupilli commiſiſſet. ſeu etiam dolo malo auctoritatem interpoſuiſſe, quæ res efficeret,

ret, vt pupillo non obſit. Ipſo namque iure rata non eſt auctoritas dolo malo facta. ff. de iu. do. l. ſiue generalis in prin. & quod no. per Cy. C. ſi aduer. dotem. l. vnica. & bene facit ad propoſitũ C. de tranſac. l. præſes. & ꝙ ibi not. in gl. & ff. pro emp. l. qui fundum. §. ſi tutor. 10 fi. & ff. de tu. & ra. diſt. l. 1. §. 1. C. de admi. tu. l. non omnium. quibus ex omnibus concludendum manet dictum ſuum admittendum & petitionem reſciſſionis ꝯtractus, aut ſuppletiõis iuſtæ mercedis, aut eo quod minoris ætatis rõne nõ ꝯtrauenire iurauerit, iõq; a bñficio iuris cõmunis non ſit excluſus, quod eſt indubitatiſſimum apud doctores & gloſatores, vt in prima allegatione monſtraui. & no. per omnes in pꝛęal. l. 2. in d. c. pe. de emp. & ven. Aut eo quod pupillus fuit, in quo ceſſat auth. ſacramenta puberum quamquam in hoc ſolus contradicat Bar. quod non eſt curandum. A tertio. eo quod ſimpliciter & indiffinite iurauerit, quo caſu de ſolo ætatis beneficio cogitatum exiſtmatur ſecũdũ gl. iuris canonici & ciuilis. Nic. Mat. & Bal. Ia. Pe. & Bal. contra. & eo ꝙ beneficiũ reſtitutionis in integrũ eo nõ certioratus nõ amiſerit ſecundũ Dy. Cy. & Io. an. licẽt Bar. contra, ab hac tamen ſolum re ita deliberatur deci diſſe. aut vero quia ſiue in facto pupillus & tutor erraue rit audiendus eſt pupillus, ſiue ſciens vterque fuerit, quia dolus malus tutoris, aut donationis cauſa pupillis etiam cum auctoritate prohibita rem cum effectu valuiſ ſe non ſinunt. quorum vero capitum duo priora & nouiſſimum ad rei, de qua quæritur, deciſionem tam per ſe, quàm multo magis coniuncta efficaciſſima puto, Tãtoq; amplius quam æterno & quarto plurimum auctoritatis & adiutorij certiſſime tribuentur.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius.

ARGVMENTVM.

¶ Empytheuſis eccleſiaſtica accepta pro ſe, hæredibuſq; ſuis an tráſeat ad hẽdes extraneos, & vſq; ad quã generationẽ tráſeat. Et an fœminæ admittãtur vnã cũ maſculis ad dictam emphytheuſim.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio §. fi. l. continuus. ff. de ver. ob. qualiter ſit intelligenda.*

CONSILIVM CCXXXVIII.

CASVS talis proponitur. 1338. 24. Aprilis. venerabilis Abbas dñs Seuerus Abbas monaſterij ſanctę Marię de vãgaditio vice & nomine dicti monaſterij iure liuelli ad renouandũ ſemp omni capite. 29. ann. dando ſol. 29 pro qualibet renouatione, inueſtiuit Be. præſentẽ ſtipulãtẽ, & recipiẽtẽ de quolibet caſamẽto poſito in terra Abbatię cuius ꝯfines ſunt &c. talibus ꝯditiõibꝰ, & pactis, dictus Be. & ſui hęredes liberi & legitimi ex eo libere & legitime deſcẽdẽtes debeãt hře, & tenere dictũ Caſamẽtũ, meliorareq; ſoluendo ſol. 10. ſingulis annis dicto monaſterio in feſto ſanctæ Marię Auguſt. ꝑut plenius in inſtrumẽto ipſius inueſtituræ ꝯtinet rogato tradito per Petrũ de capella de Cremona ſacri palatij notariũ dictis anno, & die, viſo & diligenter inſpecto, atq; perlecto, viſiſquoq; duobus alijs inſtrumẽtis inueſtiturarũ ſequẽtibus altero facto 1402. die 19. mẽſis Auguſti in quendã Zenonẽ de Verona rogatũ per Iacobũ filium quõdã Adriani publicũ imperiali auctoritate notariũ. Quæritur de tribus. primo an eiuſmodi cõtractus tranſeat ad ipſius inueſtiti quoſlibet ſucceſſores, etiam extraneos. An vero ad eius liberos & deſcendentes tantum. Secundo an in maſculis tantum. An vero in fœminas & maſculos liberos pariter. Tertio vſque ad quotũ gradum tranſeat, An vero in omnes deſcendentes & in infinitum.

¶ Circa primũ videretur prima fronte dicendũ, eius ꝯtractus obligationẽ tranſire ad quoſcuoque etiã extra neos ſucceſſores. & perſonas liberorũ & deſcendentiũ in ipſo liuello ſuperuacuo nominatas per l. continuus. § fin. ff. de ver. obl. Et arg. ff eo. ti. l. eum qui ita. §. ſe & ticium. Sed verius arbitror ad ſolos liuellarios filios, & ex eo legitime deſcendentes tranſire eiuſmodi liuellum, primum quidem ex forma contractus & cõuentionis, quæ de ſolis liberis hæredibus. & legitime ex eo deſcendentibus loquitur, quo ipſe cæteros extraneos hæredes excluſos eſſe intelligendũ eſt, vt de pac. l. auus. & arg. ff. de iudi. l. cũm prætor. in prin. & C. de procu. l. maritus. & quod no. C. de operis lib. l. liberti. per Cy. Bal. & plures. ff. de oper. lib. l. vt iurei. §. fi. Deinde ex nã rei cõtractus, q agit. Nã in emphyteuli eccſiaſtica, qualis eſt hęc, nõ tráſit res niſi ad liberos emphyteutæ. vt ĩ Authẽt. de nõ alie. aut pmuta. res ecclæ. §. emphytheuſim. colla. & no. per glo. ibidem. & ff. ſo. matri. l. etiam. in princi. & ibi per Bar. & Bal. & Io. an. in c. in preſentia. de proba. & in addi. Spe. in ti. de loca. vnde non debet tranſire ad hæredes extraneos, etiam ſi ſpecialiter de liberis non eſ ſet facta mentio, ſed ſimpliciter de hæredibus, aut hæredum mentio habita non fuiſſet. vt no. per Cy. ſecundũ Dy. & cæteros. C. de ope. lib. l. liberti. & ff. ad tre. ex facto. §. ſi. & per Bar. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. etiam. & ibi ẽt per Bal. & Ang. & de ver. ob. l. in conuentionalibus. per Dy. & per hoc apparet reſponſum ad l. cõtinuus. §. fi. ff. de ver. ob. cum ſi. quia † ibi loquitur in obligatione ſui natura tranſmiſſibili ad hæredes. Item locum habet §. ille in obligatione dandi, in obligatione vero faciẽdi poteſt quibuſdã ex hæredibus prouideri tantũ. vt in eo. §. eſt autẽ obligatio hæc liuellaria potius faciendi. vt ar. ff. loc. l ex ꝯtratio. i prin. Rurſus ibi hẽdibus ꝑ parte volebat totã obligationẽ acquiri, & alijs non acquiri quicquam. hic autem extraneos hæredes dicimus penitus excludendo. Et hæc de prima quæſtione. 1

¶ Circa ſecundã videtur ad liberos cuiuſcunq; gradus in infinitum tranſire eccleſiaſticã emphyteuſim. qualis hæc eſt per §. lo alijs. in Autb de alie. & emphy. col. 9. qui in hoc corrigit §. emphyteuſim. in Auth. de non alie. colla. 2. ſicut ibi no. per gl. & in §. alienationes. in eo. ti. de non alie. Sed melius eſt vt diſtinguatur. Aut contractus factus eſt cum ſolennitate illius §. in alijs. & in §. licẽt iã. lo. 2. & §. in venerabilibus. in ea authẽ. de alie. & emphy. hoc eſt quia maior pars monachorum ibi ſeruientium ipſi contractui conſenſerit, & trauerit eum contractum non ad læſionem ipſius monaſterij procedere ſecundum ꝙ ibi ſtatuitur, vel ſaltem interceſ ſerit ſolennitas cle. monaſteriorum. de re. ec. non alie. & tunc tranſeat emphy. & liuellum ad liberos accipientis in infinitum, vt in d. §. in alijs. & ſequentibus. & hoc caſu corrigatur dictus §. emphyteuſim. Cæterum ſi ſolus Abbas ſine conſenſu conuentus & ſui ſuperioris rẽ aliquam ad liuellum & emphyteoſim conceſſerit, non tranſeat ea res vſque ad ſecũdã ſucceſſionẽ, hoc eſt, ne potes ipſius accipientis, vt in d. §. alienationis. & in d. §. emphyteuſim. in auth. de nõ alie. aut permut. res eccleſiaſticas. Nec valeat eiuſmodi pactum de renouatione ſcienda per ſingulos 29. ann. vt tranſeat vltra nepotes in §. neque illud. in præal. autb. de non alie. Cum ita n re ꝑpoſita nõ interuenerit in eiuſmodi ꝯtractu iuris, ciuilis, vel canonici requiſita ſolẽnitas, non tranſibit ea res ad liberos & hęredes vltra nepotes, niſi fortaſſis proponeretur, aliam eſſe illius monaſterij conſuetudinem per ea, quæ notantur per dictum Bal. in auth. ſi quas rui nas. præal. & per Bal. in auth. qui rem. eo. ti. C. de ſa. ſan. eccle. & hæc de ſecunda quæſtio.

¶ Super eo vero quod tertio loco quæritur, an fœminæ pariter ſuccedãt cum maſculis, an vero poſt maſculos, an vero nec vllo modo ſuccedãt. In memorato cõtractu videretur prima fronte dicendum, eas non ſuccedere per text. in tit. qui feu. da. poſ. §. hoc vero notandũ. & dato ꝙ ſuccederent, quia id nominatim cõuenisſet, non tamen pariter cum maſculis admitti. ſed tñ maſculis deficiẽtibus vt in c. 2. epiſcopũ vel abb. Et demum de eo qui ſub. vel. hære. ſuis ma. & fæ. c. vnico.

colla.

colla.10.hoc eſt in lib.feudorũ. ſed magis dicẽdum eſt iura nunc allegata in feudalibus cõfeſſionibus locum habere, quæ a cõſuetudinibus nomen, naturam, & ſubſtantiam acceperunt. At in emphyteuſi, ac liuellario contractu, ſicut in locatione dicendum eſt filias, & neptes ſicut mares iure æquo hæredes ſuccedere, ut no.d. Bat. ff.de ope.li.l.vt iureiur. §.fi.& Bal.in præal.l.liberti. Et videtur ſatis expreſſum in pręal.§. emphyteuſim. in auth.de non ali. in verb.filijs tamen maſculis aut fęminis & nepotibus vtriuſque naturæ.

¶Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Ceſſio an & quando præſumatur ſimulata ex ſola confeſſione, & an requiratur titulus in ceſſione ad eius validitatem.*
2 *Ceſſionis valor quæ præſupponat*

CONSILIVM CCXXXIX.

CONSILIVS Maior ann. 25. poſt diuiſionem hęreditatis & bonorũ paternorũ factam cũ Beniamino fratre ſuo cõfeſſus eſt pręsẽte ipſo Beniamino ſe habuiſſe realiter, & manualiter ab ipſo Beniamino de rebus ꝓpriis ipſius ve inter pecunias, & res æſtimatas tm̃ quãtũ eſt ipſa pars hæreditatis, & bonorũ paternorum, quæ eũ contingit ex prædicta diuiſione, & propterea titulo tranſactionis, ſolutionis, & conuentionis, & quocunque alio titulo, qui vtilius & habilius dicitur, & nominari poſſit ſeu reſultare ex eiuſmodi contractu, & conuentione, dedit, ceſſit, & tranſtulit, atque mãdauit dicto Beniamino ibidem præſenti pro ſe, & ſuis hæredibus accipiẽdi omnes actiones, & omnia iura, quas & quæ habet ſeu habere poteſt, & ad eum ſpectare & pertinere poſſint contra quoſcunque de hæreditate paterna, & in ipſis dictũ Beniaminũ in rẽ ſuam procuratorem conſtituit cũ alijs conſuetis, & vulgaribus clauſulis in eiuſmodi ceſſionum publicis apponi, ipſumque contractum & ceſſionẽ iureiu. corporaliter verũ eſſe, ac ratum, ac firmũ habere perpetuo præſtito confirmauit. Ipſe vero Beniaminus verſus dictũ Conſiliũ publico documento depoſiti per ſolẽnem ſtipulationẽ ex cauſa præfatæ ceſſionis ſm veritatem in duobus millibus & ducentis duc. ſolẽniter obligauit, Quæritur, an dictus Beniaminus aduerſus debitores dicti Cõſilij ex hæreditate paterna poſſit ceſſis actionibus experiri, & ab eiſdem inuitis exigere, de quibus debitoribus in inſtrumento præfatæ diuiſionis ſpecialiter continetur, viſis dicto inſtrumento diuiſionis, & inſtrumento prædictæ ceſſionis.

1 ¶In propoſita quæſtione videretur prima fronte dicendum, dictũ Beniamino exigere nõ poſſe cũ effectu a dictis debitoribus dicti Conſilij virtute eiuſmodi ceſſionis, quia ſimulata videtur, & inualida eo ꝙ ſimplicẽ continet confeſſionẽ dicti Conſilij de habito precio, ſeu reciproca præſtatione dictæ ceſſionis. Non autẽ atteſtatur tabellio de reali ſolutione, ſeu præſtationẽ, ſicut debet fieri vt ceſſio ſit valida per tex. in l. per diuerſas in ver. ſolutatum. & gl. ſuper ipſo ver. poſitam. & ꝑ l. ab Anaſtaſio. in ver. præſtauerit. & in ver. re ipſa perſoluerit. C.man. & ita no. ibidem per Bar. referentẽ multos alios doc. in eandem ſententiam. Et inter cęteros Ia.Bu. & ſe cum multis alijs ex facto conſultũ ita reſcripſiſſe, & habet rationem. Ipſa namque cõfeſſio inter ipſos fratres facta debitoribus ipſius Conſilij minime debet officere, qui tunc erant abſentes per rubrum & nigrum per totum. C. res inter alios acta alijs non nocere. Præſertim quoniã illæ leges, per diuerſas, & ab Anaſtaſio, fauore ipſorum debitorum ſunt, vt ex eiſdem legibus manifeſtiſſime comprobatur. Secunda ratione contra quos redemptoribus litium ceduntur actiones factæ ſunt, videtur ea ceſſio inualida, qa titulus ceſſionis non eſt inſertus, ſed incertus & varius, neq; in prin. prout debuit inſeri, ſed in medio per no. per glo. in l.1. C. ne li.po. Sed diuerſam ſententiam veriorem exiſti-
2 ſtimo, ubi ſciendum † ꝙ an exigatur pro valore ceſſionis, ꝙ tabellarius atteſtetur de reali præſtationi, vel aliter probetur realis precij ceſſionis ſolutio, An vero ſufficiat ſola creditoris de recepto confeſſio cum renunciatione exceptionis nõ nu.pecu. inter doc. eſt concertatio. Nam contra illam ſententiã Bar. ſupra relatam eſt ſententia Nic.de Mat.& Bald. referentis etiam ex ꝯſuetudine, quæ eſt optima legum ĩterpres, ut ff.de legi. & ſe.con.l.ſi de interpretatione. & l.minime. id in plurimis ciuitatibus obſeruari. ſicut no. Bal. in pręal.l.1. C. ne lic.po. & in d.l.per diuerſas. C.man. Rurſus etiam ſecundũ Bar. non procedit l. illa per diuerſas, in ceſſione facta ex cauſa venditionis hæreditatis ab eo, qui hæreditatem poſſideat, q̃q̃ in hæreditate nomina debitorũ, & actiones ſint, ut ipſe Bar. no. in præal.l.ꝑ diuerſas. ĩ vl. q Sed in re præſenti huiuſmodi ſubtiles diſputationes neceſſariæ non ſunt, cum ex facti ueritate proponitur, ꝙ ex cauſa huiuſmodi ceſſionis idẽ Beniaminus ſe ſolenniter obligauerit dicto Conſilio in 1100. duca. eidẽ Conſilio efficaciter præſtan. quod publico documento dictæ obligationis oſtenditur. Vnde realiter dictus Cõſilius dicitur, & probatur accepiſſe ipſam obligationẽ per l.1. in fi. cum l.ſeq. ff. de calũ. et ff ſi cer. l.ſi me & titium cum glo. pe. in fi. & l.tutor. §.fi. ad velleya. & C. de non nu.pecu. l.aduerſus. & facit de reg.iur.l. q actionem. & quod ſingulariter in ver. not. Bar. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pe. ſumus expediti de primo ad fina. ibi. ¡Et ex hoc apparet intellectus. & in ver. ſumus expediti de tex. vbi incipit tractare practicam illius l. Ex quibus relinquitur concludendum non eſſe inualidam, neque ſimulatam eam ceſſionem. Sed dictũ Beniaminum a debitoribus poſſe exigere ſaltem vſque ad quantitatem dictorum 1100. ducatorum, in qua dicto Conſilio efficaciter eſt obſtrictus ob eam ceſſionem, & ſic patet ar. quod ſupra in diuerſam partem factũ eſt, protinus ceſſare. ad id autem, ꝙ titulus non ſit inſertus, reſpondetur per interemptionem, quia immo inſertus eſt titulus tranſactionis & conuentionis. Non potuit namq; inſeri titulus proprij & ſpecialis nominis, quia contractus ipſe, ex quo fiebat ceſſio, contractus innominatus eſt vt C. de act. & ob. l. t. ꝙ non fuerit inſertus in principio inſtrumenti ceſſionis ſm glo. d.l.j. C. ne li. po. nõ officit, quia ſufficit quacunque parte inſtrumenti contineatur, ut not. in præalleg. l. per diuerſas. ſm Barto. vbi etiam not. ꝙ quamuis titulus ceſſionis non exprimatur nominatim, apparet tamen ex inſtrumẽto titulus, ex quo ſit facta ceſſio, ſufficiat. Ex quibus apparet dictã ceſſionem iuſtam & ualidam, & dictum Beniaminũ à debitoribus dicti Conſilij poſſe exigere, Non obſtantibus his, quæ ſupra in diuerſam partem fuere propoſita.

¶Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

A R G V M E N T V M.

¶Conductor perpetuus an æquiparetur emphyteutæ. Et an liceat perpetuo conductori rem alienare ſine domini conſenſu. Et an perpetuus conductor non ſoluens per biennium cadat ipſo iure a iure ſuo.

S V M M A R I V M.

1 *Negotium innominatum contractui emphyteutico comparari, vel æquiparari poteſt.*
2 *Conductor ad modicum tempus, & emphyteuta in quibus differant.*

CONSILIVM CCXL.

PRO Euidentia eorũ, de quibus quęritur, videtur mihi concluſiue illud ius intraturæ, ſtatiæ, & reſidentiæ, de quo præmittitur, nihil aliud eſſe, quàm ius perpetuæ rei cõductionis, hoc enim ipſum agitur inter locatorem

locatorem & conductorem, vt quamdiu ipſe conductor ſtatutam penſionem ſoluat, non poſſit expelli, nec ea res ſibi auferri, vt ſupra ex facti narratione proponitur, igitur perpetuo eam rē ꝯduxiſſe intelligitur, vt ff. ſi ager vect. vel emphy. pe. l. 1. §. 1. Inſti. de loc. & cōdu. §. adeo. Ius autem perpetuæ conductionis id eſſe palā eſt, vt conductor in rem vtilem actionem habeat aduerſus oēs, quin etiā aduerſus ipſum locatorem, eundēque directo dominū, ſicq; ipſe vtile dominiū habeat. vt præal. l. 1. §. fi. cū l. ſeq ff. ſi ager vect. vel empby pe. & ff. de ſuperficiebus. l. §. 1. qđ ait prætor. Ipſumq; ius ppetuę conductionis ius emphyteuticum cenſeatur, aut ſaltē ei prorſus naturæ ſimile, vt videtur mihi per expreſſū probari in præal. §. adeo. Inſti. de loc. & ꝯduc. & in præ alleg. in. ſi ager vec. vel emphy. pe. vbi glo. exponit. vel prodeſt. Quibus admiſſis liquet ad præmiſſa reſponſū. Nam ius emphyteuticum non poteſt titulo venditionis per emphyteutam, aut eius iure venientem niſi domini conſenſu aut denunciatione & expectatione factis ſecūdum formam l. fi. C. de iure emphy. ad aliū trāſferri, & alioquin vendens emphyteuta ab emphyteutico iure ipſo cadit iure, ut eo. l. fi. in fi. & licèt in conductore perpetuo id ita nominatim nō ſit legibus cautū, quia tamen §. adeo. Inſti. de loc. & conduc. locationem perpetuam, hoc eſt, cū res traditur in perpetuum fruēda, q̄diu penſio. ſ. in pecunia numerata, uel redditus. ſ. conſiſtens in aliis generibus ut grani, uini, olei, ac ſimilium ſoluatur, uidetur appellare ius & contractum emphyteuticum, & refert ſe Iuſtinianus ibidem ad l. 1. C. de iure. emphy. uidetur probabiliter dici poſſe, ſtatuta in præal. l. fi. C. de iure emphy. ad eum, qui in perpetuū domū uel apothecam conduxerit, pertinere, & maxime in re in præſentiarum propoſitam, ubi pro ipſo iure intraturæ, ſtantiæ, & reſidentiæ aliqua magna quantitas data fuit locatori, ſicut hic fuit, quia certo precio emit ius ipſius intraturæ Lucius a dicto Iacobo phylipocij. Hoc namque negocium tunc maxime ius emphyteuticū, & contractus emphyteuticus exiſtimandus eſt ex natura propria, & frequentiſſima ipſius contractus emphyteutici, ut no. per Albr. de Ro. in l. 1. C. đ iure emphy. in uer. differt autem a locatione, nominis enim appellatio uerum non immutat, ut ff. de preſcri. uer. l. inſulam. & loca. & condu. l. ſi vno. in prin. Aut ſi incertum ſit in quam ſpeciē contractus hoc negociū innominatum negocium cenſebitur, & ad actiones in factū deſcendendum erit, vt ff. de præſcri. ver. l. 1. & ſe. & l. ſi gratuitam. in princi. Regulabiturque hoc nego-
1 cium innominatum † ſm regulas contractus emphyteutici, cui ſimilis eſt, ut ff. cōmo. l. cū qui. §. 1. & de po. l. 1. §. ſiquis ſcti ire. & de p̄ſcr. ver. l. naturalis. §. 2. Et etiā idē dicit Albr. in ſimilibus terminis in præal. l. 1. de iure emphy. ver. quid ſi appareat, non poterit igitur ius intraturę alienari, niſi ſicut ius emphyteuticū. Deniq; in re propoſita non videtur hæſitandū, non potuiſſe rem ipſam ſiue ius ipſum alienari ſine domini voluntate ex auctoritate conſtitutionis municipalis ſupra relatæ ſub Rubrica. 24. đ pœna conductoris &c. & ſub rubri. 25. de pœna alienantis, vel obligantis rem ſibi locatā, vel ad afficlum datam, quibus prohibetur conductor, rem ſibi locatam. & cum indiſtinite dicat locatam, intelligatur indiſtincte ſiue ad tēpus, ſiue in perpetuum, maxime cùm ſubdat, vel ad affictū datam, quod proprie ad perpetuam conceſſionem pertinet, alij locare, vel vendere. vel alio modo alienare. Nemo autem, qui ſapiat, dubitauerit his verbis, ēt eū contractū, qui ius perpetuæ conditionis habeat vendere. prohibitio namq; legis rei vendendæ tacite intelligenda eſt, cùm ius ſuū venderet, vel rem ipſam reſpectu ſui iuris. Nam de alieno iure prohibitio ſuperuacua, & inanis foret. Nec me mouet contra præmiſſa no. per Spe. titu. de emphy. §.
2 nunc aliqua. ver. 4. vbi dicit † hāc differentiam inter cōductorem, & emphyteutam, quia cōductor vendit ius ſuum ſine conſenſu domini, non emphyteuta, quia intelligendus eſt Spec. de ſimplici conductore, hoc eſt nō perpetuo, vt apparet ex aliis differentijs ibidem annotatis & inter cęteras, ꝙ ex locatione non tranſeat dominum, non tranſeat ex emphy. ſic quia in vtraq; ius idem eſt, ſi ſit locatio perpetua, quia tranſit ex vtraque vtile dn̄ium, ex neutra directū, vt no. ff. commo. l. ſi vt certo. §. fi. Relinquitur itaque quo ad hunc priorem articulum ꝯcludendum, ſicut dictus Lucius emptor intraturæ, & conductor perpetuus apothecæ ius ſuū, nec ipſam apothecam, inter hæc enim non cōſtituo differētiam, vt ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. & de lega. 1. l. ſi domus. §. fi. vendere minime potuiſſet ſine domini voluntate, & aliter vendens iure ſuo protinus cecidiſſet, & venditio fuiſſet irrita, vt per præmiſſa deducitur. Ita quoque nec ſyndici nec curatores bonis ipſius fugientis debitoris conſtituti potuerunt eam hypothecam, vel ius intraturæ ſine domini conſcientia vendere, & venditio fuerit irrita per ſupra relatum ſtatutum, & vtile dominiū ipſo iure cōfuſum eſt, & ad directum conſolidatum per l. fi. in fi. de iure emphy. Sicq; manifeſte conſtat pro parte hæredum ſupraſcripti domini Bar. & emptoris ab eis reuoluti quo ad eam apothecā iniuſta eſt. Et cauſa ipſorum de Bononicis & conductoris eorum iuſtiſſima atq; integerrima eſt. Porro ex alio quoque capite corruit cauſa dictorum hæredum & Zenobij ſucceſſoris in rem. Nā ius commune ſoluitur perpetui conductoris, ſed etiam non perpetui, ſed ad tempus, vel non modicum ex non facta ſolutione ſtatutę penſionis per continuum terminum, ſi perpetuam conductionem emphyteuſim, aut non abſimilem cenſeamus, aut per continuum biennium, ſi diſſimiles exiſtemus, ſm ꝙ hæc probantur C. de ſac. ſan. ec. auth. qui rem. huiuſmodi. & quod ibi no. & loc. & cōduc. l. ædē. ff. eod. l. quæro. §. inter locatorem. & l. cū domini. Non apparet autem hic Lucium emptorem intraturę, & perpetuum conductorem ſtatutam penſionem ſoluiſſe, vel alium eius nomine, immo ceſſatum eſſe non modo biennio & triennio, ſed cumulatioribus annis tam ante fugam ipſius Lucij, q̄ poſt, igitur ius omne ſuum finitum eſt, & conſequenter cuiuſcūque in eius ius & locum ſuccedentis. ar. ff. de pig. l. lex vectigalis. & de pig. ac. l. tutor. §. fi. & l. ſeq. ad dominum directo cōſolidatio facta. Sicque ius dictorū videlicet de Boruomeis cauſam habentium a directo dominio integerrimum, ius vero dicti Zenobij & auctorum ſuorū a memorato Lucio venientium prorſus extinctū eſt.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶ Licentia conceſſa per Papam de vendendo bona, & poſſeſſiones eccleſiarum & locorum piorum an extēdatur ad bona dedicata hoſpitalitati. Et an error vēdentis ipſo iure irritet venditionem. Et an fratres tertij ordinis dicantur perſonæ religioſæ.

SVMMARIVM.

1 *Præfatio contractus eſt diligenter attendenda, nam ex ea finalis cauſa ſequentis diſpoſitionis elicitur.*

CONSILIVM CCXLI.

VISIS Bulla ſanctiſſimi domini noſtri Gregorij Papæ 12. in ſua obedientia nuncupati, quæ certis prælatis & canonicis in eiſdē literis apoſtolicis comprehenſis dirigebatur ſuper concedenda alienatione poſſeſſionum & immobilium rerum eccleſiarum monaſteriorum, & aliorum locorum piorum tam religioſorum, quàm ſecularū in prouincia Marchiæ Anconitanæ & cęteris ſuppoſitis, magnificis dominis de Malateſtis, datis Arimini 16. kalen. Feb. anno Pōtificatus ſui octauo, inſtrumento quoque venditionis domus,

de

de qua in præſentiarum contenditur, factæ per venera
biles viros dominũ Andream de Famo Abbatem ſan-
cti Petri Manacij Fauen. diœc. & Coradinũ canonicũ
Fauen. commiſſionis præfati magnifici domini Geor
gij ex ſupra relatis literis Petro Vicij Georgij de Foroſ.
de quo conſtat manu ſer Philippi de Eugubio habitan
tis Forenſ. & publici Imperiali auctoritate notarij.
1413. die 11. Auguſti. Et ex diuerſo inſtrumento vendi
tionis factæ de eadem domo per Franciſcum ſer Pauli
ni magiſtro Petro & Antonio fratribus venerabilibus
de Fabiano, & ſocijs ementibus nomine capituli & cõ
uentus fratrum tertij ordinis ſancti Frãciſci, quo inſtrõ
conſtat manu ſer Parucini de Serbolongo publici Im-
periali auctoritate notarij 1419. indict. 7. tẽpore domi-
ni Bonifacij 19. die 5. menſ. Ianuarij in foraſſis, inſtru-
mento quoque profeſſionis factæ per Ioannem Fran-
ciſci Angeli de foraſſis in ſtatum ipſorum fratrũ tertij
ordinis S. Franciſci tradito per Ioannẽ Petri Martinu-
tii de Vrbino publicũ imperiali auctoritate notarium
1419. die 12. Octobr. Inſtrumento quoque ſyndicatus
de eodẽ facto hoc anno. & 11. die Iunij. Quodam quo
que breui eiuſdem ſanctiſſimi domini Gregorij dire-
cto dictis commiſſarijs, & alijs literis eiuſdem domini
Angeli Cardinalis & legati ad magnificum, & excelsũ
dominum D. Malate, de Penſauris &c. atteſtationibus
quoque plurimorum teſtium productorum pro parte
dicti fratris Ioannis ſuper hoſpitalitate a diuino cultu,
qui in dicta domo ſeruabantur, atq; in vtranque partẽ
ſolẽnibus clarorũ virorũ conſilijs. Quæritur an vendi-
tio dictæ domus, de qua contenditur, per ſupra relatos
commiſſarios facta recte facta fuerit, & iure fieri potue
rit necne.

¶ In propoſita quæſtione omiſſa diſputatione ſtudio
breuitatis, quæ ex conſilijs eleganter in vtranque partẽ
factis facile deprehendi poteſt, concluſiue dicendum
puto, dictam venditionem per ſupraſcriptos commiſ-
ſarios factam dicto Petro non recte factam, nec iure fie
ri potuiſſe, quoniam tenet prohibitio alienationis re-
rum eccleſiarum monaſteriorum, & aliorum locorũ
piorum a maioritate rationis quæ pertinet multo ma-
gis ad ipſa monaſteria ſeu loca pia. vt C. de ſac. ſan. ec.
auth. multomagis. & in Auth. de non alie. aut per mu.
co. ti. §. quia vero cognouimus. col. 2. & de alie. emphy.
§. ſed quoniã. colla. 1. Nam ſic econtra conceſſa aliena
tio poſſeſſionum, & aliorum bonorum immobilium
eccleſiarum, ſeu monaſteriorum, vel piorum locorũ
ad ipſas eccleſias monaſteria, vel pia loca pertineat tra
henda eſt, quoniam non eſt maior ratio, immo minor
concedendæ alienationis ipſorum piorum locorum,
q̃ poſſeſſionum & cæterarum rerum, quæ ad formã pa
trimonii pertinent, vt d. auth. multomagis. In re vero
propoſita dominus Gregorius conceſſit dictis ſuis cõ-
miſſarijs poteſtatem alienandi, mandauerat per lite-
ras apoſtolicas de poſſeſſionibus & bonis immobilib⁹
venerabilium locorum piorum, non autem de ipſis lo
cis principalibus pijs, non in formam patrimonij reda
ctis, ſed quæ hoſpitalitati ſeu habitationi religioſorum
& diuino cultui erant deputata, vt ex inſpectione lite-
rarum apoſtolicarum licet proſpicere. Conſtat autem
domum, de qua contenditur, nõ fuiſſe numero poſſeſ
ſionum, vel bonorum immobilium alicuius eccleſiæ,
monaſterij, aut pij loci, hoc eſt, non in formam patri-
monii ad fructum numerarium inde percipiendum re
dactam, ſed ipſam fuiſſe locum principalem pietatis,
& ad opera pietatis, hoc eſt, habitationis & hoſpitalita
tis religioſarum perſonarum Deo deuotã inſpectu hu-
militatis & deuotionis & orationis familiarium, etiam
ipſo tempore factę venditionis factam & deputatam,
vti ex atteſtationibus & depoſitionibus 12. pœne teſtiũ
ſuper his deponentium efficaciter demonſtratur, eo sẽ
per ſuppoſito, quòd hi teſtes rite depoſuiſſe, ſeu ſenten-
tiæ perhibuiſſe teſtimonium credãtur, hoc eſt, in com-
petenti iudicio, lite conteſtata, & præſente diuerſa par-
te, vel legitimę admonita, quæ facta fuiſſe vel non ex
miſſis ſcripturis animo nequiui perfectè colligere. defi
cit itaque memorata deuota venditio non ex defectu
poteſtatis in mandante, hoc eſt, in Papa, ad quod ten-
dunt argumenta pro parte dicti Petri propoſita, hanc
namque poteſtatem in ſummo Pontifice in dubitatio
nem non reuoco. Sed ex defectu conceſſæ ſeu manda-
tæ poteſtatis in commiſſarijs, ſiue mandatarijs, quorũ
mandato minime claudebatur eiuſmodi cõceſſio po-
teſtatis, vt ſuperius eſt oſtenſum. Ideoq; qđ egerunt nul
lius protinus eſt momẽti, vt de reſcripti. c. cum dilecta.
& ff. man. l. diligenter. cum ſuis cõcor. Quin etiam alia
ratione & ſi eam poteſtatem conceſſam habuiſſent,
quoniam in ipſa venditione, ſeu rei venditæ ſubſtantia
probatur erratum, aut ſaltem veodi erratum eſt. In ip-
1 ſa namque venditione comprehenſum † eſt, & in præ
fatione contractus, ex qua finalis cauſa ſequentis diſpo
ſitionis elicitur. vt ff de hæ. inſti. l. fi. & de tranſ. l. quoniã.
hi. in prin & §. eam. & quæ no. io. cis per Bar. ꝙ in eadẽ
domo, de qua contenditur, tunc temporis nec ſeruaba
tur huſpitalitas, nec ĩ præteritum a diu fuerat ſeruata,
cum tamen ex teſtium penè omnium depoſitionibus
cauſæ ipſius vendendi falſitas omnimodo detegatur,
& aliud eos commiſſarios vendidiſſe, quàm ſe vende-
re putauiſſent, ſeu decreuiſſent, quò fit, vt ipſa venditio
irrita vel inefficax, ſed magis retractanda putaretur. ar
gu. præal. l. fi. ff. de hæ inſti. & de inoffi te. l. cum matre.
& de cõdi. & demon l. cum tale §. legato falſam. & de
ru. & cu. da. ab his l. tutor ſi petitus. & quod no. per gl.
ff. de condi. inde. l. damus. & de contrahen. emp. l. in vẽ
ditionibus §. inde quæritur. & l. ſeq. & de ac emp. l. exẽ
pto. § ſiquis virginem. & l. ſi ſterilis. in prin. & §. 1. & §.
quamuis. Rurſus idem dominus Gregorius eam ſpecia
liter formam ſuæ commiſſioni ſuoque mandato con-
iecerat, ꝙ ita venditio, & alienatio per mãdatarios fie
ret, ꝙ cultus diuinus & hoſpitalitatis caritas in ipſis pijs
locis ſeruaretur. atqui per præſentem alienationem, &
diuinus cultus ac hoſpitalitatis caritas quõdã sãctiſſimi
atque religioſiſſimi Principis mẽtem & intentionem
deſtruitur & tollitur, ꝙ minime faciendum fuerat, vt
ar. de reſcri. c. ſuper literis. in fi facit l. vnum ex familia.
§. fi. ff. de leg 2. Et hanc etiam fuiſſe apoſtolici intentio-
nem bene confirmant, licèt per ſe ſolæ minime ſuffe-
ciſſent breue & litera domini Gregorij tum in apoſto-
latu, tum in minori officio conſtituti, &c. Non me mo
uent quædam in diuerſam partem propoſita, ꝙ vez ſta
tus & habitus fratrum tertij ordinis ſancti Frãciſci nõ
habeant regulam approbatam, quia profeſſionem nõ
faciunt, nec paupertatem, nec cõtinẽtiam promittũt,
ſed habent quendam viuendi modũ ſm not. Io. An. in
cle 1. de reli. do. & in cle. cum ex eo. de ſen. excom. Qui
nimmo contra eſt, quia & profeſſionem faciũt, & obe
dientiam promittunt ſecundum regulas tertii ordinis
approbatas per Nicolaum Papã, vt dicit Ioan. An. in d.
cle. & ex ſupra relato profeſſionis fratris Io. documen
to colligitur, licèt paupertatem omnino, vel caſtitatẽ
non profiteantur. Non idcirco minus perſonæ eccle-
ſiaſticæ & religioſæ cenſentur. ſicut in hoſpitalarijs ſæ-
pe numero ſeruatum conſpicimus. alioquin nec ipſi,
nec domus, & habitationes eorum eccleſiaſticæ ditio
ni ſubdentur. ſicque fieret contra propoſitum allegan
tum, quia de his rebus tanquã ad eccleſiaſticam ditionẽ
minime pertinentibus non potuiſſent dicti apoſtolici
commiſſarij quicquam diſpõere. Quibus ex omnibus
poteſt ad alia in diuerſa allegata facile reſponſio ſubno
tari. Concludendum itaque relinquitur, ꝙ ſi teſtes, quo
rum atteſtationes & depoſitiones miſſæ ſunt, rite fue-
re recepti, ita vt fidem eorum atteſtationibus haberi o-
porteat, iuſtior eſt fratrum tertij ordinis agentium cau
ſa intentio ſeu petitio, quàm Petri ſe defendentis con-
tradictio.

¶ Ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris
vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Ceſſio an præſumatur ſimulata, ſi conſtat ſolũ per confeſſionem, & an poſſit reſcindi, ſi ſubſit deceptio vltra dimidiam iuſti precij. Et quomodo dicatur iuſtũ precium, & qualiter per teſtes probetur.

SVMMARIVM.

1 *Res tantum valet, quantum publice propoſita vendi poteſt. non econtra idem ſequitur, quòd non valeat plus quàm quantum potuit vendi.*

2 *Ceſſio ſimulata ſeu fraudulenta præſumitur ex precij paruitate.*

CONSILIVM CCXLII.

VISA Copia inſtrumenti cuiuſdam venditionis, & ceſſionis actionum competentium contra cõmune Sen̄ Gerardo quondam ſer Bartholomæi per ipſum Gerardum factis Iacobo Aliatæ anno præſenti 1407. de menſe Iunij, viſis etiam certis articulis ſeu intentionibus parte dicti Iacobi factis, & atteſtationibus ſuperinde productorum teſtium. Dubitatur an dicta venditio & ceſſio ſint efficaces. Et breuitatis cauſa puto dicendum, ꝙ non his paucisſimis. Primo ex precij paruitate, quoniam nec attingere videtur dimidiam iuſti precij, cũ precium venditionis fuerint flor. 424. Ipſum autem commune Sen̄ debebat flor. 848. & in certis emolumentis, & obuentionibus vltra dictam quantitatem debitor exiſtebat, vnde paruum fuiſſe preciũ non eſt dubitandum, ar. in l. 2. & l. ſi voluntate. in fi. C. de reſcin. ven. Palam autem eſt ex precij paucitate ceſſionem actionis ſimulatam, ſiue fraudulẽtam iure præſumi. vt ſcribitur C. man. l. per diuerſas. Item & ſi dimidiam iuſti precij excederet, quo tamen ad hãc cauſam attinet modicum precium intelligitur, quando deductis ſumptibus & labore ac precio ſatis adhuc plus valet actio, ſecundũ quod not. in l. per diuerſas. C. man. In præſenti autem claret ex debita quãtitate ſatis plus valere actionem etiam illis deductis nam litis ſumptibus decimam partem quantitatis in libello petitæ æquiualere lex exiſtimat, ut C. de epi. & cle. auth. generaliter. Hic autem eſſent ſupra dimidiam. Nec huic derogant trium teſtium ſuper hoc productorum atteſtationes. Primus namque dicit ſe ſimilis actionis ſiue crediti emptorem non inueniſſe. Certe hoc eſt verum etiã ſi non propoſuerit venalem, aut non publice, tunc autẽ dicitur precium rei iuſtum ex inuentis emptoribus cõprobari, quãdo publice uenalis eſt propoſita, ut limitat dominus Cy. ſecundum doc. in l. 2. de reſcin. uen. & in 9. q. & 3. l. unica. de ſen. quæ pro eo quod inter. profe.
1 Item † licèt tantum ualeat, quantum publice propoſita res uendi poteſt, ut ff. de condi. fur. l. ſi ſeruus. Non econtra idem ſequitur, ꝙ non plus valeat, quàm quãti potuit vendi, vel emptor appareat, vt C. de reſcin. ven. l. ſi quos. & ibi per Barto. Secunda autem pars atteſtationis ipſius primi teſtis eſt de credulitate, ideoq; non probat. vt not. per gloſſ. in l. teſtium. C. de teſti. & ibi per docto. & de iur. calum. l. 2. in princi. & qui. tu. vel cu. da. po. authen. minoris. Secundus autem teſtis de ſe ſingulariter loquitur, & ſuis proprijs neceſſitatibus, ideo &c. vt ff. ad l. aquil. l. ſi ſeruum meum. & ad l. falci. l. precia retũ. Tertius autẽ teſtis ſicut & capitulũ ſe refert ad momentum tpis, & prauiſſimas ipſius loci conditiones, ſecundũ quas non eſt iuſtum precium exiſtimandum, vt ff. ad l. falcid. l. precia. in fi. quæ peroptime facit ad propoſitum & hoc eodem vitio omnes teſtes laborant, & poſtea de credulitate, non de veritate, non affirmatiue, ſed de contingenti deponũt. Secũdo principaliter nõ eſt efficax ea conceſſio, quoniam de precij numeratione non apparet, oportet autem re ipſa factam fuiſſe precij ſolutionem, non per ſimplicem de ſoluto venditoris confeſſionem conſtare. ſecundum quod plene not. per Barto. in d. l. per diuerſas. in verſi. præſumitur etiam ſimulata ceſſio &c. cuius dicta & probationes breuitatis cauſa pro hic inſertis habeantur. Sed etſi re ipſa ſolutum precium probaretur, non tamen poſſet ipſe Iacobus plus exigere, quàm ipſe veraciter exoluiſſet, vt in l. ab Anaſtaſio. eod. titu. mandati. & d. l. per diuerſas. & in eiſdẽ notatur. Concluditur itaque quia precium re ipſa numeratum non apparet, nihil exigi poſſe. Nec huic refragatur, quòd in ciuitate Sen. dicatur eſſe quædam reformatio, quòd ſufficiat in inſtrumento ceſſionis confeſſionem cedentis ſolam de recepto contineri, quoniam in his, quæ pertinent ad vigorem contractus & deciſionem cauſæ non locus iudicij, ſed vbi res geſta eſt, inſpicitur, vt ff. de enic. l. ſi fundus. & per docto. in l. cunctos. C. de ſum. trin. & fid. cath. & quia
2 † ex precij paruitate ceſſio ſimulata, ſeu fraudulenta præſumitur, vt ſuperius eſt deductum. Proponiturq; amplius, quod idem Gerardus tempore factæ dictæ venditionis, & ceſſionis detinebatur in carcere per quendam tyrannum per iniuriam, iſque Iacobus emptor cognatus eſt dicti tyranni, vnde quaſi per vim, & metum extorta venditio irrita eſt. per id quod not. ff. quod met. cauſa. l. pen. & de bon. lib. l. 1. in princi. & quod no. per Barto. ff. de his qui. vt indig. l. fin. in prin. & de dona. poſt contractu.

¶Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

¶Tutor an poſſit perſonaliter, vel realiter obligare pupillum pro periculo vitę ſuæ, vel patrimonij ſui. Quando dicitur ſubeſſe hoc periculum. Et an per inueſtituram annali vel bacculi acquiratur ius in feudo. Et an feudatarius poſſit alienare ſine cõſenſu domini. Et an cadat a iure ſuo ſi non ſoluat per biennıum.

SVMMARIVM.

1 *Res quandocunque reſtitutioni ſubiecta præcipue pupillorum, an poſſint alienari.*

2 *Cenſum qui non præſtitit, a iure ſuo non cadit, ſi is, cui cenſus præſtatur, habeat directum dominium.*

3 *Vaſallus ſi non ipſo iure, ſed per ſententiam veniret priuandus, heres eius quantumcunque pupillaris ætatis priuari poterit, & quare.*

CONSILIVM CCXLIII.

SVPER Contradictione facta ex parte nobilis & egregij viri Muſetti de Beccaria. tria ſunt videnda. Primum an tutor in eminente periculo perſonæ & rerum, vel perſonæ tantum, vel rerum tantum. vel maioris partis rerum pupilli ſui poſſit obligare perſonam pupilli perſonali obligatione, & res ipſius pupilli hypothecæ iure ex contractu ſuo, hoc eſt, tutoris ipſius nomine interpoſito &c.

¶Secundum an in re propoſita recte probatum ſit, aliquam cauſam ex præmiſſis ſubfuiſſe, ex qua dicit vere ob eam rem fuiſſe cõtractum celebratum, qui inter dictum Muſuettum pro filia ſua recipientem parte vna, & dictam tutricem quondam Ambroſini parte altera apparet interpoſitus.

¶Tertium an duobus proxime præmiſſis pro veritate ſuppoſitis ex memorato contractu caſus exactionis conſtitutæ quantitatis euenerit.

¶Circa primum ſine diſputatione ſtudio breuitatis reſpondendum puto, poſſe per l. 1. §. ſed nonnullos. ff.

de

de tute. & ra. diſt. Nam ſi licèt ob alimenta ſororis pupilli, quæ ſe aliter nequeat tueri ad nnitriendũ pupillo auctoritatem præſtare decreto interueniente vt ibi glo ſatur, vel ẽt non interueniente Dyn. Raynn. & Bald. Quantò magis licebit ob ſalutem ipſiuſmet pupilli tutori hæc facere, vel etiam pro tuitione patrimonij pupilli, aut totius, aut maioris partis. Hic namque metus amittendi patrimonij, vel in totum, vel pro parte maiore metui mortis comparatur, vt not. per Iaco. de Are. in l. propter litem. ff. de excu. tu. & per Cyn. Guil. & Baldus. ff. quod met. cauſa. l. iſti quidem. §. penul. & probatur in cap. Abbas. extra eod. ritu. & cauſa de omnibus bonis, vel plurima parte comparatur cauſæ ſtatus, ſeu criminali. vt inſtitu. de excu. tu. §. propter litem. & per Barto. ff. de iureiurãn. l. admonendi. verſus finẽ commenti ſui. Rurſus ſi liceret tutori mutuare pecunias in refectionem, & conſeruationẽ vnius ædificij ſimplicis, quod eſſet ruiturum non adhibita refectione, & in eam cauſam pupillum ſuum perſonaliter obligare, & res ſuas non prohibitas alienare hypothecæ iure ſupponere, vt ff. de pigno. act. l. tutor. in prin. & ar. in l. ciuitas. & quod ibi no. per Bar. & cæteros. ff. ſi cert. pet. & argum. ff. de pigno. l. ſi is qui. in princi. Nam & extraneus hoc ipſum faciens pupillũ ſibi efficaciter obligaret. vt C. de neg. geſt. l. 2. de ſolu. l. in pupillo. & de nego. geſto. l. ſi pupilli. in princip. & quod ibi tractatur. & facit l. tutor. ff. quando ex facto tuto. & de adminiſtra. tut. l. cum poſt mortẽ. §. 1. Quanto magis licere debet tutori pro ſalute pupilli, vel totius eius ſubſtantiæ, vel plurimæ partis & hoc ipſum facere. C. de ſacro ſan. eccle. l. ſancimus. & de prædi. mi. l. ob æs & quod ibi nota. præſertim per Albe. & ff. ſolnio matri. l. ſed etſi ideo. & de iure do. l. Mutis. §. manẽte. & C. communia de leg. Authen. res quæ. & ad treb. authen. cõtra rogatus. & quæ not. in eis per gloſſ. & docto. & C. de epiſco. & cler. authen. ſi captiui, & in corpore vnde ſumitur. facit ad hoc præallega. l. ſi pupilli. §. ſi titij. ff. de nego. geſto. & quod ibi not. per Barto. poſt Iaco. Butr. & Mar. ſill. immo ſi tutor ipſe non faceret, hoc eſt, domum ruituram, cùm poſſet, non reficeret, eiuſmodi culpæ nomine teneretur, vt d. l. j. §. ſed nonnullos. de tute. & rat. diſtra. & C. de nego. geſt. l. curatores. & arbitrium tute. l. quicquid, quemadmodum & maritus vxori culpæ eius nomine reus teneretur, vt ff. de impen. in reb. do. fa. l. & in totum. Concludendũ itaque relinquitur circa primum, de quo quæritur, tutorem poſſe ex dictis cauſis, vel earum aliqua pupillum ſuum perſonaliter, & res eius, quæ poſſunt obligari, vel etiam prohibitus cum decreto iudi. ſicut hic interuenit, hypothecę titulo iure ſupponere, vt not. in d. l. ob æs. Super comparitione vero facta parte ſpectabilis & potentis militis domini Manfredi de Beccaria pro ſummaria deciſione aduertendum eſt, quòd ſiquis inueſtierit alium de fendo inueſtitura verbali annuli, vel bacculi traditione non tradita corporali poſſeſſione prædij de quo feudi nomine inueſtitur, quæ verbalis inueſtitura per annuli, vel bacculi traditionem dicitur abuſiua inueſtitura, vt in libro feudorum, quid ſit inueſtitura. capitu. 1. in princip. licèt ab ipſa abuſiua inueſtitura non acquiratur vtile dominium in re vt dicto titulo, quid ſit inueſtitura. in princip. iuncto cap. 1. de cogna. feud. & cap. ſciendum. quib. mod. feud. cõſti. po. Ipſe tamen uerbaliter inueſtiens poſt præſtitum iuramentum fidelitatis ſibi cogitur tanquam perſonaliter obligatus ad realem inueſtituram, & poſſeſſionem corporaliter in ipſum inueſtitnm trãſferendam, vt eſt expreſſum in titu. de noua. fide ſor. c. fi. & ibi plene per Bald. referentem in hoc & aliorum multorum docto. ſententiam. Et probatur etiam per cap. ſi facta. in titu. ſi de ſeud. controuer. fue. & ibi not. in gl. magna. & facit cap. 1. in fin. qui ſucce. tene. reuerendus itaque pater dominus Abbas in cęlo aureo obligatus eſt ipſi domino Manfredo perſonali obligatione ad inueſtituram propriam faciendam, & poſſeſſionẽ rerum inueſtitarũ tradendam, & cum inſtrumento inueſtiturę publico, ſic veriſimiliter hypotheca bonorum ex vtroque latere tam inueſtientis, quàm inueſti ti ipſum dominium rerum inueſtitarum, quod eſt apud monaſterium ſancti Petri in cœlo aureo, in hypothecam comprehenſum eſt. Aut ſiquis velit dicere, quòd per ceſſationem in ſolutione debiti cenſus ꝑ multum temporis non ipſo iure vaſallus cadat, ſed debeat priuari per ſententiam ſuo iure, quòd ſaltem verum eſſe inde monſtrabitur, ipſum tamen ius & actio, quod competit ipſi monaſterio ad vtile dominiũ reuocandum denotandum, in generalem hypothecam cecidit. vt C. quæ res pigno. ob po. l. Nomen. ſibi itaque domino Manfredo competit illa vtilis actio aduerſus vaſallum alias ſucceſſorem vaſalli poſſeſſorem feudalium, quæ domino competit directa pro reuocatione ipſius fendi, vt not. in d. l. nomen. & l. ſi conuenerit. leg. 2. in princip. ff. de pigno. act. & de pig. l. grege. §. cum pignori. Huius itaque actionis hypothecariæ, quæ competit ipſi domino Manſredo in res ipſas contra poſſeſſorem vaſallum, ſi ipſo iure ceciderit ex ſolutionis cenſus ſoliti ceſſatione, vel vtilis ſaltẽ, quæ directa competit monaſterio, ſi vaſallus non ipſo iure, ſed per ſententiam priuandus eſt, quorum alterum verum eſſe infra monſtrabitur, rectiſſime dicetur ipſum dominum Manfredum legitimum & idoneum contradictorem eſſe, & poſſe ſe òpponere, ne in ſui prę iudicium res ipſæ vendantur, quarum habet hypothecam, vel quarum vtili dominio auferendo ipſi uolenti uendere præfato domino Mãſredo competit actio vtilis, quæ effectu quodãmodo ſimilis eſt hypothecariæ, vt ex ſuperioribꝰ licet colligere, quinimo etiam hypothecaria competit ſecundum vnam ſententiam gloſ. in d. l. nomen. debitoris. in hypothecam ſpecialem, vel
1 generalem pignorari. Præſertim † quia res ipſæ ſubiectę omnimodo reſtitutioni prohibentur alienari. C. communia de leg. §. ſed quia. & authen. ibi poſita. Nec poſſunt res feudalis alienari ſine conſenſu domini ſeudi, vt in c. imperialem. de prohi. ſeu. ali per Fed. cuius domini, hoc eſt, domini Abbatis ipſe dominus Manfredus in rẽ ſuam procur. conſtitutus eſt in inſtrumento inueſtiturę. vnde quemadmodum ipſe Abbas poſſet ſe recte opponere, ita & dominus Manſredus eius procur. verum quia dicitur, quòd ob ceſſationem ſolutionis ſoliti cenſus non cadit cenſualis a iure ſuo. per not. per Innocen. & capitul. conſtitutus. extra de reli. do. Aut non ſaltem ipſo iure, ſed per ſententiam, Reſpondetur, ꝙ illud verum eſt, quando cenſus præſtatur pro ea re, cuius plenum dominium directum
2 eſt apud ipſum cenſum præſtantem. Cæterũ † ſi is, cui cẽſus præſtatur, habeat directum dominium, ſicut in propoſito eſt, cum cenſus præſtetur in ſignum dominij directi, quod apud eum ſit, cui præſtatur, ex ceſſatione multi temporis in ſolutione non cadit, qui cenſum non præſtitit, a iure ſuo. ita no. Hoſt. & Ioan. An. poſt Innocen. in d. cap. conſtitutus. & cum allegant ad hoc cap. propter ſterilitatem. in fi. extra de loca. volũt quod ipſo iure non ſoluens cadat a iure ſuo ſi per biennium ceſſauerit, ad exemplum emphyteutę, vel coloni ceſſantiũ in ſolutione canonis, vel mercedis, & hoc indicant verba, quibus vtuntur, cùm dicunt rem in commiſſum incidere, quòd ſignant dominium, quod habebat, ob non factam debitam ſolutionem ipſo iure perdere, vt ff. de publi. l. commiſſa. Ex alijs itaque culpis commiſſis per vaſallum, qui forte non præſtat, nec prę ſtare debet annuam penſionem, & cenſum in ſignum retenti dominij domino, concedendum eſt, vaſallum per ſententiam priuandum eſſe, quemadmodũ etſi alienaret vaſallus ſine permiſſu domini ipſum ſeudum amitteret ius ſuum ipſo iure non expectata ſententia, ſicut in emphyteuta in vtroque caſu, hoc eſt in ſolutione ceſſante, vel alienante ſine conſenſu

domini

domini, hoc ipſum receptum eſt, ut C. de iure emphy. l. 2. & 3. quaſi hæc ex lege contractus ueniant, ut arg. ff. de pigno. l. uectigali. & in ipſo uaſallo alienante expreſſum eſt per tex. & in glo. in c. imperialem. §. colonis. de prohi. feu. alie. per Fed. & ibi etiã per Bald. ibidẽ etiam in conclusionibus illius tituli allegante Spec. in
3 tit. de feud. † ſed etſi non ipſo iure, ſed per ſententiam veniret priuandus vaſallus, hæres eius quantuncunq; pupillaris ætatis priuari poterit, cùm deſcendat cauſa priuationis ex perſona maioris, in qua fuit cõſumata. argum. in lege ſi intra. C. de non nume. pecu. & quod habetur C. ſi aduer. rem iud. leg. 2. ff. de mino. l. Aemilius, & hoc quoque ca ſu dictum dominũ Manfredum nihilominus legitimum contradictorem exiſtere ad impediendum venditionem propoſitam, & ſe potuiſſe iure opponere, vt ſupra monſtratum eſt.

¶ Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius. ris vtriuſque doctor.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II Kk LL.

Omnes ſunt quaterniones.

V E N E T I I S,
Apud Gaſparem Bindonum.
M D L X X V.

